

AVGVSTINI BARBOSÆ

LVSITANI, V. I. D.

PROTONOTARII APOSTOLICI,

NECNON IN SACRA INDICIS CONGREGATIONE Consultoris, & Insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Majoris,

SVMMA APOSTOLICARVM DECISIONVM,

EXTRA IVS COMMVNE VAGANTIVM,

QVÆ EX VARIIS APPROBATISSIMORVM DOCTORVM LIBRIS hucusque impressis & ad calcem uniuscujusque allegatis eorum sub fide collectæ

Ad majorem Studiosorum omnium commoditatem Alphabetico ordine disponuntur.

ITERVM IN LVCEM PRODIT.



Excudebat Ioannes de Tournes.

M. DC. L.







INNOCENTIO X. PONT. OPT. MAX.

Augustinus Barbosa Lusitanus.



ECVRSVS Solis ad locum suum, BEATISSIME PATER, mirificè laudatur, [a] seu à Sapiente Deo in commodum renascentis velut naturæ depositus: laudantur, [b] & quæ ad locum vnde exeunt, flumina reuertuntur, ille quoniam cursu atque recursu, noua progignit Mundo germina; ista quoniam perenniter irrigant renascentia. Mundus Ecclesia est; Solis locus, & sacra Bethsames, [c] hoc est, domus Solis, [d] quin & Solis quoque fons Hensemis sacra Sedes est Apostolica: Sol gyrans, atque recurrens, Summus est Pontifex, iam occidens, iam renascens, & nouo velut exortu Mundum renouans, atque regignens, quasi communis omnium parens, seu voce vulgi PAPA. Radij Solis huius, vel quæ inde fluunt, seu è fonte Solis flumina, sacra sunt doctrinæ fluenta, & Apostolicæ sanctiones, decreta, sacri Canones, & Constitutiones, quibus Ecclesia tota regitur, & irrigatur. Sed nunquid non ad locum, vnde exeunt, [e] flumina reuertuntur? Hoc mei nunc muneris esse volui, vt post alias meas in lucem & commune bonum vtriusque Reip. sacræ, ac secularis, editas lucubrationes, hanc ipsarum Apostolicarum Constitutionum, & Decretorum Summam ederem in nouam lucem exorientis Beatitudinis Tuæ Solis, & ad ipsam eandem vnde exierant, Apostolicam Solis Sedem referrem: etsi apud varios quidem Auctores iam antea variè sparsas, sed nunc ad conuenientem, & facilem methodum pro communi vtilitate reductas, suoque iure Beatitudini Tuæ debitas, & dicatas: quippe cui ne dum diu satis notas, sed & mirificè illustratas; dum siue in Romana Curia in sacra Rota Auditorem doctissimum, siue Apostolicum in Hispania Nuncium vigilantissimum, siue in sacris Cardinalium Congregationibus prudentissimum Confes-

a Ecclesiastes 1. 5.
b Ibidem 7.
c Iosue 15. 10.
d Iosue 18. 17.
e Eccles. 1. 7



forem, aut Præſidem meritiſſimè agerct. Sed quid moror? Luce ipſa clarius eſt, quàm vbique ſacra iuriſperitia, & omnigena ſapientia ſuum in Beatitudine Tua experta ſit Mœcenatem, & Patronum nobiliſſimum. Verum enimuero iam nunc ipſa ſacri iuris peritia Beatitudinẽ Tuam parentem, & auctorem optimum veneratur, & colit, verè Papam PAMPHILIVM nempe Patrem omnium amantem, ſeu filiorum. Quo quidem nouo Sole communi parente ſuum Eccleſiæ Orbem luſtrante; quidni bona cuncta reuireant, & repullulaſcant? Quidni cedant triſtia lætis tempora temporibus?

f Ouid. 1. Metamorph.

Flumina iam lactis, f iam flumina nectaris ibunt,
Flauaque de viridi ſtillabunt ilice mella.

Cedet Hyems Veri, cedent arma togæ, quoniam pro turbulento bellorum ſtrepitu ſonat ecce iam ex ore Beatitudinis Tuæ in omnium auribus, ſuauis vox pacis, ſicut olim ex ore columbæ pullulantis oliuæ ramus. g O vtinam pax iſta vbique ſonet, vbique regnet, totique Eccleſiæ Orbi Beatitudo Tua diu in pace viuat, diu in pace regnet. AMEN.

g Geneſ. 8. 11.

APPROBATIO.

NOS infrà ſignati Magiſtri in Theologia Almæ Facultatis Pariſienſis luſtrauimus *Summam Apoſtolicarum Deciſionum extra Ius commune vagantium*, Doctiſſimi in vtroque Iure viri Domini D. AVGVSTINI BARBOSÆ, in qua nihil cenſurâ dignum aduertimus, ſed ſanam & omnibus doctrinam perutilem. In quorum teſtimonium manuale ſignum appoſuimus huic ſcripto. Lugduni 21. Aprilis 1645.

Fr. STEPHANVS MOLIN Carmelita.
Fr. MICHAEL MICHARD Franciſcanus.

LICENTIA ORDINARII.

VISA per Nos authentica Approbatione & atteſtatione Doctrinæ ſanæ & Orthodoxæ in *Summa Apoſtolicarum Deciſionum extra Ius commune vagantium R. Patris & Doctiſſimi in vtroque iure viri Domini Auguſtini Barboſa*, eandem Summam publico bono tradendam meritò cenſuimus. Lugduni 22. Aprilis 1645.

DEVILLE Prouicarius Generalis.

INDEX





INDEX COLLECTANEORVM.

NVMERVS PAGINAM INDICAT.

A

B

Index Collectaneorum.

C

Collocu-


Index Collectaneorum.

Conuen-

Prascri-

Index Collectaneorum.


LABI VIRTUS NESCIT



SVMMA APOSTOLICARVM DECISIONVM

EXTRA IVS COMMVNE VAGANTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de iure Abbatum agentes.*
2 *Monasterij in administratione se ingerere non debet Abbas litteris Apost. non expeditis.*
3 *Causis capitalibus non auditur Abbas pro Monacho, nisi Monacho in carcere constituto.*
4 *Priuationis pœnam non subit Abbas etiam in criminibus notoriis, nisi ei præmissa priùs defensione.*
5 *Benedictus semel Abbas cum vsu birreti si transferatur ad aliam Abbatiam habentem vsum Mitræ non indiget alia benedictione, sed potest per se ipsum Mitram capere.*
6 *Benedictus Abbas, vel habens ex priuilegio Sedis Apost. vsum Pontificalium ac si esset benedictus, potest omnia Sacra benedicere, illis exceptis in quibus Vnctio requiritur.*
7 *Seminario ordinarij contribuere cogi non debet Abbas, qui in suo territorio, & iurisdictione priùs seminarium proprium erexerat, & prouisum retinebat.*
8 *Benedictionem ab Episcopo recipere debet Abbas non autem ab aliis Abbatibus aliàs benedictis.*
9 *Priuilegio concesso Abbatibus benedictis celebrandi Pontificaliter, & Pontificalia exercendi in eorum Ecclesiis, non gaudet Abbas non benedictus.*
10 *Constantien. Abbati non benedicto specialiter indulgetur vt possit benedicere paramenta & similia, quæ non requirunt oleum sanctum, vel sacram Vnctionem pro seruitio locorum suæ iurisdictioni subiectorum.*
11 *Abbas non benedictus, cui ex priuilegio Apost. indulgetur vt possit benedicere paramenta, & similia quæ non requirunt sacram Vnctionem, pro seruitio locorum suæ iurisdictioni subiectorum non potest in eius Ecclesia has benedictiones facere pro vsu ecclesiarum secularium sibi non subditarum.*
12 *Benedicere ea, in quibus Vnctio requiritur licet non valeat Abbas vtcunque benedictus; tamen id ipsum efficere poterit, si specialibus Sedis Apost. priuilegiis munitus fuerit.*
13 *Calices, Patenas aut similia, in quibus requiritur sacra Vnctio, consecrare non potest Abbas etiam in locis sibi pleno iure subiectis, nisi hoc habeat in specie sibi concessum à Sede Apost.*
14 *Priuilegium habentes benedicendi vestes Sacras, cœmeteria, & similia, eo vti non possunt nisi in his rebus in quibus sacra Vnctio non adhibetur, & pro seruitio dumtaxat monasteriorum, & Ecclesiarum propriarum.*
15 *Priuilegium habens Abbas, vt ea omnia, quæ spectant ad Episcopum, possit exercere, non potest tamen Chrisma conficere, nec sacros ordines conferre.*
16 *Confirmationis Chrisma non potest conferre Abbas, qui habet facultatem à Sede Apost. illud conferendi, nisi loci Ordinarius consenserit, & quemadmodum, & quandiu placuerit.*
17 *Primam Tonsuram & minores Ordines non potest Abbas benedictus conferre Regularibus sibi non subditis, qui dimissorias speciales suorum superiorum, & specialem consensum Episcopi loci habuerint, & multo minus secularibus Episcopi iurisdictioni subiectis, quamuis ipsius Episcopi consensus accedat, & dimissorias portent.*
18 *Primam Tonsuram si concedat Abbas cessante priuilegio, ac etiam benedictione, nihil facit.*
19 *Ordines minores suis subditis de Iure conferre potest Abbas, licet non sit benedictus.*
20 *Ordines in Abbatia exempta conferre non potest Abbas licet sit Episcopus, secus si Abbatia est nullius, quia habet populum.*
21 *Dimissorias litteras concedere non potest Abbas etiamsi probetur Abbatiam esse in statu nullius diœcesis, nisi ille ex donationibus Apostolica & Ordinaria auctoritate confirmatis haberet proprium territorium, & in suos subditos exerceret omnimodam iurisdictionem.*
22 *Associari ex sua domo non debet Abbas, nec excipi cum ad celebrandum Pontificaliter vadit, seu ad Ecclesiam accedit solemniter celebraturus.*
23 *Benedicere solemniter Populo potest Abbas in sua Ecclesia, sed non in præsentia Episcopi.*
24 *Benedictionem priuatam per viam subditis suis dare non potest Abbas.*
25 *Missam solemniter celebrans Abbas vsum Mitræ & Baculi habens, suos ministros habere debet, Videlicet Diaconum, & subdiaconum, qui in Missa cantaturi sunt Epistolam & Euangelium, & vnum Capellanum cum Pluuiali qui assistat ad librum, & aliquos clericos, & ministros cum cotta.*
26 *Birreto nigro sub Mitra vti potest Abbas, non autem alterius coloris.*
27 *Assistentia Canonicorum suorum absente Episcopo licet Abbati Ecclesiæ secularis Collegiatæ, & ab Ordinario exemptæ, ac Sedi Apost. immediatè subiectæ vsum Mitræ habenti, dum in sua Abbatiali Ecclesia sibi pleno iure subiecta Diuinis solemniter interest.*

28 *Pontificalibus extra monasterium uti non potest Abbas habens illorum usum, nisi de licentia Ordinarij.*

29 *Habitu decenti & non camerali, in Ecclesia incedere debet Abbas.*

30 *Mitram deferre non licet Abbati habenti iurisdictionem quasi Episcopalem cum usu Mitræ & Baculi; extra propriam eius Ecclesiam per diœceses Ordinariorum absque speciali indulgentia Sedis Apost.*

31 *Mitra & Baculo non potest uti Abbas in processionibus extra suam Ecclesiam & Conuentum, nec etiam ante se deferri facere.*

32 *Reliquias aut sanctissimum Sacramentum in processionibus si noluerit, aut non potuerit deferre Abbas, ad quem spectat, non potest alteri suo arbitrio delegare, sed unus ex Presbyteris secularibus succedit.*

33 *Exemptus Abbas in Ecclesia sua iurisdictioni subiecta, Episcopo præsente debet sedere in sede inferiore Episcopi, & sine ornatu, vel apud Episcopum à sinistris, vel è conspectu Episcopi in loco tamen inferiore respectu sedis Episcopi.*

34 *Processionibus incedere quisque Abbas debet eum suo clero, & in suo loco quando plures sunt in loco habentes clerum distinctum.*

35 *Canonicis capitulariter, & processionaliter incedentibus cedere debent Abbates benedicti.*

36 *Episcopo offerre debet Abbas, qui habet in suo territorio iurisdictionem priuatiuè ad illum, tam eos qui licentiam ad prædicandum obtinere volunt, quàm eos qui ad Confessiones approbandi sunt in Ecclesijs Abbati subiectis.*

37 *Synodum celebrare non potest Abbas, nisi habeat prouinciam.*

38 *Commendatarijs præcedunt Abbates benedicti, & qui usum mitræ habent.*

39 *Residere cogendi non sunt Abbates Abbatia carentis cura, & conuentu.*

40 *Synodum ad diœcesanam accedere non tenetur Abbas populum non habens, etiam quod exemptus non sit, nisi aliqua causa rationabilis adesset, vel consuetudo inualuisset ut accederet.*

41 Concilium Trid. sess. 7. cap. 8. de reformat. *non obstat Abbati, qui exercet iurisdictionem in aliquo territorio ex consuetudine immemoriali confirmata à S. Sede Apost. quin possit visitare Ecclesias.*

42 *Concursus, examen & prouisio Parochialis qua pertinet ad collationem Abbatis, quomodo facienda, ostenditur.*

43 *Concursum Abbati facere non licet, nisi probetur ius habere congregandi Synodum, & aliàs legitimè congregasse.*

44 *Præsentatum à patronis in beneficijs simplicibus instituere non possunt Abbates, & alij etiam omnem iurisdictionem habentes Ordinariam, absque prauio examine Episcopi ex decreto* Conc. sess. 7. de reform. c. 13. & sess. 25 etiam de reform. c. 9. *& aliter facta institutio est nulla.*

45 *Prebendas ad pauciorem numerum reducere propter earum tenuitatem non licet Abbati exempto Collegiatæ secularis habenti iurisdictionem Ordinariam & quasi Episcopalem, sed hoc spectat ad Episcopum cum consensu tamen Capituli si ipsa Collegiata insignis sit.*

46 Concilij Trid. decreto sess. 24 de reform. c. 20. vers. *Ad hæc non comprehenduntur Abbates iurisdictionem criminalem in clericos etiam seculares habentes.*

47 *Dispensandi & absoluendi facultate concessa Episcopis in* Concil. Trid. sess. 24 de reform. cap. 6. *non gaudent Abbates, & alij Prælati inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem etiam nullius diœcesis.*

48 *Confessiones secularium, qui sunt de eorum familia, aut aliàs deseruiunt in eorum monasterijs, possunt audire Abbates, absque Prælati Regulares, & Religiosi Confessores absque licentia, & approbatione Episcoporum.*

49 *Capitulo quando incedit collegialiter non debent præcedere Abbates, Præpositi, & alij etiam usum Mitræ habentes.*

50 *Rationes reddere non tenentur Episcopo Abbates, Præpositi, & Abbatissæ vitam regularem ducentes.*

51 *Rocheto potest uti Abbas secularis in casu, quo Abbas Regularis utebatur superpelliceo.*

52 *Mozzetam ubique etiam præsente Episcopo potest deferre Abbas ciuitatis Vercellen. Canonicorum Regularium Lateranen.*

53 *Mozzetam extra claustra deferre non potest Abbas S. Saluatoris Montis Amiati.*

54 *Processiones ad publicas accedere cogi potest Abbas S. Matthæi ciuitatis Ianuensis.*

55 *Iuspatronatus ad Abbatem pertinens, qui habet temporalem iurisdictionem, non requirit ampliores illas probationes, quas Concil. Trid. requirit in iis personis, in quibus præsumitur usurpatio.*

56 *Religiosi exercentes curam animarum in Ecclesijs, quæ sunt unitæ ipsis monasterijs possunt Abbates ordinum inuito Episcopo ad ea absolutè reuocare, sed quoties denuò ad curam animarum exercendam deputantur, sunt iterum ab Episcopo examinandi & approbandi.*

Abbas.

Collect. I.

1 
DE Abbate & Monachorum Præfecto agunt S. Antonin. *in sum. p. 3. tit. 16. cap. 7.* Aluarus Pelagius Lusitanus Episcopus Syluensis *de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap. 23.* Petrus Gregor. *syntag. iuris p. 2. lib. 15. cap. 13.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 2. q. 1.* Anton. Fabrici. *in praxi & theorica benefic. tit. de maiorib. & minoribus benefic. n. 54. cum seqq.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 1. concl. 3. cum seqq. lit. A.* Flores de Mena *var. quæst. lib. 3. quæst. 24.* Azori. *instit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 19.* Campan. *in diuersor. iuris Canon. rub. 7. cap. 6. n. 91. cum seqq.* Laurent. de Portel. *in dubiis regularib. verbo Abbas,* Scip. de Rubeis. *in aphorism. Episcop. eod. verbo,* Bartholomæus Gauantus *in manuali Episcopor. eod. verbo,* Donat. Anton. de Marinis *quotidianarum resol. cap. 1.* Stephan. d'Aluin. *de Abbatum & Abbatissarum potestate,* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol. 1.* Orsell. *in examine apum & conclusionum legalium tom. 1. verbo Abbas,* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 2. n. 36. cum seqq. & tom. 5. verbo Abbas,* latè Ascanius Tamburin. amicus meus, *in tract. de iure Abbatum,* Ioan. Maria Nouarius, qui ex meis collectaneis Bullarij plura tacitè desumpsit, *in lucerna Regularium verbo Abbas,* Ego *de Iure ecclesiastico vniuerso tom. 1. lib. 1. cap. 17. de Abbatibus.*

2 Abbas in administratione monasterij se ingerere non debet, litteris Apostolicis non expeditis. Iulius II. *constit. 4. incip. Romani 5. Kalend. Augusti.* 1505. quæ constitutio reperitur impressa apud Laert. Cherubin. *in suo Bullario nouo tom. 1. pag. 405.* aliàs *pag. 357.* in nouissima impress. & illius meminit Ioannes Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Abbas n. 3.*

3. Abbas

3 Abbas non auditur pro Monacho in causis capitalibus, nisi ipso Monacho in carcere constituto. Idem Iolius II. *constit.* 24. incip. *Fide.* 29. *Decembris* 1510. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1, *pag.* 440. aliàs *pag.* ,81. & Illius mentionem facit Ioannes Maria Nouar. *d. verbo Abbas n.* 15.

Abbas etiam in criminibus notoriis non priua-
4 tur nisi ei præmissa defensione. Leo X *constit.* 8. incip. *Etsi 4º Kalend. Iulij.* 1514. apud Laert. Cherubin *.d. tom.* 1. *pag.* 479. aliàs *pag.* 406. in nouiss. impres. de qua etiam Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Abbas num.* 11.

5 Abbas semel benedictus cum vsu birreti si transferatur ad aliam Abbatiam habentem vsum Mitræ non indiget alia benedictione, sed potest per se ipsum Mitram capere. *Sacra Congregatio Rituum in Bitunntina* 25. *Februarij* 1606. penes Ioan Mariam Nouar. *in lucerna Regul. verbo benedicere num* 11.

6 Abbas qui est benedictus, vel qui ex priuilegio Sedis Apostol. habet vt Pontificalia exercere possit, ac si esset benedictus, potest omnia sacra benedicere, illis exceptis, in quibus vnctio requiritur *Sacra Congregatio Concilij Tridentini*, referentibus P. Francisco Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 30. *n.* 2. & Lezana *in summa quest. Regul. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 42. *& tom.* 3. *verbo Calix num.* 3.

7 Abbas qui in suo territorio & iurisdictione prius seminarium proprium erexerat, & prouisum retinebat, Seminario Ordinarii contribuere cogi non debet. *Sacra Cong. Concilij Trid.* 30. *Martij* 1594. teste Sellio *in Select. Canon cap.* 10. *n.* 7.

8 Abbas benedictionem ab Episcopo recipere debet, non autem ab aliis Abbatibus aliàs benedictis. *Sacra Cong Rit. in Cameracen.* 6. *Decembris* 1631. quam refert Sellius *d. cap.* 10. *n.* 9.

9 Abbas non benedictus minimè potest ex priuilegio concesso Abbatibus benedictis celebrandi Pontificaliter, & Pontificalia exercendi, in eorum Ecclesijs hæc exercere, & tanto minus extra eorum Ecclesias. *Sacra Cong. Rit. in Pampilonen.* 8. *Martij* 1617 quam citat Sellius *in select. Canon. cap.* 19. *n.* 11.

10 Abbati igitur non benedicto specialiter indulgetur vt possit benedicere paramenta & similia, quæ non requirunt oleum sanctum, vel sacram Vnctionem pro seruitio locorum suæ iurisdictioni subiectorum. *Sacra Cong. Rit. in Constantien.* 18 Fe-
11 *bruarij* 16.7. Non tamen poterit in eius Ecclesijs has benedictiones facere pro vsu Ecclesiarom secularium sibi non subditarū. *Eadem Sacra Cong Rit. in Cremen.* 24. *Augusti* 1609. penes Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 2. & in *Spoletana* 10. *Septemb.* 1628. de qua Gauant. *in rubr. Missalis p.* 4. *tit.* 59. *n.* 22.

12 Abbas vtcunque benedictus quamuis benedicere non valeat ea, in quibus vnctio requiritur, tamen id ipsum efficere potest si specialibus Sedis Apost. priuilegijs quibus Concilium nequaquam derogat, munitus fuerit. *Sacra Cong Conc. sub die* 10. *Septembris* 1614. apud Sellium *d. cap.* 19. num. 9.

13 Abbas nec etiam in locis sibi pleno iure subiectis, aut de iure patronatus potest consecrare Calicea, Patenas aut simila in quibus requiritur Sacra Vnctio, nisi hoc habeat in specie sibi concessum à Sede Apostolica. *Sacra Cong Rit. in Cameracen* 6. *Decembris* 631. teste Lezana *in sum. quaest. Regul. tom.* 3. *verbo Calix. num.* 3 *in med.*

14 Abbates, Priores Guardiani, & alij Religionum Prælati etiam ex Societate I e s v, habentes priuilegia benedicendi vestes sacras, cœmeteria, & similia, dicto priuilegio vti non possunt, nisi in iis rebus, in quibus sacra vnctio non adhibetur, & pro seruitio duntaxat Monasteriorum, & Ecclesiarum, propriarum, *S. Cong. Rit. in Cameracen.* 31. *Martij* 1631. de qua mentionem facit Ioannes Maria Nouar *in lucerna Regul. verbo benedicere*, me citato Lezana in *sum quaest. Regul. tom.* 3. *verbo Altare n.* 3.

15 Abbas habens priuilegium, vt omnia, quæ spectant ad Episcopum, possit exercere, non potest tamen Chrisma conficere, nec sacros Ordines cùm ea quæ sunt Ordinis requirant speciale mandatum. *S. Cong Conc.* penes Lezanam *in sum quaest. Regul tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 37.

16 Abbas non potest vti facultate conferendi S. Confirmationis Chrisma, nisi Ordinarius loci consenserit, & quemadmodum, & quando placuerit ei. *Sacra Cong. Concil.* teste Quarant. *in summa Bullarij verb Ordo. vers possunt etiam ex priuilegio pag. mihi* 501.

57 Abbas postquam benedictionis munus & sacerdotalem Ordinem susceperit, potest Tonsuram & minores Ordines sæcularibus Episcopi iurisdictioni subiectis conferre: si modo ipsius Episcopi consensus accedat, iique pro se quisque ab eodem Episcopo litteras dimissorias impetrauerint, ita vt satis non sit id generatim ab Episcopo fuisse concessum, sed hac concessione singulis opus sit. Potest etiam ipse Abbas eosdem Ordines conferre aliis Regularibus, qui dimissorias speciales suorum Superiorum, & specialem consensum Episcopi loci habuerint, ac propterea aliis sæcularibus, qui aliorum Episcoporum iurisdictioni subiecti sint, dummodo Superiorum dimissorias attulerint, & specialem consensum Episcopi loci, in quo Ordines huiusmodi cupiunt suscipere. *Sacra Congr. Concil. sub die* 7. *Septembris* 1593. testibus Ioan. Baptista Confectio *in collect. priuileg fol.* 136. Quarant. *in summa Bullar. verbo Ordo prope fin. vers. Abbatibus*, Ioann. Baptist. Tiber. *in instruct. pro Ordinandis, cap.* 7. *quaest.* 48. *in fine*, Grilenzon. *cons.* 142. *num.* 52. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 2 *disp.* 2. *quaest.* 7. *ex num.* 3. Sed horum attestationi minimè videtur credendum, cùm reperiatur contrarium fuisse resolutum de ordine Clementis V I I I. per sacram Rotam, vt est apud Seraph. *decis.* 985. quem secutus fui *de officio & potest. Episcopi, part.* 1. *alleg.* 3. *num.* 1. Et nouissimè *S. Congreg Episcoporum & Regular. Emmentissimo Cardinale Giptio referente, sub die* 27. *Iunij* 1631. censuit Thomam Narduccium Camplen. promotum ab Abbate de Carropoli Ordinis Cælestini cum litteris dimissorialibus Vicarii Generalis Camplen. eidem Abbati directis, esse malè promotum; atque ideò indigere nouâ promotione, refert Ioann. Maria Nouar *in lucerna Regul. verbo Ordo, num.* 2. Ego *de iure Ecclesiast. vniu. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 16.

18 Abbas si cessante priuilegio ac etiam benedictione aliquem tonsurauerit, is talis debet denuò tonsurari. *Sacra Congr. Concil. sub die* 8. *Maij* 1627. teste Aldano in *compendio Canon. resol. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 5.

59 Abbas de iure conferre potest Ordines minores suis subditis, licet non sit benedictus. *Sacra Congreg Concil.* 16. *Februarij* 1619. apud Ioan. Maria Nouar. *dict. verbo Ordo num.* 4.

20 Abbas alicuius Abbatiæ exemptæ non potest Ordines in ea conferre, licet sit Episcopus, secus si

Abbatia est nullius, quia habet populum. *Sacra Congr. Concil. sub die 8. Augusti 1621.* quam citat Sellius *dict. c. 19 num. 16.*

21 Abbas concedere non potest litteras dimissorias, etiam si probetur Abbatiam esse in statu nullius diœcesis. *Sacra Congr. Concil in Theatina 11. Septembris 1621.* teste Sellio *dict. cap. 19. num. 32.* Verùm nouissimè cùm R. P. Patres Ordinis Carthusiani supplicauerint Sacram Congr. Episcoporum, & Regul. pro reuocatione eorundem ordinis ab eadem Sacra Congr. emanati, & directi Priori Monasterij Sancti Stephani de Busco, ne auderet dimissorias concedere ad Ordines subditis sæcularibus eiusdem Monasterij, attento quod decisionibus & sententiis Rotalibus fuerat iam resolutum dictum Monasterium ex donationibus Apostolicâ, & ordinariâ auctoritate confirmatis habere proprium territorium, & in suos subditos exercere omnimodam iurisdictionem. *Eadem igitur Sacra Congr. sub die 18. Iunij 1632.* Eminentissimo Giprio referente, censuit reuocandam & tollendam esse, prout reuocauit, suspensionem, per quam prædicto Priori Carthusiensi Monasterij Sancti Stephani de Busco ab eadem sacra Congr. prohibitum fuit *sub die 21. Februarij 1631.* concedere litteras dimissorias ad Ordines subditis propriis sæcularibus, refert Ioann. Maria Nouar. *dict. verbo Ordo. num. 7.*

22 Abbas non debet associari ex sua domo, nec excipi, cùm ad Pontificaliter celebrandum vadit, seu ad Ecclesiam accedit solemniter celebraturus, quia Cæremoniale de Episcopis loquens in hoc casu non comprehendit Abbates *Sacra Cong. Rit. in Hispan. S. Ioannis de Peña 11. Decembris 1615.* de qua Aldanus *d tit. 1. n 4.*

23 Abbas in sua Ecclesia celebrans potest populo solemniter benedicere, sed non in præsentia Epis-
24 copi. Et quamuis habeat vsum Mitræ, & Baculi, & solemniter Populo inter Missarum solemnia benedicere possit, tamen priuatam benedictionem per viam subditis dare non potest *Sacra Cong Rit. in Eugubina 17. Iulij 1604.* penes Aldan. *vbi supra n. 6.*

25 Abbas seu prior habens vsum Mitræ & Baculi, suos ministros habere debet dum solemniter celebrat, videlicet Diaconum, & Subdiaconum, qui in Missa cantatori sunt Epistolam & Euangelium, & vnum Capellanum cum Pluuiali, qui assistat ad librum, & aliquos clericos & Ministros cum cotta: non autem habere potest duos Diaconos assistentes, sicut habet Episcopus quando celebrat. *Sacra*
26 *Cong. Rit. in Firmana 18. Ianuarij 1606.* Et birreto nigro sub Mitra vti potest, non autem alterius coloris, nec potest vti Baldachino. *Eadem sacra Cong. Rit. in dicta Firmana*, de qua Aldan. *d. tit. 1. n. 16.*

27 Abbas Ecclesiæ sæcularis Collegiatæ, & ab Ordinario exemptæ, ac Sedi Apost. immediatè subiectæ, vsum Mitræ habens dum in sua Abbatiali Ecclesia sibi pleno iure subiecta Diuinis solemniter interest, potest absente Episcopo suos Canonicos assumere ad sibi assistendum, & eandem in eos iurisdictionem exercere, quam Episcopus exercet in suos. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina S. Petri in Bregolio. 7. Februarij 1604.* apud Selli. *d. c. 19 n. 25.*

28 Abbas licet exemptus, & habens priuilegium vsus Pontificalium, non potest illis vti extra monasterium, nisi de licentia Ordinarij. *Sacra Cong. Rit. in Cameracen. 6. Decembris 1631.* referente Sellio. *dict. cap. 19. num. 8.*

29 Abbas debet incedere in Ecclesia in habitu decenti, & non camerali *S. Cong. Rit. in sancti Seuerini 9. Maij 1609.* penes Aldan. *d. tit. 1. n. 15.*

30 Abbati habenti iurisdictionem quasi Episcopalem cum vsu Mitræ, & Baculi; non licet deferre Mitram extra propriam eius Ecclesiam per diœceses Ordinariorum absque speciali indulgentia Sedis Apost. nec fine, oec cum licentia Ordinariorum. Sacra Cong Rit. in Fornacen. 2. Augusti 1631. cuius meminit Aldan. *d. lib. 1. tit. 8. num. 15.* quem refero in *collect. ad Concil. Trid. sess. 6. de reform. c. 5. n. 21.*

31 Abbas in processionibus extra suam Ecclesiam, & Conuentum non potest vti Mitra & Baculo, necetiam ante se deferri facere *Sacra Cong. Rit. in Eugubina 17. Iulij 1604.* quam refert Sellius *d. c. 19. n. 24.*

32 Abbas ad quem spectat in processionibus deferre sanctissimum Sacramentum, & Reliquias, si noluerit, aut non potuerit, non potest alteri suo arbitrio delegare, sed vnus ex Presbyteris sæcularibus succedit. *Sacra Cong. Rit. in Firmana terra S. Victoriæ 21. Maij 1618.* de qua Aldan *d. tit. 2. n. 28.*

33 Abbas exemptus in Ecclesia suæ iurisdictioni subiecta, Episcopo præsente, debet sedere in sede inferiori Episcopi, & sine ornatu, vel apud Episcopum à sinistris, vel è conspectu Episcopi; in loco tamen inferiore respectu sedis Episcopi. *Sacra Cong Rit. in Aquilana 18. Martij 1617.* apud Aldan. *d. tit. 2. num. 29.*

34 Abbates quando plures sunt in eodem loco habentes clerum distinctum, debent in processionibus incedere quisque cum suo clero & in suo loco. *Sacra Cong. Rit. in Nucerina Gualdi 19. Ianuarij 1615.* teste Sellio *d. cap. 19 num. 21.*

35 Abbates benedicti cedere debent Canonicis capitulariter, & processionaliter incedentibus. *Sacra Cong. Rit. in Valuen. 8. Iulij 1602.* quam citat Sellius *d. c. 19. n. 25.*

36 Abbas qui habet in suo territorio iurisdictionem priuatiuè ad Episcopū, debet tam eos, qui licentiā ad prædicandū obtinere volunt, quàm eos, qui ad Cōfessiones approbā li sunt in Ecclesijs Abbati subiectis, ipsi Episcopo præsentare. *Sacra Cong. Conc. in Calaritana.* quam refert Stephan. d'Aluin. *de Episcop. Abbatiū & Abbatissar potestate c. 19 n. 8. in fine.*

37 Abbas non potest Synodum celebrare, nisi habeat prouinciam. *Sacra Cong. Concil. sub die 17. Augusti 1626.* teste Sellio *in select. Canon c. 21. num. 4.* quem refero *in collect. ad Trident. sess. 24. de reform. cap. 2. n. 9.*

38 Abbates benedicti, & qui vsum Mitræ habent præcedunt Commendatarijs. *Sacra Cong. Concil.* referente Paulo Piasecio *in praxi Episcop. p. 2. c. 2. n. 3. ad .*

39 Abbates Abbatiæ carentis cura & Conuentu non sunt cogendi residere. *Sacra Cong. Concil.* de qua Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. cap. 2. n. 119. in 9. declarat.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 2. n. 45.*

40 Abbas populum non habens, etiam quod exemptus non sit, non tenetur accedere ad synodum diœcesanam nisi aliqua causa rationabilis adesset, vel consuetudo inualuisset, vt accederet. Gloss. & Abb. in cap. superbis, de maior. & obed. *Sacra Cong. Conc.* apud Sellium *d. c. 25. n. 5.*

41 Abbas

41 Abbati qui exercet iurisdictionem in aliquo territorio ex consuetudine immemoriali confirmata à Sede Apost. non obstat decretum Concilij sess. 7. cap. 8. de reform. quin possit visitare Ecclesias, *Sacra Cong. Concil.* teste *Rota in Salamantina iurisdictionis 9. Maij* 1594. coram *Card. Seraphini* decis.

42 Abbas ob id, quod ius conferendi aliquam Parrochialem habet, in eius vacatione nullum examinis edictum proponere potest, nec illius officij partem aliquam attingere, sed id pertinet ad Ordinarium, qui debet ipse proponere edicta, & examinatores, ex Concilij præscripto deputatos adhibere, à quibus omnes istiusmodi concursu examineotur, quo examine confecto, ex iis, quos vitæ integritas, & doctrina commendabit, Ordinarius debet eligere magis idoneos, ac postea Abbati relinquere, vt ex electis, cui maluerit, curam conferat, *Sacra Cong. Concil.* quam citat Nicol. Garcia *de benefic. p. 9. cap 2 n* 149.

43 Abbati concursum facere non licet, nisi probetur ius habere congregandi Synodum, & aliàs legitimè congregasse *Sacra Cong Concil.* penes Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. nu.* 13. quem refero *in collect. ad Trid. sess* 24. *de reform cap* 18. *n* 50.

44 Abbates & alij etiam omnem iurisdictionem habentes ordinariam non possunt instituere in beneficiis simplicibus præsentatum à patronis absque præuio examine Episcopi, ex decreto *Concil. sess. 7. de reform. cap.* 13. *& sess* 25. *etiam de reform. cap.* 9. & aliter facta institutio est nulla, ex *eod. cap.* 9. etiamsi præsentationes fiant coram Abbatibus, & aliis exemptionem à fundatione prætendentibus, si tamen illis exemptionibus innitatur, *Sacra Cong. Concil.* referente Sellio *d. c.* 18. *n.* 25.

45 Abbati exempto Collegiatæ secularis habenti iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem non licet in sua Ecclesia, vbi Præbēdæ simul cum distributionibus quotidianis adeo tenues sunt, vt pro sustentando sufficienti Canonicorum gradu, loci, & personarum qualitate non sufficiant, cum consensu Capituli, aliquibus ex iis suppressis, & earum fructibus & prouentibus reliquarum Præbendarum distributionibus applicatis, eas ad pauciorem numerum reducere: sed hoc spectat ad Episcopum cum consensu tamen Capituli, si ipsa Collegiata Insignis sit, *Sacra Cong. Concil.* apud Nicol. Garc. *de benef. p.* 12. *c.* 5 *n.* 75.

46 Abbates Regulares habentes iurisdictionem criminalem in clericos etiam sæculares, minimè comprehenduntur decreto Concilij sess. 24. de reform. cap. 30. vers. ad hæc *Sacra Cong. Concil. die* 5. *Februarij* 1579. de qua Lezana *in summ. quæst. Regular. com.* 2. *c.* 2. *n.* 43.

47 Abbates, & alij Prælati inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, etiam nullius diœcesis, non gaudent facultate dispensandi & absoluendi concessa Episcopis *in Trid. sess.* 24. *de reform c.* 6. *Sacra Cong. Conc.* testibus Nicolao Garcia *de benefic. p.* 7. *c* 11 *nu.* 13. *&* 17. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de irreg. in declarat. n.* 9. *&* 10. quos refero *de Episcopo p.* 2. *alleg.* 39. *n.* 17.

48 Abbates, aliique Prælati Regulares, & Religiosi Confessores possunt audire Cōfessiones secularium, qui sunt de eorum familia, aut aliàs deseruiunt in eorum monasteriis absque licentia, & approbatione Episcoporum *Sacra Cong. Concil.* quam citat *Barbos. Apost. Decis. Sum.* Steph. d'Aluin. *de Abbatum, & Abbatiss. potestate c.* 19. *n.* 9. *in princ.*

49 Abbates, Præpositi, & alij etiam vsum Mitræ habentes non debent præcedere Capitulo quando incedit collegialiter, id est simul, prout in choro, processione, & assistendo suo Prælato. *Sacra Cong Conc. in Salernitana*, cuius meminit Zerol. *in praxi Episcop p.* 2. *verbo Concilium* §. 1.

50 Abbates, Præpositæ, & Abbatissæ vitam Regularem ducentes, non tenentur Episcopo rationes reddere. *Sacra Cong. Concil.* referentibus Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcop. n.* 79. *vers. & Abbates*, Lezana *in summa quæst. Regul. tom.* 2. *c.* 1. *n.* 44.

51 Abbas secularis potest vti Rochetto in casu, quo Abbas Regularis vtebatur superpelliceo. *Sacra Cong. Rit. in Turritana* 23. *Ianuarij* 1621. de qua mentionem facit Sellius. *d. c.* 19 *n.* 22.

52 Abbas Canonicorum Regularium Lateranen. ciuitatis Vercellen. potest deferre Mozettam, vbique etiam præsente Episcopo. *Sacra Cong. Rit. in Vercellen.* 9. *Decembris* 1617. *&* 32. *Martij* 1621. teste Aldano *d. tit* 2 *n.* 36.

53 Abbas sanct. Saluatoris Montis Amiati extra claustra cum Mozetta incedere non potest. *Sacra Cong. Episcop. & Regular. in Clusina* 25. *Septembris* 1615. cuius meminit Sellius *d. c.* 19. *n.* 26.

54 Abbas sancti Matthæi ciuitatis Ianuensis cogi potest accedere ad publicas processiones. *Sacra Cong. Rit in Ianuen.* 19. *Nouembris* 1618. penes Aldan. *d. c.* 19. *n.* 26. *cum sequenti.*

55 Abbatis in iurepatronatus, qui habet temporalem iurisdictionem non requiruntur ampliores illæ probationes, quas Concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 9. exposcit in iis personis, quibus præsumitur vsurpatio *Sacra Cong. Conc. in Sublacen.* 23. *Septembris* 1621. cuius meminit *Rota in Papien. iurisp. coronatus* 28. *Iunij* 1630. *coram bona mem. Pirronano.*

56 Abbates Ordinum possunt inuito Episcopo reuocare absolutè ad monasterium Religiosos exercentes curam animarum in Ecclesiis, quæ sunt vnitæ ipsis monasteriis, sed quoties denuò ad curā animarum exercendam deputantur, sunt iterum ab Episcopo deputandi, & approbandi, *Sacra Cong. Conc. in Cameracen.* 24. *Ianuarij* 1602. apud Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regular. verbo Abbas n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Concursum beneficiorum Curatorum non potest facere Abbas Commendatarius Abbatia exempta existentis intra fines alicuius diœcesis.*

2 *Concursum instituere, examinare, approbare, omniaque illa facere quæ continentur decreto Concilij cap. 18. sess. 24. de reform. possunt Abbates Commendatarij. & alij inferiores Episcopo, qui habent iurisdictionem Episcopalem, & dicuntur nullius diœcesis cum proprio territorio, si habent ius congregandi synodum, & legitimè constet illam congregasse, & elegisse examinatores.*

3 *Canonici Cathedralis Ecclesiæ, quando capitulariter incedunt, sunt præferendi Abbatibus Commendatarijs.*

4 *Residere, & Sacris initiari tenentur Abbates Commendatarij curam animarum iurisdictionalē habentes.*

5 *Confirmationis sacra pro administratione suis Populis exhibenda quem maluerit Episcopū vocare non potest Abbas Cōmendatarius Abbatia existentis intra*

5 fines alicuius diœcesis etiam exempta, & habentis intra quasi episcopalia, nisi de consensu, & licentia Episcopi in cuius diœcesi est Abbatia.

6 *Seminario contribuere tenetur Abbas Commendatarius etiam Cardinalis.*

7 *Vocem consultiuam in Prouincialibus Concilijs habent dumtaxat Abbates Commendatarij, & Capitulorum deputati.*

8 *Procuratores Episcoporum, si Concilio Prouinciali placuerit, possunt imeo vocem decisiuam habere.*

9 *Dispensare super illegitimitate ad quatuor Ordines minores potest Abbas Commendatarius habens iurisdictionem quasi Episcopalem in suo territorio separato.*

10 *Residere non tenetur Abbas Commendatarius Sanctorum Vincentij & Anastasij Amandula, quamuis Abbatia curam habeat animarum secularium, cùm ea sit exercenda per Vicarium Presbyterum secularem ab Ordinario approbandum.*

11 *Visitandi castrum Brilignanum monasterij S. Clementis in Piscaria ius non habet Archiepiscopus Theatinum.*

12 *Pontificalibus Insignijs vti possunt Abbates Commendatarij Beat. Mariæ Farsensis, & sancti Saluatoris Maioris.*

13 *Litteræ Apost. quæcunque dirigi debent Abbatibus Commendatarijs B. Mariæ Farfensis, & S. Saluatoris Maioris, tanquam locorum Ordinarijs, seu illorum Officialibus non autem Archiepiscopis, aut Episcopis, vicinioribus.*

14 *Liber osculandus in Missa non datur Commendatario, seu eius procuratori.*

Abbas Commendatarius.

Collect. II.

1 Abbas Commendatarius Abbatiæ exemptæ existentis intra fines alicuius diœcesis, & habena iura quasi Episcopalia, non potest facere concursum beneficiorum Curatorum, sed hoc spectat ad Episcopum, in cuius diœcesi est Abbatia, qui electo magis idoneo mittet eundem ad Commendatarium pro collatione. *Sacra Cong. Concilij Trident.* apud Nicol Garc. *de benef. p. 9. cap. 2. n.* 123.

2 Abbas Commendatarius & alij inferiores Episcopo, qui omnimodam habent iurisdictionem Episcopalem, nec alicubi subsunt, sed sunt immediatè subiecti sedi Apost. nullius diœcesis proprium territorium habentes, si habent ius congregandi Synodum, & legitimè constet illam congregasse, & elegisse examinatores, possunt concursum instituere, examinare, approbare, omniaque illa facere quæ continentur decreto *Concilij cap. 18. sess. 24 de reform. S. Cong. in Farfen. Abbatia*, cuius memini *in collect. ad Concil. Trid. d. c. 18. n. 49.* & sic fuisse decisum testatur Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. c. 2. n. 136.*

3 Abbates Commendatarij Monasteriorum, seu Abbatiarum in Concilijs Prouincialibus sunt recipiendi inter Abbates, eisque Canonici Cathedralis Ecclesiæ sunt præferendi, quando capitulariter incedunt, sed extra hunc casum Abbates titulares, vel habentes vsum Mitræ debent præcedere Commendatarijs, post hos locum obtinent dignitates, & post dignitates collocandi sunt procuratores Ecclesiarum Cathedralium. *S. Congreg. Concilij* teste Sellio *in selectis Canon. cap. 13. n. 40.* quem refero *in collect. ad Concil. Trid sess. 25. de Regularib. c. 13. n. 3.*

4 Abbates Commendatarij curam animarum iurisdictionalem habentes tenentur residere, & Sacris initiari, per omnia enim æquatæ sunt hodie commendæ titulis. *S. Cong. Concil.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 2. n. 166.*

5 Abbas Commendatarius Abbatiæ etiam exemptæ existentis intra fines alicuius diœcesis, & habentis iura Episcopalia non potest vocare quem maluerit Episcopum pro ministrando Sacramento Confirmationis suis Populis, nisi de consensu, & licentia Episcopi, in cuius diœcesi est Abbatia. *S. Cong. Concilij*, quam refert Sellius *d. c. 13. n. 29.*

6 Abbas Commendatarius etiam Cardinalis tenetur contribuere Seminario. *Sacra Cong. Concilij in Adrien. 3. Decembris* 1612. de qua meminit Sellius *d. c. 13. n. 31.*

7 Abbates Commendatarij & Capitulorum deputati habent dumtaxat vocem consultiuam in
8 Prouincialibus Concilijs. Procuratores verò Episcoporum possunt, si Concilio Prouinciali placuerit, decisiuam habere. *Sacra Cong. Concilij*, quam adducit Paulus Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 2. n. 3. ad. 5.*

9 Abbas Commendatarius habens iurisdictionem quasi Episcopalem in suo territorio separato, potest dispensare super illegitimitate ad quatuor Ordines minores. *Sacra Cong. Concil. in nullius oppidi de Pignarolis 18. Nouemb.* 1628. penes Sellium *d. cap. 19. num. 27.*

10 Abbas Commendatarius Sanctorum Vincentij & Anastasij Amandulæ Firmanæ diœcesis Ordinis Sancti Benedicti, non tenetur residere in Abbatia, quamuis illa curam habeat animarum secularium, cùm illa sit exercenda per Vicarium Presbyterum secularem ab Ordinario approbandum. *Sacra Cong. Concil.* referente Sellio *d. c. 19. n. 30.*

11 Abbas Commendatarius Monasterij Sancti Clementis in Piscaria Ordinis Sancti Benedicti in prouincia Aprutij, inter alia habet castrum Brilignanum ordinariam & principalem sedem Abbatis, in quo etiam iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos & Parochianos exercet, excepta pœna mortis, & mutilationis membrorum, potest ratione talis iurisdictionis temporalis excludere Archiepiscopum Theatinum à prætenso iure visitandi dictum castrum vigore *Concilij sess. 25. c. 11. de reform.* ibi, *exceptis ijs monasterijs &c. S. Cong. Concilij* teste Sellio *d. c. 19. n. 32.*

12 Abbates Commendatarij B. Mariæ Farfensis, & Sancti Saluatoris Maioris possunt vti Insignijs Pontificalibus. *Vrbanus VIII. in sua Constit.* incip. *Romanus Pont. die 18. Nouembris* 1628. quam refert Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 3. q. 4. post. n. 20.*

13 Et illis tanquam locorum Ordinarijs, seu illorum Officialibus quæcunque litteræ Apostolicæ dirigi debent, non autem Archiepiscopis, & Episcopis vicinioribus. Idem *Vrbanus VIII. in alia sua constit. incip. Pastoralis 18. Nouembris* 1627.

14 Abbati Commendatario, seu eius procuratori non datur liber osculandus in Missa. *Sacra Cong. Rit. sub die 17. Septembris* 1611. apud Gauant. *in rub. Missalis p. 2. tit. 6. n. 2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Rubricas in Missali monastico reformato positas tenentur seruare Abbates omnes, & Monachi militantes sub regula Sancti Benedicti*

2 *Baculo & Mitra Pontificali vti possunt Abbates Cassinenses in ipsorum Ecclesijs, ac Populo solemniter benedicere, consecrare,*

consecrare Altaria lapidea ad vsum suarum Ecclesiarum.

3 *Baldachino quibus diebus, quomodo, & cum qua ministrorum assistentia vti possint Abbates Cassinenses, ostenditur.*

4 *Missam celebrare cum Mitra, & conferre Ordines minores poterat Abbas S. Pauli extra muros de Vrbe.*

5 *Mitra vsus concessus fuit Abbati S. Petri de Bisurdurno diœcesis Gerundensis.*

6 *Oratoria omnia & capella extructa sub denominatione sancti Antonij subijciuntur Abbati Generali Fratrum S. Antonij Viennensis.*

7 *Manutentio in quasi possessione quæstuandi more solito conceditur Abbati Generali S. Antonij Viennen. ac omnibus ab eo dependentibus Prioribus, Fratribus, & ministris.*

8 *Triennales instituuntur Abbates S. Antonij Viennen. & alij huius Ordinis Superiores.*

9 *Societatem Lucorum Corona Domini erigendi facultas conceditur Abbati Generali Ordinis Camaldulensis.*

10 *Baldachino quibus diebus, quomodo, & cum qua ministrorum assistentia vti possint Abbates Camaldulenses, ostenditur.*

11 *Manutentio conceditur Abbati Generali Cælestinorum in possessione deferendi habitum Prælatitium Regularium.*

12 *Habitu Prælatitio Regularium, & in monasterijs sui Ordinis Pontificalibus indumentis vti, ac Missas solemniter celebrare, & interessentibus solemnem benedictionem impartiri potest Abbas Generalis Cælestinorum.*

13 *Baldachini vsus conceditur Abbatibus Cælestinis eodem ferè modo, & cum eisdem clausulis, quibus concessum fuit Abbatibus Camaldulensibus.*

14 *Visitandi omnia monasteria tam virorum quàm monialium omnium prouinciarum ius habet Abbas Generalis Cisterciensis.*

15 *Exempti non sunt Abbates Cistercienses à iurisdictione Abbatis supremi Visitatorum, & Reformatorum.*

16 *Eligendi sunt Abbates Cistercienses ex vniuerso numero eorum, qui saltem per biennium minora officia laudabiliter administrarunt.*

17 *Priuilegium vtendi Mitra, annulo, ac alijs Pontificalibus Insignijs habet Abbas Cistercij, & quatuor primi Coabbates eiusdem Ordinis.*

18 *Mitra & Baculo vtendi priuilegium habet Abbas Generalis Monachorum montis Virginis, necnon Pontificalia exercendi.*

19 *Mozeta, seu bauari lati cum caputio, & sine birreto vsus conceditur Abbati Generali Monachorum Montis Virginis in terris & locis tātùm suæ iurisdictioni subiectis.*

20 *Absoluendi in foro Conscientiæ tantùm, & dispensandi Monachos suos à qualibet irregularitate præterquam ex causa homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum facultas conceditur Abbatibus, Visitatoribus, & Generali Montis Oliueti.*

21 *Conseruator esse potest Abbas Ordinis Oliuetani si Episcopus in Synodo eum deputauit Iudicem Synodalem.*

22 *Baldachini vsus conceditur Abbatibus Oliuetanis eodem ferè modo, & cum eisdem clausulis, quibus concessus reperitur Abbatibus Camaldulensibus.*

Abbas Generalis, & particularis Ordinum nonnullorum Monachalium.

Collect. III.

1 Abbates omnes Monachi militantes sub regula S. Benedicti seruare tenentur rubricas in Missali monastico reformato positas, etiam sub pœna priuationis officiorum, necnon vocis actiuæ, & passiuæ tam contra dictum Missale non recipientes, quàm contra illius receptioni, & obseruationi se opponentes. *S. Congreg. Rituum in Bergen.* 5. *Ianuarij* 1626. teste Aldano *in compendio Canonicarum resolut. lib.* 3. *tit.* 25. *num.* 17.

2 Abbates Cassinenses in ipsorum Ecclesijs Baculo & Mitra Pontificali vti possunt, ac populo solemniter benedicere, consecrare Altaria lapidea, ad vsum suarum Ecclesiarum, & piorum locorum intra septa earundem positorum tantùm. *Pius IV. constit.* 97. incip. *Sedis* 16. *Iulij.* 1565. apud Laert. Cherubin. *in Bullario nouo tom.* 2. *pag.* 152. aliàs *pag.* 114. in nouiss. impress.

3 Abbatibus Cassinensibus quando solemniter celebrant (quod in tribus ad summum festiuitatibus facere eis permittitur) licet vti Baldachino sine auro tamen & pompa, ac aliquibus etiam Ministris paratis sacris indumentis, qui ad summum sint duo Diaconi & Presbyter assistentes, Diaconus, & Subdiaconus pro cantandis Euangelio, & Epistola, ac sex ad summum alij, duo cum Pluuialibus, duo cum Planetis, & duo cum Tunicellis coloris temporis conuenientis. Non debent tamen iidē Abbates habere, aut tenere sedē suā Abbatiarū fixā & permanentē prope Altare, vt sedes Episcopalis retineri consueuit, minusque licet supradictis sex Monachis paratis vt supra sedere in sedibus choralibus, vt Canonicorum sæcularium mos est, sed sedes pro Abbate solemniter celebrante retineatur in Ecclesia his tantummodò tribus diebus, quibus ipse Abbas solemniter celebrat; dictique sex Monachi parati sedere debent loco congruo iuxta Ecclesiarum conuenientem situm super scabellis ad hunc effectum tunc appositis, panno laneo coopertis. *Sacra Cong. Rituum die* 29 *Ianuarij* 1628. quam refert Laurentius de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in additam. cap.* 12. *pag.* 512. *Vrbanus VIII. constit.* 101. incip. *Exponi,* 11. *Iulij* 1629. apud Angelum Mariam Cherubin. *tom.* 4. *Bullarij pag.* 109.

4 Abbas sancti Pauli extra muros de Vrbe Congregationis Monachorum Cassinen. poterat celebrare cum Mitra & conferre Ordines minores. *Paulus. III. constit.* 15. incip. *Benignitas, Nonis Nouembris* 1537. apud Laert. Cherubin. *in Bullario pag.* 636.

5 Abbati sancti Petri de Bisurdurno, Ordinis S. Benedicti diœcesis Gerundensis in Regno Aragoniæ à iurisdictione Ordinarij exempto, & vsum Baculi habenti concessus fuit vsus Mitræ. *S. Cong. Rituum in Gerunden.* 2. *Septembris* 1597. teste Aldano *d. tit.* 25. *n.* 19.

6 Abbati Generali Fratrum S. Antonij Viennensis subijciuntur Capellæ, & oratoria omnia extructa sub denominatione S. Antonij. *Clemens VII. constit.* 2. incip. *Rationi* 7. *Kalend. Decembris* 1523. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 558.

7 Abbas Generalis sancti Antonij Viennen. ac omnes ab eo dependentes Priores, Fratres, & Ministri manutenentur in quasi possessione quæstuandi more solito. *Pius IV. constit.* 100. incip. *Ex debito* 19. *Augusti* 1565. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 154.

8 Abbates S. Antonij Viennen. & alios huius Ordinis Superiores triennales institui mandauit *Gregorius XV. constit. sua sub Dat.* 15. *Kalend. Augusti* 1622. *Vrbanus VIII. in sua constit. sub Dat. Idib. Iunij* 1624.

9 Abbati Generali Ordinis Camaldulen. conceditur facultas erigendi Societatem laicorum Coronæ Domini ad instar Rosarij B. Mariæ in propriis sui Ordinis Ecclesijs. *Sacra Cong. Rit. in Camaldulen. 25. Ianuarij 1602.* referente Aldano *d. tit. 25. n. 42.*

10 Abbatibus Camaldulensibus quando solemniter celebrant (quod in tribus tantùm quolibet anno festiuitatibus eis facere permittitur) licet vti Baldachino, sine auro tamen & pompa cum assistentia vnius Presbyteri & duorum Diaconorum vltra Diaconum, & subdiaconum pro cantando Euangelio & Epistola, ac sex aliorum ad summum Monachorum sacris vestibus indutorum, quorum duo assistunt cum Pluuialibus, duo cum Planetis, & duo cum Tunicellis coloris tempori conuenientis, & dummodo iidem Abbates nullo modo teneant sedem Abbatialem fixam, & permanentem vt sedes Episcopalis retineri consueuit, sed eorum sedes retineatur in Ecclesia his tantummodo tribus diebus per annos singulos, quibus Abbates solemniter celebraturi erunt, & dicti sex Monachi vt supra parati, non in sedibus choralibus, sed super scabellis sedeant in loco congruo iuxta Ecclesiæ conuenientem situm ad hunc effectum, tunc appositis panno laneo coopertis *S. Cong. Rituum in Camaldulen Baldachini 21. Augusti 1632.* apud Aldan. *d. tit. 25. n. 44.* reperitur concessum ab *Vrbano VIII. constit. 14.* aliàs 124. incip. *Nuper pro parte 15. Septembris 1631.* apud Angel. Mariam Cherubin. *tom. 4. Bullarij in appendice pag. 26.* de qua meminit Lezana *in sum. tom. 3. verbo Baldachinum n. 5.*

11 Abbas Generalis Cælestinorum manuteneri mandatur in possessione deferendi habitum Prælatitium Regularium. *S. Cong. Rituum in causa Celestinorum 8. Augusti 1606.* teste Sellio *in selectis Canon. c. 19. n. 90.*

12 Item potest eas facere functiones, quas alij Abbates exempti facere consueuerint, habitumque Prælatitio Regularium, & in monasterijs sui Ordinis Pontificalibus indumentis vti, ac Missas solemniter celebrare, & interessentibus solemnem benedictionem impartiri posse concessit *Paulus V. sua const.* incip. *Ex iniuncto 9. Decembris 1605.* impressa post *Constit. 24. Vrbani VIII. in tom. 4. Bullarij.*

13 Abbatibus Cælestinis conceditur vsus Baldachini eodem fere modo, & cum eisdem clausulis & conditionibus, quibus concessus fuit Abbatibus Camaldulensibus, vt videre est supra *n. 10. Vrbanus VIII constit.* incip. *Exponi nobis 26. Septembris 1629.* apud Angel. Mariam Cherubin. *in appendice tom. 4. pag. 11.* cuius meminit Lezana *in summ. quæst. Regul. tom. 3. in verbo Baldachinum num. 5.*

14 Abbas Generalis Cisterciensis restituitur in possessione iuris visitandi omnia monasteria tam virorum quàm monialium omnium prouinciarum sui Ordinis, & non potest impediri ab Episcopo, & aliis Prælatis, sub pœnis, de quibus in *Pij IV. constit. 70.* incip. *In eminenti 6. Kalend. Octobris 1563.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 100.*

15 Abbates Cistercienses etiam auctoritate Apost. suffulti non sunt exempti à iurisdictione Abbatis supremi, Visitatorum, & Reformatorum. *Eugenius IV. constit. 14.* incip. *Ad vniuersalis. Idib. Decembris 1438* apud Laert. Cherub. *tom. 1. Bullarij pag. 281.*

16 Abbates Cistercienses debent eligi ex vniuerso numero ... m. qui saltem per biennium minora officia laudabiliter administrauerunt. *Sixtus V. constit. 10.* incip. *Nuper, 15 Septembris 1585.* apud Laert. Cherubin. *tom. 2. Bullarij pag. 497.*

17 Abbas Cistercij, & quatuor primi Coabbates eiusdem Ordinis habent priuilegium vtendi Mitra, & annulo, ac aliis Pontificalibus Insignijs. *Innocentius VIII. in sua constit.* incip. *Exposcit, in Bullario Fratris Emman. Rodrig. Bulla 50. illius Pont.* & de ea meminit Lezana *in sum. quæst. Regular. tom. 1. c. 2. n. 39.*

18 Abbas Generalis Monachorum Montis Virginis priuilegium habet vtendi Mitra, Baculo, & solemniter benedicendi populo, ac exercendi Pontificalia. *Vrbanus IV. constit. 6.* incip. *Ecclesia. 2. Idib. Nouembris 1263.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 100.*

19 Eidem conceditur vsus Mozetæ seu Bauari laxi cum caputio, & sine birreto, & in terris & locis tantùm suæ iurisdictioni subiectis. *S. Cong. Rituum 9. Maij 1609.* quam refert Flauius Cherubinus Laertij filius, vtrumque agnoui in Romana Curia, ad *Bullam; aliàs 89. Pauli V. schol. 2.*

20 Abbatibus, & visitatoribus, ac Generali Congregationis Montis Oliueti facultas conceditur absoluendi in foro Conscientiæ tantùm, & dispensandi monachos suos à quacumque irregularitate, præterquam ex causa homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorum. *Pius IV. constit. 7.* incip. *Votis vestris*, apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 8.*

21 Abbas Ordinis Oliuetani potest eligi in Conseruatorem si Episcopus in Synodo eum deputauit Iudicem Synodalem. *Sacra Cong. Concilij 2. May 1619.* quam refert Sellius *in selectis Canonicis cap. 19 n. 85. & Aldan d. tit. 25. num. 41.*

22 Abbatibus Oliuetanis conceditur vsus Baldachini ferè modo, & cum eisdem clausulis, & conditionibus, quibus concessus reperitur Abbatibus Camaldulensibus, vt videre est supra num. 10. *Vrbanus VIII. constit. 97.* incip. *Exponi. 4. Aprilis 1629* apud Angel. Mariam Cherub. (Laertij alter filius est) *in Bullario tom. 4. pag. 107.* cuius meminit *in collect. ad Concil. Trid. sess. 6. de reform. cap. 5. num. 24.* & de ea Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Baldachinum n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Administrationem habentes Abbatiæ nonnisi professis per Ordinarios inferiores conferri possunt.*

2 *Visitare Abbatiam iurisdictionem vtramque habentem non potest Episcopus ex decreto* Conc. sess. 25. de Regul. cap. 11.

3 *Residere non est cogendus Abbas quando Abbatia cura & Conuentu caret.*

4 *Episcopus vicinior non potest conferre sacramentum Confirmationis nec exercere Pontificalia in Abbatia nullius diœcesis absque Abbatis expressa licentia.*

5 *Episcopus vicinior visitare potest beneficia secularia, & clericos seculares Abbatiæ nullius diœcesis.*

6 *Episcopus vicinior respectu abbatiæ dicitur ille, cuius Cathedralis Ecclesia sit Abbatiæ proximior, non autem locus dictæ Abbatiæ subiectis.*

7 *Concursum instituere eligere, ponere œconomos, aliaque peragere quæ habentur* cap. 18 sess. 24. de reform. *potest Abbas Commendatarius Abbatiæ nullius diœcesis si habeat ius Congregandi Synodum, & legitimè constet illam congregasse.*

Abbatia

Abbatia.

Collect. IV.

1 ABbatiæ & beneficia administrationem habentia nonnisi professis iuxta Canones per Ordinarios inferiores conferri possunt. *S. Cong. Conc.* apud Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 8. *n.* 78. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Abbatia num* 2. Lezana *in summa quæst. Regul. tom* 3. *verbo Abbatia num.* 1. meipsum *de Iure Ecclesiastico vniuerso lib.* 1. *cap.* 17. *num* 32.

2 Abbatia si habeat vtramque iurisdictionem spiritualem, & temporalem, non potest Episcopus illam, locaque sibi subiecta visitare ex decreto Concilij Trid. *sess.* 25. *de Regularib* cap. 11. *S. Cong. Conc. in Theatina* 7. *Nouembris* 1620. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 47.

3 Abbatia quando cura & Conuentu caret, non est cogendus Abbas residere. *S. Cong Concilij*, testibus Nicol. Garc. *de benefic. pag.* 3. *cap.* 2 *num.* 179. *in* 9. *declar.* Armendar *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2 § 2. *tit. Sed an Parochi debeant residere num* 179. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Abbatia num.* 5.

4 Abbatia aliqua, si nullius diœcesis sit, non potest Episcopus vicinior ibi conferre Sacramentum Confirmationis, nec exercere Pontificalia, absque Abbatis expressa licentia: sed est in facultate ipsius Abbatis conuocare quem maluerit Catholicum Antistitem, saluo tamen maiori iure Episcopi vi-
5 cinioris, si aliunde id sibi competat. Verum potest Episcopus vicinior visitare beneficia secularia & clericos seculares dictæ Abbatiæ, illosque repertos
6 culpabiles corrigere. Et Episcopus vicinior dicitur ille, cuius Cathedralis Ecclesia sit Abbatiæ proximior, non autem locis dictæ Abbatiæ subiectis. *S. Cong. Conc.* cuius meminit me citato Lezana *in summa quæst. Regular. tom* 2. *verbo Abbatia num.* 5.

7 Abbatia si nullius diœcesis, & Commendatarius habeat ius congregandi synodum, & legitimè constet illam congregasse, elegisseque examinatores in synodo, poterit ipse concursum instituere, eligere, ponere œconomos, aliaque peragere, quæ habentur *cap* 18. *sess.* 24. *de reform. S. Cong. Conc.* penes Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol.* 361. *in fine in* 2. *edit.* quem refero *de Parocho cap.* 2. *num.* 37. *in fine*, Vide in verbo. *Abbas Commendatarius num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Abbatissa agentes.*
2 *Triennales debent esse Abbatissæ quorumcumque Ordinum in Italia, etiam Melitensium.*
3 *Viduæ non possunt obire officia Abbatissæ, vel Priorissæ absque speciali Sedis Apostol. vel sacræ Cong licentia.*
4 *Illegitima Monialis in Abbatissam eligi non potest de Iure communi absque Sedis Apost. dispensatione.*
5 *Soror Abbatissæ non prohibetur de Iure succedere in officio sorori si Canonicè eligatur.*
6 *Eligendæ denuo non sunt ad eadem officia Abbatissæ seu Priorissæ statim expleto officiorum suorum triennio absque Sedis Apostolic. aut Sacræ Congreg licentia.*
7 *Annos 40. ætatis & octo professionis expressam laudabili vita debet habere Abbatissa.*
8 *Eligi iterum non potest Abbatissa S. Claræ in Portugalia intra sexennium.*
9 *Dispensare non potest Episcopus vt minor 40. annorum possit obire munus Abbatissæ.*
10 *Electio Abbatissæ, quæ ætatem 40 annorum non habebat, si in monasterio non desunt aliæ Moniales, quadragenariæ atque habiles, licet non adeo idoneæ sicut electa, est nulla*
11 *Electionis Abbatissæ diem tenentur Regulares Episcopo significare, eumque vsque ad præfinitum tempus expectare.*
12 *Episcopus cum suo Vicario, seu secretario, vel alio ab ipso assumpto in Electione Abbatissæ potest vota singularum Monialium ore tenus expressa audire.*
13 *Vota oretenus accipi possunt à Superiore in electione Abbatissæ, licet quatuor aut quinque illa sciant, si hoc est iuxta formam statutorum Religionis.*
14 *Episcopus vna cum Superioribus Regularibus in Abbatissarum, seu Priorissarum electionibus potest per se vel per alium interesse, ac præsidere absque vlla tamen monasteriorum impensa.*
15 *Episcopus non potest exquirere seu recipere vota Monialium in electione Abbatissæ monasterij Monialium Regularibus subiectarum, sed illa exquiri & recip. debent à Superiore Regulari, sciente tamen & audiente eodem Episcopo.*
16 *Votum nullatenus dare poterit superior Monialium, in electione Abbatissæ, seu Priorissæ, vbi inter eas circa electionem discordia extiterit.*
17 *Scrutatores Monialium in electione Abbatissæ non possunt supplere pro numero vocum requisitarum in huiusmodi electione, seu in casu discordiæ.*
18 *Electio Abbatissæ per vota non secreta per ignorantiam decreti Concilij Trid. non valet, nec Episcopus potest dispensare vt valeat.*
19 *Electioni Abbatissæ ex tripartito numero Monialium, duæ partes concurrere debent.*
20 *Episcopus in casu discordiæ quando Abbatissam eligere valeat.*
21 *Ius confirmandi Abbatissas minimè fuit Episcopis attributum per Constitutionem Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis.*
22 *Benedictionem vt accipiat Abbatissa noua non debet ad Episcopotum deduci.*
23 *Episcopus potest prohibere sub censuris & aliis pœnis sibi bene visis, Abbatissis, & aliis Superioribus Regularibus Monialium ipsis Regularibus subiectarum ne qua puella professionem emittat nisi prius explorata illius voluntate ab Ordinario.*
24 *Sepeliri debent intra claustra monasteriorum, vel in eorum Ecclesia exteriori Abbatissæ & Moniales.*
25 *Sepeliri non debent corpora laicorum, & mulierum nobilium in sepulchris Abbatissarum & Monialium.*
26 *Canonicarum Flandriæ Abbatissa, testari non potest, quia sola professionem regulæ S. Bernardi emittit.*
27 *Consensus omnium Monialium singulariter præstitus requiritur vt puella recipi possit in monasterio educationis causa.*

Abbatissa.

Collect. V.

1 DE Abbatissa Quarant. *in sum. Bullarij*, *verbo Abbatissa*, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. Megala *in promptuario Theologico verbo Abbatissa*, Barthol. Gauant. *in manuali Episcoporum verbo Abbatissa*, Nald. *in sum. eodem verbo*, Vriell. *in exam ne apum, & conclusionibus legalib. eodem verbo*, Laurct. de

Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regulares in quæstionibus de Abbatissis.* Ioan. Antonius Nouarius *in sum. Bullarum sub hoc verbo*, Ioannes Maria Nouar. eius frater *in lucerna Regularium eodem verbo*, qui plura ex collectaneis Bullarum me non citato desumpsit Ioann. Machado *en superfeto Confessor tom. 2. lib. 5. trat. 4. docum 4.* Lezana *in sum. quæst. Regular. tom. 1. cap. 26. de Abbatissis, & tom. 3. verbo Abbatissa*

2 Abbatissæ quorumcumque Ordinum in Italia non possunt esse perpetuæ, sed triennales duntaxat, & exacto triennio postquam regere desierunt, iterum eligi poterunt seruata forma Concilij Tridentini *Gregorius XIII. constit.* 80. incip. *Exposcit 1. Ianuarij* 1585. apud Laert. Cherubin *in Bullario, tom. 2. pag.* 463. aliàs *pag.* 348 in nouiss. impress. & apud Nald. *in sum. verbo Abbatissa num.* 8. & Lezanam *in sum. quæst. Regularium tom. 1. cap. 26. num.* 4. & illius meminit *tom. 3. verbo Abbatissa num.* 12. & Scortia *in selectas summorum Pont. Constit. epit.* 134. Quam Constitutionem seruari in omnibus Monialium monasterijs quarumuis Militiarum etiam Hierosolymitanurum censuit *Sacra Cong. Episcop. & Regul. sub die 22. Maij* 1604. prout referunt Lezana *d. tom. 3. verbo Abbatissa num.* 12. Ioan. Maria Nouarius. *in lucerna Regul. verbo Abbatissa sub n.* 8. vbi *num.* 9. ex fratre *in sum. Bullarum tit. de Abbatissa sub num.* 4. & *Sacra Cong. in vna Arianen.* ait minori tempore triennij posse ad tale officium assumi, & quotannis mutari.

Abbatissæ vel Priorissæ officia obire non possunt viduæ absque speciali Sedis Apostolicæ, vel sacræ Cong. licentia. *Sacra Cong. Episcoporum & Regul. in Cassanen.* 29. *Ianuarij* 1585. & in alia *sub die 31. Iulij* 1616. referentibus Gauant. *in manuali Episcop. verbo Monialium Officiales num.* 6. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom 1. cap. 26. num.* 5. Ioanne Maria Nouario *in lucerna Regularium verbo Abbatissa num.* 1.

4 Abbatissa eligi non potest Monialis quæ est illegitima absque dispensatione Apostolica, aliàs electio de illa facta est attento Iure communi irrita, circunscriptis Religionum priuilegiis. *S. Cong. Episcop. & Regul in SarZanen.* 15. *Iulij* 1616. *S. Cong. Concilij* 27. *Aprilis* 1630. cuius meminit Ioannes Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Abbatissa num.* 10. Et sic recedi videtur à contraria decisione antiquiori, de qua Gauant. *d. verbo Monialium Officiales n.* 7. Lauor. *var. lucubrat. tit. 4. cap. 24. num.* 10. *&* 38. Lezana *d. tom. 1. cap. 16. num* 6. Castellin. *de elect. cap. 17. num.* 14. Tamburin. *de iure Abbatissar. disp. 28 q 12. num. 1. vers. quod intellige.*

5 Abbatissæ soror non prohibetur de iure succedere in officio sorori si canonicè eligatur, dúmodo non adsit aliquod impedimentum legitimum circa eius personam, vel prohibeatur per Constitutiones Ordinis *S. Cong Episcop & Regular. in Vlixbonen de Odiuelas* 19. *Aprilis* 1619 apud Castellin. *de elect cap* 17. *num.* 8. Ioan. Maria Nouar. *d verbo Abbatissa sub num.* 8. me ipsum *de Iure ecclesiastico vnin. lib 1. cap 45. numero* 25.

6 Abbatissa seu Priorissæ explero officiorum suorum triennio, non eligendæ denuò ad eadem officia absque Sedis Apost aut sacræ Cong. licentia. *S Cong Rituum* referentibus Aldano *in compendio Canon. resolut lib. 2. tit 1. num* 4. & Ioanne Maria Nouario *d. verbo Abbatissa. num.* 7.

7 Abbatissa debet habere 40. annos ætatis, & octo possessionis expressæ in laudabili vita: quod si talis non reperiatur in eodem Conuentu, sitque inconueniens alteram de alio adducere, debet excedere saltem triginta annos ætatis, & quinque professionis. *S. Cong. Concilij* penes Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regular. resol. 2 num.* 5. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Abbatissa num.* 5. Lezan. *in sum. quæst. Regul tom 3. verbo Abbatissa num.* 2.

8 Abbatissæ Sanctæ Claræ in Purtugalia non possunt reeligi intra sexennium, ex speciali decreto Pauli V. de quo Portel. *in dubijs Regularib. verbo Abbatissa num.* 4.

9 Abbatissæ officium vt obire possit minor quadraginta annorum non potest Episcopus dispensare *S. Cong. Concilij*, cuius meminere Armeudar. *in addition. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis n.* 102. Ioan. Maria Nouar. *in iure Pontif. nouo concl. 1. de ætate, & in lucerna Regular. verbo Abbatissa num.* 6. Gauant. *in man. Episcop. eod. verbo etiam num.* 6.

10 Abbatissæ electio quæ ætatem 40. annorum requisitam non habebat, si in monasterio non desunt aliæ Moniales quadragenariæ, atque habiles, licet non adeo idoneæ, sicut electa, est nulla. *S. Cong Concilij in Viterbien.* 16. *Maij* 1625. de qua mentionem faciunt Tamburin. *de iure Abbatissar. disp.* 28. *q. 2. num.* 8. Lezana *in sum. quæst Regul. tom. 3. verbo Abbatissa num.* 2. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 100. *n.* 12. *in fine.*

11 Abbatissæ electionis diem tenentur Regulares Episcopo significare, eumque vsque ad præfinitum tempus expectare si ante ipse expresse declarauerit se vti velle facultate sibi hac in parte attributa, Abbatissarúmque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere. Post eam vero declarationem licet Episcupo animaduertere in Regulares, qui ante tempus significatum aut diem electionis eidem non prænuntiatam ad Abbatissæ electionem procedunt. *S Cong Concilij* in declarationibus per me impressis in fine tractatus *de Episcopo pag. 6. in fine dub.* 15. *de anno* 1626. & illius meminit Tamburin. *de iure Abbatissar disp* 28. *q.* 6.

12 Abbatissæ in electione potest Episcopus cum suo vicario, seu secretario, vel alio ab ipso assumpto vota singularum Monialium oretenus expressa audire *Sacra Cong. Conc.* cuius idonei testes sunt Nic. Garc. *de benefic. p 5. c. 4. n.* 190. Galer *in Margarita casuum Conscient. verbo Abbatissa* Castellin. *de elect. c. 4. n.* 4. Tamburin. *de iure Abbatiss. disp.* 28. *q.* 4. quos & alios refero *de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 100. *num.* 18 Hinc Abbatissæ electionem per vota seu suffragia vocetenus expressa coram Episcopo cum suo Vicario, secretario, val alio ab ipso assumpto validam esse censuit *eadem Sacra Cong.* penes Nald. *in sum. verbo Moniales. n.* 1. & me citato Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo Abbatissa n.* 3.

13 Abbatissæ in electione vota oretenus accipi possunt à suo Superiore, licet quatuor aut quinque ea sciant, si hoc est iuxta formam statutorum Religionis. *Sacra Cong Conc.* testibus Garcia *d. p. 5. c. 4. n.* 90. & Galet. *in Margarita casuum Conscientia verbo Abbatissa.*

14 Abbatissarum seu Priorissarum in electionibus potest Episcopus vna cum Superioribus Regularibus, per se, vel per alium interesse, atque præsidere, absque vlla tamen monasteriorum impensa. *Gregorius XV constit.* incip. *Inscrutabili. Nonis Februarij* 1622. apud Lauret. de Franchis *de controuers.*

inter

inter Episcopos, & Regulares. pag. 136. cum seqq.

15 Abbatissæ monasterij Monialium Regularibus subiectarum in electione non potest Episcopus exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & recipi debent à Superiore Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo. *Sacra Cong. Conc. die* 10. *Septembris* 1619. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. in fine tom.* 3. vbi de decretis nouissimis Sacræ Cong *decreto* 16. *pag.* 564.

16 Abbatissæ seu Priorissæ in electione nullatenus Superior ipsarum votum dare poterit, vbi inter Moniales circa eius electionem discordia extiterit. *S. Cong. Episcopor. & Regul.* quam citant Iulius Lauot. mei olim amicissimus, *vari. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 14 *num* 42. Castellin. mihi quondam charissimus, *de electione Canonica c.* 17. *n.* 28. Lezana *in summa quæst. Regul. tom.* 3. *verbo Abbatissa num.* 4. Tamburin, mihi pari amicitia deuinctus, quos omnes dum Romæ essem meorum studiorum participes feci, *in tract. de iure Abbatissar dis* 28. *q.* 6. vbi addit electionem aliter factam esse nullam, Ego ipse *de iure ecclesiast. vniuerso lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 28.

17 Abbatissæ in electione non possunt Monialium scrutatores supplere pro numero vocum requisitarum in huiusmodi electione, seu io casu discordiæ. *Sacra Cong Concilij sub die* 24. *May* 1621. penes Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib* 1. *tit.* 28. *num.* 20. Lauor. *var. lucub. tit.* 4. *cap.* 14 *num.* 42.

18 Abbatissæ electio facta per vota non secreta ex ignorantia decreti Concilij sess. 25. de Regular. cap. 6. non valet, nec Episcupus potest dispensare vt valeat. *Sacra Cong. Concilij*, cuius meminere Aloys. Riec. *in decis. Curia Archiep. Neapolit p.* 4. *decis.* 197. *num.* 7. Molses. *in sum. Theolog. moralis p.* 1. *tract.* 6. *cap.* 16. *num.* 156. Sigism. a Bononia *de elect. Canon. dub* 31. *num.* 10. Nouat. *in singul. Canon consil.* 86. *n.* 6. *& in lucerna Regular. verbo electio num.* 5 Lezana *in summa quæst. Regul. tom.* 3. *verbo Abbatissa num.* 3.

19 Abbatissæ in electione ex tripartito numero Monialium duæ partes concurrere debent, nisi alia fuerit loci consuetudo, & si fuerint discordes potest Episcopus nominare vnam, quam magis idoneam iudicauerit. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Assissen.* 10. *Nouembris* 1585. de qua attestantur Paul Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 57. *vers. in monasterys*, Zypæus *in analytica postremi Iuris ecclesiastici enarratione sub tit. de elect. num.* 9. *vers. Abbatissa*, Tamburin. *de iure Abbatissar. disp.* 28. *q.* 9. Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regular. verbo electio num.* 13. Lezana *d. tom.* 3. *verbo Abbatissa num.* 6. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 100. *in fine, & de iure ecclesiast. vniuerso lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 27.

20 Debet tamen Episcopus prinsquam in hoc casu discordiæ deputet vnam in Abbatissam, Monialibus ipsis competens tempus ad se concordandum assignare, quo vero elapso ad deputationem deuenire poterit. *Eadem Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Cremonen.* 12. *Octobris* 1592. penes Aldan. *d. tit.* 28. *num.* 24. *&* Lezanam *d. verbo Abbatissa num.* 6.

21 Abbatissas confirmandi ius minimè fuit Episcopis per Constitutionem Gregorij X V. de exemptorum priuilegiis attributum. *Sacra Cong. Concil in declarationibus* per me adductis post tract. *de officio, & potest. Episcopi in fine pag.* 6. *dub.* 4. & huius declarationis meminerunt Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul ad Constit.* 2. *Gregory XV. in declarat. vers. ad quintum*, Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo Abbatissa, numero* 10.

22 Abbatissa noua non debet ad Episcopatum deduci vt benedicatur. *Sacra Cong. Rit. in Cotornen.* 28. *Augusti* 1615. testibus Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Abbatissa num* 12. & Lezana *d. tom.* 3. *verbo Abbatissa n* 11.

23 Abbatissis, & aliis Superioribus Regularibus Monialium ipsis Regularibus subiectarum prohibere potest Episcopus sub censuris, & aliis pœnis sibi bene visis ne quæ puella professionem emittat, nisi prius explorata illius voluntate ab Ordinario ad præscriptum *Concily sess.* 25. *de Regular. c.* 17. *Sacra Cong. Concily in Burgen.* 4. *Decembris* 1627. cuius memini *de Episcopo p.* 3. *alleg.* 100 *n.* 2.

24 Abbatissa, cæteræque Moniales decedentes sepeliri debent intra claustra monasteriorum vel in eorum Ecclesiis exterioribus. *Sacra Cong. Conc.* de qua Tamburin. *de iure Abbatissar. disp.* 34. *qu.* 1. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo Abbatissa num.* 8.

25 Abbatissarum & Monialium io sepulchris sepeliri non debent corpora laicorum, etiam mulierum nobilium. *Sacra Cong. Episcopor & Regul.* penes Iul. Lauor. *variarum lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. *num* 97.

26 Abbatissa Canonicarum Flandriæ, quæ sola professionem regulæ sancti Bernardi emittit, testari non potest. *Sacra Congreg. Concil. sub die* 13. *Nouembris* 1517. apud Sellium *d. cap.* 19. *num.* 21.

27 Abbatissæ relationi simpliciter standum non est vt puella recipi possit educationis causa in Monasteriis Monialium nisi procedat omnium consensus singulariter præstitus. *Sacra Cong. Episcopor. & Regul. in Amelien.* 4. *Ianuarij* 1608. apud Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib.* 1. *tit.* 28. *n.* 23.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Abbreuiatoribus agentes.*
2 *Abbreuiatores cur sic appellentur?*
3 *Officia Abbreuiatorum sunt compatibilia cum aliis Curiæ officijs, admittunturque per gradus à minori ad maiorem Parcum, & sunt resignabilia.*
4 *Scriptores Archiuij Romana Curiæ gaudent priuilegijs Abbreuiatorum, & scriptorum Bullarum Apost.*
5 *Abbreuiatores nihil vltra taxam recipere possunt.*
6 *Nobiles, Comites Palatini, & Papa familiares sunt Abbreuiatores.*
7 *Referendarij vtriusque Signaturæ eo ipso creati censentur Abbreuiatores de Parco maiori, & portionem panis & vini ex Palatio Apost. habent.*

Abbreuiatores.

COLLECT. VI.

1 DE Abbreuiatoribus Parci maioris & minoris, tractant Vestrius *in pract. Romanæ Curiæ lib.* 1. *cap.* 4. Petr. Gregorius Tholosan. *ad Decretal. tit. de rescript. lib.* 1. *n.* 5. *& 6. & Syntagm iuris lib.* 15. *cap. vlt. n.* 3.

2 Abbreuiatores sic appellantur quia ipsi breui compendio concipiunt impetrata à Papa in supplicationibus, quæ postmodum latius in litteris

extendunt. Paris. *cons.* 112. *n.* 9. *lib.* 4.

3 Abbreuiatorum officia sunt compatibilia cum aliis Curiæ officiis, admittunturque per gradus à minori ad maiorem Parcum, sunt resignabilia, & multis indultis fruuntur, aliqua confert Vicecancellarius, reliqua Summus Pontifex. *Sixtus IV. cōstit.* 16. incip. *Diuina* 3. *Id. Ianuarij* 1478 apud Laert. Cherubin. *in Bullaris tom.* 1. *pag.* 356. alias *pag.* 320. in nouiss. impress.

4 Abbreuiatorum & scriptorum litterarum Apost. priuilegiis gaudent Scriptores Archiuij Romanæ Curiæ. *Iulius II. constit.* 24. incip. *Cum sicut Kalend. Decemb.* 1507. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 427. aliàs *pag* 373. in nouiss. impress.

5 Abbreuiatores nihil vltra taxam recipere possunt *Martin V. constit* 3. incip. *In Apostolica*, *Kalend. Septembris* 14 8. apud Laërt. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 250. aliàs *pag* 239. in nouiss. impress.

6 Abbreuiatores nobiles, Comites Palatini, & Papæ familiares sunt. *Leo X. constit.* 14. incip. *Summi*, 17. *Kalend. Augusti* 1515. apud Laërt. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 486. aliàs *pag.* 415. in nouiss. impress.

7 Abbreuiatores litterarum Apost. de Parco maiori, qui in concessionibus gratiarum dilucidandis, interpretandisque egregiam operam prȩstant, vtriusque Signaturæ Romani Pontif. Refereodarios eoipso creat, priuilegiáque Referendariorum illis communicat, vni ex eis in dicta Signatura locum assignat, portionesque panis & vini eis singulis concedit *Paulus V. consti.* 2. incip. *Romani Pont. Kalend. Iulij* 1605. apud Laërt. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 175. aliàs *pag.* 129.

Abiurans Sacerdos de leui vel de vehementi an & quando Ordines exercere possit. vide *collect.* 959. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de materia abortus agentes.*

2 *Abortus seu fœtus immaturi eiectionem procurantes, tam clerici quàm laici, quas pœnas incurrant, ostenditur.*

3 *Gregorius XIV. in quo pœnas à Sixto V. promulgatas contra abortum procurantes moderauerit, & ad terminos iuris communis reduxerit, ostenditur.*

4 *Doctores de materia Constitutionum Sixti V. & Gregorij XIV. agentes contra abortum procurantes, referuntur.*

5 *Immunitate Ecclesiastica non gaudet abortum procurans malis medicamentis.*

Abortus.

Collect. VII.

1 DE Abortu Cou. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num* 10. Clar. §. *fin quæst.* 68. *num.* 2. Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 32. Menoch *de arbitrar. casu* 357. Quarant. *in sum. Bullarij verbo abortus*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 33 *art.* 4. *& in addit. sum. tom.* 3. *c.* 15. *n.* 4. Sayr. *sub tit. de homicid. decis.* 22 *&* 23. Cened. ad *Decretal. collect.* 32 Molin. *de iustitia, tom.* 4. *tr.* 3. *disp.* 27. Aloys. Ricc. *in collect. decis. pag.* 3. *collect.* 390. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 122. *num.* 91. *cum seqq.* Villalob. *part.* 2. *sum. tract.* 12. *diffic.* 14. Laurent. de Porrel. *in dubiis Regular. verbo abortus*, Nald. *in sum. eodem verbo.* Hieron. Roderic. *in compendis quæst. Regul. resol.* 4. Bonacin. *de censur. in particulari extra Bullam disput.* 2. *quæst* 2. *punct.* 10. Carranza *de partic. cap.* 9. §. *vnico de abortu procurato.* Trullench. *in exposit. Decalogi lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 4. Ioan. Anton. Nouar. *in sum Bullar. verbo Abortus*, Lezana *in sum quæst. Regul. tom* 3. *sub eod. verbo*, Ego *de officio, & potestate Episcopi p.* 3. *alleg.* 51. *num.* 136, *cum seqq.*

2 Abortus seu fœtus immaturi tam animati, quàm etiam inanimati, formati, vel informis eiectionem procurantes percussionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribusque mulieri prægnanti impositis, atque aliis etiam incognitis, vel maximè exquisitis rationibus, inde vt re ipsa abortus sequutus fuerit, ac etiā prægnantes ipsas mulieres, quæ scienter præmissa fecerint, pœnas tam diuino, quàm humano iure, ac tam per Canonicas sanctiones, quàm Ciuilia iura aduersùs veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & re ipsa patrauerint, propositas, & inflictas eo ipso incurrunt. Illi verò qui Clerici fuerint, omni priuilegio clericali, officiis, dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis ipso facto priuantur, & in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernuntur, & per Iudicem ecclesiasticum depositi & degradati Curiæ & potestati seculari traduntur. Quibus pœnis tenentur etiam illi, qui sterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint, & quominus fœtum concipiant, impedimentum præstiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint, siue quoquo modo in his consuluerint, ac mulieres ipsas quæ eadem pocula sponte ac scienter sumpserint. *Sixtus V. constit.* 87. incip. *Effrænatam* 4. *Kalend. Nouembris* 1588 apud Laërt. Cherubin. *in Bullario, tom.* 2 *pag.* 643. aliàs *pag.* 487. in nouiss. impress. de qua Scortia *in selectas summorum Pont. Constitut. epit.* 146. Postea *Gregorius XIV. constit.* 8 incip. *Sedes Apostolica pridie Kalend. Iunij* 1591. apud Laërt. Cherubin. *in eodem Bullario tom.* 2. *pag.* 695. dictam Sixti V. Constitutionem ita moderandam duxit, vt à peccato, & excommunicatione contra personas ibi expressas lata tam quoad eos, qui hactenus deliquerunt, quàm quoad illos, qui post hanc Constitutionem in eisdem casibus deliquerint, quilibet Presbyter tam sæcularis, quàm cuiusuis Ordinis Regularis ad Christi fidelium Confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus plenam & liberam in foro Conscientiæ tantum absoluendi habet facultatem eandem prorsùs quam idem Sixtus sibi ac suis successoribus reseruauit. Quo verò ad pœnas procurantium abortus fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel sumentium venena sterilitatis, aut quocunque modo auxilium, vel consilium eis dantium in prædicta Constitutione contentas, Constitutionem præfatam in ea parte, vbi de his agit, ad terminos iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilij Trid. dispositionem auctoritate Apost. tam quoad præterita, quàm quoad futura perpetuò reducit, perinde ac si eadem Constitutio in huiusmodi parte nunquam emanasset, de qua Scortia *in selectas summorum Pont. Constitut epit.* 153. *theor.* 388.

4 De quarum Constiturionom materia, & de illis meminerunt Quaranta, Naldus, Ioan. Antonius Nouarius Alphonsus de Carranza. & aliis locis *num.* 1 citatis, Machado *en su perfetto Confessor. lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 16. *docum.* 7. *pag.* 181. Trullench. *d. cap.* 1. *dub.* 4. *n.* 7. *&* 8. Ego *in votis nouiss. decis. voto* 12.

Abortum

Abortum procurans malis medicamentis non gaudet immunitate Ecclesiastica, *S. Cong Concil sub die 3. Decembris 1632.* cuius me citato meminit Lezana *in sum. quæst. Regul. verbo abortus n. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Priuationem fructuum, & beneficij qualiter incurrat qui per annum à Dignitate, Canonicatu, seu Præbenda absens fuerit.*

2 *Iudex bonus arbitrabitur quanto tempore valeat vltra annum expectari Canonicus absens.*

3 *Distributiones quotidianas non amittit absens pro euidenti Ecclesiæ vtilitate, præcipuè stante consuetudine.*

4 *Distributiones quotidianæ non debentur absenti à residentia dum esset cubicularius ad bussulam Sanctissimi.*

5 *Distributiones & fructus debentur absenti à seruitio Ecclesiæ pro defensione iurium ipsius Ecclesiæ, vel sui beneficij.*

6 *Distributiones quotidianæ Canonico coadiuto debentur, absente, infirmo, vel non seruiente coadiutore.*

7 *Coadiutor censendus est tanquam verus, & proprius Canonicus quoad præeminentias veris Canonicis conuenientes absente coadiuto etiam extra Cathedralem.*

8 *Causam iustam absentiæ censetur habere, qui super iuribus Ecclesiæ litigat.*

9 *Dies absentiæ quomodo punctandi.*

10 *Episcopus potest edicere ne dignitates & Canonici sine eius licentia possint abesse.*

11 *Viri absentia qui discessit de anno 1602. absque aliqua notitia quod superuiuat decursu 25 annorum, non est sufficiens vt eius vxor possit ad secundas nuptias transire.*

Absens, Absentia.

Collect. VIII.

1 Absens per annum à Dignitate, Canonicatu, seu Præbenda, dimidia parte fructuum priuari debet: si iterum eadem fuerit vsus negligentia, priuandus est omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: si verò perseuerauerit in absentia, priuandus est non fructibus, sed beneficio. *Sacra Cong Conc* teste Armendar, *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit. 21. de residentia sub an Canonici* 2 *&c. num 98.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 53 n. 146.* Et bonus Iudex arbitrabitur quãto tempore valeat vltra tempus permissum expectari antequam contra eum pœnas exequatur. Eadem *Sacra Cong* referentibus Nicol. Garcia *de beneficijs p. 3. cap. 2. num. 143.* & Armendar. *d. loco nu. 108. & 109.*

3 Absens pro euidenti Ecclesiæ vtilitate distributiones quotidianas non amittit, præcipuè stante consuetudine quod Canonicus missus à Capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesiæ, seu Capituli percipiat omnes fructus, & quotidianas distributiones, dummodo non sit ei constitutum salarium. *S. Cong Conc. 31. Ianuarij 1603.* quam refero in meo *tract. de Canonicis cap. 24. n. 19.*

4 Absenti à residentia dum esset Cubicularius ad bussulam Sanctissimi non debentur distributiones quotidianæ, *S. Cong. Conc in Reatina 13. Nouemb. 1627.* Barbos. Apost. Decis. Sum.

cuius memini *eod tract. de Canonicis c. 25. n. 3.*

5 Absenti à seruitio Ecclesiæ pro defensione iurium ipsius Ecclesiæ, vel sui beneficij, debentur fructus, & distributiones. *S. Cong. Conc.* de qua mentionem feci *dicto tract. de Canonicis cap 24. n. 25.*

6 Absente, infirmo, vel non seruiente coadiutore debentur quotidianæ distributiones Canonico coadiuto *Sacra Cong. Concil. in Vrbeuetana 9. Septembris 1628.* apud me dicto *tract. de Canonic. c. 29. nu. 41.*

7 Absente coadiuto etiam extra Cathedralem censendus coadiutor tanquam verus & proprius Canonicus quoad præeminentias veris Canonicis conuenientes. *S. Cong Rit. in Pistorien. 15. Martij 1608.* penes me *in dicto tract. de Canonic. cap. 29. n. 10.*

8 Absentiæ iustam causam censetur habere, qui super iuribus Ecclesiæ suæ litigat. *Sacra Cong. Concil.* referente Nicol. Garcia *in addit. ad suum tract. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 49.* quem cito *d. tract. Canonic. c. 24. n. 25 in fine.*

9 Absentiæ dies non possunt confici ex horis, quibus Canonici residentes absunt à choro, & ex diebus, & locis sic collectis confici menses absentiæ, de quibus in *Conc. sess. 24 de reform. cap. 12.* neque ad colligendum seruitium nouem mẽsium colligendæ sunt punctaturæ. Quare qui nouem partes punctaturarum ex duodecim habuerint, seruitio nouem mensium debito non satisfaciunt, sed ipsi dies residentiæ & seruitij siue fuerint continui, siue interpollati numerandi sunt vt complementum dictorum nouem mensium. *S. Cong. Concil.* de qua Nicol. Garc *de benef. p. 3. c. 2. n. 327.*

10 Absentiam ne faciant Dignitates, & Canonici sine eius licentia potest Episcopus edicere. *Sacra Cong. Concil. in Terracinen. 11. Februarij 1628. & in Monopolitana 16. Decembris eiusdem anni*, quarum memini in dicto meo *tract. de Canonic. cap. 20. num. 5.*

11 Absentia viri qui discessit de anno 1602. vsque ad præsentem diem absque aliqua notitia quod superuiuat, non est sufficiens vt eius vxor possit transire ad secundas nuptias. *S. Cong. Conc in Mediolanen. 18. Septembris 1627.* penes Sellium *in select. Canonicis cap. 20. n. 3.*

Vide in verbo *Canonici absentes, & non residentes collect.* tot. & verbo *Parochus quoad residentiam collect. 558.*

SVMMARIVM.

1 *Confessor electus ab Episcopo poterat absoluere eundem Episcopum, & cum ipso dispensare de omni peccati vinculo. de quo potest absoluere, & dispensare Episcopus.*

2 *Ordinarius in sacramento Pænitentiæ absoluere potest forensem, qui gerit officium Prætoris, medici, vel officialis, in ciuitate, vel diœcesi, non tamen poterit cum illis dispensare.*

3 *Hæreticum in foro Conscientiæ non potest Episcopus absoluere.*

4 *Episcopi, & Inquisitores lapsos in hæresim hodie absoluere non possunt.*

5 *Confessores virtute Bullæ Iubilæi indicti à summo Pont. cum facultate absoluendi à quibuscunque enormibus peccatis reseruatis Sedi Apost. etiam in Bulla Cœnæ Domini, possunt absoluere à casibus Episcopo reseruatis.*

6 *Pænitentes à casibus Episcopo reseruatis absoluere non*

poſſunt Patres Ieſuitæ, neque Confeſſores in vim priuilegiorum Roſarij niſi priuilegia talem tradant facultatem.

7 *Regulares cuiuſuis Ordinis in vim priuilegiorum ſuorum non poſſunt abſoluere quemquam à caſibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reſeruatis.*

8 *Facultas conceſſa abſoluendi à caſibus Sedi Apoſt. reſeruatis, non comprehendit caſus, quos Epiſcopus, & Prælatus Religioſus cum ſuis ſubditis Regularibus reſeruauit, niſi de his fieret ſpecialis mentio.*

9 *Sedi Apoſt. eſt reſeruata abſolutio à cenſuris ob violatam eccleſiaſticam immunitatem, iuxta Conſtitutionem Gregorij XIV.*

10 *Occultum delictum quod dicatur ad effectum diſpenſationis, in terminis Cõcilij ſeſſ. 24. de reform. c. 6.*

Abſoluere, Abſolutio, Abſolutus.

Collect. IX.

1 ABſoluere Epiſcopum, & cum ipſo diſpenſare poterit Confeſſor electus ab eodem Epiſcopo de omni peccati vinculo, de quo poteſt abſoluere, & diſpenſare Idem Epiſcopus. *Sacra Cong. Conci.* teſte Paulo Piaſec. in *praxi Epiſcop. p. 2. c. 1. nu. 17.*

2 Abſoluere poteſt Ordinarius in Sacramento Pœnitentiæ forenſem, qui gerit officium Prætoris, Medici, vel Officialis, qui habet domum, & commoratur in ciuitate, vel Diœceſi, & in eis eccleſiaſtica Sacramenta percipit, etiamſi commiſerit crimina in aliis ciuitatibus, non tamen poterit cum eis diſpenſare. *Sacra Congr. Concilij* referente Nicol. Garcia. *de benefic. part. 11. cap. 10. num. 139.*

3 Abſoluere non poteſt Epiſcopus hominem hæreticum in foro conſcientiæ, quamuis hæc facultas à *Concil. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* illis tradita fuerit. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 10. n. 119.*

4 Abſoluere relapſos in hæreſim nõn poſſunt hodie Epiſcopi & Inquiſitores vigore *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.* quia Bulla in Cœna Domini derogauit decreto dicti cap. 6. *Sacra Cong Concil.* penes Paul. Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 2 c. 1. num. 13.*

5 Abſoluere poſſunt à caſibus Epiſcopo reſeruatis omnes, qui audiunt Confeſſiones virtute Bullæ Iubilæi indicti à ſummo Pont. cum facultate abſoluendi à quibuſcunque enormibus peccatis reſeruatis Sedi Apoſt. etiam in Bulla Cœnæ Domini, ſed non vi iure priuilegiorum, & facultatum perpetuo conceſſarum, vt Roſarij. *S. Cong. Conc.* quam refert Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 2. n. 294.*

6 Abſoluere pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis non poſſunt Patres Ieſuitæ, neque Confeſſores in vim priuilegiorum Roſarij, niſi priuilegia talem tradant facultatem, vel ſint obtenta, aut confirmata poſt Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. de caſibus reſeruatis. *Sacra Cong. Concil.* referentibus Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. cap. 2 num. 186.* Ioan. Maria Nouar. *in Lucerna Regul. verbo abſolutio, num. 4.*

7 Abſoluere quemquam à caſibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reſeruatis, non poſſunt Regulares cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam neceſſariò exprimendi tam citra, quàm extra Italiam in vim priuilegiorum, aut confirmationem huiuſmodi, quos vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt: at ſi ſecus egerint, abſolutiones nullæ ac irritæ erunt. Ab aliis verò caſibus, & cenſuris Sedi Apoſt. reſeruatis, ſiquidem Regulares habent à Sede Apoſt. abſoluendi facultatem, illa extra Italiam minimè ſublata fuit. *S. Cong. Epiſc. & Regul.* 17. *Nouembr.* 1628. quam citant Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom. 1. c. 19. n. 17.* Antonin. Diana *moralium reſol. p. 1. tract. de abſolut. ab hæreſi, reſol. 6. circa fin.* Ioann. Maria Nouar. *in Lucerna Regul. verbo abſolutio, n. 1.*

8 Abſoluendi à caſibus Sedi Apoſt. reſeruatis conceſſa facultas non comprehendit caſus quos Epiſcopus & Prælatus Religioſus cum ſuis ſubditis Regularibus reſeruauit, niſi de his fieret ſpecialis mentio. *S. Cong. Conc.* teſte Nicol Garcia. *de benefic. p. 3. c. 2. n. 286.*

9 Abſolutio à cenſuris ob violatam immunitatẽ eccleſiaſticam iuxta Conſt. ſanctæ mem. *Gregorij XIV.* quæ incip. *Cum aliàs nonnulli,* Apoſtolicæ Sedi reſeruata eſt. *S. Cong. Conc. de anno* 1617. cuius meminere Theſaur. *in praxi p. 2 verbo Immunitas c. 1.* Lezana *in ſum. quæſt Regul. tom. 3. verbo Immunitas nu. 21.* Et ex declaratione *Clementis VIII de anno* 1602. referũt Quarant. *in ſum. Bullar. verbo Caſus reſeruatus pag* 162. *& ſeq.* Iul. Lauor. *de Indulg p. 2. cap.* 28. *nu.* 16. Ciarlin. *controu. forenſ. c. 10. nu. 38.* Trullench *in præcepta Decalogi lib. 1. c. 11. dub. 5. n. 4.*

10 Abſolutus, vel diſpenſatus à proprio Epiſcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus, quod tamen non fuit notorium, non eſt tutus in Conſcientia, quia *Conc. ſeſſ. 24. c. 6. de reformat.* vtitur termino *occultis*, quod propriè loquendo dicitur quod probari non poteſt, cap. iuxta de cohabit. cleric. & per duos teſtes probari poteſt: & verba Concilij debent intelligi ſecundum proprietatem. Idem dicendum eſt de illis, qui occaſione delictorum occultorum fuerunt inquiſiti, ſed quia non potuerunt delicta probari, Rei ipſi non fuerunt quidem abſoluti nec diffinitiuè, nec alio modo, ſed ſimpliciter dimiſſi. receptis promiſſione de ſe præſentando, non poſſunt iſti vti huius Canonis beneficio ad forum contentioſum ſicque ſufficit ſola deductio, & quod in ſe ſequatur. *S. Cong. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefic. p. 7 c. 11. n* 47.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Diaconus, vel ſubdiaconus antiquior quod præferatur Canonico Presbytero moderniori abuſus eſt.*

2 *Confraternitates laicorum vt præcedant Clericis abuſus eſt.*

3 *Epiſcopus quando ſolemniter celebrat abuſus eſt vt omnes tam Dignitates quàm Canonici Presbyteri, Diaconi, & ſubdiaconi, induantur Pluuialibus.*

4 *Prior monaſterij licet habeat iuriſdictionem ſpiritualẽ & temporalem, non poteſt ante ſe deferri facere Crucem more Archiepiſcoporum, quia eſſet abuſus.*

5 *Commemoratio omnium defunctorum vt celebretur die Dominico, & vt Sacerdos in fine Miſſæ Defunctorum det benedictionem abuſus eſt.*

6 *Proceſſio cum ſanctiſſimo Sacramento de nocte feria quinta, & feria ſexta Maioris hebdomadæ facienda non eſt.*

Abuſus.

Abusus.

COLLECT. X.

1 ABusus est vt Canonicus Diaconus, vel Sobdiaconus antiquior præferatur Canonico Presbytero moderniori. *S. Cong. Rit. in Tropien. 17. Iunij* 1606. teste Sellio *in selectis Canonic. cap. 2. num. 5.*

2 Abusus est vt Confraternitates laicorum præcedant clericis, *Sacra Cong. Rit. in Eluen. 10. Ianuarij* 1604. apud Sellium *d.c.2.n.5.*

3 Abusus est vt omnes tam Dignitates quàm Canonici Presbyteri, Diaconi, & subdiaconi quando Episcopus solemniter celebrat, & in processionibus, induantur Pluuialibus, Canonici Presbyteri Planetis, Diaconi & Subdiaconi Dalmaticis, & Tunicellis vti debent. *Sacra Cong. Rit. in Neapolitana 25. Mart.* 1601. *& in Placentina 19. May* 1607. penes Sellium *d.c.2.n.4.*

4 Abusus est vt Prior monasterij licet habeat iurisdictionem spiritualem, & temporalem, faciat ante se deferri Crucem more Archiepiscoporum. *S. Cong. Rit. in Corropolitan. nullius 4. Martij* 1606. cuius meminit Ioann. Maria Nouat. *in lucerna Regul. verbo abusus n. 2.*

5 Abusus est vt Commemoratio omnium defunctorum celebretur in die Dominica, & vt Sacerdos in fine Missæ defunctorum det benedictioně. *Sacra Cong. Rit. in Augustana 14. Septembris* 1605. de qua mentionem facit, Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 1. n. 3.*

6 Abusus est facere processionem cum sanctissimo Sacramento de nocte feria quinta & feria sexta Maioris hebdomadæ; & ideò prohibendum est ne fiat. *S. Cong. Rit. in Mantuana 8. Augusti* 1606. quam citat Aldan. *d. lib. 3. tit. 1. n. 6.*

De abusione, & abusu Ioseph. Langius *in Polianthea*, Petr. Cresper. *in Sum. Catholica Fidei, verbo abusus.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Adiunctis agentes.*
2 *Episcopus potest procedere solus sine Adiunctis si eos in principio anni non eligant Canonici.*
3 *Iurisdictio non ad Episcopum, sed ad Superiorem deuoluitur, si Adiuncti renuant, procedere contra Capitularem.*
4 *Episcopus potest procedere contra Portionarios habentes vocem in Capitulo absque præsentia Adiunctorum.*
5 *Portionarij integri & dimidij non ex eo quod habent vocem in Capitulo sunt Capitulares.*
6 *Archiepiscopus potest procedere ad pœnas contra Capitulares non obseruantes festum Sancti Augustini ab Archiepiscopo indictum absque præsentia Adiunctorum.*
7 *Episcopus contra Coadiutores Canonicorum non potest absque præsentia Adiunctorum procedere, quatenus ex forma coadiutoriæ illis fuerint concessa omnia priuilegia, quæ habent Canonici.*
8 *Episcopus in generali visitatione potest procedere absque præsentia Adiunctorum contra Canonicos, illisque pœnam imponere, quæ punitionem non respiciat.*
9 *Administrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium rationē exigere potest Episcopus absque præsentia Adiunctorum, dummodò non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij.*
10 *Capitulum si Canonici sine causa vrgenti habitant eo tempore quo diuina Officia celebrari debent, contra eos poterit Episcopus ad subtractionē fructuum deuenire sine Adiunctorum præsentia.*
11 *Episcopus contra Canonicum non residentem potest procedere absque præsentia Adiunctorum, dum non procedat ad priuationem.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Adiuncti,

COLLECT. XI.

1 DE Adiunctis Ludouicus à Sarauia *in speciali tract. de iurisdictione Adiunctorū coadiuuantium Episcopum contra Præbendarios suos criminaliter procedentem*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib 1 tit. 6. de Visitat. nu. 30. 38. 60. & 123. & tit. 18. l. 7. de Episcopis n. 91. cum seqq.* Ego *in tract. de Canonicis, & Dignit. c. 28.*

2 Adiunctos coadiuuantes Episcopum contra Præbendarios suos criminaliter procedentem debent Canonici in principio anni eligere, si verò id non fecerint, potest Episcopus procedere solus, dummodo antea Capitulum moneat, si in principio anni non eligant, se solum eam iurisdictionem exerciturum non admissa electione, quam postea fecerint. *S. Cong. Conc. in Gerund.* teste Paulo Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 2. n. 9.*

3 Adiuncti si renuant procedere contra Capitularem non ad Episcopum, sed ad Superiorem deuoluitur iurisdictio. *Sacra Cong. Concilij*, referentibus Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 89.* Ludou. à Sarauia *de iurisdi. Adiunctorum quæst. 11. n. 5.* quos refero *in meo tract. de Canonicis & Dignitat c. 28. n. 5.*

4 Adiunctorum absque præsentia potest Episcopus procedere contra Portionarios habentes vocem in Capitulo. *S. Cong. Concil.* apud Armendar. *d. l. 7. de Episcop. n. 91. in princ. & d. l. 6. de Visitat. nu. 6.* quē cito *d. cap. 28 nu. 27.*
5 Non ex eo quod Portionarij integri, & dimidij habeant vocem in Capitulo, illi sunt Capitulares, sed tunc inter Capitulares censeri debent cum ex Apostolico priuilegio, vel consuetudine, aut Ecclesiæ statuto inter Capitulares connumerentur, ideo si ipsi talibus facultatibus non potiantur, Episcopus poterit contra eos non cum Adiunctis procedere. Eadem *Sacra Cong. Conc.* cuius meminerunt Ludou. à Sarauia. *d. tract. quæst. 23.* Solorzan. *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 14.*

6 Adiunctorum absque præsentia potest Archiepiscopus procedere ad pœnas contra Capitulares non obseruantes festum sancti Augustini ab Archiepiscopo indictum. *S. Cong. Conc. in Hispalen. 7. Septembr.* 1630. penes Selliū *in select. Canon. c. 31. n. 4.*

7 Adiunctorum absque præsentia non potest Episcopus procedere contra coadiutores Canonicorum, quatenus ex forma coadiutoriæ ipsis concessa fuerint omnia priuilegia quæ habent Canonici. *Sacra Cong. Conc. in Barbastren 9. Nouembris* 1630. de qua Ego ipse *d. tract. de Canonic c. 28. n. 26.*

8 Adiunctorum absque præsentia potest Episcopus in generali Visitatione procedere contra Canonicos, illisque pœnam imponere extraordinariā, quæ magis morum emendationem, quàm punitionem respiciat. *S. Cong. Concil. in Oriolen 27. Martij*

1621. *in resp ad* 3. de qua Sellius *in select. Canon cap. 31. num* 6.

9 Adiunctorum absque præsentia potest Episcopus exigere rationem administrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium, dummodo non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij. *Sacra Cong. Concil.* referente Nicol. Garcia *de benefic p. 5 cap. 7. numer.* 23. quem cito *d tract de Canon. cap. 28. nu.* 24. Et postea *Eadem S. Cong in dicta Oriolen. in resp. ad* 7. quam adducit Selli. *d. c. 31. n. 5.*

10 Adiunctorum absque præsentia potest Episcopus procedere ad subtractionem fructuum, & ad mulctas ab eo impositas contra Canonicos habentes Capitulum eo tempore, quo diuina officia celebrari debent, nisi causa aliqua vrgens in aliud tempus differri non patiatur. *Eadem S. Cong. in dicta Oriolen in resp. ad* 11. apud Selli *d. c. 3. n. 8.*

11 Adiunctorum absque præsentia potest Episcopus procedere contra Canonicum ob non residentiam, dum non procedat ad priuationem, sed ad pœnas à sancto Concilio præscriptas. *Eadem S. Cong. in dicta Oriolen. in resp ad* 13. cuius memini *d. tract de Canonic c 2. n. 29 & 30.*

Vide in Verbo *Episcopus sine Adiunctis*, collect. 294 & verbo *visitare*, collect. 726. n. 16. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Hispaniarum Rex Catholicus est ex concessione Apost. perpetuus Magister & administrator, Ordinum Militarium in Hispania.*

2 *Episcopus per se exigere potest rationem administrationis officij gesti a Vicario Capituli Sede vacante, ac illum in aliquo delicto culpabilem repertū punire.*

3 *Capitulum & Canonici tenentur reddere rationem administrationis fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, nisi constet ex eius institutis, & ordinationibus non posse Ordinarium se intromittere.*

4 *Episcopus solum sine conuidicibus potest exigere rationem administrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium, dummodo non procedat ad priuationē vel alias criminaliter in forma iudicij.*

5 *Rationes administrationis exigere potest Ordinarius ab administratoribus, donec coram eodem doctum fuerit de institutione in qua secus cautum sit.*

6 *Rationes administrationis non debet exigere Episcopus, aut Capitulum tempore, quo recitantur Horæ Canonicæ, & Diuina celebrantur.*

7 *Bonorum, aliarumque rerum administratio, necnon dispensatio pecuniarum, & redituum Conuentus, qualiter facienda, ostenditur.*

Administratio.

Collect. XII.

1 ADministratio Militiarum S. Iacobi de Spatha, Calatranæ, & Alcantaræ in Hispania Regiæ Coronæ perpetuò vnitur. *Adrianus VI Cōstit.* 1. incip. *Dum intra* 4. *Non May* 1522. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom* 1 *pag* 546. & illius meminerunt Gabriel Pereira *de Manu Regia p. 2. cap* 58. *nu.* 4. Mich Reinoso *in obseruat practic. obseru.* 54. *nu* 1. vbi refert per Iulium III. fuisse etiam vnitam administrationem Ordinum Militarium Regni Portugaliæ Coronæ Regiæ illius Regni. Et sic iam hodie Lusitaniæ & Castellæ Reges quatenus tales nulli subsunt, quatenus verò Magistri Ordinū huiusmodi Prælati personam induunt, Ecclesiæ Capiti subiectam, Didac. *de la Motta lib.* 1 *c. 4. §. 14. num. 2 & lib 2. cap. . §. 9. &* 10. Cabed. *decis* 61. *num.* 6. *& decis.* 112. *in fine p* 2. Gabr Pereira *d. cap.* 58 *num.* 2. & 3. Nau. *in apolog. de reddit. quæst* . *mon.* 56. *numer* 8. Idem Cabed *de patronat. Regiæ Coron. cap.* 15. *num.* 5.

2 Administrationis officio gesti à Vicario Capituli Sede vacante rationes potest Episcopus per se exigere, ac illum in aliquo delicto culpabilem repertum punire. *S Cong Concil.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. nu.* 99. quem refero *de officio, & potestate Episcopi p. 3. alleg* 54. *n.* 183.

3 Administrationis fabricæ Ecclesiæ Cathedralis Rationem Ordinario reddere tenentur Capitulū & Canonici, nisi constet ex institutis & Ordinationibus Cathedralis non posse Ordinarium se intromittere. *S Cong. Conc.* apud Armendar. *d. l. 7 de Episcop n.* 78. *in fine.*

4 Administrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium rationem exigere potest Episcopus solum sine Conindicibus, dummodò non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij *S. Cong Conc. in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. cuius meminit Aldan *in compendio Canon resolut. lib. 3. tit. 3. nu.* 8 quem refero *in collect. ad sess* 7. *de reform. c. 15. n. 6.*

5 Administrationis rationes Ordinarius exigere potest ab administratoribus donec coram eodem doctum fuerit de institutione, in qua secus cautum sit. *Sacra Cong. Concil.* penes Marr. *de iurisd. p. 2. cap. 18. num* 9. quem citaui *de officio, & potest Episc. p. 3 alleg* 75. *n.* 58.

6 Administrationis rationes non debet exigere Episcopus, aut Capitulum tempore quo recitantur Horæ Canonicæ, & diuina Officia celebrantur. *S. Cong. Conc* de qua Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num.* 79. *vers. Neque* Nicol. Garc *de benefic. in addit p 3. c. 2 n.* 568.

7 Administrationem bonorum, aut aliarum rerū, dispensationemque pecuniarum & redditum sui Conuentus etiam nomine Conuentus nullus ex Superioribus locorum per se ipsum habere, siue exercere possit, sed vniuersum id unus tribus Fratribus eiusdem Conuentus à Generali ita demandetur, vt vnus rerum & bonorum redituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tanquam depositarius pecunias, ac cætera ab illo collecta & exacta fideliter asseruet, alius de pecuniis & rebus à depositario acceptis, Priori, & Fratribus ac Conuentui vniuerso de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed iuxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator prouideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta. *Clemens VIII in decreto pro reformat. Regul.* quæ habentur inter Bullas huius Pont. apud Laert Cherubin. *tom.* 3. *constit* 60. refert Lezana *in sum. quæst Regul. tom. 2. c. 13. n. 43. & tom. 3 verbo administratio. n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Cameralium rerum administratores singulis annis rationem reddere tenentur.*

2 *Episcopo reddere rationem suæ administrationis tenentur*

nentur administratores omnis etiam locorum, quæ sunt sub immediata Regum protectione.

3 *Ordinarius habet votum in absoluendo, vel condemnando administratores piorum locorum.*

4 *Episcopo rationem posthac reddere tenentur administratores piorum locorum etiam exemptorum.*

5 *Executio sententiæ latæ contra administratores piorũ locorum super rationibus reddendis non suspenditur per appellationem.*

6 *Hospitalium administratores tenentur ad reddendam rationẽ Episcopo, siue ea sint publica siue priuata.*

7 *Hospitalium administratores debent Episcopo reddere rationem suæ administrationis quæ si ex priuilegio, vel consuetudine, aut fundatione aliis esset reddenda, debet nihilominus interuenire Episcopus.*

8 *Hospitalium administratores tenentur Ordinario suæ administrationis rationem reddere, donec coram eodem doctum fuerit de institutione, in qua secus expressè cautum sit.*

9 *Ordinarij non possunt deputare in administratores bonorum temporalium Monialium Religiosos, cuiuscunque gradus, &c.*

10 *Triennio quolibet mutari debent administratores bonorum Monialium.*

11 *Episcopus quando habeat facultatem amouendi administratores bonorum ad Monialium Regularibus subiectarum monasteria spectantia.*

12 *Monasteriorum administratores de illis rationem Ordinario reddere non tenentur.*

13 *Electio Administratorum ad Superiores Monasteriorum spectat.*

Administrator.

Collect. XIII.

1 ADministratores rerum Cameralium singulis annis rationẽ reddere tenentur. *Pius IV. constit.* 87. incip. *Cùm inter, Kalend. Nouembris* 1564. apud Laert. Cherubin *in Bullario tom.* 1. *pag.* 122. aliàs *pag.* 95. in nouiss. impress.

2 Administratores etiam in locis, quæ sunt sub immediata Regum protectione, vel etiam ex Apostolico priuilegio ante Concilium exempta à quacumque ordinarij iurisdictione tenentur Episcopo reddere rationem suæ administrationis, quãdoquidem decretũ Concil. sess. 22. c. 9. de reform. non recipit loca Regiæ protectionis, sicut illa exceperat cap. 8. præcedenti quoad visitationem *S. Cong. Conc in Neapolitan.* 11. *August.* 1618. teste Sellio *in select. Canon c.* 23. *n* 5.

3 Administratores piorum locorum in absoluendo, vel condemnando habet Ordinarius votum sicut cæteri deputati, & eius votum debet numerari cum aliis, ita vt maior pars votorum absoluat, aut condemnet. *Sacra Cong Concil.* referentibus Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcop. n.* 79. *vers. item Ordinarium & lib.* 4. *tit.* 29. *l.* 2. §. 1. *de hospital n.* 10. Stephan. Weyms *ad constit.* 24. *ax antiquo iure desumptas & Concil Trid. innouatas constit.* 16. *n* 8 *in fine.*

4 Administratores piorum locorum etiam exemptorum nullam rationem reddentes posthac eam Episcopo reddere tenentur; quod si aliis reddere solent, cum illis tamen præsentialiter adhibendus est Episcopus qui quoties in dicto actu ad rationem computatorum adhibetur, in condemnatione, vel absolutione, vnicum votum habet. *Sacra Cong. Conc* apud Armendar. *d. l.* 7. *de Episcopis n.* 79. *vers item & administratores.* *Barbos. Apost. Decis. Sum.*

5 Administratores piorum locorum si videntes se constrictos ad reddendam rationem suæ administrationis appellarent, licet admittatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio. *S. Cong. Conc* penes Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo hospitale,* §. 3. *vers.* 6. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 75. *n* 62.

6 Administratores hospitalium tenentur ad reddendam rationem Episcopo, siue ea sint publica siue priuata. *Sacra Cong. Concil.* de qua Armendar. *d. l.* 7. *de Episcopis num.* 78. *& lib.* 4. *tit.* 29. *l.* 2. § 1. *de hospitalib n.* 11. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *c.* 6. *n.* 11. *in fine.*

7 Administratores hospitalium debent Episcopo reddere rationem administrationis suæ, & si consuetudine, priuilegio, & institutione aliqua aliis personis ad id officium electis ratio esset reddenda prædictæ administrationis, reddenda tamen Ordinario est cum interuentu prædictorum electorum. *S. Cong Conc* penes Armendar. *d. l.* 7. *de Episcop nu* 79.

8 Administratores hospitalium, aliorumque piorum locorum tenentur Ordinario rationem administrationis dare, donec coram eodem Ordinario dictum fuerit de institutione, in qua secus expressè cautum sit. *Sacra Cong. Conc* de qua Armendar. *d. lib.* 4. *tit.* 29. *l.* 2. §. 1. *de hospitalib. n* 5.

9 Administratores bonorum temporalium Monialium particulares Religiosos cuiuscunque gradus, aut præeminentiæ, etiamsi Superiores Monasteriorum fuerint, non possunt deputare Ordinarij, nec Regulares etiam in Capitulis eorum generalibus. *Sacra Cong Conc* cuius meminere Barthol. Gauant *in manuali Episcop. verbo Monialium cura in temporalibus,* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo administratores, n.* 1. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom* 3. *verbo administratio n.* 5.

10 Administratores bonorum Monialium quolibet triennio mutari debent *S. Cong Conc.* apud Gauant. *in man. Episcopor. verbo Monialium cura in temporalibus n.* 11. Lezana *d. verbo administratio, n.* 7. *in princ.*

11 Administratores bonorum ad Monialium Regularibus subiectarum Monasteria spectantium vt amoueantur, licet Episcopo ex rationabili causa, quam Superioribus Regularibus significare non tenetur, eosdem admonere, iisque Superioribus id facere detrectantibus, habet Episcopus facultatem prædictos administratores amouendi quoties & quando opus esse iudicauerit. *Sacra Cong. Concil. in declarationibus impressis in fine mei tract. de officio & potest. Episcopi pag.* 6 *dub.* 12. refert Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo administratores, n.* 2.

12 Administratores monasteriorum de illis rationem Ordinario reddere non tenentur. *Sacra Cong. Conc.* referentibus Armendar *d. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 17. *de Episcop n.* 78 *vers item administratores,* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna, Regul verbo administratores, n.* 2. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *c.* 19. *nu.* 52 *& tom.* 3. *verbo administratio n.* 2.

12 Administratorum electio ad Superiores Monasteriorum spectat. *Sacra Cong Conc* cuius meminerunt Armendar. *d. lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig num.* 85. Laurent. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regul. super Constit. Gregorij XV. quæst.* 1. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo administratio, n.* 6.

Adscriptio vide in verb. *Ascriptio collect.* 45.

SVMMARIVM.

1 *Collegium Aduocatorum Consistorialium habet administrationem reddituum studij generalis Vrbis.*
2 *Doctoribus etiam antiquioribus, atque Aduocatis quibuscunque praecedunt Romae Consistoriales.*
3 *Consistoriales Aduocati hoc tempore in publicis tãtum Consistoriis orant, studiique Vrbis regimen habent.*

Aduocati Consistoriales.

Collect. XIV.

1 ADuocatorum Consistorialium Collegium plenam habet administrationem reddituum studij.

2 Generales Vrbis, qui Romæ præcedunt quibuscunque aliis Aduocatis, atque Doctoribus etiam antiquioribus, habéntque facultatem doctorandi. *Sixtus V. Constit.* 52. incip. *Sacri* 10. *Kalend. Septembris* 1587. apud Laërt. Cherubin. *in Bullario, tom.* 1. *pag.* 587. aliàs *pag.* 247. in nouiss. impress. vbi eius filius *in schol.* 1. addit quod cùm in electionibus, quæ in Consistorio Papæ olim fiebant, plerumque apparebant oppositores, constituerunt Pontifices Ordinem hunc Aduocatorum, qui egregij essent iurisperiti, & non nisi solemni eorum periculo in hunc ordinem admissi, huiusmodi munus in Consistorio obirent, vt aduertunt Vestrius *in pract. Romana Curia lib.* 2. *cap.* 18. Petr. Gregor. *Syn-*
3 *tag. iuris, lib.* 49. *cap.* 6. *nu.* 10. vbi subiungit hac tempestate in hoc otiosos esse, cùm in publicis tantùm Consistoriis orent, studiique Vrbis regimen habeant, iuxta Bullam huius Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Natiuitatis à die incipit ætas, non autem à die Baptismi.*
2 *Officiales, aut ministri Monasteriorum Monialium eligendi qua ætate, & qualitate.*
3 *Ordinibus minoribus nulla ætas præscripta est à Concilio Trid. sed ea attendenda, quæ à Sacris Canonibus præscribitur.*
4 *Beneficio simplici, seu Capellania collatiua quando ætas septem annorum sufficiens sit, ostenditur.*
5 *Pensionarius potest in ætate septem annorum pensionem obtinere.*
6 *Beneficium simplex, qui obtinere vult, debet esse constitutus in ætate* 14. *annorum iam capta, licet non expleta.*
7 *Capellaniæ, quæ fundari solent absque Episcopi, aut alterius Superioris auctoritate, in quibus succedunt clerici de parentela non desiderant ætatem* 14. *annorum.*
8 *Capellania non collatiua minimè requirit ætatem* 14. *annorum.*
9 *Portio dimidia in Ecclesia Cathedrali obtineri potest in ætate* 14. *annorum.*
10 *Canonicatus in Ecclesia Collegiata non requirit maiorem ætatem quàm* 14 *annorum.*
11 *Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis (licet in ea non sit facta Ordinum distributio) exigit ætatem* 22. *annorum inceptorum.*
12 *Dignitates Collegiatarum Ecclesiarum requirunt eandem ætatem* 22. *annorum quam exigunt Dignitates Cathedralium.*
13 *Completa debet esse ætas* 22. *annorum requisita ad dignitates Ecclesiarum Cathedralium.*
14 *Vicarius Capitularis si aliàs est idoneus, potest permissiuè eligi in ætate* 25. *annorum.*
15 *Dignitas, cui subest animarum cura requirit ætatem* 25. *annorum inceptorum.*
16 *Dignitas Ecclesiæ Cathedralis, cui sit distributio Missæ cantatæ per turnum infra hebdomadam exigit ætatem* 25. *annorum ad sacerdotium necessariam.*
17 *Parochiales Ecclesiæ accessoriè vnitæ alicui beneficio simplici contentantur illa ætate quam exigit illud beneficium.*
18 *Monialium Virginum in consecratione exigitur ætas* 25. *annorum completorum.*
19 *Generalatus, Abbatia, & Prouincialatus requirunt ætatem triginta annorum.*
20 *Defectus ætatis* 40. *annorum in Pœnitentiario non obstat vbi aliàs aptior pro loci qualitate non reperitur.*

Ætas.

Collect. XV.

DE ætate ad omnes humanos actus requisita nouissimè tractatum edidit Didacus de Narbona, Ioannis & Alphonsi frater germanus.

1 Aetas incipit à die natiuitatis non autem à die Baptismi. *Sacra Cong Concil. in Crotonien. Decembris* 1627. teste Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Aetas nu.* 1. *in fine.*

2 Aetas nulla determinata est quoad officiales, aut ministros monasteriorum Monialium, sed qui morum grauitate, virtutumque ornamentis, & aliis honestis qualitatibus sint præditi eligantur, *S Cong. Episcop. & Regul. in Castellamaris de anno* 1593 de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Aetas nu.* 3. *&* 4. Lezana *in summa quæst. Regul. tom* 3. *verbo administratio. n.* 6.

3 Aetas Tonsuræ, & quatuor minoribus Ordinibus nulla est præscripta à Concilio Trid. sed ea attendenda, quæ à Sacris Canonibus præscribitur. *Sacra Cong. Concil.* referente Nicol. Garc *de benef. p.* 7. *c.* 4. *n.* 7.

4 Aetas septem annorum sufficit ad beneficium simplex seu capellaniam collatiuam si fundator expresè voluit sufficere quod præsentatus esset Clericus primæ Tonsuræ. *Sacra Cong. Concil.* teste Rota *in Monopolitana beneficij, seu capellæ* 6. *Iunij* 1622. coram bonæ mem. *Merlino, & in Corduben. capellania,* 5. *Decembris* 1629. *coram bonæ mem. Coccino Decano,* vbi dicitur hoc procedere si adsit clara, & specialis, aut aliàs virtualis dispositio fundatoris, quod consanguineus minor annorum 14. præsentari possit, & de fundatione ante Concilium Trid nõ autem quando fundatio fuit post Concilium, & in ea expresè non vocatur puer, aut minor 14. annorũ, sed simpliciter & indefinitè clericus, quæ decisiones reperiuntur impressæ apud Alphons. de Leone *in tract. de officio Capellani p.* 1. *q.* 4. *praxi* 6. *n.* 37.

5 Aetas septem annorum sufficit ad pensionem obtinendam, nec ad eam exigitur ætas 14. annorũ ad beneficia ecclesiastica requisita. *S. Cong Concil.* penes Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. *§.* 5. *n.* 26. Lezana *in sum. quæst Regu. tom.* 3. *verbo Aetas, n.* 6. *vers. quarta* Didac. de Narbona *d. tract. de ætate ad omnes humanos actus requisita anno* 14. *quæst* 56 *num.* 3.

6 Aetas XIV. annorum post Concilium Trid. ad beneficium simplex obtinendum non exigitur expleta, sed sufficit cœpta. *S Cong. Conc.* cuius meminerunt Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo*

beneficium

beneficium 4. Gonzal. *d. glos.* 5. *in princip. num.* 90. Ioan. Maria Nouar. *in singul. Canon. concl.* 13. *num.* 4. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 20. *l.* 1. *de ætate num.* 5. quos cum aliis refero *de Episcopo p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 76.

7 Ætas 14. annorum requisita ad obtinendum beneficiũ ecclesiasticũ non requiritur in capellaniis, quæ fundari solent maximè in Hispania absque Episcopi, aut Superioris auctoritate, in quibus succedunt clerici de parentela, vel conferuntur à patronis laicis. *S. Cong. Conc.* de qua Gonzal. *d. gloss.* 5. *n.* 47. quem citat Lezana *d. tom.* 3. *verbo Ætas n.* 9. *vers. tertia.*

8 Ætas 14. annorum non est necessaria ad capellaniam non collatiuam. *Sacra Cong. Concil.* penes Ioan. Maria Nouar. *in suis singular. concl.* 14. *num.* 13. Alphons. de Leone *in tract. de officio Capellani p.* 1. *q.* 4. *praxi* 6. *num.* 38. *vers. dixi, in princip.*

9 Ætas 14 annorum sufficit ad obtinendam dimidiam Portionem in Ecclesia Cathedrali; quia tales dimidiæ Portiones non habent annexum Ordinem sacrum *Sacra Cong. Concil.* referentibus Gonzal *d. gloss.* 5. *num.* 93. Lezana *d. tom.* 3. *verbo Ætas num.* 9. *vers. secunda*, Didac. Narbona *d. tract. de ætate ad omnes humanos actus requisita anno* 14. *q.* 57. *num.* 5.

10 Ætas 14. annorum sufficit ad obtinendum Canonicatum in Ecclesia Collegiata cum super his Canonicatibus nihil innouauerit Concilium Trid. *Sacra Cong. Concil.* de qua mentionem faciunt Gonzal. *d. glos.* 5. *num.* 91. *&* 92. Paul. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. *pag.* 330. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit* 20. *l.* 1. *de ætate num.* 8. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori ecclesiast. decis.* 735. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 512. *num.* 3. *in fine in* 2. *edit.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo Ætas num.* 8. *vers. prima*, Didac. de Narbona *d. tract. de ætate ad omnes humanos actus requisita anno* 14. *q* 55. *num.* 3.

11 Ætas XXII. annorum inceptorum requiritur in prouiso de Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, quamuis in ea non fuisset facta distributio sacrorum Ordinum. *Sacra Cong. Conc. in Algarbien* penes Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 29. quem refero *in tract. de Canonic. cap.* 13. *num.* 9. *in fine*, vbi *num.* 10. resoluo sufficere attingentiam 21. annorum, vt intra tempus à Iure, & à Sacro Concil. statutum possit sacrum Ordinem Subdiaconatus suscipere, hoc est intra annum.

12 Ætas 22. annorum quæ requiritur ad dignitates in Cathedralibus, exigitur quoque in dignitatibus Collegiatarum Ecclesiarum. *Sacra Cong. Concil.* de qua mentionem faciunt Nicol. Garc *de benef. p.* 7. *c.* 4. *num.* 59. *&* 62. *cum seqq.* Armendar. *d. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcop. num.* 2. Didac. de Narbona *in d. tract. de ætate ad omnes humanos actus requisita anno* 22. *q.* 3. *num.* 11. Ego de *Canonic. & dignitat. cap.* 13. *num.* 23. *in fine.*

13 Ætas 22. annorum requisita ad Dignitates Ecclesiarum Cathedralium debet esse completa. *Sacra Cong. Concil.* apud Nicol. Garc. *d. p.* 7. *c.* 4. *num.* 70. Armend. *d. l.* 7. *de Episcop. n.* 2. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 23. *n.* 3.

14 Ætas 24. annorum permitti potest in Vicario Capitulari, si aliàs idoneus sit, non tamen expedit. *Sacra Cong. Concil. die* 11. *Augusti* 1618. cuius memini *in meo tract. de Canonic. c.* 42. *n.* 54.

15 Ætas 25. annorum inceptorum requiritur ad obtinendam Dignitatem, cui subest animarum cura. *Sacra Cong. Conc. in Crotonien.* 4. *Decembris* 1627. quam citant Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 15. Lezana *in sum. quæst. regul. tom.* 3. *verbo administratio num.* 2.

16 Ætas 25. annorum ad sacerdotium necessaria requiritur in dignitate Ecclesiæ Cathedralis, cui sit distributio Missæ cantatæ per turnum infra hebdomadam, cùm habeat onus annexum, ac proinde teneatur per se adimplere. *Sacra Cong. Conc. in dicta Crotonien.* apud Aldan. *d. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 14.

17 Ætas 25 annorum inceptorum requisita ad obtinendas Parochiales Ecclesias non exigitur ad accessoriè vnitas, sed sufficit illa, quam requirit beneficium, cui Parochialis sic accessoriè reperitur vnita. *Sacra Cong. Concil.* testibus Galet. *in margarita casuum conscient. verbo Canonicus* 5. *& verbo Parochus.* Gonzal *ad reg.* 8. *Cancel glos* 9. *num.* 4. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol.* 512. *in* 2. *edit.* Nicol. Garc. *de benef p.* 12. *c.* 2. *n.* 26. quos refero de *officio, & potest. Parochi c.* 2. *n.* 7.

18 Ætas 25. annorum completorum requiritur in consecratione Monialium virginum. *Sacra Cong. Concil.* cuius idonei testes nobis sunt Armendar. *d. l.* 1. *de ætat. n.* 2. & Didac. Narbona *d. tract. de ætate ad omnes humanos actus requis. anno* 25. *q.* 80. *n.* 1.

19 Ætas 30. annorum completorum requiritur ad Generalatum, Prouincialatum, Abbatiatum, cæterasque similes dignitates iurisdictione quasi Episcopali gaudentes *Sacr. Cong. Concil.* penes Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regular. verbo Ætas num.* 5. Lezana *in summa quæst. Regul. tom.* 3. *sub eodem verbo n.* 1.

20 Ætatis XL. annorum defectus in Pœnitentiario non obstat vbi aliàs aptior pro loci qualitate non reperitur. *Sacra Cong. Concil.* quam citat Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 33.

Plura vide in verbo *Anni* collect. 31.

Affictuarius, vide *in verbo Colonus* collect. 184.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de affinitate agentes.*
2 *Impedimentum affinitatis ortum ex fornicatione vltra secundum gradum non extenditur.*
3 *Impedimentum affinitatis oritur ex matrimonio rato non consummato vsque ad quartum gradum.*
4 *Impedimentum affinitatis superueniens post contractum Matrimonium est sublatum decreto Concilij cap.* 4. *sess.* 24. *de reform. matrim.*
5 *Impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate proueniente ab illicita copula à viro cum consanguinea vxoris suæ post contractum matrimonium habita, ad primum & secundum gradum restringitur.*
6 *Episcopus non habet facultatem dispensandi auctoritate Apost. in gradibus à iure prohibitis.*

Affinitas.

Collact. XVI.

1 DE Affinitate Valent. *p.* 4. *disp.* 10. *q.* 5. *puncto* 3. Sanch. *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 64. *cum seq.* Bonacin. *eod. tract. q.* 3. *puncto* 12. Gutier. *eod. tract. c.* 99. Basil. Pont. *de impedim. Matrim. c.* 18. *§.* 1. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo Affinitas.* Ego *de offic. & potestate Episcopi p.* 1. *alleg.* 51. *n.* 164. *cum seq.*

2 Affinitatis impedimentum ortum ex fornicatione, vltra ſecundum gradum non extenditur. *Pius V. conſtit.* 14. incip. *Sanctiſsimus*, 20 *Augusti* 1566. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 193.

3 Affinitatis impedimentum oritur ex matrimonio rato non conſummato vſque ad quartum gradum ſicut in conſanguinitate, ex Bulla ſanctæ memoriæ Pij V. & Tridentino *ſeſſ* 24. *c.* 3. & 4. *de reform. matrim. Sacra Cong. Conc die* 17. *Augusti* 1617. teſte Aldano *in compendio canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 40. quem refero *in collect. ad Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. cap* 4. *n.* 8.

4 Affinitatis impedimentum ſuperueniens poſt contractum Matrimonium eſt ſublatum *decreto cap.* 4. *ſeſſ* 24. *de reform. matrim.* quia ſi impedimentum dirimens ſublatum eſt, quod maius eſt, ergo & iſtod quod ſolum impedit ne is per quem contracta eſt affinitas, ſine peccato, poſſit exigere debitum, quod minus eſt. *S. Cong. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de benefic. p.* 8. *c.* 3. *n.* 76.

5 Affinitatis ex fornicatione contractæ impedimentum reſtringens Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. de reform. matrim. ad primum, & ſecundum gradum, cenſetur etiam ad eoſdem reſtrinxiſſe impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate prouenient ab illicita copula à viro cum conſanguinea vxoris ſuæ poſt contractum matrimonium habita, quia non ſolum vltra primum & ſecundum gradum matrimonium non dirimitur, vt in dicto c. 4. ſed etiam non impeditur per declarationem Bullæ 24 Pij V Et ſic iſta affinitas ex fornicatione vltra iſtos duos gradus eſt ſublata in totum *Sacra Congr. Concil* 1. *Februarij* 1596. apud Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 41.

6 Affinitatis in gradibus à iure prohibitis facultatem non habet Epiſcopus ordinaria auctoritate diſpenſandi. *Sacra Congr Concil* cuius meminit Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de matrim. num.* 99.

Aggregatio Confraternitatum, vide in verbo *Confraternitas, collect.* 207. *Agitationes Taurorum*, vide in verbo *Taurorum agitationes, collect.* 696.

SVMMARIVM.

1 *Depingere, aut minio notare, ſeu aurum, vel colorem aliquem imponere aut venales tenere nullus poteſt Agnos Dei.*

2 *Albi, & mundi à cunctis habendi, deferendi, & cuſtodiendi ſunt Agni Dei.*

3 *Doctores referuntur de Agno Dei, & Conſtitutionis Gregorij XIII. agentes.*

Agnus Dei.

Collect. XVII.

1 AGnos Dei per Papam benedictos nullus ſiue vir, ſiue fæmina, ſecularis, aut eccleſiaſticus, vel Regularis ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda poteſt depingere, inficere, minio notare, vel aurum, ſeu colorem aliquem illis imponere, aut quicquam aliud ſuperinducere,
2 neque depingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere ſeu tenere, ſed eos albos, & mundos decenter ac reuerenter à cunctis haberi, deferri, & cuſtodiri præcipit *Gregorius XIII. conſtit.* 2. 2. incip. *Omni* 8. *Kalend Iunij.* 1572. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 363. alias 274. in nouiſſ. impreſſ. Scortia *epit.* 1. 2.

3 De materia illius Conſtit. vide Quarant. *in ſum. Bullar. verbo Agnus Dei*, Iodoch. Lorichi, *in theſauro nouo Theolog. eod. verb.* Petr. Creſpet. *in ſum. Cathol. Fidei eod. verbo.* Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 9. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 28. & 23. Filliuc *in quæſt. moralib. tract.* 14. *c.* 6. *q.* 8. *ad fin. num.* 93. Barthol. Gauant. *in man. Epiſcop. verbo Agnus Dei*, Megala *in promptuario Theolog. moral. in verbo Agnus Dei*, Scort. *in ſelect. ſummorum Pont. Conſtitut. theor.* 330. Ioan. Anton. Nouar. *in ſumma Bullarum ſub tit. de Agnus Dei*, Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Agnus Dei*, Ioann. Baptiſta Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom.* 3. *ſub eodem verbo*, Antonin. Diana *moral. reſol. p.* 3. *tract.* 7. *reſol.* 12. nouiſſimè D. Riccinl. *eccleſiaſtic. lucubr. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 7. Ego *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 50. *num.* 150. Et de Agnos Dei conſecrandi origine agit Onuphrius Panuinus, & D. Anton. Ricciul. *d. c.* 9. *à n.* 1.

Alea Equites in Luſitania, vide *collect.* 307.

Alcantara Equites, vide Collect. 308.

Alexander.

Collect. XVIII.

1 SAncti Alexandri Officium ſub ritu duplici pro Eccleſia Bergomen. conceditur à *Sacra Congr. Rituum in Bergomen.* 7. *Iulij*, 1612. & 19. *Maij* 1614. Et pro terra Colnalgi Plebis Threzzi Mediolanen. Diœceſis. *Eadem Sacra Congr. in Mediolanen. Plebis Trezzi* 19. *Augusti* 1617. Et pro confraternitate S. Alexandri nationis Bergomen. Venetiarum. *Eadem Sacra Congr. in Venetiarum* 18. *Augusti* 1618. Et pro Eccleſia Collegiata S. Alexandri Placentiæ. *Eadem S. Cong in Placentina* 27. *Iunij* 1620. quarum meminit Aldan. *in compendio Canonic. reſol. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de alienatione rerum, & bonorum eccleſiaſticorum agentes.*

2 *Bona eccleſiaſtica alienari prohibentur, & eorum hypotheca, locatio & conductio vltra triennium.*

3 *Bona ſtabilia in ſtatu Eccleſiaſtico nemo poteſt in non vaſſallos alienare, permutare, vendere. locare, &c.*

4 *Caſtra, ſeu arces, ac fortalitia ſtatus eccleſiaſtici nemo poteſt in non ſubditos alienare.*

5 *Bona quæcunque ad Eccleſias inferiores, & quæuis loca pia ſpectantia alienare, ac in feudum vel emphyteuſim concedere nullus poteſt.*

6 *Infeudatio ciuitatum, & locorum S. R. E. prohibita.*

7 *Alienationes omnes rerum eccleſiaſticarum non ſeruatis iuris ſolemnitatibus nulliter facta ſunt irritæ.*

8 *Regularibus omnibus ſub pœna nullitatis prohibetur alienatio rerum omnium. & bonorum immobilium ac pretioſorum mobilium.*

9 *Pecunia ad cambium, vel mutuò accepta cum ſolutione lucri ceſſantis, vel damni emergentis comprehenduntur ſub decreto quod prohibet Regularibus quamcumque alienationem.*

10 *Theatini Patres non comprehenduntur ſub decreto prohibent*

bentis Regularibus quamcumque alienationem, & ideo possunt bonorum suorum alienationem facere inconsulta Sacra Congr.

11 *Census Regularium alienatio pro solutione aeris alieni fieri non potest à Regularibus.*

12 *Monasterij pro fabrica fieri non potest stabilium alienatio.*

13 *Census vt ematur prohibita est Regularibus alienatio stabilium.*

14 *Bonorum Regularium alienatio, quae habent onus annexum Missarum in perpetuum, si contingat fieri, conuerti debent in alia stabilia cum eiusdem oneris repetitione, & annexione.*

Alienare, Alienatio.

Collect. XIX.

1 DE alienatione bonorum Ecclesiasticorum Guilielm. Rodoan. *tom. 15. tract. Doctor. part. 2. fol. 193.* Martinus Nauarrus, Petrus Rebuffus, Alphons. Villagut *de rebus Ecclesiae non ritè alienatis recuper. & in integr. restit.* Villalob. Bonacos. & Suarez *tom. 2. commun. opin lib. 1. tit. 1. n. 35. cum seqq.* Quarant. *in sum. Bullarij verbo alienatio rerum Eccles. 1. 20.* Anton Nouar. *eod tract & tit.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. c. 1. cum seqq.* Camill. Borrel. *in sum. decis. tom. 1. tit. 15.* Martin. Bonacio. *in var. tractat. tract. 2. de alienat. bonor Eccles* Valenzuel. *tom. 1. cons. 3* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 15.* Aloys. Ric. *in praxi rerum fori eccles. decis. 1. cum seqq.* Vgolin. *de potest. Episc. c. 14. §. 4. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 465. cum seqq.* Guttier. *de Iuram. confirm. p. 1. c. 52 & pract. lib. 1. q. 8.* Ciarlin. *controuers. forens. lib. 1. c. 105.* Ioann. Bapt. Thoro *in compend. decis. Neapol verbo alienatio rerum Eccles.* Castr. Palao. *in opere morali tom. 2. tract. 12. quaest. vnic. puncto 14. & 15.* Lezana *in summ. quaest. Regul. tom. 1. c. 10. & tom. 3. verbo alienatio,* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori ecclesiast cap 6.*

2 Alienare bona Ecclesiae inconsulto Pontifice non licet, & prohibetur alienatio rerum Ecclesiasticarum per pactum, item earum concessio, hypotheca, locatio, & conductio vltra triennium. *Paulus II. constit. 2. incip. Cum in omnibus 5. Id. Maij 1465.* reperitur impressa apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 327. aliàs pag. 297.* in nouiss. impress. & meminit Ioann. Anton. Nouar. *in summ. Bullarum, tit. de alienat. rerum Eccles.*

3 Alienare, vendere, permutare, vltra triennium locare, in emphyteusim, feudum, liuellum, pignus, seu precarium concedere in non Vassallos nemo

4 potest bona stabilia in statu ecclesiastico: & nemo status ecclesiastici potest alienare castra, seu arces, ac fortalitia in non subditos Ecclesiae. *Sixtus V. constit. 3. incip. Solicitudo Kal. Iunij 1585.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag 488. aliàs pag 371.* in nouissim. impress. quam ampliauit *Clemens. VIII. constit. 78.* incip. *Romanum, pridie Non. Iulij 1601.* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 121.* aliàs pag. 88.

5 Alienare, ac in feudum, vel emphyteusim quocumque praetextu, vel causa, quaecunque bona ad Ecclesias inferiores, & quaeuis loca pia, nunc vel deinceps spectantia concedere, vel vltra triennium locare, & concessiones huiusmodi reuocare, vel prorogare, cum plurium pecuniarum impositione prohibet. *Vrbanus VIII. constit. 51.* incip. *Humana Kalend. Nouembris 1625.* apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. pag. 69.*

6 Alienatio, atque infeudatio Ciuitatum, & locorum S. R. E. prohibita, ac tractatus de illa praetextu etiam euidentis vtilitatis, & illam procurantes etiam ob honorem familiae Pontificum, excommunicantur, infames fiunt, eorumque bona confiscantur. *Pius V. constit. 35.* incip. *Admonet 4. Kalend. Aprilis 1567.* apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom. 2. pag. 167. in nouiss impress.* Praefatas Constitutiones Sixti V. & Clementis VIII. innouat, declaratque, & ampliat in permutationibus, donationibus etiam reseruato beneplacito Sedis Apost. contrauenientibus poenas infligit, contractus annullat, ac Notarijs harum alienationum instrumenta conficientibus poenas imponit. *Paulus V. constit. 10.* incip. *Pastorale 12. Kalend. Decembris 1617.* apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4.* Has etiam Constitutiones Sixti & Clementis, & Pauli confirmat, & innouat, & extendit ad quodcunque genus contractuum, irritat venditiones, locationes, & alienationes vltra triennium locorum iurisdictionalium, vel etiam non iurisdictionalium, in confinibus tamen loci iurisdictionalis, eiusue territorij sitorum etiam ab vno tantum latere; extendit ad omnes venditiones, locationes, &c. etiam ad triennium, vel minus tempus faciendas à non Barone de bonis non iurisdictionalibus in confinibus loci iurisdictionis, vel eius territorij etiam ab vno latere existentes quomodolibet Baroni iurisdictionem habenti, seu bona in dicto territorio possidenti subiectis: nec non ad locationes bonorum in statu ecclesiastico existentium in confinio Dominij Principis exteri Sedi Apost. quomodolibet subiecti cuiuis extero pariter faciendas, ac etiam ampliat ad impositiones, venditiones, cessiones, & alienationes censuum annuorum tam imponendorum, quàm impositorum, iuxta formam Constit. Pij V. *Vrbanus VIII con. st. 65.* incip *decens, Kalend Iunij 1627.* apud Angelum Mar Cherub. *in Bullario, tom. 4. pag 81.* in nouiss. impress.

7 Alienationes omnes rerum Ecclesiasticarum in damnum Ecclesiarum, vel non seruatis iuris solemnitatibus, aut aliàs nulliter factas irritas declarat. *Paulus IV. const. 2.* incip. *Iniunctum nobis*, apud Laert. Cherubin. *tom. 1. pag. 729* & illam innouat *Pius IV. constit. 11.* incip. *Prouida*, apud eundem Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 21.*

8 Alienationum omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretiosiorum mobilium, omnéque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, concessionem in feudum, seu emphyteusim, praeterquam in casibus à iure permissis, Generalibus, & Prouincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, & quibuscunque alijs Superioribus Regularibus cuiusuis Ordinis intra fines Europae existentibus sub poena nullitatis ipso iure prohibuit. *Sacra Congreg. Eminentissimorum DD. Cardinalium S. Conc. Trid. interpretum de speciali Pontificis iussu die 7. Septemb. 1624* cuius tenorem referunt Ciarlin *controuers. forens cap. 105. num. 119.* Ioan. Anton. Nouar. *in sum Bullarum tit. de alienat. rerum Regul. num. 12. cum seqq.* & illius meminit Lezana *in sum quaest. Regular. tom. 1. cap. 10. & tom. 3. verbo alienatio n. 4.*

9 Alienationis supradicti decreti sub prohibitione comprehenditur pecunia ad cambium, vel mutuo accepta cum solutione lucri cessantis, vel dam-

ni emergentis. *Sacra Cong. Concil.* 21. *Martij* 1626. cuius meminere Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo alienatio num.* 1. *in fine.* Ioan. Anton. Nouar. eius frater *in dicta ſum. Bullarum tit. de alienat. rerum Regul. prohibita num.* 12. *cum ſeqq.* Lezana *d. cap.* 10. *num* 3. *& d. tom.* 3. *verbo alienatio num.* 5.

10 Alienatio bonorum clericorum Theatinorum poteſt fieri inconſulta Sacra Cong. vt ipſa declarauit poſt promulgationem antedicti decreti, ſub quo non contineri talem Religionem, declarauit *eadem Sacra Cong.* vt teſtatur Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de alienat. bonor. Regul. num.* 19. vbi hoc decretum de verbo ad verbum refert.

11 Alienatio cenſus Regularium pro ſolutione æris alieni fieri minimè poteſt *Sacra Cong. Concil.* 19. *Aprilis* 1619. apud Barthol. Gauant. *in manuali Epiſcop. verbo alienatio rerum eccleſiaſt. num.* 40. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regularium verbo alienatio num.* 3. Lezana *in ſum. quaſt. Regul. tom.* 3. *eodem verbo num.* 5.

12 Alienatio pro fabrica monaſterij à ſtabilium Regularibus fieri non poteſt. Eadem *S. Congr.* 13. *Martij* 1619. penes Barthol. Gauant. *d. verbo alienatio rerum eccleſiaſt num.* 38.

13 Alienatio ſtabilium vt inde ematur cenſus eſt prohibita Regularibus. Eadem *S. Cong.* teſte Barthol. Gauanto *d. loco num.* 39.

14 Alienatio bonorum Regularium, quæ habent onus annexum Miſſarum in perpetuum ſi fieri contingat, in alia ſtabilia conuerti debent cum eiuſdem oneris repetitione, & annexione, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrendi. *Eadem S. Cong.* 21. *Iunij* 1625. teſte Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo alienatio num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbytero Terra Carignola nullius conceditur Almutia.*
2 *Canonicis de facili non eſt concedenda Almutia.*
3 *Canonicis Eccleſia Collegiata poteſt concedi vſus Almutia, dummodo differat ab Almutijs, quibus vtuntur Canonici Cathedralis.*
4 *Archiepiſcopus Hidruntin. conceſſit Dignitatibus, Canonicis, & Presbyteris ſua Eccleſia Metrop. Almutiam, ſeu caputium, ipſa S. Congregatione approbante.*
5 *Archipresbyteri Collegiatarum ex conceſſione tantum Epiſcopi habere non poſſunt Almutia & caputia, quibus vtuntur Canonici Cathedralis.*
6 *Manſionarij & Prabendati deferre non poſſunt Almutia Epiſcopo concedente.*
7 *Capitulo Collegiata Eccleſia loci Orbiten. conceditur indultum ferendi Almutia.*

Almutia.

COLLECT. XX.

1 ALmutium conceditur Archipresbytero terræ Carignolæ, nullius, iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habenti ad diſtinctionem aliorum Canonicorum. *Sacra Cong. Rit. in Sypontinn* 20. *Aprilis* 1602. teſte Sellio *in ſelectis Canon. cap.* 3. *num* 2.

2 Almutiæ & exéptiones Canonicis non ſunt concedendæ, niſi prius conſtet an deceat, & conueniat. *Eadem S. Cong. Rit. in Mediolanen.* 28. *Septembris* 1602. apud Sellium *d. cap.* 3. *n.* 4.

3 Almutij vſum concedi poſſe indulgetur Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ, dummodo differat ab Almutijs, quibus vtuntur Canonici Cathedrales. *Eadem Sacra Cong. Rit. in Laudén.* 19. *Maij* 1602. *& in Mediolanen.* 23. *Iunij* 1607. penes Sellium *d. cap.* 3. *n.* 7.

4 Almutium, ſeu caputium ab Archiepiſcopo Hydruntino conceſſum dignitatibus, Canonicis, & Presbyteris ſuæ Eccleſiæ Metropolitanæ coloris violacei, pro alijs verò Presbyteris collectitiis coloris nigri, approbatur ab eadem *S. Cong. Rit. in Hydruntina* 30. *Ianuar.* 1516. cuius meminit Selli. *d. c.* 3. *n.* 9.

5 Almutia & Caputia non poſſunt ab Epiſcopo concedi vt differantur ab Archipresbyteris Collegiatarum ſuæ diœceſis, ſicut deferunt Canonici Cathedralis. *Eadem S. Cong. in Parmen.* 30. *Iulij* 1616. quam refert Selli. *d. c.* 3. *n.* 8.

6 Almutia à Manſionariis, & Præbendatis deferri non poſſunt etiam concedente Epiſcopo. *Eadem S. Cong. Rit. in Placentina* 16. *Ianuarij* 1620. de qua Selli. *d. c.* 3. *n.* 11.

7 Almutia ferendi indultum conceditur Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ loci Orbiten. *Eadem S. Cong. Rit. in Orbitē.* 9. *Aprilis* 1633. quā citat Sellius *d. c.* 3. *n.* 19.

B. Aloyſius Gonzaga.

COLLECT. XXI.

BEati Aloyſij Gonzagæ Miſſam, & Officium de communi Confeſſoris non Pontif. die 21. Iunij pro ditionibus familiæ Gonzagæ, & Religioſis Societatis IESV de Vrbe conceſſit *Sacra Cong. Rit.* 31. *Maij* 1618. *& Lotharingia* 4. *Aprilis* 1620. *& Mediolanen.* 29. *Maij* 1621. quarum meminit Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis n.* 10.

Demum *Gregorius XV. conſtit.* 10. incip. *In ſide* 2. *Octobris* 1621. apud Angel. Mariam Cherub *tom.* 3. *pag.* 189. conceſſit vt de eodem B. Aloyſio Gonzaga die 21. Iunij, quo ex hac vita migrauit ad cœlum, ab omnibus eiuſdem Societatis Religioſis vbique terrarum exiſtentibus iuxta rubricas breuiarij, & Miſſalis Romani de communi Confeſſoris non Pont. Officium recitari, & Miſſam celebrari reſpectiuè, liberè & licitè valeat, necnon etiam confluentibus eu die ad eorundem Religioſorum Eccleſias Miſſam in illis de eodem B. Aloyſio Gonzaga, vt ſuprà celebrare liceat, refert Aldan. *d. tit.* 18. *n.* 11. compendium vitæ B. Aloyſij Gonzagæ tacito ſuo nomine euulgauit Iacobus Graſſetius. & vitam Latinè prodiit Monachis 1630. Simon VVyſocki, & Virgilius Ceparius in eius vita.

De Sancto Ludouico Francorum Rege, & de Sancto Ludouico Epiſcopo Tholoſano, & de B. Ludouico Bertrano, vide in verbo S. Ludouicus *collect.* 456. *in fine*, remiſſiuè.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de altari agentes.*
2 *Corpora mortuorum debent remoueri, vt Altaria ſub quibus ſepulta ſunt, conſecrari debeant.*
3 *Religioſis Carthuſienſibus, Minoribus, Pradicatoribus, & Societatis Ieſu conceditur vſus Altaris portatilis.*
4 *Miſſa de Requiem debent celebrari in Altari priuilegiato pro defunctis.*
5 *Epiſcopus potius Canonicis quàm Altari renes vertere debet.*

6 *Patroni*

6 *Patroni si instaurare nolint Altaria, seu capellas in Regularium Ecclesiis existentes, debent Ordinarij facere eas demoliri, seu eosdem patronos iure & actione in illis competentibus priuare.*

7 *Lapis prophanatus Altaris vendi potest.*

8 *Incensari debent Altaria Sanctissimi Sacramenti, & B. Virginis, quæ sunt à dextris Altaris maioris.*

9 *Mensa quomodo paranda pro Abbate, & Priore habente vsum Mitræ, & Baculi quando celebrat.*

10 *Ligneum Altare cum Ara lapidea permitti debet.*

11 *Visitare non potest Episcopus Altaria, & Capellas in Regularium Ecclesiis etiam per secularium Confraternitates constructas.*

Altare.

Collect. XXII.

1 DE materia vide Pelbart. *in Rosario de Altaris duplici genere*. Iodoch. Lorichi. *in thesauro nouo Theolog. verbo Altare*, Petr. Cresper. *in sum. Cathol. Fidei, eodem verbo*, Megala *in promptuario Iuris, eodem verbo*, Barthol. Gauant. *in man. Episcop eodem verbo*, Ioan. Ariton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de Altari portatili*. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo Altare*, Selli. *in selectis Canonic. cap. 11.* metipsum *de iure eccles. vniuerso lib. 2. c. 7.* Gauant. in rub. Missal. p. 1. tit. 10.

2 Altaria consecranda non sunt sub quibus sepulta manent corpora mortuorum, nisi illis remotis. *Sacra Cong. Rit. 8. Nouembris* 1599. cuius meminere Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. cap. 5. num. 7. in fine*, Barthol. Gauant. *in manu Episcop. verbo Altare num. 3.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. vers. Altare num. 17. vers. 1.* Ego *de officio. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 27. num. 27. & de iure eccles. vniuerso lib. 2. cap. 7. num. 18.*

3 Altaris portatilis vsum Religiosis siue Monachis Ordinis Carthusiensis concessit *Vrbanus V. in quadam sua Bulla* incip. *Sincera deuotionis affectus de anno* 1363. Et Fratribus Minoribus Sixtus IV. in alia Bulla incip. Regiminis vniuersalis Ecclesiæ de anno 1474. Et Fratribus Prædicatoribus Alex. VI. & Gregorius XIII. secundum Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 43. art. 4.* Et Patribus Societatis 125 v. Paulus III. vt referunt plures per me citati *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 13. num. 3.*

4 Altari priuilegiato pro defunctis debent celebrari Missæ de requiem, aliàs indultum non suffragatur. *Sacra Cong. Rit. in Pistorien. primo Iunij* 1601. & in *Toletana 13. Iuly eiusdem anni*, apud Sellium *in select. Canon. cap. 11. num. 9.*

5 Altari renes non sunt vertendi, & melius est vt Episcopus vertat renes Canonicis quàm Altari. *Eadem S. Cong. Rit. in Columbrien. 23. Maij* 1603. refert me citato Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo Altare num. 17. vers. quinta.*

6 Altaria in Regularium Ecclesiis quandocunque reperiuntur de aliorum iure patronatus, quibus vel nulla exigua sanè est dos assignata, quodque paramentis necessariis priuata, ac vetustate consueta ruinam minantur, in graue dedecus Ecclesiarum huiusmodi, ac diuini cultus præiudicium, moneri debent patroni huiusmodi à locorum Ordinariis vt infra breuem aliquem, sed competentem terminum, ea restaurent, dotent, ac ornent, alioquin si id facere detrectauerint, vel demoliantur huiusmodi Altaria, vel iidem patroni omni iure & actione in iis competentibus priuentur. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Modenen. 16. Ianuarij* 1604. de qua Ego *de iure eccles. vniuerso lib. 2. cap. 7. num. 28.*

7 Altaris lapis prophanatus potest vendi & licitè teneri ab emptore, sed in loco decenti, & honesto. *Eadem S. Cong. Rit. in Reatina 9. Maij* 1606. quam refero *de iure eccles. vniuerso lib. 2. cap. 7. num. 15.* & eam me citato refert etiam Lezana *d. tom. 3. verbo Altare num. 24.*

8 Altaris Sanctissimi Sacramenti, & B. Virginis, quæ sunt à dextris Altaris Maioris, in quo celebratur Officium, incensari debent. *Sacra Cong. Rit. in Treuisana 7. Decembris* 1601. penes Sellium *d. cap. 11. num. 2.*

9 Altare & mensa ita paranda est pro Abbate & Priore habente vsum Mitræ & Baculi quando solemniter celebrat, vt scilicet in eo sex tantùm & non septem candelabra cum totidem candelis, & sua Cruce locantur, nec abacus alius præterquam parua mensa in cornu Epistolæ, super qua duo possint locari candelabra, Mitra, qua Prior vtetur, Calix, Missale, thuribulum cum nauicula, & alia necessaria pro actu celebrationis. *Eadem S. Cong. Rit. in Firmana 28. Ianuar.* 1606. referentibus Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Altare num. 1.* & me citato Lezana *in summa quæst. Regul. tom. 3. verbo Abbas num. 15.*

10 Altare ligneum cum ara lapidea permitti debet, non obstante Constitutione Synodali. *Sacra Cong. Rit. in Caietana 10. Nouembris* 1612. de qua mentionem faciunt Lezana *d. tom. 3. verbo Altare num. 2. in fine*, Ego *de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 27. num. 24. in fine, & de iure eccles. vniuerso lib. 2. c. 7. n. 6.*

11 Altaria & Capellas in Regularium Ecclesiis etiam per secularium Confraternitates constructas, visitare non potest Episcopus. *Sacra Cong. Episcopor. & Regul. in Papien. 21 Augusti* 1615. *& in Terracinen. 21. Ianuarij* 1616. apud Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 15. num. 27. in med. & tom. 3. verbo Altare num. 18.* & illius nomini *d. lib. 2. cap. 7. num. 29.*

Alternatiua beneficio non gaudet Episcopus absens causa Reip. Vide in verbo Episcopus *collect. 283. num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Monialibus non licet habere ancillas quibus licitum sit claustra intrare & exire quando libuerit.*

2 *Puellis in monasterijs Monialium educandis non licet habere ancillas.*

3 *Monialibus sanctæ Claræ non datur in communi ancilla laica.*

Ancilla.

Collect. XXIII.

1 ANcillas habere, quibus licitum sit claustra intrare & exire quando libuerit non licet Monialibus, etiamsi adsit consuetudo, *Sacra Cong. Concil. in Abulen.* testibus Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 12. c. 16. num. 28.* Tamburin. *de iure Abbatissar. disp. 24. q 16.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg 102. num. 60 in fine.*

Ancilla non datur pro puellis educandis. *Sacra*

Cong. Episcop. & Regul. in Neapolitana 12. Martij 1619. de qua Sell. in select. Canonic. cap. 18 n. 29. & illius memini de iure eccles. vniuerso, lib. 1. cap. 44. num 55.

3 Ancillæ laicæ non dantur in communi Monialibus Sanctæ Claræ S. Cong. Episcop. & Reg. in Taruntina 12. Aprilis, & in Fulginen. 15. Nouembris 1619. referente Sellio d. c 18. n 21. & de illa mentionem feci de officio, & potestat. Episcopi, p. 1. alleg. 101. n. 65. & in collect ad Trident. sess 25. de Regularib. cap. 5. n. 90.

De Ancillis vide Crespet. in sum. Catholicæ Fidei, verbo Ancilla.

S. Andreas.

Collect. XXIV.

1 Sancti Andreæ Apost. Officium cum octaua pro Clericis Regularibus Theatinis S. Andreæ de Vrbe conceditur à S. Cong Rit. in Romana 3. Augusti 1600. Et pro Ecclesia Varonien. Eadem S. Cong. in Varonien. 25. Iunij 1611. Et pro Clericis Regularibus S. Pauli Bononiensis. Eadem Sacra Congr. in Bononien. 18. Martij 1617. quarum meminit Aldan. in compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis, num. 12. de eius vita M. Antonius Georgius.

2 B. Andreæ Auellini Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum Officium & Missam de communi Confessoris non Pont. ab omnibus Clericis Regularibus huiusmodi vbique existentibus ipsa die eius obitus celebrari, ac recitari liberè, & licitè posse concessit Vrbanus VIII. constit. 42. incip. In Sede 10. Iunij 1625. apud Angel. Mariam Cherubin. in Bullario tom. 4. pag. 88. refert Aldan. d. tit. 18. de Sanctis, num. 13.

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur de Angelis agentes.
2 Missa Angeli Custodis conceditur pro Congregatione Annunciata Societatis I E S V, de Vrbe.
3 Missa Angeli Custodis approbatur.
4 Angeli in Cœlo non habent fidem, sed visionem.
5 Officium Angeli Custodis est duplex minus.
6 Officium Angeli Custodis quo die celebrandum.

Angelus.

Collect. XXV.

1 De Angelis S. Thom. tom. 17. opusc. 15. & in sum. p. 1. quæst. 50. vsque ad 54. & q. 106. vsque ad 114. Ioan. Maubert. in Rosetto, tit. 25. August. Steuch. de perenni philosophia, lib. 8. Vincent. Burgund. in speculo, tom. 1. lib. 1. Ludou. Granatens in sylua locorum, Ioan. Iacob. Vvecher de secretis, lib. 2. Petr. à Motte in professione Fidei lib. 1. Iacob. Affinat. in mundo vniuerso, lib. 1. dial. 2. Greg. de Valent. tom. 1. disp. 4. Iodoc. Cocci. in thesauro Catholico, tom. 1. lib. 4. Iodoch. Lorich. in thesauro nouo Theolog. sub hoc verbo, Petr. Crespet. in summ. Catholicæ Fidei eodem verbo.

2 Angeli Custodis Missa conceditur pro Congregatione Annunciatæ Societatis I E S V, de Vrbe S. Congr. Rit. in Romana 6. Maij 1601. teste Sellio in select. Canon cap. 12. n. 3.

3 Angeli Custodis Missa approbatur ab Eadem Sacra Congr. sub die 6. Aprilis 1615. apud Sellium d. c. 12. n. 8.

4 Angeli in Cælo non habent fidem, sed visionem Eadem Sacra Congr Rit. in Turritana 22. Ianuarij 1618. penes Sellium d c. 12. n. 9.

5 Angeli Custodis officium duplex posse fieri concessit Paulus V. 27. Septembr. 1608 vt refert Gauant. in rubr. Breuiarij, sect. 7. c. 12. vers de festo, & est duplex minus. Eadem Sacra Congr. Rit. die 2. Octobris 1617. quam refert Sellius d c 12. n. 11.

6 Angeli custodis officium celebrandum est prima die non impedita officio nouem lectionum post festum Sancti Michaelis, cedit etiam Dominicæ. Eadem Sacra Congr. Rit. 12. Martij 1618. cuius meminit Gauant. loco citato. & Sell. d. c. 12. num. 16. De Angelo Custode, leo de munus Angeli Custodis, & Angelici Clientis officiis Iacobus Hautinus: & tractat de Angelo Custode Stephan. Audebertus.

Animarum cura, vide in verbo cura animarum, collect. 235.

S. Anna.

Collect. XXVI.

1 Sancta Anna Beatissimam Virginem Mariam peperit, ex qua natus est Dominus noster I E S V S Christus, eius festiuitas instituta ad diem 26. mensis Iunij, duplicis Officij ritu est condecorata. Gregor. XIII. constit. 87. incip. Sancta, Kal nd. Maij 1584. impressa per Laert. Cherubin. in Bullario, tom. 2. pag. 471. al às pag. 354. in nouiss. impress.

2 S. Annæ dies festus sub obseruantia, & præcepto comprehenditur, cunctique Christi fideles vbique terrarum ab omni opere seruili eo die abstinere, & cessare debent. Gregorius XV. constit. 54. incip Honor laudis 23. Aprilis 1622. apud Angel. Mariam Cherub. tom. 3. pag 110. quam citat Gauant, in rub. Breuiarij, sect. 7. c. 9. n. 26. quam refert Aldan. in compendio Canonic. resolut lib. 1. tit. 18. de Sanctis, num. 25. & declarauerat sub d. dictis die & anno Sacra Cong. Rit. cuius memini de Parocho, cap. 16. num. 17.

SVMMARIVM.

1 Episcopus non potest anniuersaria in distributiones quotidianas conuertere.
2 Episcopus reducere potest numerum Anniuersariorum, & Officiorum ex decreto Concilij, quod iam non licet, ex nouissimis decretis de celebrat. Missar.
3 Anniuersaria dies pro defunctis contingat in festo, in sequentem diem non impeditam transferenda est.

Anniuersaria.

Collect. XXVII.

1 Anniuersaria non possunt in distributionibus quotidianis poni per Episcopum, quia commutatio voluntatis testatorum spectat ad Summum Pontificem. Sacra Cong. Conc. in Elboren. 12. Martij 1598. teste Sellio in selectis canon. c. 16. n. 3.

2 Anniuersariorum, & officiorum numerum potest Episcopus reducere ex decreto Concilij sess. 25. de reformat. cap. 4. Sacra Cong. Concilij, referentibus Quaran. in summa Bullarij verbo Missa, pag mihi 401. Piasec. in praxi Episcop. p. 2. c. 3. n. 15. in fine, Gelat. in margin.

in margal. tasuum conscient. verbo Missa 4. quos cum aliis refero, *de officio & potest. Episcopi p.2. alleg.* 29. *n.*4. Sed nouissime eadem *S.Cong. Conc. in decretis de celebrat. Missar.* in typographia Cameræ Apost. impressis de anno 1625. S.D.N. Vrbani VIII auctoritate sibi specialiter attributa districtè prohibuit, ac interdixit ne Episcopi in diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quomodolibet reducant onera illa Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus redocendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur: refert ad litteram Barthol. à Sancto Fausto *in tract. de suffrag. post q.*91.

Anniuersaria dies pro defuncto si contingat in festo, in sequentem diem non impeditam transferenda est. *S.Cong. Rit. die* 27. *Septembris* 1608. *& die* 19. *Maij* 1614. quorum meminit Gaoant. *in rub. Missalis p.*1. *tit.*5. *sub n.*2. *lit.T.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vel pensio non excedens valorem* 24. *ducatorum, non soluit annatam Cameræ Apost.*

2 *Beneficia, Monasteria, & Prioratus si perpetuò vniantur, singulis quindecim annis Cameræ Apost. annatam, sine medios fructus soluere tenentur.*

3 *Annatarum solutio antiquissima est.*

4 *Ordinum quæcunque Congregationes ad solutionem annatæ tenentur de omnibus perpetuis vnionibus.*

Annata.

COLLECT. XXVIII.

1 Annata non debetur Cameræ Apost. de beneficiis, vel pensionibus, valorem 24. ducatorum non excedentibus. *Clemens VII. constit.* 34. incip. *Ersi*, 5. *Iulij* 1532. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.*1 *pag.*601. aliàs *pag.* 501. in nouiss. edit.

2 Annatam siue medios fructus vnius anni singulis quindecim annis soluere tenentur Cameræ Apost. beneficia, Monasteria, Prioratus, & quæ antea eidem Cameræ alia tota soluere consueuerūt. *Paulus II. constit.*6 incip. *Decet.* 8. *Id Ianuarij* 1469. apud Laërt. Cherubin. *tom.*1. *pag.*330. aliàs *pag.* 300. in nouiss. impress.

3 Annatarum solutio antiquissima est, & in Concilio Viennensi, ac deinde in Constantiensi approbata *Eugenius IV. & Calixtus III.* super beneficiis vnitis Constitutiones ediderunt *Iulius II.* has leges confirmauit omnesque ad soluendum cogi iussit. *Iulius III.* eas ampliauit, & approbauit. Ac demum *Paulus IV.* in *Constit.* incip. *Decens esse censemus* 17. *in ord. de anno* 1558. easdem singulas comprobat, &

4 quascunque Ordinum Congregationes ad solutionem teneri iubet de omnibus perpetuis vnionibus. De Annatis particulares tractatus edidere Antonius Massa Galesius, & Thomas Campegius. plures hac de re Constitutiones citat Scort. *in selectas summorum Pontificum constit. epit.*34. *pag.*179. *& epit.*14. *pag* 132.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de festo Annuntiationis B.Virginis agentes.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

2 *Officium non fit de Annunciatione quando eius festum occurrit in Dominica Quadragesima nisi in Ecclesia sub Annunciationis inuocatione dedicata.*

3 *Festum Annunciationis non licet celebrare in Maiori hebdomada.*

4 *Missam in die Parasceues non tenetur quis audire sub reatu peccati mort. quando Annunciationis festum in eo cadit.*

Annunciatio B. Virginis.

COLLECT. XXIX.

1 De festo Annunciationis B. Virginis Azori. *instit. moral. lib.* 1. *cap.* 17. Filliuc. *in quæst. moral.* 27. *cap.* 4. *num.* 48. *cum seqq.* Bonacio. *de sacros. Christi Incarnat disp.*1. *quæst.*4: Petr. Cresper. *in summa Catholica Fidei, verbo Annunciatio.*

2 Annunciationis festum si occurrat in Dominica Quadragesimæ, non fit Officium de Annunciatione, nisi in Ecclesiis sub Annonciationis inuocatione dedicatis. *S.Cong Rit. in Vlixbonen.* 1. *Septembris* 1611. cuius memini *in meo tract. de officio, & potest. Parochi, cap.*11. *n.*48.

3 Annunciationis festum non licet celebrare in maiori hebdomada. *Eadem S.Cong. Rit.* 15. *Martij* 614. de qua *Ego ipse d.c.*11. *n.* 48. *in fine.*

4 Annunciationis festum si quando acciderit in die Parasceues non tenetur quis sub reatu peccati mortalis Missam illios audire. *Eadem S.Cong. Rit.* 19. *Februarij* 1622. teste Barthol. Gauant. *in comment. ad rub Missalis, p.*4. *tit.*9. *n.*24. quem refero *d.c. cap.*11. *num.*46.

SVMMARIVM.

1 *Doctoribus, & Protonotariis non participantibus prohibetur annuli vsus in Missa.*

2 *Canonicis Cathedralium Ecclesiarum prohibetur annuli vsus in Missa.*

Annulus.

COLLECT. XXX.

1 Annuli vsus in Missa prohibetur omnibus etiam Doctoribus, & Protonotariis non participantibus, *S. Cong. Rit.*13. *Februarij* 1623. teste Sellio *in selectis Canonicis c* 14. *n.*16. & Gauant. *in rub. Missalis p.* 2. *tit.*1. *n.*6. *vers. Annulus.*

2 Annuli vsus in Missa prohibetur Canonicis Cathedralium Ecclesiarum. *Eadem S.Cong. Rit.*10. *Nouembris* 1618. cuius memini *in meo tract. de officio, & potest. Parochi c.*11. *n.*35. & de ea Gauant. *citato loco.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de anno, & anni partibus, emendatione, & reformatione agentes.*

2 *Statutum Ordinis Minimorum requirit* 18. *annum ad professionem in ea emittendam, & tamen ante illum annum emissa valida est.*

3 *Constitutio Religionis SS. Trinitatis requirit vigesimum annum completum, vt quis in ea Religione accipiatur, & tamen post* 16. *potest professio inea emitti.*

4 *Canonicatum vt quis obtinere debeat etiam in Ecclesia vbi non fuit facta Ordinum distributio, debet attingere 22. annum.*

5 *Dignitates Cathedralium non habentes curam animarum exigunt annos 22. completos, & Episcopus in hoc dispensare non potest.*

6 *Abbatissa non minor 40 annorum eligi debet.*

7 *Canonicus debet intra annum à die habitæ possessionis se promouere facere ad Sacros Ordines.*

8 *Probationis annus debet esse completus, & integer.*

9 *Probationis annus etiam includit diem illum superadditum anno bisextili.*

10 *Nouitiatus prorogari potest anno probationis completo, obueniente aliqua rationabili, seu iusta causa.*

11 *Nouitiatus annus non interrumpitur, si ex mala valetudine Nouitius extra Monasterium permaneat de licentia Superioris.*

12 *Probationis annus debet esse continuus.*

13 *Regulares Discalceati Ordinis Sanctissima Trinitatis de licentia Sedis Apostol. ad laxiorem Calceatorum transeuntes, debent facere annum probationis.*

Annus.

Collect. XXXI.

1 DE anno, & anni partibus, emendatione, & reformatione Bernardus Hedecus, Vgolinus Martellus, Ioānes Lalamanous, & Ioannes de Sacrobosco *de ratione anni*, Iosephus Zarlinus *de vera anni forma*, Lælius Gregorius Giraldus *tom. 2. de anno, mensibus, & Kalendario*, Ioannes Genesius de Sepulueda *de anni correctione*, Ioannes Zannus *de reformat. anni*, Iosephus Langius *in Polianthea, verbo annus*.

2 Annum 18. requirit Statutum Ordinis Minimorum, vt quis in eo profiteri valeat, & tamen valida est professio ante illum annum emissa, dummodo facta sit post decimum sextum. *S. Cong. Conc.* testibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 14.* Laurent. de Peyrinis *de subdito Religioso tom. 1. c. 26. § 3.*

3 Annum 20. completum requirit Constitutio Religionis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum confirmata auctoritate Apost. ante & post Concilium Tridentinum, vt quis in eadem Religione recipiatur, & tamen pro validitate professionis sufficit eam in dicta Religione emitte re post 16. annum iuxta dispositionem *Concily, sess. 25. de Regul. cap. 15. S. Cong. eiusdem Conc.* ad instantiam Superiorum dictæ Religionis 2. *Augusti 1631. & 24 Aprilis 1632.* apud Sell. *in select. Canon. cap. 28. n. 3.* quem refero in *collectan. ad c. 15. n. 13.*

4 Annum 22. attingere debet prouisus de Canonicatu etiam in Ecclesia vbi non fuit facta Ordinum distributio, itaut collatio facta habenti annum vigesimum non valeat. *Sacra Congr. Concil. in Agarthen.* teste Nicol. Garcia *de benefic. p. 7. cap. 4. nu. 29.* quem refero *in tract. de Canonic. & dignit. cap. 13. num. 9.*

5 Anni 22 ad dignitates in Cathedralibus curam animarum non habentes, requisiti debent esse completi. *S. Cong. Concil.* referentibus Nicol. Garc. *de benef. p. 7. c. 4. nu. 70.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 2.* Et Episcopus in hoc dispensare potest. *Eadem S. Cong. Conc. 20. Septembris 1631.* de qua me citato Lezana *in sum. qu. Regul. tom. 3. verbo Annus n. 13.*

6 Annis 40. non minor debet eligi Abbatissa. *S. Cong. Conc* penes citatos supra *verbo Abbatissa collect. 5. n. 7.* & in hoc dispensare non potest Episcopus. *Eadem S. Cong. d. collect. 5. n. 9.*

7 Annus de se promoueri faciendo ad sacros Ordines computatur debet à die habitæ possessionis Canonicatus, dummodo per prouisum non steterit quominus antea possessionem perceperit. *Sacra Cong. Conc. in Veronen. 13. Septemb. 1631.* cuius memini *in tract. de Canon. c. 16. n. 7.*

8 Annus probationis debet esse completus, & integer. *S. Cong. Conc. 1. Febr. 1631.* de qua Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul verbo annus n. 1.*

9 Annus pro nouitiatu requisitus etiam includit diem illum superadditum anno bissextili, itaut cōplens annum nouitiatus die 24. Februarij non dicatur anno bissextili completum nisi die 25. *Sacra Cong. Conc.* de qua mentionem fecerunt Ioan Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo annus n. 4.* Ioann. Baptista Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo annus num. 11.*

10 Anno probationis completo prorogari potest nouitiatus, obueniente aliqua rationabili, seu iusta causa. *S. Cong. Episc. & Regul. die 31. Maij 1597.* quam citant Ouiedo *in praxi Regul. p. 1. tract. 6. q. 3. num. 10.* Ioan. Maria Nouar. *d. verbo annus n. 10.*

11 Annus probationis in nouitiatu non interrumpitur si ex mala valetudine nouitius extra monasterium permaneat de licentia Superioris. *Sacra Cong. Concil.* apud Ioan Mariam Nouar *d. verbo Annus nu. 3.* Batthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 11 dub. 3. n. 13.*

12 Annus probationis in nouitiatu debet esse continuus, nec interpellatus sufficit. *Eadem Sacra Cong. Concil.* referentibus Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Annus n. 6.* & Ouiedo *in praxi Regul. p. 1. tract. 6. cap. 1. q. 1. num. 2.*

13 Annum probationis debent facere Regulares discalceati Ordinis sanctissimæ Trinitatis de licentia Sedis Apost. ad laxiorem Calceatorum transeuntes. *Sacra Cong. Concil in Montis Regalis 13. Nouembris 1627.* cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Annus nu. 11.*

Plura vide supra in verbo *Ætas collect. 15.*

Antianitas attendenda circa præcedentiam inter Baliuos Capitulares, & Milites magnæ Crucis, vide *in verbo Præcedentia collect. 190. nu. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Antiphonis, & earum institutione agentes.*

2 *Archipresbyter prima Dignitas Episcopo celebrante debet praintonare Antiphonas.*

3 *Surgere debent omnes ab vtroque Latere chori cum praintonantur Antiphonæ non obstante consuetudine.*

4 *Archipresbyter praintonare debet Antiphonas in Laudibus sicut in Vesperis.*

5 *Antiphona praintonanda iuxta formam Caremonialis, nisi adsit consuetudo immemorialis aliter disponens.*

6 *Antiphonas in Vesperis praintonare spectat ad eum, qui die sequente in Missa solemni Epistolam erit cantaturus.*

7 *Antiphona absente Episcopo ita praintonanda erunt, vt prima*

vt prima celebranti, & successiuè Dignitatibus, & Canonicis veniant distribuendæ.

8 *Antiphonæ finales ad laudes ante Natiuitatem omitti possunt in festo solemniter celebrato, sed Antiphonæ maiores etiam in festis solemnibus dicendæ.*

9 *Magister Cæremoniarum non potest mutare, seu alterare Antiphonas ad Vesperas.*

10 *Canonicus primum locum in Choro obtinens præintonare debet quartam Antiphonam.*

Antiphona.

Collect. XXXII.

1 DE Antiphonis, & quando institutæ Amalarius Fortunat. German. in lib de *diuinis Offic.* Walfrid. *de rebus ecclesi. cap. 22.* Rupert. *lib. 2. de diuin Offic. cap. 21.* Durand. *in ration. diuinor. Offic. lib. 4. cap 77.* Didac. de Guzman *in tract. de la excelencia del sacrificio de la ley Euangelica p. 2. ca* 8. Sim. Vaz Barbosa *di sigrificatu mysteriosis cap. 44.* latè Gauant. *in rub. Breuiarij sect. 5. c. 7. de Antiphonis* Ego *in collect ad Concil. Trid. sess. 22. in decreto de Sacrificio Missæ cap 1. num. 14.* Et de Antiphonis, quæ in officiis B Virginis recitantur. Laurentius Massellia de *B. Virgine lib* 9.

2 Antiphonas iuxta solitum præintonare debet Archipresbyter prima Dignitas Episcopo celebrante. *Sacra Cong. Rit. in Perusina 10. Decembris* 1601. quam referunt Selli. *in selectis. Canon cap. 25. num. 3.* Aldan. *in compendio Canonicar. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 10.*

3 Antiphonæ cùm præintonantur, omnes ab vtroque latere chori surgere debent iuxta Cæremoniale, non obstante consuetudine. *Eadem Sacra Cong. Rit in Perusina 23. Martij* 1602. apud Sellium *dict. cap. 25. num. 5.* & Aldan. *d. lib 2. titul. 8. num 11.*

4 Antiphonæ in laudibus præintonari debent per Archipresbyterum sicut in Vesperis. *Eadem Sacra Cong. Rit in dicta Perusina 23. Martij* 1602. penes Sellium *d. c. 25. n. 7.*

5 Antiphonæ præintonandæ sunt iuxta formam Cæremonialis, nisi adsit consuetudo immemorialis aliter disponens. *S. Cong. Rit. in Tropien 4. Martij 1606. & in Asten. 22. Decembris 1612.* quas adducunt Selli. *d. c. 25. n. 6* & Aldan. *d. lib. 2. tit. 8. n 10.* Et dum *Eadem S. Cong Rit in vna Asculana 16. Decembris 1606.* censet Antiphonas præintonandas esse secundùm formam libri Cæremonialis, non obstante Ecclesiæ consuetudine in contrarium, loquitur de consuetudine non immemoriali, nec laudabili, quia licet Cæremonialis ad vnguem seruari mandatur nisi sit laudabilis, & immemorialis consuetudo in contrarium, per ea quæ infrà dicentur *in verbo Cæremoniale num....*

6 Antiphonas in Vesperis præintonare spectat ad eum, qui die sequenti in Missa solemni Epistolam esset cantaturus. *Eadem Sacra Cong Rit in Asculana 28. Ianuarij* 1606. cuius meminit Selli. *d cap 25. num. 9.*

7 Antiphonæ absente Episcopo, ita præintonandæ erunt, vt prima celebranti, aliæ successiuè Dignitatibus & Canonicis veniant distribuendæ. *Eadem S. Cong. Rit. in Patauina plebis sacci 9. Maij* 1606. referente Sellio *d. c. 25 n. 14.*

8 Antiphonæ finales ad laudes ante Natiuitatem omitti possunt in festo solemniter celebrato, vt *Barbos. Apost. Decis. Sum.* contingit in festo sancti Thomæ, sed Antiphonæ maiores ante Natiuitatem etiam in festis solemnibus dicendæ sunt ad Magnificat. *Sacra Congr. Rit. in Burgen. 17. Nouembris* 1607. teste Aldano *d. tit. 8. num* 10.

9 Antiphonæ ad Vesperas præintonandæ sunt iuxta consuetudinē immemorialem, nec Magister Cæremoniarum illam mutare, seu alterare potest, nec debet. *S. Cong Rit. in Suessan. 28. Aprilis* 1607. referente Sellio *d. c. 25. n. 18.*

10 Antiphona quarta præintonanda est à Canonico primum locum in choro obtinente, quocunque dignitatis nomine nuncupetur. *Sacra Cong. Rit in Mataren. 30. Ianuarij* 1616. apud Sellium *d. cap. 25. n. 19.*

S. Antoninus.

Collect. XXXIII.

1 SAnctum Antoninū Archiepiscopum Florentinum canonizauit *Clemens VII. constit. 1.* incip. *Rationi, 6 Kalend. Decembris* 1523. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 553.* aliàs *pag. 466.* in nouiss. impress. Huius Sancti præclara acta, & miracula luculenter conscripsit Fr. Vincentius Maynardus Geminianensis Procurator Ordinis Prædicatorum, refertque Surius *de vita Sanctorum tom. 3. sub die 2. Maij:* item Paulus Regius, & Ioannes Antonius Flaminius *in vita Patrum Ordinis Sancti Dominici.* Et in illius translatione Thomas Bonsignorius.

S. Antonius Vlixbonensis.

Collect. XXXIV.

1 SAnctus Antonius Vlixbonensis, dictus de Padua, canonizatus fuit *à Gregorio IX in Constit. 4.* incip *Cum dicat, Kalend Iunij* 1232. apud Laert. Cherub *in Bullario tom. 1. pag. 5.* aliàs *pag* 85. in nouiss. impress. Eius festum duplici Officio celebrari iussit. *Sixtus V constit* 18. incip. *Immensa, 19 Kalend. Februarij* 1586 apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 512.* aliàs *p. 590.* De eo Officiū proprium sub ritu duplici, & cum octaua celebrari posse in toto Regno Portugaliæ, concessit *eadem S. Cong. Rit. die 5. & 23 Iulij 1631.* cuius meminit Aldan. *in compendio Canon resolut. lib. 1. tit 18 de Sanctis num. 19.* De S. Antonio Vlixbonensi scripserunt Hippol. de Ponte in compendio eius vitæ, Anton. Paul. *in orat. de illius vita* Italicè Ioannes Petrus Maphæus, *& in chronica sancti Francisci p. 1. lib. 5.*

S. Antonij Viennensis Fratres, vide *in verbo Fratres S. Antonij Viennensis* collect. 368.

SVMMARIVM.

1 *Christiani, qui in Turcarum ditionibus existentes, apostatarunt à Fide, si ibi redeant ad pœnitentiam, quomodo hæresim abiurare teneantur. ostenditur.*

2 *Habitum omnem nationis discretiuum distinctè deferre possunt apostatæ reuersi ad Fidem in terris infidelium, dūmodo non sit protestatiuus falsæ religionis.*

3 *Habitum nationis discretiuum indistinctè deferentes Apostatæ reuersi ad Fidem in terris infidelium, non sunt arcendi à susceptione Sacramentorum, si propositum habent profitendi*

Fidem quando iuridicè de illa interrogentur.

4 *Habitus infidelium ſi proteſtatiuus ſit falſæ Religionis deponendus eſt, non ita ſi ſit æquiuocus.*

5 *Confeſſarius debet abſoluere apoſtatam pœnitentem in articulo mortis conſtitutum, & in terris infidelium exiſtentem, abiurata prius verbo apoſtaſia in foro Conſcientiæ, etſi per aliquod temporis ſpatium ſuperuixerit.*

6 *Fidem Catholicam, quam abiurata infidelitate amplexus eſt apoſtata pœnitens, in periculo vitæ conſtitutus, non tenetur confiteri cum periculo vitæ, etiam ſuadentibus Turcis, ſed eorum ſuaſiones eludere, vel non reſpondendo, vel æquiuocis verbis vtendo.*

Apoſtata.

Collect. XXXV.

1 APoſtatæ à Fide in Turcarum ditionibus exiſteotes ſi ibi redeant ad pœnitentiam omnino debent abiurare Apoſtaſiam coram Fidelibus captiuis, quibus dederunt ſcandalum in propriis carceribus, publicè, & explicitè: at coram infidelibus non videtur hoc neceſſarium, ſed ſufficit vt coram ipſis abſtineant ab actibus infidelitatis, deponantque habitum proteſtatiuum falſæ Religionis, & curent vt ſucceſſu temporis cognoſcant etiã infideles vel ab ipſis, vel ab aliis eorum abiurationem, licet id cum periculo vitæ. *S. Cong. Sanctiſſimæ Inquiſitionis 6. Iulij 163. S Cong. de propaganda Fide, ſub die 7. Aprilis 1649* quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regularium tom. 3. in additam. ad Conſtit. Leonis X cap. 4. n. 26. pag 430.*

Apoſtatæ reuerſi ad Fidem in terris infidelium
2 tuta conſcientia, omnem habitum indiſtinctè deferre poſſunt nationis diſcretiuum, dummodo nõ ſit proteſtatiuus falſæ Religionis, donec nãciſcantur occaſionem transfugiendi ad fideles: nec perinde arcendi à ſuſceptione Sacramentorum ſi propoſitum habent profitendi Fidem quando iuridi-
3 cè de illa interrogentur. *Eadem S. Cong. de propaganda Fide, ſub dicto die & anno*, cuius meminit Laurent de Peyrinis *citato loco n. 17. S. Cong. S R. & vniuerſalis Inquiſitionis, corã S.D.N. Vrbano VIII. die 18. Iulij* 1630. apud eundem Laurent. de Peyrinis *d. cap. 4. nu. 41* cenſuit deponendum eſſe habitum infidelium, quatenus ſit proteſtatiuus falſæ Religionis: ſi verò ſit æquiuocus, poteſt illum deferre, quod ſi ex illa delatione ratione perſonæ aliqua oriretur ſuſpicio, tenetur aufugere quamprimùm poterit.

Apoſtatam pœnitentem in articulo mortis cõ-
5 ſtitutum, & in terris infidelium exiſtentem abſoluere debet Confeſſarius, abiurata prius verbo apoſtaſia in foro Conſcientiæ; & ſi per aliquod tẽporis ſpatium ſuperuixerit, poterit abiurare in balneo coram Fidelibus: quod ſi non poterit relinquat chirographum ſuæ abiurationis, ſaltem ſigno Crucis conſcriptum; quod ſi neque hoc poſſit cõmittat Confeſſario vt ſuam abiurationem Fideli-
6 bus manifeſtet. Nun autem tenetur apoſtata pœnitens tunc in periculo vitæ conſtitutus, etiam ſuadentibus Turcis, cum periculo vitæ, Fidem Catholicam, quam tunc abiurata infidelitate amplexus eſt, confiteri, ſed eorum ſuaſiones eludere, vel non reſpondendo, vel æquiuocis verbis vtendo. *S. Cong. S.R. & vniuerſalis Inquiſitionis 18. Iulij* 1630. teſte Laurent. de Peyrinis *d. cap 4 num 42.*

7. Apuſtatæ curam animarum exercere, aut Sacramenta eccleſiaſtica adminiſtrare, Miſſamque prætextu Ordinum ſibi collatorum celebrare prohibentur; & omnes beneficiis priuari, & ad dignitates Ordinum inhabiles perpetuò eſſe voluit *Paulus IV conſt* 14. incip. *Poſtquam, 13. Kalen. Auguſti* 1558. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag 372.*

8 Apoſtatis licentias obtinendi beneficia eccleſiaſtica, ac in illis inſeruiendi Pœnitentiarius Maior non concedit. *Pius IV. conſtit.* 53. incip. *In ſublimi,* §. 9. 4. *Non. May* 1562. apud Laer. Cherubin. *tom. 2. pag. 71.*

9 Apoſtata à Religione ſiue habitum Regularem deferat, ſiue non, poteſt ac debet ab Epiſcopo loci, vbi moram trahit, in carceres conijci, ac Superioribus Regularibus conſignari ſecundùm Regularia ſtatuta puniendus, vtque ipſi quoque Superiores teneantur eos perquirere, & ad Religionem reducere, atque efficere, vt apprehendantur, ſalua tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa *S. Cong ſub die 21. Septembris* 1624. cuius meminere Megala *in promptuario Theologia moral. verbo Apoſtata, num. 12.* Ioan. Maria Nouar *in lucerna Regul. eod. verbo nu 2. & 3* Laoret. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop & Regular. circa decreta S. Cong de apoſtatis, & eiectis.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Apoſtolis agentes.*
2 *Fundamenta ſecunda Chriſti fuerũt Apoſtoli Chriſti.*
3 *Cardinales S. R. E. Apoſtolorum cœtum repræſentant.*
4 *Epiſcopi ſubrogati ſunt loco Apoſtolorum.*

Apoſtolus.

Collect. XXXVI.

1 DE Apoſtolis Auguſtin Triumph. *in ſum. de Eccleſ poteſt. quæſt. 84. vſque ad* 102. Hugo de S. Victore *tom 2. ſerm. 7. 32. 40. & 71.* Ioſephus Langius *in polianthea ſub hoc verbo*, Ioan Mauber. *in roſeto, tit. 27.* Iodoch Lorich. *in theſauro nouo Theolog. verbo Apoſtolus.* Petrus Creſpet. *in ſum Cathol Fidei eodem verbo*, Thom Boſſ de *ſignis Eccleſiæ, ſigno* 77. vbi de ſucceſſione perpetua, Sanchez *de regno Dei lib. 3. cap 9.* vbi de eorum prædicatione, Ioann. Lop. *in epit. Sanctor. lib. 1 cap. 23.* vbi de eorum dignitate, Ioachinus Perionius, & Marcus Antonius Georgius *de illorum vita.*

2 Apoſtoli Chriſti fuerunt ſecunda fundamenta Chriſti. *Gregorius IX. conſtit. in append.* incip. *Fraternitatis 7. Kalend. Auguſti* 1232. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom. 3. pag. 3. in appendice*, aliàs *tom. 1. pag.* 90. in nouiſſ. impreſſ.

3 Apoſtolorum cœtum Cardinales S.R.E. repræſentãt. *Eugenius IV. conſtit. 15* incip. *Non mediocri de anno* 1439. apud Laert. Cherub. *in Bull. tom 1. pag 29*. alias *p. 26.* in nouiſſ. impreſ. Et notant Iacobat. de Concil. *lib. 1. n. 252.* Azor. *inſtit moral. p. 2. lib. 4. c. 1. q 3.* quos refeto *de iure eccleſ. vniuerſo lib. 1. c. 3. n. 2.*

4 Apoſtolorum loco Epiſcopi ſubrogati ſunt. *Leo X. conſtit. 22.* Incip. *dum intra 14. Kalend Ianuarij* 1516. apud Laert. Cherubin. *tom. 1. pag. 509.* alias *p.* 431. in nouiſſ. impreſ. de quo vide quæ dixi *in collect.*

ad c.

ad cap in nono, dist. 26.

Apostolica sedes, vide *in verbo Sedes, collect. 666. à princip.*

Apostolorum limina, vide *in verbo limina Apostolorum collect. 451.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de appellationibus agentes.*

2 *Crimen læsæ maiestatis incurrunt appellantes à summo Pontifice ad Concilium generale, cum eorum consiliariis, ac fautoribus.*

3 *Schismatici sunt appellantes à Papa ad futurum Concilium, & multas pœnas incurrunt.*

4 *Religiosis Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia prohibetur appellare ad secularia tribunalia.*

5 *Criminalibus in causis non licet appellare, nisi facto deposito pecunia pecuniaria ad quam reus damnatus est*

6 *Fatalia appellationum à sententiis criminalibus condemnantibus ad pœnam pecuniariam ad sex menses restringuntur.*

7 *Ecclesia Parochialis in concursu grauatus potest appellare ad Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum.*

8 *Confessis in iudicio crimen appellationis beneficium denegatur.*

9 *Appellatio quomodo concedenda reprobato in concursu, ostenditur.*

10 *Appellans quando in eodem quo reperitur carcere permanere debeat, ostenditur.*

11 *Regularium in causis quomodo appellatio interponenda sit, ostenditur.*

12 *Synodi diœcesanæ celebratio non potest impediri, nec retardari prætextu cuiuscunque appellationis.*

13 *Constitutionum synodalium executio non potest impediri, nec retardari appellatione ab illarum decretis interposita si confirmata fuerint à Sede Apost.*

14 *Præcedentia in causis conceditur appellatio deuolutiua, sed non suspensiua.*

15 *Effectum deuolutiuum, non verò suspensiuum operatur appellatio in causis visitationum.*

16 *Effectum suspensiuum operatur appellatio à priuatione beneficij.*

17 *Effectum suspensiuum habet appellatio interposita super condemnatione ad triremes.*

18 *Executionem non suspendit appellatio à diffinitiua in causa correctionis.*

19 *Concilium Trident. sess. 2. de Regul. c. 13. sustulit duntaxat appellationem quoad effectum suspensiuum.*

20 *Visitatio Ecclesiæ Cathedralis, & personarum ipsius ab Episcopo facienda appellatione non suspenditur.*

21 *Decretum factum in visitatione per Episcopum non admittit appellationem.*

22 *Mandati de residendo in visitatione executio appellatione non suspenditur.*

23 *Sententia definitiua contra verum contumacem prolata non admittit appellationem, quandiu appellans in huiusmodi vera contumacia perstiterit.*

24 *Appellationes non recipiuntur ab executione decreti S. Concilij Trid.*

25 *Appellatio quando sit admittenda a comminatione Episcopi facta contra incurrentes excommunicationem, ostenditur.*

26 *Metropolitanus recipere non potest appellationem à Suffraganeis in causis delegatis, & negotiis sancti Officij.*

27 *Appellatio non datur ad Episcopum à Vicario foraneo procedente cum Adiunctis contra Capitulares exemptos, sed deuoluitur ad Sedem Apost.*

28 *Appellatum si occultauit processum, vel impedimentum præstitit vt compulsatio non fieret, quid faciendum.*

Appellatio.

COLLECT. XXXVII.

1 DE Appellationibus integros tractatus ediderunt *tom. 5. tract. doct.* Alexander Bonincontius *fol. 45.* Federic. Schenk *fol. 55.* Ioannes Ferrar *fol. 62.* Petrus Gregorius Tholosan. Franciscus Herculanus, Christoph Besoldus. Hieron. Manfredus, Ioannes Wamesius, Iulius Cæsar Ruginel. Marius Antonius Capella, Sigismundus Scaccia, Rebuff *tom. 1. ad leges Galliæ tract. de appellat.* Bellacomb Viui &alij *tom. 1. commun. opin. lib. 7. tit. 21. cum seqq.* Gregor. us Lop. *per text. ibi tit. 23. part. 3.* Azeued. *tit. 18. lib. 4. Recop.* Alexand Trentacinq. *var resolut lib. 2. tit. de appellat.* Brunor à Sole *in locis communib. verbo appellatio.* Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. eod verbo.* Petr. Cre spet *in sum. Cathol. Fidei sub eod verbo.* Galganet. *de iure publico lib. 2. tit. 40. cum seqq.* Amat. Roder. *in pract. de modo & forma videndi seu examinandi processum cap. vlt.*

2 Appellationem interponentes à Summo Pont. ad Concilium generale, cum eorum Consiliariis & fautoribus crimen læsæ Maiestatis incurrunt. *Pius II. constit. 5. incip. Exccrabilis 15. Kalend. Februarij* 1459. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag.*
3 316 aliàs *pag. 298.* Et sunt schismatici, multasque alias pœnas incurrunt. *Iulius II constit. 22. incip. Suscepti Kalend. Iulij* 1509. apud Laert. Cherubin. *tom 1. pag. 435.* aliàs *pag. 436.* isti tales excommunicationem Bullæ in Cœna Domini incurrunt vt *in casu 2.* Vnde non possum non mirari aliquorum audaciam qui asserere ausi sunt sub dictæ excommunicationis pœna comprehendi tantùm appellantes ad futurum Concilium, non sic ad præsens Concilium, si tunc celebraretur, vt incautè dicit Zerola *in sua praxi Episcop p. 1. verbo Papa in fine*, asserens sic docuisse quendam Doctorem modernum in publica lectura Neapol; præcauere debuerat talia referre, quod credo in causa fuit, vt ista praxis prohiberetur, alias pro illo tempore vtilis & necessaria.

4 Appellatio ad secularia tribunalia prohibetur Religiosis Fratrum Minorum sancti Francisci de Obseruantia. *Gregorius XIII constit. 27. incip. Quoniam de anno* 1575. apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pag 393.*

5 Appellatio non admittitur in causis criminalibus, nisi facto deposito pœnæ pecuniariæ ad quam reus damnatus est. *Pius IV constit 52. incip. Etsi* 10. *Aprilis* 1562. apud Laert. Cherub. *tom. 2 pag. 67.* Intelligendo vt in *Pij V. constit 12. incip. Inter multiplices 12. Kalend Ianuar.* 1566. apud eundem Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 200. aliàs 151. iunctis iis, quæ circa eius materiam adducit Ioan. Anton Nouar. *in summa Bullarum sub tit. de appellation. pag 55.*

6 Appellationum fatalia & eorum cursus ad sex menses à die appellationis computandos restringuntur: nam si condemnati in pœnam pecuniariam fisco R. Cameræ persoluendam, appellationis causam in dicto termino non expediunt, Iudex à quo contra eos suam sententiam exequi tenetur. Acta tamen appellanti dare non recuset, & Iudex ad quem ad causæ expeditionem procedere non remoretur. *Pius V constit.* 138. incip. *licet 16. Octobris* 1571. apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pag* 349. alias *pag.* 262. in nouiss. impress. quam explicat Ioann. Anton. Nouar *d. tit de appellat. à nu.* 1.

7 Appellatio admittitur ad Metropolitanum vel viciniorem Episcopum pro parte grauatus in concursu Parochialis Ecclesiæ, *Pius V. constit.* 33. incip. *In conferendis 15. Kal. Aprilis* 1567. apud Laert. Cherub *tom. 2. pag.* 219 alias 165.

8 Appellationis beneficium confessus in iudicio criminali denegatur. *Pius V. constit.* 24. incip. *Cum sicut de anno* 1566. apud Laërt. Cherubin. *tom. 2 pag.* 261. alias *pag.* 1,2 in nouiss edit.

9 Appellatio non datur reprobato per examinatores ab electione Episcopi, qui elegit approbatum ab examinatoribus, sed à reprobatione examinatorum, ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum *S Cong. Conc. in Vrbinaten 4. May* 592. referente Nicol Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p 9. c. 2 n.* 245.

10 Appellationis causa dum pendet, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permanebit, quoad Iudex ad quem appellatum est Visis actis, & causa cognita aliter decreuerit, & tunc si à Iudicis ad quem decreto Vim definitiuæ habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare potest, donec per Iudicem superiorem aliud fuerit Ordinatum. *S. Cong. Concil. sub die 16. Octobris* 1600. teste Sellio *in select. Canon. ca.* 30. *num* 13.

11 Appellatio in causis Regularium interponenda est à grauamine Prioris ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorē, & à Protectore ad Sacram Congregationē, prout cuiusque Religionis Constitutionibus disponitur. *S. Cong Episcop & Regular.* referentibus Campan. *in diuersorio iuris Canon rub.* 12. *cap.* 13 *sub n.* 31. Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum Nouitiis, disp.* 15 *dub.* 2. *nu.* 17. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *c.* 9. *n.* 17. *in fine*, Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de Religiosis recurrentibus ad Curiam Romanam, n.* 1. R.P.D. Sperel. *in decis fori eccles. decis.* 38. *n.* 25 Sayr. *in claui Regia lib.* 12. *c.* 17 *n.* 39. Eman. de Monteoliuete *in practic. Regul. p.* 2. *§.* 7. *nu.* 385. *cum seqq.*

12 Appellationis cuiuscunque prætextu nequaquam potest impediri, seu retardari diœcesanæ Synodi celebratio, *S Cong. Concil. in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *in resp. ad* 17. *dubium.* penes Aldan. *in compendio Canon resolut. lib.* 1. *tit* 4. *n.* 14.

13 Appellatione à decretis, & Constitutionibus Synodalibus, quæ fuerunt à Sede Apostol. confirmatæ, non potest illarum executio impediri, nec retardari. *Eadem S. Cong in dicta Oriolen. in resp. ad* 18. *dubium*, apud Aldan. *d tit* 4. *nu.* 6.

14 Appellatio deuolutiua tantùm, non autem suspensiua tantùm datur in causis præcedentiæ, quia Concilium dum voluit controuersias de præcedentia per Episcopum componi, id est breui manu, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, etiam appellatione remota, noluit tamen inferre præiudicium irreparabile, sed prouidere tantùm scandalis, quæ interea exoriri possent *Sacra Cong. Conc.* quā citat Sell. *in selectis Canon.* 30 *n.* 10.

15 Appellatio si interponatur in visitatione ab Episcopo suffraganeo etiam tanquam Sedis Apost. delegato, debet interponi ad Metropolitanum quoad effectum deuolutiuum, non quoad suspensiuum. *S. Cong. Concil.* testibus Zerol. *in praxi Episcop. p.* 2 *verb. Visitatio*, §. 5. Paul. Piasec. *in simili praxi, p.* 2 *c.* 3 *n.* 61. Aloys Ricc *in praxi aurea, resol.* 449. *n.* 2. *prope fin.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 73. *nu.* 35. *& alleg.* 92. *n.* 147.

16 Appellatio à priuatione beneficij habet effectū suspensiuum. *S. Cong. Episcop. & Regul. in Mileuitana*, 1. *Iunij* 1624 cuius memini *in collect. ad Trident. sess.* 13. *de reform. c.* 1. *nu.* 12.

17 Appellatio interposita super condemnatione ad triremes habet effectum suspensiuum. *S. Cong. Episcop. & Regul. in Auersana*, 22. *Ianuarij* 1591. quam ibi citato refert Lezana *in sum. quæst. Regul. nu.* 3. *vers. appellare n.* 21.

18 Appellatio à diffinitiua in causa correctionis non suspendit executionem. *S. Cong. Concil.* de qua Sell *in select. Canon c.* 30. *n.* 12.

19 Appellationem quoad effectum suspensiuum duntaxat sustulit *Concil. Trid. sess.* 25. *de Regul. cap.* 13. *S. Cong. Concil.* referentibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib* 1 *tit.* 14 *l.* 24 § 51. *de processionibus, num.* 10. Modern. Hisp. *de potest Regia, tom.* 1. *p.* 1. *c.* 3. *num.* 99. quos citaui *de Officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg* 8. *n* 26.

20 Appellatio ad effectum suspensiuum non admittitur à visitatione Ecclesiæ Cathedralis, & personarum ipsius ab Episcopo facienda, nec ideo illa potest appellatione suspendi. *Sacra Cong. Conc. in Oriolen.* 17. *Martij* 1632. *in resp ad* 6. cuius mentionem facit Aldan *d lib.* 1 *tit.* 4 *n.* 8. quem refero *in collect. ad Trid sess.* 13. *de reform c.* 1. *n.* 7.

21 Appellatio non datur à decreto facto in visitatione per Episcopum *S Cong. Rit in Giennens.* 24. *Septembris* 1605. de qua Sell. *d. c.* 30. *n.* 4.

22 Appellatio non admittitur à mandato de residendo in visitatione facto. *Sacra Cong Concil.* penes Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib* 1 *tit.* 6. *l.* 5. §. 1. *nu.* 2.

23 Appellatio non recipitur à sententia definitiua contra verum contumacem prolata, nec inhibitio, aut alia quæuis prouisio, quandiu appellans in huiusmodi vera contumacia persistiterit, conceditur. *S. Cong. Concil. die* 16. *Octobris* 1600. referunt memorato Sell *d c.* 30. *n.* 17. & Lezana *in sum quæst Regul tom.* 3. *verbo appellare, n.* 20.

24 Appellationes non recipiuntur ab executione decreti Sacri Concilij Trid. aut visitationis Apostolicæ, nec etiam quando Episcopus virtute eiusdem Sacri Concil. procedit, vt Sedis Apost. delegatus in causis, quæ sub eorum iurisdictione Ordinaria non comprehenduntur: salua tamen in hoc casu Legatorum, & Nunciorum, Apost. auctoritate *Sacra Cong. Conc.* 18. *Octobris* 1600, teste Sellio, *d. cap.* 30. *nu.* 19.

25 Appellatio non est admittenda à comminatione Episcopi facta contra incurrentes excommunicationem & alias censuras à Iure latas ad dicendū causam quare non debeant declarari incidisse: secus si comminatio fiat contra alios delinquentes ad effectum illos excommunicandi ob aliquod

delictum

delictum vel crimen sub excommunicationis ab homine latæ pœna. *Sacra Cong Concil. in Tropien.* 17. *Mart.* 1619. vt per Selli. *d cap.* 30. *num.* 19.

26 Appellationem à suffraganeis recipere non potest Metropolitanus in causis delegatis, & negotiis sancti Officij *Sacra Cong. Episcop. & Regul.* 13. *Nouembris* 1581. de qua meminit Selli. *d. cap* 30. *num.* 22.

27 Appellatio à Vicario foraneo procedente cum Adiunctis à Capitulo deputatis contra Capitulares exemptos, non datur ad Episcopum, sed deuoluitur ad sanctam Sedem Apostol. *Sacra Cong. Conc. in Burgen.* 18. *Aprilis* 1627. quam refert Selli. *d. cap.* 30. *num.* 23.

28 Appellatus si occultauit processum, vel impedimentum præstitit vt compulsatio, & transportatio non fieret, in eius præiudicium habetur pro compulsato, & transportato, & Iudex appellationis potest appellantem absoluere, & acta gesta in prima instantia annullare, & irritare. *Sacra Cong. Conc.* teste Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. glos.* 14. *num.* 41.

SVMMARIVM.

1 *Institutio beneficij vbi pertinet ad inferiores, semper approbatio facienda est ab Episcopo.*

2 *Beneficia simplicia, quorum collatio liberè spectat ad inferiores, non exigunt de necessitate approbationem fieri ab Episcopo.*

3 *Vicarios etiam temporales appositos in Ecclesiis Parochialibus vnitis, & dependentibus à Religione Hierosol. approbare debet Episcopus.*

4 *Episcopus solus potest approbare sacerdotes sacræ Confessionis ministros.*

5 *Confessariorum, & ad curam animarum approbatio spectat ad Episcopum donec per alium prætendentem probetur immemorialis, & quod sit nullius.*

6 *Episcopi successor potest pro sua Conscientia securitate suspendere approbatos ab antecessore pro Confessionibus audiendis vsque ad nouum examen.*

7 *Confessiones audire non possunt approbationem ab Episcopo obtinentes ad certum tempus eo elapso absque noua Episcopi ipsius licentia & approbatione.*

8 *Approbatus ab examinatoribus quando quis censeatur.*

9 *Episcopus modernus potest iterum examinare superueniente rationabili causa approbatum, & prouisum de Ecclesia Parochiali in forma dignum.*

10 *Approbatus ad Ordines seu beneficia ab Episcopo competenti potest ab inferiore suspendi ob imperitiam si ille in Visitatione repertus sit ignarus.*

11 *Approbatus ad Confessiones audiendas debet esse ab Ordinario loci vbi fit confessio.*

12 *Confessiones in vna diœcesi absque illius Episcopi approbatione audire non potest approbatus in alia.*

13 *Confessiones audire aliarum personarum, & extra illam Ecclesiam virtute Bullarum non potest approbatus ad audiendas confessiones certi generis personarum, vel in certa Ecclesia.*

14 *Confessarius approbatus non debet ab Ordinario impediri quominus Confessiones audire possit in domibus pœnitentium infirmorum.*

15 *Episcopus non potest Confessarium à se semel examinatum & approbatum iterum examinare, secus in successore.*

16 *Confessarius Regularis approbatus ab Episcopo quando possit ab audiendis Confessionibus suspendi. & num.* 8.

17 *Episcopus qui facultatem audiendarum Confessionum concessit ad suum beneplacitum potest quandocunque illam reuocare.*

18 *Approbatus Regularis ad Confessiones personarum secularium audiendas, potest si noua causa superueniat, suspendi, dummodo ea Confessiones ipsas concernat, veluti si cum scandalo, aut aliàs inhonestè viuat, vel aliquod delictum committat.*

19 *Confessarius Regularis deputandus in monasterio Monialium etiam Regularibus subiectarum, debet esse approbatus ab Episcopo.*

20 *Confessarius Regularis extraordinarius Monialium debet esse approbatus à loci Ordinario.*

21 *Regularis approbatus generaliter ab Episcopo ad Confessiones personarum secularium audiendas non censetur approbatus ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum.*

Approbatio, Approbatus.

Collect. XXXVIII.

1 Approbatio facienda ab Episcopo, quamuis institutio pertineat ad inferiores iuxta formam *cap.* 9. *sess.* 25. & *cap* 13. *sess.* 7. debet fieri etiam in beneficiis, quorum institutio pertinet ad Monachos. *Sacra Cong Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic p.* 5. *c.* 4. *n.* 19. *in* 1. *declar.*

2 Approbatio ab Episcopo facienda non requiritur in beneficiis simplicibus, quorum collatio liberè spectat ad inferiores. *Sacra Cong. Conc.* apud eundem Garci. *d p* 9 *cap.* 3. *num.* 19.

3 Approbationem dare debet Episcopus Vicariis etiam temporalibus appositis in Ecclesiis Parochialibus vnitis, & dependentibus à Religione Hierosolymitana si simpliciter idonei reperti fuerint. *Sacra Congr Conc in Augusl.* 4. *Decemb.* 1630. penes Aldan. *in compend. Canon. resol lib.* 5. *tit.* 13. *n.* 6.

4 Approbationem dare Sacerdotibus Sacræ Confessionis ministris nullus potest præter Episcopum. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 4. *tit.* 29 *L.* 11 *§. de confitendo semel in anno, n.* 15. Boss. *de triplici iubilæi priuileg sect* 3. *casu* 2. *num.* 55. Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo approbatio, n.* 9. Metipso *de officio, & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 25. *n.* 12. *& de Parochoc.* 19. 28.

5 Approbatio Confessariorum, & ad curam animarum spectat ad Episcopum donec per alium prætendentem probetur immemorialis, & quod sit nullius. *Sacra Congr. Conc. in nullius. seu Conuersanen.* 26. *Iunij, &* 20. *Augusti* 1627. de qua Sellius *in select. Canon. c.* 13. *n.* 1.

6 Approbatio obtenta per Sacerdotem secularem, vel regularem ab Ordinario ad audiendas Confessiones potest ab Episcopo successore pro suæ Conscientiæ securitate vsque ad nouum examen suspendi *Sacra Congr. Concil. in Leman.* 19. *Septembris* 1625. cuius meminerunt Sell. *d. c.* 13. *n.* 2. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo approbatio, n.* 13.

7 Approbationem ab Episcopo obtinentes ad certum tempus eo elapso non possunt Confessiones audire absque noua Episcopi ipsius licentia, & approbatione, præuio, etiamsi eidem libuerit, nouo examine. Illi verò, quos ipsemet Episcopus ad Confessiones huiusmodi audiendas semel admisit simpliciter, ac sine vlla temporis præfinitione, nullatenus possunt ab eodem reprobari sine noua

causa, eâque Confessiones ipsis concernente. Cæterùm an eadem subsit, necne, Episcopus non tenetur ipsis Regularibus edicere, sed Sedi Apost. duntaxat vbi eam sibi aperiri postulauerit. *Sacra Congr. Episc. & Regul. in Cæsaraugustana 7. Septembris 1625. & in Giennen. 30. Ianuarij 1629.* quam refert Torreblanca *de iure spirit lib. 14 c. 3. n. 23. & 24.*

8 Approbationem obtinere nemo censetur, si ex tribus examinatoribus quilibet eorum vnum approbauerit, & alij duo approbatum ab altero reprobauerint accedente Episcopo. Idē dicendum, quando sunt quinque examinatores, & quilibet eorum approbat vnum ex examinatis, & cæteri quatuor reprobant approbatum ab altero, Episcopo vnillorum accedente. Idem similiter si vnus tantùm compareat ad se examinandum coram tribus examinatoribus, vno illorum approbante, cæteris reprobantibus, quia illi non potest accedere Episcopus, & examinatus dicitur reprobatus. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benef. p. 9. c. 2. num. 60.*

9 Approbatum, & prouisum de Ecclesia Parochiali in forma dignum potest Episcopus modernus iterum examinare superueniente rationabili causa. *Sacra Congr. Conc. in Placentina 26. Augusti 1628.* refert Sellius *d. cap 13. num. 5.*

10 Approbatus ad Ordines seu beneficia ab Episcopo competenti, potest ab inferiore suspendi ob imperitiam, si ille in visitatione repertus sit ignarus. *Sacra Congr. Conc sub die 9. Nouembris 1619.* quam citat Sell. *d. cap 13. num. 5.*

11 Approbatus ad audiendas confessiones ab alio quam à Valentino Episcopo in diœceli Valentina non censetur approbatus ab Ordinario. *Sacra Congr. Conc.* cuius idonei testes sunt Quintant. *in sum. Bullar. verbo Confessor. vers. præter*, F. Emman. *in explicat Bullæ Cruciatæ, §. 9. n. 5.* Ludou. Beia *in resp. casuum Conscient. p. 4. casu 20. vers. tandem*. Ægid. de Coninck *de Sacram tom. 1. disp 8. n. 52.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. cap 8. n. 112.* Vgolin *de offic. Episcopi. cap. 7. §. 2 n. 8.* Campan. *in diuersi. iuris Canon. rub. 12 c 13 n. 77. in fine*, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. n 12.* Suar. *tom. 4. de Pœnit. disp. 28. sect. 7. n. 1.* Molfes *in sum. Theolog moralis tract. 7. cap. 14 num. 67.* Homobon. de Bonis *de examen. ecclesf. p. 1. tract. 5. cap. 2. num. 14.* Ioan. Valer. *de different inter vtrunque forum, verbo absolutio differ. 1.* Boss. *d. sect 4. casu 1. n. 213.* Ego *de officio & potest. Episcop. p. 2. alleg. 25. num. 32.*

12 Approbatus clericus tam secularis quàm Regularis ad audiendas personarum secularium Confessiones in vna diœcesi, non potest in alia easdem Confessiones audire absque Episcopi diœcesis approbatione. *Sacra Congr. Conc. in Calaguritana 6. Iunij 1608.* teste Aldano *d. lib. 1. tit. 13. n. 8.*

13 Approbatus Clericus tam secularis quàm Regularis ad audiendas Confessiones certi generis personarum, vel in certa Ecclesia, non potest Confessiones audire aliarum personarum, & extra illam Ecclesiam virtute Bullarum *S. Cong. Concil.* de qua mentionem faciunt Nicol Garc. *d. p. 5. c. 8. n. 87.* Ioann. Maria Nouar. *d. verbo approbatio, n. 11. & 12.*

14 Approbatus Regularis ab Episcopo ad Confessiones audiendas non debet ab Ordinario impediri quominus illas audire possit in domibus pœnitentium infirmorum, si ab illis vocentur, licet valeat talis Ordinarius mandare sub pœna suspensionis à facultate audiendi Confessiones, quod huiusmodi Regularis Parochum de audita confessione infirmorum eodem die certiorem faciat. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. sub die 1. Iulij 1606* cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo approbatio, n. 17. 18*

15 Approbati ab Episcopo ad Confessiones audiendas secularium prævio examine, non possunt iterum ab eodem Episcopo examinari, sed benè possunt examini subijci à successore Episcopi iuxta Constitutionem sanctæ mem. *Pij V. sub dat. Id. Augusti Pontificatus sui anno 6* quæ à fel. rec. Greg. XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij. *Sacra Cong. Conc.* quam citat Ioan. Maria Nouar. *d. verbo approbatio, num 5.*

16 Approbatus ab Episcopo Confessarius Regularis non potest ab audiendis Confessionibus suspendi, nisi noua causa, eâque ad Confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipso Ordinario positum *Sacra Congr. Episcop &*

17 *Regul. sub die 20. Nouembris 1615.* Nisi Episcopus facultatem huiusmodi audiendarum Confessionum ad suum beneplacitum concesserit, quia tunc quandocunque reuocare poterit. *Eadem Sacra Congr. in Papien. 9 Maij 1619.* apud Aldan. *d. lib. 1. tit. 13. num. 11.*

18 Approbatus Regularis ad Confessiones personarum secularium audiendas, potest si noua causa superueniat, suspendi, dummodo ea Confessiones ipsas concernat, veluti si cum scandalo, aut aliàs inhonestè viuat, vel aliquod delictum committat, propter quod rationabili Episcopi iudicio videatur à Confessionibus suspendendus. *Eadem Sacra Cong Episcop. & Regul. in Oriolen 20. Augusti 1630.* cuius meminit Ioann. Maria Nouar. *d. verbo approbatio, n. 5.*

19 Approbatus ab Episcopo debet esse Confessarius Regularis deputandus in monasterio Monialium etiam Regularibus ipsis subiectarum, *Gregorij XV. constit. sua*, incip *Inscrutabili*, per me impressa *in fine tract de officio. & potest Episcopi*, & per particulam adduco ibidem *alleg. 15. n 71.*

20 Approbatus à loci Ordinario debet esse Regularis deputandus in Confessarium extraordinarium Monialium. *Sacra Congr. Conc. super dubiis occasione prædictæ Constitutionis Gregorij XV. exortis vers. Confessores extraordinarios*, quam refert Ioann. Maria Nouar. *d. verbo approbatio, num. 15.* Et ego *d. alleg. 25. num. 72.*

21 Approbatus Regularis generaliter ab Episcopo ad Confessiones personarum secularium audiendas non censetur approbatus ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum. *Eadem Sacra Congr. Conc. super dictis dubiis occasione præfatæ Constit. Gregorij XV. exortis vers. Regulares generaliter*, quam refero *d. alleg. 25. num. 74.*

vide *in verbo examen, collect 339.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de aqua benedicta agentes.*
2 *Aspersio aquæ benedictæ debet fieri sigillatim quibuscunque Dignitatibus, & Canonicis.*
3 *Aspersio aquæ benedictæ in Dominicis diebus debet fieri per ipsum celebrantem etiam quod sit prima Dignitas, non obstante contraria consuetudine.*

Aqua

Aqua benedicta.

Collect. XXXIX.

1 De aqua benedicta Marc. Ant. Marsil. *de hydragologia*, Ioan. de Turrecr. Perbalt *in rosario*, Gerardus Busdragus *super Canon. de consec. dist.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 15. Durand. *in ration. diuin. Officior. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 10 Stephan. Durant. *de ritibus Eccles. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 2. Hieron. Roman. *lib.* 4. *de Republ. Christiana*, *c.* 22. Henriq. *in sum. lib.* 4. *cap.* 15. §. 8. *lit.* F. Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.* 2. *cap.* 2. *sect.* 3. *q.* 3 *pag.* 523. Emman. de Valle de Moura *de incantat. & ensalmis*, *sect.* 2. *cap.* 11. Bosl. *de signis Eccles. tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 2. *signo* 15. Torreblanca *in practicab iuris spirit lib.* 12. *cap.* 26. *n.* 57. *cum seqq.* Gauant. *in rub. Missal p.* 4. *tit.* 19. *à n.* 6.

2 Aquæ benedictæ aspersio debet fieri sigillatim quibuscumque Dignitatibus, & Canonicis, incipiendo ab iis, qui in dextero cornu existunt, non vnico ictu in circulum. *S. Congr. Rit. in Perusina* 20. *Decembris* 1601. *apud* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo benedictio*, *num. vlt.* & illius meminit *in tract. de Canonic. & dignitat. c.* 34. *n.* 23.

3 Aquæ benedictæ aspersio in Dominicis diebus fieri debet per ipsum celebrantem, etiam quod sit prima Dignitas, vel alia Dignitas, non obstante contraria consuetudine, quæ potius corruptela, quàm consuetudo dici debet, cùm sit contra rubricas Missalis Romani, & dispositionem Cæremon. Episcop. *lib.* 2. *cap.* 30. quæ tollit omnem contrariam consuetudinem. *Sacra Congregat. Rit. in Perusina* 29. *Nouembris* 1632. teste Sellio *in select. Canon. cap.* 16. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de officio, dignitate, & iurisdictione Archidiaconi agentes.*
2 *Officium Archidiaconi est Episcopo ministrare.*
3 *Vicarius Episcopi præcedit vbilibet Archidiacono.*
4 *Residere tenetur in quo sibi placuerit, qui duos Archidiaconatus dignitate pares habuerit.*
5 *Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel Iure Canonico debent esse in omnibus Ecclesiis, vbi fieri potest, Archidiaconi, qui vel curam habent animarum, vel iurisdictionem.*
6 *Iurisdictionem contentiosam habentes Archidiaconi debent esse Doctores, & promoti in publico gymnasio.*
7 *Doctoratus, vel Licentiatura gradus non exigitur in Archidiacono, qui verè cura animarum, & omni prorsus iurisdictione caret.*
8 *Thurificandus est immediatè post Diaconos assistentes Archidiaconus, qui sustinet Baculum Episcopi dum celebrat solemniter.*
9 *Archidiaconus qui sedet à dextris Episcopi celebrantis in Cathedrali, à dextris pariter sedere debet dum celebrat in Collegiatis.*
10 *Examini vt intersit non tenetur Episcopus vocare Archidiaconum.*
11 *Archidiaconus quam auctoritatem in choro habeat, ostenditur.*
12 *Officio expleto nemo è choro egredi valet antequam Archidiaconus finis signum det.*
13 *Capitulum conuocare quando absente Decano spectat ad Archidiaconum, potest in eo proponere, ac resolutiones accipere etiamsi non sit in Sacris.*
14 *Visitatione propria Ecclesia durante non potest Archidiaconus percipere fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex dispensatione, vel ex illius Ecclesiæ consuetudine.*
15 *Visitationis ratione si vltra tres menses absit Archidiaconus, quando illa suæ Dignitati incumbit, lucratur fructus, nisi contraria sit consuetudo.*
16 *Distributiones percipit Archidiaconus non visitans propriam Ecclesiam sed solùm Ecclesiam suæ diœcesis.*
17 *Episcopus potest præstituere terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum.*
18 *Dignitas prima si sit Archidiaconus debet exercere officium Presbyteri assistentis.*
19 *Præsens intelligitur in choro Archidiaconus, dum est in assistentia apud Episcopum.*
20 *Dignitas prima si fuerit Archidiaconus, & constitutus sit in Ordine sacerdotali absente Episcopo præfertur Archipresbytero in celebratione Missarum solemnium.*
21 *Doctor debet esse Archidiaconus, qui est prima Dignitas in Cathedrali, quamuis non habeat curam animarum, nec contentiosam iurisdictionem.*
22 *Dignitas prima quando fuerit Archidiaconus Sacerdos non ex obligatione, sed ex voluntate & deuotione præferri debet Archipresbytero in functionibus sacerdotalibus absente Episcopo.*
23 *Præcedentiæ ratione stola danda est Archipresbytero, qui est secunda Dignitas, & cui incumbit cura animarum.*
24 *Dignitas secunda quando est Archidiaconus Presbyter absente prima Dignitate debet celebrare Missas solemnes.*
25 *Protonotarius Archidiaconus non lucratur fructus & distributiones sui Archidiaconatus si cum habitu Protonotarij diuinis Officiis assistat.*
26 *Protonotarius Archidiaconus si in Ecclesia sit habitu Protonotarij ei non est assignandus locus inter Dignitates, & Canonicos.*
27 *Habitu Prælatitio vti non potest Archidiaconus Protonotarius in actibus sibi tanquam Archidiacono competentibus.*
28 *Paramenta pro Missa priuata celebranda non debet Archidiaconus Protonotarius assumere ex Altari, sed ex sacristia.*
29 *Habitu Protonotarij potest Archidiaconus vti in actibus sibi tanquam Protonotario competentibus.*
30 *Prænestinus Archidiaconus an teneatur ad onus Camerariatus.*
31 *Rhemen. Episcopi Vicario conceditur indultum reconciliandi Ecclesias pollutas, quæ prius non fuerunt consecratæ.*
32 *Rhuten. Archidiacono conceditur per annum indultum benedicendi paramenta stante absentia Episcopi.*

Archidiaconus.

Collect. XL.

1 De Archidiaconi dignitate, officio, & iurisdictione *l.* 4. *tit.* 6. *part.* 1. Lancel. Conrad. *in templo omnium Iudic. lib.* 2. *cap.* 8. Sarmien. *lib.* 3. *select. cap.* 15. Læli. Zechi. *de Republ. eccles. tit.* 24. *num.* 13. *cum seqq.* Petr. Crespet. *in sum. Cathol. Fidei verbo Archidiaconus*, Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 3. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 2.

q. 1. num. 84. & 85. Pert. Gregor. *Syntag. Iuris. lib.* 25. *cap.* 20. Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christ. lib* 3. *cap.* 3. Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo Archidiaconus p.* 1. & 2. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 1. *lit. A concl.* 482 Nicol. Garc. *de benefic p.* 7. *cap.* 7. *num.* 36. *cum ſeqq.* Sebaſt. Cæſar *de eccleſiaſt. hierarchia p.* 2. *diſp.* 11. § 1. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. Didac. Narbona *de ætate ad omnes humanos actus reg. anno.* 25. *q.* 65. Machado *en ſu perfeto Confeſſor. tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 4. *tract.* 7. *docum.* 5. Ego *de iure eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 24. & *de Canon. & Dignit. cap.* 5.

2 Archidiaconi officium eſt Epiſcopo miniſtrare. *Sacra Congr. Rit. in Piſaurien.* 10. *Iunij* 1600. cuius memini *in tract. de Canon. & dignit. cap.* 5. *n.* 18. *in princ.*

3 Archidiacono præcedit Vicarius Generalis Epiſcopi tam in choro, quàm vbilibet. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Theatina*, 6. *Iulij* 1618. cuius memini *d. cap.* 5. *n.* 55.

4 Archidiaconatus duos dignitate pares habens reſidere poterit in quo ſibi placuerit, ſi alter eſt dignior, tenetur in eo reſidere. *Sacra Cong. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 185.

5 Archidiaconi qui vel curam habent animarum, vel iuriſdictionem iuxta tit. de offic. Archid. debent in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poteſt, eſſe Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure Canonico. *S. Congr. Concil.* referentibus Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 20. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 5. *n.* 41. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 473. *in* 1. *edit.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.* 7. *num* 41. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ.* 10. *dub.* 6. Ioan. Maria Nouar. *in Regul. Canon. Concil.* 41. *n.* 2. quorum plures refero *d. cap.* 5. *n.* 6.

6 Archidiaconi habentes iuriſdictionem contentioſam debent eſſe Doctores, & promoti in publico gymnaſio, aliàs gradus eis non ſuffragatur ex Bulla 63. Pij V. *Sacra Congr. Conc.* quam referunt Nicol. Garc. *d. c.* 7. *n.* 40. Maſſobr. *d. dub.* 6. *n.* 6. Nouar. *d. Concil.* 41. *n.* 4. quos refero *d. c.* 5. *n.* 6. *in fine.*

7 Archidiaconus qui verè curam animarum & omni prorſus iuriſdictione caret, non comprehenditur decreto Concil. *ſeſſ.* 24. *cap* 12 *de reform.* quoad qualitatem doctoratus, vel Licentiaturæ in eo requiſitam. *Sacra Congr. Conc* de qua Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.* 5 *num.* 20.

8 Archidiaconus, qui ſuſtinet Baculum Epiſcopi dum celebrat ſolemniter thurificandus eſt immediatè poſt Diaconos aſſiſtentes *Sacra Congr. Conc. Bracharen* 8. *Aprilis* 1607. Etiamſi ſit primus Archidiaconus, & habeat alias prærogatiuas. *Eadem Sacra Congr. in illa cauſa* 19. *Ianuarij* 1608. de qua memini *d. c.* 5. *num.* 52.

9 Archidiaconus qui ſedet à dextris Epiſcopi celebrantis in Cathedrali, à dextris pariter ſedere debet, cum celebrat in Collegiatis. *Sacra Congr. Rit. in Theleſina* 2. *Martij* 1602. apud Sell. *in ſelectis Canon. cap.* 17. *n.* 2.

10 Archidiaconum vocare non tenetur Epiſcopus, vt interſit examini ordinandorum. *Sacra Congr. Conc. ſub die* 21. *Ianuarij* 1617. penes Sellium *d. cap.* 17. *n.* 3.

11 Archidiacono in choro permanenti ſpectat in principio Matutini Horarum Canonicarum, ac Veſperarum intonare: *Pater noſter*, quo dicto, eidem pariter ſpectat eius manu ſignum dare, vt incipiatur. *Domine labia mea*, &c. Vel *Deus in adiutorium meum*, &c. Ipſique etiam ad Primam pertinet dicere. *Dies, & actus noſtros*, &c. *Adiutorium noſtrum*, &c. Et *Deus nos benedicat*, &c. Ad Completorium. *Noctem quietam*, &c. Benedicat, & cuſtodiat nos, &c. Et in fine Horarum, & Matutini: *Dominus det nobis*, &c. *Sacra Cong. Epiſcop. & Regul. in Theatin.* 18. *Aprilis* 1617. de qua Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 19.

12 Archidiaconus priuſquam finis ſignum det, nemo officio expleto, è choro egredi valet. *Sacra Congreg. Epiſcop. & Regul. in Theatin.* 18. *Aprilis* 1617. de qua mentionem feci *d. cap.* 5. *n.* 20. *in fine.*

13 Archidiaconus ad quem de conſuetudine Eccleſiæ ſpectat, abſente Decano, conuocare Capitulum, & in eo proponere, ac reſolutiones accipere, id poteſt etiamſi non ſit in ſacris cùm iſte ſit actus iuriſdictionis, qui competit Archidiacono etiam in ſacris non conſtituto, & ad Decanum non ſpectat ratione Ordinis, ſed antiquitatis, & ſuperioritatis. *Sacra Congr. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 4. *n.* 26.

14 Archidiaconus durante viſitatione propriæ Eccleſiæ non poteſt percipere fructus illius Canonicatus, quam obtinet, ex diſpenſatione, vel de illius Eccleſiæ conſuetudine, ſtante quod fructus Canonicatus diſtincti ſunt à fructibus præbendæ, niſi pro tribus menſibus vacationis cauſa à Concilio permiſſis *Sacra Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *d cap.* 2 *n.* 232. *in* 1. *dub* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra. lib.* 1. *tit.* 6. *lib. de viſitat. n.* 82. quos etiam *d. c.* 5. *n.* 17.

15 Archidiaconus ratione viſitationis incumbentis ſuæ dignitati poteſt abeſſe vltra tres menſes conceſſos à Concilio, & lucratur fructus ſui Archidiaconatus, qui lucrifiunt per interreſſentiam, dummodo dari conſueuerint abſentibus ex legitima cauſa; non tamen lucrantur diſtributiones quotidianas. Hæc autem de lucrandis fructibus locum habent, niſi exter Eccleſiæ conſuetudo, vt Archidiaconus viſitans nihil fructuum percipiat, quia talis conſuetudo ſalua manere debet. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap* 2. *n.* 342. Ego ipſe *d cap.* 5. *n.* 15.

16 Archidiaconus non viſitans propriam Eccleſiam, ſed ſolùm Eccleſiam ſuæ Diœceſis, etiamſi illam viſitaret ex officio, & iure ſibi competenti, non poteſt percipere diſtributiones. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d cap* 2 *n.* 332. Armendar. *d. l.* 6. *de Viſitat. n* 81. & 108. quos cum aliis refero *de officio, & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 125.

17 Archidiacono poteſt Epiſcopus præſtituere terminum ad viſitationem expediendam, & præſcribere comitatum, & equitatum ne oneri ſit Eccleſiis, quas viſitauerit. *S. Cong. Concil.* penes Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 62. quem refero *d. cap.* 5. *num.* 14.

18 Archidiaconus ſi ſit prima Dignitas debet exercere officium Presbyteri aſſiſtentis cum Pluuiali Epiſcopo celebranti iuxta formam cæremonialis, illique candelam, & palmam benedictam miniſtrare, dummodo ſit in ſacerdotali Ordine conſtitutus. *S. Cong. Rit. in Brixien.* 28. *Maij* 1616. & *in Reatina* 10. *Ianuar.* 1609. Non autem Archipresbyter. *Eadem S. Cong. in Vercelen.* 7. *Auguſti* 1610. Etiamſi Archidiaconus non poſſit dici quod ſit prima dignitas, vt in Piſaurien. 10. Ianuar. 1600. & recuſans cogendus eſt pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis,
19 vt ind. Reatina. Et dum in aſſiſtentia eſt apud Epiſcopum

Episcopum intelligitur præsens in Choro tam in Ecclesia Cathedrali quàm in alia *Eadem S. Cong. in Camerinen. 15. Martij* cuius memini *d. cap. 5. num.* 50. *& 51.*

20 Archidiaconus prima Dignitas, & in Ordine sacerdotali constitutus, absente, vel impedito proprio Episcopo, præfertur Archipresbytero & omnibus aliis Canonicis in celebratione Missarum solemnium, & in omnibus aliis functionibus Episcopalibus. *S. Cong. Rit. in Regien 9. Decembris* 1600. *& sancta Agatha Gothorum 23. Mart.* 1602. *& in Iunenacen. 17. Nouembris* 1607. *& in Baren. 19. Ianuar.* 1608. *& in Pennen. 24. Ianuarij* 1615. *Rot. in Viterbien. celebrationis Missar. 11. Decemb.* 1609. Non quidem ex obligatione, sed ex sua voluntate, & deuotione. *Eadem S. Cong. in d. Regien. 9. Decembris* 1600. quarum meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 3 num.* 20.

21 Archidiaconus, qui est prima Dignitas in Cathedrali debet esse Doctor quamuis non habeat curam animarum, nec contentiosam iurisdictionem *Sacra Cong. Conc. in Andrien. 1. Aprilis* 1628. penes Aldan. *d. tit. 3 num.* 21.

22 Archidiaconus, qui prima Dignitas post Pontificalem existit, & sacerdos est, non quidem, ex obligatione, sed ex sua voluntate, & deuotione in decantatione Missarum in diebus solemnibus, delatione Sanctissimi sacramenti, benedictione candelarum, cinerum, palmarum, & aliis huiusmodi actibus, & functionibus sacerdotalibus, Episcopo absente, præferendus est Archipresbytero. *Sacra Cong. Rit. in d. Regien. 9. Decemb.* 1600. quam refert Marcel. de Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. cap. 34. num. 13. in fine.*

23 Archidiaconus, qui est prima Dignitas si concurreret in funeralibus cum Archipresbytero, qui est secunda, & cui incumbit cura animarum & defert stolam, quique in Ecclesia dum facit Officium præcedit, huiusmodi Archipresbytero danda in via præcedentia ratione stolæ. *Sacra Cong. Rit. in nullius seu Troiana 4. Maij* 1613. quam citat Iulius Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 3. n.* 211.

24 Archidiaconus secunda Dignitas, quando est Presbyter, absente Episcopo, & impedito Decano prima Dignitate debet celebrare Missas solemnes, & non Primicerij, licet id fecerint quando Archidiaconus non erat præsens. *Sacra Cong. Rit. in Capuana 28. Aprilis* 1607. apud Aldan. *d. tit. 3. num.* 17.

25 Archidiaconus, qui fit ex priuilegio Protonotarius non lucratur fructus & distributiones sui Archidiaconatus, si cum habitu Protonotarij in Ecclesia, choro & processionibus, diuinis Officiis assistat. *Sacra Cong. Rit. in Asculana in Apulia 6. Mar-*
26 *tij* 1610. Et si voluerit in sua Ecclesia vti habitu Protonotarij reputatur tanquam extraneus, & ei locus assignandus est non inter Dignitates, & Canonicos, sed post Abbates. *Eadem S. Cong. in d. As-*
27 *culana.* Nec potest in publicis functionibus in assistentia Episcopi, & aliis actibus sibi tanquam Archidiacono competentibus vti habitu Protonotarii, seu suo habitu Canonicali. *Eadem S. Cong. in dicta Asculana in Apulia 19. Nouembris* 1611. cuius memini *d. c. 5. num.* 53. *&* 54.

28 Archidiaconus Protonotarius non ex Altari, sed ex sacristia vt faciunt cæteræ Dignitates & Canonici debet sumere paramenta pro Missa priuata celebranda in Ecclesia Cathedrali. *Eadem S. Cong. Rit. in d. Asculana 6. Martij* 1610. de qua Aldan. *d. tit. 3 num.* 19.

29 Archidiaconus, qui ex priuilegio est Protonotarius potest vti habitu Protonotarii in actibus non competentibus sibi tanquam Archidiacono *Sacra Cong. in nullius terra Piscia 19. Ianuar.* 1612. *& in d. Asculana 28. Ianuarij* 1613. penes Aldan. *d. tit. 3. num.* 21.

30 Archidiaconus Præuestinus non tenetur ad onus Camerariatus *S. Cong. Rit in Prænestina 15. Iulij* 1619. Sed postea re maturè discussa contrarium fuit resolutum *in eadem causa 26. Septembris* 1620. vt testatur Aldan. *d. tit. 3 num.* 22.

31 Archidiacono Episcopi Rhemen. Vicario conceditur indultum reconciliandi Ecclesias pollutas, quæ prius non fuerant consecratæ, secus pro Ecclesiis quæ antea fuerunt consecratæ. *Eadem S. Cong. Rit. in Rhemen. 9. Maij* 1609. referente Aldano *d. tit. 3. num.* 25.

32 Archidiacono Rhuten. conceditur per annum indultum benedicendi paramenta stante absentia Episcopi. *Sacra Cong. Rit. in Ruten. 9. Maij* 1609. quem refert Aldan. *d. tit. 1. num.* 26.

33 Archidiacono Camminch Aquileien. diœcesis, & illius loci Vicario ob longissimam absentiam Ordinarij Aquileien. conceditur facultas per annum benedicendi paramenta. *Sacra Cong. Camminch. 24. Aprilis* 1610. quam citat Aldan *d. tit. 3. num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Archiepiscopi auctoritate, & iurisdictione agentes.*

2 *Officia Ordinis amplius assumere nequeunt Regulares Episcopi, qui ad illum redeunt.*

3 *Iuramentum de visitando limina Apostolorum statis temporibus, & de dando rationem Papæ de eorum Pastorali officio subeunt Archiepiscopi etiam Cardinales antequam munus consecrationis suscipiant.*

4 *Pontificalia in Ecclesia Archiepiscopi exercere non potest Nuncius absque eius licentia.*

5 *Pontificalia in Ecclesia suffraganeorum exercere non possunt Archiepiscopi, absque licentia Episcopi Ordinarij.*

6 *Crucem ante se deferri facere potest Archiepiscopus etiam per loca Monachorum Cassinensium suæ Diœcesis.*

7 *Nomen & titulum Archiepiscopi, non autem vsum pallij & Crucis retinere potest Archiepiscopus translatus ad Ecclesiam Episcopalem.*

8 *Crucem deferre potest Archiepiscopus præterquam in visitatione Nuncij, & secum deambulando.*

9 *Nuncio præsente non sedet Archiepiscopus in Cathedra superiori. sed inter Canonicos in eminentiori loco.*

10 *Mozzeta & Cruce non potest vti Episcopus præsente Legato in Ciuitate.*

11 *Nuncium debet rogare Archiepiscopus, vt populo benedicat, Nuncius verò hoc remittat Archiepiscopo, vt populus cognoscat dignitatem*

12 *Causas vertentes inter Episcopos Suffraganeos non potest iudicare Archiepiscopus.*

13 *Causarum in prima instantia, quæ agitantur coram eius Suffraganeo non debet se ingerere Archiepiscopus.*

14 *Vicelegato Bononien. non debet præcedere Archiepiscopus in processionibus, & solemnitatibus.*

Archiepiſcopus.

Collect. XLI.

1 DE Archiepiſcopis Roſæus *de prærogatiuis Archiepiſcop. dignit.* Quarant. *in ſum. Bullarij, verbo Archiepiſcopi auctoritas*, Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 70. Iodochus Lorichius *in theſauro nouo Theolog.* Petrus Creſpetius *in ſum. Catholicæ Fidei ſub hoc verbo*, Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 33. Homobon. de Bonis. *de humana vitæ ſtatibus, p.* 1. *c.* 6. Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 18. Scipio de Rubeis *in Aphoriſmis, verbo Archiepiſcopus*, Sebaſtianus Cæſar *in relect. de eccleſiaſt. hyerarch. p.* 1. *diſp.* 5. § 1. Machado *en ſu perfeto Confeſſor tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 7. *tract.* 1. Ego *de iure eccleſiaſt. vniu. lib.* 1. *cap.* 7.

2 Archiepiſcopi, & Epiſcopi cuiuſcunque Ordinis Regularis profeſſores ad horum Ordinum clauſtra redeuntes, ad eorum officia aſſumi nequeunt. *Paulus IV. conſtit.* 21. incip. *In ſacra* 19. *Iulij.* 1559 apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 251. cuius meminerunt Fr. Franciſcus de Soſa *in tract. Hiſpanico ſermone conſcripto de la obligacion. con que quedan los Religioſos Obiſpos n.* 144. Ouiedo *in praxi Regulari p.* 1. *tract.* 4. *c.* 3. *q.* 6. Ego *de iure eccleſiaſt. vniuerſo, lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 126.

3 Archiepiſcopi etiam Cardinales antequam munus conſecrationis ſuſcipiant, aut eis pallium tradatur, iurant ſe limina Apoſtolorum ſtatis temporibus viſitaturos, & ſe rationem reddituros de eorum Paſtorali officio Papæ, ac de rebus ad ſtatum Eccleſiarum ſuarum pertinentibus. *Sixtus V. conſtit.* 15. incip. *Romanus* 13. *Kalend. Ianuarij* 1585. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom.* 2. *pag.* 508. Vide infra verbo *limina*, *collect.* 451.

4 Archiepiſcopi in Eccleſia non poteſt Nuncius Pontificalia exercere abſque ipſius Archiepiſcopi licentia *S. Cong Rit. ſub die* 9. *May* 1593. quam citat Aldan. *in Compendio Canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 14. per me adductus *in collect. ad Trident. ſeſſ* 6. *de reformat. c.* 5. *n.* 18.

5 Archiepiſcopi non poſſunt Pontificalia exercere in Eccleſiis Suffraganeorum abſque licentia Epiſcopi Ordinarij. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. die* 18. *Aprilis* 1599. apud Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 26.

6 Archiepiſcopus poteſt ante ſe Crucem deferri facere, etiam per loca Monachorum Caſſinenſium ſuæ diœceſis. *Sacra Congr. Rit. in Theatina* 13. *Iulij* 1613. penes Sellium *in ſelectis Canon. cap.* 2. *n* 3.

7 Archiepiſcopus translatus ad Epiſcopalem Eccleſiam poteſt retinere tantùm nomen ſiue titulum Archiepiſcopi, non autem vſum Pallij, & Crucis. *Sacra Congr. Rit. in Maiorien.* 16. *Octobris* 1604. referente Sellio *d. c.* 2. *n.* 4.

Archiepiſcopus poteſt deferre Crucem præterquam in viſitatione Nuncij, & ſecum deambulando. *Sacra Congr. Rit. in Taurinen.* 9. *Mart.* 1593. teſte Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 23.

9 Archiepiſcopus non ſedet in Cathedra ſuperiori coram Nuncio, ſed inter Canonicos in eminentiori loco. *Eadem S. Congr. Rit. in dict. Taurinen.* de qua Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 14.

10 Archiepiſcopus non poteſt vti Cruce nec Mozzeta præſente Legato in ciuitate. *Sacra Congr. Rit.* 10. *Octobris* 1601. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 12. quem refero *in collect. ad Trident ſeſſ.* 6. *cap.* 5. *n.* 17.

11 Archiepiſcopus debet rogare Nuncium vt populo benedicat, qui hoc remittat Archiepiſcopo, vt populus cognoſcat dignitatem Apoſtolicam *Sacra Congr. Rit. in dicta Taurinen.* 9. *Martij* 1593. de qua Aldan. *d. tit.* 18. *à n.* 12.

12 Archiepiſcopus non poteſt iudicare cauſas vertentes inter Epiſcopos Suffraganeos. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Regien* 31. *Maij*, 1588. de qua etiam Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 16.

13 Archiepiſcopus non debet ſe ingerere in prima inſtantia cauſarum, quæ agitantur coram eius Suffraganeo. *Sacra Cong. Conc.* referente Thom. Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo appellatio, verſ. ad decimum.*

14 Archiepiſcopus Bononien. debet præcedere Vicelegato in proceſſionibus & ſolemnitatibus, ac quotieſcunque in Eccleſia conueniunt circa pacem, & thuris honorem exhibendum, ac in ſedendo ad Miſſam, & Concionem. *Sacra Congreg. Rit. in Bononien.* 8. *Iulij* 1602. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Archipresbyteri Dignitate, officio, & iuriſdictione agentes.*

2 *Archipresbyter ſanctæ Mariæ Maioris de Vrbe quam facultatem habeat.*

3 *Archipresbyter ſancti Petri in Vaticano quam habeat iuriſdictionem, oſtenditur.*

4 *Archipresbyter Iuuenacen. attenta conſuetudine debet abſente Epiſcopo facere functiones.*

5 *Archipresbyter Tyraſſonen. tenetur ad reſidentiam.*

6 *Archipresbyter Caſtri Regalis diœceſis Meſſanen. manutenendus eſt in poſſeſſione habendi Vicarium foraneum in ſuo territorio.*

7 *Manutentio datur Archipresbytero in ſua quaſi poſſeſſione celebrandi Miſſas abſente Epiſcopo.*

8 *Thurificandus eſt Archipresbyter duplici ductu thuribuli.*

9 *Epiſcopi in primo ingreſſu quas functiones facere debet Archipresbyter, qui eſt prima Dignitas oſtenditur.*

10 *Miſſas ſuo arbitrio non poteſt alteri delegare Archipresbyter, ſi non potuerit, vel noluerit celebrare, ſed per Ordinem ſucceſſiuè ſunt demandandæ aliis poſt illum.*

11 *Subſtitutus Archipresbyteri non debet cantare Miſſas, quæ ad Archipresbyterum pertinent, nec locum & honorem incenſi.*

12 *Chori in regimine non debet ſe intromittere Archipresbyter cum hoc ad ſolum Cantorem pertineat.*

13 *Sedem paratam habere non conuenit Archipresbyterum.*

14 *Canonico celebranti in choro cedere debet primum locum Archipresbyter.*

15 *Vicario Epiſcopi vti Canonico præcedit Archipresbyter.*

16 *Præcedentia in funeralibus debetur Archipresbytero ratione ſtolæ, & non Archidiacono primæ Dignitati.*

17 *Canonicis Cathedralis præcedit Archipresbyter Collegiatæ paratus.*

18 *Almutium de pellibus variis conceditur Archipresbytero petenti vſum capæ.*

19 *Aſſociari non debet à Presbyteris & clericis Archipresbyter ruralis.*

20 *Ientaculum præſtare non tenetur Archipresbyter ruralis accedentibus proceſſionaliter ad eius Eccleſiam.*

21 *Choro simul cum Canonicis sedere non debent Archipresbyteri per diœcesim quando accedunt ad Cathedralem.*

22 *Edictum pro concursu non tenetur ponere Ordinarius in collatione Archipresbyteratus, qui neque Parochum, neque Parochianos habet.*

Archipresbyter.

Collect. XLII.

1 DE Archipresbyteri dignitate, officio, & Iurisdictione. *l.8. tit.6. part.1.* vbi Gregor. Lopez, Lancel. Conrad. *in templo omnium Iudicum lib.1.cap.11.* Duaren *de sacris Eccles. minist. lib.1. cap.8.* Anton. Fabric. *in praxi & theorica de re benef. tit. de benefic. cum dignit. num.30. cum seqq.* Petr. Gregor *syntag. Iuris lib.15.c.21.* Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib.3.c.20. vers. succede.* Læli. Zechi. *de Republ. eccles. tit. 24. nu.14.* Galganet. *de iure publico lib.3. tit.12.* Azori. *instit. moral. p.2. lib.4.c.15.* Mich. Ferrus *in tract. de præcedent. ecclesiast. q.6* Sebast. Cæsar. *de ecclesiast. hyerarch. p.3 disp.12. § 2.* Didac. Narbona *in tract. de ætate ad omnes humanos actus reg. anno 21. q.6.* Ego *de iure ecclesiast. vniuersa lib.1. cap.25. & de Canonic. & dignitat. cap.6.*

2 Archipresbyter S. Mariæ Maioris de Vrbe amplissimas habet facultates in cognoscendis causis spectantibus ad Capitulum, beneficiatos, ac ministros in dicta Ecclesia, & tangentibus tam personas quàm res Capituli actiuè & passiuè, summariè, & de plano, ac procedit etiam in obligationibus Cameralibus, & eius auctoritas extenditur etiã ad Religiosos, & priuilegiatos. *Paulus III. constit. 19. incip. cum simul de anno* 1538. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.2. pag. 642.*

3 Archipresbyter sancti Petri in Vaticano habet eandem iurisdictionem, quam habet Archipresbyter sanctæ Mariæ Maioris, & absoluit beneficiatos, & clericos à quolibet Iuramenti vinculo ad effectum agendi. *Paulus III. constit. 15. incip. Cum dilectus Kalend. Nouembris* 1541. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1. pag 671.* Habet amplam iurisdictionem cognoscendi causas inter Capitulum, & clericos, & commissiones causarum sui fori manu Papæ non signatas non admittit: facultatem habet ordinariam in Canonicos, & cæteros & auctoritatem cognoscendi causas per suum Vicarium, & collegio fabricæ S. Petri præsidet. *Sixtus V. constit. 102. incip. Cum ex debito 4. Non. Martij* 1590. apud Laert. Cherub. *d. tom.2. pag.678.*

4 Archipresbyter Ecclesiæ Iuuenacen. attenta consuetudine, & Ecclesiæ constitutione, licet non sit prima Dignitas, debet absente Episcopo facere functiones, quæ regulariter pertinent ad primam Dignitatem. *S. Congr. Rit. in Iuuenacen. 9. Maij* 1609. teste Sellio *in select. Canon. c.18. n.40.*

5 Archipresbyter Tyrassonen. tenetur ad residendam, & nihil quoad illam fuit innouatum per Bullam Sixti IV. erectionis de Vicaria in dignitatem. *S. Cong. Rit. in Tyrassonen. 4. Maij* 1619. apud Sellium *d. c.18. n.42.*

6 Archipresbyter Castri Regalis Diœcesis Messanen. est manutenendus in possessione habendi Vicarium foraneum in suo territorio, in quo ex antiquissima consuetudine habet iurisdictionem in causis ciuilibus indifferenter, & in criminalibus vsque ad sententiam inclusiuè *S. Congr. Conc. in Messanen. 8. Iunij* 1619. penes Sellium *d. c.18. n.43.*

Barbos. Apost. Decis Sum.

7 Archipresbyter manutenendus est in sua quasi possessione celebrandi Missas absente Episcopo, non obstante contradictione Vicarij. *S. Cong. Rit. in Tranen 11. Februarij* 1604 teste Sellio *d. c.18. n.44.*

8 Archipresbyter debet thurificari duplici ductu, sicut Canonici, non obstante Constitutione Capitulari, cui per Cæremoniale derogatum est. *S. Cong. Rit in Perusina 23. Martij* 1602. de qua Sellius *d. c.18. n.45.*

9 Archipresbyter qui sit prima Dignitas, debet in primo ingressu Episcopi accipere Pluuiale, & Crucem osculandam porrigere, versiculos, & orationes super ipsum cantare, & alias functiones facere, quæ ex regula libri Cæremonialis ad primam dignitatem, vel digniorem de Capitulo pertinent. *Sacra Cong. Rit. in Parmen. 30 Ianuarij* 1616. referente Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.3. titul.5. num.16.*

10 Archipresbyter si nõ potuerit, vel noluerit celebrare, non potest Missas suo arbitrio alteri delegare, sed Dignitates, & Canonici per ordinem subintrant in locum Archipresbyteri: *Sacra Congr. Rit. in Tarentina Cryptaliarum 2. Septemb.* 1605. *& 14. Octobris* 1609. vbi fuit decisum Archipresbyterum habere ius distribuendi Missas ipso impedito secundæ Dignitati, deficientibus Dignitatibus primo Canonico, & sic per ordinem successiuè. Hoc idem confirmatum fuit *in eadem causa sub die 27. Februarij* 1610. vbi additur, quod non semper vni, & eidem Dignitati, vel Canonico sunt distribuendæ, sed per ordinem successiuè incipiendo à digniore, & seniore seruata eorùm prærogatiua, vt omnes per turnum honorentur, refero *in meo tract. de Canonic. cap.6. num. 10. cum seqq.*

11 Archipresbyteri substitutus non debet cantare Missas, quæ ad Archipresbyterum pertinent, nec locum, & honorem incensi; & pacis ipsius Archipresbyteri percipere. *Sacra Cong. Rit. in Magien. nullius 14. Decemb.* 1602. de qua Aldan. *d. lib.3. tit.5. num.17.*

12 Archipresbyter non debet se intromittere in regimine chori, quod ad solum Cantorem pertinet. *Sacra Congr. Rit. in Tarentina Cryptaliarum 3. Septembris* 1605. cuius memini *d. tract. de Canon. cap. 6. num 11.*

13 Archipresbyterum sedem paratam habere nõ conuenit. *Sacra Cong Rit in Baren. 4. Iulij* 1615. penes Sellium *in select. Canon c.18. n.30.*

14 Archipresbyter licet sit prima Dignitas, in choro tamen cedere debet primum, & digniorem locum Canonico celebranti. *Sacra Congr. Rit. in Arboren. 27. Iulij* 1601. de qua Sell. *dict. cap.18. num.34.*

15 Archipresbyter Vicario Episcopi vti Canonico in choro, Capitulo, processionibus, alijsq; actibus publicis, præcedere debet, ideoque solemnes Missas canere, aliásque functiones, quæ Episcopo absente, primæ dignitati competunt, peragere potest. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Lancianen 8. Mart. & 31. Augusti* 1615. cuius meminit Aldan. *dict. titul. 5. num.19.*

16 Archipresbytero ratione stolæ in funeralibus, & non Archidiacono primæ dignitati debetur præcedentia. *S. Congr. Rit. in nullius 12 Martij* 1612. *& 4 Maij* 1613. quam refert Iulius Lanot. *var. lucubrat. tom.1. tit.2. c.3. n.21.*

17 Archipresbyter Collegiatæ paratus præcedit Canonicos Cathedralis. *S. Congr. Rit. in Fundan.* 20. *Decembris* 1601. & 15. *Ianuarij* 1602. quam refert Aldan. *d. tit.* 5. *n.* 22.

18 Archipresbytero Collegiatæ petendi vsum capæ conceditur almutium de pellibus varijs *S. Cong. Rit. in Oritana* 3. *Augusti*. 1601. quam citat Aldan. *d. tit.* 5. *n.* 24.

19 Archipresbyter ruralis non debet associari à Presbyteris, & Clericis, neque conuenit, quod eorum dignior in porta Ecclesiæ ei porrigat aspersorium, & alia obsequia, quæ soli Episcopo à Canonicis debentur, non obstante consuetudine. *S. Cong. Rit. in Baren.* 4. *Iunij* 1615. de qua Selli. *d. cap.* 18. *num* 31.

20 Archipresbyter ruralis non tenetur præstare ientaculum processionaliter accedentibus ad eius Ecclesiam, *S. Cong. Rit. in Letteren.* 21. *Iulij* 1618. cuius meminit Selli. *d. c.* 18. *n.* 39.

21 Archipresbyteri per Diœcesim, quando accedunt ad Cathedralem ad obedientiam Episcopo præstandam, vel vt Synodo intersint, non debent sedere in choro simul cum Canonicis Cathedralis. *Eadem S. Cong. Rit. in Letteren.* 14. *Ianuarij* 1612. teste Selli. *d. c.* 18. *n.* 41.

22 Archipresbyteratus in collatione, qui neque Parochum, neque Parochianos habet non tenetur Ordinarios proponere edictum pro concursu, *S. Cong. Conc.* referente Massobr. *in praxi habendi concursum prælud.* 3. *n.* 13.

Archipresbyteri substitutus, vide in verbo *Substitutus collect.* 688. *n.* 4. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Visitare Archiuium Ecclesiæ Cathedralis potest Episcopus.*

2 *Episcopus potest in Archiuio Cathedralis recognoscere iura, ac scripturas concernentes statum ipsius Ecclesiæ, adhibitis tamen aliquibus eiusdem Ecclesiæ Canonicis.*

Archiuium.

COLLECT. XLIII.

1 Archiuium si sit proprium Ecclesiæ Cathedralis, potest Episcopus illud visitare, & iura, ac scripturas concernentes statum ipsius Ecclesiæ recognoscere, adhibitis tamen aliquibus eius-
2 dem Ecclesiæ Canonicis. *Sacra Congr. Concil. in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *in resp. ad* 10. Vidi originale, cuius meminit nouissimè Bonfadin. *in thesauro Ecclesiast. decis. resol.* 5. *num.* 45. De materia Ioann. Anton. Nouar. *in summa Bullarum sub titul. de Archiuio.*

SVMMARIVM.

1 *Sagitta & arma in Ecclesijs appendi non debent.*

2 *Gestatio armorum prohibitorum in Ecclesia non est de comprehensis in Bulla Gregorij XIV.*

3 *Regularis arma cuiusuis generis prohibita intra Ecclesias, & monasteria statûs Mediolanensis tenere præsumens quas pœnas incurrat, ostenditur.*

Arma.

COLLECT. XLIV.

1 Arma, & sagittæ in Ecclesiis appendi non debent. *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* teste Ioann. Bapt. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 34.

2 Armorum prohibitorum gestatio, quamuis in Ecclesia delictum sit, non est tamen de comprehensis in Bulla fœlicis mem. Gregorij XV. *S. Cong. Episcop. & Regular in Salernitana* 30. *Septembris* 1616. cuius meminit Ioan. Bapt. Lezana *in sum. quæst. Regul tom.* 3. *verbo Arma, nu* 7.

3 Arma cuiusuis generis prohibita, præsertim verò scoplos rotatos tam longiores, quam etiam breuiores nullus Regularis cuiusuis Ordinis intra Ecclesias, & sua monasteria in statu Mediolanensi tenere audeat, vel præsumat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Sedi Apost. reseruatæ, ac insuper priuationis officiorum, & dignitatum, ac beneficiorum, & inhabilitatis ad quæcunque officia imposterum obtinenda ipso facto absque vlla declaratione incurrenda. *Sacra Cong. Episcop. & Regul.* referentibus Nald. *in sum. verb. Religiosus, num* 50. Lezana *in sum. verb. Arma, n.* 3. De materia Ioann. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum, tit. de Armis.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus tenetur ascribere ad seruitium Ecclesiæ Clericum in minoribus constitutum, vel primâ tonsurâ initiatum petentem ascribi.*

2 *Fori priuilegio gaudere debet, qui incedens in habitu & tonsura, describi se fecit in catalogo Clericorum, qui in Synodo diœcesana obedientiam præstiterunt Ordinario, & per paucas vices interfuit in choro, & in processionibus, licet ascribero non se fecerit alicui Ecclesiæ.*

3 *Clerici in ipsa promotione debent se ascribi facere alicui Ecclesiæ: nam postea fieri non potest.*

4 *Fori priuilegio gaudet habitu clericali incedens, & studijs incumbens, & aliquibus diebus Missis inseruiens, licet nulli sit ascriptus Ecclesiæ.*

5 *Eques Regularis effectus post ascriptionem Ecclesiæ receptitiæ, non potest fructus illius prætendere.*

Ascribere, Ascriptio.

COLLECT. XLV.

1 Ascribere tenetur Episcopus ad seruitium Ecclesiæ Clericum in minoribus constitutum, vel primâ Tonsurâ initiatum petentem ascribi: *S. Cong. Conc. in Valentina* 29. *Iunij* 1628. teste Sellio *in select. Canon. c.* 18 *num.* 13. & refero Ego ipse *de iure Eccles. vniuers. lib.* 1. *c.* 39 §. 2. *n.* 30.

2 Ascribere non se faciens alicui Ecclesiæ si incedat in habitu, & tonsura, & sit descriptus in catalogo Clericorum, qui in Synodo diœcesana obedientiam præstiterunt Ordinario, & per paucas vices in choro, & in processionibus interfuit, attentis circunstantiis gaudere debet fori priuilegio. *Sacra Cong. Conc. in alia Valentina* 18. *Martij* 1628. cuius meminit Selli. *d. cap.* 18. *nu.* 15. & Ego *d. cap.* 39. §. 2. *n.*

§.1.nu.35.refert me citato. Antonin.Diana *moral. resol p.4.tract.1.resol.2 in fine.*

3 Ascriptio alicui Ecclesiæ in ordinatis debet fieri ipsa promotione, nam postea fieri non potest. *S.Cong.Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic.p.2 c.5.num.101.*

4 Ascriptus licet nulli sit Ecclesiæ Clericus, si tamen habitu clericali incedens, & studiis incumbens, scholas frequentauerit, & diebus præcipuè festiuis, & aliis sacrificio Missæ inseruierit in aliqua Ecclesia, fori priuilegio gaudet. *Sacra Congr. Concil. die 30. Iunij* 1609. quam refero *de iure eccles. vniuers.lib.1.c.19.§.2.nu.*36. & me citato in illo loco refert etiam Torreblanca *de iure spirituali, lib.15.cap.5.num.*58.

5 Adscriptus Ecclesiæ receptitiæ si fiat miles Capellanus Hierosolym. seu alterius Militiæ, non potest prætendere fructus Ecclesiæ receptitiæ, quia reputatur Regularis. *S.Cong.Conc.die* 17. *Martij* 1619. referente Sellio *d.c.18.n.21.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopo accedenti ad Ecclesiam debet ministrari aspersorium cum aqua benedicta à prima dignitate, vel digniore Canonico.*

2 *Episcopo accedenti ad Ecclesiam Collegiatam porrigendum est aspersorium aqua benedicta à Priore eiusdem Ecclesiæ.*

3 *Archipresbytero non est porrigendum aspersorium à digniore Presbytero.*

4 *Celebrans debet facere aspersionem aqua benedicta in Dominicis diebus etiamsi sit prima dignitas.*

Aspersorium.

Collect. XLVI.

1 ASpersorium cum aqua benedicta Episcopo accedenti ad Ecclesiam debet ministrari à prima Dignitate, vel digniore Canonico. *S.Cong. Rit.in Salamantina* 16. *Iulij* 1605. *& in Sarzanen.* 12. *Mart.*1618. *& in Bononien.* 14. *Februarij* 163. Si verò præbendæ sunt distinctæ ministrandum est à primo Canonico Presbytero. *Eadem S.Cong.in Placen.* 19. *Maij* 1607. quarum meminit Selli. *in select. Canonic.c.16.n.2.*

2 Aspersorium aquæ benedictæ porrigendum est Episcopo à Priore Ecclesiæ Collegiatæ, dũ ibi accedit Episcopus, non autem à prima dignitate, vel primo Canonico Ecclesiæ Cathedralis. *S.Cong. Rit.in Camarinen.* 15. *Martij* 1608. teste Selli. *d.cap.16. num.*4.

3 Aspersorium non est porrigendum Archipresbytero à digniore Presbytero, neque alia obsequia ei sunt præstanda, quæ soli Episcopo à Canonicis præstantur. *S.Cong.Rit.in Baren.* 4. *Iulij* 1615. apud Selli. *d.c.16 nu.7.*

4 Aspersio aquæ benedictæ in Dominicis diebus fieri debet per ipsum celebrantem etiam quod sit prima, vel alia Dignitas, non obstante contraria consuetudine, quæ potius corruptela quàm consuetudo dici debet, cùm sit contra rubricas Missalis Romani, & dispositionem Cæremonialis Episcoporum lib.2. cap. 30. quæ tollit omnem contrariam consuetudinem. *Sacra Congr.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Rit.in Perusina 29. *Nouembris* 1632. penes Sellium *d. cap.16.n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Papæ assistentes in Capella quibus prærogatiuis gaudeant, ostenditur.*

2 *Episcopo assistentes debent incensari post Episcopum ante Magistratum etiamsi sit de maioribus.*

3 *Episcopo assistentes Diaconi, & Subdiaconi omnibus aliis præferuntur.*

4 *Canonici duo assistentes debent eligi ex numero Diaconorum quando Præbendæ sunt distinctæ.*

5 *Presbyter siue Archipresbyter assistens licet non sit prima Dignitas thurificandus est ante Archidiaconum tunicella paratum loco Diaconi assistentis.*

6 *Episcopum thurificare debet Presbyter assistens siue Dignitas sit, siue Canonicus.*

7 *Pacem accipiunt, & thurificantur ante Dignitates Assistentes licet minus digni ratione assistentiæ.*

8 *Canonici Assistentes superuenientibus Dignitatibus, vel Canonicis dignioribus debent discedere, & locum assistentiæ digniorem cedere dignioribus.*

9 *Munus Presbyteri Assistentis pertinet ad primam dignitatem.*

10 *Genuflectere nullo modo tenentur Dignitates & Canonici Assistentes.*

11 *Episcopo facienda est Assistentia iuxta Cæremoniale.*

12 *Canonicorum duorum assistentia semper conuenit Episcopo.*

13 *Episcopo facienda est Assistentia tam à duobus Diaconis quàm à Presbytero.*

14 *Dignitates, Canonici, vel Portionarij Episcopo solemniter celebranti assistentiam præstare tenentur, eique vestibus sacris indui debent per se ipsos inseruire.*

15 *Canonico celebranti conceditur assistentia Capellani cum Plumali, vbi adest talis consuetudo immemorialis.*

16 *Cinerum, candelarum, & palmarum in receptione non habetur ratio assistentiæ, sed quilibet debet accedere secundum prærogatiuam Ordinis.*

17 *Dignitatum duarum, vel duorum Canonicorum assistentia Episcopo loci Ordinario tantummodo conuenit.*

18 *Canonicorum duorum assistentia hinc indè facienda est à Canonicis Præbendæ subdiaconalis, & illis deficientibus à Canonicis præbendæ Diaconalis.*

19 *Canonicorum duorum assistentia per viam iuxta consuetudinem conuenit Archiepisco Granatensi.*

20 *Episcopo celebranti facienda est assistentia cum Pluuiali à prima dignitate, vel à primo Canonico in Ordine Presbyterali.*

21 *Canonicis celebrantibus assistentia præstari debet ab hebdomadariis, & beneficiatis.*

22 *Digniores & honoratiores debent assistere Episcopo.*

23 *Canonici tenentur Episcopo assistere etiam quando Ordinationem celebrat etiam extra propriam Ecclesiam.*

24 *Dignitas prima cogitur assistere Episcopo etiam sub censuris.*

25 *Episcopo Pontificaliter celebranti in Ecclesia Collegiata, vel Parochiali assistere pertinet ad dignitates & Canonicos Cathedralis, non autem Collegiata.*

26 *Impeditus assistere Episcopo celebranti, potest adesse in choro & lucrari distributiones.*

27 *Episcopus non debet admittere cum Pluuialibus clericos in minoribus Constitutos in Vesperis decantandis per aliquam ex dignitatibus Cathedralis.*

28 *Episcopo solemniter celebranti pro Presbytero quis debeat assistere, ostenditur.*

Assistentes. Assistentia. Assistere.

COLLECT. XLVII.

1 Assistentes Papæ in Capella Pontificia præferuntur cæteris in assequutione beneficiorum, nobilitantur valde, & æquiparantur ortis ex sanguine Comitum, habent facultatem testandi de bonis ecclesiasticis, exempti sunt à decimis, & si se absentant visitant limina Apostolorum per procuratorem. *Iulius III. constit. 12. incip. Romanus Pont. de anno 1551.* apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 576.* in nouiss. impress.

2 Assistentes Episcopo debent incensari post Episcopum ante Magistratum, etiamsi sit de maioribus. *S. Congr. Rit. in Patauina 12. Martij 1602.* teste Sellio *in select. Canon. c. 28. n. 2.*

3 Assistentes Episcopo Diaconi & Subdiaconi omnibus aliis præferuntur. *Sacra Congr. Rit. in Caputaquen. 18. Maij 1602.* apud Sellium *dict. cap. 28. num. 3.*

4 Assistentes duo Canonici debent eligi ex numero Diaconorum quando Præbendæ sunt distinctæ. *Sacra Cong. Rit. in Nolana 2. Maij 1603.* cuius memini *in meo tract. de Canonic. c. 33. nu. 7.*

5 Assistens Presbyter, siue Dignitas sit siue Canonicus, & non Diaconus Euangelij debet Episcopum thurificare. *S. Cong. Rit. in Placentina 19. Maij 1607.* penes Sell. *d. c. 28. n. 4.*

7 Assistens Presbyter siue Archipresbyter, licet non sit prima Dignitas thurificandus est ante Archidiaconum tunicella paratum, loco Diaconi assistentis, licet Archidiaconus sit prima Dignitas. *S. Cong. Rit.* quam citat Aldan. *in compendio Canonicarum resolut. lib. 2. tit. 22. n. 2.*

7 Assistentes licet minus digni, ratione assistentiæ ante Dignitates thurificantur, & accipiunt pacem. *Sacra Congr. Rit. in Cremon. 28. Septemb. 1602. & in Nolana 24. Maij 1603. & in Bracharen. 19. Iunij 1609.* de qua mentionem facit Sellius *d. cap. 28. num. 6.*

8 Assistentes Canonici superuenientibus Dignitatibus, vel Canonicis dignioribus debent discedere, & locum assistentiæ digniorem cedere dignioribus secundum consuetudinem & visum capellæ Papalis. *S. Cong. Rit. in Aston. 18. Nouembris 1606. & in Ferrarien. 20. Iunij 1609.* quam refert Aldan. *d. tit. 22. n. 11.*

9 Assistentis Presbyteri munus pertinet ad primam Dignitatem. *S. Congr. Rit. in Terdonen. 9. Maij 1606.* de qua Sell. *d. c. 28. n. 9.*

10 Assistentes Dignitates & Canonici, vel aliquo modo Episcopo solemniter celebranti inseruientes, nullo modo tenentur genuflectere. *Sacra Congr. Rit. in Monopolitana 15. Decembris 1612.* cuius memini in *dict. tract. de Canonicis & Dignit. cap. 33. num. 30*

11 Assistentia Episcopo facienda est iuxta Cæremoniale *S. Congr. Rit. in Legionen. 1. Iunij 1601.* teste Sellio *d. c. 28. n. 10.*

12 Assistentia duorum Canonicorum semper conuenit Episcopo siue celebret, siue diuinis officiis assistat, & etiam dum vadit ad Ecclesiam. *S. Congr. Rit. in Granaten. 20. Maij 1601.* penes Aldan *d. tit. 22. num. 12.*

13 Assistentia Episcopo facienda est tam à duobus Diaconis, quam à Presbytero assistente, vt dicitur in Cæremoniali Episcoporum. *Sacra Congr. Rit. in Melphiten. 30. Augusti 1602.* apud Aldan. *d. tit. 22. num. 13.*

14 Assistentiam Episcopo solemniter celebranti & Pontificalia exercenti præstare debent Dignitates, Canonici, vel Portionarij, eique vestibus sacris induti inseruire tenentur per se ipsos. si verò quis sit legitimè impeditus; alius eiusdem Ordinis & gradus respectiuè, non autem inferioris deputare poterit *S. Cong. Rit. in Abulen. 18. Martij 1602.* referente Sellio *d. c. 28. n. 12.*

15 Assistentia Capellani cum Pluuiali conceditur Canonico celebranti, vbi talis adest consuetudo immemorialis. *Sacra Congr. Rit. in Mantuana 19. Iulij 1604.* quam citat Aldan. *dict. titul. 22. num. 14.*

16 Assistentiæ ratio non habetur in receptione cinerum, candelarum, & palmarum, sed quilibet debet accedere secundum prærogatiuam Ordinis. *Eadem S. Cong. Rit. in Nolana 24. Maij 1603.* teste Aldano *d. tit. 22. n. 15.*

17 Assistentia duarum Dignitatum, vel duorum Canonicorum Episcopo loci Ordinario tantummodo conuenit. *S. Cong. Rit. in Cæsaraugustana 9. Maij 1606.* de qua Aldan *d. tit. 22. n. 17.*

18 Assistentia duorum Canonicorum hinc inde facienda est à Canonicis præbendæ Diaconalis, illis deficientibus à Canonicis Præbendæ Subdiaconalis, & etiam illis deficientibus ab vltimis Canonicis Presbyteris. *Eadem Sacra Congr. Rit. in Saonen. 17. Iulij 1606.* apud Sell. *d. cap. 28. num. 14.*

19 Assistentia duorum Canonicorum per viam iuxta consuetudinem Ecclesiæ Granaten. & etiam dum celebrat, vel diuinis officiis assistit iuxta dispositionem libri Cæremonialis, Archiepiscopo conuenire declaratur, tam absente quàm præsente Regio Magistratu. *Sacra Congr. Rit. in Granat. 10. Maij 1608. & 24. Nouembris 1609.* quarum meminit Sell. *d. c. 28. n. 15.*

20 Assistentia cum Pluuiali Episcopo celebranti facienda est à prima dignitate, vel à primo Canonico in ordine Presbyterali constituto, quocunque nomine appelletur, siue Archidiaconus, siue Archipresbyter, siue Decanus. *Eadem S. Congr. Rit. in Vercellen. 7. Augusti 1610.* penes Sellium *d. c. 28. n. 16.*

21 Assistentia debet præstari ab hebdomadariis, & beneficiatis, Canonicis celebrantibus iuxta statutum Ecclesiæ. *Eadem S. Congr. Rit. in Auenionen. 24. Martij 612.* de qua Aldan. *d. tit. 22. n. 24.*

22 Assistere Episcopo debent digniores, & honoratiores. *Eadem S. Congr. Rit. in Calaguritana Iulij 1601.* cuius memini *in d. meo tract. de Canon. cap. 33. num. 2.*

23 Assistere Episcopo Canonici tenentur etiam quando ordinationem celebrat extra propriam Ecclesiam

Ecclesiam, dummodo numerus sufficiens Canonicorum, & Ministrorum in Ecclesia remaneat. *Eadem S.Cong Rit.in Elboren 7. Iunij 1612.* quam citatus *in d tract. de Canon.c.33.n 8.*

24 Assistere Episcopo cogitur prima dignitas, etiam sub censuris. *Eadem Sacra Cong. Rit. in Calaguritana 11. Decembris* 1600. teste Sellio *dict. cap. 28. num.21.*

25 Assistere Episcopo Pontificaliter celebranti etiam in Ecclesia Collegiata, vel Parochiali, pertinet ad Dignitates, & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ spectant, non autem ad Canonicos Collegiatæ vel Presbyteros Parochialis, etiamsi numerus alioquin sufficiens sit Presbyterorum. *Eadem S.Cong Rit.in Calaguritana 1. Iulij 1601. & in Bononien. 26. Aprilis 1602. & in Brundusina 15. Iulij 1617. & in Iserinen. 2 Augusti 1631.* quarum memini *d. tract.de Canon.c.33 n.11.*

26 Assistere Episcopo celebrari impeditus qui fuerit prima Dignitas in Cathedrali, licet adesse in choro & lucrari potest distributiones, dummodo impedimentum sit euidens; & notorium, omni prorsus fraude cessante. *Eadem S.Cong Rit.* referente Eminentissimo D.meo Card. Muto, *in Saonen. 14. Aprilis 1627.* refert nouissime Iul Bunsadin. *in thesauro eccles decis. resol.8.n.21.*

27 Assistere cum Pluualibus non conuenit, vt Episcopus admittat Clericos in Minoribus constitutos stante penuria Sacerdotum in Vesperis decantandis per aliquam ex Dignitatibus Cathedralis etiam in solemnioribus anni festiuitatibus. *Eadem S Cong. Rit.in Casertana 18. Septembris 1632.* cuius memini *in d.tract.de Canon.c.33.n.7.*

28 Assistere Episcopo solemniter celebranti debet pro Presbytero Assistente, quando Præbendæ sunt distinctæ in Presbyterales, & Diaconales, dignior de Capitulo quocunque nomine nuncupetur, dummodo sit in Sacerdotio constitutus. Episcopo verò non celebranti, sed diuinis tantùm præsenti pro Presbytero assistente inseruire debet dignior Canonicus post Dignitates. Sed quando Præbendæ non sunt distinctæ in Presbyterales, & Diaconales, tunc Episcopo siue solemniter celebret, siue diuinis tantùm præsens sit, pro Presbytero assidere, & inseruire debet dignior de Capitulo, iuxta dispositionem *Cæremon. lib.1.cap.7. & 8. Eadem Sacra Congr. Rit. in Monopolitana 15. Decembris 1632.* cuius memini, *in d. tract. de Canon. cap. 33. num. 5.*

Plura vide infra in verbo *Canonici assistentes Episcopo collect.*100.

Associatio, vide infra in verbo *Canonici associantes Episcopum,* &c. *collect.*99.

Associatio an debeatur Abbatibus? Vide supra *in verbo Abbas collect.1.nu.12.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Astrologia agentes.*

2 *Astrologia iudiciaria, & disciplinarum diuinatoriarum studium perniciosissimum in Ecclesia Dei.*

3 *Ordinarij punire possunt artem Astrologia profitentes, praterquam circa artem Medicam, nauigationem, & agriculturam.*

4 *Inquisitores punire possunt Astrologia iudiciaria,* Barbos. Apost. Decis Sum. *& nigromantia libros retinentes, aut legentes.*

5 *Bulla Sixti V. contra Astrologos obligat in vtroque foro.*

6 *Astrologi iudiciarij, qui de statu Reip. Christianæ, vel Sedis Apost. seu vita Romani Pont. aut eius consanguineorum iudicia faciunt, quas pœnas incurrant.*

Astrologia.

COLLECT. XLVIII.

1 DE Astrologia Georgius Valla, Ioachimus Fortius, Aurelius Marinatus Ital. Ioannes Paulus Galutius, Antonius Miraldus, Guido Bonatus, Georg. Cumelius, Ioannes Elszenis, Ioannes Ganiuetus, Hieron. Vicolfitius, Ioannes Franciscus Opsusius, Ioannes Serzerus, Ioannes Stufnerus, Ioannes Pontanus, Valentinus Engelhaldus, Ioannes Picus Mirandulanus, Bartholomæus Vespurius, Gabriel Pirouanus, Henricus Ranzouins de Astrologici studij dignitate, Ioannes Iouianus, Iodochus Lorichius *in thesauro nouo Theologico,* Petr. Cresperius *in sum. Cathol. Fides sub hoc verbo,* Bartholom. Valent. *en el repertorio del Mundo, lib.2. cap de Astrologia.* Bened. Pereira *de Magia lib.3 cap.12. cum seqq.* Azor. *instit. moral.p.1. lib.9.cap.13.* Less. *de iustit.lib 2 cap 45.dub.6.* Suar. *de Relig.lib.2.de superstit. c.11.à n.8* Sanchez *in præcepta Decalogi,tom.1.lib.2.cap. 38 num.27. cum seqq* Ego *de officio, & potestate Episcopi part.3.alleg.51 n.151.cum seq.*

2 Astrologiæ iudiciariæ, & disciplinarum diuinatoriarum studium perniciosissimum in Ecclesia Dei:
3 Illud profitentes præterquam circa artem Medicam, nauigationem, & agriculturam, aliqua de futuris contingentibus vaticinari præsumentes ab
4 Ordinariis puniuntur. Et huiusmodi Astrologiæ Iudiciariæ libros, sicut & Geometriæ, Chiromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Gidantiæ, & Negromantiæ secum retinentes, ac legentes ab Inquisitoribus contra hæreticam prauitatem puniri possunt. *Sixtus V. constit.* 17. *incip. Cæli & terra, Nonis Ianuarij* 1585. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag* 510. aliàs *pag.* 388. in nouiss. impress. cuius meminerunt Nald. *verbo Astrologus, num.* 3. Quarant. *in sum. Bullarij. verbo Astrologia,* Lauret. de Franchis *de controu. inter Episcopos, & Regular. pag.*22. Ioann. Anton. Nouar. *in summ. Bullarum tit. de Astrologia iudic.* Ego ipse *d. alleg.* 51. *num.* 154. Scortia *in selectas Bullas epitom.*140.

5 Dubium est an hæc Bulla Sixti V. obliget in vtroque foro? Illam latam esse pro foro exteriori, non autem in foro conscientiæ obligare existimarunt Suar. *tom.* 1. *de Relig. tract. de irreligios. cap.* 11. *num.* 34. Molfes. *in Theolog. moral. tract.* 11. *c.* 27. *n.* 210. Nald. *in sum. verbo Astrologus num.* 4. Sed in vtroque foro locum habere melius resoluunt Ioan. de Salas *t.* 2. *tract.* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. *n.* 36. Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 34. Homobon. de Bonis *de examine eccles. tract.* 6. *quæst* 22. *vers.* 4. Filliuc. *in quæst. moralib. tract.* 14. *cap.* 4. *punct.* 3. *num.*84. *ad fin.* Bonacin. *de censur. extra Bullam disput.* 2. *quæst* 2. *punct.*38. *num.*3. Farin. *de hæresi quæst.*181. §.1. *sub num* 59. Lauret. de Franchis *in var. quæst. resp.*2. *pag.*14.

6 Astrologi Iudiciarij, qui de statu Reipubl. Christianæ, vel Sedis Apost. seu vita Romani Pont. aut eius consanguineorum iudicia faciunt, seu

facta imposterum penes se retinent, vel alicui ostendant, aut verbis tractant, incurrunt pœnas nedum excommunicationis maioris latæ sententiæ, sed etiam vt læsæ Maiestatis Rei vltimi supplicij, ac confiscationis omnium bonorum suorum, & priuationis beneficiorum, si Clerici fuerint. *Vrbanus VIII. constit.* 8 *aliàs* 113. incip. *Inscrutabilis, Kalend. Aprilis.* 1631. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario, tom.* 4. *pag.* 118. & apud Laurei. de Franchis *vbi supra p.* 27. *cum seqq.* & illius memini *d. alleg.* 51. *num.* 134. *in fine.*

B. Atto.

Collect. XLIX.

Beati Attonis Pontificis, & Confess. Officium, & Missa pro Diœcesi Pistorien. & vniuersa Congregatione Vallisumbrosæ conceditur à *Sacra Congr. Rit. in Pistorien. pro B. Attone* 11. *Decembris* 1604. Et pro ciuitate & diœcesi Pacen. *Eadem S. Cong. in Pacen.* 1. *&* 3. *Martij* 1614. quarum meminit Aldan. *in compend. Canonicarum resolut. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Officium Auditorum Rotæ vacat per promotionem ad Ecclesias Cathedrales.*

2 *Auditores Rotæ quibus fruantur praeminentiis, & priuilegiis, ostenditur.*

3 *Referendariorum priuilegiis, & gratiis gaudent auditores Rotæ, & exemptione à gabella vini.*

4 *Causa Auditorum Rotæ, eorumque familiarium, consanguineorum, & affinium vsque ad secundum gradum in Rota non tractantur.*

5 *Decanatus Auditorum Rotæ Romanæ spectat ad Auditorem tempore vacationis in Curia præsentem, aut ex causa publica absentem.*

6 *Auditor Cameræ quarum causarum cognitionem habeat, ostenditur.*

7 *Citare potest in partibus in prima instantia Auditor Cameræ.*

8 *Auditor Confidentiarum de quibus causis cognoscere valeat, ostenditur.*

9 *Canonicus Auditor Episcopi in congregationibus, quæ fiunt coram Episcopo, vel eius Vicario, debet sedere in loco suæ receptionis.*

Auditor.

Collect. L.

1 Auditorum Rotæ Romanæ Officium vacat per promotionem ad Ecclesias Cathedrales. *Innocentius VIII. constit.* 6. incip. *Circumspecta* 10. *Kalend. Septemb.* 1485. apud Laert. Cherubin *in Bullario tom.* 1. *pag.* 378. aliàs *pag.* 335. in nouiss. impress.

2 Auditores Rotæ Romanæ, & eorum locum tenentes habent facultatem recitandi Horas Canonicas, etiam postpositis Horis, Missam ante diem celebrandi, Stationes Vrbis propriam visitando capellam consequendi, carnibus etiam diebus prohibitis de consilio vtriusque medici vescendi, litterarum Apost. expeditionem gratis habendi. Qui etiam obtinent exemptionem à legatorum, Ordinariorum, & aliorum superioritate, & à decimis, pedagiis, gabellis, & aliis oneribus, & his priuilegiis non censetur derogatum etiam per litteras Apost. habentes clausulam quod tenores & formæ illarum habeantur pro expressis. Et quod non comprehendantur Auditores, aut locumtenentes nisi eorum nomina, & cognomina in eis expressa fuerint. *Clemens VII. constit.* 13. incip. *Conuenit æquitati Non. Augusti* 1525. apud Laert. Cherubin. *in Bullar. tom.* 1. *pag.* 577. aliàs *pag.* 485. in nouiss. impress.

3 Auditores Rotæ gaudent omnibus priuilegiis & gratiis Referendariorum, potiunturque exemptione à gabella vini. *Paulus III. constit.* 12. incip. *Romani* 13. *Augusti* 1537. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 634. alias *pag.* 525.

4 Auditorum Rotæ Romanæ, eorumque familiarium, necnon consanguineorum, & affinium vsque ad secundum gradum causæ in Rota non tractantur. *Pius V. constit.* 44. incip. *In throno* 6. *Kalend. Ianuar.* 1561. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 58. aliàs *pag.* 44. in nouiss. impress.

5 Auditorum Rotæ Romanæ Decanatus cum omnimoda præcedentia spectat ad Auditorem tempore vacationis in Curia præsentem, aut ex causa publica absentem. Idem *Pius IV. constit.* 61. incip. *Dudum* 6. *Kalend. Augusti* 1562. apud Laert. Cherubin. *d. tom.* 2. *pag.* 89. aliàs *pag.* 67. in nouiss. impress.

6 Auditor Cameræ est Iudex competens causarum quorumcunque Prælatorum, Officialium Curiæ, Oratorum, Curialium, Notariorum Cameræ, & familiarium eorumdem, & campsorum mercatorum, & pensionum, quamuis solutio alibi facienda esset, & executor omnium litterarum Apostol. solus ac priuatiuè, vbi alij verò deputari cumulatiuè: remissorias & compulsoriales dat, monitoria ad partes decernit, censuras promulgat, & alia facit, ac solus est cognoscere de causis, & litibus ortis vigore obligationis Cameralis. *Pius IV. constit.* 33. incip. *Ad eximiæ Kalend. Maij* 1561. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 47. Paulus *V. constit.* 25. incip. *Eximiæ* 17. *Kalend. Octobris* 1606. apud eundem Laert. Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 212. aliàs 156.

7 Auditor Cameræ potest in partibus citare in prima instantia non obstante decreto *Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 10. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Pistorien.* 18. *Aprilis* 1595. teste Sellio *in select. Canon. cap.* 72. *n.* 20 de qua materia latè egi *in praxi exigendi pensiones. cap.*

8 Auditor Confidentiarum est Iudex causarum confidentialium simoniæ, & cum eis connexitatem habentium, verus commensalis, & familiaris Papæ, & est Iudex competens etiam respectu quorumcunque Prælatorum, & Cardinalium, & causarum inducentium aliquam pactionem simoniacam tam mouendarum in Vrbe quàm deuoluendarum ex toto Orbe. Procedit summariè, & omissis terminis substantialibus, qui seruantur de stylo Palatij, & procedit ex mero officio ad procuratoris fiscalis denunciationem, & partium accusationem contra simoniacos. *Sixtus V. constit.* 47. incip. *Diuina Kalend. Nouemb.* 1586. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 516. Præcedit vtriusque Signaturæ Referendariis. *Sacra Cong. Rit. sub die* 6. *Decembris* 1611. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 15.

9 Auditor

9 Auditor Episcopi Canonicus in congregationibus, quæ fiunt coram Episcopo, vel eius Vicario debet sedere in loco suæ receptionis. & non super alios Canonicos præsentes. *Eadem Sacra Cong. Rit. in Beneuentana 29. Ianuarij* 1605. quam refert Aldan. *d. lib. 3. tit. 4. num.* 18.

Auxiliorum diuinorum materia.

Collect. LI.

1 OMnibus & singulis cuiusuis Religionis, Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, Regularibus, & alijs quibuscunque tam ecclesiasticis, quam secularibus personis, cuiuscunque status, conditionis, &c. præcipitur ne in posterum audeant imprimere, vel quoquo modo in lucem edere libros, tractatus, vel compositiones ex professo, vel incidenter, aut prætextu commentandi Sanctum Thomam, vel quemlibet alium Doctorem, aut alia quauis occasione, prætextu, vel modo de materia auxiliorum diuinorum tractantis sine expressa & speciali licentia a Sanctitate sua in Congregatione Sancti Officij obtinenda, donec aliud in hac materia à dicta sancta Sede Apost. fuerit Ordinatum; sub pœna amissionis vocis actiuæ, & passiuæ, ac facultatis concionandi, publicè docendi, ac legendi, & quod eo ipso libri prohibiti censeantur absque alia declaratione. *S. Cong. S. R. & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. coram S. D. N. Vrbano Papa V I I I. ac eminentissimis Cardinalibus in vniuersa Christiana Rep. Inquisitoribus Generalibus à sancta Sede Apost. specialiter deputatis die* 22. *Maij* 1625. Referunt Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit. 2. Iulij II. num.* 20. & Lezana *in sum. quæst. Regular. tom. 1. cap. 10. num.* 24.

SVMMARIVM.

1 *Correlatiua sunt Baculi, & Mitra vsus.*
2 *Suffraganeus Episcopus non debet vti Baculo Pastorali quando solemniter celebrat.*
3 *Abbati Sanctæ Luciæ in plano Melatij conceditur Baculi, & Mitra vsus.*
4 *Abbas in processionibus prohibetur vti Baculo & Mitra extra suum monasterium.*
5 *Baculus argenteus, vel aureus potest à quocunque pro suo libitu deferri.*

Baculus.

Collect. LII.

1 BAculi & Mitræ vsus sunt correlatiua, & cui vnum conceditur, alterum etiam concedendum videtur. *Sacra Cong Rit in Treueren* 8. *Ianuarij* 1605. *& in Argentina* 7. *Octobris* 1606. testibus Lezana *in sum. quæst. Regular. tom. 3. verbo Baculus num.* 2. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. sub eod. verbo*, metipso *de iure ecclesiast. vniuersal. lib. 3. cap. 2. num* 27.

2 Baculo pastorali vti non debet Episcopus Suffraganeus quando solemniter celebrat, sicut vtitur Episcopus proprius, nisi in Ordinationibus, & alijs similibus necessarijs. *Sacra Cong. Rit. in Bracharen. 1. Septembris* 1607. cuius meminit me citato Lezana *quæst. Regul. tom. 3. verbo Baculus num.* 6.

3 Baculi, & Mitræ vsus cum alijs prærogatiuis conceditur Abbati sanctæ Luciæ in plano Melatij Regni Siciliæ, capellano Regio, & Referendario Apostolico. *Sacra Rit. Cong. in Nullius sancta Lucia in plano Melatij* 18. *februarij* 1617. teste Sellio *in selectis Canon. cap. 2. num.* 9. Et Concessus Primati Nanciẽ. in dominio Lotharingiæ declaratur habere locum in Ecclesijs dicti dominij in præsentia Ducis sine præiudicio iurium Episcopalium *S. Congr. Rit. in Nancien. 6. Decembris* 1608. referente Sellio *d. cap. 2. num* 15.

4 Baculo, & Mitra in processionibus extra suum monasterium Abbas vti prohibetur, nec ante se deferri facere facultatem habet. *Sacra Cong. Rit. in Eugubina* 17. *Iulij* 1604. *& in Cameracen* 6. *Decembris* 1631. apud Gauant. *in manuali Episcop. verbo Abbas num.* 9.

5 Baculus argenteus, vel aureus potest à quocunque pro suo libitu deferri, cum non sit proprius dignitatis, non autem ea, quæ ex indultu particulari concedi solent. *Sacra Cong. Rit. in Nouarien.* 19. *Maij* 1614. cuius meminit Ioannes Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Baculus num.* 2. & me citato Lezana *in sum. quæst. Regul. tom 3. sub eod verbo num.* 1.

De Baculo Gauant. *in rub. Missalis p. 2. tit. 1. vers. Baculus.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopis Pontificalia exercentibus licet erigere Baldachinum in Ecclesijs Regularium.*
2 *Sponsi & sponsa pro benedictione non est parandum baldachinum.*
3 *Hasta baldachini in Ecclesia deferenda sunt.*
4 *Baldachinum à proprijs personis non autem à substitutis deferendum est.*
5 *Dominus loci erigere non potest baldachinum in Ecclesia.*
6 *Vicarius Episcopi eo absente non potest erigere baldachinum in Ecclesijs Regularium.*
7 *Cælestinis Abbatibus quomodo vti liceat baldachino.*
8 *Cassinensis Congregationis Abbatibus Baldachini vsus permittitur.*
9 *Oliuetani Abbates baldachino sine auro, & pompa vti possunt.*
10 *Camaldulensis Congregationis Abbatibus vsus baldachini conceditur.*
11 *Canonicorum Regularium Lateranensium Prælatis conceditur vsus Baldachini.*

Baldachinum.

Collect. LIII.

1 BAldachinum erigere licet Episcopis Pontificalia exercentibus in Ecclesijs Regularium, & contradicentes censuris, & pœnis cogere. *Sacra Congr. Episcopor. & Regularium sub die* 10. *Iulij* 1603. quam referunt Quarant. *in summ. Bullarij verbo priuilegia Regular.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 3.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit. 26. Leonis X. n.* 45. Lauret. de Franchis *in controuers. inter Episcopos & Regul. pag.* 92. *& seqq.* Ioan. Baptista Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 1. cap. 12. n. 3. & tom. 3. verbo Baldachinum num.* 3. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. eodem verbo num.* 8. Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 8. num.* 16. quem refero *in collect. ad Trident. sess. 6. de reform. cap. 5. num.* 25.

2 Baldachinum non eſt parandum pro benedictione ſponſi & ſponſæ. *Sacra Congr. Rit. in Neritonen.* 25. *Februarij* 1606. teſte Sellio *in ſelectu Canonic. cap.* 5. *num.* 4.

3 Baldachini haſtæ in Eccleſia deferendæ ſunt, vt dicitur in libro Cæremonialis Epiſcoporum. *Sacra Congr. Rit. in Melfiten.* 30. *Augusti* 1602. penes Sellium *d. cap.* 5. *num* 19.

4 Baldachinum à propriis perſonis, quibus de iure, conſuetudine, vel priuilegio competit, non autem ab eorum ſubſtitutis deferendum eſt. *Sacra Cong. Rit. in Mõtis Pelluſij* 5. *Iulij* 1603. de qua mentionem faciunt Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Baldachinum num.* 3. Lezana *d. tom.* 3. *ſub eodem verbo num.* 6.

5 Baldachinum in Eccleſia loci Domina erigere non poteſt, & Epiſcopus omnibus ſacrorum Canonum remediis baldachinum omnino remouere facere debere. *Sacra Cong. Epiſcop. & Regul. in Bonon.* 12. *Ianuarij* 1618. apud Gauant. *in man. Epiſcopor. verbo Baldachinum num.* 6. Lezana *d. tom.* 3. *ſub eod. verbo num.* 7.

6 Baldachinum non poteſt erigi à Vicario Epiſcopi, ipſo Epiſcopo abſente in Eccleſiis monaſteriorum Congregationis Caſſinen. inuitis Monachis. *Sacra Cong. Rit. in Caſſinen.* 10. *Iulij* 1621. penes Ioann. Mariam Nouar. *d. verbo baldachinum num.* 7.

7 Baldachino, ſine auro tamen & pompa vti licet Abbatibus Cæleſtinis in tribus tantum anni feſtiuitatibus ſolemniter celebrantibus, necnon aſſiſtentia vnius Presbyteri & duorum Diaconorum, ac aliorum ſex ad ſummum Monachorum ſacris veſtibus coloris ſolemnitati reſpectiuè conuenientia indutorum, duorum nempe cum Pluuialibus, duorum cum Planetis, & aliorum duorum cum Tunicellis vltra Diaconum, & Subdiaconum, qui in Miſſa cantaturi ſunt Euangelium & Epiſtolam, dummodo iidem Abbates nullo modo teneant ſedem Abbatialem fixam & permanentem prope Altare, vt ſedes Epiſcopalis retineri ſolet, ſed eorum ſedes retineatur in Eccleſia iis tantùm diebus, quibus ſolemniter vt ſupra celebrari debet, & dicti ſex Monachi vt ſupra parati non in ſedibus choralibus, ſed ſuper ſcabellis ſedeant in ſitu congruo, iuxta Eccleſiarum conuenientem ſitum. *Vrbanus VIII. ſua conſtit* incip. *Exponi nobis* 26. *Septembris* 1629. apud Angel. Mariam Cherub. *in appendice tomi* 4. *Bullarij pag.* 11. & illius meminit Lezana *d. tom.* 3. *verbo Baldachinum num.* 5.

8 Baldachini vſus permittitur Abbatibus Congregationis Caſſinenſ. in tribus ad ſummum feſtiuitatibus anni, quibus ſolemniter celebrant iuxta conſuetudinem, modeſtè, ſine pompa, & auro. *Sacra Cong. Rit. in Caſſinen.* 18. *Martij* 1618. *Vrbanus VIII. conſtit.* 101. incip. *Exponi* 11. *Iulij* 1629. de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Baldachinum num.* 3. Latius ſuprà *collect.* 3 *num.* 3.

9 Baldachino ſine auro, & pompa vti poſſunt Abbates Oliuetani ſolemniter in tribus tantum anni feſtiuitatibus celebrantes. *Vrbanus VIII. conſtit.* 97. incipien. *Exponit nobis* 4. *Aprilis* 1629. de qua Ioan. Maria Nouar. *vbi ſupra num.* 3. Ego *in collect. ad Trid. ſeſſ.* 6. *de reform. cap.* 5. *num* 24.

10 Baldachini vſus eodem ferè modo permittitur Abbatibus Congregationis Camaldulen. *Sacra Cong. Rit. in Camaldulen. baldachini* 21. *Augusti* 1632. cuius memini *de Epiſcopo p.* 3. *alleg.* 80. *in fine.* ſup. *collect.* 3. *num.* 10 *Vrbanus VIII. conſtit.* 14. *aliàs* 124. *in appendice Bullarij noui* apud Angel. Mariam Cherubin. de qua meminerunt Ioan. Maria Nouar. *vbi ſupra,* & Lezana *d. tom.* 3. *verbo baldachinum num.* 5.

11 Baldachini vſus eodem ferè modo, & cum iiſdem clauſulis conceditur Prælatis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranen. habentibus vſum Mitræ, & Baculi quando ſolemniter celebrant in eorum propriis Eccleſiis. *Sacra Cong. Rit.* 15. *Ianuarij* 1633. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in fine, in decretis nouiſſ. ſacra Congreg. decreto* 8. *pag.* 566.

SVMMARIVM.

1 *Pueris Baptiſmus quamprimum commodè fieri poteſt, conferri debet.*

2 *Baptiſmus, vbi adeſt periculum mortis, per laicum, per fœminam, imò per paganum, vel hæreticum conferri poteſt.*

3 *Sclaui baptizati ſi ad Conſeruatores almæ Vrbis pro libertate confugiant, libertatem conſequuntur.*

4 *Eccleſiam baptiſmalem obtinens quando ad reſidentiam teneatur.*

Baptiſmus.

COLLECT. LIV.

1 BAptiſmus non eſt differendus in pueris, ob periculum mortis, ſed quamprimum commodè fieri poteſt, conferri debet, quia eripit à Diaboli poteſtate, & filios Dei facit adoptiuos. *Eugenius IV. conſtit.* 23. incip. *Cantate, pridie Non. Februarij* 1441. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 291. aliàs *pag.* 273. in nouiſſ. impreſſ.

2 Baptiſmus, ſi mortis periculum immineat, per laicum, & mulierem in forma Eccleſiæ, ſi deſit Sacerdos poteſt conferri, immo etiam per paganum & hæreticum, dummodo intendant facere id, quod facit Eccleſia, cuius effectus eſt remiſſio omnis culpæ originalis, & actualis, ac etiam pœnæ, quæ pro ipſa debetur. *Eugenius IV. conſtit.* 29. incip. *Exultate* 10. *Kalend. Decembris* 1439. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 186. aliàs *pag.* 268. in nouiſſ. impreſſ.

3 Baptizati ſclaui ſi ad Conſeruatores almæ Vrbis pro libertate conſequenda confugiant, libertatem conſequuntur, ciueſque Romani efficiuntur. *Pius V. conſtit.* 17. incip. *Dignam* 5. *Id. Septembris* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 196. aliàs *pag.* 148. in nouiſſ. impreſſ.

4 Baptiſmalem Eccleſiam obtinens, cui incumbit ſolum cura baptizandi omnes infantes oppidi, & exiſtentes ſub cura Archipresbyteri, tenetur ad reſidentiam ad minus tanquam coadiutor Parochialis Eccleſiæ etiamſi in Eccleſia Archipresbyter præter baptiſmum cætera Sacramenta adminiſtret. *Sacra Cong. Conc.* teſte Nicolao Garc. *de beneſic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 167.

Barettinum.

COLLECT. LV.

1 BAretino in capite impoſito celebrare & Miſſam dicere nullus poteſt ſine ſummi Pont. licentia, nec ſufficit Epiſcopi facultas. *Sacra Cong. Concil.* 16. *Februarij* 1619. quam adducit Sellius *in ſelect.*

stelect. Canon. cap. 18. n. 27. quem refero *de Parocho cap. 11. num. 36 Eadem Sacra Congr. Rit. 31. Ianuar. & 24. Aprilis 1626.* penes Gauant. *in rub. Missalis p. 2. tit. 2. sub num. 2. lit.* F. Vide infra verbo *Pileolus collect. 574.*

SVMMARIVM.

1 *Loci priuilegio gaudet Baricellus Episcopi.*
2 *Iudex saecularis non potest carcerare baricellum Episcopi.*
3 *Syndicatum in Curia Episcopali subire tenetur Baricellus Episcopi.*

Baricellus.

Collect. LVI.

1 Baricellus Curiae Episcopalis cum sit de armata Episcopi familia, fori priuilegio gaudet. *Sacra Cong. Episcoporum & Regul. in Sorana 25. Aprilis 1614.* quam refert Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 2. tit. 15. n. 18.*

2 Baricellus, cum de familia armata Episcopi existat, non potest, nec de Iure debet per Iudicem laicum carcerari. *Eadem Sacra Cong. in dicta Sorana,* teste Aldano *d. lib. 2. tit. 15. num. 19.*

3 Baricellus Episcopi in Curia Episcopali syndicari potest, ideóque cum officium exercere incoeperit, cautionem in eodem Tribunali praestare tenetur. *Eadem Sacra Cong. in ciuitatis Castelli 14. Aprilis. 1615. in resp. ad quartum,* cuius meminit *d. tit. 15. num. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Damna spoliatis resarcire tenentur Barones, & Vniuersitates status ecclesiastici non custodientes vias & territoria à bannitis.*
2 *Rebellionis crimen incurrunt Barones, qui caualcatas faciunt.*
3 *Bannimenta & edicta circa annonam non possunt facere Barones in Statu ecclesiastico.*
4 *Regalia Baronum defunctorum debentur Episcopo in cuius dioecesi est baronia.*
5 *Dominus loci thurificandus est iuxta solitum post Clerum.*
6 *Dominus loci in Ecclesia Parochiali, vbi non adsunt Canonici, thurificandus est post celebrantem, ministros paratos, & Archipresbyterum.*
7 *Baldachini hastam qui de consuetudine deferre solet, id per se ipsum, & non per substitutum facere debet.*

Baro.

Collect. LVII.

1 Barones in Vniuersitate Status ecclesiastici nō custodientes vias, & territoria à bannitis, tenentur resarcire damna spoliatis. *Pius V. constit. 10.* Incip. *Ex superna 3. Non. Iulij 1566.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 143.* In nouiss. impress.

2 Barones, & quicunque domicelli, qui armatorum manus colligunt, aut caualcatas faciunt, certis exceptis casibus, crimen laesae maiestatis, & rebellionis incurrunt. *Sixtus V. constit. 75.* incip. *Dum pro 11. Kalend. Martij 1588.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 617.*

3 Barones in Statu ecclesiastico non possunt impedire subditos, & vassallos quominus aliorum agros colant, & conducant, nec possunt facere bannimenta, & edicta circa annonam. *Clemens VIII. constit. 72.* incip. *Inter 4. Decembris 1600.* apud Laert. Cherub. *tom 3. pag. 102.*

4 Baronum defunctorum regalia consistentia in lecto, equo, pileo, ense, annulo, calcaribus, & ocreis, debentur Episcopo, in cuius dioecesi est baronia, non autem Episcopo in cuius ciuitate Baro decessit. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Hydruntina* teste Iulio Lauorio *var. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 3. num. 204.* quem refero *de officio, & potestate Episcopi p. 3. alleg. 85. sub num. 32.*

5 Baro Dominus loci iuxta solitum thurificandus est post Clerum. *Sacra Cong. Rit. in sancta Agatha 17. Nouembris 1617.* quam refert Sellius *in selectis Canonicis cap. 4. num 43.*

6 Baro Dominus in Ecclesia Parochiali, vbi non sunt Canonici, thurificandus est post celebrantem, ministros paratos, & Archipresbyterum. *Sacra Congr. Rit. in Bisignanen. 27. Septembris 1608.* penes Sellium *d. cap. 4. num. 45.*

7 Baro siue alius, qui de consuetudine solet deferre hastam baldachini, id per se ipsum, non autem per substitutum facere debet. Vide supra *collect. 53. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Andreae Auellini ex Clericis Regul. Theatinis beatificatio.*
2 *Caietani Thinei ex eisdem Clericis Regul. beatificatio.*
3 *Felicis de Cantalicio Cappucini beatificatio.*
4 *Francisci Borgia Societatis IESV beatificatio.*
5 *Iacobi de Marchia S. Francisci de Obseruantia beatificatio.*
6 *Ioannis Dei, fundatoris Congregationis huius nominis, beatificatio.*
7 *Ludouici Bertrandi ex Ordine Praedicatorum beatificatio.*
8 *Martyrum 23. ex ordine Minorum discalceatorum prouinciae Philippinarum beatificatio.*
9 *Martyrum trium è Societate IESV beatificatio.*
10 *Mariae Magdalenae de Pazzis Monialis Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo beatificatio.*
11 *Petri de Alcantara Aucloris Obseruantiae beatificatio.*
12 *Paschalis Baylon ex Ordine discalceatorum S. Francisci beatificatio.*
13 *Philippi Benitij Ordinis seruorum beatificatio.*
14 *Thomae à Villanoua Ordinis Eremitarum sancti Augustini beatificatio.*

Beatificatio eorum, praecipuè de quorum canonizatione nunc agitur.

Collect. LVIII.

1 Beatificatio Andreae Auellini Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum, cum concessione pro clericis eiusdem Congregationis vbique existentibus, quotannis

in die sui obitus Missam, & Officium de communi Confessoris non Pontificis celebrandi. *Vrbanus VIII. constit.* 42. Incip. *in Sede*, 10. *Iunij* 1625. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullario nouo tom.* 4. *pag.* 58. in nouiss. impress.

2 Beatificatio CAIETANI THINAEI Clericorum Regularium Theatinorum fundatoris, cum indultu celebrandi Missam, & officium recitandi de communi Confessoris non Pontif. ab omnibus Clericis Regularibus Theatinis vbique existentibus in die eius obitus iuxta Breuiarii & Missalis Romani rubricas, etiam per Sacerdotes Seculares & Regulares ad eorum Ecclesias confluentes. In ciuitate verò Vicentina vbi natus, & in ciuitate Neapolitana, vbi sacrum eius corpus requiescit, in omnibus Ecclesiis tam Regularium, quam secularium Missam, & officium vt suprà, respectiuè celebrari, & recitari posse conceditur. *Vrbanus VIII. const.* 103. Incip. *In sede Principis*, *sub die* 7. *Octobris* 1629. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 103. in nouiss. impress.

3 Beatificatio FELICIS DE CANTALICIO Ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci Capuccinorum, cum indultu quod de eo Missam celebrari, ac Officium recitari possit à Fratribus dicti Ordinis in Nancei, Romaricomontis, & Cantalicii oppidis existentibus, & Romae ab omnibus ad Ecclesiam ipsius Ordinis, vbi corpus eius requiescit, confluentibus. *Vrbanus VIII. constit.* 48. Incip. *In specula*, *sub die* 1. *Octob.* 1625. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullario. tom.* 4. *pag.* 63. Et extendit ad omnes Fratres vbique existentes idem *Vrbanus VIII. in alia sua constit.* incip. *Nuper*, 9. *Aprilis* 1625.

4 Beatificatio FRANCISCI BORGIAE, olim Ducis Gandiae, & deinde Religiosi professi, ac tertij Praepositi Generalis Societatis IESV, cum concessione vt in die sui obitus Missam celebrari, & Officium de communi Confessoris, non Pont. à Regularibus dictae Societatis vbique existentibus, necnon in ditionibus familiae illorum de Borgia ab omnibus Sacerdotibus tam Regularibus quàm Secularibus recitari possit. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *In Sede*, 23. *Nouembris* 1624. Et ad quoscunque Sacerdotes seculares, seu cuiusuis Ordinis, Congregationis, aut instituti Regulares, ad Ecclesias, seu Domus Regulares dictae Societatis IESV accedentes, itavt Sacerdotes huiusmodi in dictis Ecclesiis, seu domibus dumtaxat Missam, & officium huiusmodi respectiuè celebrare, & recitare valeant, extendit idem *Vrbanus VIII. in alia constit.* 46. incip. *Alias à nobis* 2. *Septembris* 1625. apud Angel. Mariam Cherub. in Bullario *tom.* 4. *pag.* 62. in nouiss. impress.

5 Beatificatio IACOBI DE MARCHIA Ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci de Obseruantia, vnà cum concessione celebrandi Missam & Officium de communi Confessoris non Pont. in Ecclesia dicti Ordinis, vbi eius corpus requiescit, ac extensio dictae concessionis ad omnes Ecclesias dicti Ordinis, & eorum personas vbique existentes. *Vrbanus VIII. constit.* 22. incip. *In sede*, 12. *Augusti* 1624. apud Angel. Mariam Cherubin. *tom* 4 *pag.* 58. & *in alia* incip. *Nuper*, 23. *Octobris eiusd. m anni*, quarum meminit Hieron. Roderic. *in compendio quaest. Regul. resol* 95. *post* a. 7.

6 Beatificatio IOANNIS DEI, Congregationis huius nominis fundatoris cum indultu, vt de eodem ab omnibus dictae Congregationis Regularibus vbique existentibus quotannis in die eius obitus Officium recitari, & Missa celebrari de communi Confessoris non Pont. ritu duplici maiore per annum iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis per annum, & quoad Missam etiam per alios Regulares, & seculares Sacerdotes ad eorum Ecclesias confluentes. in ciuitate verò Granatensi, nempe in Ecclesia, vbi eius sacrum corpus requiescit, & in terra nuncupata Montemaior o nouo, in Lusitania, vbi natus est, in omnibus Ecclesiis tam Regularium quàm secularium, Officium, & Missa ritu duplici maiore recitari, & celebrari possit, & valeat. *Vrbanus VIII. constit.* 108. incip. *In sede*, 21. *Septembris* 1630. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4 *pag.* 113. in nouiss. impress.

7 Beatificatio LVDOVICI BERTRANDI Valentini Ordinis Praedicatorum, cum indultu vt de eo tanquam de vno Confessore non Pont. in ciuitate & Regno Valentiae tantùm ab omnibus Fratribus & Religiosis vtriusque sexus Ordinis Praedicatorum in eorum monasteriorum Ecclesiis Officium & Missam de communi vnius Confessoris non Pont. secundum ritum, & consuetudinem eiusdem ordinis recitandi, & celebrandi respectiuè. *S. Congr. Rit. sub die* 21. *Aprilis* 1608. teste Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Sanctis num.* 3. & postea sub *die* 25. *Octobris* 1610. extendit per vniuersam Religionem Dominicanam in toto Orbe terrarum, & vt in ciuitate tantùm Valentiae, vbi dicti B. Ludouici corpus requiescit, omnes vtriusque sexus viri, & mulieres, & Religiosi, Regulares, & seculares possint de dicto Beato Officium recitare, & Missam celebrare, vel audire, refert Castellin. *de dilat. canoniz. sanctor. pag.* 123.

8 Beatificatio MARTYRVM 23. ex Ordine Minorum sancti Francisci de Obseruantia prouinciae Discalceatorum sancti Gregorij Philippinarum & Iaponij, qui omnes pro Christi nomine in ciuitate nuncupata *Nangasaqui* dicti Regni Iaponij Cruci affixi, & lanceis transfossi fuerunt die 6. Februarij 1597. cum indultu vt de illis Officium & Missa de communi plurimorum Martyrum eodem die 5. Februarij recitari & celebrari respectiuè possit in Manilen. dioecesi duntaxat. *Vrbanus VIII. constit.* 70. incip. *Saluatoris sub die* 14. *Septembris* 1627. apud Angel. Mariam Cherub *tom.* 4. *Bullarij pag.* ....

9 Beatificatio de aliis tribus Martyribus è Societate IESV, qui in eodem loco, & in eodem tempore, eodemque genere martyrij vnà cum 23. immediatè relatis Martyribus pro Christi nomine Cruci affixi, & transfossi fuerunt, vna cum indultu celebrandi Missam, & recitandi Officium de illis pro omnibus dictae Societatis Religiosis. *Vrbanus VIII. constit.* 71. incip. *Saluatoris die* 15. *Septembris* 1627. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag* .... & illius meminerunt Castellin. *in tract. de inquisit. miracul. in martyrum canonizatione in addit. ad* 1. *punctum num* 3. *&* 4. *& de dilat. canoniz. sanctor. pag.* 119. Hieron. Roderic. *in compendio quaest. Regul. resol.* 24. *num.* 18. Et instante Praeposito Generali Societatis IESV, indultum praedictum ad omnes Sacerdotes tam seculares quàm Regulares ad eorum Ecclesias confluentes extendi posse censuit *Sacra Cong. Rit. annuente S. D N. sub die* 26. *Septembris* 1629. vt refert Castellin. *d. tract. de dilat. canonizationis Sanctorum pag.* 131.

10 Beatificatio

10 Beatificatio MARIÆ Magdalenæ de Pazzis Florentinæ, Monialis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, cum indultu, vt in omnibus monasteriis, locis, & Ecclesiis dicti Ordinis, in eius obitus, seu alia subsequenti non impedita die singulis annis ab omnibus vtriusque sexus eiusdem Ordinis Religiosis Officium, & Missa & à confluentibus ad Ecclesias dicti Ordinis in alma Vrbe, & in ciuitate Florentina existentes Missa duntaxat de eadem B. Maria Magdalena tanquam de communi Virginis non martyris iuxta ipsius Ordinis Breuiarium à Sede Apost. approbatum, & rubricas Breuiarij ac Missalis Romani in futurum recitari, & celebrari liberè pariter, & licitè respectiuè possint, & valeant. *Vrbanus VIII. in constit.* 63. incip. *In supremo* 23. *Aprilis* 1627. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 78. Et ad omnes Ecclesias tam in diœcesi Florentina quàm in vniuersa ditione temporali Magni Ducis Hetturiæ extendit idem *Vrbanus VIII. in constit. sua* incip. *Alias pro parte* 18. *Ianuarij* 1628. De eius vita nouissimè Marc. Anton. Alegre de Cassanate *in paradiso Carmelitici decoris statu* 5 *ætat.* 18 *an. Christi* 1607. *pag.* 458.

11 Beatificatio PETRI DE ALCANTARA fundatoris Minorum strictioris obseruantiæ Discalceatorum prouinciæ sancti Iosephi in Regno Castellæ, cum Officio & Missa vnius Confessoris non Pont. pro die eius obitus 19. Octobris celebrando à tota Religione dictorum Minorum etiam cum octaua, vt de Patrono. *Gregorius XV constit.* 23. incip *In sede* 18. *Aprilis* 1622. apud Angel. Mariam Cherubin *tom.* 4. *Bullarij pag.* 310. in nouiss. impress.

12 Beatificatio PASCHALIS BAYLON Ordinis Minorum de Obseruantia S. Francisci Discalceatorum prouinciæ S. Ioannis Baptistæ Regni Valentiæ, cum indultu, vt de eo singulis annis die 17. Maij, quo obdormiuit in Domino à Fratribus eiusdem Ordinis in Regno Valentiæ commorantibus tanquam de Confessore non Pont. iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani Officium recitari, & Missa celebrari, necnon in Ecclesia Fratrum eiusdem Ordinis oppidi Villæ Regalis in eodem Regno Valentiæ existantis, vbi eius corpus requiescere asseritur, ab omnibus Presbyteris tam secularibus quàm Regularibus Missa vt supra similiter celebrari licitè & liberè possit & valeat. *Paulus V. constit.* 13. incip. *In sede* 29. *Octobris* 1618. apud Laert. Cherubin. *tom.* 4. *pag.* 267. Et ad vniuersos Religiosos vtriusque sexus eiusdem Ordinis in Hispaniæ Regnis vtriusque Coronæ Castellæ, & Aragoniæ, ac pro cuncto Clero in oppidis, vbi eius corpus requiescit, & ille natus fuit, extendit idem Pontifex *Paulus V. in sua constit.* incip. *Alias pro parte* 10. *Februarij* 1620.

13 Beatificatio, seu beatificationis declaratio PHILIPPI BENITII Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis, cum indultu recitandi Officium ab omnibus Religiosis vtriusque sexus dict. Ordinis vbicunque existentibus. *Leo X. constit. sua* incip. *Exposuit* 24. *Ianuarij* 1516. Extendit postea Paulus V. ad omnes tam seculares quàm Regulares personas in die eius obdormitionis in Domino in ciuitate Tridentina existentes, vt in eius *Constit.* 12. *sub die* 24. *Octobris* 1618. & ad omnes tam Regulares quàm seculares in ciuitate Florentina, prout in eius *Constit.* 110. incip. *Domini nostri vltima Iulij* 1615. *tom.* 3. *Bullarij* apud Angel. Mariam Cherub. pag. 266. in nouiss.

14 Beatificatio THOMÆ de VILLANVEVA Ordinis Eremitarum S. Augustini professoris, & Archiepiscopi Valentini, cum indultu, quod de cætero perpetuis futuris temporibus ab omnibus vtriusque sexus eiusdem Ordinis sancti Augustini Religiosis in Hispania, nempe in Regnis Castellæ, Aragoniæ, & Cathaloniæ commorantibus, necnon in oppido de Villanueua de los Infantes, vbi natus, & educatus esse asseritur, ab omnibus etiam vtriusque sexus Regularibus, ac etiam Presbyteris, & Clericis secularibus officium, & Missa de eodem recitari, & celebrari respectiuè licitè & liberè possit, & valeat. *Paulus V. constit.* 20. incip. *In supremo* 24. *Septembris* 1619. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario, tom.* 4. *pag.* 272. Item facta fuit extensio prædictæ concessionis ad omnes vtriusque sexus Religiosos eiusdem Ordinis vbique terrarum existentes per *Gregorium XV. constit.* 5. incip. *Aliàs* 14. *Maij* 1621.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutori Episcopo licet populo benedicere dum per ciuitatem incedit.*

2 *Sponsus & sponsa etiamsi post contracta sponsalia de futuro se cognouerint, sunt per Parochum benedicendi.*

3 *Virgines benedicere iam non est in vsu.*

4 *Abbas præsente Episcopo post diuinorum officiorum celebrationem non potest populo benedicere.*

5 *Abbati non conceditur benedicere per vias.*

6 *Calices, Patenas, Cruces, ac paramenta benedicere non licet Episcopo in aliena diœcesi.*

7 *Sacerdos simplex sine licentia Papæ non potest benedicere Ecclesiam nouam, vel Oratorium.*

8 *Domos in Sabbatho sancto non possunt Regulares benedicere.*

9 *Paramentorum & vasorum ecclesiasticorum benedictio non potest fieri ab inferioribus Prælatis.*

10 *Candelarum, & palmarum benedictio, & distributio fieri potest in omnibus Ecclesiis etiam Regularium.*

11 *Cœmiterij, & Ecclesiæ non consecratæ benedictio simplex potest committi Presbytero in dignitate ecclesiastica constituto.*

12 *Candelarum, cinerum, & palmarum benedictio, absente Episcopo ad quem spectet.*

13 *Paramentorum, & aliarum rerum benedictio vt possit delegari ab Episcopo, est necessaria Sedis Apost. licentia.*

14 *Monialium benedictio potest fieri in Ecclesia exteriori.*

15 *Paramentorum, & vasorum ecclesiasticorum benedictio diuersis personis in dignitate ecclesiastica constitutis concessa a Sede Apost.*

16 *Coniugalis benedictio fieri non potest nisi inter Missarum solemnia.*

17 *Concilium Trid. sess. 6. de reform. c. 5. minimè comprehendit benedictionem non solemnem.*

18 *Abbates benedictionem ab Episcopo recipere debent.*

19 *Ecclesiæ benedictionem in agro existentis potest Episcopus delegare Sacerdoti.*

Benedicere, Benedictio.

COLLECT. LIX.

1 BEnedicere populo licet coadiutori Episcopo dum per ciuitatem incedit, de licentia tamen

Episcopi coadiuti. *Sacra Cong. Rit.* ad instantiam Cardinalium Paleotti & Veronen. 31. *Ianuarij* 1561. *in resp. ad* 6. teste Aldano *in compendio Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 22.

2 Benedicendi sunt à Parocho sponsus, & sponsa si contractis sponsalibus per verba de futuro antequam coram Parocho, & testibus matrimonium contraxerint, inuicem se cognouerint *S. Congr. Conc. sub die* 2. *Octobris* 1593. quam refert Aldan. *d. tit.* 3. *n.* 23.

3 Benedicere Virgines iam non est in vsu, sed vbi talis vigerit benedicendi consuetudo illa seruanda est. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Veneta* 5. *Decembris* 1597. penes Paul. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. *vers. Virgines*, quem refero *de Episcop. p.* 2. *alleg.* 27. *n.* 58.

4 Benedicere quamuis possit Abbas populum in propria Ecclesia post Vesperi, Missæ, & Matutini solemnem celebrationem, si id ei ab Apostolica Sede specialiter sit indultum, non tamen id poterit, vbi loci Ordinarius Episcopus, vel alter maior Ecclesiæ Prælatus existeret. *Sacra Congr. Rit.* cuius meminit Ioannes Maria Nouar. *in lucerna Regul. verb. benedictio n.* 14.

5 Benedicere per vias Abbati non conceditur. *Eadem Sacra Congr. in nullius prouinciæ Burgen.* 24. *Augusti* 1609. penes Ioann. Mariam Nouar. *d. verbo Benedictio, num.* 15.

6 Benedicere non licet Episcopo in aliena diœcesi absque Ordinarij licentia, Calices, Patenas, Cruces, paramenta, & vestes Sacerdotales, vel huiusmodi alia, quæ priuatim, & non solemniter, & sine iurisdictione fieri possunt. *Sacra Congr. Concil.* quam citat Aldan. *d. tit.* 3. *num.* 24.

7 Benedicere Ecclesiam nouam, vel Oratorium, & Ecclesiam reconciliare non potest simplex Sacerdos sine licentia Sedis Apost. *Sacra Congr. Rit. in Placentina* 19. *Maij* 1607. *in resp. ad* 10. *dubium*, apud Sellium *in selectis Canonicis. cap.* 12. *num.* 16.

8 Benedicere domos in sabbato sancto non possunt Regulares, cum non valeant hoc munus extra Conuentum suum exercere. *S. Cong. Conc. sub die* 25. *Nouembris* 1619. de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo benedictio, numero* 18.

9 BENEDICTIO paramentorum, & vasorum ecclesiasticorum non potest fieri ab Inferioribus Prælatis, licet habeant territorium separatum, & iurisdictionem, nisi habeant ea, quæ sunt Ordinis *S. Cong. Rit. in nullius*, 21. *Augusti* 1601. cuius memini *de Iure ecclesiast. vniuerso lib.* 3. *c.* 2. *n.* 31.

10 Benedictio, & distributio candelarum, & palmarum regulariter potest fieri in omnibus Ecclesiis tam Collegiatis, quam Parochialibus, tam Secularibus quàm Regularibus *S. Cong. Rit. in Ostien. Cora*, 28. *April.* 1607. penes Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo benedicere, num.* 21.

11 Benedictio simplex cæmeterij, & Ecclesiæ non consecratæ potest committi Presbytero in Dignitate Ecclesiastica constituto. *Sacra Cong. Rit. in Cameracen.* 9. *Februarij* 1608. referente Aldano *d. tit.* 3. *num.* 29.

12 Benedictio & distributio candelarum, cinerum, & palmarum, absente vel impedito Episcopo, pertinet non ad hebdomadarium, sed ad primã Dignitatem. *Sacra Cong. Rit. in Pisaurien.* 21. *Martij* 1609. apud Aldan. *d. tit.* 3. *num.* 31.

13 Benedictio Paramentorum & aliarum rerum pro vsu Ecclesiarum vt possit ab Episcopo delegari personis in Dignitate ecclesiastica constitutis, conceditur à Sede Apost. dummodo in eis non sit adhibenda sacra vnctio, vel oleum sanctum, quæ ab ipso tantùm Episcopo ordinato, & consecrato benedicenda, inungenda, & consecranda sunt. *Sacra Cong. Rit. in Brixien.* 9. *Octobris* 1610. *& in Imolen.* 14. *Nouembris* 1615. *& in Ianuen.* 12. *&* 14. *Maij* 1616. *& in Saonen.* 3. *Decembris* 1616. *& in Taurinen. Taruisina, & Pistorien.* 2. *Maij* 1619. *& in Nouarien.* 21. *Martij* 1620. *& in Tridentina* 7. *Augusti* 1621. *& in Caputaquen.* 20. *Iulij* 1630. quarum memini *de Iure eccles. vniuerso lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 29.

14 Benedictio Monialium fieri potest in Ecclesia exteriori, Monialibus illis tantummodo adhibitis, quæ erunt necessariæ. *Sacra Cong. Conc. in Horacen.* 27. *Iunij* 1627. quam adducit Sellius *d cap.* 12. *num.* 25.

15 Benedictio paramentorum, & vasorum ecclesiasticorum, in quibus non adhibetur sacra vnctio, diuersis Abbatibus, Decanis, aliisque personis ecclesiasticis concessa fuit per *Sacram Cong. Rit. & signanter in Aquilegien.* 20. *Aprilis* 1599. *& in Elnen.* 17. *Maij* 1600. *& in Laudunen* 29. *Ianuar,* 1605. *& in Zameren. in Polonia* 15. *Nouembris* 1605. *& in Meten.* 18. *Nouembris* 1606. *& in Rhuten.* 9. *Maij.* 1609. *& in Aquilegien.* 24. *Aprilis* 1610. *& in Augustana* 12. *Aprilis* 1614. *& in Luciorien. & Gnesnen.* 4. *Septemb.* 1621. de quibus meminit Ioan. Maria Nouar. *d. loco num.* 1. ex me *de Iure eccles. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 31. Vide alia verbo *Paramenta collect.* 550.

16 Benedictio coniugalis non potest nisi inter Missarum solemnia fieri. *Sacra Cong Conc. in Pesaurien.* 13. *Iulij* 1630. referente Aldano *d. tit.* 3. *num.* 31.

17 Benedictionem non solemnem minimè comprehendit Concil. Trid. cap. 5. sess. 6. de reformat. *Sacra Cong. Conc. sub die* 13. *Aprilis* 1631. de qua Aldan *d. tit.* 3. *num.* 32.

18 Benedictionem ab Episcopo recipere debent omnes Abbates, non autem ab aliis Abbatibus aliàs benedictis *Sacra Cong Rit in Cameracen.* 6. *Decembris* 1631 penes Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo benedicere num.* 8. *in fine.*

19 Benedictionem Ecclesiæ in agro constitutæ potest Episcopus delegare alicui Sacerdoti sibi beneuiso, si aliàs est legitimè constructa. *Sacra Cong. Rit. in Penen.* 14. *Februarij* 1632. apud Aldan. *d. tit.* 3. *num.* 34.

Benedictio nuptiarum, vide in verbo Nuptia collect. 528.

SVMMARIVM.

1 *Seminario contribuere tenentur beneficiati beneficiorum collationis Monachorum, si intra fines diœcesis sint.*

2 *Seminario compellendus est contribuere beneficiatus pro rata pensionis, quam soluit.*

3 *Processionibus immediatè post Canonicos debent incedere beneficiati, qui sunt de corpore Capituli.*

4 *Incensum & pacem habere debent beneficiati parati ante beneficiatos non paratos.*

5 *Onera in fundatione non apposita sustinere non tenentur beneficiati.*

6 *Ordinarius potest debitis remediis cogere beneficiatos recusantes adimplere functiones debitas.*

7 *Habitum concessum Canonicis deferre prohibentur beneficiati, & Portionarij.*

8 Canonicis

8 *Canonicis celebrantibus iuxta statutum Ecclesiæ tenentur beneficiati assistentiam facere.*

9 *Crucis commemorationem facere obligatus diebus solitis, nihilominus tenetur ordinariam facere?*

10 *Processionibus alijs interesse non tenentur beneficiati, nisi ad quas reliqui omnes accedere tenentur.*

11 *Redditus beneficij si non sunt sufficientes pro onere quotidie celebrandi, datur supplicatio in Dataria pro moderatione.*

12 *Beneficiati & clerici S. Petri surgere & salutare debent Canonicos S. Mariæ Transtyberim & S. Laurentij in Damaso accedentes ad eorum Basilicam in die sancti Marci.*

13 *Beneficiati sancti Petri de Vrbe debent genuflectere, quotiescunque transeunt ante Altare tam parati, quam non parati.*

14 *Beneficiati capellæ sanctæ Mariæ Maioris, quibus gratijs, & priuilegijs gaudeant?*

Beneficiatus.

Collect. LX.

1 Beneficiati beneficiorum collationis Monachorum, si infra fines diœcesis sint, seminario contribuere tenentur. *Sacra Cong. Conc in Caputaquen.* 4 *Febru.* 1593. teste Aldano *in compendio Canon. resol lib.* 1. *tit.* 18. *n.* 17.

n Beneficiatus compellendus est pro pensione quam soluit seminario contribuere, quamuis seminarium erectum esset post pensionis reseruationem. *S. Congr. Conc.* referente Nicolao Garcia *de benef. in addit. p.* 1. *c.* 5. *n.* 171.

3 Beneficiati, qui sunt de corpore Capituli debent incedere in processionibus, congregationibus, & choro Immediatè post Canonicos, nec inter eos, & Canonicos, debent interponi Rectores aliarum Ecclesiarum prætextu Doctoratus. *Sacra Congr. Rit. in Turritana* 1. *Iunij,* & 27. *Iuly* 1601. & *in Terulen.* 20. *Decembr. eiusdem anni*, quam meminit Aldan. *d. lib.* 1 *tit.* 18 *n.* 15.

4 Beneficiati parati debent habere incensum, & pacem ante beneficiatos non paratos. *S. Cong. Rit. in Calaritana* 30. *Augusti* 1602. penes Aldan. *d. titul.* 18. *num.* 19.

5 Beneficiati non sunt cogendi ad sustinenda onera, quæ in fundatione, vel institutione, aut statutis non reperiuntur, vel ad quæ ex antiquissima consuetudine non tenentur. *S. Cong. Conc.* quam citat Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *titul.* 25. *num.* 16.

6 Beneficiati, & Clerici, qui functiones debitas facere recusant, possunt debitis remedijs cogi ab Ordinario. *Sacra Congr. Rit. in Lucerina* 30. *Aprilis* 1604. de qua Aldan. *dict. lib.* 2. *titul.* 25. *num.* 25.

7 Beneficiati, & Portionarij prohibentur deferre habitum concessum Canonicis, illisque antiquum retinere permittitur. *Eadem S. Congr. Rit. in Toletana* 17. *Decembris* 1605. apud Sellium *in selectis Canon c.* 16. *num.* 20.

8 Beneficiati tenentur assistentiam facere Canonicis celebrantibus, iuxta statutum Ecclesiæ, *Sacra Cong Rit. in Aueniionen.* 24. *May* 1612. quam refert Aldan. *d lib.* 2. *tit.* 25 *nu.* 23.

9 Beneficiatus obligatus facere commemorationem sanctæ Crucis diebus solitis, tenetur commemorationem ordinariam facere. *S. Congr. Rit. sub die*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

30. *Martij* 1621. de qua mentionem facit Aldan. *d. tit.* 25. *n.* 27.

10 Beneficiatus quando tenetur quotidie celebrare, & beneficij redditus non sunt pro illius victu sufficientes, datur supplicatio in dataria pro moderatione. *Sacra Congr. Concil in nullius celebrationis Missarum* 11. *Iunij* 1630. de qua Sellius *dict c.* 16 *n.* 30.

51 Beneficiati non tenentur nisi ad eas processiones, ad quas reliqui omnes tenentur accedere, *S. Congr Conc. in Brixien.* 8. *Augusti* 1621. referente Sellio *d. c.* 16 *n.* 34.

12 Beneficiati, & Clerici S. Petri de Vrbe surgere, & detecto capite salutare debent Canonicos sanctæ Mariæ Transtyberim, & S. Laurentij in Damaso accedentes ad eorum Basilicam in die S. Marci. *S. Congr. Rit. in Vrbis sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Transtyberim.* 15. *Aprilis* 1606. de qua Sellius *d. c.* 16 *num.* 35.

13 Beneficiati sancti Petri de Vrbe genuflectere debent quotiescunque transeunt ante Altare tam parati, quàm non parati, nisi incedant cum Canonico parato, quia tunc non genuflectunt, nisi quando genuflectit Canonicus *Sacra Congr. Rit. in Vrbis* 22. *Decembris* 1612. teste Aldan. *d. tit.* 25. *num.* 30.

14 Beneficiati Capellæ sanctæ Mariæ Maioris ad Præsepe ob quodcunque seruitium non possunt quicquam prætendere de mensa Capituli beneficiatorum Ecclesiæ, sed gaudent omnibus priuilegiis, indultis, & dignitatibus Capellaniis eiusdem Basilicæ, ac cæterarum competentibus: eorum lites, & causæ coram Protectore duntaxat ventilandæ, qui erit Cardinalis ex familia Perettaj, si adsit. *Sixtus V. constit.* 58. incip *Gloriosa, de anno* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom.* 2. *pag.* 577.

SVMMARIVM.

1 *Viuentes beneficia impetrare non possunt.*

2 *Magnus Magister cum Conuentu confert beneficia spectantia ad Ordinem Equitum Hierosolymitanorum.*

3 *Iudices priuantes aliquem suis beneficiis non possunt certis personis illa conferre.*

4 *Ordinarij conferentes beneficia reseruata qua pœna puniantur?*

5 *Pensionibus non grauantur beneficia annexa militiæ S. Stephani, nisi ad commodum Militum eiusdem.*

6 *Magnus Magister sancti Lazari confert beneficia etiam reseruata, & quæ vacant per priuationem.*

7 *Quindenia, & alia iura Cameræ soluere tenentur omnia beneficia vnita.*

8 *Possessionem beneficij capiens ex sola supplicatione signata, literis tamen non expeditis quas pœnas incurrat?*

9 *Fructus beneficiorum reseruatorum Regni Neapolitani à die vacationis per obitum vsque ad prouisionem incorporantur Cameræ Apost.*

10 *Sedi Apost. reseruantur omnia beneficia vacantia præter hæresim.*

11 *Cardinalium in indultis non comprehenduntur beneficia Officialium Sedis Apost. necnon familiarium.*

12 *Sedi Apost. reseruantur quæcunque beneficia vacantia Sede Episcopali vacante.*

13 *Consanguineis, seu affinibus resignantium Ordinarius*

beneficia coram ſe reſignata conferre non debet.

14 *Reſignationes beneficiorum in quibus caſibus admittere poſſit Epiſcopus.*

15 *Prouiſiones beneficiorum facta perſonis prohibitis propter genus ſunt nulla.*

16 *Reſignationes beneficiorum Ordinarij intra menſem admittere, vel reijcere tenentur.*

17 *Reſignationem beneficij illius, qui nihil aliud habebat, admittens, tenetur eum alere.*

18 *Reſignari non poteſt beneficium ad quod quis fuit ordinatus.*

19 *Concurſu ſunt conferenda beneficia Curata in Eccleſiis patrimonialibus, ſiue receptitiis, numeratis, vel non numeratis exiſtentia.*

20 *Milites Regulares non emittentes tria vota ſubſtantialia capaces ſunt beneficiorum ſecularium.*

21 *Clericus non poteſt obtinere abſque ſedis Apoſt. permiſſu duo beneficia vniformia ſub eodem tecto.*

22 *Legata pia qua non habent Altare ſeu Capellam non inducunt incompatibilitatem.*

23 *Diſpenſationem exhibere tenetur obtinens beneficia incompatibilia etiam vltra quinquennium.*

24 *Eleemoſynam congruam & conſuetam dare poteſt Rector beneficij, reliqua parte ſibi retinendo.*

25 *Minor atate 14. annorum poterit beneficium obtinere ſi in fundatione id cautum reperiatur.*

26 *Duo beneficia reſidentialia cum diſpenſatione ſimul obtinens tenetur reſidere in quo eſt maior neceſſitas.*

27 *Viſitare quando poſſit Epiſcopus beneficia exempta.*

28 *Publicis proceſſionibus intereſſe cogendi non ſunt clerici nullum beneficium poſſidentes.*

29 *Cedens beneficio litteris non expeditis, & poſſeſſione non habita, non poteſt dici illud habuiſſe.*

30 *Incompatibilia impetrans à Papa ſine expreſſa diſpenſatione, quando illa obtineat.*

31 *Epiſcopus titularis non eſt incapax beneficiorum curam animarum ſeu reſidentiam non requirentia.*

32 *Beneficij primi, ipſo iure per adeptionem ſecundi pacificè poſſeſſi inducitur vacatio.*

33 *Beneficia Regni Valentia conferri non licet alienigenis Regnorum Hiſpania in quibus ipſi Valentini ad ſimilia non admittuntur.*

Beneficium.

Collect. LXI.

1 Beneficia viuentis impetrari vetuit *Paulus III. conſtit.* 28. incip. *Sanctiſſimus* 11. *Decembris* 1541. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 657. aliàs *pag.* 582. in nouiſſ. imp. De cuius materia *Ordin. Regia Luſit. lib.* 2 *tit.* 13. vbi Parens meus, latè Gabriel Pereira de Caſtro *de manu Regia p.* 2. *c.* 61. de impetrantibus beneficia viuentium.

Beneficia & eccleſiaſticæ Dignitates in confidentiam receptæ à die receptionis vacant, illarúmque diſpoſitiones, & fructus percepti & percipiendi ad Sedem Apoſt. ſpectant. *Pius IV. conſtit. ſua* incip. *Romanum, de anno* 1564. de qua Scort. *in ſelectas conſtit. epitom.* 81.

Beneficij in prouiſione, aut admiſſione in poſſeſſionem recipiens aliquid excommunicatur à Papa abſoluendus, ſuſpenditur, interdicitur. *Pius V. ſua Conſtit.* incip. *Durum, de anno* 1570. apud Scort. *in ſelectas ſummorum Pontificum Conſtitut. epit.* 110. *theor.* 298.

2 Beneficia cuiuſcunque qualitatis ſpectantia ad Ordinem Equitum Hieroſolymitanorum nunquam reſeruantur, ſed à magno Magiſtro & Conuentu conferuntur, & ſunt amouibilia, & manualia. *Pius IV. conſtit.* 6. incip. *Circumſpecta Kalend. Iulij* 1560. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 9. aliàs *pag.* 8. in nouiſſ. impreſſ.

3 Beneficia impetrari non poſſunt per nepotes, conſanguineos, affines, procuratores, ſolicitatores, domeſticos, vel familiares Iudicis priuantis, itaut illa eis conferri prohibeatur. Idem *Pius IV. conſtit.* 14. incip. *Cupientes vnicuique de anno* 1560. apud Laert. Cherub *d. tom* 2 *pag.* 23. de cuius materia Ioan. Anton. Nouar. *in ſumma Bullarum tit. de beneficiorū priuatione*, Scort. *in ſelectas Conſtit epitom.* 75.

4 Beneficia omnia reſeruata, affecta, vel vacantia in menſe Apoſtolico non poſſunt cõferri per Ordinarium ſub pœna priuationis ipſorum beneficiorum, facultatis conferendi, & excommunicationis. Idem *Pius IV. in ſua conſtit.* incip. *Volentes ſub die* 22. *Aprilis, & in alia* incip. *Cupientes ſub die* 25. *Aprilis* 1561. de quarum materia Ioan. Anton. Nouar. *in d. ſumma Bullarum tit. de benef. reſeruatione.*

5 Beneficia dependentia, vel annexa Militiæ S. Stephani non grauantur penſionibus, niſi ad commodum Militum eiuſdem. Idem *Pius IV. conſtit.* 60. incip. *Iis quæ Kalend Febr.* 1561. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 86 aliàs *pag.* 66.

6 Beneficia etiã reſeruata, affecta, ac deuoluta Magnus Magiſter militię ſancti Lazari cõferre poteſt, & quę vacant per priuationẽ. Idẽ *Pius IV. conſtit.* 95. incip. *Inter aſſiduas* 4. *Non. Maij* 1565. apud Laert. Cherub. *d. t.* 2. *p.* 137. aliàs *pag.* 108. in nouiſſ. impreſſ.

7 Beneficia cuiuſcunque generis, & qualitatis, Capitularibus, Collegiis, vniuerſitatibus, & Congregationibus quorumuis Ordinum vtriuſque ſexus vnita, tenentur quindennia, & alia iura Cameræ debita ſoluere. Idem *Pius IV. conſtit.* 18. incip. *Cum ſicut, de anno* 1561. apud Laert. Cherub *d. tom.* 2. *pag* 53. Vide latè infra *in verbo Quindennia collect.* 626.

8 Beneficij poſſeſſionem adipiſci non poteſt ille, qui mandatur à Sede Apoſt. de quocunque beneficio prouideri, niſi litteris expeditis, & capiens poſſeſſionem ex ſola ſupplicatione ſignata litteris ſuæ prouiſionis non expeditis, omne ius, quod in beneficio habet, amittit, & de cætero ad illud obtinendum inhabilis redditur. *Pius V in ſua Conſtit.* incip. *Sanctiſſimus in Chriſto Pater*, per quam fuit innouata *Extrauag Iniuncta, de elect.* de cuius materia Ioann. Anton. Nouar. *in ſum. Bullarum tit. de beneficiorum poſſeſſione capienda* Et hinc *Sacra Congr. Conc. ſub die* 1. *Iulij* 1593. cenſuit apprehendentem beneficij poſſeſſionem vigore promiſſionis Apoſt. litteris non expeditis, ex Iulij III. conſtitutione amittere beneficium ſi ius ad illud habet, ac ad alia obtinenda de cætero inhabilem effici, refert Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.* 3. *titul.* 22. *num.* 3.

9 Beneficiorum reſeruatorum Regni Neapolitani fructus à die vacationis per obitum Cameræ Apoſt. incorporantur. *Pius V. conſtit.* 19. incip. *Cupientes,* 8. *Ianuarij* 1567. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 197.

10 Beneficia quæcunque ſæcularia, Regularia, & Militiarum, & quantumuis qualificata vacantia propter hæreſim, Sedi Apoſt. reſeruantur. Idẽ *Pius V. conſtit.* 29. incip. *Cùm ex Apoſtolatus* 6. *Kalen. Febr.* 1567.

1567.apud Laert.Cherubin.*tom.1 pag* 213. olim *pag.* 160.in nouiss. impress. de cuius materia plures per me citati *de officio. & potest.Episcopi p.3. alleg.57. num.* 36.& *de iure ecclef. vniu. lib.4. cap.13 num.*74. quibus addo Aloys Ricc. *in collect.decis.collect.*1595. Scott. *in Bullas selectas epist.*138. Ioann. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum titul.de beneficiorum reseruat. ob haresim.*

11 Beneficia Referendariorum, Protonotariorum, Auditorum Rotæ, & aliorum Officialium Sedis Apost.necnon familiarium, non comprehenduntur in indultis Cardinalium.Idem *Pius V.constit.*37. incip *Sanctissimus, vltimo Aprilis* 1567. apud Laert. Cherub.*tom 2 pag.*224.

12 Beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia & Regularia qualitercunque qualificata, & vbicunque existentia, Sede Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali,& Primatiali vacante dispositioni Apost.reseruantur. Idem *Pius V.const.* 55.incip. *Sanctissimus in Christo, de anno* 1568. apud Laert.Cherub *tom.1.pag.*251 Scottia *in selectas Summorum Pontificum Constit.constit.*100.

13 Beneficia concam Ordinario resignata consanguineis siue affinibus resignantium conferri ab ipso prohibuit idem *Pius V.constit.*58.incip. *Quanta Kalend. Aprilis* 1568 apud Laert.Cherub. *tom.2 pag.* 253. de cuius materia plures per me citati *de iure eccles.vniu.lib.3.c.15.n.*112. quibus addo Filliuc. *tom.3. tract.*41.*c,8.nu.*29 Ioan.Anton.Nouar. *in sum Bullarum.tit de benefic resignat n.*22.

14 Beneficiorum resignationes Episcopi & alij collatores non admittunt nisi ob senium, infirmitatem, corporis impedimentum, vel vitium, crimen, aut censurarum nexum, & aliis de causis. Idem *Pius V. de constit.* 58. de cuius materia quoad partem citat.per me *d.lib.3. c. 15. num.98. cum seqq.* addo Ioan.Anton.Nouar.*d.tit de beneficior. resignat. à princ.* Scottia *in selectas Summorum Pont. Constit. epist.*101.

15 Beneficiorum dispositiones factæ personis prohibitis propter suum genus, vel hæresim,& à Fide apostasiam, nullæ sunt, & Papæ reseruantur. *Gregorius XIII.constit.*66 Incip *In Ecclesiis, Idib. Nouembris* 1580. apud Laert.Cherubin.*tom.2.pag* 448.de cuius materia plures per me citati *de Episcopo p.3. alleg.*57. *n.*40. *& de Iure eccles. vniu. lib* 3.*cap.*13.*n.*76.

16 Beneficiorum resignationes Ordinarij locorum intra mensem admittere, vel reiicere tenentur. *Gregorius XIII.* incip. *Humano. Non. Ianuarij* 1584. apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pag.* 469.de cuius materia Mastobr. *in sua praxi habendi concursum reg.7.dub.1.* Ioan.Anton.Nouar. *in sum.Bullarum, tit. de beneficiorum resignatorum possessione intra certum tempus capienda.* Ego *de Iure Eccles.lib.3.c.* 15.*num.*113.

17 Beneficij resignationem admittens factam ab aliquo Presbytero, qui nihil aliud præter id beneficium habebat vnde commodè se sustentare posset, tenetur eum alere, nec potest eidem beneficium illud resignatum restituere, sed in eo institui debet ille, qui fuerit præsentatus à patrono. *Sacra Cong.Conc.*teste Nicolao Garcia *de benefic.p.2. c.5 n.*228.

18 Beneficiatus, ad cuius titulum fuit quis ordinatus, si renunciare tentauerit, imposita pœnitentia est absoluendus ne resignet. *S.Congr. Conci.* penes eundem Nicol.Garc.*d p.*[illegible]*c.5. n.*232.

19 Beneficia in Ecclesiis [illegible]monialibus, siue receptitiis, numeratis, & non numeratis, nullus consequi potest nisi præuio examine, & probatione Episcopi; & cum illis, quibus in prædictis Ecclesiis per Episcopum cura animarum demandata est, seruandum est decretum *Conc.sess.24. c.18.de reform.Sacra Congr.Conc.* apud eundem Nicol.Garc. *de benef pag.9. c.2.n.*183.

20 Beneficiorum secularium, siue simplicium siue Curatorum capaces sunt Milites Regulares Militiæ S Iacobi de Spatha, aliique huiusmodi non emittentes tria vota substantialia. *Sacra Congr.Conc. sub die* 10.*Nouembris* 1600. cuius meminerunt Nicol.Garc.*in add.ad suum tract de benefic.p.1 c.4.n.*24. me citato Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.3. verbò beneficium, n.*11. Ego *de officio, & potest.Episcopi p.3.alleg.* 57.*n.*174.

21 Beneficia duo vniformia sub eodem tecto absque prouisione Sedis Apost.obtinere non potest clericus, nisi id dictet statutum, vel Ecclesiæ consuetudo. *Sacra Cong.Conc.sub die* 2 *Nouembris* 1607. quam refert Sellius *in selectis Canon.c.*21.*n.*11.

22 Beneficia, seu legata pia, quæ non habent Altare, seu capellam, non inducunt incompatibilitatem. *Sacra Congr.Conc.*referente Nicol.Garc. *in addit.ad suum tract.de benef p.*11.*c* 5.*n.*318.

23 Beneficia incompatibilia obtinentes sunt cogendi exhibere suas dispensationes, etiamsi per quinquennium possederint. *S.Congr.Conc.in Aquilana.* quam citat Sellius *d c* 21.*nu.*12.

24 Beneficij Rector, qui potest Missam per alium celebrare, non tenetur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum beneficij, sed satis est vt ei tribuat eleemosynam congruam secundùm morem ciuitatis, vel prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit. *S. Congr. Conc. super decretu de celebrat. Missar. dub.* 8. *de anno* 1626. post meum *tract de Episcopo pag.*11.

25 Beneficij in fundatione si sit cautum, quod minor ætate 14. annorum illud possit obtinere, id seruari debet, quia non est per decretũ Conc. sess.25.cap.6. de reform. fundationi derogatum *Sacra Cong.Conc* apud Gonzal *ad reg.8.Cancel. glos.* 5.*num.*91.

26 Beneficia duo, vel plura cum legitima dispensatione obtinens ante Concilium, quæ requirunt personalem residentiam, residere tenetur in quo est maior necessitas, nec propterea potest altero eo priuari, amittit tamen distributiones quotidianas eius beneficij, cuius ministerio non inseruiolt. *S.Congr.Conc.*de qua Garc.*p.3.c.2.n.*186.

27 Beneficia quamuis exempta poterit Episcopus, si intra fines suæ Diœcesis fuerint, tanquam Sedis Apost. delegatus visitare absolutè: si autem extra fines fuerint, potest pariter illa tanquam eiusdem Sedis Apost delegatus visitare, quando beneficia sæcularia existant,& Cathedralis alia della vicinior non sit. *S Congr. Conc.in Caputaquen.Februarij* 1593. post ea Sellium *d.c.*21 *n.*14.

28 Beneficium nec officium nullum obtinentes Sacerdotes cogi non possunt ab Episcopo accedere ad publicas processiones. *Sacra Congr.Concil. in Messanen.* 7. *February* 1632. quam citat Sellius *d. c.*21.*n.*16.

29 Beneficium obtinuisse non dicitur ad hoc vt comprehendatur sub *decreto, sess.*25. *de reform. cap.*15. ille, qui fuit prouisus, & literis non expeditis, ac possessione non habita cessit alteri. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc.*de benef p.7 c.3.num.*

Barbos. Apost.D[illegible]

56.*in* 1.*&* 3.*declar.* Armendar *in addit ad recop.legum. Nauarra*, *lib.*2.*titul.*19.*l.*1. *de filiis Presbyt. num.* 22 Campan. *in diuersi.Iuris Canon.rub.*11.*c.*13.*nu.*67. *versi si verò.*

30 Beneficia duo incompatibilia à summo Pont. impetrans, illaque in litteris exprimens, cum quo tamen non fuit dispensatum, obtineri possunt, nisi essent duæ Parochiales ante Concilium. *Sacra Congr. Concil.* testibus Nicol. Garcia *de benefic. p.* 5. *cap.*5.*num.*179. Armendar. *in addit.ad recop.legum Nauarra, lib* 4.*tit.*7. *de benef.incompatibil. n.*40. quos cum aliis refero *de Episcopo,p.*3. *alleg.*62. *num.*29.

31 Beneficia obtenta curam animarum, seu residentiam non requirentia non vacant per promotionem ad Episcopatum titularem, nec resultat incapacitas ad similia obtinenda *Sacra Congr.Concil.in Bracharen.*22. *Decembr.*1640. vidi originale.

32 Beneficij primi ipso iure per adeptionem secundi pacificè possessi inducitur vacatio per decretum *Concil. sess.* 7. *cap.* 4. iuxta dispositionem *cap. de multa de prabend.* in residentiam requirentibus, aut alias quomodolibet incompatibilibus, etiamsi Canonicatus sint vel Portiones. *S.Cong.Conc.*teste Nicol. Garc.*de benef.p.*11. *cap.*5.*nu.* 84.*&* 87.

33 Beneficia Regni Valentiæ alienigenis Regnorum Hispaniæ, in quibus ipsi Valentini ad similia non admittuntur, conferri vetuit Sixtus V. *constit.* 64. incip. *in Sacrosancto Non.Septem.*1587. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.*2.*pag.*590.

Beneficiorum resignatorum publicatio, vide in verbo *Publicatio collect.*619. Vide in verbo *Episcopus quoad beneficia collect.*296. & in verbo *Resignans, Resignatio, collect.*650.

SVMMARIVM.

1 *Seminario vnire potest Episcopus beneficia simplicia per obitum vacantia, quamuis essent reseruata, vel affecta, si idem Episcopus vacantia in suis mensibus vniuerit.*

2 *Seminario vnire potest, Episcop. beneficia prima vacatura per resignationem simplicem.*

3 *Episcopus Cardinalis habens indultum potest vnire seminario beneficium, quod obtinet familiaris Papa defuncti ante vacationem.*

4 *Episcopus si seruata forma Concilij Seminario vniuerit beneficia simplicia ante eorum vacationem etiam in mense reseruato, vnio debet effectum sortiri.*

5 *Seminario nondum erecto non potest fieri beneficiorum vnio.*

6 *Beneficia, quæ seminario vniri non possunt?*

7 *Vnio beneficiorum omnium simplicium facta seminario non valet.*

8 *Beneficia Sedi Apost. affecta in quocunque mense vacent, non possunt ante vacationem seminario vniri.*

9 *Seminario in antea vnire prohibentur beneficia de tempore vnionis reseruata.*

10 *Episcopus non potest seminario vnire beneficia, quæ iam vacauerant in mense reseruato, vel quæ alias sunt indubitanter reseruata.*

11 *Seminario vniri non possunt beneficia obtenta ab Episcopo Oritano tempore sua promotionis.*

Beneficium Seminario vniendum, vel non?

COLLECT. LXII.

1 Beneficia simplicia, quæ per mortem vacant, possunt vniri per Episcopum seminario, licet essent reseruata, seu affecta, nisi tamen alia beneficia, quæ iam vacassent in mense suo, & quorum collatio ad ipsum spectabat, nō seminario vniuisset, sed aliis contulisset, vel eandem vnionem factam non continuò enunciasset: etenim si beneficia in suis mensibus vacantia Episcopus non vniuerit, nec vacantia in mensibus reseruatis vnire poterit, cùm fraus in hoc censeatur. *Sacra Congr. Concil.* teste Nicolao Garc. *de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 104.

2 Beneficia prima vacatura per resignationem simplicem, non autem per conditionalem in fauorem certæ personæ, vnire potest Episcopus vigore Concil. Trid. *sess.*23. *cap.*18. *de reform. Sacra Congr. Concil.* penes Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.glo.*14. *num.*10.

3 Beneficium, quod obtinet familiaris Papæ defuncti potest ante vacationem seminario vnire Cardinalis Episcopus habens indultum, non obstante decreto sanctæ mem. Clementis VIII. *Sacra Cong.Conc.in Tudertina* 15. *Aprilis* 1628. quam refert Sellius *in select. Canon.c.* 9.*n.*51.

4 Beneficia simplicia si Episcopus seruata forma Concilij seminario vniuerit ante eorum vacationem etiam in mense reseruato, vnio debet effectū sortiri. *S.Congr.Concil* apud Garc. in *addit. ad suum tract.de benefic.p* 12.*c.*2.*n.*102.

5 Beneficiorum vnio non potest fieri seminario nondum erecto, & in quo scholares actualiter non adsunt. *S Congr. Concil.* testibus Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel glos.*5.*§.*7.*n.*68. Nicol. Garc. *de benef p.*12.*c.*2. *n* 193. *&* 194.

6 Beneficia simplicia ad collationem inferiorum spectantia, seminario Episcopi vniri non possunt, neque Canonicatus, neque beneficia iurispatronatus etiam ecclesiastici, neque beneficia Sedi Apost. reseruata post illorum vacationem, nec propterea vacantia in mense reseruato. *S.Congr.Concil.* referente Franc.Leon. *in thesauro fori eccles p.*2.*c.*16. *num.*23.

7 Beneficiorum omnium simplicium facta vnio non valet. *S.Congr. Conc.* attestante Aloys Ricc. *in praxi rerum fori eccles.decis.*492. *&* 720. *in* 1.*edit.* aliàs *resol.*383.*num.*4. *&* *resol.*610 *num.*10. *in* 2.*edit.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi*, *p.* 3. *alleg.* 77. *num.*29.

8 Beneficia, quæ obtinent personæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales sint, vt quocunque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostol. ante vacationem seminario vniri non possunt. *S.Cong.Conc.* penes Nicol. Garciam *in addit.ad suum tract.de benefic.p.*12.*c.* 2.*nu.*126.

9 Beneficia de tempore vnionis reseruata prohibentur in antea vniri seminario. *S. Congr.Concil.* approbante Clemente VIII. *sub die* 22. *Februarij* 1601. Et ideo eadem *S.Congr sub die* 19. Nouembris 1620. censuit validam fuisse vnionem factam seminario de anno 1598. de quibusdam præstimoniis, quæ obtinebat familiaris Papæ, & alius continuus commensalis Cardinalis Quirogæ. *S.Congr.*

Conc.

Conc. in Conduben. 11. Decembris 1620. de qua Sellius *d.c.9.n.54.*

10 Beneficia quæ iam vacauerant in mense reseruato, vel quæ alias sunt indubitatè reseruata, non potest Episcopus vnire seminario vigore Concilij Trid. cùm id fiat in præiudicium Apostolicæ reseruationis *S Cong. Conc.* referente Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloss.5.§.7.n.75.*

11 Beneficia obtenta ab Episcopo Oritano tempore suæ promotionis tanquam Sedi Apost. reseruata, vniri non possunt seminario *Sacra Cong. Conc. sub die 24. Augusti* 1619. teste Rot. apud Viuian. *post suam praxim. Iurispatron. decis.* 48. *in fine.* refero ego ipse *de iure eccles. vniuerso lib.3.c.16.n.30.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares etiamsi Canonici sint, non possunt habere beneficia Curata.*

2 *Concursu conferenda non sunt beneficia exiguos redditus importantia, ob quod nullus idoneus ea requirit.*

3 *Concursui non subiacent beneficia Curata, quæ verè sunt dignitates.*

4 *Curata beneficia accessoria simplicibus vnita transeunt in simplicium naturam.*

5 *Ordo sacer non requiritur ad obtinendum beneficium Curatum.*

6 *Ordinarius vbi confert beneficium Curatum alterius diœcesis, illius Episcopus debet edicto proponere, & examen peragere.*

Beneficium Curatum.

Collect. LXIII.

1 Beneficia Curata nec in perpetuum, nec ad tempus habere possunt Regulsres quamuis Canonici sint. *Sacra Cong. Conc.* testibus Quarant. *in sum. Bullarij, verbo Canonicus Regularis,* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. glo.7.n.53.* Vide in verbo *Canonicus Regularis, n.9.*

2 Beneficia Curata, cuius redditus adeò exigui sunt, vt illa nullus idoneus requirat, vel comparent in concursu Presbyteri ita rudes, vt neque vulgatem linguam calleant sunt conferenda illis, quos inter omnes maioris litteraturæ esse cognouerit Episcopus, eosdemque ampliùs erudiri curabit. Vbi verò ob dominos temporales, vel aliam iustam causam concursus non esset liber, & fructus Parochiales essent pingues, ponendi sunt Vicarij, donec conferri potuerint magis idoneis, seruata forma Concilij *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p.9.c.2.n.220.*

3 Beneficia curam animarum habentia, quæ verè sunt dignitates, non subiacent concursui. *S. Cong. Conc sub die 26. Ianuarij* 1601. apud Nicol. Garc. *in addit. ad dict. p.9.c.2.n.196.*

4 Beneficia curata aliis beneficiis annexa transeunt in simplicium naturam, dummodo accessoriè sint vnita, & cura per Vicarium temporalem non exerceatur. *S. Cong. Conc.* de qua idem Nicol. Garc. *de benefic. p.11.c.5.n.197.*

5 Beneficium Curatum obtinens non tenetur esse Diaconus, nec Subdiaconus, sed intra annum debet promoueri ad Sacerdotium. *Sacra Congr.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Concil. referente Nicol. Garc. *de benef. p. 7. cap. 4. num. 48.*

6 Beneficium Curatum vnius diœcesis quando confertur ab Ordinario alterius diœcesis, vbi beneficium non consistit, debet edicta proponere Ordinarius loci, vbi existit, & ibidem examen erit peragendum, & postea collatio fiet ab Ordinario, ad quem spectat. *Sacra Congr. Concil.* quam adducit Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 10. num. 31.*

Vide in verbo *Parochialis Ecclesia, collect.* 551.

SVMMARIVM.

1 *Ætas 14. annorum inceptorum sufficit ad obtinendum beneficium simplex.*

2 *Episcopus non potest dispensare vt quis beneficium simplex obtineat ante decimum quartum annum inceptum.*

3 *Ordinari quis potest ab Episcopo in cuius diœcesi habet beneficium simplex.*

4 *Ordinarius non potest conuertere simplicia beneficia in Curata.*

5 *Episcopus non potest cogere obtinentes beneficia simplicia ad aliquod seruitium personale.*

6 *Residere non tenetur beneficium simplex obtinens quod Cura caret, & extra Ecclesiam Collegiatam existit.*

7 *Ordinarius separare non potest ab Ecclesiis Parochialibus beneficia simplicia, siue oratoria, etiamsi illis separatis Parochiales non egeant.*

8 *Ordinarius habenti iam in pensionibus sufficientem sustentationem, beneficium conferre non potest.*

9 *Beneficium vnum sufficiens habenti non potest Ordinarius alterum conferre, & n.10.*

10 *Primum beneficium sufficiens per adeptionem secundi vacat, & si accepta vtriusque pacifica possessione, ambo retineantur, vtrumque vacat, & num.11.*

11 *Primum beneficium simplex ob assecutionem secundi sufficientis ipso iure vacat, secundum verò ita demum vacat si vtrumque retinere sciens præsumpserit.*

12 *Ordinarius quando possit secundum beneficium conferre obtinenti primum.*

13 *Collatio tertij beneficij facta per Ordinarium habenti duo beneficia simplicia ad sustentationem sufficientia, est valida.*

14 *Beneficia plura vltra duo etiam insufficientia non potest Ordinarius vni conferre.*

15 *Episcopus dispensare potest vt quis duo beneficia simplicia difformia sub eodem tecto obtineat, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouisi.*

16 *Dispensatio Sedis Apost. requiritur ad hoc vt quis tertium beneficium simplex obtinere possit, quamuis duo priora sint ad sustentationem insufficientia.*

17 *Ordinarius potest habenti duo simplicia beneficia aliud conferre, sed ea simul cum tertio retineri non possunt absque noua prouisione Sedis Apost.*

18 *Tertium beneficium simplex etiam de iurepatronatus non potest retineri cum duobus aliis absque prouisione Apostolica.*

Beneficium ſimplex.

Collect. LXIV.

1 BEneficium ſimplex obtinens non tenetur eſſe conſtitutus in decimoquarto anno completo, quia ſufficit inceptus. *S. Cong. Epiſcop. & Regul. in Adrien.* 21. *Nouembris* 1604. teſtibus Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verbo beneficium* 4. Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 20. *l.* 1. *de ætatib. n.* 5. quos refero *de Epiſcopo p.* 3. *alleg.* 60. *num* 76.

2 Beneficium ſimplex non poteſt obtineri ante annum 14. inceptum etiam ex indulgentia Epiſcopi. *Sacra Cong. Epiſcop. referentibus* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *titul.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis num.* 102. Nouar. *in ſingul. Canonic. concl.* 13. *num.* 2.

3 Beneficium ſimplex in aliqua diœceſi obtinens poteſt ab Epiſcopo loci beneficij Ordinari. *Sacra Congr. Concil ſub die* 26. *Maij* 1599. quam refert Aldan. *in compendio Canonicar. reſol. lib.* 1. *titul.* 36. *num.* 18.

4 Beneficia ſimplicia in Curata conuerti ab Ordinario non poſſunt. *S. Cong. Concil.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 5. *n.* 3.

5 Beneficia ſimplicia obtinentes cogere non poteſt Epiſcopus ad aliquod perſonale ſeruitium ſuis beneficiis impendendum, cum ex antiquiſſima totius Eccleſiæ conſuetudine non teneantur niſi ad Officium recitandum *Sacra Congr. Concil.* apud Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verbo beneficium, poſt med.*

6 Beneficium obtinens quod ſit ſimplex, & ſine cura animarum, & extra Eccleſiam Collegiatam, nec perſonalem reſidentiam ob aliam cauſam requirens, non tenetur in eo reſidere, ſed ad inſeruiendum illi per alium, qui probatus ſit ab Ordinario. *S. Cong. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 9. me citato Lezana *in ſumm. quæſt Regul. tom.* 3. *verbo beneficium n.* 18. Nec fuit mens *Pij V. in Bulla de reſidentia edita* 8. *Iulij* 1569. incip. *Cupientes*, cogere habentes beneficia in eis reſidere, idem Garcia *d. num.* 9.

7 Beneficia ſimplicia ſiue Oratoria non poterit Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus, ſi illis vnita eſſent, etiamſi illis ſeparatis Parochiales non egeant. *S. Congr. Concil.* quam citat Nicol. Garcia *de benefic. p.* 12. *c.* 1. *n.* 87.

8 Beneficium conferre poteſt Ordinarius habenti iam in penſionibus eccleſiaſticis ſufficientem ſuſtentationem. *S. Congr. Conc.* de qua Nicol. Garcia *de benef p.* 11. *c.* 5. *nu.* 310. *dub.* 4. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 7. *tit.* 7. *de benefic. incompatib. num.* 33. *in reſp. ad* 4. quos refero *de Epiſcopo p.* 3. *alleg.* 62. *n.* 7.

9 Beneficium vnum ſufficiens habenti, ſi aliud ſufficiens ab Epiſcopo fuerit collatum, habita pacifica poſſeſſione ſecundi, vacat primum. *S. Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p.* 11. *c.* 5. *num* 283. *in* 2. *declar.* Armendar. *d. tit.* 7 *de beneficior. incompatibil. nu.* 8. & 30. quos refero *d. alleg.* 62. *nu.* 3.

10 Beneficium aliud dare non poteſt Epiſcopus habenti congruam, & ſi dederit vacat primum illud quod habebat, dummodo beneficium titulare ſit, quamuis difforme à ſecundo recepto. & ſi ambo retinere tentauerit, accepta pacifica poſſeſſione vacat vtrumque. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p.* 11. *c.* 5. *n.* 30. Armendar. *d. tit.* 7. *de beneficior. incompatib n.* 31.

11 Beneficium primum ſimplex ob aſſecutionem ſecundi ſufficientis ipſo iure vacat, ſecundum verò ita demum vacat, ſi vtrumque retinere ſcienter præſumpſerit. *S Congr. Conc. in Salamantina* 31. *Maij* 1607. quam refert Sellius *in ſelectis Canon. cap.* 22. *num.* 80.

12 Beneficium ſecundum poteſt Ordinarius conferre obtinenti primum ſufficiens iuxta ſuum valorem, & honeſtam ipſius poſſidentis ſuſtentationem, ſi tempore quo ſecundum confertur, non ſufficiat propter onus penſionis ſuper tali beneficio impoſitum, dummodo prouiſus poſt collationem ſibi factam non conſenſerit penſioni. *S. Cong. Conc.* referentibus Nicol. Garcia *d. c.* 5. *nu.* 310. *dub.* 3. Armendar. *d. tit.* 7. *de beneficior incompatibil. nu.* 37. *in* 3. *dub*

13 Beneficia duo ſimplicia aliàs ad ſuſtentationem inſufficientia habenti, ſi Ordinarius tertium conferat, collatio tertij eſt valida, ſed ſi tertium ſit ſufficiens, vacant illa duo priora beneficia, ſin minus, tenetur prouiſus dimittere alterum ex illis, & ſi continuarit poſſeſſionem amborum, recipiendo ex illis fructus, vtrumque beneficium vacat. *Sacra Congr. Concil.* teſtibus Nicol. Garc. *d. p.* 5. *c.* 5. *num.* 310. *in* 1. & 2. *dub.* Armendar. *d. tit.* 7. *de benef. incompatibil nu.* 37. *in reſp ad dub.* 1. & 2.

14 Beneficium vnum ſimplex habenti, quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poteſt Epiſcopus aliud ſimile conferre abſque diſpenſatione Apoſt. ſed non poteſt plura ſimplicia vltra duo vſque ad ſufficientem eius ſuſtentationem conferre citra diſpenſationem Apoſt. *S. Cong. Concil.* de qua mentionem faciunt Nicol. Garc. *d. p.* 11. *c.* 5. *nu.* 310. *declar.* 1. & 2. Armendar. *d. tit.* 7. *de benef. incompatibil. num.* 32.

15 Beneficia duo ſimplicia difformia ſub eodem tecto, vt quis obtinere poſſit, diſpenſare valet Epiſcopus, dummodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem prouiſi. *Sacra Congr. Conc.* quam adducunt Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p.* 2. *c.* 8. *n.* 55. Nicol Garc. *d. p.* 11. *c.* 5. *nu.* 377. Armendar. *d. tit.* 7. *de beneficior. incompatib. n.* 7. quos refero *de Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 62. *n.* 17.

16 Beneficium tertium ſimplex retineri non poteſt abſque prouiſiona Sedis Apoſt. quamuis duo priora ſint ad obtinentis ſuſtentationem inſufficientia. *S. Cong. Concil. in Anagn.* 15. *Aprilis* 1628. quam citat Sellius *d. c.* 22. *n.* 83.

17 Beneficia duo ſimplicia habenti poteſt Ordinarius aliud conferre, ſed quamuis duo priora ſint ad obtinentis ſuſtentationem inſufficientia non poſſunt retineri ſimul cum tertio abſque noua Sedis Apoſt. prouiſione *S. Congr. Concil.* ſub die 10. *Maij* 1607. vt per Sellium *d. c.* 22 *n.* 85.

18 Beneficium tertium ſimplex, etiamſi de iurepatronatus, non poteſt retineri cum duobus aliis abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione, *S. Congr. Conc. in Bonien.* 13. *Nouembris* 1627. teſte Sellio *d. cap.* 22. *num.* 87.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij collatores conferre poſſunt beneficia Regularia adminiſtrationem non habentia nedum eius Ordinis.*

Ordinis professis, sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere teneantur.

2 *Seminario vniri non possunt beneficia Regularia siue dentur in titulum, siue in commendam.*

3 *Habitum Religionis assumere non tenetur impetrans beneficium, quod olim fuit Regulare, sed postea mutauit statum.*

Beneficium Regulare.

Collect. LXV.

1 BEneficia Regularia administrationem non habentia, Portiones, Monachales & Canonicales prouideri consuetas Ordinarij collatores conferre non possunt nedum eius Ordinis professis, sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur iuxta *cap. 10. sess. 14. Sacra Cong. Conc. sub die 12. Decembris* 1585. teste Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 8. num. 77.*

2 Beneficia Regularia siue dentur in titulum, siue in commendam non possunt seminario vniri, secus verò si statum mutauerunt. *Sacra Cong. Conc. in Caputaquen. 26. Iulij* 1586. quam refert Sellius, *in select. Canon. cap. 10. n. 18.*

3 Beneficium quod à principio fuit Regulare, sed postea mutauit statum, concurrentibus his, quæ à iure communi requiruntur ad inducendam huiusmodi mutationem, non exigit, vt illud impetrans habitum Religionis assumat, in eaque profiteatur: nam si Regulare sit, taleque nunc permaneat, collatio de illo seculari facta viribus caret. *Eadem Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Nicol. Garcia. *de benefic. in addit. ad p. 7. c. 10. n. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Curatum iuris patronatus ecclesiastici vacans in mensibus Sedi Apost. reseruatis quomodo prouidendum.*

2 *Episcopi beneficia iurispatronatus in eorum manibus resignata possunt illa suis, aut resignantium consanguineis, affinibus, vel familiaribus conferre.*

3 *Patroni consensus non exigitur in permutatione beneficij iurispatronatus, sed satis est illum tantùm requirere.*

4 *Concursu conferuntur pro illa vice beneficia iuris patronatus laicalis deuoluta ad Ordinarium.*

5 *Vniri non possunt beneficia iurispatronatus etiam ecclesiastici.*

6 *Vocatus ad capellaniam seu beneficium simplex, etiamsi sit in minoribus, & purus Clericus, admittendus est quamuis sit minor 14. annorum.*

7 *Patronus potest præsentare ad beneficium de suo iurepatronatus resignatum coram Ordinario, quem voluerit, quamuis sit affinis, vel consanguineus resignantis, vel Episcopi.*

Beneficium patronatum.

Collect. LXVI.

1 BEneficium Curatum iurispatronatus ecclesiastici si in mensibus Sedi Apost. reseruatis vacauerit, Episcopus ipse Ordinarius nulla habita ratione patronorum debet edicta concursus proponere, idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide Ordinarij à summo Pontifice instituendum, sicut fit in aliis Curatis, quæ non sunt de iurepatronatus. *Sacra Cong. Conc.* teste Moderno Hispano *de protectione Regia tom. 1. p. 3. cap. 9. num. 99.* de qua materia. Ego *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 60. num. 16. & de officio, & potest. Parochi cap. 2. num. 124.* cum seqq. vbi etiam quid si Beneficium huiusmodi sit iurispatronatus partim Ecclesiæ, & partim laici.

2 Beneficium iurispatronatus non comprehenditur in §. cæterum constitutionis Pij V. quo prohibetur Episcopis beneficia in eorum manibus resignata, eorum, aut resignantium affinibus, consanguineis, vel familiaribus conferre. *Sacra Cong. Conc.* ex declaratione Gregorij XIII. referentibus Paulo Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 5. num. 22.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 3. §. 3. num. 268.* Masobr. *in praxi habendi concursus requis. 7. dub. 24.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 69. sub num. 48. vers. quod autem.* inf. *collect. 650. num. 6.*

3 Beneficij iurispatronatus in permutatione non exigitur patroni consensus, sed satis est illum tantum requiri. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Nicol. Garc. *d. p. 11. cap. 3. num 27. vbi num. 28.* intelligis procedere si adest magna Ecclesiæ vtilitas, Vide *d. p. 3. alleg. 69. n. 20. & 21.*

4 Beneficium Curatum iurispatronatus laicalis deuolutum ad Ordinarium confertur per concursum pro illa vice. *Sacra Cong. Conc.* vt per Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo iuspatronatus*, Modern. Hispan. *de protect. Regia tom. 1. p. 3. cap. 11. num. 89.* quos refero *d. p. 3. alleg. 66. num. 18. in fine, & de officio, & potest. Parochi cap. 2. num. 131.*

5 Beneficia iurispatronatus etiam ecclesiastici, necnon pertinentia ad prouisionem inferiorum, residentiam requirentia, Regularia, & quæ commenda sunt, vniri non possunt. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benef. p. 12. cap. 2. num. 210.*

6 Beneficium fundans cum declaratione quod illius Rector debeat esse Sacerdos Missam celebrans, his tamen demptis, qui forent aut sunt de sua progenie, aut stirpe, quos eligi posse voluit in Rectores dicti beneficii, etiamsi non essent nisi in minoribus, & puri clerici, potest patronus præsentare filium suum, qui clericus in aliquo saltem ex minoribus Ordinia constitutus & alioquin idoneus reperiatur, etiamsi suæ ætatis annum decimum non excesserit. *Sacra Cong. Concil.* quam referunt Ciarlin. *controuers. forens. lib. 1. cap. 53. num. 51.* Masobr. *in praxi habendi concursum requis. 7. dub. 12. num. 4.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 60. sub num. 77. in vlt. impress.* vbi intelligo quando fundatio est ante Concilium Trid. de quo tempore secundum Iuris communis dispositionem, etiam Clericus primæ Tonsuræ, & in septimo anno constitutus capax erat simplicis beneficij.

7 Beneficium de iurepatronatus resignans, cum ipsemet esset eiusdem beneficij patronus, potest præsentare quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarius tenetur instituere præsentatum, non obstante dispositione Constitutionis Pij V. de non admittendis resignationibus per Ordinarium. *Sacra Cong. Concil. in Viterbien. 18. Martij* 1628. penes Seilium *in select. Canon. cap. 9. num. 59.* per ea quæ habentur suprà hoc *collect. num. 2.*

Beneficij patronus, vide in verbo *Patronus beneficij collect. 564.*

S. Bernardinus.

Collect. LXVII.

SAncti Bernardini Senenſis Ordinis Minorum profeſſoris canonizatio, vita, & miracula, *Nicolaus V conſtit.* 2. incip. *Miſericordias* 9. *Kalend. Iunij* 1450. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 306. & Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 19. *de Sanctis num.* 19. & *in Chronicis ſancti Franciſci p.* 3. *lib.* 2.

S. Bernardus.

Collect. LXVIII.

SAncti Bernardi Clareuallenſis Abbatis canonizatio, vita, & miracula *Alexander III. conſtit.* 2. incip. *Contigit.* 15. *Kalend. Februarij* 1164. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 25. De eius vita in ſuis operibus in fine, Italicè Ioan. Petrus Mophæus, de eo, eiuſque Ordinis hiſtoria Barnabas Montaluus, Illius feſtum diem in ciuitate Panormitana obſeruandum cenſuit *S. Congr. Rit. in Panormitana* 17. *Maij.* 1600. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 19. *de Sanctis num.* 18.

Bigamus.

Collect. LXIX.

BIgamus effectus bigamia interpretatiua, etiamſi ante conſtitutus eſſet in Ordine Oſtiariatus, non poteſt mortua vxore diſpenſari per Epiſcopum, vt in Ordine ſuſcepto miniſtret. *Sacra Cong. Concil. in Teretrana* 13. *Aprilis* 1610. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib* 1. *tit.* 8. *n.* 19. me citato Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom.* 3. *verbo bigamus num.* 4 *prope fin.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi in Statu eccleſiaſtico biretum glauci coloris deferunt.*

2 *Beneficium cap. peruenit, & cap. Odoardus petentes biretum viride deferre tenentur.*

3 *Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris conceditur vſus bireti nigri.*

4 *Cardinales aſſumpti ex Ordine Regularium biretum rubrum geſtant.*

5 *Epiſcopus cum cappa ſedens biretum debet de per ſe ſibi extrahere, & num.* 6.

6 *Biretum Ordinariis locorum diuinis officiis cum cappa intereſſentibus, per ſe ipſos poni, & deponi debet.*

Biretum.

Collect. LXX.

1 BIretum glauci coloris Iudæos in Statu eccleſiaſtico deferre iuſſit *Paulus IV. conſtit.* 3. incip. *Cum nimis pridie Id. Iulij* 1555. Laert. Cherub. *Bullario tom.* 1. *pag.* 720. aliàs *pag.* 589. in nouiſſ. impreſ.

2 Biretum viride ſub pœna fuſtigationis & aliis deferre tenentur petentes beneficium *cap. peruenit* & *cap. Odoardus. Pius IV. conſtit.* 39. incip. *Cupientes* 27. *Octobris* 156 . apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 40. in nouiſſ. imp.

3 Bireti nigri vſus conceditur Canonicis Regularibus ſancti Saluatoris. *Sacra Congr. Rit. in cauſa ſancti Saluatoris* 26. *Septemb.* 1620. penes Aldan. *in compendio Canon. reſol lib.* 1. *tit.* 19. *num.* 70.

4 Biretum rubrum geſtare Cardinales ex Ordine Regularium aſſumptos ſtatuit *Gregorius XIV. conſtit.* 9. incip. *Sanctiſſimus* 26. *Aprilis* 1591. quam refero *de Iure Eccleſiaſt vniuerſo lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 10.

5 Biretum debet Epiſcopus cum cappa ſedens ad ſedem ſuam de per ſe ſibi extrahere *Sacra Rit. Cong. ſub die* 4. *Aprilis* 1620. & *in Thelesina* 22. *Decembris* 1629. cuius memini *de Canonicis, & Dignit. cap.* 33. *num.* 26. & 27.

6 Biretum, Ordinariis locorum Diuinis Officiis cum cappa intereſſentibus, non per dignitates & Canonicos aſſiſtentes, ſed per ſe ipſos poni, & deponi debet. *Eadem S. Congr. Rit. in Lucana* 4. *Auguſti* 1632. de qua mentionem facit Aldan. *d. lib.* 1. *tit.* 19. *num.* 69.

Vide in verbo *Baretinum, & in verbo Pileolus.*

Blaſphemus.

Collect. LXXI.

BLaſphemorum, & maledicentium Deo, & Sanctis, & non reuelantium quæ ſit pœna, & quomodo denuntiandi? *Leo X. conſtit.* 7. incip. *Superne* 3. *Nonas Maij* 1514. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 474. alias *pag.* 408. *Iulius III. conſtit.* 23. incip. *In multis* 1. *February* 1554. apud eundem Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 715. aliàs *pag.* 584. in nouiſſ. impr. Pius V. *conſtit.* 5. *incip. Cum primum Kalend. Aprilis* 1566. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 179. aliàs *pag.* 146. de quarum materia Ioan. Anton. Nouar. *in ſum. Bullarum verbo blaſphemia*, & citati per me *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 51. *n* 85. *cum ſeqq.* De blaſphemia integros tractatus edidere Petrus Antonius Lazarius, & Antonius Sanctarellus quondam Romæ amicus noſter, item Petr. Creſpet. *in ſumm. Catholicæ Fidei ſub hoc verbo*, Nald. *in ſumm. verbo blaſphemia*, Gambarupta *de caſibus reſeruatis poſt caſum* 26. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 113. Marta *de Iuriſdict. pag* 2. *cap.* 13. Quarant. *in ſum. Bullarij verbo blaſphemia*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 5. *tit.* 4. *l. vnica de blaſphemiis*, Azorl. *inſtit. moral p.* 1. *lib.* 9. *cap.* 28. Farin. *in praxi crimin q.* 20. Bernard. Muſcatel. *in pract. crimin. tit. de Blaſphemia*, Trullench. *in expoſit. Decalogi lib.* 1. *cap.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Camera Apoſt. ſub ſpolio cadunt bona quorumcunque beneficiatorum, qui de eis teſtantur ſine licentia Papæ.*

2 *Camera Apoſt. ſub ſpolio cadunt bona à clericis acquiſita ex illicita negotiatione.*

3 *Equitum Hieroſolymitanorum bona ex illicita negotiatione parta non cadunt ſub ſpolio.*

4 *Regularium extra clauſtra decedentium bona pertinent ad Cameram Apoſt.*

5 *Moniales omnes cuiuſcunque Ordinis poſſunt habere bona ſtabilia in communi.*

6 *Seminarij à contributione non sunt immunia bona possessa à Monialibus; pro quibus alia onera ecclesiastica persoluuntur.*

7 *Titulus bonorum donatorum quando sufficiens sit pro promouendo aliquem ad Sacros Ordines.*

8 *Iesuitarum bona quatenus exempta sint à decimarum solutione.*

9 & 10 *Venientibus ab intestato acquiruntur bona delata Religioso, qui validam professionem emisit in Religione incapaci, etiamsi postea ex indulto ad capacem translatus sit, nisi post translationem delata sint, vt num. 10.*

11 *Cognitio qualitatis bonorum à clerico possessorum, si prætendantur feudalia, & ab eo negentur esse talia, pertinet ad Iudicem ecclesiasticum.*

12 *Superfluitas bonorum mobilium in Regularibus habita ratione personæ, officij, & Regularis status est regulanda.*

13 *Regulares vtriusque sexus bona propria tenere non possunt.*

14 *Moniales & alij Regulares etiam parui momenti sibi donata, aut aliàs acquisita vti propria retinere non possunt.*

15 *Monialibus legatum relictum, seu datum quomodo Abbatissa expendere debeat?*

16 *Regularibus non conuenit vendere stabilia ad effectum emendi census.*

17. *Hierosolymitanæ Religioni non est deneganda facultas alienandi bona, quæ illi obueniunt per successionem suorum Militum defunctorum.*

18. *Miles Hierosolymitanus non potest ante professionem sibi reseruare bona, ad effectum, vt de illis testari possit.*

19. *Exempta à quibuscunque impositionibus, & oneribus bona per ecclesiasticos possessa quando sint?*

Bona.

Collect. LXXII.

1 Bona Clericorum, Prælatorum, & quorumcunque beneficiatorum, quid de illis sine licentia Papæ testantur, cadunt sub spolio, & pertinent ad R. Cameram Apost. *Pius IV. constit.* 8. incip. *Graue* 26. *Maij* 1560. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom.* 2. *pag.* 9. aliàs *pag.* 6. in nouiss. impress.

2 Bona acquisita à Clericis, & quibuscunque personis ecclesiasticis ex illicita negotiatione, & à Canonibus vetita cadunt sub spolio. Idem *Pius IV. constit.* 19. incip. *Decens, Nonis Nouembris* 1560. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 29. aliàs *pag.* 22. Et non comprehendere Religionem S. Ioannis Hierosol. declarauit idem Pontifex vt *n. præcedenti.*

3 Bona Equitum Hierosolymitanorum ex illicita negotiatione parta non faciunt spolium Cameræ, sed ad eorum pertinent Religionem. *Pius IV. constit.* 29. incip. *Romani* 24. *Martii* 1561. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 42. aliàs *pag.* 32. in nouiss. impress.

4 Bona Regularium decedentium extra claustra quocunque titulo, aut industria, quæsita etiam ex successione ab intestato non pertinent ad eorum monasteria, sed ad Cameram Apost. *Gregorius XIII. constit.* 43. incip. *Officij* 12. *Ianuarij* 1577. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 411. aliàs *pag.* 310. in nouiss. impres.

5 Bona stabilia in communi habere possunt Moniales omnes cuiuscunque Ordinis, non obstante earum regula *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Parmen.* 16. *Ianuarij* 1596. teste Sellio *in selectt. Canon. c.* 16. *n.* 3.

6 Bona à Monialibus possessa, pro quibus alia onera ecclesiastica persoluuntur, non sunt immunia à contributione seminarij, nisi ipsæ specialiter doceant de exemptione. *Sacra Congr. Conc. in Caputaquen.* 23. *Iunij* 1586. penes Sellium *d. cap* 16. *n* 4.

7 Bonorum, quæ donantur ad titulum potest quis ad sacros Ordines promoueri, si Episcopus iudicauerit eum assumendum pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum, donationesque huiusmodi verè, & absque vlla fraude in forma valida fiant de tot bonis, quæ promouendo sufficiant ad vitam honestè sustentandam, quæ deinceps nullo modo alienari possunt sine licentia Episcopi, donec beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliunde habeat vnde viuere possit. *Sacra Cong. Conc.* referente Nicol. Garcia *de benefic. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 79.

8 Bona Iesuitarum sunt exempta à solutione decimarum, & subsidiorum ex quacunque vrgentissima causa imponendorum. *Gregorius XIII. constit.* 51. incip *Pastoralis* 1. *Ianuarij* 1578. Sed per Leonem XI. reuocata fuit, & per Sanctissimum D. N. D. Vrbanum VIII. ad terminos Iuris communis redacta, vide *in verbo decima.*

9 Bona delata Religioso, qui validam professionem emisit in Religione incapaci, nulla facta eorum dispositione, acquiruntur venientibus ab intestato, etiamsi postea ex indulto translatus, quia locus amplius non est ea reuocandi, aut renunciandi. *Sacra Cong. Conc. die* 17. *Iunij* 1617. quam refert Ascan. Tambutin. *de iure Abbatum, tom.* 3. *disp.* 7. *q* 6. *n.* 7. *vers. Idem Barbosa,* Ego ipse *de iure ecclesiast. vniuerso, lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 93.

10 Bona ex testamento, vel ab intestato relicta Regulari ex indulto à Religione Fratrum Minorum de Obseruantia, ad tertium Ordinem S. Francisci ex legitima causa translato, & post translationem delata, illi pertinent ad commodum secundi Monasterij. *Sacra Congr. Concil.* 22. *Ianuarij* 1628. cuius memini *d. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 92.

11 Bona possessa à Clerico si prætendantur feudalia, & ab eo negentur esse talia, cognitio dictæ qualitatis spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. *Sacra Congr. Immunitatis in Cassanen.* 9. *Septembr.* 1631. quam citauit Sellius *d. c.* 16 *n.* 5.

12 Bonorum mobilium circa superfluitatem, & conuenientiam Regulares stare debent arbitrio, & præfinitioni Superiorum, nisi de excessu arbitrij constiterit, habita tamen ratione personæ, officij, & Regularis status, paupertatis, quam professi sunt; etiam cæterarum iisdem qualitatum. *Sacra Cong. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18 *l.* 7. *de Regul. n.* 84. quem refero *de iure ecclesiast. vniu. lib.* 1. *c.* 43. *n.* 75.

13 Bona propria tenere non possunt Regulares vtriusque sexus, sed omnia dare debent suis superioribus, à quibus primo subueniendum est necessitatibus eorum, vel earum, quibus munera destinata fuerunt, reliquum verò conferendum in vsum Monasterij. *Sacra Cong. Conc.* referente Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. n.* 58. quem citaui *d. c.* 43. *n.* 77.

14 Bona, siue res etiam parui momenti sibi donata, aut aliàs acquisita vti propria retinere non possunt Moniales, & cæteri Regulares, sed Superiori

illa tradere debent. *Sacra Cong. Concil.* penes Armendar. *d. l. 7. de Relig. n.* 77. quem refero *cap.* 43. *n.* 79.

15 Bona propria possidere nec Monialibus licet, etsi quid legatum, relictum, datum, donatumve fuerit, vel earum labore, aut industria pattum, tradi debet Abbatissæ, quæ ex eo primum Monialis ipsius, cuius causa id quæsitum est, necessitati prouideat, reliquum conferendo in vsum Monasterij. *Sacra Cong. Conc.* apud Armendar. *d. l. 7. de Religion. n.* 74. quem refero *d. c.* 43 *n.* 79.

16 Bona stabilia Regularibus vendere non conuenit ad effectum emendi census. *Sacra Cong. Concil. in Spoletana* 12. *Martij* 1619. Nec pro fabrica Monasterij. Eadem *Sacra Cong. in Missana etiam* 12. *Martij* 1619. quarum meminit Sellius *d. c.* 16. *n.* 8.

17 Bonorum in alienatione Religionis Hierosolymitanæ, quæ eis obueniunt per successionem suorum militum defunctorum, non est deneganda facultas iuxta decretum de non alienandis. *Sacra Cong. Conc. in Meleuitana* 22. *Ianuarij* 1622. de qua Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 14.

18 Bonorum reseruatio, quam facit sibi Miles Hierosolymitanus in eorum renunciatione facta ante professionem sub prætextu, vt de reseruatis testari possit, non sustinetur. *Sacra Cong. Concil. in Neapolitana* 5. *Iulij* 1628. referente Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 16.

19 Bona per ecclesiasticos possessa gaudent exemptionibus à quibuscunque impositionibus, & oneribus, quæ non sint copulatiuè certa, realia, & inuariabilia iuxta decisionem in Brundusina gabellæ coram bonæ mem. Peña & concord. necnon ab impositionibus Cameralibus etiam comprehensiuis Ecclesiasticorum, quando ecclesiastici libertatem ea non soluendi præsceipserint iuxta decretum anni 1600. tempore sanctæ mem. Clementis VIII. editum. Ita *Sacra Congr. controuersiis iurisdictionalibus præposita* 21. *Aprilis* 1640. quam referunt Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo gabella n.* 25. & Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in fine, vbi de decretis nouiss. sacra Congr. decreto* 18. *pag.* 570.

S. Bonauentura.

Collect. LXXIII.

SAnctus Bonauentura Balneoregiensis Ordinis sancti Francisci professor canonizatus fuit à *Sixto IV. constit.* 22. incip. *Superna de anno* 1482. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom.* 1. *pag.* 366. aliàs *pag.* 326. in nouiss. impress. Illum inter Ecclesiæ egregios Doctores cõnumerent. *Sixtus V. const.* 76. incip. *Triumphantis de anno* 1588. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 620, aliàs *pag.* 476. in nouiss. impress. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis, n.* 25. de eius vita habetur *in p.* 2. *Chronica sancti Francisci, lib.* 2. *Ital.*

SVMMARIVM.

1 *Institutio Breuiarij Romani, ac forma illud recitandi.*
2 *Breuiaria prohibentur, quæ non fuerunt approbata à primæua institutione, vel consuetudine* 200. *annos excedente.*
3 *Officij diuini recitationi non satisfaciunt, qui Breuiarium habentes ante* 200. *annos institutum etiam extra chorum recitant iuxta formam Breuiarij noui Pij V.*
4 *Breuiarium Romanum vt suauiter introducatur in Ecclesiis, quæ alio Breuiario vtuntur, persuadendum est.*
5 *Vsus semel introductus Breuiarij, & Missalis Romani, in Ecclesia, quæ habet particulare Breuiarium, & Missale, confirmandus est.*
6 *Archiepiscopo Cameracen. conceditur vsus Breuiarij Romani, vt illud extra chorum possit cum suis familiaribus recitare, non obstante illius Ecclesiæ vsu.*
7 *Collegiata Ecclesiæ Oppidi de Spinulo Tullen. Diœcesis conceditur Breuiarium, & Missale Romanum, non obstante vsu alterius Breuiarij, & Missalis.*
8 *Breuiarium Romanum in Ecclesia Hildesmen. recipiendum.*
9 *Monialibus Ordinis S. Benedicti, quæ sub cura sunt Ordinarij in ciuitate Florentina, Breuiario Romano vti posse conceditur, relicto Breuiario Benedictino.*
10 *Monachis, & Monialibus Benedictinis Regni Portugalliæ conceditur Breuiarium S. Benedicti reformatum ad vsum Breuiarij Romani.*
11 *Breuiarium Benedictinum ex Romano restitutum approbatur pro omnibus Monachis S. Benedicti in Heluetia & Suetia.*
12 *Breuiarium Benedictinum est recitandum ab omnibus Monachis, & Monialibus sub regula sancti Benedicti militantibus.*
13 *Breuiario Benedictino de mandato Pauli V. reformato vti debent omnes Monachi, & Moniales, qui & quæ militant sub regula S. Benedicti.*
14 *Regulares, & Moniales Ordinis Carmelitani, qui receperunt Breuiarium, quomodo de sanctis Ordinis recitare debeant?*

Breuiarium.

Collect. LXXIV.

1 BReuiarij Romani institutio, ac forma illud recitandi ponitur à *Pio V. const.* 64. incip. *Quod à nobis 7. Id. Iulij* 1568. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 196. in nouiss. imp. denuo recusum & emendatum à *Clemente VIII. constit.* 86. incip. *Cum in Ecclesia* 10. *Maij* 1601. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 134. aliàs *pag.* 97. in nouiss. impress.

2 Breuiaria non approbata à primæua institutione, vel consuetudine 200. annos excedente, prohibentur. *Pius V. de sua constit.* 64. *& constit.* 122. incip. *Superni de anno* 1571. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 332.

3 Breuiarium proprium habentes ante 200. annos institutum non satisfaciunt recitando etiam extra chorum iuxta formam Breuiarij noui Pij V. quod in sua Ecclesia non fuit receptum de consensu Episcopi & Capituli. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc *de benefic. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 155. Vide Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo Breuiarium num.* 5.

4 Breuiarium Romanum vt suauiter introducatur in Ecclesiis, quæ alio Breuiario vtuntur, suaderi mandauit *Sacra Cong. Rit. in Cameracen.* 10. *Iunij* 1602. penes Sellium *in select. Canon cap.* 18. *num.* 3.

5 Breuiarij, & Missalis Romani vsus semel introductus

ductus in Ecclesia, quæ habet particulare Breuiarium & Missale confirmandus est, nec licet redire ad vsum antiqui Breuiarij & Missalis. *Sacra Cong. Rit. in Tullen. seu nullius 13. Martij* 1608. teste Sellio *d. cap.* 18. *num.* 5.

6 Breuiarium Romanum, non obstante vsu Ecclesiæ Cameracen. conceditur Archiepiscopo vt illud extra chorum possit cum suis familiaribus recitare. *Sacra Cong. Rit. in Cameracen.* 10. *Iunij & 23. Nouembris* 1602. de qua Sellius *d. cap.* 18. *num.* 6.

7 Breuiarium Romanum, & Missale conceditur Ecclesiæ Collegiatæ oppido de Spinulo Tullen. diœcesis, non obstante vsu alterius Breuiarij, & Missalis. *Sacra Cong. Rit. in Tullen.* 19. *Iunij* 1604. referente Sellio *d. cap.* 18. *num.* 7.

8 Breuiarium Romanum in Ecclesia Hildesmen. recipiendum. *Sacra Cong. Rit. in Hildesmen.* 22. *Augusti* 1620. apud Sellium *d. cap.* 18. *num.* 9.

9 Breuiarium Romanum conceditur Monialibus S. Nicolai Ordinis sancti Benedicti, quæ sub cura sunt Ordinarij in ciuitate Florentina vt possint eo vti, relicto Breuiario Benedictino. *Sacra Cong. Rit in Florentina* 8. *Ianuarij* 1605. de qua mentionem facit Sellius *d. cap* 18. *num.* 20. Et illis conceditur facultas recitandi Officia Sanctorum eiusdem Ordinis, dum modo recitentur cum Breuiario Romano, & iuxta illius rubricas. *S. Cong Rit. in Florentina* 9. *Aprilis* 1633. quam refert Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 14. *num.* 26.

20 Breuiarium Sancti Benedicti reformatum ad vsum Breuiarij Romani, exceptis iis, quæ ad regulam sancti Benedicti pertinent, approbatur, & conceditur Monachis dicti Ordinis in Regno Portugaliæ. *Sacra Cong. Rit. in Portugalen.* 21. *Februarij* 1604. Idem Breuiarium recitare debent Moniales eiusdem Ordinis in dicto Regno, quæ Ordinario subsunt. *Eadem Sacra Cong in Portugalen.* 20. *Martij* 1604. refert me citato Lezana *in sum. quæst. Reg. tom.* 3. *verbo Breuiarium n.* 1.

11 Breuiarium Benedictinum ex Romano restitutum approbatur pro Abbatibus, & Monachis S. Benedicti in Heluetia, & Suetia. *Sacra Cong. Rit in approbatione Breuiarij Benedictini* 6. *Decembris* 1608. Et pro omnibus Monachis eiusdem Ordinis. *Eadem S. Cong. in Causa Abbatiæ S. Galli in Heluetia* 24. *Aprilis* 1610. de qua Sellius *d. c.* 18. *n.* 11.

12 Breuiarium Benedictinum adhiberi debet ab omnibus Monachis & Monialibus sub regula sancti Benedicti militantibus. *Sacra Cong. Rit. in Tarraconen.* 24. *Ianuarij* 1615. *& in Galli. Suessen.* 13. *Iulij* 1619. vt per Sellium *d. cap.* 18. *num.* 22.

13 Breuiario Benedictino de mandato Pauli V. pro omnibus Religiosis, qui militant sub regula sancti Benedicti, vti debent omnes Monachi & Moniales, qui & quæ militant sub regula sancti Benedicti. *Sacra Cong. Rit. sub die* 24. *Ianuarij* 1616. penes Sellium *d. cap.* 18. *n.* 23.

14 Breuiarium Romanum qui receperunt Regulares Ordinis Carmelitani, & Moniales sub eadem regula militantes, habent facultatem à Sacra Cong. Rituum vt de sanctis huius Ordinis recitare possint Officia propria iam approbata, iuxta rubricas Breuiarij Romani, & quod in celebratione Missarum iidem Regulares Carmelitæ possint in fine recitare Antiphonam *Salue Regina*, iuxta eorum antiquam consuetudinem, dummodo illam recitent stantes, & non genuflexi. *Eadem Sacra Cong. Rit. in causa Ordinis Carmelitani* 9. *Aprilis* 1633. cuius meminit me citato Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *verbo Breuiarium n.* 2. vbi tamen attestatur suam Religionem Breuiarium Romanum non recepisse.

S. Brigita.

Collect. LXXV.

SAnctæ Brigitæ viduæ canonizatio, vita, mores, res gestæ, ac miracula in vita, & post mortem enunciantur à *Bonifacio IX. constit.* 5. incip. *Ab origine, Nonis Octobris* 1391. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 233. aliàs *pag.* 226. & illius meminit Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. tit.* 18. *de Sanctis num.* 59. Officium cum ritu semidupl. Oratione, & lectionibus approbatum est à *Gregorio XV. sub die* 8. *Aprilis* 1623. vt refert Gauant. *in rub. Breuiar. sect.* 7. *cap.* 12. *num.* 8. subdens recitandum die 7. Octobris, in qua illa fuit canonizata, nam obiit die 23. Iulij impedita festo S. Apollinaris. Eius vitam & reuelationes mirè descripsit Gonzalus Durantes. Et de Fratribus sanctæ Brigitæ vide infrà *collect.* 384.

Bulla vide in verbo *Constitutio collect.* 220.

Bulla S. Cruciatæ, vide *in verbo S. Cruciata. collect.* 239.

SVMMARIVM.

1 *Capsæ cadauerum in ecclesiis supra terram existentes amoueri debent.*

2 *Cadauera non debent reponi sub Altaribus, nec sub gradibus eorum.*

3 *Iuris sepulturæ occasione non potest prohiberi, ne cadauer sepeliatur.*

4 *Capitulum & Canonici Cathedralis Ecclesiæ, ad quam cùm primùm esset Parochialis, translatum est, non potest leuare cadauera decedentium in illa parochia, irrequisito Parocho.*

5 *Regularibus, & secularibus Presbyteris non licet leuare de domo propria cadauera defunctorum absque consensu proprij Parochi.*

6 *Curia seculari non potest licentiam concedere Episcopus, vt cadauera exhumentur ad faciendam in ipsa Ecclesia recognitionem.*

Cadauer.

Collect. LXXVI.

1 CAdauerum capsas in Ecclesiis supra terram existentes amoueri iussit *Pius V. constit.* 5. incip. *Cùm primùm* 6. *Kalend. Aprilis* 1566. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom.* 2. *pag.* 179. aliàs *pag.* 135. in nouis. impres.

2 Cadauera reponi non debent sub Altaribus, nec sub gradibus eorum. *Sacra Cong. Episcop. & Regul.* cuius meminerunt Gauant. *in man. Episcop. verbo sepultura, n.* 6. Lezana *in summ. quæst. Regular. tom.* 3. *verbo Altare, n.* 17. *vers. secunda.* vbi in vers. tertia, ait eandem sacram Congr. præscripsisse, quod si quæ Altaria essent, quæ superius, vel in medio continerent cadauera siue laicorum, siue etiam Prælatorum non esset in ipsis celebrandum.

3 Cadauer ne sepeliatur prohiberi non potest occasione iuris sepulturæ, cum nulla ratio patiatur, Christianæque pietati repugnās videatur, maximè

verò ob pecuniarum intereſſe cadauer inſepultum remanere. *Sacra Cong. Epiſcop. & Regul. in Cotronien. 17. Septembris* 1617. teſte Sellio *in ſelectis Canon. cap. 26. n. 2.*

4 Cadauera decedentium in Parochia, ad cuius Eccleſiam Capitulum Cathedralis Eccleſiæ tranſlatum eſt, non poſſunt leuari per ipſum Capitulum, ſeu Canonicos, niſi requiſito Parocho dictæ Eccleſiæ. *Sacra Congr. Rit. in Thelesina* 18. *Augusti* 1629. penes Lezanam *in ſumm. quæſt. Regul. tom. 3. verbo defunctus, numero ſecundo in fine.*

5 Cadauera defunctorum leuare de domo propria nullo modo licet Regularibus, & Presbyteris ſecularibus, niſi de licentia, & conſenſu proprij Parochi. *Sacra Cong. Rit. in Adrien.* 22. *Nouembris* 1631. *in reſp. ad* 1. me citato refert Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. tom. 2. cap. 1. num. 32.*

6 Cadauera vt exhumentur non poteſt Epiſcopus tanquam Ordinarius licentiam concedere Curiæ laicali ad faciendam recognitionem in ipſa Eccleſia, ſed extra, & arbitrio ipſius Epiſcopi. *Sacra Congr. ſuper controuerſ. iuriſd.* 2. *May* 1629. quam refert, & ad ſuam petitionem ſic reſponſum fuiſſe dicit R. P. D. Alexander Sperell. *in deciſionibus fori eccleſiaſtici, deciſ.* 51. *n.* 18. reprobato Marco Antonio Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. c. 42. ſub n.* 10.

Vide *in verbo defunctus collect.* 245. & *in verbo officium defunctorum collect.* 533.

Cæcus Canonicus.

Collect. LXXVII.

Cæcus effectus poſt captam Canonicatus poſſeſſionem reputatur præſens in choro, quamuis in illo non aſſiſtat. *Sacra Cong. Conc. ſub die* 11. *Auguſti* 1618. cuius memini *in tract. de Canonicis, & dignit. cap.* 24. *n.* 29. ac propterea diſtributiones quotidianas & cætera emolumenta lucratur perinde ac ſi diuinis intereſſet. *Eadem Sacra Cong. Conc. ſub die* 20. *Iulij* 1629. de qua etiam memini *in tract. de iure eccleſiaſtico vniuerſo, lib. 3. cap. 18. n.* 57. *& in collect. ad Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 12. num.* 90.

Cæleſtini Monachi, vide *in verbo Monachi Cæleſtini collect.* 500.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de cæremoniis agentes.*
2 *Cæremonia noua non inducenda, nec antiqua mutanda.*
3 *Liber cæremonialis Epiſcoporum ad vnguem ſeruandus in omnibus Eccleſiis.*
4 *Diſpoſitio cæremonialis Epiſcoporum ſeruari debet non obſtante contraria conſuetudine.*
5 *Conſuetudines immemorabiles, & laudabiles non tollit Cæremoniale Romanum, ſed abuſus.*
6 *Executio Cæremonialis Romani non eſt retardanda, donec fiant probationes legitimæ circa immemorabilem, & laudabilem conſuetudinem.*
7 *Statutum in Eccleſia laudabiliter introductum, & iuratum non tollit Cæremoniale Romanum.*
8 *Epiſcopus tenetur ſeruari facere in Cathedrali, & aliis Eccleſiis diſpoſitionem Cæremonialis Romani.*
9 *Epiſcopus poteſt obligare Capitulum ſub cenſuris, & pœnis pecuniariis ad obſeruandum Cæremoniale Romanum.*
10 *Cæremoniale Roman. ſeruandum eſt circa aſſiſtentiam faciendam Epiſcopo à dignitatibus, & Canonicis.*
11 *Et circa thurificationem.*
12 *Et circa præintonationem Antiphonarum non obſtante conſuetudine Eccleſiæ.*
13 *Cæremoniale* in cap. 2 de officio Presbyteri aſſiſtentis, *intelligitur.*
14 *Cæremoniale non prohibet quin magiſtratus poſſit medium Epiſcopum inter eos ad Eccleſiam accedentem aſſociare.*
15 *Liber Cæremonialis nec Laicis, nec Clericis prohibet quominus in proceſſione ſanctiſſimi Sacramenti deferant interſtitia.*
16 *Liber Cæremonialis non prohibet quin Canonici dignitatibus, vel aliis Canonicis celebrantibus aſſiſtere poſſint cantando Epiſtolam, & Euangelium.*
17 *Regula Cæremonialis vbi ſunt introductæ & receptæ ſeruari debent.*

Cæremoniæ, Cæremoniale.

Collect. LXXVIII.

1 De Cæremoniis Auguſtinus Torrenſis *in confeſſ. lib.* 3. Hugo de S. Victore *tom. 3. poſt med. & in codice de diuinis Offic.* Ioſeph. Langius *in Polianthea*, Petrus Auratus *paradoxo* 13. Franciſcus Coſter. *in lib. ſodalit. lib.* 4. Ioan. Bonder *in compendio error. tit.* 27. Petrus Caniſ. *in opere catechiſtico q.* 8. Gnibertus de Tornaco *de Eccleſ. ceremoniis*, Willelm. Lindanus *in apolog. pro Relig. concordia tom. 3. cap.* 46. Iodochus Lorichius *in theſauro nouo Theolog.* Pete. Creſpetius *in ſum. Catholica Fides ſub hoc verbo*, Ioannes de Cruce *in dialog. p. 2. de cæremoniarum conuenientia.*

2 Cæremoniæ nouæ non inducendæ, nec antiquæ immutandæ ſine expreſſa licentia Congregationis Sacrorum Rituum, ita ipſamet cenſuit *in cauſa Vrbis* 12. *Maij* 1612. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 1. tit. 23. num.* 70.

3 Cæremonialis liber Epiſcoporum ad vnguem eſt ſeruandus in omnibus Eccleſiis, præcipuè verò in terris Eccleſiæ, niſi adſit laudabilis, immemorialis conſuetudo in contrarium. *Sacra Cong. Rit. in Salernitana* 16. *Iulij* 1605. quam refert Aldan. *d. c.* 23. *n.* 27.

4 Cæremonialis Epiſcoporum diſpoſitio ſeruari debet non obſtante contraria conſuetudine, quæ tollitur, & abrogatur per Bullam Clementis VIII. in ipſo Cæremoniali impreſſam. *Sacra Congr. Rit. in Pacen.* 12. *Februarij* 1633. quam citat Aldan. *d. tit. 23. num.* 74.

5 Cæremoniale Romanum non tollit immemorabiles, & laudabiles conſuetudines, ſed abuſus. *Sacra Cong. Rit. in Salamantina* 10. *Ianuarij* 1604. & *in Cæſaraugustana* 20. *Aprilis eiuſdem anni, & in Brundusina* 17. *Septembris* 1611. *& in Tornacen.* 28. *Ianuarij* 1611. *& in Forolinien.* 4. *Aprilis* 1615. quarum memini

6 *in tract. de Canon. & Dignit. cap. 33. num.* 24. Sed donec fiant probationes legitimæ, non eſt eius executio retardanda. *Eadem Sacra Congr. in Conchen.* 18. *Februarij &* 18. *Martij, &* 8. *Maij* 1617. teſte Sellio *in ſelectis Canon. cap. 1. num.* 86.

7 Cæremoniale non tollit ſtatutum in Eccleſia laudabiliter introductum & iuratum, *Sacra Cong. Rit. in Montis Regalis* 27. *Septembris* 1608. penes Aldan. *d. tit. 23. n* 76.

8 Cæremonialis Epiſcoporum diſpoſitionem tenetur

netur

heeur Episcopus omninò obseruari facere in Cathedrali, & in aliis Ecclesiis suæ diœcesis. *S. Congr. Rit. in Angren. 15. Decemb.* 1632. apud Aldan. *d. tit.* 23. *num.* 75.

9 Cæremonialia ad obseruantiam potest Episcopus obligare Capitulum sub censuris & pœnis pecuniariis, quacunque contraria possessione non obstante *S. Congr. Rit. in Partugalen. de anno* 1630. *in resp ad* 3. de qua Sellius *d. c.* 1. *nu.* 87.

10 Cæremoniale Romanum seruandum est circa assistentiam faciendam Episcopo à Dignitatibus, & Canonicis. *S. Cang. Rit. in Visen.* 31. *Iunij* 1605. referente Sellio *d. c.* 1. *n.* 58.

11 Cæremonialia libri regulæ seruandæ sunt circa thurificationem. *Sacra Cangr. Rit. in Fanen.* 1. *Septembr.* 1607. quam adducit Aldan *d. tit.* 23 *n.* 79.

12 Cæremoniale non obstat consuetudini Ecclesiæ circa præintonationem Antiphonarum. *Sacra Cong Rit. in Perusina* 20. *Decembr.* 1601. penes Sellium *d. c.* 1. *n* 87.

13 Cæremoniale in *cap* 2. *de officia Presbyteri assistentis* non tollit Ecclesiæ consuetudinem, qua Archipresbyter, etiamsi non sit prima Dignitas assistit Episcopo, & celebrat functiones eo absente. *S. Cong Rit. in Asten.* 25. *Ianuar.* 1602. apud Sellium *d. c.* 1. *num.* 81.

14 Cæremoniale non prohibere quin Magistratus possit medium Episcopum inter eos ad Ecclesiam accedentem associare, declarauit. *S. Congr. Rit. in Æsina* 3. *Augusti* 1602. teste Sellio *d. cap.* 1. *num* 82.

15 Cæremonialis liber nec laicis, nec clericis prohibet quominus in processione Sanctissimi Sacramenti deferant intorstitia, vel candelas accensas. *S. Congr. Rit. in Andrien.* 12. *Aprilis* 1603. de qua Sellius *d. c.* 1. *n* 83.

16 Cæremonialis liber non prohibet quin Canonici Dignitatibus, vel aliis Canonicis celebrantibus assistere possint cantando Epistolam, & Euangelium. *S. Cong. Rit. in Nearasten.* 4. *Martij* 1606. apud Sellium *d. c.* 1. *n.* 83.

17 Cæremonialis regulæ vbi sunt introductæ, & receptæ seruari debẽt. *S. Cong. Rit. in Cæsaraugustana de Daroca* 4. *Maij* 1613. *& in Oscen. eadem die, & in Turritana* 19. *Maij* 1614. de quibus meminit Aldan. *d. tit.* 23. *nu.* 78. licet aliquando ex causa non seruentur. *Eadem S. Cong in Veronen.* 28. *Septembris* 1602. penes Aldan. *d. tit.* 23. *n.* 79.

Cæremoniarum Magister, vide in verbo *Magister Cæremoniarum collect.* 459.

Cæmeterium.

Collect. LXXIX.

1 CÆmeterij consecrati reconciliatio non est committenda alteri quàm Episcopo, quia cæmeteria consecrata nonnisi per Episcopum reconciliari possunt. Presbytero autem in ecclesiastica Dignitate constituto committi potest cæmeterij simplex benedictio. *S. Congr. Rit. in Cameracen.* 9. *Februarij* 1608 *& in Praten.* 21. *Iunij* 1632. quarum meminit Lezana *in sum quæst. Regular. tom.* 3. *verbo Cæmeterium n.* 6. De cæmeterio vide Onuphr. Panuin. & Petr. Greg. *in partit iuris Can.* Iodoch. Lorich. *in thesauro nouo theolog.*

Calatrauenses Equites, vide in verbo *Equites Calatraua collect.* 406.

Cambium.

Collect. LXXX.

1 CAmbia illa damnantur, quæ sicca dicuntur, & ita confinguntur vt contrahentes ad certas nundinas ire, & cambia celebrare simulent, sed litteræ cambiorum non mittuntur, vel ita mittuntur vt inanes reddant, vel nemo est, qui in nundinis solutionem faciat receptis litteris vel etiam litteris minimè traditis pecunia cum interesse reposcitur; vbi contractus fuerat celebratus: vel cùm pecuniæ depositi, seu alio nomine ficti cãbij traductur vt postea cum lucro restituatur: vel si in ipsis cambiis, quæ realia appellantur, cãpsores præstitutum solutionis terminum differãt aliquo lucro ex conuentione recepto; vel promisso, quæ omnia cãbia vsuraria esse declarantur. *Pius V. const.* 18. incip. *In eam, de anno* 1571. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom,* 2. *pag.* 327. aliàs *pag.* 246. in nouiss. impress. & illam referunt Nau. *in manuali cap.* 17. *num.* 300. Quarant. *in sum. Bullarij, verbo Vsura*, Mich. Salon. *de iustitia & iure, tom.* 1. *q.* 4. *de cambiis art.* 2. *contron.* 9. *in fine*, vbi latissimè explicat, prout etiam faciunt Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 23. *dub.* 11. Bonacina *de contract. disp.* 3. *q.* 5. *puncto vnico*, Filliuc *in quæst. moral. tract.* 35. *p.* 2. *cap.* 11. Trullench. in *Decalogum lib.* 7. *cap.* 22. *dub vlt.* Scott. *in selectas Summorum Pont. Constit. epit.* 107. *&* 114. Et de cambiis speciales tractatus edidere Fabianus Genuensis, Seraphinus Razzius, Thomas de Vio Caietanus, Ioannes Baptista Corradus, Romualdus Colli, Marcus Antonius Berandutius, Ioannes Baptista Cauatius, Ioannes de Salas, Sigismundus Scaccia.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio procedendi contra pyratas, & noua pedagia imponentes, & arma Saracenis deferentes est penes Camerarium S.R.E.*

2 *Et in cognoscendis summariè quibuscunque causis interesse R. Cameræ concernentibus.*

3 *Et in reuidendis computis etiam saldatis.*

4 *Et in cognoscenda an contractus super locationibus & alienationibus bonorum & iurium Cameræ cum eius læsione fiant.*

5 *Et inhibendi, ac ad se auocandi sub censuris causas concernentes interesse Cameræ.*

6 *Vicinos non habitantes domas cogit Camerarius, & Magistri Viarum Vrbis illas vendere.*

7 *Causæ circa datia, gabellas, & dohanas subsunt iurisdictioni Camerarij.*

8 *Depositarij & Thesaurarij omnes per varia loca status ecclesiastici subsunt iurisdictioni Camerarij.*

9 *Officiales omnes Vrbis ac ditionis ecclesiasticæ Camerario parere tenentur.*

10 *Camerarij & clericorum Cameræ iurisdictio non extenditur ad causas non concernentes interesse Cameræ.*

11 *Iurisdictio Camerarij circa causas criminales, & circa venditionem pignorum Hebræorum.*

12 *Priuilegia Camerarij & clericorum Cameræ confirmantur.*

13. & 14. *Iurisdictio Camerarij, & clericorum Cameræ quæ & qualis sit Sede Apost. vacante. & n* 14.

15 *Commissionẽ in forma, si in euidentẽ, non possunt cõ-*

cedere Camerarius, & clerici Cameræ, aliique Officiales super alienatione rerum Ecclesiæ.

16 Iurisdictio Camerarij & magistrorum viarum qualis sit in exercendo iure congrui.

17 Sigilli loco quid soluendum Camerario, & de eius reformatione.

Camerarius S.R.E.

Collect. LXXXI.

1 CAmerarij S R.E. iurisdictio procedendi contra pyratas, & noua pedagia imponentes, & contra arma Saracenis deferentes. *Vrbanus V. const.* 1. incip. *Apostolatus*, 4. *Id. Octobris* 1364. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 219. aliàs *pag.* 217. in nouiss. impress.

2 Camerarij iurisdictio in cognoscendis summariè quibuscunque causis interesse R. Cameræ concernentibus. Idem *Vrbanus V. const. sua incip. Apostolica*, 6. *Id. Septembr.* 1379. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 227.

3 Camerarius habet facultatem reuendendi comparata etiam solidata. *Pius IV. const.* 26. incip. *Romanum de anno* 1561. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 36. aliàs *pag.* 28.

4 Camerarius cognoscit an contractus super locationibus, alienationibus, ac inuestitutis bonorum, & iurium Cameræ cum eius læsione fiant. Idem *Pius IV. in d. const.* 26.

5 Camerarius, Præsidentes, & delegati habent liberam facultatem sine alio Papæ mandato inhibendi, & ad se euocandi sub censuris, & pœnis causas concernentes interesse Cameræ, nisi commissio subscripta sit manu Papæ cum derogatione huius Constitutionis. *Pius IV. const.* 35. incip. *Cùm sicut*, 26. *Iulij* 1561. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 50. aliàs *pag.* 38. in nouiss. impress.

6 Camerarius, & Magistri Viarum Vrbis cogunt vicinos non habitantes domos, illas vendere aliis, qui illas reficiant, *Sixtus IV. const.* 20. incip. *Et si, pridie Kalend. Iulij* 1480. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 364 aliàs *pag.* 435. in nouiss. impress.

7 Camerarij, Præsidentes, ac Clericorum Cameræ iurisdictioni subijciuntur tam in Vrbe, quàm extra causæ circa datias, gabellas, dohanas, & eorum officiales. *Leo X. const* 24. incip *Licet* 12 *Iunij* 1517. apud Laert. Cherub. *tom. pag.* 514 aliàs *pag.* 435.

8 Camerarij, ac Clericorum Cameræ iurisdictioni subsunt omnes depositarij, thesaurarij per varia loca status Ecclesiastici. Idē *Leo X. d. const.* 24.

9 Camerario omnes Officiales Vrbis, ac ditionis ecclesiasticæ parere tenentur. *Paulus III. const.* 41. incip. *Romani* 7. *Kalend. Decembris* 1544. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 680 aliàs. *pag* 558. in nouiss. impress.

10 Camerarij, & Clericorum Cameræ iurisdictio non extenditur ad causas non concernentes interesse Cameræ. *Pius IV. const.* 55. incip. *Romanus* 6. *Kalend. Iulij* 1562, apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 74. aliàs *pag.* 56. in nouiss. impress.

11 Camerarius causas criminales Iudicibus Ordinariis criminalibus committit, auocat ad se causas ab omnibus Tribunalibus, & Iudicibus etiam Cardinalibus, habet iurisdictionem circa venditionem pignorum Hebræorum, & eorum furta: emolumenta, ex Collectoria Hispaniarum, & aliorum locorum accipit: non potest dare licentiam Communitatibus vendendi stabilia, creandi census, aut faciendi nundinas. *Clemens VIII. const.* 65. incip. *In conferendis* 15. *Kalen Ianuar.* 1599. apud Laert. Cherub *tom.* 3. *p.* 90. al às *pag.* 66. in nouiss. impress.

12 Camerarij, & Clericorum Cameræ facultates, & priuilegia à prædecessoribus suis concessa confirmat, & auget *Leo X const.* 24. & *Iulius III const.* 3. incip. *Licet*, 8. *Kal. Martij* 1550. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag* 692.

13 Camerarij, & Clericorum Cameræ iurisdictio, quæ & qualis sit Sede Apostolica vacante. *Pius IV. d const.* 15. incip. *Romanus*, 6. *Kalend. Iulij* 1562. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 74 aliàs *pag.* 56. in nouiss. impress.

14 Camerarius, & Clerici Cameræ Sede Apost. vacante possunt incumbere exactionibus pecuniarum, & prouisioni rerum pro statu præsenti duntaxat, & à reliquis se abstinere debent. *Pius IV. const.* 63. incip. *In eligendis* 7. *Id. Octobris* 1562. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 91.

15 Camerarius, & Clerici Cameræ, aliique Officiales non possunt concedere commissionem in forma, *Si in euidentem*, super alienationem rerum Ecclesiæ *Pius V. const.* 69. incip. *Volentes* 17. *Augusti*. 1568 apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 266. aliàs *pag.* 200. in nou ss. impress.

16 Camerarij, & Magistrorum viarum qualis sit iurisdictio in exercendo iure congrui. *Gregorius XIII. const.* 21. incip. *Quæ publicè Kal. Octobris* 1574. apud Laert. Cherub, *tom.* 2. *pag* 387. aliàs *pag.* 292. in nouiss. impress.

17 Camerarij pro sigillo quid soluendum statuit *Paulus V. const.* 72. incip. *Cum nos de anno* 1612. apud Laert. Cherub *in Bullario tom.* 3. *pag.* 286. Et eius reformationem edixit idem *Paulus const.* 71. incip. *Vniuersis de anno* 1611. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 3. *pag.* 264 aliàs *pag.* 194.

Cameræ Apost. Clerici, vide in verbo *Clerici Cameræ Apost. collect.* 160.

Cameræ Apost. Commissarius, in verbo *Commissarius Cameræ, collect.* 189.

SVMMARIVM.

1 *Vsui prophano inseruire non debent cāpanæ consecratæ.*

2 *Episcopus potest prohibere ne campanæ pulsentur si non sint benedictæ.*

3 *Campanæ in sabbato sancto pulsari non possunt in aliqua Ecclesia ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice.*

4 *Ecclesiæ tam seculares quàm Regulares etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, non possunt in sabbato sancto campanas pulsare ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali.*

5 *Ecclesia Collegiata, quæ habet omnimodam præcedentiam supra Matricem Ecclesiam, non potest ante illam pulsare campanas in sabbato sancto.*

6 *Campanæ in aliis diebus præter sabbatum sanctum pulsari possunt indifferenter ante vel post pulsationem in Ecclesia Cathedrali, nisi fortè adesset consuetudo in contrarium.*

7 *Auctores referuntur de Campanis agentes.*

Campana.

Collect. LXXXII.

1 CAmpanæ consecratæ etiam in turri prophanæ existentes nullatenus vsui profano inseruire debent

re debent, etiamsi in hunc vsum à secularibus fabricatæ prætenderentur. *S Congr. Episcop & Regular. in Papien. de anno* 1581. cuius memini *de Episcopo p.* 2. *alleg.* 27. *n* 48.

2 Campanæ ne pulsentur si non sint benedictæ potest Episcopus prohibere. *S. Congr. Rit. in Aprutina* 5. *Iulij* 1614. de qua mentionem feci *d alleg.* 27. *num.* 48. & *de iure ecclesiastico vniuerso lib.* 3. *cap.* 3. *num* 68.

3 Campanæ in Sabbato sancto non possunt in aliqua Ecclesia pulsari ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel matrice. *Leo X. tom.* 1. *Bullarij pag* 150, apud Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *c.* 11. *n.* 45. *Sacra Congr. Rit. in Oriolen.* 11. *Aprilis* 1601. *& in Marsicen.* 21. *Martij* 1609. *& in Venusina* 10. *Decembris* 1614. *&* 14. *Nouembris* 1615. *& in Syracusana* 3. *Iunij* 1617. *& in alia Syracusana Modica* 23. *Febr.* 1619. penes Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regular. verbo Campana*, metipsum *de iure ecclesiastico vniuers. lib.* 3.
4 *c.* 3. *n.* 69. Tam in Ecclesiis secularibus, quàm Regularibus etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, etiam propè, & extra muros existentibus, & etiam in Ecclesiis Confratrum. *Eadem Sacra Congr. Rit. in Placentina* 11. *Augusti* 1604. *& in Meliten.* 6. *De-*
5 *cembris* 1621. Etiamsi adsit Ecclesia Collegiata quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem. *Eadem Sacra Congr. Rit. in d. Syracusana Modica* 23. *Februarij* 1619. penes Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 1. *num* 44. Metipsum *d lib.* 3. *cap.* 3. *sub n.* 69.

6 Campanæ in aliis diebus præter Sabbatum sanctum pulsari possunt ad salutationem Angelicam, &c. & indifferenter antè vel post pulsationem in Ecclesia Cathedrali vel Matrice. *Sacra Cong. Rit. in Oriolen.* 11. *Aprilis* 1601. & in hac causa & aliis decisum attestantur Gauant. *in man. Episcop. verbo Regularium iura sub Episcopis nu.* 50. Lezana *d. c.* 11. *n* 45. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo campana, nu.* 3. Ego ipse *lib.* 3. *c.* 3 *n. vlt.* Nisi fortè adesset consuetudo vt non pulsentur in aliqua Ecclesia ante pulsationem in Matrice, quæ seruanda erit. *Eadem S. Congr. in d. Oriolen.* 21. *Augusti* 1601.

7 De Campanis Iodoc. Cocc. *in thesauro Cathol. tom.* 2. *lib.* 3 *c.* 7. Iodoc. Lorich. *in thesauro nouo Theolog. verbo Campana.* Petr. Crespet. *in sum Catholicæ Fidei eod. verbo* Gauant. *in rubricas Missalis p.* 1. *tit.* 20. *vers. parua campanula.*

SVMMARIVM.

1 *Redditus Cancellariæ Episcopalis locari non possunt.*
2 *Visitatione pro rogitu scripturæ, seu labore suo non potest Cancellarius Episcopi aliquid percipere.*
3 *Pro publicatione, aut monitione, significauit, non potest Cancellarius Episcopi aliquid exigere.*
4 *Pro approbatione ad Confessiones audiendas non potest quicquam percipere Cancellarius Episcopi.*
5 *Pro expeditione litterarum collationis, vel institutionis beneficiorum, vel pro deputatione Vicariorum quicquam quod excedat vnum aureum, non potest Cancellarius Episcopi exigere.*
6 *Processus criminalis copiam an teneatur gratis exhibere reo appellanti Cancellarius Iudicis à quo?*
7 *Cancellarius Episcopi multa quæ hic recensentur, debet gratis præstare, alia verò non sic, sed pro illis*
Barbos. Apost. Decis. Sum.

poterit aliquid percipere si nullum sibi solatium vel stipendium fuerit constitutum.

Cancellaria, Cancellarius Episcopi.

COLLECT. LXXXIII.

1 CAncellariæ Episcopalis redditus locari non possunt, sed debent per proprios Episcopi ministros exerceri. *Sacra Coug. Episcop & Regular. die* 26. *Augusti* 1592. *& Sacra Coug. Conc. de anno* 1598. testibus Paulo Piasec. *in praxi Episcop p.* 2. *c.* 3. *nu.* 3. *in fine*, Aldano *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 8. *nu.* 11. refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 107. *n.* 30. *in fine.*

2 Cancellarius, vel Notarius Episcopi non potest quicquam ab eis, qui visitantur occasione decretorum, & Ordinationum in visitatione factarum pro rogitu scripturæ, vel labore suo percipere. *S. Congr. Concil.* quam refert Aldanus *d. lib.* 3. *titul.* 8. *num.* 12.

3 Cancellarius Episcopi pro publicatione, aut monitione *Significauit*, non potest aliquid percipere. *Sacra Congr. Concil.* apud Aldan. *d tit.* 8. *n.* 15.

4 Cancellario Episcopi nullo pacto, licet in Vim taxæ antiquæ, pro approbatione ad Confessiones audiendas, quæ decreto Concilij cap. 15. sess. 23, gratis dari mandatur, quicquam exigere. *S. Congr. Concil. in Aprutina*, quam adducit Aldan. *dict. titul.* 8. *num.* 16.

5 Cancellarius Episcopi pro expeditione literarum collationis, vel institutionis quorumcunque beneficiorum, vel pro deputatione Vicariorum in illis, non potest accipere nisi mercedem suo labori conuenientem, quæ tamen scriptura, sigillo, & ceris computatis vnum aureum non excedat, dummodo ipsi Cancellario salarium vllum pro officio exercendo constitutum non sit, & ex pecunia, quam acceperit, nihil prorsus emolumenti collatores aliquo modo directè, vel indirectè percipiant. *S. Congr. Concil.* referente Paulo Piasec. *in praxi Episcopali p.* 2. *c.* 5. *n.* 28.

6 Cancellarius Iudicis à quo, an teneatur gratis exhibere copiam processus criminalis reo appellanti ad præscriptum cap. 3. sess. 13. quando ad querelam tertij, & ad illius instantiam in criminalibus causis proceditur, an verò seruari debeat forma, & decisio *cap.* 20. § *porro sess* 24. *de reform.* & quid & quando ex officio procedatur. *Sacra Congr. Concil. sub die* 27. *Septembris* 1623 respondit non esse distinguendũ an ad querelam tertij, an verò ex officio Iudicis procedatur in causa criminali, sed dictum *c.* 1. *sess.* 13. intelligendũ esse de persona Iudicis, qui in criminali causa sententiam tulit, à qua appellatum fuit, vt ipse quantum in se erit, acta ipsa postulanti exhibeat gratis, nec vllam mercedem sibi eo nomine accipiat: dictum autem *cap.* 20. *sess.* 24. intelligendum esse de persona notarij, qui ipsam actorum copiam tenebitur exhibere appellanti congrua mercede accepta: refert Aldanus *d lib.* 3. *tit.* 8, *n.* 16.

Cancellarius Episcopi nihil accipere potest nec ratione scripturæ, neque sigilli, neque laboris, aut alio titulo, sed gratis his, quorum interest, debet præstare hæc omnia. Videlicet, *approbationis ad audiendas Confessiones, licentiam ad ministranda Sacramenta, licentiam deseruiendi beneficiis, licentiam sepeliendi defunctorum corpora in Ecclesia, licen-*

tiam celebrandi Miſſas,licentiam colligendi eleemoſynas, mandata publicandi in Eccleſiis eos, qui primam Tonſuram, vel minores, ac ſacros Ordines ſuſcipere voluerint. Quoad alia vero, quæ ſequuntur poterit aliquid percipere ſi nullum ſibi ſalarium, vel ſtipendium conſtitutum fuerit, neque congruam tantùm ſui laboris mercedem, quæ quoad litteras collationis vel inſtitutionis Curatarum Eccleſiarum, vel deputationis Vicariorum in illis vnum aureum, & quoad litteras dimiſſoriales,& teſtimoniales decimam vnius aurei nunquam excedat. *Pro litteris collationum, inſtitutionum, ſeu prouiſionum beneficiorum vacantium per obitum, vel per reſignationem etiam ex cauſa permutationis,vel alia. Pro litteris dimiſſorialibus, ſeu teſtimonialibus, quæ conceduntur Presbyteris. ſeu Clericis ad alias diœceſes tranſituris. Pro litteris recipiendi Ordines ab alieno Epiſcopo. Pro licentia Ordinandi ſe ad titulum patrimonij, ſeu pro approbatione huiuſmodi titulorum.Pro licentia abſentandi ſe ab Eccleſia, ſeu beneficio.Pro licentia erigendi capellas. Pro litteris approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in menſibus reſeruatis,quæ ad Sedem Apoſt.tranſmittuntur. Pro approbatione iuriſpatronatus ex fundatione, vel dotatione. Pro creationibus Vicariorum in Parochialibus. Pro deputationibus Oeconomorum dum beneficia vacant. Pro executionibus litterarum Apoſtolicam gratiam, vel iuſtitiam concernentium. Sacra Congr. Concilij in Vicen.* 8. *Martij* 1602.quam refero *de officio & poteſt. Epiſcopi p.*3.*alleg.*107.*nu.*18.*&* 29.*in vltim.impreſſ.*

SVMMARIVM.

1 *Purificationis B.Virginis in die, populus candelas in Eccleſia recipere tenetur.*

2 *Vicario ante Canonicos & Dignitates dantur palma & candela.*

3 *Epiſcopo candelam miniſtrans,debet eam ante omnes ab Epiſcopo accipere.*

4 *Dignitas prima debet miniſtrare Epiſcopo candelam benedictam.*

5 *Dignitas, vel Canonicus à quo celebrans recipit candelam,ante omnes etiam ante Vicarium Generalem eam recipere debet.*

6 *Capite detecto diſtribuenda ſunt candelæ.*

7 *Benedictio Candelarum in die Purificationis,& earum diſpenſatio connumeratur inter functiones Parochiales.*

8 *Presbyteri ac Fratres candelas, quas præ manibus in funeralibus portare ſolent,ſibi quærunt.*

9 *Confraternitatum funera aſſociantium candelæ quartam Parochialem non ſoluunt.*

10 *Intorſtitia,ac omnia quæ per viam deferuntur circa cadauera quomodo inter ipſos Parochos, & miniſtros aliarum Eccleſiarum diuidenda, oſtenditur.*

11 *Vicarij generalis ad Miſſam quatuor candelæ accendi non debent.*

Candela.

Collect. LXXXIV.

1 CAndelas benedictas in die Purificationis B. Virginis ad ædes ſecularium Parochi tranſmittere non debent, ſed iuxta laudabilem & obſeruatam ab Eccleſia vniuerſali conſuetudinem, in Eccleſia Populus eas recipere tenetur, *S. Cong. Epiſcop. & Regul. in Foligen.de anno* 1581.cuius memini *de officio, & poteſt. Parochi c.*12.*n.*5.

2 Candelæ & palmæ dantur Vicario generali ante Canonicos. & Dignitates,exceptis iis, qui cum paramento aſſiſtunt Epiſcopo in Sede Pontificali exiſtenti. *Sacra Congr. Epiſcop & Regul.in Biſignan.*16. *Maij* 1600.quam refero *in tract. de Canonicis & Dignit.c.*18.*n.*27.

3 Candelam ab Epiſcopo accipere debet ante omnes, etiam ante Vicarium generalem ille, qui candelam Epiſcopo miniſtrauit. *Sacra Congr. Rit. in Lucerina* 14 *Iunij* 1608. teſte Seilio *in ſelect. Canon. cap* 4 *num.*3. Et nouiſſimè *eadem Sacra Cong. in cauſa S. Marci* 5.*Martij* 1633. cenſuit diſtribuente Epiſcopo candelas præferendum eſſe illum,à quo Epiſcopus illas recepit, poſt quem Dignitates, & Canonicos,& ante omnes, Vicarium generalem de qua memini *de officio & poteſt. Parochi cap.*12. *num.*7.

4 Candela benedicta debet Epiſcopo miniſtrari à prima Dignitate. *S. Cong. Rit. in Brixien.* 28.*Maij* 1616. apud me *d c.*12.*n.*6.

5 Candelarum in diſtributione ſupra omnes alios etiam ſupra Vicarium generalem præferenda eſt illa Dignitas,vel Canonicus,à quo celebrans recepit candelam,poſt quem immediatè Vicarius generalis anteponendus eſt. *Sacra Congr Rit. Vulterana terræ Gualdi* 5.*Martij* 1633. penes me *d.cap.* 12. *ſub num.*7.

6 Candelas qui diſtribuit detecto capite diſtribuere debet. *S. Cong. Rit. die* 18. *Iulij* 1626. etiam apud me *d c.*12.*n.*10.

7 Candelarum benedictio in die Purificationis B.Virginis,& earum diſpenſatio inter functiones Parochiales connumeratur. *S. Congr. Rit. in Alatrina* 5.*Martij* 1633.etiam apud me *d c.*12.*n.*4.

8 Candelas,quas Fratres,& alij Presbyteri in funeralibus præ manibus portare ſolent, ſibi quærunt,& nulla de illis Parocho debentur: ita ſtatuiſſe Benedictum Vndecimum refero *de officio,& poteſt. Parochi c.*25.*n* 39.

9 Candelæ Confraternitatum ſecularium funera aſſociantium Parocho quartam funeralium non ſoluunt. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Firmana* 5. *Martij* 1616. cuius memini *dict. cap.* 25. *num* 40.

10 Candelæ,& intorſtitia,ac omnia, quæ per viam deferuntur circa cadauera in quibuſcunque priuatis Eccleſiis diuidenda ſunt pro æquali portione inter ipſos Parochos,& Miniſtros aliarum Eccleſiarum quarumcunque etiam Regularium, & nationalium, ſeu aliàs priuilegiatarum, ac propterea quando huiuſmodi intorſtitia,ſeu candelæ in præfatis Eccleſiis pro celebrandis diuinis officiis præſente corpore accenduntur,finito officio extinguenda,& cuiquam medietas conſignanda eſt. *Congr. RR.DD. Præfectorum Vrbis, S.D.N. Vrbano VIII. approbante ſub die* 21.*Martij* 1629.referunt Lezana *in ſum quæſt. Regul. tom.*2.*c.*1.*nu.*48.Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo candela, nu.*1.Ego *d.c.*25. *num.*42.

11 Candelæ quatuor accendi, nec duo Capellani aſſidere debent ad Miſſam Vicarij generalis. *Sacra Congr. Rit.* 7. *Auguſti* 1627. de qua Gauant. *in rubr. Miſſal.p.*1.*tit.*20.*in med. verſ. an verò poſſit.*

De candelarum benedictione, Gauant. *in rub. Miſſal.p.*4.*c.*14.

Candelabrum.

Collect. LXXXV.

1 Candelabrum septimum non adhibetur in Vesperis, sed tantum in Missis solemnibus ab Episcopo celebrandis, sed non in Missis defunctorum licet ab Episcopo celebrentur. *S. Cong. Rit. in Placentina 19. Maij 1607. dub. 8.* teste Sellio *in selectis Canonic. c. 4. n. 59.*

2 Candelabrum septimum non debet poni super Altare, quando solemniter celebrat Episcopus Suffraganeus, sicut ponitur quando celebrat Episcopus Ordinarius *Eadem S. Congr. Rit. in Bracharen. 1. Septemb.* 1607. referente Sellio *d. c. 4. n. 60.* De candelabris sex in recta linea in solemnioribus Missis regulariter adhibendis Gauant. *in rub Missal. p. 1. tit. 10. lit. X.*

Canon Missalis.

Collect. LXXXVI.

1 Canon Missalis non est alterandus, seu mutandus, sed omnino vt iacet recitandus. *S. Cong Rit. in Vlixbon 12. Nouembr. 1605.* cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 50 nu. 16.* De Canone Missalis Gabriel Biel *in comment.* Hugo de S. Victore *in codice de diuinis officiis*, Petrus Crespet. *in summa Catholicae Fidei sub hoc verbo.* Gauant. *in rubrica Missalis p. 1. tit. 12. num. 5. lit. E. vers.* Canon. Cardin. Bellarmin. *lib. 2. de Missa, c. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Valentina Ecclesiae Canonicatus, & Dignitates prohibentur spuriis conferri.*

2 *Episcopis non licet pro Canonicatus collatione quicquam sibi capere.*

3 *Erectio Canonicatuum ab Episcopo fieri potest.*

4 *Aetate illa oportet esse constitutum qui Canonicatum in Cathedrali obtinere vult, vt infra annum ad subdiaconatum possit promoueri.*

5 *Anni vigesimi primi attingentiam requirunt Canonicatus, & Portiones integrae in Cathedralibus.*

6 *Parochialis si vnita sit perpetuo, & accessoriè Canonicatui Cathedralis, sufficit in obtinente aetas, quam Canonicatus requirit.*

7 *Residere in Parochiali tenetur Canonicus, qui habet vnitam Parochialem ad vitam.*

8 *Episcopus cum consilio capituli designare debet quibus Canonicatibus quisque Ordo sacer annexus esse debeat.*

9 *Episcopus non potest Canonicatus distinguere in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales si ab immemoriali tempore omnes sint Presbyterales.*

10 *Episcopus quando possit Canonicatus supra numerarios creare?*

11 *Poenitentiarij Canonicatum obtinens non potest cum eo in eadem Ecclesia in vim consuetudinis Dignitatem obtinere.*

12 *Vnio facta vigore Concilij Officio Poenitentiarij de praebenda proximè vacatura non comprehendit vacantem in mense Sedis Apost. reseruato.*

13 *Illegitimus, qui fuit deinde legitimatus per subsequens matrimonium non potest obtinere Canonicatum in Ecclesia in qua pater.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

14 *Officium hebdomadarij, & ad faciendum principium compelluntur Canonici, & Dignitates, si tamen alij non sint.*

15 *Residere debet in Cathedrali, qui ex dispensatione Canonicatum in Cathedrali, & alium in Collegiata obtinet.*

16 *Distributiones quotidianae Horis, quae distributione carent, ex fructibus massae communis proportionabiliter sunt assignandae.*

17 *Distributiones quotidianas integrè lucratur habens Parochialem, & Canonicatum, & residens in Parochiali ex praescripto Bullae Pij V.*

18 *Residere tenetur in digniore Canonicatu, qui duos ex dispensatione obtinet.*

19 *Incompatibiles sunt in vim decretorum Concilij Trid. duo Canonicatus.*

20 *Possessione pacificè habita secundi Canonicatus, primus ipso iure vacat.*

21 *Canonicatus duos pacificè siquis simul retinere perrexerit. vtroque ipso iure est priuatus.*

22 *Episcopus supprimere non potest Canonicatus vacantes in mense reseruato.*

23 *Suppressio Canonicatuum alicuius Collegiatae vt ritè fiat per Episcopum, quae debeant concurrere.*

24 *Fabricae soluere tenentur Canonicatus grauati pensionibus, nulla ad eas habita ratione.*

25 *Canonicatus Collegiatarum vniri non possunt seminario.*

Canonicatus.

Collect. LXXXVII.

1 Canonicatus, Praebendae, & dignitates Eccles. Valentinae prohibentur conferri spuriis, aut illegitimatis, aut natalibus restitutis. *Sixtus V. constit. 84.* incip. *Cum caelestis*, apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 639.*

2 Canonicatus pro collatione non licet Episcopis quicquam sibi capere, non obstante quacunque consuetudine etiam immemoriali. *Sacra Congr. Concil.* cuius meminit *de Canonic. & Dignitat. cap. 15. num. 25.*

3 Canonicatuum erectio ab Episcopo fieri potest, & propterea Canonici ab eo instituti habent stallum in choro, & vocem in Capitulo, aliisque Canonicis post eorum institutionem prouisis praecedunt, atque honoribus, & praeminentiis frui debent, quibus Canonici antiquiores potiuntur. *S. Congr. Conc. in Senogallien. 25. Februarij* 1617. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 2. titul. 29 num. 2.*

4 Canonicatum in Cathedrali obtinens etiam ante factam Ordinum distributionem in ea saltem aetate oportet esse constitutum, vt infra annum ad subdiaconatum possit promoueri, *S. Cong. Conc. die 16. Iunij* 1597. teste Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p. 7. c. 4. n. 29.*

5 Canonicatus, & Portiones integrae in Cathedralibus requirunt attingentiam anni vigesimi primi. *Sacra Congr. Conc.* referente Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. n. 95.*

6 Canonicatui Cathedralis si vnita perpetuò, & accessoriè sit Parochialis, attendenda est natura Canonicatus, & non Parochialis, & ita sufficit vt is, cui collatio facta est, sit in aetate 22. annorum incoeptorum, quae in Canonicatus collatione requiritur, vbi nec ante, nec post Concilium Trid. vllus Ordo

siue Diaconalis, siue Presbyteralia Caoonicatui annexus fuerit. *S.Congr Conc.* testibus Anastas. Germon. *de indultis Cardinal. verbo quibusuis nu.*6. Piasec. *in praxi Episcop.p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.glos.* 9. *num.* 4. Campan. *in diuersor. Iurn Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 26. Nouar. *in singular. Canon. concl.* 16. *in fine.*

7 Canonicatum obtinens, cui sit vnita Parochialis ad vitam obtinentia tantùm tenetur in Parochiali residere. *Eadem S.Congr.Concil.* apud Nicol. Garc. *de benef p.* 3. *c.* 2. *n.* 179 *in* 13. *declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra. lib* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 1. *sub tit. sed an Parochi debeant residere nu.* 137.

8 Canonicatibus quibus quisque Ordo facet annexus esse debeat, non quibus Canonicis, Episcopus cum consilio Capituli designare debet, quoniam *Concil Trid.sess.* 24. *cap* 12. *de reform.* mandat sacros ipsos Ordines annecti Canonicatibus, non autem personis ipsis obtinentibus *Sacra Congr. Conc.* penes Piasec. *in praxi Episcop.p.* 2. *c.* 3 *n.* 7.

9 Canonicatus omnes si ab immemoriali tempore sint Presbyteralea, non potest Episcopus Canonicatus distinguere in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, sed ea consuetudo est omnino obseruanda iuxta *Conc. Trid. decretum sess.* 24. *de reform c.* 12. *vers. in omnibus, S. Congr. Concil. in Tropien.* teste Aldan *d. lib.* 2. *tit.* 29. *n.* 5.

10 Canonicatus supranumerarij non possunt ab Episcopo creati, nisi cum conditione, vt nullum ius ad præbendam vacaturam habeant, vel vendicent sibi ex tali erectione. *S.Cong. Concil.* referente Aldano *d. lib.* 2. *tit.* 29. *n.* 6.

11 Canonicatum obtinens, cui post Concilium munus sit iniunctum Pœnitentiarij non potest in eadem Ecclesia vnà cum dicto Canonicatu obtinere dignitatem in vim consuetudinis Ecclesiæ permittentis Canonicum posse retinere Canonicatum cum Dignitate *S.Cong. Conc.* quam adducit Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *n.* 249.

12 Canonicatum & Præbendam vacantem in mense Sedi Apost. reseruato non comprehendit vnio facta vigore Concilij officij Pœnitentiarij de Præbenda proximè vacatura, quia *Conc. Trid cap* 8. *sess.* 24. *de reform.* non exprimit de Canonicatibus etiam reseruatis Sedi Apost. & quando voluit eos comprehendere expressè dixit, vt patet in seminario *sess.* 23 *de reform c.* 18. ac in simplici vniendo Cathedrali pauperi, *cap.* 15. *sess.* 24. Idcirco *d cap.* 8. non comprehendit Canonicatum & Præbendam vacantes in mense reseruato, quia si voluisset, expressisset, quemadmodum aliis in locis fecit. *S.Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p.* 5. *c.* 4. *n.* 127.

13 Canonicatū in Ecclesia in qua pater, obtinere non potest illegitimus ex Canonico, qui fuit deinde legitimatus per subsequens matrimonium. *S. Cong. Concil. sub die* 17. *Augusti* 1626. apud Aldan. *d. tit.* 29. *n.* 7.

14 Canonicatus, & Dignitates compelluntur obire Officia, & ad omnes septem Horas Canonicas recitandas, & ad faciendum principium, & ad Officium hebdomadarij, si tamen alij non sint. *Sacra Congr. Concil.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2 *n.* 325.

15 Canonicatum in Cathedrali & Collegiata obtinens debet residere in Cathedrali, potest tamen cog. ad celebrandum Missas in Collegiata per alium, si non potest per se ipsum *S.Congr. Conc. in Alexandrina* apud Aldan. *d. tit.* 29 *n.* 9.

16 Canonicatus, & Dignitates obtinentes tenentur interesse omnibus Horis nisi innitantur aliqua consuetudine, quæ non sit sublata per Conci. Trid. Distributiones tamen quotidianæ cæteris Horis, quæ distributione carent ex fructibus massæ communis proportionabiliter sunt assignandæ ne negligantur. *S Congr. Concil* vt per Nicol. Garc. *de benefic p.* 3. *cap.* 2. *n.* 315.

17 Canonicatum, & Parochialem habens, & residens in Parochiali ex præscripto Bullæ Pij V. distributiones quotidianas integrè lucratur, si Canonicatus consistit solum in distributionibus non habens Præbendam, quod procedit si vtrique seruire nequit; nam si ambobus commodè seruire possit, lucratur solum iuxta seruitium, quod præstaret. *S.Cong. Conc.* teste Nicol. Garc *d p.* 3. *c.* 2. *n.* 124.

18 Canonicatus duos obtinens tenetur in digniore residere, eius verò, in quo non residet, distributiones quotidianas perdit, in quibus distributionibus intelligitur etiam cōprehensa tertia pars Præbendæ, quæ ex decreto Concilij Trid. conuersa fuit in distributiones quotidianas; sed habens plures Canonicatus Dignitate pares, vbi pluribus inseruire potest, residere tenetur. *S. Cong Conc.* penes eundem Garc. *d. p.* 3. *c.* 2. *n* 135.

19 Canonicatus duo de Iure in vim decretorum Concilij Trid. sunt incompatibiles. *S.Cong. Concil.* referentibus Nicol. Garc. *de benefic p.* 11. *c.* 5. *n.* 381. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 7.
20 *de benefic. incompatib. n* 41. Et post adeptam pacificā secundi Canonicatus possessionem primus ipso iure vacat. *Eadem Sacra Congr.* de qua Nicol. Garcia *d p.* 11. *cap* 5. *num* 84. *in* 6. *declar.* & *num.* 381. *in* 2. *declar.* Armendar. *d. loco n.* 17. & 42. quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 62. *num.* 28.

21 Etsi duos huiusmodi Canonicatus quis simul retinere pertexerit, vtroque ipso iure est priuatus. *Eadem S.Cong* penes Garc. *d. c.* 5. *num.* 381. *in* 3. *declar.* Armendar. *d. loco nu.* 43. per me citatos *d. alleg* 62 *n.* 29. Nec præsumpta dispensatione, in qua fundatur regula de triennali se tueri, & defendere potest. *Eadem S.Cong* apud Garc. *d. c.* 5. *n.* 381. *in* 4. *declaratione*, Armendar. *d. tit.* 7. *de benefic. incompatibilit. num.* 44.

22 Canonicatus vacantes in mense reseruato non potest supprimere Episcopus vt subueniret tenuitati Canonicatuum in præiudicium Sedis Apost. sed solummodo in sui præiudicium. *Sacra Congr. Conc. sub die* 19. *Nouemb* 1592. quam citat Aldan. *d. tit.* 29. *nu.* 10.

23 Canonicatuum alicuius Collegiatæ suppressio vt ritè per Episcopum fiat, ob tenuitatem, debet vltra consensum Capituli Collegiatæ interuenire consensus Capituli Cathedralis, itaut suppressio, & vnio facta sine huiusmodi consensibus sit ipso iure nulla, de quibus debet legitimè constare, nec sufficit vt ab Episcopo enuntietur. *S.Cong. Conc. in Tropien.* 1. *Septemb.* 1618. ex Aldano *d. tit.* 29. *n.* 12.

24 Canonicatus grauati pensionibus tenentur nihilominus soluere pro fabrica iuxta taxam, nulla habita ratione ad pensiones *S.Congr. Conc. in Aesina de anno* 1619. vt per Aldan *d. tit.* 29 *nu.* 13.

Canonicatus Collegiatarum non possunt seminario vniri, quamuis ex consuetudine non obligēt ad residentiam, quia Concil. sess. 23. de reform. c. vlt. non loquitur de his beneficiis simplicibus. *S. Congr.*

Cong. Episcop. in Aquilana 27.Martij 1590. de qua Aldan. *d. tit. 29. num. 15.*

Canonicatum cum Dignitate obtinens, Vide verbo *Dignitas cum Canonicatu*, &c. *collect. 152. num. 13. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus à Sede Apost. super ætate ad Canonicatum, non prius cogendus est ad sacros Ordines promoueri quam ad 22. annum peruenerit.*

2 & 3 *Prouisi nouiter de Canonicatu non possunt cogi ad quid soluendum, nisi sit applicatum necessitatibus Sacristiæ, si prius exigebatur, vt n. 3.*

4 *Ecclesiarum inferiorum Canonici, qui vigore statuti in certis festis ad Cathedralem accedunt processionaliter, & in ea canunt vnum versiculum, non possunt in dicta Cathedrali Canonicatum obtinere, si eorum parentes ibi Canonici existant.*

5 *Illegitimus non potest habere Canonicatum in Ecclesia, in qua eius pater alium obtinuit, & possessionem apprehendit, licet nunquam ministrauerit, nec resederit.*

6 *Episcopus potest rogare Canonicos, & omnes alios beneficia ecclesiastica obtinentes vt accedant ad omnes processiones indictas pro bono publico.*

7 *Ius Pontificium docentes Canonici qualiter in absentia gaudeant fructibus suarum Prebendarum.*

8 *Electi Canonici ad seminarij administrationem perpetuò illam habere debent.*

9 *Episcopus potest cogere sub pœna pecuniaria Canonicos, & Confessarios ad congregationem casuum Conscientiæ.*

10 *Cantum Gregorianum vt discant Canonici, eos agere poterit Episcopus.*

11 *Caudam Archiepiscopi, aut Crucem non tenentur portare Canonici.*

12 *Eligi non potest Canonicus supra numerum ad futuram prebendam.*

13 *Distributiones debentur Canonico dispensato in ætate, non obstante quod solum illarum medietas debeatur non constituto in Sacris.*

14 *Habitum vniformem deferre tenentur Canonici.*

15 *Iurisconsulti Canonici non possunt substitui à Gubernatore ciuitatis in ipsius locum.*

16 *Bituntina Cathedralis Canonicis conceditur vt possint seruire per mediariam stante tenuitate reddit::um, & magna Canonicorum copia.*

17 *Onus, quod omnes Canonici pro vna vice suscipere tenentur, subire debet etiam Canonicus habens curam animarum.*

18 *Supranumerarij Canonici in Cathedralibus quando non tenentur vltra 24. annos habere.*

19 *Camerariatus officium exercere tenentur Canonici curam animarum habentes.*

20 *Episcopus vsque ad priuationem procedere poterit contra Canonicos, qui Ordines sacros debitos post monitionem sumere recusant.*

21 *Episcopus sine Adiunctis poterit procedere ad priuationem contra Canonicos ex causa quod Ordines suis Prabendis annexos non perceperint.*

22 *Vicario Episcopi solitam reuerentiam præstare debent Canonici.*

23 *Vicario præsenti in fine Missæ ante benedictionem non tenetur reuerentiam facere Canonicus celebrans in Ecclesia Collegiata.*

24 *Vicario, vt ministret Canonicus pro Magistro ceremoniarum non conuenit.*

25 *Pluuialibus, Planetis, Dalmaticis, & Tunicellis qui Canonici se parare debeant.*

26 *Dalmatica amplius vti non debet Canonicus, qui dimissa Prebenda Diaconali, consequutus fuit Presbyteralem.*

27 *Vesperas cantans Canonicus an solus, vel cum assistentibus paratis sedere debeat?*

28 *Vesperas cantans Canonicus non potest recusare assistentiam clericorum in defectu capellanorum, & beneficiatorum.*

29 *Aspersorium Episcopo quis Canonicus ministrare debeat?*

30 *Genuflectere ad benedictionem Episcopi non tenentur Canonici & Dignitates, sed tantum caput inclinare.*

31 *Synodo si accedere nolint Canonici ab Episcopo etiam per censuras ecclesiasticas cogi possunt.*

32 *Episcopus potest vti Canonicorum duorum opera, siue de Cathedrali, siue de Collegiata.*

33 *Paramenta noua vendere, & antiqua mutare quando possint Canonici.*

34 *Vicarius Capituli Sede vacante potest eligi Canonicus, qui in eadem ciuitate & Ecclesia curam etiam gerit animarum.*

35 *Corpora defunctorum ad alienas Ecclesias comitantes Canonici, recitato Psalmo, cum versiculo & oratione discedere poterunt.*

36 *Canonicatum perdit, qui simul dignitatem obtinet, nisi ex priuilegio, vel consuetudine id sibi liceat.*

37 *Crucem Ordinis Militaris non potest Canonicus suprà habitum Canonicalem deferre.*

38 *Onera non consueta subire non coguntur Canonici.*

39 *Almutia, & exceptiones non sunt Canonicis concedenda nisi prius constet an conueniat.*

40 *Laicis non licet occupare Canonicorum loca.*

41 *Sedere debent Canonici in suo stallo.*

Canonicus in communi.

COLLECT. LXXXVIII.

1 CAnonicus à Sede Apost. super ætate dispensatus non prius cogendus est ad sacros Ordines promoueri quam ad 22. annum peruenerit. *Sacra Congreg. Concil.* teste Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. c. 4. num. 17.*

2 Canonici nouiter prouisi non possunt cogi ad quid soluendum, etiamsi conuerti debeat in restaurationem prædiorum, & bonorum Capituli, *Sacra Cong. Conc.* quam refert Sellius *in selectis Canon. cap. 27. num. 11.*

3 Canonici in ingressu possunt exigi, quæ sunt applicata necessitatibus sacristiæ, si prius exigebantur, reliqua verò applicata pro regalis Canonicorum, vel similium minimè possunt. *Sacra Cong. Conc.* quam citat Sellius *d. cap. 27. num. 12.*

4 Canonici Ecclesiarum inferiorum, qui vigore statuti accedunt ad certas processiones in certis festis anni ad Cathedralem, & in ea canunt vnum Versiculum, seu collectam (vt passim in ciuitate Leodien.) sunt incapaces huiusmodi Canonicatuum, si eorum parentes in Cathedrali Canonici existant, quia quoquomodo inseruire dictæ Cathedrali videntur. *Sacra Cong Conc. in Leodien. 31. Augusti, & 3. Septembris* 1587. penes Nicol. Garc. *de benef. p. 7. cap. 3. num. 69.*

5 Canonicus illegitimus, cuius pater possessionem alterius Canonicatus in eadem Ecclesia appre-

hendit, licet in ea non miniſtrauerit, nec reſederit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipſius Canonicatus, comprehenſus eſt decreto. *Concil. ſeſſ. 25. cap. 15. de reformat.* Ille verò, cuius patet ſola Pontificis Signatura ſibi obtinuit conferri Canonicatum eiuſdem Eccleſiæ, ſed neque litteras Apoſt. expediuit, neque vnquam habuit poſſeſſionē, non comprehenditur illo decreto. *Sacra Cong. Conc.* apud eundem Garc. *d. p. 7. cap. 3. num. 56.*

6 Canonicos, & omnes alios Presbyteros beneficia, vel officia eccleſiaſtica obtinentes poteſt Epiſcopus cogere vt accedant ad omnes, & quaſcunque proceſſiones indictas pro bono publico, vel honore. *Sacra Cong. Conc.* de qua Atmendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 24. § 31. de proceſſ. num. 13.*

7 Canonici Ius Pontificium docentes in publica Vniuerſitate gaudent priuilegiis de percipiendis In abſentia fructibus ſuarum Præbendarum, etiamſi Præbendæ, quas obtinent, ſitæ eſſent in Cathedrali eiuſdem ciuitatis, in qua publici Lectoris munere funguntur: non recipient tamen illas diſtributiones quotidianas, quæ ſolent accreſcere ſolis præſentibus. Si verò omnes Capituli redditus in diſtributionibus conſiſtant, tunc tales debebunt percipere diſtributiones, dimiſſa vna ex tribus partibus, quæ deſeruientibus accreſcit. *Sacra Congr. Conc.* vt per Selli. *d. cap. 27. num. 15.*

8 Canonici electi ad ſeminarij adminiſtrationem perpetuò illam habere debent, nec remoueri poſſunt niſi ex iuſta & legitima cauſa. *Sacra Cong. Conc.* referente Galeto *in margarita caſuum Conſcien. verbo Canonicus col. 1.* quem citaui *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 77. num. 31.*

9 Canonicos, & Confeſſarios cogere poteſt Epiſcopus ſub pœna pecuniaria ad congregationem caſuum Conſcientiæ. *Sacra Congr. Conc. ſub die 11. Iulij 1620.* apud Sellium *d. cap. 27. num. 16.*

10 Canonicos ad diſcendum cantum Gregorianum cogere poteſt Epiſcopus, & retinentes mulctare etiam pœna non participationis diſtributionum quotidianarum, & ſubtractionis fructuum. *S. Congr. Conc. in Tropien. 9. Martij 1620.* cuius meminit Sellius *d. cap. 27. num. 18.*

11 Canonici non tenentur caudam Pontificalis Pallij Archiepiſcopi portare, nec Crucem præferre, quia hoc ad eius Capellanum ſpectat. *Sacra Cong. Conc. ſub die 16. Auguſti 1583.* penes Sellium *d. cap. 27. num. 19.*

12 Canonicus ſupra numerum eligi non poteſt ad futuram Præbendam. *Sacra Cong. Conc.* quam citat Nicol. Garc. *de benefic. p. 6. cap. 1. num. 5.*

13 Canonico prouiſo à Sede Apoſtol. cum narratiua quod ipſe erat conſtitutus tantùm in 18. ſuæ ætatis anno, diſtributiones debērur non obſtante quod non conſtituto in Sacris debeatur de iure dumtaxat medietas diſtributionum, cenſetur enim tacitè in hoc caſu diſpenſatus. *Sacra Congr. Conc. in Reatina 10. Iulij 1627.* quam adducit Sellius *d. cap. 27. num. 20.*

14 Canonici tenentur deferre volformem habitum, & qui diſſimilem vſurpant ad illum ponendum cogendi ſunt, nec debent vſurpare inſignia dignitatum, nec in colore nec in materia. *Sacra Cong. Rit. in Brunduſina 9. Februarij 1608.* teſte Sellio *d. cap. 27. num. 21.* Dignitates, Canonici, & Portionarij quomodo incedere debeant in proceſſionibus quando habitus eorum eſt conformis, & quando non? *Sacra Cong. Rit. in Malacitana 3. Iulij 1617.* apud Sellium *d. cap. 27. num. 22.*

15 Canonici Iuriſconſulti non poſſunt ſubſtitui à Gubernatore ciuitatis in ipſius locum in eius abſentia. *Sacra Cong. Conc in Alatrina 16. Martij 1630.* penes Sellium *d. cap. 27. n. 23.*

16 Canonicis, & cæteris Presbyteris Cathedralis Bituntinæ, qui ſimul ſunt vltra centum, petentibus ſimul concedi vt poſſint ſeruire per mediariam ſtante tenuitate redditu um conſiſtentium in diſtributionibus, quas amittere intendunt pro tempore vacantiæ, quæ inſeruientibus accreſcant; fuit conceſſum, ita tamen quod in communibus omnes inſeruiant. *Sacra Cong. Conc. in Bituntina 26. Iunij 1627.* de qua Sellius *d. cap. 27. num. 30.*

17 Canonicus, ſeu Presbyter de numero participantium habens curam animarum poteſt eligi pro ſeruitio ſui Capituli, & cogi ad ſuſcipiendum dictum onus quod omnes electi Canonici ſuſcipere tenentur pro vna vice. *Sacra Congreg. Conc. in Caſtellanaten. 8. Ianuarij 1628.* cuius meminit Selli. *d. cap. 27. num. 32.*

18 Canonici ſupranumerarij qui ex priuilegio Apoſt. in aliqua Eccleſia recipiuntur, eum eo quod ſolum participent de diſtributionibus quotidianis, & nullam obtineant Præbendam, ſed ad primam vacaturam iuxta eorum prioritatem admittantur, non tenentur habere maiorem ætatem quam 14. annorum, dummodo non optent niſi cum ætate requiſita. *Sacra Congr. Conc. in Venafren. 13. Martij 1603.* teſte Sellio *d. cap. 27. num. 33.*

19 Canonici Parochi tenentur exercere officium camerariatus, non obſtante cura. *Sacra Cong. Concil. ſub die 21. Ianuarii 1617.* penes Sellium *d. cap. 27. num. 34.*

20 Canonici, qui Ordines ſacros debitos poſt monitionem ſumere recuſant, ab Ordinario priuari debent. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. cap. 4. num. 16.*

21 Canonicorum ad priuationem poteſt procedere Epiſcopus ſine adiunctis ex cauſa quod Ordines ſuis Præbendis, annexos non ſuſceperint. *Sacra Cong. Conc.* teſtibus Nicol. Garc. *de benefic. p. 4. cap. 4. num. 21.*

22 Canonici debent ſolitam reuerentiam præſtare Vicario Epiſcopi, etiamſi ſint exempti à iuriſdictione Ordinarij. *Sacra Cong. Rit. in Catacen. 11. Nouembris 1614.* de qua Sellius *d. cap. 27. num. 36.*

23 Canonicus celebrans in Eccleſia Collegiata non tenetur facere reuerentiam Vicario præſenti in fine Miſſæ ante benedictionem. *Sacra Cong. ſub die 21. Februarij 1604.* vt per Sellium *d. cap. 27. num. 38*

24 Canonicus vt miniſtret Vicario pro Magiſtro cæremoniarum non conuenit. *Sacra Cong. Rit. in Neritonen. 4. Martij 1606.* teſte Sellio *d. cap. 27. num. 39.*

25 Canonici quando parari debent, non omnes vti Pluuialibus, ſed tantum Dignitates ſi adſunt, vel Canonici antiquiores, alij verò Presbyteri Planetis, Diaconi Dalmaticis, Subdiaconi Tunicallis vti debent. *Sacra Cong. Rit. in Neapolitana 23. Martij 1602. & in Placentina 19. May 1607.* penes Sellium *d. cap. 27. num. 40.*

26 Canonicus obtinens Præbendam Diaconalem, ſi poſtea efficiatur Presbyteralis, non debet amplius vti Dalmatica, ſed Planeta vt Presbyter. *Sacra Congr. Rit. in Ianuen. 12. Maij 1612.* apud Sellium *d. cap. 27. num. 41.*

27 Canonicus

27 Canonicus cantans Vesperas an solus, vel cum assistentibus paratus sedere debeat, fuit declaratum seruandam esse formam cap. 3. lib. 2. Cæremonialis. *Sacra Cong. Rit. in Placentina 16. Maij 1607. dub. 17.* teste Sellio *d. cap. 27. num. 41.*

28 Canonicus Officium faciens ad Vesperas non potest recusare assistentiam clericorum in defectum Capellanorum, vel beneficiatorum, sub prætextu quod Cæremonialia dicat id munus pertinere ad Capellanos, vel beneficiatos. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina 15. Martij 1603.* quam adducit Sellius *d. cap. 27. num. 45.*

29 Canonicus primus Presbyter debet Episcopo aspersorium ministrare si Præbendæ sunt distinctæ: si verò non sunt distinctæ prima dignitas, vel primus Canonicus in ordine id facere debet. *Sacra Congr. Rit. in Placentina 19. Maij 1607.* de qua Sellius *d. c. 27. num. 42.*

30 Canonici & dignitates non tenentur ad benedictionem Episcopi genuflectere, sed tantum caput inclinare, nec debent genoflectere quando Episcopum thurificant. *Sacra Cong. Rit. in Oscen. 4. Maij 1613.* penes Sellium *d. cap. 27. num. 44.*

31 Canonici recusantes ad Synodum accedere ab Episcopo etiam per censuras ecclesiasticas cogi possunt. *Sacra Cong. Concil. in Oriolen. 27. Martij 1632. in resp. ad 19.* apud Sellium *d. cap. 27. num. 45.*

32 Canonicorum duorum opera siue de Cathedrali siue de Collegiata Ecclesia vti potest Episcopus, sed non plus duobus. *Sacra Congr. Concil. in Colonien. 9. Septembris 1628.* de qua Sellius *d. cap. 27. num. 46.*

33 Canonici absque consensu Episcopi possunt vendere noua paramenta, & antiqua mutare, & de aliis mobilibus non pretiosioribus disponere, quatenus non adsit consuetudo quod de consensu Episcopi hoc fiat, venditio verò rerum, & bonorum immobilium, & mobilium pretiosiorum non est illis permissa. *Sacra Congr. Concil. in Naxien. 23. Augusti 1631.* referente Sellio *d. cap. 27. n. 48.*

34 Canonicus qui in eadem ciuitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum, potest ibi Episcopali Sede vacante in Vicarium Capitularem eligi. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Orien. 29. Martij & 19. Iulij 1619.* & per Sellium *d. cap. 27. num. 49.*

35 Canonici si corpora defunctorum ad Ecclesias alienas comitentur, recitato Psalmo *Miserere*, vel *De profundis*, super corpus defuncti cum Versiculo, & Oratione, discedere poterunt. *Eadem Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Cremonen. 9. Augusti 1604.* penes Sellium *d. cap. 27. num. 50.*

36 Canonicus obtinens Dignitatem perdit Canonicatum. *Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef. p. 11. cap. 5. num. 244.* Ex priuilegio tamen, vel consuetudine potest quis in vna Ecclesia fungi duplici officio, vt sit Thesaurarius, & Canonicus, & propterea duplices lucrari distributiones, quia obtinet eas diuerso iure, cum inter Dignitates suppleat numerum Dignitatum, & inter Canonicos suppleat numerum Canonicorum, nec eget substituto. *Eadem S. Cong. Conc.* apud Garci. *d. cap. 5. num. 245.* Hinc enim consuetudine permittente vt in eadem Ecclesia Dignitas cum Canonicatu per eundem obtineri, & retineri possit, non censetur derogatum per decretum *Concilij sess. 24. cap. 7. de reform.* vbi disponitur quod habenti beneficium competens non possit conferri aliud. *Eadem Sacra Cong.* de qua Garcia *d. cap. 5. num. 246.*

37 Canonicus qui sit miles Regularis non potest supra habitum Canonicalem deferre Crucem Ordinis Militaris. *Sacra Congreg. Rit. in Toletana 2. Octobris 1601.* de qua Sellius *d. cap. 27. num. 51.*

38 Canonici non sunt astringendi ad onera non consueta, maximè contra formam Cæremonialis. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina 15. Martij 1608.* reste Sellio *d. cap. 27. num 53.*

39 Canonicis Almutia, & exemptiones non sunt concedendæ nisi prius constet an conueniat. *Sacra Cong Rit. in Mediolanen. 28. Septembris 1601.* referente Sellio *d. cap. 27. n. 54.*

40 Canonicorum loca, seu stala occupare non licet laicis, neque Magistratui non solum in Ecclesia Cathedrali, sed etiam in omnibus aliis Ecclesiis, & processionibus, quæ fiunt cum interuentu Capituli. *Sacra Cong. Rit. in Compostellana 21. Februarij 1604.* penes Sellium *d. cap. 27. num. 55.*

41 Canonici debent sedere in suo stalo, nec ascendere possunt ad Sedes Decani, seu Archidiaconi si fortè absint. *Sacra Cong. Rit. in Capuana 12. Martij 1618.* vt per Sellium *d. cap. 27. num. 56.*

42 Canonicos vocare ad palatium Episcopale, potest Episcopus, & tenentur accedere, non tamen tenentur ire vocati à Vicario. *Sacra Cong Rit. in Cassanensen. 5. Martij 1633.* apud Sellium *d. cap. 27. num. 59.*

SVMMARIVM.

1 *Toletana Ecclesiæ Canonicis, & Dignitatibus conceditur in hyeme cappa lanæ violaceæ vsus, in æstate verò Rochetti & Rottæ.*
2 *Canonici sancti Petri de Vrbe debent resalutare & humaniter recipere Canonicos S. Mariæ Transtyberim, & sancti Laurentij in Damaso ingredientes dictam Ecclesiam Sancti Petri.*
3 *Firentina Cathedralis Canonicis certus habitus conceditur.*
4 *Lauretanæ Cathedralis Canonici tenentur processionaliter obuiam ire Recanatensibus venientibus in die Annunciationis processionaliter ad domum sanctam.*
5 *Thelesinæ Cathedralis Canonici residentes in Ecclesia S S. Trinitatis terræ Cerreti possunt per totum oppidum cum propria Cruce processionaliter incedere sine licentia Curati.*
6 *Brisighelæ Collegiatæ Canonici præcedunt Parochis, & collegio Presbyterorum ciuitatis occasione Synodi.*
7 *Segorbicen. Cathedralis Canonici quomodo Duci Cardona associare debeant?*

Canonici in particulari.

COLLECT. LXXXIX.

1 CAnonicis, Dignitatibus Ecclesiæ Toletanæ conceditur in hyeme cappæ lanæ violaceæ vsus, in æstate verò rochetti, & rottæ adinstar Canonicorum sancti Petri de Vrbe. *Sacra Cong. Rit. in Toletana 17. Decembris 1605.* teste Aldano *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 27. num. 81.*

2 Canonici & Capitulum Collegiatæ Sanctæ Mariæ Transtyberim, & sancti Laurentij in Damaso ingredientes Ecclesiam sancti Petri de Vrbe illius Canonicos detecto capite decenter salutare de-

bent: & vicissim Capitulum ac Canonici S. Petri prædicta duo Capitula S. Mariæ, & sancti Laurentij, illorumque Canonicos dum progrediuntur, similiter detecto capite, & aliquantulum ab eorum sedibus assurgendo resalutare, & humaniter recipere debent. Præterea dicti Canonici Sanctæ Mariæ, & sancti Laurentij transactis Canonicis sancti Petri debent etiam detecto capite salutare beneficiatos, & clericos eiusdem Basilicæ S. Petri, & ipsi beneficiati & clerici tenentur omninò assurgere, & stantes detecto capite resalutare ipsos Canonicos sanctæ Mariæ, & sancti Laurentij. *Sacra Cong. Rit. in Vrbis sancti Petri, & sancta Maria Transtyberim 15. Aprilis 1616.* referente Sellio *in select. Canonic. cap. 2. num. 38.*

3 Canonicis Cathedralis Firmentinæ certus habitus pro distinctione ab aliis Presbyteris, & Almutia conceditur. *Sacra Cong. Rit. in Firentina in Campania 12. Martij 1618.* apud Aldan. *d. lib. 1. tit. 27. num. 80.*

4 Canonici Lauretanæ Cathedralis tenentur iuxta antiquam consuetudinem cum toto Capitulo processionaliter obviam ire Recanatensibus vsque ad portam ciuitatis, dum in die Annunciationis B. Mariæ, vel alia quatenus ipsa dies esset impedita, ad Domum sanctam Lauretanam ipsi eriam capitulariter, & processionaliter accedunt, illosque honorare, ponendo eos ad dexteram, prout hactenus assueuerant. *Sacra Cong. Rit. in Lauretana & Recanaten. 15. Martij 1603.* penes Aldan. *d. tit. 27. num. 83.*

5 Canonici Cathedralis Thelesinæ residentiam facientes in Ecclesia sanctissimæ Trinitatis Terræ Cerreti possunt facere processiones Ordinarias, & extraordinarias cum propria Cruce per limites Parochiæ sancti Martini, & per totum Oppidum etiam sine licentia & interuentu Curati. *Sacra Cong. Rit. in Thelesina 18. Augusti 1615. & 15. Iunij 1619.* de qua Aldan. *d. tit. 27. num. 84.*

6 Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ terræ Brisiguelæ debent præcedere occasione Synodi Parochis, & collegio Presbyterorum ciuitatis. *Sacra Cong. Rit. in Fauentina 11. Martij 1616.* cuius meminit Aldan. *dicto tit. 27. num. 85.*

7 Canonicorum Cathedralis Segorbicen. tertia pars, ex illis, qui fuerint in dictæ Ecclesiæ choro, Sacristia, ac toto ambitu dictæ Cathedralis, dummodò non sint pauciores duobus Canonicis, inter quos sit & esse debeat vna ex Dignitatibus, tenetur Duci Segorbicen. & Cardonæ ad dictam Ecclesiam accedenti obuiam ire vsque ad valuas dictæ Cathedralis, & eum associare ad Sedem pro eo præparatam, atque in discessu ressociare ad dictas valuas Ecclesiæ. Et insuper quod idem Dux priusquam Canonici & Dignitates thurificentur, tribus ictibus per Diaconum in Missa, in Vesperis verò per primum Presbyterum assistentem, seu aliàs per eundem à quo thurificatur Episcopus, & hoc tam præsente quàm absente Episcopo, eidemque Duci osculum pacis eodemmet modo ante Canonicos & Dignitates per Subdiaconum transmitti debet. *Sacra Congr. Rit. die 26. Februarij 1630.* quam refero de *Canonicis, & Dignitat. cap. 32. num. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Sacra Scriptura ad lectionem Theologi illam legentis tenentur accedere Canonici & Presbyteri Ecclesiæ Cathedralis.*

2 *Distributiones quotidianæ non debentur Canonicis Cathedralis, qui munere Vicarij fungitur, si Horis Canonicis non interfuit.*

3 *Iudex Synodalis esse non potest Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ, quamuis in Cathedrali non extent Canonici saltem ita idonei.*

4 *Cardinali Episcopo deseruiens pro caudatario Canonicus Collegiatæ, non gaudet distributionibus & fructibus in absentia.*

5 *Vocem in Capitulo habere non possunt Canonici Collegiatarum Ecclesiarum nisi sint in ætate 22. annorum.*

6 *Collegiatæ rurales prorsus destitutæ, seu in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, ad residentiam non obligant.*

7 *Crucem propriam in processionibus possunt iuxta eorum consuetum deferre Canonici Collegiatæ.*

8 *Cathedralis in Ecclesia ad funeralia, & processiones faciendas debent congregari Canonici Collegiatæ cum Canonicis Cathedralis.*

9 *Pariter incedere non debent in processionibus Canonici Collegiatæ sicut Canonici Ecclesiæ Cathedralis.*

Canonici Cathedralis & Collegiatæ Ecclesiæ.

COLLECT. XC.

1 Canonici & cæteri Presbyteri Ecclesiæ Cathedralis tenentur accedere ad lectionem Sacræ Scripturæ Theologi illam legentis. *Sacra Cong. Conc. die 11. Augusti 1618.* teste Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 2. tit. 26. num. 18.*

2 Canonico Cathedralis, qui munere Vicarij fungitur, distributiones quotidianæ non debentur, si Horis Canonicis non interfuit, quamuis à tempore immemoriali obseruatum sit vt debeantur. *Sacra Cong. Conc. sub die 21. Iunij 1591.* penes Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 348. & in Bullarium. 4. Decembris 1627.* quam refert Aldan. *d. tit. 26. num. 17.*

3 Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ eligi non potest in Iudicem synodalem, etiamsi non extent in Cathedrali Doctores saltem ita idonei. *Sacra Cong. Concil. in Alexandrina*, quam citat, & sibi fuisse responsum asserit Massobr. *de synodo diœcesana cap. 4. num. 10.* & Ego ipse *de Canonic. & Dignit. cap. 19. num. 10.*

4 Canonicus Collegiatæ non gaudet distributionibus, & fructibus in absentia dum seruit Episcopo Cardinali pro caudatario. *Sacra Cong. Conc. in Viterbien. 22. Aprilis 1617.* apud Aldan. *d. tit. 26. num. 18.*

5 Canonici Collegiatæ licet possint tales fieri in ætate 14. annorum, nihilominus nisi sint in ætate 22. annorum vocem in Capitulo habere non possunt. *Sacra Cong. sub die 8. Augusti 1621.* teste Sellio *in select. Canon. cap. 2. num. 4.* quem refero *in collect. ad Trident. sess. 22. de reformat. cap. 4. num. 5.*

6 Canonici Collegiatarum etiam in oppidis non insignibus existentium tenentur ad residentiam, nisi essent Collegiatæ rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, & quatum Canonicatus excellent fructuum tenuitate, vt qui eos obtinuerint,

obtinuerint, nec eis ali possint, nec aliunde habeant vnde commodè viuant. *Sacra Cong. Conc.* de qua Paulus Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 10.*

7 Canonici Collegiatæ possunt iuxta eorum consuetum deferre Crucem propriam in processionibus, dummodo digniorem & vltimum locum relinquant Canonicis Cathedralis. *Sacra Cong. Rit. in Adrien. 14. Ianuarij* 1606. peneo Aldan. *d. tit. 26. num. 20.*

8 Canonici Collegiatæ in funeralibus, & processionibus faciendis simul cum Canonicis Cathedralis debent congregari in Ecclesia Cathedrali, & inde discedere, consuetudine contraria non obstante. *Sacra Cong. Rit. in Fundan. 2. Septembris* 1597. referente Aldano *d. tit. 26. num. 21.*

9 Canonici Collegiatæ non debent in processionibus incedere parati sicut Canonici Ecclesiæ Cathedralis. *Sacra Cong. Rit. in Placentina 19. Maij* 1607. *in resp. ad dub.* 2. apud Aldan. *d. tit. 26. num. 22.*

Canonici Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum quomodo inter se præcedant, intra & extra Ecclesiam? Vide *collectaneo seq.*

SVMMARIVM.

1 *Doctoribus Canonicis posterius admissis debet præcedere Canonicus non Doctor prius admissus.*

2 *Presbyter Canonicus præcedit Canonico antiquiori non Presbytero.*

3 *Presbyteri quando sunt omnes Canonici præcedunt inter se secundum suam receptionem.*

4 *Presbyterales Canonici præferuntur Canonicis Diaconalibus, & Subdiaconalibus licet sint posterius pronisi.*

5 *Collegiatæ Ecclesiæ Canonici antiquiores tempore, licet non sint Ordine Presbyteri præferendi sunt Canonicis Presbyteris iunioribus, vbi viget talis consuetudo, & vbi Præbendæ non sunt distinctæ.*

6 *Canonicatum dimißi locum obtinere non potest, qui alium in eadem Ecclesia impetrauit.*

7 *Presbyteri Canonici debent præcedere Diaconis, & Subdiaconis etiam ante prouisis, maximè si Præbendæ sint distinctæ.*

8 *Permutatio Canonicatus si effectum non habuit, Canonicus debet habere stalum & locum antiquum.*

9 *Digniores Canonici debent sedere in sedibus, quæ sunt viciniores Sedi Episcopali.*

10 *Primus Canonicus, vel prima Dignitas, qui digniorem locum habet in Capitulo, præferendus est cæteris in processionibus.*

11 *Iurispatronatus Canonicus debet præcedere tanquam verus Canonicus omnibus aliis, qui post illum obtinuerunt Canonicatum.*

12 *Episcopus ex Canonico factus cum retentione Canonicatus debet præcedere omnibus aliis Canonicis, & Dignitatibus etiam ipso antiquioribus.*

13 *Præcedentia competit Canonico Episcopo titulari supra omnes in choro, & Capitulo.*

14 *Episcopatus ratione quem Canonicus habet in terris infidelium, debet vti habitu Ordinario. quo vtuntur Episcopi in Romana Curia, & sedere in primo stalo supra omnes.*

15 *Referēdarius vtriusque Signaturæ extra Ecclesiam præcedit Canonicis & Dignitatibus.*

16 *Abbatibus Benedictin præferuntur Canonici processionaliter incedentes.*

17 *Paratus Canonicus Officium faciens debet præcedere Decano, & omnibus.*

18 *Vicario Generali præcedunt Canonici, & Dignitates parati non obstante consuetudine in contrarium.*

19 *Vicario Generali præcedunt Canonici Sacris vestibus induti assistentes Episcopo celebranti.*

20 *Vicario Generali non præcedunt Canonici nisi quando sunt sacris vestibus parati, & dummodo Vicarius non sit de eorum numero.*

21 *Paramentorum, & officij ratione Canonicus celebrans debet habere primum locum.*

22 *Parati Canonici, vel in apparatu clericali existentes debent præcedere Camerario, Prouēditoribus, & aliis Officialibus laicis ciuitatis.*

23 *Hebdomadarius Canonicus Officium faciens debet habere locum supra omnes Canonicos, & Dignitates.*

24 *Præcedentiam supra Curatos non habent Canonici, qui tanquam singuli procedunt.*

25 *Dignior locus in funeralibus semper relinqui debet Canonicis capitulariter incedentibus, & præcedunt Parochis etiam cotta & stola indutis.*

26 *Thurificandi sunt, & pacem habere debent Canonici & Dignitates ante Officiales Banchæ in ciuitate Brixien.*

27 *Thurificandi sunt ante Vicarium Canonici parati ratione paramentorum.*

28 *Thurificandi sunt omnes Canonici ex vtraque parte chori ante Mansionarios non obstante consuetudine in contrarium.*

29 *Thurificandi sunt Canonici Cathedralis ante Magistratum.*

30 *Magistratui seculari sunt præferendi Canonici Ecclesiæ Cathedralis.*

31 *Præcedentiam habent Canonici Cathedralis in processionibus & funeralibus.*

32 *Regularibus etiam in ipsorum Ecclesiis præcedunt Canonici Cathedralis & Collegiatæ.*

33 *Rector Ecclesiæ, ad quam Canonici ob intemperiem aëris transierunt, debet sedere post Canonicos suprà Mansionarios.*

34 *Iurisdictionem habentibus, & ciuitatem repræsentantibus cedere debent Canonici incedentes vt singuli.*

35 *Collegiatæ Canonicis præferendi sunt Canonici Cathedralis in omnibus functionibus.*

36 *Collegiatæ Canonicis præcedunt Canonici Cathedralis etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius Collegiatæ Parochiæ.*

37 *Locus dignior in Ecclesia Parochiali debetur Canonicis Cathedralis immediatè post Episcopum, & post Canonicos sedere debet Rector.*

38 *Parochis præcedunt Canonici Collegiatæ in processionibus, & in associandis funeribus defunctorum.*

39 *Collegiatæ Canonici thurificari debent duplici ductu, clerici verò Parochialium vnico tantùm.*

Canonici quoad locum, & præcedentiam.

Collect. XCI.

1 CAnonicus prius factus debet præcedere aliis post ipsum admissis, etiamsi sint Doctores, *Sacra Cong. Rit. in Panormitana 15. Maij* 1610. *& in Mediolanien. 29. Nouembris* 1603. quarum meminit Sellius *in select. Canon. cap. 11. num. 72.* Et etiam in Congregationibus, & vbique Canonici Ecclesiæ Cathedralis licet non sint doctores præferendi sunt Presbyteris non Canonicis, licet sint Doctores. *Eadem Sacra Cong. Rit. in Bituntina 9. Ianuarij* 1608. cuius memini *de Canonic. cap. 18. num. 64.*

2 Canonicus Presbyter præcedit Canonico antiquiori non Presbytero. *Sacra Cong. Rit. in Cabalicen.* 3. *Augusti* 1617. teste Sellio *d. cap.* 11. *num.* 73.

3 Canonici quando omnes sunt Presbyteri præcedunt inter se secundum suam receptionem. *Sacra Cong. Rit. in Tropien.* 10. *Decembris* 1619. referente Sellio *d. cap.* 11. *n.* 74.

4 Canonici, qui in Ordine Presbyterali constituti Canonicatum Presbyteralem obtinuerunt, in choro, Capitulo, processionibus & sessionibus præcedere debent Canonicis in Diaconatu, & Subdiaconatu constitutis, Canonicatus Diaconales, & Subdiaconales obtinentibus etiam postquam fuerint in Ecclesia admissi, & recepti, non obstante consuetudine Ecclesiæ, quæ tanquam abusiua, & improbata non debet admitti. *Sacra Cong. Rit. in Saonen.* 12. *Aprilis, & 11. Octobris* 1601. *& in Neapolitana* 23. *Martij* 1602. *& in Albenganen* 6. *Septembris* 1603. *& in Tropien.* 17. *Iunij* 1607. quarum memini *in meo tract. de iure eccles. vniuerso lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 87.

5 Canonici Ecclesiæ Collegiatæ antiquiores tempore, licet non sint Ordine Presbyteri, præferendi sunt Canonicis Presbyteris iunioribus, vbi viget talis consuetudo, & vbi Præbendæ non sunt distinctæ. *S. Congr. Rit. Vrbis Sanctæ Mariæ Rotunda* 16. *Decembris* 1606. *& in alia Vrbis* 3. *Augusti* 1602. vbi dicitur hoc procedere tantùm in Ecclesiis Collegiatis vbi talis est consuetudo, quia in Cathedralibus si Præbendæ non sint distinctæ, & omnes requirant Ordinem Presbyteralem præcedunt secundum Ordinem receptionis, & si primò receptus non sit Sacerdos donec ordinetur, præcedit Sacerdos secundò receptus, sed eo ordinato restituit præcedentiam, refert Sellius *d. cap.* 11. *num.* 74.

6 Canonicus qui Canonicatum dimisit, & alium in eadem Ecclesia impetrauit, locum vltimi Canonicatus obtenti obtinere debet, nec potest obtinere locum Canonicatus dimissi *Sacra Cong. Rit in Callionen.* 21. *Martij* 609. de qua memini *in tract. de Canon. & Dignitat. cap.* 18. *num.* 16.

7 Canonici non debent confusè sedere, sed maximè si Præbendæ sint distinctæ debent Canonici Presbyteri præcedere Diaconis, & Subdiaconis etiam ante prouisis. *Sacra Cong. Rit. in Cremonen.* 7. *Decembris* 1601. penes Sellium *d. cap.* 11. *num.* 75.

8 Canonicus qui permutauit Canonicatum, si permutatio effectum habere non potuit, & redierit ad suum Canonicatum, debet habere locum, & stalum antiquum, nec tanquam nouus Canonicus censendus est, nec tenetur iterum soluere iocalia pro admissione. *Sacra Congr. Rit. in Mutinen.* 29. *Nouembris* 1605. quam refero *d. tract. de Canon. cap.* 18. *n.* 17.

9 Canonici digniores debent sedere in sedibus, quæ sunt viciniores sedi Episcopali. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in resp. ad dub.* 14. apud Sellium *d. cap.* 11. *num.* 76.

10 Canonicus primus, vel prima dignitas, qui digniorem locum habet in Capitulo, præferendus est cæteris in processionibus, *Sacra Cong. Rit. in Asten.* 18. *Nouem.* 1606. quam citat Sellius *d. cap.* 11. *n.* 77.

11 Canonicus licet sit de iure patronatus debet præcedere tanquam verus Canonicus omnibus aliis, qui post illum obtinuerunt Canonicatum. *Sacra Congr. Rit. in Hortana* 30. *Iulij* 1616. de qua Sellius *d. cap.* 11. *num.* 78.

12 Canonicus, vel Dignitas factus Episcopus cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis, debet præcedere omnibus aliis Canonicis, & Dignitatibus etiam ipso antiquioribus. *Sacra Cong. Rit. in Rhuten.* 24. *Septembris* 1605. cuius meminit Selli. *d. cap.* 11. *num.* 79. & Ego *de Canon. cap.* 18. *num.* 36.

13 Canonico Episcopo titulari in choro, Capitulo, & processionibus, aliisque actibus supra omnes eiusdem Ecclesiæ Dignitates & Canonicos præcedentia competit. *Sacra Cong Rit. in Calaritana* 13. *Nouembris* 1621. de qua mentionem feci *in tract. de Canonicis cap.* 36. *num.* 5. *& in d. Ruthen.*

14 Canonicus ratione Episcopatus, quem habet in terris infidelium, potest, & debet vti habitu ordinario, quo vtuntur Episcopi in Romana Curia, idest rocheto supra subtanam, & mantelletum violacei coloris, & debet præcedere omnibus aliis Canonicis eiusdem Ecclesiæ, & sedere in primo stalo supra omnes, quemadmodum fit, & seruatur Romæ simili casu eueniente, in tribus Ecclesiis Patriarchalibus sancti Ioannis, sancti Petri, & sanctæ Mariæ Maioris. *Sacra Cong Rit. in Compostellana* 11 *Iulij* 1617. quam citat Sellius *d. cap.* 11. *num.* 80.

15 Canonicis & Dignitatibus extra Ecclesiam præcedere debet Prælatus vtriusque Signaturæ Referendarius. *Sacra Cong. Rit. in Veronen.* 6. *Iunij, & 4. Iulij* 1626. vt per Sellium *d. cap.* 11. *num.* 82.

16 Canonici capitulariter, & processionaliter procedentes præferuntur Abbatibus benedictis. *Sacra Cong. Rit. in Valuen.* 8. *Iulij* 1602. apud Sellium *d. cap.* 11. *num.* 83.

17 Canonicus, seu Presbyter paratus Officium faciens debet præcedere Decano, & omnibus. *Sacra Cong Rit. in Antuerpien* 24 *Octobris* 1609. *& in Arboren.* 26. *Iunij* 1610. quarum memini *de Canon. cap.* 18. *n.* 24.

18 Canonici, & Dignitates parati præcedunt Vicario Generali, non obstante consuetudine in contrarium. *Sacra Cong Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *& in Castellanaten.* 25. *Septembris* 1621. de quibus Sellius *d. cap.* 11. *num.* 84.

19 Canonici sacris vestibus induti assistentes Episcopo celebranti debent præcedere Vicario Generali. *Eadem Sacra Cong. Rit. in Ripana* 27. *Februarij* 1610. de qua Ego in *d. tract. de Canon. cap.* 18. *num.* 25.

20 Canonici non præcedunt Vicario Generali nisi quando sunt sacris vestibus parati, & dummodo Vicarius non sit de eorum numero, quia tunc debet sedere in suo loco. *Sacra Cong. Rit. in Casalen.* 5. *Iulij* 1614. penes Sellium *d. cap.* 11. *num.* 85.

21 Canonicus celebrans, ratione paramentorum & officij debet habere primum locum, & primam sedem chori supra Dignitates, & Canonices. *Sacra Cong. Rit. in Arboren.* 26. *Iunij* 1610. apud Sellium *d. cap.* 11. *num.* 86.

22 Canonici sacris vestibus induti, vel in apparatu clericali existentes, cæterisque sacris Ordinibus initiati cum superpelliceis interessentes Diuinis, præcedunt Camerario, Prouedit oribus, & aliis Officialibus laicis ciuitatis. *Sacra Cong. Rit. in Cremon.* 4. *Maij* 1.80. quam citat Sellius *d. cap.* 11. *num.* 87.

23 Canonicus hebdomadarius Officium faciens debet habere locum supra omnes Dignitates, & Canonicos. *Sacra Cong. Rit. in Brundusina* 17. *Iunij* 1606. teste Sellio *d. cap.* 11. *num.* 88.

24 Canonici qui sine Cruce suæ Ecclesiæ, & sine consensu Capituli tanquam singuli accedunt, non habent præcedentiam supra Curatos *Sacra Congr. Rit. in Sutrina* 20. *Decembris* 1603. referente Sellio *d. cap.* 11, *num.* 89.

25 Canonici & Presbyteri Ecclesiæ Cathedralis debent præcedere omnibus Curatis Parochialiũ Ecclesiarum in omnibus processionibus, & functionibus. *S.Cong. Rit. in Pisauren.23.Maij 1603.& in Sutrina 2 Augusti 1603.* vbi etiam in propriis ipsorũ Curatorũ Ecclesiis, & procedit licet Curati cotta & stola induti sint. *Eadem S.Congr.Rit.in Ripana 30. Iulij 1616. & in Viterbien. 25. Iunij 1611.* quem refero *d. tract. de Canon..cap.18.n.60.*

26 Canonici & Dignitates ante Officiales Banchæ in ciuitate Bria.en.thurificandi sunt,& pacem habere iuxta antiquam consuetudinem, & conuentionem. *Sacra Congr. Rit in Ripa transon.6.Martij 1610.* citata per Aldan. *in compendio Canon. resol.lib. 3.tit.5.n.28.*

27 Canonici paratirratione paramentorum thurificandi sunt ante Vicarium. *S. Congr. Rit. in Egitanien. 3.Augusti 1602.& in Tyburtina 6. Martij 1610.* quarum memini *dict.tract de Canon.cap.18.n.29.*

28 Canonici omnes ex vtraque parte chori thurificandi sunt ante Mansionarios non obstante consuetudine in contrarium. *S.Congr.Rit.in Placentina 29.Maij 1607.in resp. ad 3.dub.* penes Aldan. *d.lib.3. tit.5.n.30.*

29 Canonici Cathedralis thurificandi sunt ante Magistratum tam in Ecclesia Cathedrali,quàm in aliis vbi simul conuenerint, vbi talis est consuetudo. *S.Congr.Rit. in Narnien. 16. Iunij 1605.* apud Aldan.*d lib 3 tit.5 n.31.*

30 Canonici Cathedralis in omnibus, & per omnia sunt præferendi Magistratui seculari quando non est de perpetuis,& maioribus, & Concionator debet ipsos prius salutare quam Magistratum. *S.Congr.Rit. in Tyrassonen. 3 Octobr.1605.* de qua Aldan.*d.lib.3.tit.5.n.32.*

31 Canonici Cathedralium in processionibus, & funeralibus debent præcedere. *Sacra Congr Rit. in Ripana 30. Iulij 1616.* referente Sellio *dict. cap. 11. num 90.*

32 Canonici Cathedralis & Collegiatæ, ac alij Clerici seculares semper præcedere debent Regularibus,etiam in ipsorum Regularium Ecclesia. *Sacra Congr.Rit. in Tullen. 12.Martij 1616. & in Fermana terra Victoria 31.Martij 16 8.* de quibus Sellius *dict.cap.11. num.91.* & quarum memini *d.c.18. num.69.*

33 Canonici Cathedralis si ob temperiem äëris resideant in alia Ecclesia, Rector illius debet sedere post Canonicos supra Mansionarios,& reliquos Presbyteros, & si fuerit Protonotarius,præcedit Canonicus vti singulis,non autem capitulariter. *S.Congr.Rit.in Concordien. 16.Maij 1601.* penes Selli.*d.c 11.n 93.*

34 Canonici Cathedralis extra Ecclesiam nullam habent iurisdictionem incedentes vt singuli,ideo cedere debent habentibus iurisdictionem, & ciuitatem repræsentãtibus, præsertim si de consuetudine in contrarium non constaret. *S Cong Rit. in Veronen. 15. Martij 1594.* vt per Sellium *dict.cap.11. num.94.*

35 Canonici Cathedralis in omnibus functionibus præferendi sunt Canonicis Collegiatæ, non obstante consuetudine in contrarium. *S.Congr.Rit. in Tuscanen. 19.Augusti 1619.* apud Sellium *d cap.11. num.95.*

36 Canonici Cathedralis præcedunt Canonicis Collegiatæ etiam in associandis funeribus defunctorum propriæ ipsius Collegiatæ Parochiæ, *Sacra*

Barbos.Apost.Decis.Sum.

Congr.Rit.in Prænestina cauarum 18. Augusti 1618. quam refert Sellius *d c.11.n.96.*

37 Canonicis Cathedralis in Ecclesia Parochiali dignior locus debetur immediatè post Episcopũ, & post Canonicos sedere debet Rector. *S.Congr. Rit.in Turritana 14.Febr.1632.*cuius memini *de Canon. c.9.n.7.in fine.*

38 Canonici Collegiatarum Ecclesiarum in funeralibus præcedunt Parochos. *S.Congr.Rit. in Sutrina 10. Augusti 1602. & 2. Augusti 1603. & in Meliten. 18 Nouembr. 1606.& in Hostien.terra Cori 9 Maij 1617. & in Prænestina cauarum 14. Augusti 1618.* vbi in causa præcedentiæ inter Archipresbyterum & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ S.Mariæ, & Parochum S Stephani declaratum fuit præcedentiam semper & vbique competere Archipresbytero, & Canonicis supra Parochum prædictum etiam in associandis funeribus defunctorũ propriæ ipsius Parochiæ. Et quod præcedere debeant Canonici huiusmodi omnibus Rectoribus, Curatis, Plebanis, ac Presbyteris Ecclesiarum Parochialium in publicis processionibus, functionibus etiam Synodalibus censuit. *Eadem S. Congr. in Verulen. 11. Decembr.1613.& in Senogallien 23.Martij 1619.& 4. Aprilis 1620.* Etiamsi ante erectionem in Collegiatam mixtim incederent cum dictis Rectoribus, vt in Syracusana 10.Decembris 1601 Vel inferiores Ecclesiæ essent antiquiores, & fuissent in quasi possessione præcedendi ante erectionem. *Eadem Sacra Congr. in Illerden.præeminentiarum 26. Iunij 1602.* vbi dicitur hoc procedere etiamsi in erectione adsit clausul. sine præiudicio alicuius, refero *in d.tract.de Canonicis c.18.n.67.*

39 Canonici Collegiatæ thurificari debent duplici ductu tribunali, clerici verò Parochialium Ecclesiarum vnico tantùm ductu. *S.Cong.Rit.in Cæsaraugustana de Darota 19.Ianuarij 1613.* quam citat Sellius *d.c.11.n.98.*

Vide in *verb. præcedentia collect.590.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudines antiquas & laudabiles debent Canonici in Ecclesia seruare.*

2 *In Missa, Euangelij, & Epistola decantatione, & similium functione debent Canonici & Dignitates munera incumbentia & annexa per se ipsos subire.*

3 *Impedimento legitimo detentus Canonicus si per se munera sibi incumbentia subire non potest, tunc tenetur alios eiusdem tamen Ordinis & gradus deputare.*

4 *Canonico solemniter celebranti pariter Canonici inseruire debent pro Diacono & Subdiacono.*

5 *Muneri suo satisfacere tenentur Canonici per se ipsos, & non per Substitutos.*

6 *Officia diuina obire tenentur per se ipsi Canonici & Dignitates.*

7 *Missam personaliter canere cogendi sunt Canonici illis diebus, quibus ex instituto, & legitima consuetudine illius Ecclesiæ debent.*

8 *Missas celebrare, & diuina Officia facere absente Episcopo pertinet Canonico antiquiori, vel primæ, aut secundæ Dignitati.*

9 *Missam Conuentualem cantare quatenus teneantur Canonici, ostenditur.*

10 *Missam solemnem Canonicus celebrans die Dominico,*

teneatur Officium. Veſperarum facere eodem die poſt prandium.

11 *Miſſam de die cantare tenentur Canonici vt lucrentur diſtributiones quotidianas.*

12 *Miſſam celebrans Canonicus in Eccleſia, tempore quo cantatur vna Hora in choro, non dicitur interfuiſſe illi Horæ, niſi à Superiore iuſſus fuerit vt celebret.*

13 *Miſſas ſolemnes celebrare in die feria quinta in Cœna domini, in die Paraſceues, Paſchatis, & Natalis Domini pertinet hebdomadariis Canonicis.*

14 *Celebrantes Canonici non debent ſedere coram Epiſcopo in ſede cum poſtergali.*

15 *Portionariorum, & aliorum inferiorum vices non ſupplent Canonici, ſed bene vices Dignitatum.*

16 *Portionariis, Manſionariis, & aliis inferioribus Preſbyteris celebrantibus non debent cogi Canonici miniſtrare in officio diaconi, vel Subdiaconi.*

17 *Epiſtolam, & Euangelium cantare in quibuſdam ſolemnitatibus, etiam non celebrante Epiſcopo, cogi poſſunt Canonici Diaconi, & Subdiaconi.*

18 *Inferioribus miniſtrare non tenentur Canonici, & Dignitates, qui habent annexam Prebendam cum onere cantandi Epiſtolam, ſeu Euangelium.*

19 *Epiſtolam, vel Euangelium cantare non ſunt cogendi Canonici quando alius Canonicus, ſeu dignitas celebrat, niſi Prabendæ ſint diſtinctæ.*

20 *Oleorum ſacrorum in conſecratione debent Canonici ſupplere quando non adeſt ſufficiens numerus Preſbyterorum.*

21 *Feſta mobilia in die Epiphaniæ debet publicare in Eccleſia Canonicus iunior.*

22 *Miſſam ſolemnem, ſeu Veſperas quando celebrant Canonici ex decreto ſynodali, tenentur Canonici, qui habent Prebendas diaconales, & ſubdiaconales miniſtrare.*

23 *Licentia vacandi ab Eccleſia tempore indefinito non eſt concedenda Canonicis.*

24 *Fabrica pro adminiſtratione deputatus Canonicus tenetur Eccleſiæ inſeruire.*

25 *Capite detecto debent incedere Canonici aſſociantes Prælatum incedentem per Eccleſiam dando benedictionem.*

Canonicus in Eccleſia.

Collect. XCII.

1 Canonici io Eccleſia debent antiquas, & laudabiles conſuetudines ſeruare. *S. Congr. Rit. in Lamacen.* 5. *Iulij* 1603. teſte Aldano *in compendio Canonic. reſol. lib.* 3. *tit.* 21. *n.* 6.

2 Canonici ſeu dignitates in decantatione Miſſæ, Euangelij, Epiſtolæ, & ſimiliam functione munera incumbentia, & annexa per ſe ipſos ſubire & exercere iuxta Sacrorum Canonum, & Concilij Trid. diſpoſitionem, ac cuiuſque Eccleſiæ particularem ordinationem ſubire tenentur. Quod ſi aliquis legitimo impedimento detentus ea per ſe ipſum adimplere oon poterit, tunc alios eiuſdem tamen Ordinis & gradus non autem inferioris, Dignitates nempe alias Dignitates, Canonici Canonicos, & Portionarij reſpectiuè Portionarios in ſua quiſque hebdomada ne graduum, & Ordinum prærogatiuæ confundantur, deputare debebunt. *S. Cong. Rit. in Abulen.* 18. *Maij* 1622. quam refert Nicol. Garcia *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 496.

4 Canonico ſolemniter celebranti pro Diacono, & Subdiacono inſeruire debent pariter Canonici, non obſtante immemoriali contraria conſuetudine. *S. Congr. Rit in Calagurritana* 7. *Septembr.* 1593. *& in Sypontina montis Galgani* 8 *Mart. eiuſdem anni, & in Sarnen.* 8 *Martij* 1633. quarum memini *de Canonicis & Dignitat. c.* 34. *n.* 5.

5 Canonici tenentur per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ſuo muneri ſatisfacere. *S. Cong Rit. in Egitanien* 23. *Nouembr.* 1602. niſi legitimè ſint impediti. *Eadem S. Congr. in Neritonen.* 15. *Aprilis* 1606. quarum memini *d. tract. de Canonicis c.* 31. *num* 3. Vide *in verbo ſubſtitutus.*

6 Canonici, & dignitates tenentur per ſe ipſos diuina Officia obire, nec non Miſſas maiores canere illis diebus, quibus ad eas decantandas obligati ſunt. *S. Cong. Conc. in Segobien.* 21. *Iulij* 1590. teſte Nicol. Garc *de benef p.* 3. *c.* 2. *n.* 598.

7 Canoniei cogendi ſunt perſonaliter ad canendum Miſſam illis diebos, quibus ex inſtituto, & legitima conſuetudioe illius Eccleſiæ eas cantare debent. *Eadem S. Cong. Concil* referente Nicol. Garc. *de benef p.* 2. *c.* 2. *n.* 495. *& ſeq.*

8 Canonicus antiquior, vel prima, aut ſecunda Dignitas, & ſucceſſiuè aliæ per ordinem abſente Epiſcopo debent Miſſas celebrare, & Officia facere, quæ ad Epiſcopum præſentem pertinerent, non autem Canonicus hebdomadarius. *S. Congr. Rit. in Valliſoletana* 11. *Iunij* 1605. *& in Brundiſina* 16. *Iulij eiuſdem anni*, quas adducit Aldan. *dict. tit.* 21. *num.* 7.

9 Canonici tenentur cantare Miſſam Conuentualem, etiam in illis diebus, quibus cantant aliquam Miſſam votiuam, aliàs non lucrantur diſtributiones quotidianas. *Sacra Cong Rit. in Vrbinaten.* 21. *Iunij* 1611. Sed ſi eſſet conſuetodo immemorabilis in contrarium, ſufficit loco Miſſæ Conuentualis Miſſa lecta celebrata in aurora, exceptis diebus, quibus ex rubrica 3. Miſſalis ſuot omnino cantandæ duæ Miſſæ Conuentuales. *S. Congr. Rit. in Complutina* 23. *Martij* 1602. *& in Oſcen.* 28. *Ianuarij* 1612. *& in Vrbinaten.* 4. *Iulij* 1615. quas commemorat Sellius *in ſelect. Canon c.* 3. *n.* 53.

10 Canonicus qui Miſſam ſolemnem celebrat die Dominico tenetur Officium Veſperarum facere eodem die poſt prandium, non obſtante quacunque contraria conſuetudine. *S. Congr. Rit. Aſſiſina* 25. *Ianuarij* 1605. de qua Sellius *d. c* 3. *n.* 54.

11 Canonici vt lucrentur diſtributiones quotidianas tenentur cantare Miſſam de die. *Sacra Cong. Rit. in Fauentina* 25. *Iunij* 1611. *&* 28. *Ianuarij* 1612. *& in Vrbinaten.* 21. *Iunij* 1611. apud Sellium *d. cap.* 3. *num.* 55.

12 Canonicus Miſſam celebrans in Eccleſia vel ex deuotione, vel obligatione, tempore quo cantatur vna Hora in choro, non dicitur interfuiſſe illi Horæ, nec illius diſtributiones accipere poteſt, niſi à Superiore iuſſus fuerit vt celebret, à qua ioſſione ille cauere debet. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Galet. *in margarita caſuum Conſcient. verbo diſtributiones pag.* 81. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23. *de reſidentia Canonic. nu.* 81. *&* 83. quos refero *de Officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 53. *num.* 154. Et nouiſſime eadem *Sacra Congr. Concil. in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *in reſp. ad* 12. cenſuit Canonicos, ſeu Præbendatos tempore, quo diuina Officia celebrantur in Choro,

Choro, vel anniuersarium, aut cantatur Hora, Missas planas celebrantes non lucrari distributiones quotidianas, nec emolumenta, nisi illa Horaru celebrandō Missas ab eo, ad quem pertinet, cōpulsi, aut iussi fuerint, refert Sellius *d.c.5.n.56.*

13 Canonicis hebdomadariis pertinet celebrare Missas solēnes in die Feriæ quintæ in Cœna Domini in die Parasceues, Paschatis, Natalis domini, & benedicere candelas in die Purificationis B. Virginis. *S.Congr.Rit.in Tarentina 22. Nouembr.* 1631. penes Aldan. *d.tit.21.n.8.*

14 Canonici celebrantes non debent sedere coram Episcopo in sede cum postergali, sed in aliquo scamno oblongo tapete, vel panno cooperto in latere Episcopi iuxta Cæremoniale, vbi illud receptum est. *S.Congr.Rit. in Turritana 19 Maij* 1614. de qua Aldan *d tit.21.nu.9.*

15 Canonici non supplent Vices Portionariorum, & aliorum inferiorum, sed bene Vices Dignitatum. *S.Cong.Rit.in Malacitana 3. Iunij* 1617. cuius meminit Sellius *d.c.3.n 58.*

16 Canonici non tenentur, nec debent cogi ministrare in Officio diaconi, vel subdiaconi Mansionariis, & aliis inferioribus Presbyteris celebrantibus, non obstante consuetudine. *S.Congr Rit in Hispalen.1.Iuny* 1601. *& in Gaditen 23 Nouembr.*1602. *& in Materan. 5.Iulij* 1614. quas citat Sellius *d cap.3. num.59.*

17 Canonici Diaconi, & Subdiaconi in quibusdā solemnitatibus, etiam non celebrante Episcopo cogi possunt ad cantandum Epistolam, & Euangelium, non obstante quocunque prætextu, vel consuetudine in contrarium. *S.Cong Rit in Ianuen. 29. Decembr.*1602. quam adducit idem Sellius *d c.3. num.60.*

18 Canonici & Dignitates, qui habent annexam Præbendam cum onere cantandi Epistolam, siue Euangelium non tenentur ministrare inferioribus. *S.Congr.Rit.in Salamantina 10.Ianuarij* 1604. vt per Sellium *d.c.3 n.61.*

19 Canonici non sunt cogendi ad cantandum Epistolam, vel Euangelium quādo alius Canonicus, seu Dignitas celebrat, nisi quando Præbendæ sunt distinctæ. *S.Congr.Rit.in Tarentina Cryptaliarum 3. Septembris* 1605. referente Aldano *dict. titul. 21. num.1.*

20 Canonici debent supplere in consecratione oleorum sacrorum quando non adest numerus Presbyterorum, seu ministrorum iuxta formam libri Cæremonialis sufficiens ad dictam consecrationem. *S.Cong Rit.in Lauretana 9. Maij* 1606. de qua mentionem facit Aldanus *d.tit.21.n.12.*

21 Canonicus iunior debet in Ecclesia publicare festa mobilia in die Epiphaniæ iuxta formam libri Cæremonialis, nisi alius ex consuetudine Ecclesiæ sit assignatus. *S.Congr.Rit.in Asculana 16. Ianuarij* 1607. teste Aldano *d tit.21.n.13.*

22 Canonici qui habent Præbendas Diaconales, vel Subdiaconales tenentur ministrare, & inseruire Dignitatibus, & aliis Canonicis quando Missas celebrant solemnes, vel Vesperas ex decreto synodali. *S.Congr.Rit.in Bituntin. 9. Februarij* 1608. penes Aldan. *d tit.21.n.14.*

23 Canonicis non est concedenda licentia vacandi ab Ecclesia tempore indefinito, sed ex causa legitima potest concedi ad sex menses. *S. Congr. Rit. in Egitanien. 30. Augusti* 1602. apud Aldan. *d.tit.21. num.16.*

24 Canonicus pro administratione fabricæ deputatus, tenetur Ecclesiæ inseruire, sicut omnes alij Canonici, aliàs mulctandus est in distributionum amissione. *S. Cong Rit in Egitani. n. 23. Nouembr.*1602. quam citat Aldan. *d.tit.21.n.17.*

25 Canonici associantes Prælatum incedentem per Ecclesiam dando benedictionem debent incedere capite detecto, sed cum incedunt in processionibus palmarum, & Candelarum, quibus Prælatus cum Mitra interuenit, debent in Ecclesia incedere capite detecto, extra verò Ecclesiam cum bireto. *Sacra Congr. Rit. in Lunen. Sarzanen.* 3. *Martij* 1633. de qua Sellius *in select. Can. cap. 3. num.* 107.

SVMMARIVM.

1 *Officium in choro Canonici dato signo inchoare debent.*
2 *Cantare in choro alta voce debent Canonici ex decentia.*
3 *Horas Canonicas extra chorum recitare aliquando ex causa, & arbitrio Episcopi possunt Canonici.*
4 *Episcopus potest cogere Canonicos ad præstandum iuramentum de fideliter punctando in choro.*
5 *Canonici an & quando è choro discedere valeant, & cum qua licentia? ostenditur.*
6 *Matutinum qui solebant cantare vna hora post ortum solis, non sunt cogendi vt illud ante ortum solis cantent.*
7 *Vesperas secundas cantare tenentur Canonici iuxta formam decreti Prouincialis ab Archiepiscopo facti.*
8 *Officium Defunctorum, Psalmos graduales, & Pœnitentiales tenentur Canonici recitare in choro, sed non peccant si non recitauerint.*
9 *Officium B.Virginis in semiduplicibus, & Dominicis, recitantes Canonici in choro ex consuetudine, ea vti possunt.*
10 *Officium paruum B.Virginis in choro recitantes Canonici de tempore Paschali, debent facere sine addito Alleluia.*
11 *Laicis dum Diuina celebrantur non debent permittere Canonici vt stent, vel sedeant in choro.*
12 *Hebdomadarij absentis vices in choro debet supplere Canonicus iunior iuxta consuetudinem Ecclesiæ, & non tenditer.*
13 *Nocturnos tres in choro cantare pro quolibet defuncto non sunt Canonici vltra solitum cogendi.*
14 *Episcopus potest excusare à choro Canonicum, vel Capellanum ex iusta causa sine consensu aliorum Canonicorum.*
15 *Punctari debent Canonici sine habitu Canonicali Diuinis interessentes.*

Canonici in choro.

COLLECT. XCIII.

1 CAnonici in choro Officium dato signo inchoare debent non expectato Vicario *Sacra Congr.Rit.in Neritonen. 2.Febr.*1606. teste Sellio *in select. Canon c.3.n.96.* Et non est inchoandum statim signo dato, sed elapsa tertia parte horæ post signū datum. *Eadem Cong Rit.in Tarentina Cryptaliarum 3. Septemb.* 1605. *ad 5.dub.* cuius memini *in tract. de Canon.c.34.n.7.& 8.* 21

4 3 Canonici ex decentia debent alta voce cantare

in choro,& Episcopus potest illos ad hoc hortari, sed non cogere. *S Cong. Rit. in Egitanien.* 23. *Nonembris* 1602. referente Sellio *d.c.*3.*n.*95. fuæ tamen obligationi non satisfacient si in choro alta, & consona voce oon psallant. *Sacra Congr. Concil. sub die* 30. *Aprilis* 1602. vt per Sellium *d.cap.*3. *eod.num.* 95.

3 Canonici aliqusndo ex causa veluti ob frigus extra chotum in diebus ferialibus possunt arbitrio Episcopi Horas Canonicas tecitate, in diebus verò festiuis omnind recitari debent in choro, non obstante contraria consuetudine. *S. Cong. Conc. in Luneu. Sarzanen.* 3. *Martij* 1633. de qua *in d. tract. de Canonic.c.*34 *n.*8.

4 Canonicos cogere potest Episcopus ad præstandum iuramentum de fideliter punctando in choro. *S. Congr. Conc.* 17. *Martij* 1619. apud Sellium *d.c.*3 *n.*99.

5 Canoniconum in eboro existentium plures quàm duo pro qualibet vice esindè sub quouis prætextu eaire non valent, & in regressu, & ingressu Archidiacono reuerentiam exhibeant, eorum egressus causam notam faciant, vt in pleno Capitulo an fit iusta, vel ne excuti valeat, & cootra faciens punctetur. *S. Congr Episcop. & Regul. in Theran.* 18. *Aprilis* 1617. penes me *d.c.*34.*num.*57. An quando Canonici è choro discedunt debeant petere licentiam ab Archipresbytero, firmauit *Eadem S Congr. Rit. in Perusina* 23. *Martij* 1603. quam citat Sellius *d.c.*3 *n.*100. Demum *Eadem S. Congr. Rit. in Cassanen.* 5. *Martij* 1633. apud me *d.c.*34. *post nu.*22. *vers. sedes*, censuit Canonicos exire volentes de choro ne puncteotur non Cantori sed digniori de Capitulo io choro existenti veniam petere debere.

6 Canonici, qui solebant cantare Matutinum vna bora post ottum Solis non sunt cogendi vt Mstutinum ante otium Solis cantent. *S. Cong. Rit. in Asculana* 16. *Septembr.* 1606. quam adducit Sell. *d. c.*3.*n.*101.

7 Canonici tenentur cantare secundas vesperas iurta formam decreti Prouincialis ab Archiepiscopo facti non obstante allegata consuetudine nõ probata. *S. Congr. Rit in Cusentina* 20. *Nouembr.* 1610. teste Sellio *d.c.*3.*n* 102.

8 Canonici tenentur recitare in choro Officium defunctorum, Psalmos graduales, & pœnitentiales iuxta constitutionem Pij V. & non aliàs. *Sacra Congr. Rit. in Suessan.* 28. *Ianuarij* 1606. & qui prædicta non recitant, mioimè peccant. *Eadem S. Congr. in Barchinon.* 10. *Ianuarij* 1609. cuius memini *de Canon c.*34.*n.*4.

9 Canonici recitantes in choro Officium B. Virginis in semiduplicibus, & dominicis ex consuetudine, illa deinceps vti possunt, non obstante rubrica Breuiarij. *S. Cong. Rit.* 1. *Septembr.* 1607. de qua Ego *d c.*34.*n.*5.

10 Canonici recitantes io choro Officium paruũ B. Virginis de tempore Paschali, debent facere sine addito Alleluia. *Eadem S. Congr. Rit.* 28. *Martij* 1626. penes me *d.c.* 34.*nu.*6.

11 Canonici non debent permittere vt laici, dum diuina celebrantur, stent, vel sedeant in choro. *S. Congr. Rit. in Compostellana* 4 *Febr.* 1600. apud me *d. c.* 34. *post n.*15.

12 Canooicus iunior in choro iuxta consuetudinem Ecclesiæ debet supplere vices hebdomadarij absentis, vel impediti, & noo coadiutor, licet sedeat post vltimum Canonicum *S. Congr. Rit. in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. referente Sellio *d c.*3.*n.*105.

13 Canonici non sunt adstringẽdi vltra solitum ad cantandum in choro tres Nocturnos pro quolibet defuncto, cum vnum tantùm cantare consueuerint. *S. Cong Rit. in Adrien seu Messanen.* 8. *Iulij* 1601. de qua Sellius *d.c.*3 *n.*106.

14 Canonicum, vel Capellanum potest Ordinarius excusare à choro ex iusta causa comprehensa *in cap. vnic. de Cleric. non resid. lib.*6. sine consensu aliorum Canonicorum, vel Capellanorum. *Sacra Congr. Concil.* teste Nicol. Garc. *de benef. p.*3. *cap.* 2. *num.*407.

Canonici absentes à choro, an & quando lucrantur distributiooes quotidiaoas, vide infra *verbo distributiones, collect.* 258.

15 Canonici in choro, vel Ecclesia diuinis Officiis interessentes sine habitu Canonicali, & superpelliceo debent punctari, *S. Cong Rit. in Lunen. Sarzanen.* 3. *Martij* 1633. de qua mentionem facit Sellius *d.c.*3.*n.*107.

Vide *in verbo Chorus collect.*146.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum celebrare non debent Canonici dum in Ecclesia Hora Canonica, vel Missa solemnis, & Conuentualis celebratur.*

2 *Licentiam Episcopi exigere non tenentur Canonici ad Capitulum celebrandum.*

3 *Negotia quæ in Capitulo proponere velint Canonici non potest Episcopus eos cogere vt declarent.*

4 *Actorum capitularium copia, vt sibi præstetur potest Episcopus Canonicos cogere pœnis & censuris.*

5 *Vicarium Episcopi non tenentur Canonici in Capitulo admittere, si nolint.*

6 *Vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere, vel præscribere non potest Canonicus in sacris non constitutus.*

7 *Dispensatus à Papa in ætate pro obtinendo Canonicatu in Cathedrali, vocem habet in Capitulo, licet in sacris constitutus non sit.*

8 *Decanus cum aliquibus Canonicis, cæteris insciis, & minimè vocatis, non possunt quicquam statuere, & determinare, quod ad Capitulum, & Ecclesiæ commoditatem pertineat.*

9 *A Capitulo, & Congregationibus Capitularibus non potest Canonicus licitè, & tuta conscientia ordinariè abesse.*

10 *Capitulum vt domi suæ congregent Canonici, non potest eos cogere Episcopus.*

11 *Congregationes Capitulares habendæ non sunt eo tempore, quo diuina celebrantur.*

12 *Nisi causa aliqua vrgens in aliud tempus differri non patiatur.*

Canonici in Capitulo.

COLLSCT. XCIV.

1 CAnooici oon debent celebrare Capitulum dum in Ecclesia Horæ Canonicæ, vel Missa solemnis, & Conuentualis celebratur. *S Cong. Rit. in Egitanien.* 23. *Nouemb.* 1602. *& in Vlixbonen.* 17. *Nouembr.* 1600. *& S. Cong. Conc.* teste Nicol Garc. *de benefic. p.*3.*c.*2.*n.*59. *in fine*, quarum memini *de Canonic. & dignitat. c.*35.*n.*14. *&* 15.

2 Canonisi

2 Canonici non tenentur exigere liceotiam Episcopi ad Capitulum congregandum, si illud absque ea solet congregari. *S. Cong. Episcop & Regul.* 20. *Augusti* 1601. de qua Ego *d.c.* 35. *n.* 4. Et quatenus

3 Episcopus inxta solitom teneatur illis ad se congregandum facultatem concedere, non potest eos cogere ad declarandum, quæ negotia in Capitulo proponere velint. *Eadem S. Congr.* 2. *Febru.* 1603. quam citat Sellius *in select. Cansu. cap.* 3. *num.* 110.

4 Canonicos pœnis & censuris cogere potest Episcopus ad præstandam sibi copiam actorum capitularium. *S. Cong Episcop. & Regul.* 6. *Martij & 21. Aprilis* 1596. apud me *d cap.* 35. *n.* 5.

5 Canonici non tenentor admittere Vicarinm Episcopi in Capitulo si nolint. *S. Congr. Concil. in Amerien.* 24. *Aprilis* 1632. quam citat Sellius *d. cap.* 3. *num.* 111.

6 Canonicus donec in Sacris fuerit constitutus vocem in Capitulo aliquo pacto acquirere seu præscribere non potest. *S Congr. Concil.* 20. *Aprilis* 1601. referente Sellio *d. c.* 3. *n.* 112. & metipso *in tract. de Canonic. c.* 37. *num.* 8.

7 Canonicus super ætate dispensatus à Papa pro obtinendo Canonicatu in Cathedrali, habet vocem in Capitulo, & quotidianas distributiones, dum Diuinis interest, lucratur. *S. Cong. Conc. in Reatina* 10. *Iulij* 1627. *& in Montis Politiani* 13. *Ianuarii* 1629. *& in sancti Miniatis* 15. *Septembris eiusdem anni*, quas refero *d. tract. de Canon cap.* 37. *num.* 13. vbi eas intelligo procedere ex sufficiente, & ampla dispensatione.

8 Canonici aliqui etiam cum decano, cæteris insciis, & minimè vocatis, non possunt quicquam statuere & determinare quod ad Capitulum, vel Ecclesiæ commodum pertineat. *S. Cong. Rit. in Lamacen* 7. *Octobris* 1606. teste Sellio *d. c.* 3. *n.* 114.

9 Canonicus suæ obligationi satisfaciens, quod attinet ad residentiam, & seruitium chori, ac Altaris, non potest licitè, & tuta Conscientia ordinariè abesse à Capitulo, & congregationibus capitularibus. *S. Congr. Concil in Abulen. de anno* 1602. referentibus Nicol. Garcia *de benef p.* 3. *cap.* 2. *n.* 424. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2, *tit.* 23. *de residentia Canon n.* 86.

10 Canonicos adstringere non poterit in aliquo casu Episcopus, vt domi suæ Capitulum conuocent, si fuerit solitum vt fiat in Sacristia, vel in alio Ecclesiæ loco. *S. Congr. Episcop. & Regul.* 1. *Febru.* 1583. apud me *d c.* 46. *n.* 11.

11 Canonicorum capitulares congregationes habendæ non sunt eo tempore, quo diuina Officia celebrantur, nisi causa aliqua vrgens eas in aliud tempus differri non pateretur, quod si hæ Congregationes absque causa prædicta tempore celebrationis diuinorum habitæ fuerint, Canonici iure ab his, vt choro intersint, abesse poterunt, nec propterea essent mulctandi, quamuis esset ordinatio capitularis, quod qui fuerit in Ecclesia, & non intrauerit Capitulum, molctetur certa pœna. *Sacra Congr. Concilii in Abulen. de anno* 1605. quam ad litteram refert, & ad sui instantiam ita responsum fuisse attestatur Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 559.

12 Canonicorum Capitulum non est habendum eo tempore, quo diuina Officia celebrari debent, nisi causa aliqua vrgens in aliud tēpus differri nō patiatur, quod si secus fiat Canonici nequaquam lucrabuntur distributiones quotidianas pro illis Horis, quibus Diuinis non interfuerunt, & eo casu Episcopus poterit sine coniudicibus contra Canonicos procedere ad substractionem fructuū, & ad mulctas ab eo impositas. *Sacra Cong. Conc in Ortolen.* 27. *Martij* 1632. *in resp. ad* 11. refero *d. tract. de Canonic. c.* 36. *n.* 25. *in fine.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Vide in verbo *Capitulum, siue Capitularis Congregatio collect.* 126.

SVMMARIVM.

1 *Deputatio Canonici Theologi non fit in Ecclesiis Cathedralibus Regularibus.*

2 *Sedere debet in loco sui Canonicatus Canonicus Theologus postquam vacauerit Prabenda, qua suo officio fuit vnita.*

3 *Ius aduersus Canonicatum vacantem per resignationem non competit Canonico Theologo in vim vnionis facta ab Episcopo de Prabenda vacatura.*

4 *Theologus Canonicus potest compelli, vt per se, & non per substitutum muneri suo satisfaciat.*

5 *Licentia fuit concessa ad sex menses Canonico Theologo ad legendum per substitutum stante impedimento infirmitatis.*

6 *Substitutum ponere stante aliquo impedimento non compellitur Canonicus Theologus.*

7 *Legere quibus pœnarum comminationibus poterit Episcopus Canonicum Theologum compellere, ostenditur.*

8 *Parochialem obtinens Canonicus Theologus vna cum Prabenda Magistrali, vbi residere debeat?*

9 *Dignitas, qua ex consuetudine, obtineri valet per quemlibet Canonicum habentem Prabendam Canonicatui annexam, obtineri potest à Canonico Theologo.*

10 *Theologus Canonicus, quo tempore, hora, & materia legere debeat, relinquitur arbitrio Ordinarij, & potest vacare à lectione tribus mensibus.*

11 *Distributiones quotidiana, & emolumenta quacunque personalia tribuenda sunt Canonico Theologo illa die qua legerit, licet choro non interfuerit.*

12 *Theologus Canonicus non censetur prasens Matutinis, qua ex antiqua Ecclesia consuetudine dicuntur sero precedenti pro die sequenti, quando hac die sequenti legere debet.*

13 *Optare non potest aliam Prabendam Theologus Canonicus, nec sua Prabenda potest ab aliis optari.*

14 *Prabenda Theologalis erectio non habet locum in ea, qua vigore statuti à sequenti Canonico optatur.*

15 *Prabendam Theologalem in manibus Ordinarij resignans potest obtinere mediante optione pinguiorem, cum retentione sui statuti in choro.*

Canonicus Theologus.

COLLECT. XCV.

1 CAnonici Theologi deputatio non fit in Ecclesiis Cathedralibus Regularibus, vbi Præbendæ non sunt distinctæ, nec Ecclesiæ numerata; prout est Cathedralis Pampilonensis, sed cogendi sunt Monachi vt prouideant de Lectore idoneo Theologiæ, qui publicè legat non solùm ipsis Monachis, sed aliis audire volentibus. *S. Cong. Conc. in Pampilonen.* 9. *Septembris* 1573 cuius memini

in *tract. de Canon. cap. 27. num. 2.* & eam adducit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 3. num. 8.* quem refero *in collect. ad Trid. sess. 5. de reform. cap. 1. num. 15.*

2 Canonicus Theologus, postquam vacauerit Præbenda, quæ suo officio vnita, & illam adeptus fuerit, debet sedere in loco sui Canonicatus. *Sacra Cong. Conc.* teste Nicolao Garcia *in addit. ad suum tract. de benef. p. 5. cap. 4. num. 111.* quem refero *d. cap. 27. num. 25.*

3 Canonico Theologo in vim vnionis factæ ab Episcopo de Præbenda vacatura, non competit ius aduersus Canonicatum vacantem per resignationem. *S. Congr. Concil. in Monopolitana 29. Augusti* 1626. penes me *d. c. 27. n. 10.*

4 Canonicus Theologus potest compelli vt per se, & non per substitutum muneri suo satisfaciat, nisi adesset legitima absentiæ causa. *S. Congr. Conc.* apod Rotam *decis. 147. num. 1. p. 3. recent.* aliàs *p. 1. in posthum. Farin.*

5 Canonicus quidam Theologus cum instaret sibi licere legere per substitutum stante impedimento infirmitatis, fuit illi concessa licentia ad sex menses per *S. Cong. Concil. sub die 13. Nouemb.* 1627. de qua Ego *in collect. ad Trid. sess. 5. de reform. cap. 1. num. 11.*

6 Canonicus Theologus non potest compelli ad ponendum substitutum quando ex capite infirmitatis sanabilis impeditur quominus per se ipsum legere valeat: eo verò casu quo quis esset substituendus, electio substituti ad Episcopum spectat. *S. Cong. Conc.* referente Nicol Garc. *de benef. p. 5. c. 4. nu. 159.*

7 Canonicus Theologus si legere vllo modo nolit, poterit Episcopus illum cogere comminationibus pœnarum, sequestrationibus fructuum, assignatione portionis de eisdem fructibus alteri, qui ipsius loco legat, demum crescente contumacia ad alias pœnas etiam priuationis deuenire poterit, factáque priuatione ad corroborandum Concilij decretum, Episcopus declarare debet talem Præbendam & Canonicatum affectum fuisse, & esse ex Concilio pro Sacræ Scripturæ Lectore, tunc deligat personam idoneam, quæ id munus per se ipsum exequi valeat, & illi per Ordinarium collatorem huiusmodi Præbenda conferatur. *Sacra Congr. Conc. in Maioricen.* quam citat Aldan. *d. lib. 1. tit. 3. nu. 5.* à me relatus *in collect. ad d. cap. 1. num. 5.*

8 Canonicus Theologus legitimè vna cum Præbenda Magistrali Parochialem obtinens, tenetur in ea residere amissis distributionibus quotidianis, & alijs emolumentis, quæ tamen deseruientibus dari solent, in officio autem alium arbitrio Ordinarij deputare debet, assignato illi competenti salario. *S. Congr. Conc.* teste Aldano *d. lib. 1. tit. 3. n. 2.* quem refero *in collect. ad d. c. 1. n. 10.*

9 Canonicus Theologus, stante consuetudine in Ecclesia Cathedrali vt per quemlibet Canonicum habentem Præbendam Canonicatui annexam obtineatur vna ex Dignitatibus in eadem Ecclesia, quæ nullum habet onus, seu emolumentum, sed solum sedet supra Canonicos, & illos in processionibus præcedit, potest dictam Dignitatem obtinere. *Sacra Congr. Concil. sub die 18. Nouembris* 1628. cuius memini *dict. tract. de Canon. cap. 27. num. 22.*

10 Canonicus Theologus potest vacare à lectione tribus mensibus Iulij, Augusti, & Septembris: quo autem tempore, & hora materiæ Scripturæ, & Theologiæ, quæ in Sacra Scriptura continetur, super qua legendum sit, Ordinarij arbitrio relinquitur. *Sacra Congr. Concil.* penes Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 4. num. 157.* quem refero *d. c. 27. n. 27.*

11 Canonico Theologo illa die, qua legerit, tribuendæ sunt distributiones quotidianæ omnium Horarum licet choro non interfuerit, *Sacra Congr. Conc. in Fanen. 3. Augusti* 1624. Sed postea *in causa Oriolen. 12. Augusti* 1628. dubitatum fuit an obtinens Theologalem impeditus studio, & lectione ad huiusmodi Præbendã spectante lucrari possit distributiones, & emolumenta quæcunque personaliter interessentibus dari solita, etiamsi choro non inseruiant? Et censuit distributiones lucrari, sed quoad alia emolumenta consulendum Sanctissimum, & visum fuit ea etiam deberi ea Identitate rationis refero *in collect. ad d. cap. 1. n. 33. & de Canonic. cap. 27. n. 34. cum seqq.*

12 Canonicus Theologus, qui pro præsente habetur diebus, quibus legit, non censetur præsens Matutinis, quæ ex antiqua Ecclesiæ consuetudine dicuntur sero præcedenti pro die sequenti. *Sacra Congr. Concil.* referente Nicol. Garcia *p. 3. cap. 2. num. 118.*

13 Canonicus Theologus non potest optare aliam Præbendam, nec sua Præbenda potest optari ab alijs. *S. Congr. Concil.* referentibus Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 34. num. 80.* Galer. *in margarita casuum Conscient. verbo Canonicus, in med.* Præbendæ
14 Theologalis electio non habet locum in ea, quæ vigore statuti à sequẽti Canonico optatur, sed illa Præbenda, quam dimiserit Canonicus qui nouissimè optat, huic muneri vnita, & affecta remanet. *S. Congr. Conc. in Lunen. Sarzanen 6. Iulij* 1591. apud Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benef. p. 5. c. 4. n. 130.*

15 Canonicus Theologus, qui resignauit in manibus Ordinarij Præbendam Theologalem potest obtinere mediante optione pinguiorem Præbendam cum retentione sui stali in choro. *S. Cong. Rit. in Veronen. 2. Septemb.* 1597. cuius memini *de Canon c. 27. num. 22.*

Canonicatus & Præbendæ Theologalis deputatio, vide *in verbo Præbenda Theologalis collect.* 589.

SVMMARIVM.

1 *Institutio, & electio Præbendæ Pœnitentiariæ ad solum Episcopum spectat.*

2 *Præbendam primam vacantem pro Pœnitentiario potius, an pro Theologo assignare debeat Episcopus, ostenditur.*

3 *Delegare suam auctoritatem potest Canonicus Pœnitentiarius.*

4 *Absoluere à casibus, quos Episcopus sibi expressè reseruauit, non potest Pœnitentiarius sine speciali commissione.*

5 *Pœnitentiarius dum in Ecclesia audit Confessiones, quando pro præsente in choro habeatur.*

6 *Eleemosynas ipsas, quæ distribuũtur pro associandis, & sepeliendis cadaueribus, lucratur Pœnitentiarius dum Confessiones actualiter audit.*

7 *Optare non potest aliam Præbendam Canonicus Pœnitentiarius, nec sua ab alijs optari potest.*

Canonicus

Canonicus Pœnitentiarius.

COLLECT. XCVI.

1 CAnonici Pœnitentiarij institutio, & electio ad solum Episcopum absque consensu Capituli pertinet. *Sacra Cong. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. num.* 52. quem refero *in tract. de Canonic. cap. 26. num.* 4.

2 Quamuis in opinione Episcopi non sit primam Præbendam vacantem assignare pro Pœnitentiario, licet ratione curæ animarum videatur magis necessarius, sed pro Theologo propter verba *Concilij Trid. sess. 5. de refor. c. 1.* Nihilominus tamen si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum vt prius de Pœnitentiario prouideatur, habenda est confirmatio à Sede Apost. ad omnem difficultatem tollendam. *Sacra Cong. Conc. in ciuitate Castellana* 17. *Nouembris* 1629. cuius memini *d. tract. de Canon. cap.* 28. *num.* 5.

3 Canonicus Pœnitentiarius potest delegare suam auctoritatem. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Regien.* 2. *Octobris* 1584. penes Sellium *in select. Canon. cap.* 3. *num.* 120.

4 Canonicus Pœnitentiarius non potest quemquam absoluere à casibus, quos Episcopus sibi expressè reseruauit, nisi ipsemet Episcopus illi specialiter dederit auctoritatem *Sacra Cong. Conc.* testibus Aloys. Ricc *in praxi rerum fori eccles. decis.* 171. *in* 1. *edit. alias resol.* 492. *num.* 6. *in* 2. *edit.* Nicolao Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 115. quos refero *in tract. de Canonicis cap.* 26. *num.* 16.

5 Canonicus Pœnitentiarius pro præsente habendus est dum audit Confessiones in Ecclesia, siue in Confessionatio, siue extra; non tamen censendus est præsens pro tempore, quo residet in Confessionario, nec audit Confessiones, aliis in choro Diuina cantantibus, nec item si dixerit Missam, aut si priuatè Officium recitauerit, etiam vt opportunius Confessiones audiat. *Sacra Cong Concil.* referentibus Aloysio Riccio *in d. praxi resol.* 477. *num.* 6. Nicol. Garc. *d. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 124. *& seqq.* quos cum aliis citaui *d. cap.* 26. *n.* 20.

6 Canonicus Pœnitentiarius, pro præsente habendus est dum actualiter Confessiones audit, & ad lucrãdas eleemosynas ipsas, quæ distribuuntur pro associandis, & sepeliendis cadaueribus defunctorum, vel pro supplicationibus, & processionibus, quæ per Vrbem aguntur. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 125. quem refero *d. cap.* 26. *num.* 21.

7 Canonicus Pœnitentiarius non potest optare aliam Præbendam, nec sua Præbenda potest optari ab aliis. *Sacra Cong. Concil.* de qua Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 34. *n.* 79.

Plura habes infra in *verbo Pœnitentiarius, collect.* 581.

SVMMARIVM.

1 *Rocheto sub cota vti non potest Canonicus Protonotarius, dum in choro vti Canonicus Horis Canonicis assistit.*

2 *Subtana violacea potest in Ecclesia vti Canonicus Pænitentiarius licet reliqui Canonici deferant nigram.*

3 *Habitu Prælatitio vti potest Canonicus Protonotarius in omnibus actibus non competentibus sibi tanquam Canonico.*

4 *Fructus, & distributiones sui Canonicatus non lucratur Canonicus Protonotarius si cum habitu Prælatitio in Ecclesia assistat.*

5 *Distributiones quotidianas non lucratur Canonicus Protonotarius, nisi in proprio habitu Canonicali intersit choro, & processionibus.*

6 *Protonotarius Canonicus si voluerit in sua Ecclesia vti habitu Protonotarij, debet ei assignari locus non inter Canonicos, sed post Abbates.*

Canonicus Protonotarius.

COLLECT. XCVII.

1 CAnonicus Protonotarius non potest dum in choro vti Canonicus Horis Canonicis assistit, vti rocheto sub cotta. *Sacra Congr. Rit. in Trecan.* 15. *Martij* 1614. cuius memini *in tract. de Canonicis, & Dignitat. cap.* 18. *num.* 38. *& de iure eccles. lib.* 1. *cap.* 23 *n.* 81.

2 Canonicus Protonotarius potest in Ecclesia vti subtana violacea, licet reliqui Canonici deferant nigram, dummodo in reliquis gerat habitum similem, & æqualem reliquis Canonicis. *Sacra Congr. Rit. in Panormitana* 14. *Ianuarij* 1612. *& 11. Decembris* 1607. quarum memini *d. cap.* 18. *n.* 37. *& de iure eccles. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 20.

3 Canonicus Protonotarius non potest in functionibus & aliis actibus publicis sibi tanquam Canonico competentibus vti habitu Protonotarij, sed suo habitu Canonicali. *Sacra Congr. Rit. in Asculan.* 19. *Nouembr.* 1611. potest tamen vti habitu Prælatitio in omnibus actibus non competentibus sibi tanquam Canonico. *Sacra Congr. Rit. in nullius terra Piscia* 19. *Nouembr.* 1611. *& in Asculana* 28. *Ianuarij* 1612. de quibus mentionem feci *d. cap.* 18. *num.* 36.

4 Canonicus Protonotarius si cum habitu Prælatitio in Ecclesia, choro, processionibus, ac diuinis assistat, non lucratur fructus, & distributiones sui Canonicatus. *Sacra Congr. Rit. in Asculan.* 17. *Februarij* 1610. confirmata *sub die* 28. *Ianuarij* 1612. quas commemoro *d. tract. de Canonic. cap.* 18. *num.* 55.

5 Canonicus Protonotarius non lucratur distributiones quotidianas nisi proprio habitu Canonicali intersit choro, processionibus, &c. Si verò voluerit vti habitu Protonotarij debet sedere post Canonicos, & Abbates, & non lucratur distributiones. *Sacra Congr. Rit. in Meliten.* 7. *August.* 1621. teste Sellio *in select. Canon. cap.* 3. *n.* 108.

6 Canonicus Protonotarius si voluerit in sua Ecclesia vti habitu Protonotarij reputatur tanquam extraneus, eique assignatur locus non inter Canonicos, sed post Abbates, & non lucratur fructus. *Sacra Congr. Rit. in Asculana in Apulia* 6. *Martij* 1610. quam refert Sellius *d. cap.* 3. *num.* 112. & illius memini *d. tract. de Canonic & dignitat. cap.* 36. *n.* 11.

Plura habes infra *verbo Protonotarius collect.* 617.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis Episcopi, qui simul est Canonicus, cum sedet vti Canonicus in choro, debet sedere in loco sua receptionis, & in habitu Canonicali, alias si*

vti Vicarius præcedit omnibus, sed non lucratur distributiones.

2 *Distributiones quotidianas non lucratur Vicarius Canonicus si ratione officij Horis Canonicis non interest.*

3 *Actibus Capitularibus potest interuenire Canonicus Vicarius, dummodo non agatur de suo interesse, alias debet exire.*

4 *Vicarius Capitularis Sede vacante potest eligi Canonicus, quamuis in eadem ciuitate, vel Ecclesia curam gerat animarum.*

5 *Vicarius foraneus qui sit Canonicus, nullam habet ratione Vicariatus præcedentiam supra alios Canonicos.*

6 *Locumtenens Episcopi si fuerit Canonicus debet in choro sedere in suo loco, & nullam habet præcedentiam, nec præeminentiam ratione officij.*

7 *Distributiones quotidianas non lucratur Canonicus locumtenens Episcopi si in choro sine habitu Canonicali assistat.*

8 *Auditor Episcopi si fuerit Canonicus debet sedere in suo loco, & non supra alios.*

Canonicus Vicarius, seu Locumtenens Episcopi.

Collect. XCVIII.

1 CAnonicus Vicarius generalis Episcopi cum seder vti Caonicus in choro, debet sedere in loco suæ receptionis, & in babitu Canonicali: aliàs si vti Vicarius, præcedit omnibus Canonicis, & Dignitaribus, sed non luceatue distsibutiones quotidianas *Sacra Congr. Rit. in Calagurıtana 2. Augusti* 1603. *& in Cassalen. 5. Iulij* 1614. quarum memini *in tract de Canonic. cap. 18. n. 32. Eadem Sacra Cong. in Ampuriën. 7. Decembris 1630. & in Acernen. 21. Iunij* 1632. quas iefeer Sellius *in select. Canon. cap. 3. n. 120.*

2 Canonicus Vicatius non lncratur distributiones quotidianas quando Hotis Canonicis non interest, etiamsi à tempore immemotiali obsematom esser, ve lucraretur. *Sacra Congr. Conc. in Bitecten. 18. Decem.* 1627. apud me *d. tract de Canonic. cap. 14 n. 17.*

3 Canonicus Vicarius potest intesuenire in Actibus Capitolaribus, dummodo nonagatur de interesse suo. *Sacra Congr. Concil. 2. Martij 1619.* de qua Sellius *d. c. 3. n. 121.* Debet enim iode exire vbi tractandum sit de iebus ad suum, vel Episcopi commodum, peteinentibus. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. 17. Ianuarij* 1584. penes me *d. tract. de Canon. cap. 55. n. 12.*

4 Canonicus in Vicaeium Capitularem Sede vacanre in eadem Ecclesia eligi potest quamuis in eadem ciuitate, & Ecclesia curam geeat animarum. *Sacra Congr. Episcopor. & Regular. in Orien. 19. Iulij* 1619. apud me *d. tract. de Canonic. cap. 42. num. 38.*

5 Canonicus qui sit Vicarius foranens nullam habet ratione huius Officij præcedenriam supra alios Canonieos. *Sacra Cong. Rit. in Mediolanen. Corbetta 3. Decembris 1616. & in Bononien. Castri S. Ioannis 7. Octobris 1617.* quas citat Sellius *d. cap. 3. num. 119.*

6 Canonicus Locumtenens Episcopi debet in choto sedere in loco suæ eecepnonis in habitu Canonicali, nec ei competit pacio, & thuris honor ante Dignitares. *S. Cong. Rit. in Hydruntina 10. Decembris 1612.* de qua memini *d. tract. de Canonic. cap. 18. num. 40.*

7 Canonicus Locumtenens Episcopi non potest assistere in choro sine cotta, & in alia sede cum puluinari, sed debet sedete in suo stalo cum habitu Canonicali, alias non lucratur distributiones quotidianas. *Sacra Cong Rit. in dicta Hydruntina 7. Iulij* 1612. referente Sellio *d. cap 3. num. 121.*

8 Canonicus Auditor Episcopi in congregationibus, & aliis actibus, qui coram Episcopo, vel eius Vicario fiunt, debet sedere in loco suæ receptionis, & non supra alios Canonicos ibi præsentes. *Sacra Congr. Rit. in Beneuentana 29. Ianuarij* 1605. quam citat Selli. *d. cap. 3. num. 122.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopum ad Ecclesiam veniemtem associare tenentur Canonici non ex vrbanitate, sed ex debito.*

2 & 3 *Episcopum cum cappa ad Ecclesiam accedentem tenentur Canonici associare in habitu Canonicali: & quo loco eum excipere, & vsque ad quem locum illum reassociare debeant, ostenditur. n. 3.*

4 *Palatium Episcopale si à Cathedrali longe distet, debet Episcopus associari ab aliquo ad hoc deputato prope Ecclesiam.*

5 *Associatio debetur Episcopo in solemnioribus tantum diebus, in cæteris verò non tenentur nisi ex voluntate & vrbanitate.*

6 *Festiuitates maiores, & dies solemnes qui dicantur.*

7 *Consuetudo associandi Episcopum à certo loco etiam in Dominicis diebus, & aliis festiuitatibus per annum vsque ad Cathedralem, seruanda est.*

8 *Episcopum associare & reducere tenentur Canonici etiamsi cappa non vtatur quando pro loci consuetudine cappa vti non solet.*

9 *Episcopus debet cum ad Cathedralem accedere vult, certam horam sui aduentus tempore congruo statuere.*

10 *Episcopo quando inchoato officio ad Ecclesiam descendit, aut ante finitam Missam, seu ante recitationem Horæ Sextæ, velit domum redire, quomodo sit facienda associatio, ostenditur.*

11 *Episcopum venientem ad cameram Capitularem non tenentur Canonici associare, nisi ex vrbanitate.*

12 *Suffraganeo Episcopo non tenentur obuiam ire Canonici cum venit ad Ecclesiam ad celebrandum nomine Episcopi.*

13 *Episcopum ab eo Altari in quo Missam planam celebrauit, ad sedem Episcopalem si voluerit Missæ Conuentuali assistere, non tenentur Canonici associare.*

14 *Distributiones quotidianas non lucrantur Canonici associantes Episcopum volentem audire Missam in alia ciuitatis Ecclesia præter Cathedralem.*

15 *Associantes Canonici per ciuitatem eorum Episcopum non collegialiter nec cum habitu Canonicali debent illum anteire.*

Canonici associantes Episcopum.

Collect. XCIX.

1 CAnonici non ex vrbanitate, sed ex debito tenentur associare Episcopum ad Ecclesiam venientem à cubiculo vsque ad Ecclesiam, & in reditu ab Ecclesia vsque ad primum atrium. *Sacra Cong. Rit. in Salamantina 16. Iulij* 1605. vel vsque ad portam suæ habitationis. *Eadem Sacra Cong in Lamacen. 12. Nouembris 1605. & in Iacen. 10. Ianuarij* 1609. quas

1609. quas refert Sellius *in select. Canon. c. 3 num. 122.* quando domus Episcopi contigua est Ecclesiæ, vt in *Salamant & Placentina* quarum memini *in tract. de Canonic. cap. 32. num. 19.*

2 Canonici tenentur in habitu Canonicali accedere ad domum Episcopi, illumque associare ad Ecclesiam celebraturum vel diuina Officia auditurum cum cappa accedentem, & finito officio illum in redire associare. *Sacra Cong. Rit. in Ragusina 8. Martij 1617. & in Taruisana 19. Ianuar. 1619.* penes me *d. tract. de Canon cap. 32. num. 1.*

3 Canonici tenentur associare Episcopum cum cappa ad Ecclesiam accedentem, excipiendo eum ex aliquo cubiculo Palatij Episcopalis Ecclesiæ contigui. In reassociatione verò eiusdem ab Ecclesia saltem vsque ad portam Ecclesiæ, circa quod seruandum est *Ceremoniale lib. 2. cap. 1. Sacra Cong. Rit. in Elboren. & in Oscen. 16. Maij 1601. & in Placentina prouincia Compostellana 4. Iulij 1615 in 6. dubio. & in Cremen. 28. Septembris 1602.* quarum memini *d. cap. 32. num 2.* & allegat Machado *en su perfetto Confessor tom. 2. lib 4. p. 4. tract. 2. doc. 3. num 6.* Non obstante consuetudine, vt in d. Oscen. Etiamsi domus non sit contigua Ecclesiæ, dummodo non multum distet: *Eadem S. Cong. in d. Oscen. & in Colimbrien. 6. Iulij 1602.* Et etiamsi distet per spatium sexaginta passuum qui habentur pro modico spatio: *eadem S. Congr. in Theatina 14. Nouembris 1601. & in Tiphernaten. 5. Iulij 1603.* Et etiamsi distet per spatium 110. passuum: *eadem S. Cong. in Eluen 10. Ianuarij 1604.* Et per spatium 160 passuum; *Eadem S.*

4 *Cong. in Terracinen. 20. Augusti 1622.* Si verò Palatium sit longè distans, debet Episcopus associari ex aliquo loco ad hoc deputato propè Ecclesiam, vel Ecclesiæ ipsius atrio vel scalis. *Eadem S. Cong. in d. Oscen. 16. Maij 1601.* quarum omnium memini *d. tract. de Canon. cap. 32. num. 3. cum seqq.*

5 Canonici non quoties Episcopus ad Ecclesiam accedit illum ex suo Palatio associare tenentur, & reducere, sed in solemnioribus tantùm diebus, quibus cum cappa ad celebrandum, vel Pontificalia exercendum accedit. In cæteris vero diebus, quibus Episcopus priuatè sine cappa, vel ex alia causa ad Ecclesiam accedere voluerit, non tenetur nisi ex voluntate, & vrbanitate hæc obsequia illi præstare: & satis est si aliquis ex Dignitatibus & Canonicis ad ostium Ecclesiæ occurrat, cui dignior aspersorium cum aqua benedicta ministrare debet, & abeuntem similiter vsque ad ostium comitetur. *Sacra Cong. Rit. in Perusina 20. Decembris 1601. & in Ripana 24. Octobris 1609. & in Sarzanen. 12. Martij 1618. & in Taruisana 19. Ianuarij 1619. & in Saonen. 30. Martij 1619. & in Liman. in Indiis 29. Maij 1621.* quas omnes refert Sellius *d. cap. 3. num.*
6 *123.* & illarum memini *d cap. 32. num. 7.* Nouissimè *Eadem S. Congr. Rit. sub die 1. Decembris 1639.* inhærendo alteri resolutioni *sub die 17. Nouembris 1607.* declarauit solemnes festiuitates per annum esse festum Paschalis Resurrectionis D. N. Iesu Christi, Feriam quintam in Cœna Domini, Festum Ascensionis Domini nostri, Festum Pentecostes, Festum SS. Apostolorum Petri, & Pauli. Festum Assumptionis B. Virginis. Festum omnium Sanctorum. Festum Natiuitatis, & Festum Epiphaniæ. refero *d. cap. 32. num 11.*

7 Canonici si ex consuetudine associare soleant Episcopum à cubiculo, seu à camera deputata quoties cum cappa accedit ad Ecclesiam vt celebret, & diuinis Officiis assistat, etiam in Dominicis diebus, & aliis festiuitatibus per annum, talis consuetudo seruanda est. *Sacra Cong Rit. in Ripana 30. Ianuarij 1610.* penes Sellium *d. cap. 3. num. 124.*

8 Canonici tenentur Episcopum associare, & reducere etiamsi cappa non vtatur quando pro loci, aut prouinciæ consuetudine, aut aliàs cappa vti non solet aut eius loco alium habitum ferre solet. *Sacra Cong. Rit. in Elboren. 8. Martij 1600.* apud me *d. cap. 32. num. 11. in fine.*

9 Canonici vt in associatione Episcopi sui deesse non possint, & Officia diuina non turbentur, debet Episcopus certam horam sui aduentus tempore congruo statuere, & significare. *Sacra Cong. Rit. in Elboren. & Oscen. 16. Maij 1601. & in Placentina prouincia Compostellana 4. Iulij 1615. in resp. ad 1.*
10 *dub.* de quibus Sellius *cap. 3. num. 126.* Et dato signo, & non veniente Episcopo inchoari potest Officium: quando verò post inchoatum Officium Episcopus ad Ecclesiam descendit, tunc satis erit si quatuor, vel quinque Canonici, vel de Capitulo ei obuiam eant, & maior pars Canonicorum in choro remaneant. *Eadem Sacra Cong. in d. Placentina in resp. ad dub. 1.* Et quod saltim duo ex Canonicis tenentur ex choro discedere, & obuiam ire Episcopo porrigentes aspersorium. *Sacra Cong. Rit. in Lunen. Sarzanen. 3. Martij 1633.* cuius memini *d. cap. 32. num. 17.* Idem si Episcopus venit eo tempore, quo post decantatum Euangelium Concio inchoatur: *in ead. Placentina in resp. ad dub. 2.* Quod si finita Concione velit domum redire, nec pariter Canonici omnes debent deserere Missam, sed tantum tres, vel quatuor Episcopum vsque ad portam comitentur, & statim redeant. *Ibidem in resp. ad 3. dub.* Si vero post finitam Missam velit discedere, nec expectare quod Hora sexta recitetur, quæ de consuetudine Ecclesiæ immediatè finita Missa cãtari solet, Canonici omnes saltim vsque ad portam Ecclesiæ comitentur. *Ibid in resp ad 4. dubium.* Hora verò dandi signum cum campana stabilienda erit cum Episcopo, quo signo dato diutius non est expectandus. *Ibidem in resp ad 5. dubium;* quorum omnium memini *d. c. 32. num. 14. & 15.*

11 Canonici non tenentur nisi ex vrbanitate associare Episcopum venientem ad cameram Capitularem. *Sacra Cong. Rit. in Salamantina 16. Iulij 1605.* de qua Ego *d. cap. 32. post. num. 20.*

12 Canonici omnes non tenentur ire obuiam Episcopo suffraganeo venienti ad Ecclesiam ad celebrandum nomine Episcopi proprij vsque ad cubiculum, sicut tenentur ire obuiam Episcopo proprio, sed satis est vt Suffraganeo aliqui Canonici obuiam procedant vsque ad portam Ecclesiæ. *Sacra Cong. Rit. in Bracharen. 1. Septembris 1607.* penes me *d. cap. 32. num. 13.*

13 Canonici omnes non tenentur associare Episcopũ ab eo Altari in quo Missam planã celebrauit, ad sedem Episcopalem, si voluerit Missæ Conuentuali assistere. *Sacra Congr. Rit. in Typhernaten. 5. Iulij 1603.* quam citat Sellius *d. cap. 3. num. 128.*

14 Canonici videlicet duo, aut plures associantes eorum Prælatum quandoque volentem audire Missam non in Cathedrali, sed in alia Ecclesia ciuitatis, non possunt participes fieri distributionum quotidianarum, quæ non nisi præsentibus, & inseruientibus dantur. *Sacra Congr. Conc.* testibus Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap 3. num 8. p 124.* Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra, lib. 2. tit. 23. de resi-*

dent. Canonic. n. 61. quos cum aliis refero de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 53. num. 14.

15 Canonici, & Dignitates associantes per Ciuitatem eorum Episcopum Cardinalem, non collegialiter, nec cum habitu Canonicali, debent illum anteire, non autem sequi. S. Cong Rit in Patauì. 4. Iulij 1626. cuius memini in tract. de Canon. c. 25. sub n. 7.

SVMMARIVM.

1 *Assistere Episcopo quando teneantur Canonici, & Dignitates.*

2 *Inseruire Episcopo cogi possunt Canonici non solum in Cathedrali, sed etiam in quibuscunque ciuitatis Ecclesiis, ad quas ad publicas, & solemnes functiones exercendas Episcopum ire contigerit, si in Cathedrali sufficiens Canonicorum numerus remaneat.*

3 *Assistere Episcopo cogi non possunt Canonici quando ad priuatè celebrandum accesserint ad aliquam Ecclesiam praeter Cathedralem.*

4 *Episcopus dum solẽniter celebrat in Collegiata, Canonici Cathedralis, & non Collegiatae ei debẽt assistere.*

5 *Assistere hinc inde Episcopo quando solemniter celebrat, debent Canonici duo primi Diaconi, si praebendae sint distinctae.*

6 *Pluuialis fimbrias hinc inde eleuare debent Canonici duo assistentes, & non Presbyter assistens, dum Episcopus progreditur, & thurificat Altare.*

7 *Ordinationes quando facit Episcopus etiam cum Missa priuata, ei assistere tenentur Canonici.*

8 *Biretum ponere, vel deponere Episcopo non tenentur Canonici, qui ei assistunt cum cappa, sicut tenentur ei ponere, & deponere Mitram.*

9 *Assistere hinc inde Episcopo dum accedit ad Ecclesiam non debent Canonici Diaconi, nisi quando est paratus cum Pluuiali. & Mitra.*

10 *Suffraganeo Episcopo tenentur assistere Canonici, quando nomine proprij Episcopi functiones Episcopales exercet.*

11 *Obsequia eadem praestanda sunt Episcopo delegato, quae praestari debent deleganti.*

12 *Suffraganeus Episcopus vltra Diaconum, & Subdiaconum non debet habere assistentiam duorum Canonicorum.*

13 *Suffraganeus Episcopus quando solemniter celebrat, non debent assistere parati omnes Canonici, & Dignitates, sed in habitu ordinario.*

14 *Praesens in choro tam in Cathedrali, quàm in alia Ecclesia intelligitur Canonicus, dum est in assistentia apud Episcopum.*

15 *Distributiones quotidianas non amittunt Canonici, & Dignitates iuxta consuetudinem Ecclesiae assistentes, seu ministrantes Episcopo priuatim celebranti in Ecclesia Cathedrali.*

16 *Decano dum Missam in diebus solemnibus celebrat, debent assistere duo Canonici pro Diacono, & Subdiacono si Mansionarij sint impediti.*

17 *Caput tegere, & detegere non tenentur Episcopo assistentes Canonici & Dignitates, quando assistit diuinis cum cappa, & Birreto.*

18 *Genuflectere non tenentur Canonici, & Dignitates assistentes, vel aliquo modo Episcopo solemniter celebranti assistentes.*

Canonici assistentes Episcopo.

COLLECT. C.

1 CAnonici, Dignitates, & Portionarij tenentur assistere Episcopo solemniter celebranti, ordinationem facienti, & caetera Pontificalia exercenti, eique in vestibus sacris inseruire per se ipsos si verò aliquis sit impeditus, alius eiusdem ordinis, & gradus respectiuè, non autem inferioris deputari poterit. *Sacra Congr. Rit. in Abulen. 20. Decembris .601. & 18. Martij 1602.* quas refert Sellius *in select. Canon. cap. 3. num. 126.*

2 Canonici tenentur, & cogi possunt ab Episcopo, vt sibi ministrent, & inseruiant non modò in Cathedrali, verùm etiam in quibuscunque ciuitatis Ecclesiis, ad quas ad publicas, vel solemnes Episcopales functiones exercendas Episcopum ire conugerit. *Sacra Congr. Rit. in Salamantina 10. Ianuarij 1604. & in Typhernaten. 5. Iulij 1603. & in Elboren. 7. Iulij 1612. & in Granaten. 9. Maij 1606.* quarum meminit Machado *en su perfetto Confessor. lib. 4. tract. 2. docum. 3.* Dummodo in Cathedrali numerus sufficiens Canonicorum, & magistrorum remaneat, & officium, ac seruitium chori non deseratur. *Sacra Congr. Rit. in Lamacen. 17. Martij 1607. & in d. El-*
3 *boren.* Secus si ad priuatè celebrandum accesserit ad alias Ecclesias, quia tunc Canonici cogi non poterunt ei assistere. *Eadem Sacra Congr. in d. Typhernat.*
4 Dum verò Episcopus solemniter celebrat in Collegiata Canonici Cathedralis debent assistere, & praeferuntur in eo munere ipsius Collegiatae Canonicis. *Eadem Sacra Congr. in Bononien. 20. Aprilis 1602. & 10. Maij 1608. & in Brundusina 15. Iulij 1617.* teste Sellio *d. cap. 3. num. 128.*

5 Canonici duo primi Diaconi, quando Praebendae sunt distinctae, debent assistere hinc inde Episcopo quando solemniter celebrat, vt cauetur *lib. 1. Caerem. cap. 8. Sacra Cong. Rit. in Placentina 19. Maij 1607. in resp ad 7. dub* penes Sellium *d cap. 3. num. 129.*

6 Canonici duo Diaconi assistentes, & non Presbyter assistens debent eleuare fimbrias Pluuialis hinc inde dum Episcopus progreditur, & thurificat Altare *Eadem Sacra Cong. Rit. in d. Placentina in resp. ad 7. dub.* apud Sellium *d. cap. 3. num. 130.*

7 Canonici iidem assistere debent Episcopo quando facit Ordinationes tam si facit cum Missa solemni, quàm si faciat cum Missa priuata. *Sacra Congr. Rit. in d Placentina in resp. ad dub. 2.* quam citat Sellius *d. cap. 3 num. 131.*

8 Canonici qui assistunt Episcopo cum cappa non tenentur ei ponere, & deponere biretum, sicut tenentur ei ponere, & deponere Mitram. *Sacra Cong. Rit. in Saonen. 21. Augusti 1604.* de qua mentionem facit Sellius *d. cap. 3. num. 132.*

9 Canonici Diaconi non debent hinc inde assistere Episcopo dum is accedit ad Ecclesiam nisi quando est paratus cum Pluuiali & Mitra. *S. Cong. Rit. in Aesina 3. Augusti 1602.* de qua Sellius *d. cap. 3. num. 133.*

10 Canonici tenentur assistere Suffraganeo quando nomine proprij Episcopi functiones Episcopales exercet. *Sacra Cong. Rit. in Bracharen. 21. Februa-*
11 *rij 1604.* referente Sellio *d. cap. 3. num. 134.* Eadem enim obsequia praestanda sunt Episcopo delegato, quae praestari debent deleganti. *Sacra Cong. Rit. in d. Bracharen 20. Martij 1604.* vt per Sellium *d. cap. 3. num. 135.* Machado *d. tract. 2. doc. 3. num. 4.*

12 Canonicorum duorum assistentiam habere non debet Episcopus Suffraganeus vltra Diaconum, & Subdiaconum, qui sunt cantaturi Euangelium & Epistolam, sicut habere proprius Episcopus. *Sacra Cong. Rit. in Bracharen. 1. Septembris 1607.* nisi consuetudo antiqua id permitteret, vt fuit consideratum

fuit consideratum *in Tarraconen. 7. Iulij* 1612. cuius meminit Selli. *d. cap. 3. num.* 136.

13 Canonici & Dignitates omnes non debent assistere parati quando Episcopus Suffraganeus solemniter celebrat, sed in habitu Ordinatio, sicut & quando facit Ordinationes, consecrationes, vel alias similes functiones pro Ordinatio, quo casu illi tantum debent accipere paramenta, qui sunt necessarij in ministerio. *Sacra Cong. Rit. in d. Bracharen. 1. Septembris* 1607. vt per Sellium *d. cap. 3. n.* 136.

14 Canonicus dum est in assistentia apud Episcopum intelligitur præsens in choro tam in Ecclesia Cathedrali quàm in alia Ecclesia. *Sacra Cong. Rit. in Camerinen. 15. Martij* 1608. cuius memini *in tractatu de Canon cap. 32. num.* 5.

15 Canonici seu Dignitates, qui assistunt, seu ministrant iuxta consuetudinem Ecclesiæ Episcopo priuatim celebranti in Ecclesia Cathedrali, non amittunt distributiones quotidianas. *Sacra Cong. Rit. in Lamacen. 8. Aprilis* 1607. quam adducit Sellius *d. cap. 3. num.* 137.

16 Canonici duo debent assistere & ministrare Decano pro Diacono & Subdiacono, dum Missam in diebus solemnibus celebrat, si Mansionarij, quibus cura animarum incumbit, in ipsius exercitio sint impediti. *Sacra Cong. Conc. in Ceneten. 14. Februarij* 1615. penes Sellium *d. cap. 3. num.* 138.

17 Canonici & Dignitates assistentes Episcopo non tenentur illi caput tegere & detegere quando assistit Diuinis cum cappa & bireto. *Sacra Cong. Rit. in Isernien. 21. Augusti* 1632. apud me *d. tract. de Canon. cap. 33. num.* 27.

Plura habes supra in *verbo Assistere collect.* 47.

SVMMARIVM.

1 *Residere in propria Ecclesia debent omnes Canonici.*
2 *Canonici, qui maiori seruitio Ecclesiæ, de quo in cap. 12. sess. 24. sunt adstricti, eisdem pœnis, de quibus ibi, si non resederint, subiacent.*
3 *Episcopus potest dare licentiam Canonicis ex legitima causa, vt à sua Ecclesia seruitio absint.*
4 *Licentiam nullam petere, aut causam assignare tenentur Canonici vt absint per tres menses.*
5 *Consuetudo residendi etiam in tribus mensibus vacantia potius attendenda est, quàm statutum Ecclesiæ quod talem vacantiam concedit.*
6 *Consuetudinis immemorabilis prætextu Canonicis non licet vltra tres menses ab Ecclesia abesse.*
7 *Citandi & monendi quomodo sint Canonici ad residentiam.*
8 *Absens vltra tres menses à seruitio Ecclesiæ Canonicus quibus gradibus veniat priuandus.*
9 *Absentes Canonici à seruitio Ecclesiæ sunt puniendi.*
10 *Absentes pro præsentibus haberi non possunt si primam residentiam non fecerunt, nec Fidei professionem emiserunt.*
11 *Portiones Canonicorum absentium quatenus accrescant deseruientibus.*
12 *Canonicus legitimè absens non tenetur de suo soluere pro Missis Conuentualibus.*

Canonici absentes, & non residentes.

COLLECT. CI.

1 CAnonici omnes in propria Ecclesia residere debent, & personaliter deseruire eorum muneri, non obstantibus quibuscunque; ille tamen qui aliud beneficium ex legitima dispensatione obtinet, quod maiorem, vel æqualem causam residendi habeat, licet non intersit muneri, quod exigit Canonicatus, non potest tamen eo priuari, nec alia pœna affici, nisi priuatione distributionum quotidianarum, nec Concilium Trid. super pluralitate beneficiorum prouidet, nisi in futurum, præterquam in Parochialibus, quas nec etiam per dispensationem ante Concilium obtentam, nemo nisi vnicas retinere potest. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicolao Garcia *de benefic. p. 3. cap. 2. n.* 186.

2 Canonici, qui maiori seruitio Ecclesiæ de quo in cap. 12. sess. 24. de reform. sunt astricti, eisdem pœnis, de quibus ibi, si non resederint, subiacent. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2. n.* 144. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ. lib. 2. tit. 23. num.* 107. quos refert *de officio, & potest. Episcopi, p. 3 alleg. 63. n. 146. in fine.*

3 Canonicis licentiam potest dare Episcopus ob legitimam causam vt absint à suæ Ecclesiæ seruitio: legitima autem causa dicitur, quæ est à lege approbata, & in iure expressa. *Sacra Congr. Concil.* apud Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2. num.* 408.

4 Canonici vt absint per tres menses nullam tenentur assignare causam, aut licentiam petere, non tamen omnes possunt abesse eodem tempore ne Ecclesia destituatur suo debito seruitio, sed tantum eam quotam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2. n.* 315. Et sic prouidere debet ne huiusmodi vacationes incidant in Natale, aut Pascha Domini, aut huiusmodi magnas solemnitates. *Eadem Sacra Congr.* de qua idem Garcia *d. c. 2. n.* 316.

5 Canonicis quamuis per statutum Ecclesiæ concedatur per tres menses abesse, si illud per consuetudinem non fuit obseruatum, attendenda est magis consuetudo contraria, quàm statutum. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garcia *d. p. 3. c. 2. n.* 310.

6 Canonicis prætextu immemorabilis consuetudinis non licet vltra tres menses quotannis ab Ecclesia abesse, neque eo trimestri tempore possunt absentes distributiones quotidianas percipere, quippe quod huiusmodi immemorialis consuetudo vtroque casu sublata est decreto *Concilij c. 12. sess. 24. de reform. Sacra Congr. Conc.* de qua facit mentionem Nicol. Garcia *d. p. 3. c. 2. n.* 197.

7 Canonici non sunt citandi, aut monendi ad residentiam, nec opus est intimatione, vt deseruiant, iuxta formam cap. 12. sess. 24. de reform. Sed si fuerint vltra tres menses citandi sunt ad allegandum quare non debeant puniri secundum hoc decretum, & oportet bonum Iudicem arbitrari quanto tempore debent vltra tempus permissum absentes expectare antequam contra eos pœna exequatur. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p. 3. c. 2. n.* 245.

8 Canonicus si vltra tres menses vno anno à seruitio Ecclesiæ absens fuerit, dimidia parte fructuum Canonicatus pro illo anno priuandus est: pro secundo vero anno, si eadem negligentia vsus fuerit, omnibus fructibus priuari debet, crescente verò contumacia in eum iuxta sacrorum Canonum Constitutiones procedendum est: omnibus verò aliis distributionibus pro illis Horis, quibus non interfuerit, carare debet. *Sacra Cong. Conc. in Abu-*

len. 24. *Augusti* 1596. penes Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 423. *& eodem cap.* 2. *num.* 142. ait ab eadem *Sacra Congr* decisum Capitulares habentes Canonicatus, vel Dignitates in Cathedralibus pro primo anno absentiæ solùm priuari dimidia parte fructuum suæ Dignitatis vltra distributiones quotidianas, quas perdunt, etiamsi in primo anno nullo die resederit talis Capitularis.

9 Canonici, qui à seruitio Ecclesiæ absint, puniendi sunt, quamuis vbi ipsa Ecclesia existit, sint præsentes. *Sacra Congr. Conc.* referente Paulo Piasecio *in praxi Episcop p.* 2 *c.* 3. *num.* 10.

10 Canonici, qui nondum fecerunt primam residentiam, nec Fidei professionem emiserunt, non possunt quidem pro præsentibus haberi, licet pro causis & negotiis Capituli absentes fuerint. *Sacra Congr. Conc.* vt per Nicol. Garc. *d. p.* 3. *c.* 3. *n.* 52. quem refero *in tract. de Canonic. c.* 17. *n.º* 31.

11 Canonicorum absentium portiones accrescunt deseruientibus, si ex decreto Concilij sess. 25. cap. 3. de reform. separatæ sint: secus verò si ex decreto c. 3. sess. 22. de reform. tunc enim fabricæ Ecclesiæ quatenus indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicabuntur, non obstante consuetudine, qua cauetur vt deseruientibus portiones seruientium accrescant. *Sacra Congr. Concil.* quam citat Nicol. Garc. *d. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 455.

12 Canonicus legitimè absẽs nõ tenetur de suo soluere pro Missis Conuentualibus, ad quas tenetur absens, sed computandum cum illa parte Præbendæ, seu distributionũ (si distributiones omnes sint loco Præbendæ) quæ relinquitur à legitimè absentibus in Cathedralibus, seu Collegiatis, quia onus cantandi has Missas est penes Capitulum. *Sacra Congr. Conc.* 28. *Augusti* 1621. teste Aldano *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 15. quem refero *in collect. ad Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 3. *num.* 16.

Canonicus absens quando amittat, vel lucretur distributiones quotidianas, vide *in verbo Distributiones, collect.* 258.

Vide supra *in verbo Absens, collect.* 8. *& in verbo Residere, collect.* 649.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus agentis.*
2 *Ordo Canonicorum Regularium S. Augustini quando inceperit, & in quas familias diuisus sit, ostenditur.*
3 *Ordo Canonicorum Regularium, qui in plures Congregationes extendebatur, in vnum corpus fuit vnitus.*
4 *Episcopi facti ex Canonicis Regularibus habitũ portant, quo vtuntur clerici seculares in Episcopos promoti.*
5 *Monachis Cassinensibus Ordinis S. Benedicti præcedunt Canonici Regulares.*
6 *Priuilegiis, exemptionibus, gratiis, & indultis pluribus gaudent Canonici Regulares.*
7 *Delictum committens Canonicus Regularis degens in ædibus Parochialis Ecclesiæ Congregationi vnita, non potest ab Episcopo puniri.*
8 *Præcedentiam prætendere non possunt Canonici Regulares super vnum clericum Regularem dum inter alios Parochos procedit in processionibus.*
9 *Parochialium curam habere non possunt Canonici Regulares*
10 *Officium Sanctissimi Sacramenti singulis feriis quintis recitant Canonici Regulares S. Augustini, & Moniales eiusdem Ordinis.*
11 *Abbatem non tenentur associare & excipere extra domo Canonici Regulares.*
12 *Episcopus non potest compellere Canonicos Regulares curam animarum exercentes in suis Ecclesiis ad interessendum diuinis Officiis.*
13 *Canonici Regulares possunt stare cum Rochetto sine alio superpelliceo.*
14 *Rochettum & superpelliceum gestare valent Canonici Regulares in processionibus publicis.*

Canonici Regulares.

Collect. CII.

1 DE Canonicis Regularibus agunt Richardus Anglicus Theologus Parisiensis, & Canonicus Regularis S. Victoris *in chronica Canonic. Regul.* Ioannes de Nigraualle *bibliothec. Apost in epitb. chronoc.* Ioannes Trullus *de Canonicorum Regularium Ordinis antiquitate, nomine, instituto, & approbatione, ac viris illustribus*, Gabriel Pennotus *in historia tripartita de origine Canon. Regul.* Fr. Hieron. Roman. *de Repub. Christ. lib.* 6. *cap.* 4. *&* 16. Platus *de bono status Relig. lib.* 1. *cap.* 23. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 3. *art.* 1. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 4. *art.* 13. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *cap.* 7.

2 Canonicorum Regularium sancti Augustini Ordo institutus fuit in primitiua Ecclesia à Christi discipulis. *Benedictus XII. constit.* 6. incip *Ad decorem Idib. Maij* 1339. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 169. aliàs *pag.* 199. in vlt. imp. Deinde quasi denuo erectus est à Sancto Augustino in ciuitate Hipponensi anno 397. septem post familiam Eremiticam, Pontifice Cyriaco, Imperatoribus Occidentis Honorio, Orientis Arcadio.

3 Canonicorum Regularium plures Congregationes in vnum corpus vniuit, & priuilegia communicauit *Martinus V. constit.* 7. incip. *Sollicitudinis* 2. *Kalend. Iulij* 1421. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 258. aliàs *pag.* 245. Sed in varias familias distinctum, de quibus infra suo Ordine agendum erit.

4 Canonici Regulares in Episcopos promoti portant habitum, quo vtuntur clerici seculares in Episcopos promoti. *Leo X. constit.* 34. incip. *Dudum* 1. *Septembris* 1519. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 525. aliàs *pag* 443. in nouiss. impress.

5 Canonici Regulares præcedunt Monachis Cassinensibus Ordinis sancti Benedicti, & sunt illis antiquiores. *Pius IV. constit.* 55. incip. *Sedis Apost. de anno* 1564. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 106. & illius meminit Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 9.

6 Canonici Regulares non coguntur causas suscipere, sententias exequi, Monialium Confessiones audire, aut aliud simile onus subire. Priuilegium habent vt contra eorum bona & iura non currat præscriptio nisi sexaginta annorum. Possunt admittere ad ingressum, qui arctiorem Religionem vouerunt. Gaudent omnibus gratiis, priuilegiis, & indultis Congregationis Cassinensis Monachorum S. Benedicti, & eligunt sibi Conseruatores cum amplissima facultate. *Sixtus IV. constit.* 10. incip. *Dum ad vniuersos* 10. *Kalend Septembris* 1476. apud Laert. Cherub *tom.* 1. *pag.* 344. & illius meminit Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 10.

7 Canonicus Regularis iussu sui Superioris degẽs in ædibus Parochialis Ecclesiæ Congregationi vnitæ,

vnitæ, in qua curam animarum exercet, & Sacramenta administrat, si delictum non concernens curam animarum nec administrationem Sacramentorum commiserit, non potest ab Episcopo puniri vigore decreti *Concilij c. 3. sess. 6. de reformat.* quasi extra monasterium degat. *S. Congr. Concil. 8. Febr.* 1601. apud Lezanam *in sum. quæst Regul. tom. 2. c. 18. nu. 26.*

8 Canonici Regulares non possunt prætendere præcedentiam super vnicum clericum Regularem dum inter alios Parochos procedit in processionibus. *S. Congr. Rit. in Asten.* 23. *Nouembr.* 1602. quam refert Aldan. *in compendio Canonicar. resolut. lib. 2. tit. 6. num.* 27.

9 Canonici Regulares non admittuntur ad concursum, nec ad Parochialium curam, nisi Sedis Apost. præcedat dispensatio. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Cremonen* 1. *Septemb.* 1603. Cuius meminerunt Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Canonici Regulares num.* 1. Ego *de Iure ecclesiast. vniuerso lib. 3. cap. 4. num. 79.* me citato Lezana *d. tom. 2. c. 2. nu.* 12. Vide *collect. 63. n. 1.*

10 Canonici Regulares S. Augustini, & Moniales eiusdem Ordinis recitant singulis ferijs quintis Officium Sanctissimi Sacramenti. *S. Congr. Rit. in Burgen. de Arrinegra* 15. *May* 1610. teste Aldano *d. tit. 6. nu. 25.*

11 Canonici Regulares non tenentur associare, & excipere Abbatem ex eius domo, dum ad Ecclesiā venit solemniter celebraturus, quia Cæremoniale de Episcopo loquens in hoc casu non comprehendit Abbates. *Sacra Congr. Rit. in Hispanitarum S. Ioannis de Peña* 11. *Decembris* 1613. referente Lezana *in sum. quæst Regul. tom 2. cap. 3. n. 28. in fine.*

12 Canonicos Regulares curam animarum exercentes in Ecclesiis vnitis eorum monasteriis non potest Episcopus compellere ad interessendum diuinis Officiis, quæ diebus Sanctorum patronorum ciuitatis in Ecclesia Cathedrali celebrantur. *Sacra Congr. Conc.* 5. *Decembris* 1626. penes Aldan. *d. tit. 6 n. 21.*

13 Canonici Regulares tam in publicis quàm in priuatis actibus, omissa solum veste superiori nigrâ, possunt stare cum rochetto sine alio superpelliceo. *S. Cong. Rit.* quam citat Barthol. Ganaot. *in manuali Episcop. sub hoc verbo n. 1.*

14 Canonici Regulares in processionibus publicis Rochettum, & superpelliceum gestare valeat. *S. Cong Rit.* 28. *Augusti* 1618. penes & Gauant. & Ioan. Maria Nouar. *locis proximè citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regular. Lateranen. agentes.*
2 *Ordo Canonicorum Lateranen. incæpit intra annum* 440. *&* 457.
3 *Congregatio Lateranensis reformata fuit à congregatione Frigionaria.*
4 *Tunica alba, Rochetto ex bysso tenuissima induuntur Canonici Regulares Lateranen. & pileum nigrum portant.*
5 *Processionibus interuenire non tenentur Canonici Regulares Lateranen.*
6 *Processionibus in ciuitate Neapol. debent Canonici Regul. Lateranen deferre Crucem cum velo.*
7 *Gratiis singularibus tam spiritualibus quàm temporalibus concessis Monachis Casinensibus gaudent Canonici Regulares Lateranens.*
8 *Beneficium Curatum, & curam animarum etiam ad tempus non licet assumere Canonicis Regularibus etiam de licentia sui Generalis.*

Canonici Regulares Lateranenses.

COLLECT. CIII.

1 DE Canonicis Regularib. Lateranens. Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap. 8.* Syluest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 1. pag. 1. cum seqq.* Carol. Tapia *in auth. ingressi C de sacros. Eccles. verbo Monasteria cap. 2.* Ioan. Trullus Gabriel Pennotto, & alij citati supra præcedenti *collect. n. 1.*

2 Canonici Regulares Lateranenses sic dicti ab Ecclesia sancti Ioannis Laterani in vrbe, in qua à sancto Leone Magno Pōtifice intra annum 440. & 457. collocatos fuisse refert Cæsar Franciotti clericis Regularis S. Mariæ de Luca in historia sacra Lucensi edita anno 1613. in Ecclesia S. Tudiani statim in princip. Siue vt vult Onuphr. Panninus de septem Stationibus Vrbis, vbi de Ecclesia Lateranensi à sancto Gelasio Papa sancti Augustini discipulo ab anno 555. & deinceps durante ibi eadem familia per 800. annos vsque ad Pontificatum Bonifacij VIII. qui sublatis Canonicis Regularibus sancti Augustini seculares introduxit anno 1300. vt refert Carol. Tapia *d. verbo monasteria c. 2. n. 3.*

3 Reformata est hæc Congregatio Congregatione Frigionaria, de qua infra.

4 Canonici Regulares Lateranen. induuntur tunica alba, Rochetto ex bysso tenuissima & pileum nigrum portant. Carol. de Tapia *d. c. 2. n. 5.*

5 Canonici Regulares Lateranen. non tenentur accedere ad processiones. *S. Congr. Rit. in Lateranen. Canonicorum Regul.* 30. *Iulij* 1616. teste Sellio *in select. Canon. c. 3. n* 107.

6 Canonici Regulares Lateranen. in processionibus debēt in ciuitate Neapolitana deferre Crucem cum velo, seu publico appenso vt alij Regulares, non autem discoopertum, vt defert Clerus secularis. *Eadem S. Cong. Rit. in Neapolitana* 14. *Ianuar.* 1617. referente Sellio *d. c. 3. n* 106.

7 Canonici Regulares Lateranen. communicant in singulis gratiis tam spiritualibus quàm temporalibus cum Monachis Cassinensibus, & Canonicis Regularibus S. Saluatoris Bononiensis. *Gregorius XV. constit. 33. incip. Iniuncti,* 22. *Augusti* 1622. cuius meminit Lezana *in sum. q. Regul. tom. 2. c. 3. n. 10.*

8 Canonicis Regularibus Lateranen. non licet etiam de licentia sui Generalis absque permissu Summi Pont. assumere curam animarum ad tempus, multoque minus beneficiū Curatum. *S. Cong. Conc.* quam referunt Quarant. *in sum. Bullar. verbo Canonicus Regularis,* Paul. Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 5. n. 23.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 10. n. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus Sancti Ruffi agentes.*
2 *Congregatio hac cur Sancti Ruffi appelletur, ostenditur.*
3 *S. Crucis Conimbricens. Congregatio accepit huius S. Ruffi leges, & statuta.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

4 *Festum S.Ruffi qua die celebretur.*

Canonici Regulares Sancti Ruffi.

Collect. CIV.

1 DE Canonicis Regularibus S.Ruffi, Syluest. Marul. *in Occean. Relig. lib. 1. pag. 5.* Aymar. Faleo *in historia Antoniana, p. 2. tit. 22. c. 3.* Petrus Grisseus *in historia Canonic. sect. 13. num. 16. & 17.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 4. num. 5.* Claudius Robertus *in sua Gallia Christiana tit. de Abbatiis, lit R. verbo S. Ruffus.*

2 Canonici Regulares sancti Ruffi, vt multi volunt, à sancto Ruffo sancti Pauli discipulo instituti, de quo ipse *ad Roman. cap. 16. num 13. ex me salutem dicite Ruffo selecto in Domino, eiusque matri, quam non aliter atque meam matrem obserno.* Hunc scribit Dorotheus in synopsi fuisse Thebarum Episcopum: addit Ioannes Mauzolicus in suo martyrolog. venisse postea Gallias, & Auenionia factũ fuisse Episcopum, ibique introduxisse Canonicos Regulares, de anno nihil omnino scitur. Sed illud arctius est, quod tradit Claudius Robertus loco supra citato, scilicet nullo modo dictam esse hanc Congregationem S.Ruffi quod eam S.Ruffus instituerit, cum nunquam fuerit Lugdunensis Episcopus; sed propterea sic appellatam, quia præcipuum eius domicilium, & familiæ caput erectum sit sub inuocatione S.Ruffi in Vrbe Valentina in Gallia, cuius etiam nobilis Prioratus est Lugduni, à quo mirum in modum hæc familia nobilitata est.

3 Canonicorum Regularium, S.Ruffi leges & statuta accepit nobilissima Congregatio S. Crucis Conimbricensis, de qua infra *collect. 109.* vt refert

4 Marquez *de vera origine Eremitarum S. Augustini cap. 18. §. 4. & 5.* Festum S.Ruffi in martyrologio Romano celebratur 21 Nouembris: est & alius S.Ruffus primus Episcopus. Auenion. 12. Nouembris.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus Aroasiæ agentes.*
2 *Canonici Regul. Aroasiæ quando incœperint.*
3 *Canonicorum Regul. Arhasia Congregatio iam desiit.*

Canonici Regulares Aroasiæ.

Collect. CV.

1 DE Canonicis Regularib. Aroasiæ Crussen. *in Monast. August. p. 2. c. 17.* Aubert. Miræus *de origine Canonicor Regul. cap. 10.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. qu. 4. n. 7.*

2 Canonici Regular. Aroasiæ instituti fuerunt à duobus piis Sacerdotibus, Cãnone, & Holdemaro in Monasterio Aroasiæ secundo ferè lapide à Bapalma Atresiæ oppido versus finem Regni Galliæ in diœcesi Attrebaten. anno 1097. Pontifice Vrbano II. Imperatore Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno. Ab hoc Monasterio Aroasiæ familiæ Aroasinæ capite, & nomen sumpsit hæc Congregatio, quo tamen tempore, id mihi ignorum est. Habuit frequentissima per Belgium, & Galliam Monasteria, quorum catalogum describit Aubertus Miræus citato loco. Porro

3 hæc Monasteriorum ad Aroasiam vnio iam desiit, nec talis Congregatio hodie persistit, & ideo de illa hæc pauca sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis S.Victoris agentes.*
2 *Canonici Regulares sancti Victoris cur sic dicti.*
3 *Hugo & Richardus de S.Victore ex hac familia fuere.*

Canonici Regulares S.Victoris.

Collect. CVI.

1 DE Canonicis Regularibus sancti Victoris, Crussen. *in Monast. August. p. 2. cap. 19.* Aubert. Miræus *de origine Canonicor. Regul. cap. 12.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 12.*

2 Canonici Regulares S. Victoris hoc nomen sortiti sunt à Monasterio S. Victoris prope muros Parisienses Abbatiali titulo illustri, ædificatum fuit à Ludouico Grasso Galliæ Rege anno 1113. vt referunt Crussen. & Miræus *citatis locis*, quorum vltimus ea enumerat Cœnobia, quæ huic Congregationi paruerunt, & magnum Vitriaci Cardinalis de Canonicis S. Victoris elogium transcribit. Cæterum desiit iam hæc Congregatio, licet Monasterium, quod toti præficiebatur, adhuc floreat. Fuere ex hac familia Hugo, & Richardus de sancto Victore Scriptores magni nominis.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus Præmonstratens. agentes.*
2 *Canonici Regulares Præmonstrat. instituti à S. Norberto sub regula S. Augustini.*
3 *Habitus Canonicorum Regularium Præmonstrat. qualis.*
4 *Generalis & Abbates Ordinis Præmonstrat. sunt perpetui.*
5 *Canonici Præmonstrat. in Hispania.*

Canonici Regulares Præmonstratens.

Collect. CVII.

1 DE Canonicis Regularibus Pręmonst. Chronicon. Præmonstratense *Colonia impressum de anno 1613.* S. Antonin. *p. 2. hist. tit. 15. cap. 19. & tit. 17. cap. 2. §. 2.* Ioann. Richard. *in notis ad Epist. S. Bernardi Epist. 25. & 247.* Ioan. Teull. *de Canon. Regular. lib. 1. cap. 9. pag. 43.* Paul Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap. 57.* Syluest Marul. *in occeano Relig. lib. 12. pag. 172.* Thom. Bozius *de signis Eccles. tom 2. lib. 22. cap. 3.* Carol Tapia *in auth. ingress. C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 26.* Venero *en su enchiridion de los tiempos fol. 109. in impressione anni 1641.* Gualter. *in tabulis chronograph. sæculo 11. pag. 647.* Fr. Emman. Rodrig *quæst. Regul tom. 1. quæst. 3. art. 16.* Card. Baron. *annal. Eccles tom. 1. anno Christi 1120. & anno 1134.* Azor. *instit. moral p. 1. lib. 12. cap. 21. quæst. 2.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. num. 6.* Claud. Robert. *in Gallia Christiana tit. de Abbatiis*

Abbatiis lit. P. verbo Præmonstratum, Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 123. nu. 25.* latè Aubert. Miræus *in chronica huius Ordinis*, quam edidit Coloniæ Agripinæ anno 1613. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disput. 24. quæst. 4. num. 20.* Fr. Ferdinand. Camargo *in Epitome historiali Ecclesiæ militantis sub anno 1116. pag. 230.* nouissimè R. P. Angelus Manrique *in annalibus Cisterciens. anno Christi 1120. cap. 2. num. 1. cum seqq.* Et ex huius familiæ alumnis Philippus Abbas bonæ spei contemporaneus sancti Bernardi Clarauallensis *in libro de continentia Clericor. c. 125. & 126.* nouiter impresso Duaci 1621. Ioannes Chrysostom. Vander Sterre Abbas S Michaëlis *de natalibus Sanctorum huius Ordinis Antuerpiæ impres. de anno 1623. & in opere,* cui titulus est, *Lilium inter spinas de vita S. Iosephi Steinueldensis Ordinis Præmonstraten. impress. etiam Antuerpiæ de anno 1627.* & in alio opere dicto *Echo S. Norberti triumphantis*, impresso quoque *Antuerpiæ de anno 1629.* Dionysius Mudratz Præpositus Monialium Ordin. Præmonstrat. *in sua historia ecclesiastica Bredæ 1624.* Augustinus Vnithmans *in suo Mariano Antuerpiæ impresso de anno 1628.* Martinus Mertz Prior Rhotensis in Sueuia *in vita S. Norberti.* Mauritius du Pré *in vita eiusdem S. Norberti tribus libris lingua Gallica exaratis*, Cornelius Hanegrauius Præpositus Collegij Romani S. Norberti. *in vita eiusdem sancti lingua Italica conscripta*, & Romæ impressa de anno 1641.

2 Canonici Regulares Præmonstratenses sic dicti à loco Præmonstrato in diœcesi Lugdunensi suffraganea Remensi in Gallia, instituti fuere à Norberto Archiepiscopo postea Magdeburgensi Germaniæ Primate sub regula sancti Augustini, & instituto Canonicorum Regularium de anno 1120. Pontifice Calixto II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Ioanne Comneno, eorum Ordo confirmatus fuit ab *Honorio II. in sua constit.* incip. *Honorius Episcopus sub dat. Kalend. Martij 1126.* quæ reperitur impressa *in statutis Ordinis renouatis de anno 1618.* Constitutiones & statuta, quæ omnium prima, & antiquissima sunt à sancto Norberto Ordinis huius institutore condita & promulgata fuerunt, deinde à Gulielmo Abbate Præmonstratens. in decretis Doctore eximio de consilio Coabbatum suorum anno Domini 1590. in Capitulo Generali renouata, vt refert Ioann. le Page *in bibliotheca Præmonstrat. lib. 2. fol. 777.*

3 Canonici Regulares Præmonst. vtuntur albis vestibus, nam eorum ordo in candido habitu institutus esse dignoscitur, & per omnes eiusdem Ordinis Ecclesias perpetuis temporibus illum inuiolabiliter obseruari inserunt plures summi Pontifices, *Alexander III. de anno 1177. Clemens III. 1188. Innocentius III. 1198. Honorius III. 1217. Gregorius IX. 1227.* ac alij successores. Vnde sanctus Dominicus relicto rocheto, seu tunica linea Regularis Canonici Ordinis sancti Augustini, cuius erat Canonicus, volens religionem suam ad instar Religionis Canonicorum Præmonstratensium instituere, regularíaque sui Ordinis statuta, constitutiones, & cæremonialia ex hac Præmonstratensi Religione desumere, habitum laneum, & candidum cum scapulari iuxta formam habitus Præmonstratensis confectum induit, & Fratres suos eo vestiri voluit, solum ex colore cappæ dissimilem, quod Dominicanorum cappa sit nigra, Præmonstratensium verò sit candida; referunt Fr. Ferdinand del Castillo *in historia Ordinis Prædicatorum, lib. 1. c. 17.* Ioan. le Page *in d. bibliotheca, lib. 1. fol. 23. & 303.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

4 Canonicorum Regularium Præmonstrat. Generalis, & Abbates, sic appellant monasteriorum Superiores, sunt perpetui, vigent maximè per Germaniam, Flandriam, & Galliam. In Hispania verò sunt nonnulla Religiosorum huiusmodi Monasteria, quæ Religiosam reformationem acceperunt, illi enim habitum totaliter candidum, tam quoad tunicam, quàm scapulare, caputium, & cappam Carmelitanæ non dissimilem quamuis longiorem à multis retro annis portabant; sed (vt de aliis refert Ioannes Midottus *in libro,* cui titulus est, *Vindiciæ Communitatis Norbertinæ antiqui rigoris*) Religiosi omnes deserto habitu antiquo Ordinis ad retinendam dignitatis Religiosæ memoriam propria auctoritate inuolarunt in caputium Episcopale, quod mortetam vocant, ac in birretum nigri coloris, improuisa hac transmutatione, ego, qui tunc Matriti degebam, vsurpationem huiusmodi detestari cœpi, cui mutationi Reuerendus P. Frater Philippus Bernal eiusdem Ordinis olim Generalis, modestiæ antiquæ amator parere noluit, & summo cum labore Romanam Curiam petens, à sanctissimo D. N. Vrbano VIII. litteras in forma Breuis obtinuit, per quas mandatum fuit reintegrari antiquum habitum; & mortetam, ac Birretum deponi.

5 Festum sancti Norberti celebratur 6. Iunij, cuius officium sub ritu semiduplici in toto orbe recitari posse censuit. *Sacra Congr. Rit. 14. Nouembris 1620.* quam refert Sellius *in select. Canon cap. 10. nu. 8.* & Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. titul. 18. de sanctis num. 40.* Verum vt ipsa festiuitas conuenientius ac decentius celebrari posset, *Vrbanus VIII. per suas litteras in forma Breuis sub dat. 14. Aprilis 1624.* pro Ordine tantùm transtulit festum sancti Norberti in diem 11. mensis Iulij, quas litteras impressas inueni apud Ioann. Chrysost. *in dicto Echone pag. 173.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regular. Mantuan. agentes.*

2 *Canonici Regulares Mantuani sub Regula S. Augustini instituti.*

3 *Monasterium Mantuanum, & aliud illi annexum solum habet hæc Congregatio.*

4 *Canonici Regulares S. Spiritus apud Venetos qui.*

Canonici Regulares Mantuani.

Collect. CVIII.

1 De Canonicis Regularibus Mantuanis Paulus Morigia *de origine Relig. lib. 1. c. 9.* Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib. 1. pag. 36.* Carol. Tapia *in auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 3.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disput. 24. quæst. 4. num. 33.*

2 Canonici Regulares Mantuani à sancto Mario instituti creduntur, sed monasteriũ Mantuanũ fundauit eius Vrbis Episcopus Henricus de anno 1150.

Pontifice Engenio III. Imperatore Occidentis Contado III. Orientis Emmanuele Comneno. Præter hoc Mantuanum, atque alterũ in oppido
3 Nesi prope Patauium Mantuano annexum, nullũ aliud est in tota cõgregatione monasterium, vt refert Aldan. *in compendio Canon. resol. l. 1. tit. 19. nu. 41.*

4 Canonicis Regularibus Mantuanis per omnia similes sunt alij Regulares Canonici sancti Spiritus apud Venetos, qui duo tantùm possident monasteria, Venetiis alterum, alterum Patauij, quod appellant sancti Michaëlis, sed vtrumque magnis redditibus abundans. Nullus ad hãc Congregationem admittitur, nisi Venetus sit, & nobilis; ferũt eundem habitum atque Canonici Regulares Lateranenses cum pileis quadratis ex panno albo, item pallia alba cum exeunt domum. De his agunt Ioan. Andr. *in Clem. 1. de elect.* & Paulus Morigia *d. lib. 1. c. 61.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus S. Crucis Conimbric agentes.*
2 *Canonici Regul. S. Crucis Conimb. quo tẽpore instituti.*
3 *Fundatores huius Ordinis qui fuerint.*
4 *Monasteria quot in Portugalia habent Canonici Regulares S. Crucis Conimb.*
5 *Canonici Regulares S. Crucis Conimb. veniunt appellatione eorum, qui in strictiori clausura viuunt.*
6 *Habitum quem habeant Canonici Regulares S. Crucis Conimbr.*

Canonici Regulares S. Crucis Conimbr.

Collect. CIX.

1 De Canonicis Regularibus S. Crucis Conimbricensis Gabriel Pennottus *in sua historia tripartita lib. 2. c. 59.* D. Roderic. à Cunha *in Historia Episcop. Portugalens. p. 2. c. 2.* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 16.* nouissimè R. P. Angelus Manrique *in annalibus Cisterciens. anno Christi 1162. c. 2. n. 14. cum seqq.*

2 Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis, sic dicti à celebri monasterio sanctæ Crucis Conimbricensis, quod amplissimis redditibus ædificauit Alphonsus Enriquez primus Lusitaniæ Rex anno 1131. Innocentio II. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Lothario II. Orientis Ioanne Comneno, ibique sepultus iacet in sacello maximo à læua parte Altaris, vna cum filio Sanctio Regni successore, qui in eadem capella è regione patris ad dexterum latus æquali mausoleo quiescit de quibus agunt historiographi Lusitani qui vitas Regum scripsere, præcipuè Petrus Marizius, Eduardus Nunez de Lean Antonius de Vasconcelis, & alij.

3 Canonicorum Regularium sanctæ Crucis Conimb. institutores fuere Don Tellus Archidiaconus Conimbricensis, Don Michaël eiusdem Ecclesiæ Prior, Don Ioannes Canonicus & magister scholæ, Don Theotonius primus Prior monasterio S. Crucis, Don Odorius S. Iacobi Presbyter, & eiusdem monasterij S. Crucis Prior claustralis, Don Fernandus sanctæ Mariæ Montis maioris Præpositus, Don Petrus Presbyter, & alij quinque quorum nomina inuenire non potui: confirmauit Innocentius II. anno 1135.

4 Canonicorum Regularium sanctæ Crucis Conimb. congregatio plura habuit sub se monasteria in Regno Portugalliæ, quod non egrediuntur, quæ temporis vicissitudo ab illa abduxit, & aliis Ordinibus, siue mensis Episcopalibus applicauit, nunc possidet vnum de viginti, inter quæ amplissima sunt. monasteria sanctæ Crucis Conimbricensis, & Sancti Vincentij Vlixbonensis, & de Grijo, & de Resoyos, & do Porto, & de Moreira, de quibus agit Gabr. Pennottus *d. c. 59.* Plura in laudem primi illius monasterij sanctæ Crucis Conimbricensis cumulant Fr. Emman. Rodrig. *quæst. Regul. tom. 1. q. 3. art. 1.* Oduard. Nunez de Lean *in chronica Regum Portugal. in vita Alphons. I. fol. 55. verso,* Petr. Marizius *in dialog. variæ histor. fol. 46. &* 361. Fr. Ludou. ab Angelis *in vita Augustini lib. 4. cap. 21. pag. 112.* D. Roderic. de Cunha *in historia ecclesiast. Archiep. Bracharens. p. 2. cap. 14.*

5 Canonici Regulares sanctæ Crucis Conimbricensis veniunt appellatione eorum, qui in strictiori clausura viuunt ad effectum ne ad publicas processiones accedere cogantur. *S. Congr. Concil.* cuius meminerunt Armendar, *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 14. l. 24. §. 31. de procession. n. 6.* Ioan. Maria Nouar *in lucerna Regul. verbo processiones n. 9.* Ego *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 78. n. 17.*

6 Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis induuntur alba tunica, superpelliceo lineo, almutia, siue caputio, & pallio nigro. Habent Generalem ad triennium, Priores Domorum fiunt à Capitulo cuiuscunque Cœnobij, confirmante Generale, refert Aldan. *in Compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 19. de Religion. n. 32.*

Canonici Regulares Gronodael.

Collect. CX.

1 Canonici Regulares Gronodael, id est Vallis viridis, sic dicti fuerunt ab ipso loco Gronodael in diœcesi Cameracensi iuxta Scalden fluuium: de quibus qui plura scire cupit, legat Siluest. Marul. *in Occeano Relig. lib. 1. p. 38.* Gabriel. Pennott. *in historia tripart. lib. 2. cap. 63. num. 2.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 18.* Posseuin. *in apparatu verbo Ioannes Visbroch, & Ioannes Schonhouen,* celebris huius congregationis alumni.

Canonici Regulares Vuindesemenses.

Collect. CXI.

1 Canonici Regulares Vuindesemẽses sic dicti à prædio Vuindastheine tertio à Dauentria Germaniæ inferioris Vrbe, lapide, ad Isulam fluuium sita, collocato propè Zuuollam Traiectẽsis diœcesis, illic erectum adest monasterium eiusdẽ nominis sub inuocatione B. Virginis Mariæ à Gerardo Magno, & Ioanne Busebrone ædificatum anno 1387. Pontifice Vrbano VI Imperatoribus Occidentis Vencesłao, Orientis Andronico III. Addidere se breui temporis spatio, huic monasterio Congregationis Vuindesemensis capiti In sola Germania inferiori, ac tractu Rhenano centum viginti Virorum monasteria, fœminarum triginta disciplinæ Regularis valdè obseruãtia, sed

tractu

tractu temporis eorum plura esse desierunt, & iam in paucis consistit hæc Congregatio, de qua qui plura scire cupit, videat Crusen. *in monast August p.3.c.12.* Aubert.Miræ. *in origine Canon. Regal.c.13.*Gabr.Pennotto *in historia tripart.lib.2.c.62.cum tribus seqq* Ascan.Tamburin. *de iure Abbatum tom.2. disp.24.q.4.n.13.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referantur de Canonicis Regularibus Frigionariæ agentes.*
2 *Monasterium S Mariæ de Frigionaria cur sic dictum?*
3 *Canonici Regulares Frigionariæ, quando, & a quibus instituti?*
4 *Canonici Regulares Frigionariæ in Ecclesia Lateranensi collocati, Canonicos Lateranenses reformarunt.*

Canonici Regulares Frigionariæ.

COLLECT. CXII.

1 DE Canonicis Regularibus Frigionariæ, Paulus Morigia *in origine Relig. lib.1. cap.8.* Siluest. Marul. *in Occeano Relig. lib.1.pag.4.* Fr. Emman.*qu Regul.tom.1.qu.3.art.1.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles.verbo monasteria s.2. n.2.cum seqq.* Azori *instit.moral.p.1 lib.12.c.22. quæst.3. vers.anno item,* Gabriel Pennotto *in historia tripart. lib.3.cap* 8.Ascan.Tamburin.*de iure Abbatum tom.2. disp.24.q.4.n.27.*

2 Canonici Regulares Frigionariæ sic dicti à monasterio sanctæ Mariæ in sylua Frigionaria (sunt Frigones aues quædam in Italia) cui multitudo Frigionum illac se recipientium nomen indidit, quod 3000.passibus à ciuitate Lucēsi distat, instituti sub regula S.Augustini à P.domino Bartholomæo ex nobilissima Columnensium familia, &
3 à P.Iacobo de Auogrado Bononiensi Doctore emerito, familiæ Prædicatorum quondam Religioso laico anno 1405. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III.& præter numero 1.citatos, refert Aldan.*in compendio Canon resol.lib.1.tit.19. de Relig. num.34.*

4 Canonici Regulares Frigionariæ ab Eugenio IV.collocati fuerūt in Ecclesia S.Ioannis Lateranensis de Vrbe, iussique est à Frigionaria dici Lateranensis, cum Lateranensium Canonicorum fuerit reformatrix, quod nomen adhuc retinet, vt attestatur Aldan.*d.tit.19.de Religionib.n.33.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Canonicis Regularibus sancti Saluatoris agentes.*
2 *Canonici Regulares sancti Saluatoris cur sic dicti, & quando instituti.*
3 *Scopetini cur dicātur Canonici Regulares S.Saluatoris.*
4 *Canonicorum Regul. S Saluatoris Ordinem quis confirmauerit, habitum præscripserit, & alia indulta, & priuilegia concesserit?*
5 *Religionem arctiorem vouentes possunt ingredi Ordinem Canonicorum Regul sancti Saluatoris.*
6 *Vocem actiuam & passiuam habent Canonici Regul. S.Saluatoris in Sacris constituti.*
7 *Capitulum Generale singulis triennijs, & dietā quolibet anno celebrāt Canonici Regulares S. Saluatoris.*
8 *Habitum eundem cum Canonicis Regularibus Lateran. portant Canonici Regulares S. Saluatoris preterquam quod patientiam portant & pallium nigrum deferunt cùm foras exeunt.*

Canonici Regulares Sancti Saluatoris.

COLLECT. CXIII.

1 DE Canonicis Regularibus S. Saluatoris Gualter. *in tabulis chronolog. sæculo 15. anno 1408 pag* 717.Paul.Morigia *in origine Relig.lib.1.c.40.* Syluest.Marul.*in oceano Relig.5.pag.322.* Carol.Tapia *in auth.ingressi, C.de sacros.Eccles.verbo monasteria c.27.*Cæsar Franciotti *de Sanctis Vrbis Luca in Ecclesia S.Mariæ foris portæ pag.565. & 590.* Polid. Virgil. *de inuentor rerum,lib.7.cap.3.* Fr. Emman. *quæst Regal. tom 1.quæst.3.art.3.* Azor. *instit.moral p.1. disp.12.cap.22.q.3.vers.anno Christi,*Ascan.Tamburin.*de iure Abbatum tom 1 disp 24. q.4.n.30.* Ioseph.Micheli *en el thesoro de Religiones fol.107.*

2 Canonici Regulares Sancti Saluatoris sic dicti à primo monasterio, quod habuit sub oraculo Saluatoris in sylua Lacus non longe à Senis, instituti à Fratre Stephano Eremita S.Augustini de anno 1408.Pontifice Gregorio XII.Imperatoribus Occidentis Roberto.Orientis Andronico III.

3 Canonici Regulares S Saluatoris nonnunquā appellantur Scopetini à monasterio quod initio institutionis habuerunt prope muros Florentiæ sub nomine S. Donati Episcopi Fesulani, vt refert Aldan.*in compendio Canonic resolut. lib.1.tit.19.de Religion n.35.*

4 Canonicorum Regul. S.Saluatoris Ordinem confirmauit, habitum præscripsit, indulta Fratrū Eremitarum S.Augustini, & aliorum Canonicorum Regularium concessit. *Gregorius X II constit.2.* Incip.*Excitat,Nonis Aprilis* 1407. apud Laert. Cherub.*in Bullario tom.1 pag.*242. Et sunt verè Canonici Regulares *Calixtus III.constit.*2.incip. *Sacra 16. Kalend Iunij* 1456. apud eundem Laert.Cherub.*d.tom. 1.pag.416.*

5 Canonicorum Regularium S.Saluatoris Ordinem ingredi possunt, etiam qui arctiorem Religionem vouerunt. *Iulius II constit.*30.Incip. *Inter 4. Non. Aprilis* 1512.apud Laert.Cherub.*tom.1.pag.456.*

6 Canonici Regulares S.Saluatoris *in* Sacris constituti habent vocem actiuam, & passiuam. *Pius V. constit.*141.incip. *Inter cæteras 7.Septembris* 1571. apud Laert.Cherub.*tom 2 pag 341.*

7 Canonici Regulares S Saluatoris Capitulum Generale quolibet triēnio, & dietam quolibet anno celebrant. *Sixtus V.constit.*98.incip. *Ex varietate 23.Augusti* 1589.apud Laert.Cherub.*tom.2.pag.*668. Illis ambitum interdixit *Paulus V. constit.* 35.incip. *Quoniam,22. Septembr.*1607. apud eundem Laert. Cherub.*tom.3.pag.*224.

8 Canonici Regulares S.Saluatoris vtuntur eisdem vestibus atque Canonici Lateranenses, præterquam quod patientiam portant, & pallium nigrum deferunt, cùm foras exeunt; possident ad quadraginta monasteria per Italiam, quam non egrediuntur: Generalis triennium non excedit: fuit illis per *Sacram Rituum Congr concessum*, vt qui hucusque vsi sunt Birrero albo, possint eodem modo imposterum vti nigro, *sub die 16 Septembris* 1620.cuius meminit Sell. *in select. Canonic.c.19.n.50*

quàm alibi omni tempore togam coloris cærulei, prout deferebat B. Laurentius Iustinianus huius Congreg. institutor. *Clemens VIII. constit. 90. incip. Quæ ad Religiosorum, de anno 1602* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 139.*

6 Canonici Regulares S. Georgij in Alga Missam & Officium de B. Laurentio Iustiniano in eius festo & octaua celebrant, ex indulto *Clementis VIII.*
7 incip. *nostra auctoritatis 27. Septemb. 1598.* Et qualibet quinta feria cuiuslibet hebdomadæ alio festo non impedita idem recitant Officium. *Paulus V. sua constit.* incip. *Cum sicut 29. Iulij 1605.* quas refert Flauius Cherub *in compend. Bullar. scholio 2. ad Bullam 90. Clementis VIII.*

8 Canonici Regulares S. Georgij in Alga admittuntur per Datariam ad Parochiales Ecclesias eis resignatas. *Sacra Congr. Concil. in Veronen. 17. Nouembris 1619.* teste Sellio *in select. Canon. cap. 3. num. 110.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Canonicis S. Georgij in Alga agentes.*
2 *Canonici sancti Georgij in Alga quando instituti, & approbati?*
3 *Canonici sancti Georgij in Alga à tempore Pij V. professionem emiserunt.*
4 *Canonici sancti Georgij in Alga præcedunt Canonicis Regul. Lateranen.*
5 *Proprietas qualiter prohibeatur Canonicis S. Georgij in Alga.*
6 *Missam, ac officium de B. Laurentio Iustiniano in eius festo, & octaua celebrant Canonici S. Georgij in Alga.*
7 *Officium de B. Laurentio Iustiniano recitant Canonici S. Georgij in Alga qualibet quinta feria cuiuslibet hebdomadæ alio festo non impedita.*
8 *Canonici S. Georgij in Alga admittuntur per datariam ad Parochiales illis resignatas.*

Canonici Regulares S. Georgij in Alga.

COLLECT. CXIV.

1 DE Canonicis Regularibus S. Georgij in Alga Gualter *in talibus chronog. sæculo 15. anno 1404. pag. 717* Paul. Morig. *de origine Relig. lib. 1. c. 44.* Siluest. Matul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 337.* Carol. Tapia *in auth. ingressi C. de sacrosanctis Eccles. verbo monasteria c. 4.* Hieron. Roman. *de Republ. Christ. lib. 6. c. 30.* Azori. *instit. moral p. 1. lib. 12. c. 22. quæst. 3.* Hieron. Rodeic. *in compendio quæst. Regul. resol. 123. num. 24.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 4. num. 32.* Ioseph. Michel. *en el thesoro de Religiones, fol. 108.*

2 Canonici Regulares S. Georgij in Alga sic dicti ab Alga siue Alega parua insula distante duobus milliaribus à Venetiis, quia ibi situm est primum huius familiæ monasterium sub nomine S. Georgij, instituti à D. Antonio Corario Bononiensi, & Episcopo Ostiensi anno 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Qui quidem Pontifex Ordinem hunc approbauit, statuta, viuendique formam præscripsit, vt in eius *Constit. 1. Incip. Illis, 5. Kalend. Iulij 1406.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 239.*

3 Canonicorum Regularium S. Georgij in Alga congregatio, quæ antea erat Canonicorum secularium professionem Regularium admisit acceptando constitutionem 76. Pij V. qua cautum erat vt qui in Congregationibus sub voluntaria obedientia viuebant, professionem Regularem solemnem sub trium votorum promissione emitterent, & vnam ex regulis approbatis emitterent. *Pius V constit. 92. incip. Ex incumbenti, 3. Id. Decembris 1569.* apud Laert. Cherub *tom. 2. pag. 294.*

4 Canonici Regulares S. Georgij in Alga præcedunt Canonicis Regularibus Lateranens. Idem *Pius V constit. 127.* incip. *Cum aliàs 11. Kalend. Iunij 1571.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 340.*

5 Canonicis Regularibus S. Georgij in Alga proprietas strictè interdicitur, solúmque victus, & vestitus eis subministrantur; *Sixtus V. constit. 63* incip. *Circumspecta, 5. Septemb. 1587.* apud Laert. Cherubin. *in Bullar. tom. 2. pag. 599.* Deferre possunt tam domi

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Canonicis Regularibus S. Eligij agentes.*
2 *Canonici Regulares S. Eligij quo tempore & loco inceperint, & quos habuerint institutores.*

Canonici Regulares S. Ioannis Euangelistæ.

COLLECT. CXV.

1 DE Canonicis Regularibus Cæruleis S. Ioannis Euangelistæ (quos vulgus appellat sancti Eligij) Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. qu. 3. art. 1.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 9. num. 4.* Hieron. Rodeic. *in compendio quæst. Regul. resol. 123. num. 24.* D. Rodericus à Cunha *in historia ecclesiast. Episcopor. Portugalens. part. 2. cap. 27. & Archiepiscoporum Bracharensium part. 2. cap. 55. numer. 5. cum seqq.*

2 Canonici Regulares cærulei sancti Ioannis Euangelistæ (quos vulgus appellat sancti Eligij fratres) cœperunt in Portugaliæ Regno, quod non egrediuntur; anno 1425. tempore Regis Ioannis I. nam cum Magister Ioannes magni nominis medicus Vlyssiponensis, postea Episcopus Lamacensis, & Alphonsus Noguera postea etiam Episcopus Conimbricensis, & Vlyssiponensis, & Martinus Laurentius verbi Dei prædicator egregius, Deo vacare & à secularibus negotiis se abstinere vellent, ex speciali concessione Ferdinandi de Goerta Archiepiscopi Bracharensis in monasterio sancti Saluatoris de Villar de frades tribus milliaribus à Bracharensi ciuitate distante (quod à fundamentis erexerat sanctus Martinus, & per plures annos à Monachis Ordinis S. Benedicti habitatum fuerat) se receperunt, ibique hæc Religiosa Congregatio initiú sumpsit, sub eadem regula & habitu, quem eodem ferè tempore acceperat præcedens Congregatio Canonicorum Regularium sancti Georgij in Alga, sine tamen vlla dependentia; per Regnú Portugaliæ plura & amplissima retinent monasteria, reguntur vno Generali independenti ab Italo, qui triennio durat, ex illis prodierunt plures Religiosissimi viri, de quibus D. Roderic. à Cunha *d. cap. 55. num. 4.*

Canonici

Canonici Regulares S. Petri de Monte Corbulo.

Collect. CXVI.

1 CAnonici Regulares S. Petri de Monte Corbulo sic dicti à primo eius monasterio sub patrocinio sancti Petri in Monte Corbulo in Archiepiscopatu Florentino duodecimo à Senis lapide ædificato, Pontificatu Iulij I I intra annum 1505. & 1512. quo ipse durauit, instituti à quodam Petro Regurisi, vel Mediolanensi, Monacho Carthusiano; ferunt habitum Canonicorum huiusmodi à principio fuisse Canusini coloris, nimirum tunicam, rochetum, & caputium, siue almutiam, sed anno 1521. mutatum esse in nigrum: amant hi maximè solitudinem, sectantur hospitalitatem, rigidè secum agunt, ac de labore manuum viuunt, Plura qui scire de his velit, consultat Trull. *de Canonicis Regul. lib.* 10. *cap.* 10. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *q.* 3. *vers & est alia Congregatio*, Gabr. Pennot. *in tripartita histor lib.* 2. *cap.* 54. *n.* 5. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 4. *n.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de canonizatione Sanctorum agentes.*
2 *Vitæ, res gestæ ac miracula diligenter examinanda in Canonizatione Sanctorum.*
3 *Sanctorum canonizatio consulto procrastinanda.*
4 *Miraculorum testimonium, & morum virtutem requirit Canonizatio Sanctorum in eo, qui pro Sancto colendus est.*
5 *Ecclesia tota nihil maius, aut augustius est beatificatione, & canonizatione Sanctorum.*
6 *Antonini per Adrianum V I.*
7 *Antonij per Gregorium I X.*
8 *Bennonis per Adrianum V I.*
9 *Bernardini per Nicolaum V.*
10 *Bernardi per Alexandrum V I.*
11 *Bonauentura per Sixtum IV.*
12 *Brigita per Bonifacium I X.*
13 *Caroli per Paulum V.*
14 *Catharina Senen. per Pium I I.*
15 *Clara per Alexandrum I V.*
16 *Didaci per Sixtum V.*
17 *Dominici per Gregorium I X.*
18 *Eadmundi per Innocentium I V.*
19 *Eduardi per Alexandrum I I I.*
20 *Elizabetha Hung. per Gregorium I X.*
21 *Elizabetha Portug. per Vrbanum V I I I.*
22 *Francisca Rom. per Paulum V.*
23 *Francisci Assisin. per Gregorium I X.*
24 *Francisci de Paula per Leonem X.*
25 *Heduuigu per Clementem I V.*
26 *Henrici per Eugenium I I I.*
27 *Homoboni per Innocentium I I I.*
28 *Hyacinthi per Clementem V I I I.*
29 *Ignatij Loyola per Gregorium X V.*
30 *Ioannis Gualb. per Cælestinum I I I.*
31 *Iuonis per Clementem V I.*
32 *Laurentij Dubl. per Honorium I I I.*
33 *Leopoldi per Innocentium V I I I.*
34 *Ludouici Regis per Bonifacium V I I I.*
35 *Ludouici Episcop. per Ioannem X X I I.*
36 *Nicolai Tolent. per Eugenium I V.*
37 *Petri Episc. Anag. per Paschalem I I.*
38 *Petri Mart. per Innocentium I V.*
39 *Petri de Morono per Clementem V.*
40 *Philippi Nerij per Gregorium X V.*
41 *Richardi per Vrbanum I V.*
42 *Raymundi per Clementem V I I I.*
43 *Stanislai per Innocentium I V.*
44 *Theresia per Gregorium X V.*
45 *Thoma Cant. per Alexandrum I I I.*
46 *Thoma Herford. per Ioannem X X I I.*
47 *Thoma Aquinatis per Ioannem X X I I.*
48 *Vbaldi per Cælestinum I I I.*
49 *Vgonis per Innocentium I I.*
50 *Vincentij confes. per Pium. I I.*
51 *Vldarici per Ioannem X V.*

Canonizatio.

Collect. CXVII.

1 DE canonizatione Sanctorum integros tractatus ediderunt Troylus Maluetius, Iacobus Castellianus, Angelus Rocha, & omnium nouissimè R. P. D. Felix Cintelorius mei amicissimus, Augustinus Triumphus *in sum. de potest Ecclesia*, Thomas Vualdensis *tom.* 3. Pertus Crespetius *in summ. Catholica Fidei verbo Canonizatio*, Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop & Regulares, pag.* 254. *cum seqq.* vbi refert decretum Congregationis sacrorum Rituum seruandum in recipiendis informationibus pro causis beatificationum, & canonizationum Seruorum Dei.

2 Canonizatio Sanctorum requirit, vt vitæ, & res gestæ, ac miracula canonizandi diligenter examinentur. *Ioannes X V. constit.* incip. *Cum conuentu* 3. *Non. Februarij* 993. apud Laert. Cherubin. *in Bullario nouo, tom.* 1. *pag.* 9. aliàs *pag.* 43.

3 Canonizatio Sanctorum consulto procrastinanda. *Cælestinus I I I. constit.* 1. incip. *Benedictus* 4. *Non. Martij* 1193. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 30. aliàs *pag.* 69.

4 Canonizatio Sanctorum requirit morum virtutem in eo, qui pro Sancto colendus sit in terris, & miraculorum testimonium. *Gregorius I X. constit.* 4. incip. *Cum dicat, Kalend. Iunij* 1232. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 85. in nouis. impres.

5 Cannnizarione, beatificatione Sanctorum nihil in tota Ecclesia maius, aut augustius est, vt pote homines iam demortuos etiam cum fama sanctitatis & miraculorum declarare pro sanctis, eosque vt tales colendos, & venerandos decernere. *Sacra Congr. Rit. sub die* 12. *Martij* 1631. teste Sellio *in selectu Canon. cap.* 1. *n.* 22.

6 Antonini Archiepiscopi Florentini canonizatio ab Adriano V I. celebrata, & litterarum Canonizationis expeditio facta per *Clementem V I I. constit.* 1. incip. *Rationi congruit.* 6. *Kalend. Decembr.* 1523. apud Laert Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 553. aliàs *pag.* 466. in nouis. impres.

7 Antonij Vlyssiponensis de Padua nuncupati canonizatio per *Gregorium I X. constit.* 4. incip. *Cum dicat Kalend. Iunij* 1232. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pap.* 53. aliàs *pag.* 85.

8 Bennonis Episcopi Misnensis Canonizatio per *Adrianum VI. const.* 1. *in append.* incip. *Excelsus. pridie Kalend. Iulij* 1525. apud Laert. Cher. *to.* 1. *p.* 23. aliàs *p.* 464.

dent. Canonic. n. 61. quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 53. num. 14.*

15 Canonici, & Dignitates associantes per Ciuitatem eorum Episcopum Cardinalem, non collegialiter, nec cum habitu Canonicali, debent illum anteire, non autem sequi. *S. Cong Rit in Patau. 4. Iulij* 1626. cuius memini *in tract. de Canon. c. 25. sub n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Assistere Episcopo quando teneantur Canonici, & Dignitates.*

2 *Inseruire Episcopo cogi possunt Canonici non solum in Cathedrali, sed etiam in quibuscunque ciuitatis Ecclesiis, ad quas ad publicas, & solemnes functiones exercendas Episcopum ire contigerit, si in Cathedrali sufficiens Canonicorum numerus remaneat.*

3 *Assistere Episcopo cogi non possunt Canonici quando ad priuatè celebrandum accesserit ad aliquam Ecclesiam præter Cathedralem.*

4 *Episcopus dum solẽniter celebrat in Collegiata, Canonici Cathedralis, & non Collegiata ei debẽt assistere.*

5 *Assistere hinc inde Episcopo quando solemniter celebrat, debent Canonici duo primi Diaconi, si præbendæ sunt distinctæ.*

6 *Pluuialis fimbrias hinc inde eleuare debent Canonici duo assistentes, & non Presbyter assistens, dum Episcopus progreditur, & thurificat Altare.*

7 *Ordinationes quando facit Episcopus etiam cum Missa priuata, ei assistere tenentur Canonici.*

8 *Biretum ponere, vel deponere Episcopo non tenentur Canonici, qui ei assistunt cum cappa, sicut tenentur ei ponere, & deponere Mitram.*

9 *Assistere hinc inde Episcopo dum accedit ad Ecclesiam non debent Canonici Diaconi, nisi quando est paratus cum Pluuiali. & Mitra.*

10 *Suffraganeo Episcopo tenentur assistere Canonici, quando nomine proprij Episcopi functiones Episcopales exercet.*

11 *Obsequia eadem præstanda sunt Episcopo delegato, quæ præstari debent deleganti.*

12 *Suffraganeus Episcopus vltra Diaconum, & Subdiaconum non debet habere assistentiam duorum Canonicorum.*

13 *Suffraganeus Episcopus quando solemniter celebrat, non debent assistere parati omnes Canonici, & Dignitates, sed in habitu ordinario.*

14 *Præsens in choro tam in Cathedrali, quàm in alia Ecclesia intelligitur Canonicus, dum est in assistentia apud Episcopum.*

15 *Distributiones quotidianas non amittunt Canonici, & Dignitates iuxta consuetudinem Ecclesiæ assistentes, seu ministrantes Episcopo priuatim celebranti in Ecclesia Cathedrali.*

16 *Decano dum Missam in diebus solemnibus celebrat, debent assistere duo Canonici pro Diacono, & Subdiacono si Mansionarij sint impediti.*

17 *Caput tegere, & detegere non tenentur Episcopo assistentes Canonici & Dignitates, quando assistit diuinis cum cappa, & Birreto.*

18 *Genuflectere non tenentur Canonici, & Dignitates assistentes, vel aliquo modo Episcopo solemniter celebranti assistentes.*

Canonici assistentes Episcopo.

COLLECT. C.

1 CAnonici, Dignitates, & Portionarij tenentur assistere Episcopo solemniter celebranti, ordinationem facienti, & cætera Pontificalia exercenti, eique in vestibus sacris inseruire per se ipsos si verò aliquis sit impeditus, alius eiusdem ordinis, & gradus respectiuè, non autem inferioris deputari poterit. *Sacra Congr. Rit. in Abulen. 20. Decembris* 1601. *& 18. Martij* 1602. quas refert Sellius *in select. Canon. cap. 3. num. 126.*

2 Canonici tenentur, & cogi possunt ab Episcopo, vt sibi ministrent, & inseruiant non modò in Cathedrali, verùm etiam in quibuscunque ciuitatis Ecclesiis, ad quas ad publicas, vel solemnes Episcopales functiones exercendas Episcopum ire contigerit. *Sacra Congr. Rit. in Salamantina* 10. *Ianuarij* 1604. *& in Typhernaten. 5. Iulij* 1603. *& in Elboren. 7. Iulij* 1612. *& in Granaten. 9. Maij* 1606. quarum meminit Machado *en su perfetto Confessor. lib. 4. tract. 2. docum. 3.* Dummodo in Cathedrali numerus sufficiens Canonicorum, & magistrorum remaneat, & officium, ac seruitium chori non deleatur. *Sacra Congr. Rit. in Lamacen. 17. Martij* 1607. *& in d. Elboren.*

3 Secus si ad priuatè celebrandum accesserit ad alias Ecclesias, quia tunc Canonici cogi non poterunt ei assistere. *Eadem Sacra Congr. in d. Typhernat.*

4 Dum verò Episcopus solemniter celebrat in Collegiata Canonici Cathedralis debent assistere, & præferuntur in eo munere ipsius Collegiatæ Canonicis. *Eadem Sacra Congr. in Bononien. 10. Aprilis* 1602. *& 10. Maij* 1608. *& in Brundusina 15. Iulij* 1617. teste Sellio *d. cap. 3. num. 128.*

5 Canonici duo primi Diaconi, quando Præbendæ sunt distinctæ, debent assistere hinc inde Episcopo quando solemniter celebrat, vt cauetur *lib. 1. Cerem. cap. 8. Sacra Cong. Rit. in Placentina 19. Maij* 1607. *in resp. ad 7. dub* penes Sellium *d cap. 3. num.* 129.

6 Canonici duo Diaconi assistentes, & non Presbyter assistens debent eleuare fimbrias Pluuialis hinc inde dum Episcopus progreditur, & thurificat Altare *Eadem Sacra Cong. Rit. in d. Placentina in resp. ad 7. dub.* apud Sellium *d. cap. 3. num.* 130.

7 Canonici iidem assistere debent Episcopo quando facit Ordinationes tam si facit cum Missa solemni, quàm si faciat cum Missa priuata. *Sacra Congr. Rit. in d. Placentina in resp. ad dub. 2.* quam citat Sellius *d. cap. 3 num.* 131.

8 Canonici qui assistunt Episcopo cum cappa non tenentur ei ponere, & deponere biretum, sicut tenentur ei ponere, & deponere Mitram. *Sacra Cong. Rit. in Saonen. 21. Augusti* 1604. de quo mentionem facit Sellius *d. cap. 3. num.* 132.

9 Canonici Diaconi non debent hinc inde assistere Episcopo dum is accedit ad Ecclesiam nisi quando est paratus cum Pluuiali & Mitra. *S. Cong. Rit. in Æsina 3. Augusti* 1602. de qua Sellius *d. cap. 3. num.* 133.

10 Canonici tenentur assistere Suffraganeo quando nomine proprij Episcopi functiones Episcopales exercet. *Sacra Cong. Rit. in Bracharen. 21. Februarij* 1604. referente Sellio *d cap. 3. num.* 134.

11 Eadem enim obsequia præstanda sunt Episcopo delegato, quæ præstari debent deleganti. *Sacra Cong. Rit. in d. Bracharen* 20. *Martij* 1604. vt per Sellium *d. cap. 3. num. 135.* Machado *d. tract. 2. doc. 3. num. 4.*

12 Canonicorum duorum assistentiam habere non debet Episcopus Suffraganeus vltra Diaconum, & Subdiaconum, qui sunt cantaturi Euangelium & Epistolam, sicut haberet proprius Episcopus. *Sacra Cong. Rit. in Bracharen. 1. Septembris* 1607. nisi consuetudo antiqua id permitteret, vt fuit consideratum

fuit consideratum *in Tarraconen. 7. Iulij* 1612. cuius meminit Selli. *d. cap. 3. num.* 136.

13 Canonici & Dignitates omnes non debent assistere parati quando Episcopus Suffraganeus solemniter celebrat, sed in habitu Ordinario, sicut & quando facit Ordinationes, consecrationes, vel alias similes functiones pro Ordinario, quo casu illi tantum debent accipere paramenta, qui sunt necessarij in ministerio. *Sacra Cong. Rit. in d. Bracharen.* 1. *Septembris* 1607. vt per Sellium *d. cap.* 3. *n.* 136.

14 Canonicus dum est in assistentia apud Episcopum intelligitur præsens in choro tam in Ecclesia Cathedrali quam in alia Ecclesia. *Sacra Cong. Rit. in Camerinen.* 15. *Martij* 1608. cuius memini *in tractatu de Canon. cap.* 21. *num.* 5.

15 Canonici seu Dignitates, qui assistunt, seu ministrant iuxta consuetudinem Ecclesiæ Episcopo priuatim celebranti in Ecclesia Cathedrali, non amittunt distributiones quotidianas. *Sacra Cong. Rit. in Lamacen.* 8. *Aprilis* 1607. quam adducit Sellius *d. cap.* 3. *num.* 137.

16 Canonici duo debent assistere & ministrare Decano pro Diacono & Subdiacono, dum Missam in diebus solemnibus celebrat, si Mansionarij, quibus cura animarum incumbit, in ipsios exercitio sint impediti. *Sacra Cong. Conc. in Ceneten.* 14. *Februarij* 1615. penes Sellium *d. cap.* 3. *num.* 138.

17 Canonici & Dignitates assistentes Episcopo non tenentur illi caput tegere & detegere quando assistit Diuinis cum cappa & bireto. *Sacra Cong. Rit. in Isernien.* 21. *Augusti* 1632. apud me *d. tract. de Canon. cap.* 33. *num.* 27.

Plura habes supra in *verbo Assistere collect.* 47.

SVMMARIVM.

1 *Residere in propria Ecclesia debent omnes Canonici.*
2 *Canonici, qui maiori seruitio Ecclesiæ, de quo in cap. 12. sess. 24. sunt adstricti, eisdem pœnis, de quibus ibi, si non resederint, subiacent.*
3 *Episcopus potest dare licentiam Canonicis ex legitima causa, vt à sua Ecclesiæ seruitio absint.*
4 *Licentiam nullam petere, aut causam assignare tenentur Canonici vt absint per tres menses.*
5 *Consuetudo residendi etiam in tribus mensibus vacantia potius attendenda est, quam statutum Ecclesiæ quod talem vacantiam concedit.*
6 *Consuetudinis immemorabilis prætextu Canonicis non licet vltra tres menses ab Ecclesia abesse.*
7 *Citandi & monendi quomodo sint Canonici ad residentiam.*
8 *Absens vltra tres menses à seruitio Ecclesiæ Canonicus quibus gradibus veniat priuandus.*
9 *Absentes Canonici a seruitio Ecclesiæ sunt puniendi.*
10 *Absentes pro præsentibus haberi non possunt si primam residentiam non fecerunt, nec Fidei professionem emiserunt.*
11 *Portiones Canonicorum absentium quatenus accrescant deseruientibus.*
12 *Canonicus legitimè absens non tenetur de suo soluere pro Missis Conuentualibus.*

Canonici absentes, & non residentes.

COLLECT. CI.

1 CAnonici omnes in propria Ecclesia residere debent, & personaliter deseruire eorum muneri, non obstantibus quibuscunque; ille tamen qui aliud beneficium ex legitima dispensatione obtinet, quod maiorem, vel æqualem causam residendi habeat, licet non intersit muneri, quod exigit Canonicatus, non potest tamen eo priuari, nec alia pœna affici, nisi priuatione distributionum quotidianarum, nec Concilium Trid super pluralitate beneficiorum prouidet, nisi in futurum, prætерquam in Parochialibus, quas nec etiam per dispensationem ante Concilium obtentam, nemo nisi vnitas retinere potest. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicolao Garcia *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 186.

2 Canonici, qui maiori seruitio Ecclesiæ de quo in cap. 12. sess. 24. de reform. sunt astricti, eisdem pœnis, de quibus ibi, si non resederint, subiacent. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 144. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ. lib.* 2. *tit.* 23. *num.* 107. quos refero *de officio & potest. Episcopi, p.* 3 *alleg.* 63. *n.* 146. *in fine.*

3 Canonicis licentiam potest dare Episcopus ob legitimam causam vt absint à suæ Ecclesiæ seruitio: legitima autem causa dicitur, quæ est à lege approbata, & in iure expressa. *Sacra Congr. Concil.* apud Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 408.

4 Canonici vt absint per tres menses nullam tenentur assignare causam, aut licentiam petere, non tamen omnes possunt abesse eodem tempore ne Ecclesia destituatur suo debito seruitio, sed tantum eam quotam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 315. Et sic prouidere debet ne huiusmodi vacationes incidant in Natale, aut Pascha Domini, aut huiusmodi magnas solemnitates. *Eadem Sacra Congr.* de qua idem Garcia *d. c.* 2. *n.* 316.

5 Canonicis quamuis per statutum Ecclesiæ concedatur per tres menses abesse, si illud per consuetudinem non fuit obseruatum, attendenda est magis consuetudo contraria, quàm statutum. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garcia *d. p.* 3. *c.* 2. *n.* 310.

6 Canonicis prætextu immemorabilis consuetudinis non licet vltra tres menses quotannis ab Ecclesia abesse, neque eo trimestri tempore possunt absentes distributiones quotidianas percipere, quippe quod huiusmodi immemorialis consuetudo vtroque casu sublata est decreto *Concilij c.* 12. *sess.* 24. *de reform. Sacra Congr. Conc.* de qua facit mentionem Nicol. Garcia *d. p.* 3. *c.* 2. *n.* 197.

7 Canonici non sunt citandi, aut monendi ad residentiam, nec opus est intimatione, vt deseruiant, iuxta formam cap. 12. sess. 24. de reform. Sed si fuerint vltra tres menses citandi sunt ad allegandum quare non debeant puniri secundum hoc decretum, & oportet bonum Iudicem arbitrari quanto tempore debent vltra tempus permissum absentes expectare antequam contra eos pœna exequatur. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p.* 3. *c.* 2. *n.* 145.

8 Canonicus si vltra tres menses vno anno à seruitio Ecclesiæ absens fuerit, dimidia parte fructuum Canonicatus pro illo anno priuandus est: pro secundo vero anno, si eadem negligentia vsus fuerit, omnibus fructibus priuari debet, crescente verò contumacia in eum iuxta sacrorum Canonum Constitutiones procedendum est: omnibus verò aliis distributionibus pro illis Horis, quibus non interfuerit, carere debet. *Sacra Cong. Conc. in Abu-*

len. 24. *Augusti* 1596. penes Nicol. Garç. *d. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 423. *& eodem cap.* 2. *num.* 142. ait ab eadem *Sacra Congr* decisum Capitulares habentes Canonicatus, vel Dignitates in Cathedralibus pro primo anno absentiæ solùm priuari dimidia parte fructuum suæ Dignitatis vltra distributiones quotidianas, quas perdunt, etiamsi in primo anno nullo die resederit istis Capitularis.

9 Canonici, qui à seruitio Ecclesiæ absunt, puniendi sunt, quamuis vbi ipsa Ecclesia existit, sint præsentes. *Sacra Congr. Conc.* referente Paulô Piasecio *in praxi Episcop p.* 2 *c.* 3. *num.* 10.

10 Canonici, qui nondum fecerunt primam residentiam, nec Fidei professionem emiserunt, non possunt quidem pro præsentibus haberi, licet pro causis & negotiis Capituli absentes fuerint. *Sacra Congr. Conc.* vt per Nicol. Garc. *d. p.* 3. *c.* 3. *n.* 52. quem refero *in tract. de Canonic. c.* 17. *n.°* 31.

11 Canonicorum absentium portiones accrescunt deseruientibus, si ex decreto Concilij sess. 25. cap. 3. de reform. separatæ sint: secus verò si ex decreto c. 3. sess. 22. de reform. tunc enim fabricæ Ecclesiæ quatenus indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicabuntur, non obstante consuetudine, qua cauetur vt deseruientibus portiones seruientium accrescant. *Sacra Congr. Concil.* quam citat Nicol. Garc. *d. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 455.

12 Canonicus legitimè absẽs nõ tenetur de suo soluere pro Missis Conuentualibus, ad quas tenetur absens, sed computandum cum illa parte Præbendæ, seu distributionũ (si distributiones omnes sint loco Præbendæ) quæ relinquitur à legitimè absentibus in Cathedralibus, seu Collegiatis, quia onus cantandi has Missas est penes Capitulum. *Sacra Congr. Conc.* 28. *Augusti* 1621. reste Aldano *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 15. quem refero *in collect. ad Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 3. *num.* 16.

Canonicus absens quando amittat, vel lucretur distributiones quotidianas, vide *in verbo Distributiones, collect.* 258.

Vide supra *in verbo Absens, collect.* 8. *& in verbo Residere, collect.* 649.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus agentes.*
2 *Ordo Canonicorum Regularium S. Augustini quando inceperit, & in quas familias diuisus sit, ostenditur.*
3 *Ordo Canonicorum Regularium, qui in plures Congregationes extendebatur, in vnum corpus fuit vnitus.*
4 *Episcopi facti ex Canonicis Regularibus habitũ portant, quo vtuntur clerici seculares in Episcopos promoti.*
5 *Monachis Cassinensibus Ordinis S. Benedicti præcedunt Canonici Regulares.*
6 *Priuilegiis, exemptionibus, gratiis, & indultis pluribus gaudent Canonici Regulares.*
7 *Delictum committens Canonicus Regularis degens in ædibus Parochialis Ecclesiæ Congregationi vnitæ, non potest ab Episcopo puniri.*
8 *Præcedentiam prætendere non possunt Canonici Regulares super vnum clericum Regularem dum inter alios Parochos procedit in processionibus.*
9 *Parochialium curam habere non possunt Canonici Regulares*
10 *Officium Sanctissimi Sacramenti singulis feriis quintis recitant Canonici Regulares S. Augustini, & Moniales eiusdem Ordinis.*
11 *Abbatem non tenentur associare & excipere extra domo Canonici Regulares.*
12 *Episcopus non potest compellere Canonicos Regulares curam animarum exercentes in suis Ecclesiis ad interessendum diuinis Officiis.*
13 *Canonici Regulares possunt stare cum Rocheto sine alio superpelliceo.*
14 *Rochetum & superpelliceum gestare valent Canonici Regulares in processionibus publicis.*

Canonici Regulares,

COLLECT. CII.

1 DE Canonicis Regularibus agunt Richardus Anglicus Theologus Parisiensis, & Canonicus Regularis S. Victoris *in chronica Canonic. Regul.* Ioannes de Nigraualle *bibliothec. Apost. in epith. chronoc.* Ioannes Trullus *de Canonicorum Regularium Ordinis antiquitate, nomine, instituto, & approbatione, ac viris illustribus,* Gabriel Pennotus *in historia tripartita de origine Canon. Regul.* Fr. Hieron. Roman. *de Repub. Christ. lib.* 6. *cap.* 4. *&* 16. Platus *de bono status Relig. lib.* 2. *cap.* 23. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 3. *art.* 1. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 4. *art.* 13. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *cap.* 7.

2 Canonicorum Regularium sancti Augustini Ordo institutus fuit in primitiua Ecclesia à Christi discipulis. *Benedictus XII. constit.* 6. incip. *Ad decorem Idib. Maij* 1339. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 169. aliàs *pag.* 199. in vlt. imp. Deinde quasi denuo erectus est à Sancto Augustino in ciuitate Hipponensi anno 397. septem post familiam Eremiticam, Pontifice Cyriaco, Imperatoribus Occidentis Honorio, Orientis Arcadio.

3 Canonicorum Regularium plures Congregationes in vnum corpus vniuit, & priuilegia communicauit *Martinus V. constit.* 7. incip. *Solicitudinis* 2. *Kalend. Iulij* 1421. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 158. aliàs *pag.* 245. Sed in varias familias distinctum, de quibus infra suo Ordine agendum erit.

4 Canonici Regulares in Episcopos promoti portant habitum, quo vtuntur clerici seculares in Episcopos promoti. *Leo X. constit.* 34. incip. *Dudum* 1. *Septembris* 1519. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 525. aliàs *pag* 443. in nouiss. impress.

5 Canonici Regulares præcedunt Monachis Cassinensibus Ordinis sancti Benedicti, & sunt illis antiquiores. *Pius IV. constit.* 55. incip. *Sedis Apost. de anno* 1564. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 106. & illius meminit Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 9.

6 Canonici Regulares non coguntur causas suscipere, sententias exequi, Monialium Confessiones audire, aut aliud simile onus subire. Priuilegium habent vt, contra eorum bona & iura non currat præscriptio nisi sexagintaannorum. Possunt admittere ad ingressum, qui arctiorem Religionem vouerunt. Gaudent omnibus gratiis, priuilegiis, & indultis Congregationis Cassinensis Monachorum S. Benedicti, & eligunt sibi Conseruatores cum amplissima facultate. *Sixtus IV. constit.* 30. incip. *Dum ad vniuersos* 10. *Kalend. Septembris* 1476. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 344. & illius meminit Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 10.

7 Canonicus Regularis iussu sui Superioris degẽs in ædibus Parochialis Ecclesiæ Congregationi vnitæ,

vnitæ, in qua curam animarum exercet, & Sacramenta administrat, si delictum non concernens curam animarum nec administrationem Sacramentorum commiserit, non potest ab Episcopo puniri vigore decreti *Concilij c. 3. sess. 6. de reformat.* quasi extra monasterium degat. *S. Congr. Concil. 8. Febr. 1601.* apud Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom. 2. c. 18. nu. 26.*

8 Canonici Regulares non possunt prætendere præcedentiam super vnicum clericum Regularem dum inter alios Parochos procedit in processionibus. *S. Congr. Rit. in Asten. 23. Nouembr. 1602.* quam refert Aldan. *in compendio Canonicar. resolut. lib. 2. tit. 6. num. 17.*

9 Canonici Regulares non admittuntur ad concursum, nec ad Parochialium curam, nisi Sedis Apost. præcedat dispensatio. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Cremonen 1. Septemb. 1603.* Cuius meminerunt Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regul. verbo Canonici Regulares num. 1.* Ego *de Iure ecclesiast. vniuerso lib. 3. cap. 4. num. 79.* me citato Lezana *d. tom. 2. c. 2. nu. 12.* Vide *collect. 63. n. 1.*

10 Canonici Regulares S. Augustini, & Moniales eiusdem Ordinis recitant singulis ferijs quintis Officium Sanctissimi Sacramenti. *S. Congr. Rit. in Burgen. de Arrinegra 15. May 1610.* teste Aldano *d. tit. 6. nu. 15.*

11 Canonici Regulares non tenentur associare, & excipere Abbatem ex eius domo, dum ad Ecclesiā venit solemniter celebraturus, quia Cæremoniale de Episcopo loquens in hoc casu non comprehendit. Abbates. *Sacra Congr. Rit. in Hispanitrum S. Ioannis de Peña 11. Decembris 1613.* referente Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 3. n. 28. in fine.*

12 Canonici Regulares curam animarum exercentes in Ecclesijs vnitis eorum monasterijs non potest Episcopus compellere ad interessendum diuinis Officijs, quæ diebus Sanctorum patronorum ciuitatis in Ecclesia Cathedrali celebrantur. *Sacra Congr. Conc. 5. Decembris 1626.* penes Aldan. *d. tit. 6 n. 21.*

13 Canonici Regulares tam in publicis quàm in priuatis actibus, omissa solum veste superiori nigra, possunt stare cum rochetto sine alio superpelliceo. *S. Cong. Rit.* quam citat Barthol. Gauant. *in manuali Episcop. sub hoc verbo n. 1.*

14 Canonici Regulares in processionibus publicis Rochettum, & superpelliceum gestare valeat. *S. Cong. Rit. 28. Augusti 1618.* penes & Gauant. & Ioan. Maria Nouat. *locis proximè citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regular. Lateranen. agentes.*

2 *Ordo Canonicorum Lateranen. incœpit intra annum 440. & 457.*

3 *Congregatio Lateranensis reformata fuit à congregatione Frigionaria.*

4 *Tunica alba, Rochetto ex bysso tenuissima induuntur Canonici Regulares Lateranen. & pileum nigrum portant.*

5 *Processionibus interuenire non tenentur Canonici Regulares Lateranen.*

6 *Processionibus in ciuitate Neapol. debent Canonici Regul. Lateranen deferre Crucem cum velo.*

7 *Gratijs singularibus tam spiritualibus quàm temporalibus concessis Monachis Cassinensibus gaudent Canonici Regulares Lateranens.*

8 *Beneficium Curatum, & curam animarum etiam ad tempus non licet assumere Canonicis Regularibus etiam de licentia sui Generalis.*

Canonici Regulares Lateranenses.

COLLECT. CIII.

1 De Canonicis Regularib. Lateranens. Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap. 8.* Syluest. Marul. *in Occeano Relig. lib. 1. pag. 1. cum seqq.* Carol. Tapia *in auth. ingressi C de sacros. Eccles. verbo Monasteria cap. 2.* Ioan. Trullus Gabriel Pennotto, & alij citati supra præcedenti *collect. n. 1.*

2 Canonici Regulares Lateranenses sic dicti ab Ecclesia sancti Ioannis Laterani in vrbe, in qua à sancto Leone Magno Pōtifice intra annum 440. & 457. collocatos fuisse refert Cæsar Franciotti clericus Regularis S. Mariæ de Luca in historia sacra Lucensi edita anno 1613. in Ecclesia S. Tudiani statim in princip. Siue vt vult Onuphr. Panuinus de septem Stationibus Vrbis, vbi de Ecclesia Lateranensi à sancto Gelasio Papa sancti Augustini discipulo ab anno 555. & deinceps durante ibi eadem familia per 800. annos vsque ad Pontificatum Bonifacij VIII. qui sublatis Canonicis Regularibus sancti Augustini seculares introduxit anno 1300. vt refert Carol. Tapia *d. verbo monasteria c. 2. n. 3.*

3 Reformata est hæc Congregatio Congregatione Frigionaria, de qua infra.

4 Canonici Regulares Lateranen. induuntur tunica alba, Rochetto ex bysso tenuissima & pileum nigrum portant. Carol. de Tapia *d. c. 2. n. 5.*

5 Canonici Regulares Lateranen. non tenentur accedere ad processiones. *S. Congr. Rit. in Lateranen. Canonicorum Regul. 30. Iulij 1616.* teste Sellio *in select. Canon. c. 3. n. 107.*

6 Canonici Regulares Lateranen. in processionibus debēt in ciuitate Neapolitana deferre Crucem cum velo, seu publico appenso vt alij Regulares, non autem discoopertum, vt defert Clerus secularis. *Eadem S. Cong. Rit. in Neapolitana 14. Ianuar. 1617.* referente Sellio *d. c. 3. n. 106.*

7 Canonici Regulares Lateranen. communicant in singulis gratijs tam spiritualibus quàm temporalibus cum Monachis Cassinensibus, & Canonicis Regularibus S. Saluatoris Bononiensis. *Gregorius XV. constit. 33. incip. Iniuncti, 22. Augusti 1622.* cuius meminit Lezana *in sum. q. Regul. tom. 2. c. 3. n. 10.*

8 Canonicis Regularibus Lateranen. non licet etiam de licentia sui Generalis absque permissu Summi Pont. assumere curam animarum ad tempus, multoque minus beneficiū Curatum. *S. Cong. Conc.* quam referunt Quarant. *in sum. Bullar. verbo Canonicus Regularis,* Paul. Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 5. n. 23.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 10. n. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus Sancti Ruffi agentes.*

2 *Congregatio hæc cur Sancti Ruffi appelletur, ostenditur.*

3 *S. Crucis Conimbricens. Congregatio accepit huius S. Ruffi leges, & statuta.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

H

4 *Festum S.Ruffi qua die celebretur.*

Canonici Regulares Sancti Ruffi.

COLLECT. CIV.

1 DE Canonicis Regularibus S.Ruffi, Syluest. Marul. *in Occean. Relig. lib.1.pag.5.* Aymar. Faleo *in historia Autonana, p.2.tit.22.c.3.* Pettus Crissceus *in historia Canonic. sect.13. num.16.& 17.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.2. disp.24. q.4. num.5.* Claudius Robertus *in sua Gallia Christiana tit. de Abbatiis, lit. R. verbo S.Ruffus.*

2 Canonici Regulares sancti Ruffi, vt multi volunt, à sancto Ruffo sancti Pauli discipulo instituti, de quo ipse *ad Roman. cap. 16. num 13. ex me salutem dicite Ruffo selecto in Domino, eiusque matri, quam non aliter atque meam matrem obseruo.* Hunc scribit Dorothaus in synopsi fuisse Thebarum Episcopum: addit Ioannes Mauzolicus in suo martyrolog. venisse postea Gallias, & Auenionis factũ fuisse Episcopum, ibique introduxisse Canonicos Regulares, de anno nihil omnino scitur. Sed illud arctius est, quod tradit Claudius Robertus loco supra citato, scilicet nullo modo dictam esse hanc Congregationem S.Ruffi quod eam S.Ruffus instituerit, cum nunquam fuerit Lugdunensis Episcopus; sed propterea sic appellatam, quia præcipuum eius domicilium, & familiæ caput erectum sit sub inuocatione S.Ruffi in Vrbe Valentina in Gallia, cuius etiam nobilis Priotatus est Lugduni, à quo mirum in modum hæc familia nobilitata est.

3 Canonicorum Regularium, S.Ruffi leges & statuta accepit nobilissima Congregatio S.Crucis Conimbricensis, de qua infra *collect. 109.* vt refert

4 Marquez *de vera origine Eremitarum S.Augustini cap. 18. §. 4. & 5.* Festum S.Ruffi in martyrologio Romano celebratur a1 Nouembris: est & alius S.Ruffus primus Episcopus. Auenion. 12. Nouembris.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus Aroasiæ agentes.*
2 *Canonici Regul. Aroasiæ quando inceperint.*
3 *Canonicorum Regul. Aroasiæ Congregatio iam desiit.*

Canonici Regulares Aroasiæ.

COLLECT. CV.

1 DE Canonicis Regularib. Aroasiæ Crussen. *in Monast. August. p.2.c.17.* Aubert. Miræus *de origine Canonicor. Regul. cap.10.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.2. disp.24. qu.4. n.7.*

2 Canonici Regular. Aroasiæ instituti fuerunt à duobus piis Sacerdotibus, Cãnone, & Holdemaro in Monasterio Aroasiæ secundo ferè lapide à Bapalma Artesiæ oppido versus finem Regni Galliæ in diœcesi Attrebaten. anno 1097. Pontifice Vrbano II. Imperatore Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno. Ab hoc Monasterio Aroasiæ familiæ Aroasinæ capite, & nomen sumpsit hæc Congregatio, quo tamen tempore, id mihi ignotum est. Habuit frequentissima per Belgium, & Galliam Monasteria, quorum catalogum describit Aubertus Miræus citato loco. Porro

3 hæc Monasteriorum ad Aroasiam vnio iam desiit, nec talis Congregatio hodie persistit, & ideo de illa hæc pauca sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis S.Victoris agentes.*
2 *Canonici Regulares sancti Victoris cur sic dicti.*
3 *Hugo & Richardus de S.Victore ex hac familia fuere.*

Canonici Regulares S.Victoris.

COLLECT. CVI.

1 DE Canonicis Regularibus sancti Victoris, Crussen. *in Monast. August. p.2. cap.19.* Aubert. Miræus *de origine Canonicor. Regul. cap. 12.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 12.*

2 Canonici Regulares S.Victoria hoc nomen sortiti sunt à Monasterio S.Victoris prope muros Parisienses Abbatiali titulo illustri, ædificatum fuit à Ludouico Grasso Galliæ Rege anno 1113. vt referunt Crussen. & Miræus *citatis locis*, quorum vltimus ea enumerat Cœnobia, quæ huic Congregationi paruerunt, & magnum Vitriaci Cardinalis de CanonicisS.Victoris elogium transcribit. Cæterum desiit iam hæc Congregatio, licet Monasterium, quod toti præficit batur, adhuc

3 floreat. Fuere ex hac familia Hugo, & Richardus de sancto Victore Scriptores magni nominis.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus Præmonstratens. agentes.*
2 *Canonici Regulares Præmonstrat. instituti à S. Norberto sub regula S. Augustini.*
3 *Habitus Canonicorum Regularium Præmonstrat. qualis.*
4 *Generalis & Abbates Ordinis Præmonstrat. sunt perpetui.*
5 *Canonici Præmonstrat. in Hispania.*

Canonici Regulares Præmonstratens.

COLLECT. CVII.

1 DE Canonicis Regularibus Premonst. Chronicon. Præmonstratense *Coloniæ impressum de anno 1613.* S. Antonin. *p.2. hist. tit.15. cap.19. & tit. 17. cap.2. §.2.* Ioann. Richard. *in notis ad Epist. S. Bernardi Epist. 25. & 247.* Ioan. Troll. *de Canon. Regular. lib.1. cap.9. pag. 43.* Paul Motigia *de origine Relig. lib.1. cap.57.* Syluest Marul. *in occeano Relig. lib.12. pag.172.* Thom. Bozius *de signis Eccles. tom 2. lib. 22. cap. 3.* Carol Tapia *in auth. ingress. C. de sacros. Eccles. verbo monasteria. cap.26.* Venero *en su enchiridion de los tiempos fol. 109. in impressione anni 1641.* Gualter. *in tabulis chronograph. sæculo 12. pag. 647.* Fr. Emman. Rodrig. *quæst. Regul tom. 1. quæst. 3 art. 16.* Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 12. anno Christi 1120. & anno 1134.* Azor. *instit. moral p.1. lib.12. cap.21. quæst. 2.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. num.6.* Claud. Robert. *in Gallia Christiana tit. de Abbatiis*

Abbatis lit. P. verbo Præmonstratum, Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 123. nu. 23.* latè Aubert. Miræus *in chronica huius Ordinis*, quam edidit Coloniæ Agripinæ anno 1613. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disput. 24. quæst. 4. num. 20.* Fr. Ferdinand. Camargo *in Epitome historiali Ecclesiæ militantis sub anno 1126. pag. 230.* nouissimè R. P. Angelus Manrique *in annalibus Cisterciens. anno Christi 1120. cap. 2 num. 1. cum seqq.* Et ex huius familiæ alumnis Philippus Abbas bonæ spei contemporaneus sancti Bernardi Clarauallensis *in libro de continentia Clericor. c. 125. & 126.* nouiter impresso Duaci 1621. Ioannes Chrysostom. Vander Sterre Abbas S Michaëlis *de natalibus Sanctorum huius Ordinis Antuerpiæ impres. de anno 1625. & in opere,* cui titulus est. *Lilium inter spinas de vita S. Iosephi Steinueldensis Ordinis Præmonstraten. impress. etiam Antuerpiæ de anno 1627.* & in alio opere dicto *Echo S. Norberti triumphantis*, impresso quoque *Antuerpiæ de anno 1629.* Dionysius Mudratz Præpositus Monialium Ordin. Præmonstrat. *in sua historia ecclesiastica Bredæ 1624.* Augustinus Vnichmans *in suo Mariano Antuerpiæ impresso de anno 1628.* Martinus Mettz Prior Rhotensis in Sueuia *in vita S. Norberti.* Mauritius du Pré *in vita eiusdem S. Norberti tribus libris lingua Gallica exaratis*, Cornelius Hanegrauius Præpositus Collegij Romani S. Norberti. *in vita eiusdem sancti lingua Italica conscripta*, & Romæ impressa de anno 1641.

2 Canonici Regulares Præmonstratenses sic dicti à loco Præmonstrato in diœcesi Lugdunensi suffraganea Remensi in Gallia, instituti fuere à Norberto Archiepiscopo postea Magdeburgensi Germaniæ Primate sub regula sancti Augustini, & Instituto Canonicorum Regularium de anno 1120. Pontifice Calixto II. Imperatoribus Occidentis Henrico V. Orientis Ioanne Comneno, eorum Ordo confirmatus fuit ab *Honorio II. in sua constit.* incip. *Honorius Episcopus sub dat. Kalend. Martii 1126.* quæ reperitur impressa *in statutis Ordinis renouatis de anno 1618.* Constitutiones & statuta, quæ omnium prima, & antiquissima sunt à sancto Norberto Ordinis huius institutore condita & promulgata fuerunt, deinde à Gulielmo Abbate Præmonstratens. In decretis Doctore eximio de consilio Coabbatum suorum anno Domini 1290. in Capitulo Generali renouata, vt refert Ioann. le Page *in bibliotheca Præmonstrat. lib. 2. fol. 777.*

3 Canonici Regulares Præmonst. vtuntur albis vestibus, nam eorum ordo in candido habitu institutus esse dignoscitor, & per omnes eiusdem Ordinis Ecclesias perpetuis temporibus illum inuiolabiliter obseruari iusserunt plures summi Pontifices, *Alexander III. de anno 1177. Clemens III. 1188. Innocentius III. 1198. Honorius III. 1217. Gregorius IX. 1227.* ac alij successores. Vnde sanctus Dominicus relicto rochetò, seu tunica linea Regularis Canonici Ordinis sancti Augustini, cuius erat Canonicus, volens religionem suam ad instar Religionis Canonicorum Præmonstratensium instituere, regularíaque sui Ordinis statuta, constitutiones, & cæremonialia ex hac Præmonstratensi Religione desumere, habitum laneum, & candidum cum scapulari iuxta formam habitus Præmonstratensis confectum induit, & Fratres suos eo vestiri voluit, solum ex colore cappæ dissimilem, quod Dominicanorum cappa sit nigra, Præmonstratensium verò sit candida; referunt Fr. Ferdinand del Castillo *in historia Ordinis Prædicatorum, lib. 1. c. 17.* Ioan. le Page *in d. bibliotheca, lib. 1. fol. 23. & 303.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

4 Canonicorum Regularium Præmonstrat. Generalis, & Abbates, sic appellant monasteriorum Superiores, sunt perpetui, vigent maximè per Germaniam, Flandriam, & Galliam. In Hispania verò sunt nonnulla Religiosorum huiusmodi Monasteria, quæ Religiosam reformationem acceperunt, illi enim habitum totaliter candidum, tam quoad tunicam, quàm scapulare, caputium, & cappam Carmelitanæ non dissimilem quamuis longiorem à multis retro annis portabant; sed (vt de aliis refert Ioannes Midotius *in libro*, cui titulus est. *Vindiciæ Communitatis Norbertinæ antiqui rigoris*) Religiosi omnes deserto habitu antiquo Ordinis ad retinendam dignitatis Religiosæ memoriam propria auctoritate inuolarunt in caputium Episcopale, quod mozzetam vocant, ac in birretum nigri coloris, improuisa hac transmutatione, ego, qui tunc Matriti degebam, vsurpationem huiusmodi detestari cœpi, cui mutationi Reuerendus P. Frater Philippus Bernal eiusdem Ordinis olim Generalis, modestiæ antiquæ amator parere noluit, & summo cum labore Romanam Curiam petens, à sanctissimo D. N. Vrbano VIII. litteras in forma Breuis obtinuit, per quas mandatum fuit reintegrari antiquum habitum; & mozzetam, ac Birretum deponi.

5 Festum sancti Norberti celebratur 6. Iunij, cuius officium sub ritu semiduplici in toto orbe recitari posse censuit. *Sacra Congr. Rit. 14. Nouembris 1620.* quam refert Sellius *in select. Canon cap. 10. nu. 8.* & Aldan. *in compendio Canon. resol lib. 1. titul. 18. de sanctis num. 40.* Verum vt ipsa festiuitas conuenientius ac decentius celebrari posset, *Vrbanus VIII. per suas litteras in forma Breuis sub dat. 14. Aprilis 1625.* pro Ordine tantùm transtulit festum sancti Norberti in diem 11. mensis Iulij, quas litteras impressas inueni apud Ioann. Chrysost. *in dicto Echone pag. 173.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regular. Mantuan. agentes.*
2 *Canonici Regulares Mantuani sub Regula S. Augustini instituti.*
3 *Monasterium Mantuanum, & aliud illi annexum solum habet hæc Congregatio.*
4 *Canonici Regulares S. Spiritus apud Venetos qui.*

Canonici Regulares Mantuani.

COLLECT. CVIII.

1 DE Canonicis Regularibus Mantuanis Paulus Morigia *de origine Relig. lib. 1. c. 9.* Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib. 1. pag. 36.* Carol. Tapia *in auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 3.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom 2. disput. 24. quæst. 4. num. 33.*

2 Canonici Regulares Mantuani à sancto Mario instituti creduntur, sed monasteriū Mantuanū fundauit eius Vrbis Episcopus Henricus de anno 1150.

Pontifice Eugenio III. Imperatore Occidentis Conrado III. Orientis Emmanuele Comneno. Præter hoc Mantuanum, atque alterū in oppido
3 Nesi prope Patauium Mantuano annexum, nullū aliud est in tota cōgregatione monasterium, vt refert Aldao. *in compendio Canon. resol. l. 1. tit. 19. nu. 42.*

4 Canonicis Regularibus Mantuanis per omnia similes sunt alij Regulares Canonici sancti Spiritus apud Venetos, qui duo tantùm possident monasteria, Venetiis alterum, alterum Patauij, quod appellant sancti Michaëlis, sed vtrumque magnis redditibus abundans. Nullus ad hāc Congregationem admittitur, nisi Venetus sit, & nobilis; ferūt eundem habitum atque Canonici Regulares Lateranenses cum pileis quadratis ex panno albo, item pallia alba cum exeunt domum. De his agunt Ioan. Andr. *in Clem. 1. de elect.* & Paulus Morigia *d. lib. 1. c. 61.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus S. Crucis Conimbric. agentes.*
2 *Canonici Regul. S. Crucis Conimb. quo tēpore instituti.*
3 *Fundatores huius Ordinis qui fuerint.*
4 *Monasteria quot in Portugalia habent Canonici Regulares S. Crucis Conimb.*
5 *Canonici Regulares S. Crucis Conimb. veniunt appellatione eorum, qui in strictiori clausura viuunt.*
6 *Habitum quem habeant Canonici Regulares S. Crucis Conimbr.*

Canonici Regulares S. Crucis Conimbr.

Collect. CIX.

1 DE Canonicis Regularibus S. Crucis Conimbricensis Gabriel Pennottus *in sua historia tripartita lib. 2. c. 59.* D. Rodericà Cunha *in Historia Episcop. Portugalens. p. 2. c. 2.* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatum tom. 2. disp. 14. quæst. 4. num. 16.* nouissimè R. P. Angelus Manrique *in annalibus Cistercienf. anno Christi 1162. c. 2. n. 14. cum seq.*

2 Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis, sic dicti à celebri monasterio sanctæ Crucis Conimbricensis, quod amplissimis redditibus ædificauit Alphonsus Enriquez primus Lusitaniæ Rex anno 1131. Innocentio II. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Lothario II. Orientis Ioanne Comneno, ibique sepultus iacet in sacello maximo à læua parte Altaris, vna cum filio Sanctio Regni successore, qui in eadem capella è regione patris ad dexterum latus æquali mausoleo quiescit de quibus agunt historiographi Lusitani qui vitas Regum scripsere, præcipuè Petrus Marizius, Eduardus Nonet de Lean Antonius de Vasconcelis, & alij.

3 Canonicorum Regularium sanctæ Crucis Conimb. institutores fuere Don Tellus Archidiaconus Conimbricensis, Don Michaël eiusdem Ecclesiæ Prior, Don Ioannes Canonicus & magister scholæ, Don Theotonius primus Prior monasterio S. Crucis, Don Odorius S. Iacobi Presbyter, & eiusdem monasterij S. Crucis Prior claustralis, Don Fernandus sanctæ Mariæ Montis maioris Præpositus, Don Petrus Presbyter, & alij quinque quorum nomina inuenire non potui: confirmauit Innocentius III. anno 1135.

4 Canonicorum Regularium sanctæ Crucis Conimb. congregatio plura habuit sub se monasteria in Regno Portugaliæ, quod non egrediuntur, quæ temporis vicissitudo ab illa abduxit, & aliis Ordinibus, siue mensis Episcopalibus applicauit, nunc possidet vnum de viginti, inter quæ amplissima sunt, monasteria sanctæ Crucis Conimbricensis, & Sancti Vincentij Vlixbonensis, & de Grijo, & de Refoyos, & do Porto, & de Moreira, de quibus agit Gabr. Pennottus *d. c. 59.* Plura in laudem primi illius monasterij sanctæ Crucis Conimbricensis cumulant Fr. Emman. Rodrig. *quæst. Regul. tom. 1. q. 3. art* 1. Oduard. Nunet de Lean *in chronica Regum Portugal. in vita Alphons. I. fol. 55. verso,* Petr. Marizius *in dialog. varia histor. fol. 46. & 361.* Fr. Ludou. ab Angelis *in vita Augustini lib. 4 cap. 21. pag. 1.* D. Rodeਰic. de Cunha *in historia ecclesiast. Archiep Bracharens. p. 2. cap. 14.*

5 Canonici Regulares sanctæ Crucis Conimbricensis veniunt appellatione eorum, qui in strictiori clausura viuunt ad effectum ne ad publicas processiones accedere cogantur. *S. Congr. Concil.* cuius meminerunt Armendar, *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1 tit 14. l. 24. §. 31 de procession. n. 6.* Ioan. Maria Nouar *in lucerna Regul. verbo processiones n. 9.* Ego *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 78. n. 17.*

6 Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis induuntur alba tunica, superpelliceo lineo, almutis, siue caputio, & pallio nigro. Habent Generalem ad triennium, Priores Domorum fiunt à Capitulo cuiuscunque Cœnobij, confirmante Generale, refert Aldan. *in Compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 19. de Religion. n. 32.*

Canonici Regulares Gronodael.

Collect. CX.

1 CAnonici Regulares Gronodael, id est Vallis viridis, sic dicti fuerunt ab ipso loco Gronodael in diœcesi Cameracensi iuxta Scalden fluuium: de quibus qui plura scire cupit, legat Silnest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 1. p. 38.* Gabriel. Pennott. *in historia tripart. lib. 2. cap. 63. num. 2.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 18.* Possenio. *in apparatu verbo Ioannes Visbroch, & Ioannes Schonhouen,* celebris huius congregationis alumni.

Canonici Regulares Vuindesemenses.

Collect. CXI.

1 CAnonici Regulares Vuindesemēses sic dicti à prædio Vuindesheimo tertio à Dauentria Germaniæ inferioris Vrbe, lapide, ad Isulam fluuium sita, collocato propè Zuollam Traiectēsis diœcesis, illic erectum adest monasterium eiusdē nominis sub inuocatione B. Virginis Mariæ à Gerardo Magno, & Ioanne Busebrone ædificatum anno 1387. Pontifice Vrbano VI Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orientis Andronico III. Addidere se breui temporis spatio, huic monasterio Congregationis Vuindesemensis capiti in sola Germania inferiori, ac tractu Rhenano centum viginti Virorum monasteria, fœminarum triginta disciplinæ Regularis valdè obseruātia, sed

tractu

tractu temporis eorum plura esse desierunt, & iam in paucis consistit hæc Congregatio, de qua qui plura scire cupit, videat Crusen. *in monast August p.3.c.21.* Aubert. Miræ. *in origine Canon. Regul.c.* 13. Gabr. Pennotto *in historia tripart.lib.2.c 62. cum tribus seqq* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.2. disp.24.q.4.n.13.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Canonicis Regularibus Frigionariæ agentes.*
2 *Monasterium S. Mariæ de Frigionaria cur sic dictum?*
3 *Canonici Regulares Frigionariæ, quando, & à quibus instituti?*
4 *Canonici Regulares Frigionariæ in Ecclesia Lateranensi collocati, Canonicos Lateranenses reformarunt.*

Canonici Regulares Frigionariæ.

Collect. CXII.

1 DE Canonicis Regularibus Frigionariæ, Paulus Morigia *in origine Relig. lib. 1. cap. 8.* Siluest. Marul. *in Occeano Relig. lib. 1. pag. 4.* Fr. Emman. *qu Regul. tom. 1. qu. 3. art. 1.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria c. 2. n. 2 cum seqq.* Azori *instit. moral. p. 1 lib. 12. c. 22. quæst. 3. vers. anno item,* Gabriel Pennotto *in historia tripart. lib. 3. cap* 8. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 27.*

2 Canonici Regulares Frigionariæ sic dicti à monasterio sanctæ Mariæ in sylua Frigionaria (sunt Frigones aues quædam in Italia) cui multitudo Frigionum illac se recipientium nomen indidit, quod 3000. passibus à ciuitate Lucēsi distat, insti-
3 tuti sub regula S. Augustini à P. domino Bartholomæo ex nobilissima Columnensium familia, & à P. Iacobo de Auogrado Bononiensi Doctore emerito, familiæ Prædicatorum quondam Religioso laico anno 1405. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. & præter numero 1. citatos, refert Aldan. *in compendio Canon resol. lib. 1. tit. 19. de Relig. num* 34.

4 Canonici Regulares Frigionariæ ab Eugenio IV. collocati fuerũt in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis de Vrbe, iussique est à Frigionaria dici Lateranensis, cum Lateranensium Canonicorum fuerit reformatrix, quod nomen adhuc retinet, vt attestatur Aldan. *d. tit. 19. de Religionib. n. 33.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Canonicis Regularibus sancti Saluatoris agentes.*
2 *Canonici Regulares sancti Saluatoris cur sic dicti, & quando instituti.*
3 *Scopetini cur dicātur Canonici Regulares S. Saluatoris.*
4 *Canonicorum Regul. S Saluatoris Ordinem quis confirmauerit, habitum præscripserit, & alia indulta, & priuilegia concesserit?*
5 *Religionem arctiorem vouentes possunt ingredi Ordinem Canonicorum Regul sancti Saluatoris.*
6 *Vocem actiuam & passiuam habent Canonici Regul. S. Saluatoris in Sacris constituti.*
7 *Capitulum Generale singulis trienniis, & dietā quolibet anno celebrāt Canonici Regulares S. Saluatoris.*
8 *Habitum eundem cum Canonicis Regularibus Lateran. portant Canonici Regulares S. Saluatoris præterquam quod patientiam portant & pallium nigrum deferunt cùm foras exeunt.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Canonici Regulares Sancti Saluatoris.

Collect. CXIII.

1 DE Canonicis Regularibus S. Saluatoris Gualter. *in tabulis chronolog. sæculo 15. anno* 1408. *pag* 717. Paul. Morigia *in origine Relig. lib. 1. c. 40.* Syluest. Marul. *in oceano Relig. 5. pag. 322.* Carol. Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo monasteria c. 27.* Cæsar Franciotti *de Sanctis Vrbis Lucæ in Ecclesia S. Mariæ forisportæ pag. 565. & 590.* Polid. Virgil. *de inuentor rerum, lib. 7. cap. 3.* Fr. Emman. *quæst Regul. tom 1. quæst. 3. art. 3.* Azor. *instit. moral p. 1. disp. 12. cap. 22. q. 3. vers. anno Christi,* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom 1 disp 24. q. 4. n. 30.* Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol.* 107.

2 Canonici Regulares Sancti Saluatoris sic dicti à primo monasterio, quod habuit sub oraculo Saluatoris in sylua Lacus non longe à Senis, instituti à Fratre Stephano Eremita S. Augustini de anno 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto. Orientis Andronico III.

3 Canonici Regulares S Saluatoris nonnunquã appellantur Scopetini à monasterio quod initio institutionis habuerunt prope muros Florentiæ sub nomine S. Donati Episcopi Fesulani, vt refert Aldan. *in compendio Canonic resolut. lib. 1. tit. 19. de Religion n. 35.*

4 Canonicorum Regul. S. Saluatoris Ordinem confirmauit, habitum præscripsit, indulta Fratrũ Eremitarum S. Augustini, & aliorum Canonicorum Regularium concessit. *Gregorius XII constit. 2.* incip. *Excitat, Nonis Aprilis* 1407. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1 pag.* 242. Et sunt verè Canonici Regulares *Calixtus III. constit.* 2. incip. *Sacra 16. Kalend Iuny* 1456. apud eundem Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag. 316.*

5 Canonicorum Regularium S. Saluatoris Ordinem ingredi possunt, etiam qui arctiorem Religionem vouerunt. *Iulius II constit.* 30. incip. *Inter 4. Non. Aprilis* 1512. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 456.*

6 Canonici Regulares S. Saluatoris in Sacris constituti habent vocem actiuam, & passiuam. *Pius V. constit.* 141. incip. *Inter cæteras 7. Septembris* 1571. apud Laert. Cherub. *tom 2 pag 341.*

7 Canonici Regulares S Saluatoris Capitulum Generale quolibet triēnio, & dietam quolibet anno celebrant. *Sixtus V. constit.* 98. incip. *Ex varietate 23. Augusti* 1589. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 668. Illis ambitum interdixit *Paulus V. constit.* 35. incip. *Quoniam, 22. Septembr.* 1607. apud eundem Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 224.*

8 Canonici Regulares S. Saluatoris vtuntur eisdem vestibus atque Canonici Lateranenses, præterquam quod patientiam portant, & pallium nigrum deferunt, cùm foras exeunt; possident ad quadraginta monasteria per Italiam, quam non egrediuntur: Generalis triennium non excedit: fuit illis per *Sacram Rituum Congr concessum*, vt qui hucusque vsi sunt Birreto albo, possint eodem modo imposterum vti nigro, *sub die 16 Septembris* 1620. cuius meminit Sell. *in select. Canonic. c. 19. n. 50*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Canonicis S.Georgij in Alga agentes.*
2 *Canonici sancti Georgij in Alga quando instituti, & approbati?*
3 *Canonici sancti Georgij in Alga à tempore Pij V. professionem emiserunt.*
4 *Canonici sancti Georgij in Alga praecedunt Canonicis Regul. Lateranen.*
5 *Proprietas qualiter prohibeatur Canonicis S. Georgij in Alga.*
6 *Missam, ac officium de B. Laurentio Iustiniano in eius festo, & octaua celebrant Canonici S.Georgij in Alga.*
7 *Officium de B. Laurentio Iustiniano recitant Canonici S Georgij in Alga qualibet quinta feria cuiuslibet hebdomada alio festo non impedita.*
8 *Canonici S. Georgij in Alga admittuntur per datariam ad Parochiales illis resignatas.*

Canonici Regulares S.Georgij in Alga.

COLLECT. CXIV.

1 DE Canonicis Regularibus S. Georgij in Alga Gualter *in tabulis chronog. saeculo 15. anno* 1404 *pag* 717. Paul. Morig. *de origine Relig. lib.* 1. *c.* 44. Siluest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 5. *pag.* 337. Carol. Tapia *in auth. ingressi C. de sacrosanctis Eccles. verbo monasteria c.* 4. Hieron. Roman. *de Republ. Christ. lib.* 6. *c.* 30. Azori. *instit. moral p.* 1. *lib.* 12. *c.* 22. *quaest.* 3. Hieron. Rodetic. *in compendio quaest. Regul. resol.* 123. *num.* 24. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 4. *num.* 32. Ioseph. Michel. *en el thesoro de Religiones, fol.* 108.

2 Canonici Regulares S. Georgij in Alga sic dicti ab Alga siue Alega parua insula distante duobus milliaribus à Venetiis, quia ibi situm est primum huius familiae monasterium sub nomine S. Georgij, instituti à D. Antonio Corario Bononiensi, & Episcopo Ostiensi anno 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Qui quidem Pontifex Ordinem hunc approbauit, statuta, viuendique formam praescripsit, vt in eius *Constit.* 1. *Iocip. Illis,* 5. *Kalend. Iuly* 1406. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 239.

3 Canonicorum Regularium S.Georgij in Alga congregatio, quae antea erat Canonicorum secularium professionem Regularium admisit acceptando constitutionem 76. Pij V. qua cautum erat vt qui in Congregationibus sub voluntaria obedientia viuebant, professionem Regularem solemnem sub trium votorum promissione emitterent, & vnam ex regulis approbatis emitterent. *Pius V constit.* 92. incip. *Ex incumbenti,* 3. *Id. Decembris* 1569. apud Laert. Cherub *tom.* 2. *pag.* 294.

4 Canonici Regulares S.Georgij in Alga praecedunt Canonicis Regularibus Lateranensi. Idem *Pius V constit.* 127. incip. *Cum alias* 11. *Kalend. Iunij* 1571. apud Laert. Cherob. *tom.* 2. *pag.* 340.

5 Canonicis Regularibus S.Georgij in Alga proprietas strictè interdicitur, solúmque victus, & vestitus eis subministrantur; *Sixtus V. constit.* 63. incip. *Circumspecta,* 5. *Septemb.* 1587. apud Laert. Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 599. Deferre possunt tam domi quàm alibi omni tempore togam coloris caerulei, prout deferebat B. Laurentius Iustinianus huius Congreg. institutor. *Clemens VIII. constit.* 90. incip. *Quae ad Religiosorum, de anno* 1602. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 149.

6 Canonici Regulares S.Georgij in Alga Missam & Officium de B. Laurentio Iustiniano in eius festo & octaua celebrant, ex indulto *Clementis VIII.*

7 incip *nostrae auctoritatis* 27. *Septemb.* 1598. Et qualibet quinta feria cuiuslibet hebdomadae alio festo non impedita idem recitant Officium. *Paulus V. sua constit.* incip. *Cum sicut* 29. *Iuly* 1605. quas refert Flauius Cherub. *in compend. Bullar. scholio* 2. *ad Bullam* 90. *Clementis VIII.*

8 Canonici Regulares S. Georgij in Alga admittuntur per Datariam ad Parochiales Ecclesias eis resignatas. *Sacra Congr. Concil. in Veronen.* 17. *Nouembris* 1619. teste Sellio *in select. Canon. cap.* 3. *num.* 120.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Canonicis Regularibus S. Eligij agentes.*
2 *Canonici Regulares S. Eligij quo tempore & loco inceperint, & quos habuerint institutores.*

Canonici Regulares S. Ioanis Euangelistae.

COLLECT. CXV.

1 DE Canonicis Regularibus Caeruleis S.Ioannis Euangelistae (quos vulgus appellat sancti Eligij) Fr. Emmanu. *quaest. Regul. tom.* 1. *qu.* 3. *art.* 1. Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 9 *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. Hieron. Rodetic. *in compendio quaest. Regul. resol.* 123. *num.* 24. D. Rodericus à Cunha *in historia ecclesiast. Episcopor. Portugalens. part.* 2. *cap.* 17. *& Archiepiscoporum Bracharensium part.* 2. *cap.* 55. *numer.* 5. *cum seqq.*

2 Canonici Regulares caerulei sancti Ioannis Euangelistae (quos vulgus appellat sancti Eligij fratres) coeperunt in Portugaliae Regno, quod non egrediuntur; anno 1425. tempore Regis Ioannis I. nam cum Magister Ioannes magni nominis medicus Vlyssiponensis, postea Episcopus Lamacensis, & Alphonsus Noguera postea etiam Episcopus Conimbricensis, & Vlyssiponensis, & Martinus Laurentius verbi Dei praedicator egregius, Deo vacare & à secularibus negotiis se abstinere vellent, ex speciali concessione Ferdinandi de Guerra Archiepiscopi Bracharensis in monasterio sancti Saluatoris de Villar de frades tribus milliaribus à Bracharensi ciuitate distante (quod à fundamentis erexerat sanctus Martinus, & per plures annos à Monachis Ordinis S. Benedicti habitatum fuerat) se receperunt, ibique haec Religiosa Congregatio initium sumpsit, sub eadem regula & habitu, quem eodem ferè tempore acceperat praecedens Congregatio Canonicorum Regularium sancti Georgij in Alga, sine tamen vlla dependentia; per Regnum Portugaliae plura & amplissima retinent monasteria, reguntur vno Generali independenti ab Italo, qui triennio durat, ex illis prodierunt plures Religiosissimi viri, de quibus D. Roderic. à Cunha *d. cap.* 55. *num.* 4.

Canonici

Canonici Regulares S. Petri de Monte Corbulo.

Collect. CXVI.

1 CAnonici Regulares S. Petri de Monte Corbulo sic dicti à primo eius monasterio sub patrocinio sancti Petri in Monte Corbulo in Archiepiscopatu Florentino duodecimo à Senis lapide ædificato, Pontificatu Iulij I Lintra annum 1505. & 1512. quo ipse durauit, instituti à quodam Petro Regurisi, vel Mediolanensi, Monacho Carthusiano; ferunt habitum Canonicorum huiusmodi à principio fuisse Canusini coloris, nimirum tunicam, rochetum, & caputium, siue almutiam, sed anno 1521. mutatum esse in nigrum: amant hi maximè solitudinem, sectantur hospitalitatem, rigidè secum agunt, ac de labore manuum viuunt, Plura qui scire de his velit, consultat Trull. *de Canonicis Regul. lib.* 10. *cap.* 10. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *q.* 3. *vers & est alia Congregatio*, Gabr. Pennot. *in tripartita histor lib.* 2. *cap.* 54. *n.* 5. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 4. *n.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de canonizatione Sanctorum agentes.*

2 *Vita, res gesta ac miracula diligenter examinanda in Canonizatione Sanctorum.*

3 *Sanctorum canonizatio consulto procrastinanda.*

4 *Miraculorum testimonium, & morum virtutem requirit Canonizatio Sanctorum in eo, qui pro Sancto colendus est.*

5 *Ecclesia tota nihil maius, aut augustius est beatificatione, & canonizatione Sanctorum.*

6 *Antonini per Adrianum V I.*
7 *Antonij per Gregorium I X.*
8 *Bennonis per Adrianum V I.*
9 *Bernardini per Nicolaum V.*
10 *Bernardi per Alexandrum V I.*
11 *Bonauentura per Sixtum IV.*
12 *Brigita per Bonifacium I X.*
13 *Caroli per Paulum V.*
14 *Catharina Senen. per Pium II.*
15 *Clara per Alexandrum I V.*
16 *Didaci per Sixtum V.*
17 *Dominici per Gregorium I X.*
18 *Eadmundi per Innocentium I V.*
19 *Eduardi per Alexandrum I I I.*
20 *Elizabetha Hung. per Gregorium I X.*
21 *Elizabetha Portug. per Vrbanum V I I I.*
22 *Francisca Rom per Paulum V.*
23 *Francisci Assisin. per Gregorium I X.*
24 *Francisci de Paula per Leonem X.*
25 *Heduuigu per Clementem I V.*
26 *Henrici per Eugenium I I I.*
27 *Homoboni per Innocentium I I I.*
28 *Hyacinthi per Clementem V I I I.*
29 *Ignatij Loyola per Gregorium X V.*
30 *Ioannis Gualb. per Cælestinum I I I.*
31 *Inonis per Clementem V I.*
32 *Laurentij Dubl. per Honorium I I I.*
33 *Leopoldi per Innocentium V I I I.*
34 *Ludouici Regis per Bonifacium V I I I.*
35 *Ludouici Episcop. per Ioannem X X I I.*
36 *Nicolai Tolent. per Eugenium I V.*
37 *Petri Episc. Anag. per Paschalem I I.*
38 *Petri Mart. per Innocentium I V.*
39 *Petri de Morono per Clementem V.*
40 *Philippi Nerij per Gregorium X V.*
41 *Richardi per Vrbanum I V.*
42 *Raymundi per Clementem V I I I.*
43 *Stanislai per Innocentium I V.*
44 *Theresia per Gregorium X V.*
45 *Thoma Cant. per Alexandrum I I I.*
46 *Thoma Herford. per Ioannem X X I I.*
47 *Thoma Aquinatis per Ioannem X X I I.*
48 *Vbaldi per Cælestinum I I I.*
49 *Vgonis per Innocentium I I.*
50 *Vincentij confes. per Pium. I I.*
51 *Vldarici per Ioannem X V.*

Canonizatio.

Collect. CXVII.

1 DE canonizatione Sanctorum integros tractatus ediderunt Troylus Maluetius, Iacobus Castellanus, Angelus Rocha, & omnium nouissimè R. P. D. Felix Cintelotius mei amicissimus, Augustinus Triumphus *in sum. de potest Ecclesia*, Thomas Vualdensis *tom.* 3. Petrus Crespetius *in summ. Catholica Fidei verbo Canonizatio*, Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop & Regulares, pag.* 254. *cum seqq.* vbi refert decretum Congregationis sacrorum Rituum seruandum in recipiendis informationibus pro causa beatificationum, & canonizationum Seruorum Dei.

2 Canonizatio Sanctorum requirit, vt vitæ, & res gestæ, ac miracula canonizandi diligenter examinentur. *Ioannes X V. constit.* incip. *Cum conuenta* 3. *Non. Februarij* 993. apud Laert. Cherubin. *in Bullario nouo, tom.* 1. *pag.* 9. aliàs *pag.* 43.

3 Canonizatio Sanctorum consulto procrastinanda. *Cælestinus I I I. constit.* 1. incip. *Benedictus* 4. *Non. Martij* 1193. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 30. aliàs *pag.* 69.

4 Canonizatio Sanctorum requirit morum virtutem in eo, qui pro Sancto colendus sit in terris, & miraculorum testimonium. *Gregorius I X. constit.* 4. incip. *Cum dicat, Kalend. Iunij* 1232. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 85. in nouis. impres.

5 Canonizatione, beatificatione Sanctorum nihil in tota Ecclesia maius, aut augustius est, vt pote homines iam demortuos etiam cum fama sanctitatis & miraculorum declarare pro sanctis, eosque vti tales colendos, & venerandos decernere. *Sacra Congr. Rit. sub die* 12. *Martij* 1631. teste Sellio *in selectu Canon. cap.* 1. *n.* 22.

6 Antonini Archiepiscopi Florentini canonizatio ab Adriano V I. celebrata, & litterarum Canonizationis expeditio facta per *Clementem V I I. constit.* 1. incip. *Rationi congruit.* 6. *Kalend. Decembr.* 1523. apud Laert Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 553. aliàs *pag.* 466. in nouis. impres.

7 Antonij Vlyssiponensis de Padua nuncupati canonizatio per *Gregorium I X. constit.* 4. incip. *Cum dicat Kalend. Iunij* 1232. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pap.* 53. aliàs *pag.* 85.

8 Bennonis Episcopi Misnensis Canonizatio per *Adrianum VI. const.* 1. *in append.* incip. *Excelsus. pridie Kalend. Iulij* 1525. apud Laert. Cher. *to.* 1. *p.* 23. aliàs *p.* 464.

9 Bernardini Senensis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia canonizatio per *Nicolaum V. constit.* 2. incip. *Misericordias Non. Kalend. Iunij* 1450. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 306. aliàs *pag.* 282. in nouiss. impress.

10 Bernardi Abbatis Claraeuallensis canonizatio per *Alexandrum III. constit.* 2. incip. *Contigit.* 15. *Kalend. Februarij* 1164. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 25.

11 Bonauenturæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci canonizatio. *Sixtus IV. constit.* 21. incip. *Superna* 18. *Kalend. Maij* 1482. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag* 366. aliàs *pag.* 325. in nouiss. impress.

12 Brigittæ viduæ in Suetia canonizatio per *Bonifacium IX. constit.* 5. incip. *Ab origine, Nonn Octobris* 1391. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 253. aliàs *pag.* 216. in nouiss. impress.

13 Caroli Cardinalis sanctæ Praxedis Archiepiscopi Mediolanensis canonizatio per *Paulum V. constit.* 45. incip. *Cælestis* 4. *Kalend. Iunij* 1608. apud Laert Cherub. *tom.* 3. *pag.* 233. aliàs *pag.* 187. in nouiss. impress.

14 Catharinæ Senensis Ordinis Prædicatorum canonizatio per *Pium II. constit.* 6. incip. *Misericordias* 3. *Kalend. Iulij* 1461. apud Laert Cherub. *tom.* 1. *p.* 317. aliàs *p.* 290. in nouiss. impr.

15 Claræ Virginis Ordinis S. Francisci canonizatio per *Alexandrum IV. constit.* 3. incip. *Clara* 6. *Kalend. Octobris* 1255. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 81. aliàs *p.* 109. in nouiss. impr.

16 Didaci Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia canonizatio per *Sixtum V. constit.* 82. incip. *Rex Regum Nonis Iulij* 1588. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 630. aliàs *pag.* 478. in nouiss. impr.

17 Dominici Ordinis Fratrum Prædicatorum institutoris canonizatio per *Gregorium IX. constit.* 8. incip. *Fons, Non Iulij* 1234. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 56. aliàs 88. in nouiss. impress.

18 Eadmundi Cantuariensis Archiepiscopi canonizatio per *Innocentium IV. constit.* 2. aliàs 21. *in appendice*, incip. *Nouum.* 3. *Id Ianuarij* 1247. apud Laert. Cherub *tom.* 3. *pag.* 6. aliàs *pag.* 107. *tom.* 1. in nouiss. impress.

19 Eduardi Regis Angliæ canonizatio per *Alexandrum III. constit.* 1. incip. *Illius* 7. *Id. Februarij* 1161. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 23.

20 Elizabethæ Regis Hungarorum filiæ canonizatio per *Gregorium IX. constit.* 11. incip. *Gloriosus kalend. Iunij* 1235. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 57.

21 Elizabethæ Reginæ Portugaliæ canonizatio per *Vrbanum VIII.* cuius constitutionem non potui inuenire, & ideo dubito an fuerit expedita.

22 Franciscæ Romanæ viduæ canonizatio per *Paulum V. constit.* 45. incip. *Cælestis, de anno* 1608. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 235.

23 Francisci Ordinis Fratrum Minorum institutoris canonizatio per *Gregorium IX. constit.* 2. incip. *Mira*, 14. *Kalend. August.* 1519. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 51.

24 Francisci de Paula Ordinis Fratrum Minimorum institutoris canonizatio per *Leonem X. constit.* 38. incip. *Excelsus* 1. *Maij* 1519. apud Laert. Cherub. *tom'* 1. *pag.* 128. aliàs *pag.* 446. in nouiss. imp.

25 Heduuigis Ducissæ Poloniæ canonizatio per *Clementem IV. constit.* 9. incip. *Exultat.* 7. *Kalend. Aprilis* 1167. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 114. alias *pag.* 131.

26 Henrici primi Imperatoris canonizatio per *Eugenium III constit.* 1. incip. *Sicut* 2. *Id Martij* 1152. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 18. aliàs *pag.* 56.

27 Homoboni Cremonensis canonizatio per *Innocentium III. constit.* 2. incip *Quia pietas* 13. *Kalend. Ianuarij* 1198. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 35. Lectiones pro ciuitate Cremonen. approbantur à *S. Cong. Rit. in Cremonen* 18. *Februarij* 1617.

Hugonis Episcopi Gratianopolitani canonizatio per *Innocent. II constit.* 1. incip. *Diuinus* 10. *Kal. Maij* 1134 apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 18.

28 Hyacinthi Polonis Ordinis Prædicatorum canonizatio per *Clementem VIII. constit.* 27. incip. *Benedictus pater* 15. *kalend Maij* 1594. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag* 36. aliàs *pag.* 26. in nouiss. impr.

29 Ignatij Loyolæ Societatis Iesu fundatoris canonizatio facta à Gregorio XV. vna cum SS. Isidoro agricola, Francisco Xauerio, & Philippo Nerio Confessoribus, & Theresia Virgine, sed morte præoccupatus litteras desuper expedire non potuit, & ideo eas expediuit *Vrbanus VIII. constit.* 3. incip. *Rationi congruit* 8 *Id. Augusti* 1623. apud Angel. Mariam Cherubin. *tom.* 4. *pag.* 8.

30 Ioannis Gualberti Ordinis Monachorum Vallumbrosæ institutoris canonizatio per *Cælestinum III. constit.* 2. incip. *Gloriosus Non Octobris* 1193. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 31. aliàs *pag.* 69.

31 Iuonis Presbyteri Trecorensis canonizatio per *Clementem VI. constit.* 4. incip. *Ad Spiritualis* 11. *Kalend. Iulij* 1347. apud Laert. Cherub. *tom.* 1 *pag.* 216.

32 Laurentij Archiepiscopi Dublinensis canonizatio per *Honorium III. constit.* 7. incip. *Ineffabilis* 3. *Id. Decembris* 1225. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 49.

33 Leopoldi Austriæ Ducis cognomento Marchionis Pij canonizatio per *Innocentium VIII. constit.* 1. *in appendice* incip. *Sacrosanctam* 8. *Id. Ianuarij* 1485. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 19. aliàs *tom.* 1. *pag.* 344. in nouiss. impress.

34 Ludouici Francorum Regis canonizatio per *Bonifacium VIII. constit.* 6. incip. *Gloria* 3. *Id. Augusti* 1297. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 142. aliàs *pag.* 157.

35 Ludouici Episcopi Tholosani canonizatio per *Ioannem XXII. constit.* 2. incip. *Sol oriens* 7. *Idib. Aprilis* 1317. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 153.

36 Nicolai Tolentinatis Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini canonizatio per *Eugenium IV. constitut.* 18. incip. *Licet kalend. Februarij* 1447. apud Laert Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 285. & apud *Empol. in suo Bullar. pag.* 112.

37 Petri Episcopi Anagnini canonizatio per *Paschalem II. constit.* 3. incip. *Dominum* 2. *Non. Iunij* 1110. apud Laert. Cherub. *tom.* 1 *pag.* 16. aliàs *pag.* 53.

38 Petri martyris Ordinis Prædicatorum canonizatio per *Innocentium IV. constit.* 11. incip. *Magnis*, 9. *Kalend. Aprilis* 1233. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 70. aliàs *pag.* 99.

39 Petri de Morono, qui fuit Cælestinus V. canonizatio per *Clementem V. constit.* 4. incip. *Qui facit de anno* 1313. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 152. aliàs *pag.* 166.

40 Philippi Nerij Congregationis Clericorum secularium Oratorij fundatoris facta per Gregorium XV. sed morte præuentus Bullam desuper expedire non potuit, & ideo illam expediuit *Vrbanus VIII. constit.* 2. incip *Rationi congruit* 8. *Id. Augusti* 1623. apud Angelum Mariam Cherub. *tom.* 4. *pag.* 5.

41 Richardi Episcopi Cisterciensis canonizatio per *Vrbanum*

per *Vrbanum IV. constit.* 3. Incipien. *Exultet* 10. *Kalend. Martij* 1262. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 97. aliàs *pag.* 120.

42 Raymundum de Panafort. Barchinonensis Ordinis Prædicatorum sanctorum catalogo adscripsit, & festum die 7. mensis Ianuarij celebrari iussit *Clemens VIII. constit.* 77. incip *Romana* 3. *Kalend. Maij* 1601. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag* 113. aliàs *pag.* 82. in nouiss. impress.

43 Stanislai Episcopi Cracouiensis canonizatio per *Innocentium IV. constit.* 13. incip. *Olim* 15. *Kalend. Octobris* 1253. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 75.

44 Theresiæ Virginis tam Fratrum quàm Monialium Carmelitarum Discalceatorum fundatricis canonizatio per *Gregorium XV. constit.* 20. incip. *Omnipotens sermo* 4. *Id. Martij* 1621. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 3. *pag.* 307.

45 Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi canonizatio per *Alexandrum III. constit.* 4. incip. *Redolet.* 4. *Id. Martij* 1173. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 24. aliàs *pag.* 62.

46 Thomæ Episcopi Herfordiensis canonizatio per *Ioannem XXII. constit.* 7. incip. *Vnigenitus* 15. *kalend. Maij* 1320. apud Laert. Cherub. *tom.* 1 *pag.* 160.

47 Thomæ Aquinatis Ordinis Fratrum Prædicatorum canonizatio per *Ioannem XXII. constit.* 11. incip. *Redemptionem* 15. *Kalend. Augusti* 1323. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 163. aliàs *pag.* 175.

48 Vbaldi Episcopi Eugubini canonizatio per *Cælestinum III. constit.* 1. incip. *Benedictus* 4. *Non. Martij* 1192. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 30. aliàs *pag.* 69.

49 Vgonis Episcopi Gratianopolitani canonizatio per *Innocentium II. constit.* 1. incip. *Diuinus* 10. *Kalend. Maij* 1134. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 18.

50 Vincentij Confessoris Ordinis Prædicatorum canonizatio per *Pium II. constit.* 1. incip. *Rationi Kalendis Octobris* 1458. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 312. aliàs *pag.* 287.

51 Vldarici Episcopi ciuitatis Augustæ canonizatio per *Ioannem XV. constitut. prima.* apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 45. in nouiss. impress.

SVMMARIVM.

1 *Eligere debet Cantor cum Archipresbytero, qui Epistolam, & Euangelium cantent in Missis solemnibus, quæ celebrantur à Dignitatibus, & Canonicis.*
2 *Vicecantor potest à Cantore assumi, & ab Episcopo approbari, qui non sit ex his, qui alioquin choro sunt obligati.*
3 *Lectiones, Antiphonas, & Prophetias distribuit Cantor.*
4 *Cantum regere debet solus Cantor.*
5 *Episcopo non assistit Cantor dum Horæ Matutinæ solemniter ab Episcopo celebrantur.*
6 *Munus Cantoris quod sit, ostenditur.*

Cantor Dignitas.

Collect. CXVIII.

1 CAntor cum Archipresbytero debet eligere, qui Epistolam, & Euangelium cantent in Missis solemnibus, quæ celebrantur à Dignitatibus, & Canonicis. *Sacra Congr. Rit. in Tarentina Crystaliacum* 3. *Septembris* 1605. teste Sellio *in selectis Canonic. cap.* 3. *n.* 50.

2 Cantor qui est Dignitas in Cathedrali debet suum munus obire, vel per se ipsum, vel per Vicecantorem à se assumendum, & ab Episcopo approbandum, qui non sit de iis, qui alioqui choro sunt obligati. *Sacra Congr. Rit. in Lucerna* 19. *Martij* 1611. cuius memini *in tract. de Canon. cap.* 9. *num.* 12.

3 Cantor seu is, cui est annexa Cantoria, habet munus distribuendi Lectiones, Antiphonas, & Prophetias. *Sacra Congr. Rit. in Hydruntina* 6. *Decembris* 1613. cuius etiam memini *d. cap.* 9 *n.* 13.

4 Cantor solus cantum regere debet, & in choro nec Archipresbyter, nec alius quispiam debet intromittere. *Eadem Sacra Congr. in d. Hydruntina* penès me *d. cap.* 9. *n.* 13.

5 Cantor qui dum Horæ Matutinæ solemniter ab Episcopo celebrantur pro eius munere exequendo, non assistit Episcopo, sed sedet in choro; nec debet cantare vnam ex duabus penultimis Lectionibus, quę cantandæ sunt à duobus Canonicis assistentibus Episcopo, non obstante consuetudine. *Sacra Congr. Rit in Brundusina* 18. *Martij* 1617. referente Sellio *d. cap.* 4. *n.* 151.

6 Cantoris munus est distribuere Lectiones, Antiphonas, Prophetias, chorum regere, & gubernare, ordinare tabellas, & functiones ecclesiasticas per turnum ordine successiuo non tamen absente Episcopo edicere potest, quò & quà ducendæ, dirigendæque sint Processiones. *Sacra Congr. Rit. in Cassanen.* 5. *Martij* 1633. cuius memini *d. cap.* 9. *num.* 13. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Capellæ Pontificiæ Cantorum priuilegia plura, & exemptio ab Ordinariorum iurisdictione tam in Vrbe, quàm extra.*
2 *Cantores non cum beneficiatis, sed immediatè post Crucem incedere debent.*
3 *Monialium in Ecclesiis cantus figuratus permitti non decet.*
4 *Accessus sæcularium ad monasteria Monialium sub prætextu docendi Moniales cantum seu musicam etiam ad crates permitti non debet.*
5 *Episcopus sub pœna non participationis distributionum potest iubere vt Canonici discant cantum Gregorianum.*

Cantor Musicus, Cantus.

Collect. CXIX.

1 CAntorum Capellæ Papæ erectio, priuilegia plura, exemptio ab omni iurisdictione Ordinariorum tam in Vrbe, quàm extra. *Sixtus V. constit.* 38. incip. *In suprema Kalend. Septembris* 1586. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom.* 2. *pag*...

2 Cantores non cum beneficiatis, sed immediatè post Crucem incedere debent non obstante consuetudine. *Sacra Congr. in Vrbeuetana* 28. *Nouembris* 1610. & 15. *Ianuarij* 1611. teste Sellio *in select. Canon. cap.* 25. *n.* 12.

3 Cantus figuratus minimè permitti debet in Ecclesiis Monialium. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Bononien. de anno* 1584. & *in Mediolanen. de anno* 1593. cuius memini *de iure Ecclesiast. vniuerso, lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 61.

4 Cantum seu musicam sub prætextu docendi Moniales etiam ad crates, non debet permitti accessus secularium ad Monasteria Monialium. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die 13. Septembris* 1593. de qua *d. lib. 1. c. 44. n. 62.*

5 Cantum Gregorianum vt discant Canonici, iubere potest Episcopus, & retinentes mulctare etiam pœna non participationis distributionum quotidianarum, & subtractionis fructuum. *Sacra Congreg Conc. in Tropien. 9. Maij* 1520. apud me *in tract. de Canonic. cap. 13. n. 6.*

6 De Cantu. Iodoch. Lotich. *in thesauro nouo Theolog. verbo Cantus*, Petr. Cresper. *in sum. Catholicæ Fidei eod verbo.* De cantu Ecclesiæ Thom. Vualdens. *contra VVeclefistas tom. 3.* Lippoman. *contra Lutheranos*, Ioan. Bouder. *in compendio errorum tit. 28.* Conrad. Klingius *in locis communib. lib. 3.* Carol. Maranta *tom. 3. resp. 50.* De cantu organico P. Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. tract. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Capellæ Regiæ subiiciuntur decreto Concil. sess. 7. cap. 8. vers. exemptos.*
2 *Episcopus non potest compellere obtinentem capellam, vt ipsemet celebret.*
3 *Clerico simplici conferri potest capella habens onus celebrandi Missas.*
4 *Presbyter non debet esse Capellanus, cuius capellania habet clausulam quod deberet celebrare diuina Officia noctu, diuque.*
5 *Caudatario Cardinalis defuncti non est tradendum quicquam de capella ipsius Cardinalis legata alicui Ecclesiæ.*
6 *Visitare non potest Episcopus Capellas, & Altaria etiam per secularium Confraternitates constructa in Ecclesiis Regularium.*
7 *Immunitatis priuilegio non gaudent Capellæ priuatorum palatiorum.*
8 *Dispensatio Apost. requiritur ad obtinendum plures Capellas in eodem Altari, sub eadem inuocatione, cum diuersis oneribus Missarum.*

Capella.

COLLECT. CXX.

1 CApellæ Regiæ subiiciuntur decreto *Concil. sess. 7. cap. 8. vers. exemptos*, quia reseruatio exemptionis, de qua *sess. 14. cap. 11.* procedit iuxta terminos cap. cum capella de priuileg. solum quoad suspensionem, vel excommunicationem, aut interdictum non quoad visitationem. *Sacra Cong. Conc. teste Rota Romana decis. 744. p. 1. diuersor.*

2 Capellam obtinentem compellere non potest Episcopus, vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur, quod Capellanus celebret: nam istis oneribus Missarum ritè per substitutum satisfit. *Sacra Cong. Conc.* referente Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 33.*

3 Capella habens onus celebrandi Missas potest conferri simplici clerico, nisi in fundatione cautum sit vt per se ipsum celebret. *Sacra Cong. Conc.* penes Paul. Squillante *de priuileg. cleric. c. 4. num. 27.* quem refert Alphons. de Leone *de officio Capellani p. 1. quæst. 4. praxi 6. num 211.*

4 Capellæ fundatio si esset facta cum claus. quod Capellanus deberet celebrare diuina Officia noctu diuque, sicut cæteri Capellani faciunt, non inde infertur necessè vt Capellanus debeat esse Presbyter. *Sacra Cong. Conc.* apud Piasec. *d. cap. 3. num. 33.* Alphons. de Leone *de officio Capellani p. 1. quæst. 4. praxi 6. num. 217.*

5 Capella Cardinalis legata alicui Ecclesiæ integrè tradenda est, nec de illa quicquam caudatario Cardinalis defuncti consignandum est. *Sacra Cong. Rit. in causa Vrbis Sancta Maria in Via 15. Maij* 1610. de qua mentionem facit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 18. num. 20.* Capellæ Cardinalis defuncti ornamenta & paramenta, imagines & calices, ad Cameram Apost. spectant. *Iulius III. constit. incip. Cum sicut de anno* 1550. apud Scort. *in selectas summorum Pont. Constitutiones, epit. 64.*

6 Capellas & Altaria in Regularium Ecclesiis etiam per secularium Confraternitates constructa visitare non potest Episcopus. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Papien. 21. Augusti* 1615. *& in Terracinen. 22. Ianuarij* 1616. cuius memini *de iure ecclesiast. vniuerso lib. 2. cap. 8. num. 26.*

7 Capellæ priuatorum Palatiorum immunitatis priuilegio non gaudent. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Marsicen. 17. Nouembris* 1617. apud me *d. lib. 2. cap. 8. num. 28.*

8 Capellæ plures in eodem Altari sub eadem inuocatione, cum diuersis oneribus Missarum, quæ antiquitus conferebantur pluribus clericis, & ad præsens reperiuntur possideri ab vno sub titulo vnius Capellaniæ, non possunt retineri hodie absque dispensatione Apost. *Sacra Cong. Conc. sub die 17. Augusti* 1630. penes me *d cap. 8. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia incompatibilia sunt Capellania, & Mansionaria, quorum fructus sunt tenues.*
2 *Compatibiles sunt Canonicatibus & Parochialibus capellaniæ; quibus incumbit onus celebrandi Missas, & inseruiendi in choro.*
3 *Beneficium incompatibile cum alio residentiam requirente est Capellania, quæ habet onus celebrandi Missas certas, & coadiuuandi in cura animarum.*
4 *Canonicus in eadem Ecclesia retinere non potest Capellaniam, quæ habet onus annexum inseruiendi in choro.*
5 *Capellania cui adiunctum est onus simpliciter celebrandi Missas, obtineri potest cum Canonicatu.*
6 *Capellanias tres vniformes per annum ex collatione Episcopi retinens incidit in priuationem omnium ipso iure.*
7 *Ætas requiritur in Capellano, cui iniunctum est onus dicendi personaliter Euangelium, vel Epistolam, vt infra annum ad Ordinē illum promoueri possit.*
8 *Beneficia obtinentes tenentur infra annum suscipere Ordines ad illa requisitos.*
9 *Sacerdotalis non est capellania habens onus duarum Missarum qualibet hebdomada.*
10 *Residentiam personalem requirunt Capellaniæ existentes in Ecclesiis Cathedralibus, quorum redditus principaliter consistunt in distributionibus.*
11 *Missarum oneribus rectè per substitutos satisfit, licet in fundationibus disponatur, quod Capellani celebrent.*
12 *Missas per substitutum dicere potest Capellanus, cui iniunctum est onus quod celebret, & dicat tot Missas qualibet hebdomada.*

13 *Sacerdos fieri non tenetur Capellanus, nisi cautum sit, quod per se ipsum Missas celebret.*
14 *Sacerdotalis capellania dicitur illa, in cuius fundatione requiritur, quod debeat præsentari Sacerdos, &c.*
15 *Residentiam personalem non requirit, nec exigit, vt personaliter celebretur Capellania, quæ onus iniungit Capellano celebrandi quinquies in hebdomada.*
16 *Casus proponitur electionis cuiusdam Capellaniæ.*

Capellania.

Collect. CXXI.

1 CApellania & Mansionaria, quorum fructus sunt tenues, sunt incompatibilia beneficia, nec possunt retineri sub eodem tecto sine dispensatione Apost. *Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *cap.* 5. *n.* 243.

2 Capellaniæ, quibus incumbit onus celebrandi Missas, & in choro inseruiendi non sunt compatibiles cum Canonicatibus, & Parochialibus, etiamsi per earum Constitutiones liceat eis inseruire per substitutum cum licentia Ordinarij, & Capituli. *Sacra Congr. Conc.* referente Sellio *in selectu Canon. cap.* 40. *n.* 19.

3 Capellania, quæ habet onus celebrandi Missas certas, & coadiuuandi in cura animarum Ecclesiæ Plebanatus, est beneficium incompatibile cum alio beneficio Curato, vel aliàs personalem residentiam requirente, & licet eius Rector non subiiciatur dispositioni, *cap. licet Canon, de elect. lib.* 6. comprehenditur tamen sub decretis Concilij Tri. loquentis de beneficiariorum non tamen curatorum residentia. *Sacra Cong. Conc.* quam refert. Armendat. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 7. *de benefic. incompatib. n.* 50.

4 Capellaniam, quæ habet annexum onus inseruiendi in choro, non potest Canonicus in eadem Ecclesia retinere, si post Concilium illam obtinuit, nec suffragatur sola dispensatio sub eodem tecto ad duo beneficia: ante Concilium verò poterat obtineri cum dispensatione sub eodem tecto. *Sacra Congr. Conc. in Nouarien.* apud Sellium *d. cap.* 40. *n.* 20. Et secundum hanc secundam partem, & ex speciali constitutione inseruiendi per substitutum intelligenda est alia decisio præcedenti visu contraria, quæ sic cantat. Capellaniæ, quibus incumbit onus celebrandi Missas, & inseruiendi in choro, non sunt incompatibiles cum Canonicatu, & Parochialibus, si per earum Constitutiones liceat eis inseruire per substitutum, cum licentia Ordinarij, & Capituli. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 261.

5 Capellania, cui adiunctum est onus deseruiendi in choro, obtineri non potest cum Canonicatu per decretum *Concilij sess.* 24. *cap.* 17. *de reform.* non autem si haberet onus simpliciter celebrandi Missam, nisi essent sub eodem tecto, & tunc potest cum dispensatione Apostolica. *Sacra Congr. Concil.* de qua Nicol. Garcia *d. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 243.

6 Capellanias tres vniformes sub eodem tecto per annum ex collatione Episcopi retinens, incidit in priuationem omnium ipso iure. *Sacra Congr. Conc.* vt per Nicol. Garc. *d. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 98.

7 Capellania de iurepatronatus laicorum, cum est iniunctum onus dicendi Missas personaliter, vel Euangelium, aut Epistolam cantandi, non potest conferre ei, qui non est illius ætatis, vt infra annum ad Ordines promoueri possit, idem si in fundatione dictum fuerit quod obtinens esset Sacerdos Diaconus, vel Subdiaconus. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garc. *de benefic part.* 7. *cap.* 1. *n.* 99.

8 Capellania si requirit certum Ordinem comprehenditur sub decreto Conc. sess. 22. cap. 4. de refor dum statuit vt obtinentes beneficia teneantur intra annum suscipere Ordines requisitos. *Sacra Congr. Conc. apud* Nicol. Garc. *de benef. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 22.

9 Capellania habens onus duarum Missarum qualibet hebdomada, non expresso quod Capellanus per se ipsum celebret, non est Sacerdotalis. *Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. quem refero *de iure eccles. vniuerso lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 31.

10 Capellaniæ existentes in Ecclesiis Cathedralibus, quarum redditus principaliter consistunt in distributionibus quotidianis, & nonnisi solis distribuuntur interessentibus, requirunt puram residentiam personalem, & non possunt per substitutum deseruiri, & si habent onera Missarum dicuntur Sacerdotales *Sacra Cong. Conc.* referente Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *n.* 118.

11 Capellaniam obtinens non potest compelli ab Episcopo vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur, *quod Capellani celebrent*, quod istis oneribus rectè per substitutos satisfit. *Sacra Cong. Conc.* testibus Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss.* 5. *n.* 84. Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Capellania*, Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 33. *n.* 33.

12 Capellaniæ fundatione stante cum dispositione testatoris *quod quotiescunque vacaret prouideretur Capellanus, qui celebret, vel dicat tot Missas qualibet hebdomada*, non est necessarium præstare Presbyterum, sed sufficit quod Missas dicat per substitutum. *Sacra Congr. Conc. in Pistorien.* penes Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. *num.* 72. 80. & 83. quem refero *de iure Eccles. vniuers. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 32.

13 Capellaniam habens non tenetur promoueri ad Sacerdotium, nisi in fundatione cautum sit. *Vt Capellanus per se ipsum Missas in Ecclesia celebret*, sed debet curare vt per alium Missæ in illa celebrentur, neque erit satisfactum oneri si Missæ in alia Ecclesia celebrabuntur: nec personalem residentiam requirit, nisi aliter in fundatione cautum esset, *Sacra Congregatio Concilij* de qua Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 87. & 93. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *sub num.* 3.

14 Capellania est Sacerdotalis, ita vt debeat conferri ei, qui intra annum valeat promoueri ad Sacerdotium, si in eius fundatione dictum sit: *quod ad eam debeat præsentari vnus Capellanus si de genere testatoris aliquis Presbyter inuenatur, aliàs quicunque alius sit Sacerdos, qui Capellanus teneatur facere singulis anniuersarium pro anima testatoris, & teneatur Missas, & alia diuina Officia celebrare in eadem Capella iuxta facultatem, & possibilitatem fructuum, & redditunm. Sacra Congr. Conc. in Salernitana* 11. *Ianuarij* 1620. Ad decisionem 129. *Mantica*, vbi fit differentia inter Presbyterum, & Sacerdotem, fuit dictum non appellari ad casum, cum illa loquatur de obseruantia subsequuta, in qua principaliter se fundat decisio, refero Ego ipse *de iure eccles. vniuers. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 33.

15 Capellania instituta à testatore cum verbis: *Vt beneficiatus ipsius Capellæ omni die, seu saltem quinquies in hebdomada celebrare teneatur, & si negligens fuerit ipse*

beneficiatus incurrat pœnam duorum ſolidorum : non cenſetur requirere perſonalem reſidentiam, nec exigit vt perſonaliter Miſſam dicat *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benef. in addit. part. 7. cap. 1. num.* 87. quem refero *d. lib. 3. cap. 5. num.* 32.

16 Capellaniam exigens Ordinarius ad Altare maius, & ſtatim ſic erectam commutans, & erigens in titulum Canonicatus, conferens illius dotem in maſſam Canonicorum, mandanre teſtatore erigi capellam in alio Eccleſiæ loco cum dote, & onere Miſſarum, ac reſeruatione iuriſpatronatus, male agit, & commutatio facta eſt nulla, quamuis id faciat de conſenſu patroni, & capellani à teſtatore nominati, & ſub prætextu quod capella non poſſit conſtrui in illo loco. *Sacra Congr. Conc. in Aretina* 17. *Februarij* 1629. quam adducit Bonfadin. *in theſauro eccleſiaſt. deciſ. reſol.* 52. *num.* 5.

Capellania in cuius fundatione dicitur, *quod per beneficiatos prouideatur Clericus Sacerdos, qui teneatur, & debeat Miſſas celebrare, & arbitrio Capituli deſeruire, vel ipſis impeditis per alios ſubſtitutos à Capellanis eiſdem, & a Capitulo approbandos*, eſt actu Sacerdotalis. *Sacra Congr. Conc. in Materanen.* 8. *Ianuar.* 1628. cuius memini *d. lib. 3. cap. 5. num.* 33. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Functiones ſolitas facere tenentur Capellani, ſeu miniſtri Eccleſiæ quorumcunque nomine appellentur.*
2 *Quinquaginta aurei ſufficiunt pro mercede Capellani.*
3 *Officium cum Epiſcopo recitantes Capellani, debent cum eo ſe conformare.*
4 *Miſſas occurrentes de Sanctis Ordinis Monialium poſſunt ipſarum Capellani ſeculares celebrare.*
5 *Fori priuilegio gaudet Capellanus, cui capella perpetua vel in titulum fuerit aſſignata.*
6 *Cathedralis Eccleſiæ Capellani debent ſedere in choro immediatè poſt Canonicos.*
7 *Reſidere perſonaliter, vt Rectores ipſi, tenentur Capellani coadiutores ipſorum Apoſt. auctoritate inſtituti.*
8 *Societatum Capellani non debent prohiberi à Parochis quin ipſi etiam celebrent in diebus feſtis ipſarum Societatum.*
9 *Confraternitatis Capellanus non poteſt ſuo arbitrio ſine licentia Epiſcopi proceſſiones facere.*
10 *Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ præcedit Capellanus. qui curam Parochialis exercet, quando aſſociat defunctum ad ſuam Parochiam cum ſtola.*
11 *Canonicis & Capitulo conceſſum an extendatur ad Capellanos.*
12 *Habitus diſtinctus ab illo quem deferunt Manſionarij, portari debet à Capellanis.*
13 *Præcedentia inter Capellanos conceditur ſecundum tempus Ordinationis, & non poſſeſſionis.*
14 *Examinatus, & approbatus ſemel Capellanus quoad ſcientiam non eſt de illa amplius examinandus.*
15 *Sacerdos non tenetur eſſe Capellanus, cui iniunctum eſt onus celebrandi diuina Officia noctu, diuque.*
16 *Epiſcopus non poteſt in Cathedralem transferre Capellanos habentes ſeruitium chori in Capella prope illum.*
17 *Diuinis per ſe ipſum inſeruire quando teneatur Capellanus?*
18 *Reſidere tenetur Capellanus in Eccleſia Cathedrali, ſi habet onus quarundam Miſſarum, & inſeruiendi in choro.*
19 & 20 *Eleemoſynam conſuetam quando Capellanus cum certo ſalario amouibilis poſſit dare Clerico celebraturo, & retinere ſibi illius partem?* num. 20.
21 *Toletanis Capellanis in Eccleſia S. Mariæ Maioris conceditur vſus Cappæ adinſtar beneficiatorum, & locus immediatè poſt beneficiatos.*
22 *Eleemoſynam vltra ſalarium deſtinatum quando poſſint Capellani ad nutum operariorum conſtituti recipere, oſtenditur.*
23 *Miſſa vnica duabus obligationibus ſatisfacere non poteſt Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare.*

Capellanus.

Collect. CXXII.

1 Capellani, ſeu alij Miniſtri Eccleſiæ quorumcunque nomine appellentur, ſolitas functiones facere debent, licet Cæremonialis ad eas exercendas eos nomine proprio non appellet. *Sacra Cong. Rit. in Patauina 3. Auguſti* 1602. refert Sellio *in ſelect. Canonicis cap* 40. *num.* 36.

2 Capellani pro mercede ſufficiunt quinquaginta aurei. *Sacra Cong. Conc.* referente Zerola *in praxi Epiſcop. p. 2. verbo Capellanus.*

3 Capellani recitantes Officium diuinum cum Epiſcopo, ſiue Regulares ſint, ſiue ſeculares, conformare ſe debent cum Epiſcopo, & ſatisfaciunt. *Sacra Congr. Rit.* pro Regulari promoto ad Epiſcopatum 11. *Iunij* 1605. quam refert Sellius *d. cap.* 40. *num.* 37.

4 Capellani ſeculares Monialium poſſunt ex gratia celebrare Miſſas occurrentes de ſanctis ipſius Ordinis, cuius eſt Monaſterium, etiamſi ipſi non ſint eius regulam profeſſi. *Sacra Congr. Rit. in Auſtriæ Oſciponts* 21. *Decembris* 1612. de qua idem Sellius *d. cap.* 40. *num.* 41.

5 Capellanus, cui capella in perpetuum, vel ad titulum fuerit aſſignata per Papam, vel Epiſcopum, fori priuilegio gaudet. *Sacra Cong. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit.* 19. *de foro comp. num.* 26. quem cum aliis citaui *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg.* 12. *num.* 10.

6 Capellani Eccleſiæ Cathedralis, qui ſunt membra Eccleſiæ, debent incedere in proceſſionibus, & ſedere in choro immediatè poſt Canonicos, nec inter eos debent interponi Rectores Eccleſiarum aliarum etiam prætextu Doctoratus. *Sacra Congr. Rit. in Turritana* 1. *&* 27. *Iulij* 1601. *& in Terulen.* 20. *Decembris eiuſdem anni*, quarum meminit Sellius *d. cap.* 40. *num.* 51.

7 Capellani coadiutores Rectorum Parochialium cum Capellaniis perpetuò inſtitutis auctoritate Apoſt. tenentur ad perſonalem reſidentiam vt Rectores ipſi, illis tantùm exceptis, qui ex inſtitutione poſſunt per alios inſeruire, vel quibus nulla expreſsè perſonalis reſidentia iniuncta eſt: vnde & Ordinarius tenetur eos cogere, ſicut ipſos Rectores, nec poteſt cum aliquo eorum diſpenſare ad reſidentiam. *Sacra Congreg. Concil.* apud Nicol. Garc. *de benef. p. 3. cap. 2. n.* 167.

8 Capellani Confraternitatum, qui habent curam celebrandi Miſſas per totum annum, non debent prohiberi ab Archipresbyteris Eccleſiarum, vbi ſunt fundatæ Confraternitates, quin ipſi etiam celebrant in diebus feſtis ipſarum Confraternitatum. *Sacra Congreg. Rit. in Peruſina* 1. *Iunij* 1601. quam adducit Sellius *d. cap.* 40. *num.* 53.

9 Capellanus Confraternitatis non potest suo arbitrio sine expressa licentia Episcopi processiones facere. *S. Congr. Rit. in Meliten. Galatij 4. Martij* 1606. quam citat Lezana. *in sum. quaest. Regul. tom. 2. c. 15. n. 29.*

10 Capellanus, qui curam Ecclesiae Parochialis exercet quando associat defunctum ad suam Parochiam cum stola, debet praecedere ratione stolae Canonicis Ecclesiae Collegiatae. *S. Cong. Rit. in Viterbien. Barbarasi 14. Iulij* 1608. de qua Sellius *d. cap. 40. n. 54.*

11 Capellani non intelliguntur comprehensi in gratia concessa Canonicis & Capitulo vt possint vti cappis. *S. Congr. Rit. in Ferrarien. 12. Nouembris* 1605. Sed contrarium postea fuit decisum *in eadem 28. Ianuarij* 1606. referente Sellio *d. c. 40. n. 55.*

12 Capellani vt tam aestate quàm hyeme habitum distinctum deferant, ab eo, quem deferunt Mansionarij, conuenire declaratur per *S. Congr. Rit. in Ferrarien. 25. Iunij* 1607. penes Sellium *d. c. 40. n. 56.*

13 Capellanus Presbyter prius ordinatus debet praecedere Capellano postea ordinato, licet vltimò ordinatus prius acceperit possessionem capellaniae. *S. Congr. Rit. in Nouarien. 16. Iulij* 1605. apud Sellium *d. c. 40. n. 57.*

14 Capellanus semel examinatus, & approbatus quoad scientiam ab Ordinario, nulli examini exinde de scientia subiici debet. *S. Congr. Episcopor. & Regul. 17. Iulij* 1615. vt per Sellium *d. c. 40. nu. 59.*

15 Capellanus cum onere celebrandi diuina Officia diu noctuque, sicut caeteri Capellani faciunt, non tenetur esse Presbyter. *S. Congr. Conc.* testibus Quarant. *in sum. Bullarij verbo seruitium Capellaniae*, Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 1. n. 93. & 99.* Alphons. de Leone *de officio Capellani p. 1. q. 4. praxi 6. n. 217.*

16 Capellanos habentes seruitium chori in Capella propè Cathedralem existente non potest Episcopus transferre in Cathedralem ob paruum numerum Capellanorum, propter quod minus decenter ibidem chorus retineatur. *S. Congr. Conc. in Burgen. 11. Augusti* 1628. de qua Sell. *in select. Canon. c. 11. n. 18.* quem refero *in collect. ad Trident. sess. 21. de reform. c. 4. n. 7.*

17 Capellanus per se ipsum tenetur Diuinis inseruire, posita institutione Capellae infrascripti tenoris, videlicet. *Qui quidem Capellanus teneatur, & obligatus sit qualibet hebdomada dicere in ipsa Ecclesia pro remissione peccatorum testatoris duas Missas, & deseruire Ecclesiae in Diuinis. S. Cong. Conc. in Viterbien. 11. Ianuarij* 1620. cuius memini *de iure eccles. vniuers. lib. 3. cap. 5. num. 46.*

18 Capellanus in Ecclesia Cathedrali tenetur ad residentiam stante fundatione suae Capellae cum onere quarundam Missarum, & inseruiendi in choro. *S. Cong. Conc. in Ferrarien. 4. Decembris* 1627. de qua memini *d. lib. 3. c. 5. n. 41.*

19 Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione vnius Missae qualibet hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri cum eleemosyna consueta iuxta morem Religionis, retenta sibi parte dicti stipendij debiti Capellano. *Sacra Congr. Conc. in Fanen. 7. Septembris* 1630. cuius memini *d. lib. 3. c. 5. num. 39.*

20 Capellani amouibiles, qui sunt nominati, vel electi ab haeredibus testatorum ad celebrandas Missas cum assignatione certi reditus iuxta dispositionem testatorum, possunt assignare certam mercedem iuxta morem regionis Sacerdoti pro Missis celebrandis, & prò se aliam partem retinere. *Sacra Congr. Concil. in Neapolitana 17. Augusti* 1630. de qua mentionem feci *in tract. de Parocho cap. 11. n. 13. in fine.*

21 Capellanis Toletanis in Ecclesia S. Mariae Maioris conceditur vsus cappae ad instar beneficiatorum, & locus immediatè post beneficiatos. *Sacra Congr. Rit. in Vrbis sancta Maria Maioris 25. Februarij* 1606. & manutenendos esse decernitur die 9. Maij eiusdem anni. Quo autem loco sedere debeant post constructionem noui chori per Paulum V. declarauit *Eadem Sacra Congr. 30. Maij, 25. Iunij, & 17. Septembris* 1611. de quibus omnibus Sellius *d. cap. 40. n. 61.*

22 Capellani ad nutum operatiorum amouibiles, à quibus salarium recipiunt, nullo onere applicationis sacrificij adiuncto, & salarium ipsum ex eleemosynis cum onere Missarum à fidelibus oblatis non proueniat, neque certo vsui aliàs destinatum existat, possunt de consensu dictorum operariorum vltra salarium constitutum, vnicam eleemosynam recipere. *Sacra Congr. Concil. in Pistorien. 4. Decembris* 1632. quam me citato refert Alphons. de Leone *in fine sui tract. de Officio Capellani pag. vlt.*

23 Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, non potest nouam eleemosynam accipere, & duabus obligationibus vnica Missa satisfacere nisi in fundatione expressè cautum sit, quod non teneatur sacrificium applicare. *Sacra Congr. Concil. in nullius celebrationis Missarum 13. Iulij* 1630. de qua memini *de iure ecclesiastico vniuers. lib. 3. cap. 5. num. 38. & de Parocho, cap. 11. numer. 13* & me citato Alphons. de Leone *in fine sui tract. de officio Capellani pag. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Actorum Capitularium copiam sibi praestari cogere potest Episcopus.*

2 *Decanus, seu aliqui tantum Canonici, caeteris insciis, & extra locum capitularem non possunt capitularia negotia tractare.*

3 *Episcopus, & eius Vicarius possunt in actibus capitularibus interuenire, dummodo de interesse suo non agatur.*

Capitularia acta.

COLLECT. CXXIII.

Capitularium actorum copiam sibi praestari cogere potest Episcopus poenis, & censuris. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. 6. Martij & 12. Aprilis* 1596. cuius memini *in tract. de Canonicis & dignit. cap. 35. n. 6.*

2 Capitularia acta, vel negotia, quae pertinent ad Ecclesiae commodum, vel incommodum, non possunt à Decano, vel aliquibus tantum Canonicis, caeteris insciis, & non legitimè vocatis, & extra locum Capitularem decerni. *Sacra Congr. Rit. in Lamacen. 7. Octobris* 1606. de qua memini *d. c. 35. num. 6.*

3 Capitularibus in actibus interuenire potest Episcopus, & eius Vicarius, dummodo nō agatur

de interesse suo, non obstante quacunque consuetudine in contrarium *S. Congr. Conc. sub die 2. Martij* 1619. teste Sellio *in selectis Canon. cap. 18. n. 8.*

Capitulares Congregationes vide *infra collect.* 126.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralium Ecclesiarum Capitula nullum ius prætendere possunt ex indultis conferendi beneficia reseruata concessis eorum Episcopis Cardinalibus.*

2. & 3. & 6. *Canonicis, & Beneficiatis non possunt Capitula licentiam dare se absentandi, & n. 3. & 6.*

4 *Iudicare potest Capitulum super impedimento absentium ad effectum lucrandi distributiones.*

5 *Canonicos, vel Dignitates, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem emiserunt, non potest pro præsentibus habere.*

7 *Distributiones donare, remittere, aut quauis collusione relinquere non licet Capitulo.*

8 *Sedere in Concionibus debet Capitulum apud suum Episcopum.*

9 *Locus dignior in publicis processionibus relinquendus est Capitulo Ecclesiæ Cathedralis.*

10 *Præcedentiam dare debet Capitulum Ecclesiæ Vtinen. Capitulo Ciuitatensi.*

11 *Præcedentia debetur Capitulo Valuen. & non Sulmonen.*

12 *Dimissorias concedere non licet Canonicorum Capitulo etiamsi territorium habeat distinctum & exemptum.*

13 *Dimissorias potest concedere Capitulum si Episcopus sit notoriè hæreticus.*

14 *Vicarij ad nutum amouibiles in Ecclesiis Parochialibus mensæ Capitulari vnitis possunt amoueri ad nutum Capituli, ab Ordinario verò non nisi ex causa legitima.*

15 *Visitare Capitulum Cathedralis quo loco teneatur Episcopus, ostenditur.*

16 *Episcopo etiam absque Adiunctis spectat facultas procedendi contra Capitulares quando totum Capitulum deliquit.*

17 *Synodo interesse & ad eam vocari debent Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem iurisdictionem habentia.*

18 *Canonici recusantes ad Synodum accedere ab Episcopo etiam per censuras ecclesiasticas cogi possunt.*

19 *Episcopus in condendis statutis in Synodo non tenetur sequi consilium Capituli.*

20 *Processiones publicas inducere, & præscribere quo sint dirigendæ debet Episcopus cum consilio Capituli.*

21 *Ordinum sacrorum in distributione tenetur Episcopus consilium duntaxat sui Capituli adhibere, non autem assensum eiusdem expectare.*

22 *Synodum diœcesanam inducere, & publicare potest Episcopus solus sine consensu vel consilio Episcopi.*

23 *Constitutiones, statuta, & decreta potest Episcopus in Synodo diœcesana absque consensu Capituli facere, requisito tamen illius consilio.*

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ.

Collect. CXXIV.

1 Capitula Ecclesiarum Cathedralium, quibus S.R.E. Cardinales præsunt, ex indultis conferendi beneficia ecclesiastica reseruata vel affecta eisdem Cardinalibus concessis, nullum ius prætendere possunt. *Vrbanus VIII. constit. 59. incip. Accepto 10. Septembris* 1626. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. pag. ...*

2 Capitula Cathedralium non possunt Canonicis, & beneficiatis dare licentiam se absentandi ab Ecclesia, prout sibi visum fuerit. *S. Congr. Conc. in Abulen. 24. Augusti* 1596. teste Nicolao Garc. *de benefi. p. 3. c. 2. n. 423.*

3 Capitulum absque licentia Episcopi negotiorum capitularium prætextu cuiquam ex Capitularibus, aut aliis addictis seruitio chori, non potest impartiri licentiam ab Ecclesia recedendi vltra tempus à Concilio permissum. Sic verò abscedentes non solùm distributiones quotidianas non lucri faciunt, sed etiam fructibus, nisi resederint, sunt priuandi, ad eiusdem Concilij præscriptum. *S. Congr. Conc. de anno* 1620. apud Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 16. n. 72.*

4 Capitulum potest de impedimento absentium ad effectum distributiones lucrandi, iudicare, & impeditos ad functiones sibi incumbentes admittere, salua Episcopi iurisdictione. *S Congr. Rit. in Mazarien. 20. Decembris* 1601. quam refert Aldan. *d. tit. 16. n. 73.*

5 Capitulum non potest habere pro præsentibus Canonicos, vel Dignitates, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem non emiserunt. *S. Congr. Conc. in Seguntina 18. Aprilis* 1590. referente Nicol. Garc. *de benef p. 3. c. 2. n. 51. declar. 3.*

6 Capitulum etiam nemine reclamante, necnon Episcopus, licentiam absentiæ minimè dare possunt alicui Canonico, seu Præbendato, & eum habere pro præsente ad aliquod tempus quamuis breue, vltra tempus à Concilio permissum, etiam ex causis iustis, & rationabilibus, non tamen expressis in Constitutione Bonifacij VIII. quæ incipit, Consuetudinem, non obstante consuetudine immemoriali id faciendi ante, & post Concilium semper obseruata, & statuto id permittente, non tamen confirmato ab Apost. Sede. *S. Congr. Concil.* apud Nicol. Garc *d. p. 3. c. 2. n. 424.*

7 Capitulo non licet aliquo prætextu distributiones donare, relinquere, aut quauis collusione remittere alicui, qui vel à seruitio Ecclesiæ abfuerit, vel alio quouis modo distributiones legitimè debeat amittere, nec fas est cuipiam eas accipere, si acceperit, suas non facit, sed restituere cogitur, aut alteri pio loco, Episcopi arbitrio. *S. Congr. Concil.* penes Nicol. Garc *d. c. 2. n. 432.*

8 Capitulum in concionibus, debet sedere apud suum Episcopum, non autem Magistratus. *S. Cong. Rit. in Balneoregien. 25. Ianuarij* 1603. de qua Aldan. *d. tit. 16. n. 74.*

9 Capitulo Ecclesiæ Cathedralis locus dignior in publicis processionibus relinquendus est. *Sacra Congr. Rit in Anconitana 24. Augusti* 1609. vt per Aldan. *d. tit. 16 n. 75.*

10 Capitulum Ecclesiæ Vtinen. debet præcedentiã dare Capitulo Ciuitatensi. *S. Congr. Rit. in Ciuitaten. & Vtinen. 16. Iulij* 1605 referẽte Aldan. *d. tit. 16. n. 76.*

11 Capitulo Valuen. & non Sulmon. debetur præcedentia tam in synodo, quàm in congregationibus, processionibus, aliisque similibus actibus. *S. Cong. Conc. in Valuen. 6. Aprilis* 1576. *& 4. Aprilis* 1601. *& 20. Martij* 621. quas citat Aldan. *d. tit. 16. n. 77.*

12 Capitulo Canonicorũ non licet litteras dimissorias

ſorias concedere ex decreto *Concilij Trid ſeſſ.* 23. *c.* 10. etiamſi territoriũ habeat diſtinctum & exemptum ob immemorabilem poſſeſſionem, & ſine Iudices Ordinarij, *S. Congr. Concil. in Sulmonen.* 5. *Iulij* 1575. penes Aldan. *d tit.* 16. *n.* 78.

13 Capitulum poteſt concedere dimiſſorias ſi Epiſcopus ſit notoriè hæreticus. *S Congr. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de beneſi. p* 5. *c.* 7. *n.* 93. *declarat.* 10.

14 Capitulum ſi habeat nonnullas Parochias ſuæ menſæ vnitas, quibus ab immemoriali tempore deſeruiri facit per Vicarios ad eius nutum amouibiles, iuxta facultatem ſibi ab Apoſt. Sede conceſſam, præuio examine & approbatione Epiſcopi, potuerunt huiuſmodi Vicarij ad nutum Capituli amoueri. Ab Ordinario verò non niſi ex cauſa legitima, atque probata, propter quam etiamſi perpetui eſſent, amoueri poſſeor. *S. Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benef. p.* 1 *cap.* 2. *num.* 94.

15 Capitulum Cathedralis non poteſt viſitare Epiſcopus in eius domibus Epiſcopalibus ſed cum illud viſitare voluerit, debet accedere ad ſuum locum, quo licitum eſt Capitulares congregari, & eorum actus expediri conſueuerunt, ſi tamen id congruè fieri poteſt, ſin minus ad locum congruum, & communem, ſed tenetur accedere ad locum capitularem quoties proſequi valet viſitationem alicuius particularis perſonæ de Capitulo. *S. Congr. Conc.* quam refert Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 6. *de Viſitat. nu.* 39. *in reſp. ad* 8.

16 Capitulum totum quando delinquit facultas procedendi contra Capitulares pertinet ad Epiſcopum, etiam abſque Adiunctis, modo delictum non ſit in perſonam Epiſcopi, vel in contemptum eius, aut vbi Epiſcopus habet intereſſe, quia tunc facultas contra Capitulares deuoluitur ad proximum Superiorem. *S. Cong, Conc.* teſtibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l* 7 *de Epiſcopis n.* 90. Ludou. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunctor. q* 6 *n.* 5. *&* 6.

17 Capitula Collegiatarum quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentia ad Synodum ſunt vocanda. *S. Cong. Conc.* de qua Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *c.* 2. *num.* 2.

18 Capitulum & Canonici recuſantes ad Synodum accedere, ab Epiſcopo etiam per cenſuras eccleſiaſticas cogi poſſunt. *S. Congr. Conc. in Oriolen.* 27. *Martij* 1631. *in reſp. ad* 19. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 16. *n.* 79.

19 Capituli conſilium ſequi non tenetur Epiſcopus in condendis ſtatutis in Synodo, niſi in caſibus à Iure expreſſis. *S. Cong. Conc. ſub die* 5. *Iulij* 1627. apud Aldan. *d tit.* 16. *n.* 80.

20 Capitulo cum conſilio pertinet ad Epiſcopum inducere publicas proceſſiones, & præſcribere quomodo, & quò ſint dirigendæ, quod per Vicarium Generalem, abſente Epiſcopo, requirendum quoque eſt ab eodem Capitulo. *S. Congr. Rit. in Vigilien.* 28. *Septembr.* 1630 *& in Comen.* 7. *Februarij* 1632. cuius memini *in tract de Canonic c* 41. *n.* 20.

21 Capituli ſui conſilium adhibere dumtaxat tenetur Epiſcopus, non autem aſſenſum eiuſdem expectare in facienda diſtributione, ſeu deſignatione ſacrorum Ordinum, quia poteſt etiam inuito Capitulo efficere id, quod iudicauerit magis expedire. *S. Cong Conc.* v. per Verol. *in praxi Epiſcop. p.* 2, *verbo Capitulum* §. 1. Stephan. Weyms *in conſtitutiones* 14. *ex antiquo iure depromptas, & per Concilium Trid. innouatas conſtit.* 4. *in fine pag.* 40. quem refero *in tract. de Canonic. c.* 42. *n* 20. *in fine.*

Barboſ. Apoſt. Deciſ. Sum.

22 Capituli ſine conſenſu, & conſilio poteſt Epiſcopus ſolus Synodum diœceſanam indicere, & publicare. *S. Congr. Conc in Oriolen* 27 *Martij* 1631 *in reſp. ad* 14. de qua memini *d. tract. de Canon. cap.* 41. *num.* 20.

23 Capituli abſque conſenſu poteſt Epiſcopus in Synodo diœceſana facere conſtitutiones, ſtatuta, & decreta, debet tamen requirere illius cõſilium, licet illud non teneatur ſequi, niſi in caſibus à Iure expreſſis. *Eadem S. Congr. Conc. in dicta Oriolen. in reſp. ad* 15. cuius memini *d c.* 42. *n.* 23.

Capituli Eccleſiæ Calciaten. decretum, quo conceſſerat abſentiam, & licentiam cum participatione, ac ſi eſſet præſens, Archidiacono, qui exercebat Officium Auditoris pro Rege Catholico in Concilio Indiarum, non fuit confirmatum. *S. Congr Con. in Calciaten* 8. *Maij* 1627. penes Aldan. *d. d tit.* 16 *n.* 84.

Vide alia in verbo *Canonici in Capitulo collect.* 94.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius eligendus per Capitulum Sede vacante debet eſſe Doctor.*

2 *Iuriſdictio eſt penes Capitulum donec durant dies electionis Vicarij Capitularis.*

3 *Vicarij Capitularis ad electionem, abſque cauſa iteratis vicibus non eſt deueniendum.*

4 *Vicarium eligere poteſt Capitulum cum clauſula, quod non duret niſi per annum.*

5 *Tempus certum in Vicarij deputatione poteſt præfinire Capitulum Sede vacante.*

6 *Vicarios duos conſtituere poteſt Capitulum Sede vacante, & quando.*

7 *Vicarium an & quando poſſit Capitulum deputare vbi eius ad aliam Eccleſiam fuerit translatus.*

8 *Arbitros eligere non poteſt Capitulum Sede vacante ad cognoſcendum de ſuſpicionum cauſis contra eius Vicarium deductis.*

9 *Vicarium Capitularem iam hodie non poteſt ad libitum amouere Capitulum.*

10 *Officialium electione facta non poteſt Capitulum Sede vacante eos ad libitum reuocare.*

11 *Dimiſſorias ad Ordines poſt annum Sedis vacantis poteſt Epiſcopus concedere.*

12 *Patrimonij, ſeu penſionis ad titulum vt quis ordinetur non poteſt etiam poſt annum licentiam concedere Capitulum Sede vacante.*

13 *Licentiam concedere poteſt poſt annum Capitulum Sede vacante extero Epiſcopo exercendi Pontificalia, & ordinandi tam Clericos illius diœceſis, quam exteros habentes dimiſſorias.*

14 *Interſtitia ordinandis poteſt remittere Capitulum Sede vacante, ſicut Epiſcopus.*

15 *Beneficium quandocunque ſupprimere & ſibi vnire non poteſt Capitulum Sede vacante, nec poteſt conſentire vnioni ſibi facienda.*

16 *Irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus diſpenſare poteſt Capitulum Sede vacante.*

17 *Monaſteria Monialium exempta viſitare non poteſt Capitulum Sede vacante: non exempta verò maximè.*

18 *Viſitare diœceſim quando poſſit Capitulum Sede vacante oſtenditur*

19 *Visitare diœcesim potest Capitulum Sede vacante, tempore triennij non expectato, licet dicatur Episcopum consueuisse visitare singulis triennijs.*

20 *Visitare potest Capitulum Sede vacante omnia loca, quæ poterat visitare Episcopus.*

21 *Commissiones Apost in forma dignum directas Episcopo, vel eius Vicario Generali non potest exequi Capitulum Sede vacante, nec eius Vicarius.*

22 *Capitulum Sede vacante potest eligere in Vicarium Generalem Canonicum eiusdem Ecclesiæ, qui in eadem ciuitate, & Ecclesia curam quoque gerat animarum.*

Capitulum Sede vacante.

Collect. CXXV.

1 Capitulum Sede vacante debet eligere Vicarium Capitularem Doctorem, & doctoratum in aliqua Vniuersitate, non autem à persona
2 priuata. Donec autem durent dies electionis dicti Vicarij iurisdictio est penes Capitulum, non autem penes primam Dignitatem. *S.Congr.Conc.sub die* 19.*Septembris* 1620. cuius memini *in tract. de Canonicis, & Dignitatibus,c.*42.*n.*29.

3 Capitulum Sede vacante quamuis iteratis vicibus ad Vicarij Capitularis electionem deuenire possit, absque causa tamen non debet. *S.Congr.Episcop. & Regul. in Messanen.* 6. *Martij* 1618. apud me *d.c.*42.*n.* 30.

4 Capitulum Sede vacante potest eligere Vicarium cum clausula quod non duret nisi per annum. *S. Cong.Conc.sub die* 17.*Iunij* 1617. penes me *dict.cap.* 42. *num.* 44.

5 Capitulum Sede vacante potest certum tempus in Vicarij deputatione præfinire. *S.Cong.Conc.* teste Nicol.Garc. *in addit. ad suum tract.de benefic. p.* 5.*c.*7.*n.*37. Sed melius esse illum simpliciter eligere censuit. *S.Cong.Episcop.& Regul.in Caietana* 28. *Octobris* 1587. cuius memini *d.c.*42.*n.* 45.

6 Capitulum Sede vacante duos Vicarios constituere potest vt alternis mensibus Vicariatus munere fungantur, si legitima probetur immemorialis consuetudo, & illis qualitatibus sint præditi, quas requirit Concilium Trid. sess.24. cap. 16. de reform. *Sacra Congr.Concil in Panormitana* 31. *Maij* 1592. quam refert Nicol. Garcia *in addit.ad tract. de benef.p.*5.*c.*7.*n.*37. & ego *d.c.* 42.*nu.*34.

7 Capitulum tanquam Sede vacante, habita notitia etiam ex testimonio, seu documento secretarij sacri Collegij, quod Episcopus à suæ Ecclesiæ vinculo absolutus fuit in consistorio Sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem litterarum Apost. vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, poterit, & debet Sedem vacantem publicare, & Vicarium iuxta Concilij Trid. præscriptum eligere. *S. Congr.Concil.sub die* 14. *Decembris* 1624. quam refert Massobr. *in sua praxi habendi concursum requis.*1.*dub.* 9.*in Romana impress.* Ego *in collect.ad cap.*1.*num.*4.*de translat.Episcopi.*

8 Capitulum Sede vacante non potest eligere arbitros ad cognoscendum de suspicionum causis, quæ contra Vicarium ab eo, vacante Sede deputatum proponuntur, sed potest per se ipsum de illis cognoscere. *S.Congr.Conc.* testibus Nicol.Garc. *de benef part.*5.*c.*7 *n.*23. *declar.*10. Armendar. *in addit. ad recopil.legum Nauarra lib.*4.*tit.*33.*l.*3.*de recusat. n.*6. *declar.*2.

9 Capitulum potest ad libitum amouere Vicarium aliàs per ipsum electum seu confirmatum, dummodo infra octo dies alium constituat, alioquin deuoluitur ius deputandi Vicarium ad Metropolitanum; et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit ad antiquiorem Episcopum *S.Congr.Conc.* penes Nicol. Garc *de benefic. part.*5. *cap.* 7. *num.*23. *declar.* 5. Sed id Capitulo absolutè non est permissum, requiritur enim quod prius causam insinuet sacræ Congr.Episcoporum & Regul. quæ ea examinata, & sibi benè visa amouendi licentiam concedere solet, vt ipsamet declarauit de anno 1631. & sæpius rescripsisse commemoro *d.tract.Canon.cap.*42. *num.* 47.

10 Capitulum Sede vacante facta electione Officialium non potest eos ad libitum reuocare, & nouos constituere, nisi vel œconomum, vel illos officiales, quos etiam viuente Episcopo Capitulum potest deputare. *S.Congr.Conc* penes Garc *d.p.*5.*c.*7. *n.*23.*declar.*4.

11 Capitulum post annum Sedis vacantis litteras dimissorias, & facultates ordinandi concedere potest in Ecclesia vacante. *Sacra Congr. Concil.* referente Nicol.Garc. *d part.*5.*cap.* 7. *numer.*93. *declar.*1.

12 Capitulum Sede vacante post annum non arctatis concedere non potest dimissorias ordinandi ad titulum patrimonij, seu pensionis, quia hæc facultas est reseruata iudicio Episcopi. *S.Cong.Conc.* quam citat Nicol.Garc. *d p.*5.*c.*7.*nu.*93.*declar.*4. vbi aduertit hoc non videri receptum saltim in Regnis Castellæ, & in Regno Portugaliæ vidi contra decisionem seruari.

13 Capitulum Sede vacante post annum potest concedere licentiam extero Episcopo exercendi Pontificalia in eorum Ecclesijs, & Ordines conferendi tam Clericis illius diœcesis quàm exteris habentibus litteras Episcoporum suorum. *S.Congr. Conc.*apud Nicol Garc.*d c.*7.*n.*93.*declar.*5. Stephan. d'Aluin. *de Episcopor. & Abbatum potest. cap.* 27. *num.*1.

14 Capitulum Sede vacante non autem Vicarius in casibus in quibus eidem Sede Episcopali vacante licet per Conc.cap.10.sess.7. dimissorias concedere, potest etiam ex causis in Concilio expressis Ordinum interstitia remittere. *S.Congr.Concil.sub die* 17. *Maij* 1600. teste Marcel.Vulpe *in praxi iudic. fori eccles.c.*44.*n.*27.

15 Capitulum Sede vacante non potest sopprimere quodcunque beneficium, & sibi vnire, sicut Sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi Capitulo directè & principaliter, & ideo requiritur auctoritas Papæ, *Clem si vna § fin. de rebus Eccles.non alien.* penes Nicol.Garc.*de benefic.p.*12.*c.*2. *num.*68.

16 Capitulum succedit loco Episcopi in facultate ei competenti vigore decreti cap.6.sess.24. dispensandi in irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto præterquam in crimine hæresis, quia Papa sibi reseruauit. *Sacra Congr. Concil. die* 21. *Ianuarij* 1602. quam citat Sellius *in select. Canon.c.* 25.*n.*60.

17 Capitulum Sede vacante potest visitare etiam monasteria Monialium non exempta, exempta verò minimè. *Sacra Congr.Concil.*testibus Nicol. Garcia *de benefic p* 5 *cap.*7.*num.* 45. Armendar *in addit.ad recop legum Nauarra lib.*1.*tit.*6.*de Visitat.l.*5.§.2. *nu.*84.

18 Capitulum

18 Capitulum Sede vacante tunc demum potest diœcesim visitare quando lapsus est annus à postrema Antistitis visitatione, nec de proximo est Ecclesia de Pastore prouidenda; in ipsa verò visitatione circa famulatum, equitatum, & alia, forma sacri *Concily Trid. sess. 24. cap. 3. de reformat.* est præcisa obseruanda. *Sacra Congr. Concil. in Liman.* 10. *Maij* 1629. cuius memini *d. tract. de Canon. cap. 42. num. 70.*

19 Capitulum Sede vacante post lapsum annum à die vltimæ visitationis per Episcopum factæ potest visitare diœcesim tempore triennij non expectato, licet dicatur Episcopum consueuisse visitare singulis triennijs. *S. Congr. Concil. in Pampilonen. 3. February, & 10. Decembris* 1629. de qua Ego *d. cap. 42. n. 71.*

20 Capitulum Sede vacante visitare potest omnia loca, quæ poterat visitare Episcopus, *S. Cong. Conc. in Pampilonen. 13. Aprilis* 1630. apud me *d. cap. 42. num. 68.*

21 Capitulum seu Vicarius Capitularis Sede vacante non potest exequi Commissiones Apostolicas in forma Dignum, & aliàs directas Episcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel sub nomine Dignitatis *S. Congr. Conc. in Camenoten. 2. Augusti* 1631. quam refero *d. c. 42. n. 19.*

22 Capitulum Sede vacante potest eligere in Vicarium Generalem Canonicum eiusdem Ecclesiæ, qui in eadem ciuitate, & Ecclesia curam quoque gerit animarum. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Orien. 19. Martij & 19. Iulij* 619. vbi etiam fuit dictum quod contrariæ decisiones intelliguntur de Parocho rurali, refero *d. cap. 42. num. 38.*

Vide infra in verbo *Vicarius Capitularis collect. 715.*

Capitulum Sede vacante quando possit visitare, Vide in verbo *Visitare collect. 728.*

SVMMARIVM.

1 *Licentia Episcopi non exigitur vt congregetur Capitulum si absque ea congregari solet.*

2 *Archipresbyter siue prima dignitas potest conuocare Capitulum quandocumque Ecclesiæ seruitio expedire sibi videbitur.*

3 *Capitulum quandocunque vult potest se ipsum congregare.*

4 *Episcopus potest congregare Capitulum si Iudex esse potest de re spectante ad Episcopalem dignitatem.*

5 *Episcopus non potest congregare Capitulum domi suæ controuersiam cum eo habens, sed debet ad aulam Capitularem accedere.*

6 *Episcopus in suo Palatio cogere non potest Capitulum si fieri solet in Sacristia.*

7 *Capitulum cogi non potest tempore Horarum Canonicarum.*

8 *Officia diuina dum celebrantur, Capitula fieri nõ debẽt.*

9 *Distributiones quotidianas non lucrantur Capitulo interuenientes dum Missa celebratur, vel diuina officia recitantur.*

10 *Congregationes Capitulares habendæ non sunt eo tempore, quo diuina officia celebrantur nisi causa vrgens in aliud tempus differri non pateretur.*

11 *Canonicus iure potest à Congregationibus Capitularibus abesse vt choro intersit, si tempore celebrationis Diuinorum habitæ fuerint.*

12 *Capitulum habentes tempore diuinorum Officiorum extra casum vrgentem potest Episcopus sine condictibus mulctare.*

13 *Vicarium Episcopi in Capitulo admittere non tenentur Canonici, si nolunt.*

14 *Episcopus, vel eius Vicarius Canonicus potest in Capitulo interuenire, dũmodo non agatur de suo interesse, non obstante quacunque cõsuetudine cõtraria.*

15 *Vicarius, absente Episcopo, in Capitulo interuenire non potest.*

16 *Decretum faciendi libertatem Capitulo impedire non potest maior de illo.*

Capitulum siue Capitularis Congregatio.

Collect. CXXXVI.

1 Capitulum vt congregetur licentia Episcopi non exigitur, si absque ea congregari solet. *S. Congr. Episcop. & Regul. sub die 20. Augusti* 1601. cuius memini *in tract. de Canon. c. 35. n. 4.*

2 Capitulum potest per Archipresbyterum conuocari quandocunque Ecclesiæ seruitio expedire sibi videbitur, & nihilo minus diebus solitis, & ad hoc destinatis, & quotiescunque per Canonicos instabitur illud conuocare, omittere non debet. *S. Cong. Episcop. & Regul. in Ripatransòn* 6. *Octobr.* 1617. de qua memini *d. c. 35. n. 1.*

3 Capitulum ipsum potest, quandocunque vult, se congregare, & Episcopus illud ad libitum cogere vult, dummodo non proponat de re ad commodum suum, vel suorum spectante. *S. Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. nu. 97.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi. part. 3. alleg. 73. n. 16.*

4 Capitulum congregare potest Episcopus si iudex esse potest de re spectante ad Episcopalem dignitatem *S. Cong. Conc.* referente Armendar. *d. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, n. 95. in fine.*

5 Capitulum domi suæ congregare non potest Episcopus controuersiam cum eo habens, sed debet ad aulam capitularem accedere, in qua solitũ est Capitulum semper conuenire. *S. Congr. Conc.* testibus Armendar. *d. l. 7. de Episcopis num. 96* Zerol. *in praxi Episcop. p. 2. verbo Capitulum § 2.* Hieron. Veneto *de examine Episcop. lib. 4. c. 29. n. 41.*

6 Capitulum non potest cogere Episcopus in suo Palatio, si solitum sit fieri in sacristia *S. Congr. Episcop. 1. Febr.* 1585. cuius memini *de Canonic. c. 35 n. 11.*

7 Capitulum cogi non potest tempore Horarũ Canonicarum, maximè ad exigendam rationem administrationis à Canonicis. *S. Congr. Conc. 1. Febru.* 1593. quam citat Sellius *in select. Canon. c. 35 n. 30.*

8 Capitula dum celebrantur, Officia diuina fieri non debent. *S. Cong. Con.* apud Nicol. Garc. *de benef. part. 3. c. 2. n.* 559. quem refero *d. c. 35. n. 15.*

9 Capitula debent fieri peractis diuinis officiis, & præsertim Missa maiori, sed si habeantur dum Missa celebratur, vel diuina officia recitantur, distributiones quotidianas pro illis Horis Canonici non lucrantur. *S. Congr. Rit. in Vlixbonen. 17. Nouembris* 1600 quam refero *d. tract. de Canon. c. 35. n. 14. & in Eguanen. 10. Iunij* 1602. de qua Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 1. c. 12 n. 4.*

10 Capitula siue Congregationes Capitulares habendæ non sunt eo tempore, quo diuina officia celebrantur, nisi causa vrgens in aliud tempus differri non pateretur: quod si hæ Congregationes absque causa prædicta tempore celebrationis Diuinorum habitæ fuerunt, Canonicus iure ab his, vt choro intersit, abesse potest.

S.Congr.Conc. testibus Nicol.Garc. *de benef.p.3.c.2.nu.559.* Armendar. *in addit.ad recop.legum Nauarra, lib.2.tit.23.l.2.§.2.de resident.Canon.n.94.* Lezana *in*
12 *sum.q.Regul tom.2.c.12.nu.5.* Et nouissimè idem fuit decisum in eadem *S.Congr.Conc.in Oriolen.6.Martij* 1612. vbi etiam quod Episcopus potest sine Coniudicibus mulctare Canonicos habentes Capitulum tempore diuinorum Officiorum extra casum vrgentem.

13 Capitulo non tenentur Canonici admittere Vicarium Episcopi, si nolunt. *S.Cong. Conc in Amerien.24.Aprilis 1632.* cuius memini *d.tract. de Canon. cap.42.n.12.*

14 Capitulo interuenire potest Episcopus, vel eius Vicarius Canonicus, dummodo non agatur de interesse suo, quacunque consuetudine in contrarium non obstante. *S. Congr.Conc.2.Martij* 1619. penes Sellum *d c.35.n.84.*

15 Capitulo interuenire non potest Vicarius absente Episcopo. *S.Congr.Conc.* apud Massobr. *de Synodo Episcopi,c.4.dub.43.nu 35.* quem refero *d.tract.de Canon.c.35.n 12.*

16 Capitulo libertatem faciendi decreta impedire non potest maior de illo, nisi quantum valet pro vnico suo voto. *S.Congr.Episcop.13.Martij* 1615. de qua Sellius *d.c.35.n.86.*

Vide in verbo *Canonici in Capitulo collect.94.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in accessu ad Ecclesiam vti non potest cappa, nisi in maioribus festiuitatibus.*
2 *Canonici, aliique cappam deferre non possunt sine expressa licentia Sedis Apost.*
3 *Vsum capparum habentes an possint eis vti in funeralibus, remissinè.*
4 *Placentina Ecclesia Canonicis conceditur vsus cappa.*
5 *Papa Canonicis conceditur vsus cappa.*
6 *Nolana Ecclesia Canonicis conceditur vsus cappa.*
7 *Vrbeuetana Ecclesia beneficiatis de massa conceditur cappa & rocheti vsus ad instar beneficiatorum S. Petri de Vrbe.*
8 *Canonicis Collegiata S.Secund. Asten.ciuitatis conceditur vsus cappa, & rochetti.*
9 *Priori Sancti Frigidiani Lucen. Congregationis permittitur cappa Episcopalis cum capucio nigri coloris.*
10 *Priuilegium concessum Canonicis, & Capitulo Ferrarien. deferendi cappas an comprehendat Capellanos.*
11 *Priuilegium deferendi cappas concessum ab Innocentio VIII. Ecclesia Ianuen. quando comprehendat Capellanos, ostenditur.*

Cappa.

Collect. CXXVII.

1 CAppa vti non potest Episcopus in accessu ad Ecclesiam, nisi in maioribus festiuitatibus iuxta Cæremoniale. *S.Cong Conc.Rit. in Brundusina 2.May* 1601. teste Sellio *in selectis Canon.c.11.n.72.*

2 Cappam deferre nec Canonici, nec alij possunt sine priuilegio, & expressa licentia Sedis Apost. *S. Cong Rit.in Eluen.10.January* 1604. quam refert Sellius *d.c.11.n.73.*

3 Capparum vsum habentes an possint eis vti in funeralibus mortuorum? Vide *Sacram Congr.Rit. in Neapolitana 15. Martij* 1614. quam refert Sellius *citato loco.*

4 Cappæ vsus conceditur Canonicis Ecclesiæ Placentinæ prouinciæ Bononien. *S. Congr.Rit.in Placentina 12.Martij* 1616 penes Aldan. *in compendio Canon resolut lib.3.tit.19.n.46.*

5 Cappæ vsus conceditur Canonicis Ecclesiæ Papiens. *Sacra Congr. Rit.in Papien.13. Iunij* 1614. apud Aldan *d.lib. 3.tit. 19.num. 47.*

6 Cappæ vsus conceditur Canonicis Ecclesiæ Nolanæ. *Eadem Sacra Congr.Rit. in Nolana 28.Aprilis* 1607. cuius meminit Sellius *d.cap.11. num.74.*

7 Cappæ & Rocheti vsus ad instar beneficiatorum S.Petri de Vrbe conceditur beneficiatis de massa Ecclesiæ Cathedralis Vrbeuetanæ *Sacra Cong.Rit.in Vrbeuetana 15 Ianuar.*1612. vt per Aldan. *d. tit. 19. n. 48.*

8 Cappæ & Rochetti vsus Canonicis Collegiatæ Sancti Secundi Asten. ciuitatis permittitur *Sacra Cong.Rit. in Asten. 16. Maij* 1601. de qua Aldan. *d. tit. 19. num. 49.*

9 Cappa Episcopalis cum caputio coloris nigri permittitur Priori Sancti Frigidiani Lucensis Congregationis Lateranen. *Sacra Congr.Rit.in Lucen.18. Augusti* 1618. referente Aldan *d. tit. 19. num.* 50.

10 Cappas deferendi priuilegium concessum Canonicis, & Capitulo Ferrarien. non comprehendit Capellanos Ferrarienses. *Sacra Cong.Rit.12.Nouembris* 1605. Sed postca sub *die 28. Ianuarij* 1606. fuit dictum illis esse concedendum vsum capparũ iuxta formam litterarum Apostol non obstante supradicto decreto à Canonicis contra ipsos Capellanos obtento, prout attestatur Aldan. *d. tit.19. num.* 51.

11 Cappas deferendi priuilegium concessum ab Innocentio VIII. Ecclesiæ Ianuen. comprehendit etiam Capellanos extra massam, quando inseruiunt choro, & incedunt in processionibus. *Sacra Cong.Rit. in Ianuen. 21.Ianuarij 1618. & 19.Decembr.*1619. Sed postca recessit ad hac decisione sub die 30.Martij 1621. decidens dictum priuilegiũ Innocentij deferendi cappas cõpetere solum Presbyteris seu cappellanis de massa priuatiuè quoad omnes alios eiusdem Ecclesiæ Capellanos.

SVMMARIVM.

1 *Capsa cum inscriptione illa.* Eleemosyna pro Missis, *auferri debent ab Ecclesia.*
2 *Eleemosynarum capsa pro Missis etiam, qua in die commemorationis omnium defunctorum celebrantur, de Ecclesiis tolli debent.*
3 *Capsa in Ecclesia teneri possunt, vbi est satisfactum oneribus.*
4 *Fratres Minores de Obseruantia prohibentur tenere intra claustra capsas eleemosynarum pro Missis.*

Capsa.

Collect. CXXVIII.

1 CApsæ cum inscriptione illa. *Eleemosyna pro Missis*, vel alia simili, auferri debent ab Ecclesia, alioquin secularis ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso, Regularis verò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpe-

perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque actiuæ, ac passiuæ absque alia declaratione incurrit. *Sacra Cong. in decretu de celebrat. Missarum* §. 8. *sub die* 21. *Iunij* 1625. apud Angel Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *constit.* 45. *Vrbani VIII. pag.* 315. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Capsa nu.* 2.

2 Capsæ eleemosynarum pro Missis etiam quæ in die commemorationis omnium defunctorum celebrantur, vulgo dictæ *Cassa de Morti*, tolli debent de Ecclesia; nec aliàs tales eleemosynas & onera quisque potest recipere nisi impositis ita satisfecerit, vt noua valeat suscipere. *Sacra Cong. Conc. super decretu eiusdem sacra Cong. de celebrat. Missar. in dub.* 14. habetur penes Angel. Mariam Cherub. *d. constit.* 43. *pag.* 318.

3 Capsæ in Ecclesia teneri possunt, posito decreto celebrationis Missarum, vbi est satisfactum oneribus, aut breui tempore, puta vnius mensis satisfiat, aliàs non. *Sacra Cong. Conc. sub die* 3. *Iunij* 1628. quam refert me citato Alphons. de Leone *de officio Capellani in fine pag. vlt.*

4 Capsæ eleemosynarum pro Missis prohibentur teneri intra claustra Minorum de Obseruantia sancti Francisci. *Vrbanus VIII. constit.* 49. incip. *Sacrosanctum, in ordinationibus super obseruantia regula vers. Capsa, sub dat.* 14. *Iunij* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 332. & illius meminit Ioan. Marin Nouar. *d. verbo Capsa num.* 1.

Cappucini vide *in verbo Fratres S. Francisci Assisinatis* §. *Cappucini collect.* 386. *num.* 56. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Fratres Ordinis Minorum Recollecti Galliæ caputium rotundum deferre, mozzetamque largiorem assumere debent.*
2 *Sententia summa refertur super horum Fratrum caputio lata à Sede Apostolica confirmata.*
3 *Tertiarij ad Conuentus famulatum assumpti caputium deferre non possunt.*
4 *Canonicis mutari non potest per Episcopum caputium, vel aliud signum, aut color absque Sedis Apost. licentia.*

Caputium.

Collect. CXXIX.

1 Caputium rotundum deferre, mozzetamque largiorem assumere debent Fratres Ordinis Minorum sancti Francisci Recollecti nuncupati Galliæ. *Vrbanus VIII. constit.* 12. incip. *In supremo* §. 3. *sub die* 10. *Ianuary* 1624. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Caputium n...*

2 Sed quia in Regno Franciæ hæc Constitutio non seruabatur præcessit sententia de eiusdem Pontificis mandato lata, quia pronuntiatum fuit dictos Fratres Recollectos teneri, & obligatos esse ad deponendum caputium, quod deferunt acuminatum, & tam illos, qui Religionem hactenus ingressi sunt, quam alios, qui eandem Religionem in futurum ingredientur, similiter teneri ad deferendum caputium rotundum formæ, & qualitatis huiusmodi, videlicet caputium rotundum cum mozzeta largiori illi vnita, & annexa, quod in maiori latitudine suæ rotunditatis à parte anteriori ad posteriorem intra sinciput & occiput non sit largius duarum quindecimarum portionum minoris, & extremæ suæ latitudinis, quæ erit ab anteriori ad posteriorem partem intra guttur, & collum eiusdem caputij, illis imposterum penitus interdicta, quam sententiam confirmauit, eamque inuiolabiliter obseruari mandauit *Vrbanus VIII. constit.* 13. aliàs 123. incip. *Alias à nobis die vlt. Iulij* 1632. apud Angel Mariam Cherub. *in appendice tom.* 4. *Bullarij pag.* 25.

3 Caputium ferre deinceps præsumere non debent Tertiarij ad Conuentus famulatum assumpti: sed vt ab omnibus dignoscantur Fratres non esse, calceatis incedant pedibus, habitum genua non excedentem, galerum, seu biretum in capite portent. *Vrbanus VIII. sub constit.* 49. incip. *In supremo, sub tit. statuta pro vtraque familia, sub die* 10. *Nouembris* 1625. cuius meminit Ioan. Maria Nouarius *d. verbo Caputium num.* 1.

4 Caputium, vel aliud signum, aut color non potest per Episcopum Canonicis mutari absque Sedis Apost. licentia. *Sacra Cong. Rit. in Hydruntina* 1. *Septembris* 1612. *& in Brundusina Messapia* 10. *Nouembris eiusdem anni*, quas refert Sellius *in select. Canon. cap.* 23. *num.* 51.

SVMMARIVM.

1 *Fabricari possunt ex pœnis pecuniariis carceres ecclesiastici.*
2 *Religio qualibet carceres proprios debet habere saltim in qualibet prouincia.*
3 *Sortilegus, qui pactum fecerit cum diabolo carceribus perpetuis clauditur.*
4 *Religiosus professus antequam vti incorrigibilis eiiciatur, debet probari per annum in carceribus, ieiuniis, & pœnitentia.*
5 *Appellatio datur ab indebita carcerationis grauamine.*
6 *Debitum, quod septem aureos non excedit, non sufficit ad quem carcerandum in Vrbe.*
7 *Alimenta carceratis præstanda sunt ab eo, qui causam capiendi dedit, si iniustè sit carceratus.*
8 *Expensas nullas victus, aut carceris soluere tenetur carceratus non descriptus in libris custodum.*
9 *Distributiones quotidianas lucratur iniustè carceratus.*

Carcer. Carceratus.

Collect. CXXX.

1 Carceres ecclesiastici ex pœnis pecuniariis fabricari possunt. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. sub die* 25. *Iunij* 1596. teste Sellio *in selectis Canonic. cap.* 70. *num.* 18.

2 Carceres proprios quælibet Religio habere debet saltim in qualibet prouincia. *Sacra Cong. Conc. in decretis de Regularib. apostatis, & eiectis* §. 6. *sub die* 21. *Septembris* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 4. *Bullar. sub constit.* 26. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Carcer num.* 1.

3 Carceribus perpetuis, seu muro clauditur, qui sortilegus pactum fecerit cum Diabolo, & à Fide apostatauerit, si infirmitas, diuortia, aut impotentia generandi sequuta fuerit, siue animalibus, frugibus, aut fructibus damnum dederit: sed si mors est sequuta, traditur Curiæ seculari. *Gregorius XV. constit.* 46. incip. *Omnipotentes* §. 2 *sub die* 20. *Martij*

1623. apud Augel. Mariam Cherubin. *in Bullario tom. 4. pag. 327.*

4 Carceribus per annum in ieiuniis, & pœnitentia probari debet Religiuſus, profeſſus, antequam vti incorrigibilis eiiciatur: ſublatis quibuſcunque ſtatutis etiam formatis à Papa. *Sacra Congr. Concil. in decreto de Regular. apoſtatis, & electis §. 6. ſub die 21. Septembris* 1624. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Carcer num.* 2.

5 Carcerationis indebitæ grauamen per appellationem à definitiua reparari non poteſt, ac proinde ab eo appellari valet, & Ordinarius tenetur huic appellationi deferre, & proceſſum transferre ad Iudicem appellationis, interim tamen Reo manente in carceribus, donec Iudex appellationis cauſa cognita aliud iuſſerit. *Sacra Congr. Concil.* teſtibus Quarant. *in ſumma Bullarij verbo Archiepiſcopi auctoritas num.* 20. *in addit lit. B.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap* 4. *num.* 100.

6 Carcerati in Vrbe pro debito, quod ſeptem aureos non excedat, nemo poteſt niſi habeat annexam cauſam criminalem. *Pius V. conſtit.* 10. *incip. Ex ſuperna* 3. *Non Iulij* 1566. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 190.

7 Carceratis alimenta præſtanda ſunt ab eo, qui cauſam capiendi dedit, ſi iniuſtè ſit carceratus, & carceratis pro informatione Curiæ alimenta à Fiſco, & inſtigatore præſtanda ſunt, & infra triduum examinandi. *Paulus III. conſtit.* 44. *incip. Ad onus, de anno* 1545. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 682. aliàs *pag* 360. in nouiſſ. impreſſ.

8 Carcerati non deſcripti in libris Cuſtodum ad nullas victus, aut carceris expenſas tenentur. *Paulus. V. conſtit.* 71. *incip. Vniuerſi de anno* 1611. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 264. aliàs *pag.* 193.

Carceratus iniuſtè diſtributiones quotidianas lucratur. *Sacra Cong Epiſcop & Regul. ſub die* 5. *Decembris* 1600. *& Sacra Cong. die* 9. *Maij* 1626. quarum meminit *in tract. de Canonic. & Dignit. cap.* 14. *num.* 42.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Cathedralibus agentes.*
2 *Cardinales in tres Ordines diſtincti, ſunt maiores Epiſcopis, & Archiepiſcopis.*
3 *Papæ ſimoniacè electo non tenentur obedire Cardinales.*
4 *Titulos ſuos viſitare, Eccleſiam reparare, & clerum corrigere tenentur Cardinales.*
5 *Frater germanus alterius Cardinalis viuentis non poteſt fieri Cardinalis.*
6 *Cardinales quibus qualitatibus & ætate creandi.*
7 *Magiſtri ſaltim quattuor in Theologia ex quatuor Mendicantium Ordinibus in Cardinales ſunt creandi.*
8 *Tituli Cardinalium Diaconales, & Presbyterales certi & inuariabiles deſignantur.*
9 *Beneficia Cardinalium per promotionem vacant, non data per Papam retentione.*
10 *Papa circa electionem plura per Gregorium X V. & Vrbanum V I I I.*
11 *Cardinales Conclaue ingreſſi non exeunt reuerſuri, ibi vtuntur veſtibus croceis.*
12 *Penſiones eccleſiaſticas imponendi indulta conceſſa Cardinalibus reuocantur.*
13 *Cardinalis non poteſt diſponere de beneficiis Eccleſiæ cui ceſſit prætextu indulti.*
14 *Indulta ſua Cardinales non communicant Capitulis, & Canonicis in diſpoſitione beneficiorum cum illis alias communis.*
15 *Cardinales comprehenduntur ſub decreto Concilij ſeſſ. 7. c. 2. de reform.*
16 *Eccleſias profanatas conſecrandi poteſtatem non habent Cardinales in aliena diœceſi.*
17 *Dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos ex conſuetudine concedere poſſunt Cardinales ſuis familiaribus triennalibus.*
18 *Genuflexio debetur Cardinalibus extra palatium Apoſt. & abſente Papa à Clericis non Prælatis.*
19 *Seminario contribuere tenentur Cardinales Abbates commendatarij.*
20 *Cardinales Eccleſiarum Præſules indulto conferendi beneficia Eccleſiaſtica ratione Eccleſiarum quibus præſunt, vel quarum regimini vltimo loco ceſſerunt, duntaxat vti poſſunt.*
21 *Seminario vnire poteſt Cardinalis ante vacationem beneficium quod obtinet familiaris Papæ defuncti.*

Cardinalis.

Collect. CXXXI.

1 De Cardinalibus Hieronym. Manfred. *inter tract. Doct. tom.* 13. *part.* 2. *pag.* 86. *& pag.* 96. *& in alio ſuo tract. de Cardinalium ſacroſancto collegio,* Martinus Garratus *in ſimili tract. de Cardinalibus tom.* 14. *p.* 2. *pag.* 59. Andreas Barboſa *de Cardinalium præſtantia, tom.* 13. *p.* 2. *pag.* 63. *& de Cardinalibus Legatis à latere ibidem pag.* 131. Goncalus de Villadiego *de Cardinalium origine, dignitate, & poteſt. eod. tom.* 13. *part.* 2. *pag.* 57. Hieron. Alban *de Cardinalatu ibidem pag.* 105. Hieronymus Platus *de Cardinalium dignitate, & officio ad Flaminum Platum Cardinalem fratrem,* Gaſpar Fernandez Toletanus *de ſtatu, & officio Cardinal. S. R. E.* Bagnus *de dignitatib. S. R. E. tract.* 11. Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 4. *conſid.* 10. *cum ſeqq.* Duaren. *de ſacr. Eccleſ. miniſter. cap.* 13. Laneel. Conradus *in templo omnium iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *§.* 1. *cum duobus ſeqq.* Didacus ab Alaba *de Concil. p.* 1. *§.* 2. Petrus de Aliaco *in opere Gerſonis p.* 1. *in fine,* Chriſtophor. Syluestran. *de poteſtate Cardinalium,* Ioſephus Auria *de inſtitutione Cardinalium,* Turrecrem. *in ſum. lib.* 1. *capite* 80. *cum quatuor ſequentibus.* Aluar. Pelag. *de planctu Eccleſ. lib.* 2. *cap* 16. Quintil. Mandoſ. *in gloſſ. facultatum, §. conſiderantes, verbo Cardinales,* Rodulphus Cuperſ. *in cap. oportebat* 79. *diſt. §. ſequitur tex tum ſeqq.* Hieron. Roman. *de Republ. lib.* 3. *cap.* 1. *&* 2. Marol. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 1. Cotta *in memorabil verbo Cardinales,* Iſidor. Moſcon. *de Maieſt. Eccleſ. milit. lib.* 1. Anton. Poſſeuin. *in apparatu ſacro verbo Cardinalis,* Io. Ioch. Lorich. *in theſauro nouo Theolog. eodem verbo,* Petrus Creſpet. *in ſumma Cathol. Fidei ſimili verbo,* Ioſeph. de Siguença *in vita Sancti Hieronymi, lib.* 4. *cap.* 6. Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinal. in deſcript. §. Epiſcopus, n.* 7. *cum ſeqq. & de Sacrorum immun lib.* 3. *cap.* 6. Læli. Zechi *de Republ. eccleſiaſt. tit. de ſtatu illuſtriſſ. Cardinalium,* Ioann. Garc. *de nobilitat. gloſſ.* 48. *§.* 3. *num.* 26. *cum multis ſeqq.* Cardinal. Bellarm. *in ſuis contrου. Cathol. tom.* 1. *de Cleric. lib.* 1. *c.* 16. *& in apologia contra Regem Angliæ. cap.* 4. Henriq. *in ſum. lib.* 10. *cap.* 17. *de Cardinalium dignitate,* Anton. Scapus *de birreto rubro dando S. R. E. Cardinalibus,* Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib.* 15. *cap.* 4 Card. Paleoth. *de conſult. ſacri Collegij, quæſt.* 3. Quintanad. *eccleſiaſt. lib.* 4. *a num.* 102. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 34. *cum ſeq. & lib.* 7. *quæſt.* 12. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. Gonzal.

Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 24. Cardin Tusch. *pract. conclus. tom.* 1. *lit.* C. *concl.* 45. *cum seqq.* Molina *de Medrano in allegat. Proregis extranei Regni Aragon. n.* 73. *cum seqq.* Fr. Ioan. à Ponte *in conu. vtriusque Monarchiæ lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *pag.* 97. Mich. Nauclet. *de Monarchia eccles. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 11. & 12. Paul. Carrar. *in Canon. ac moribus Theolog. q.* 3. Sebast. Cæsar. *in sua relect. de ecclesiast. hierarchia p.* 1. *disp.* 2. Paulus Layman. *in Theologia morali, lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. §. 7. Monet. *de conseruator. cap.* 5. *num.* 24. *cum seqq.* Duardos *in comment. ad Bullam Cœnæ, lib.* 2. *in can.* 13. *quæst.* 6. Sanctarel. *var. resol. q.* 2. Antonin. Diana *moral. resolut. p.* 5. *tract.* 2. Machado *en su perfetto Confessor. tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 7. *tract.* 3. Ego *de iure ecclesiastico vniuersa, lib.* 1. *cap.* 34.

2 Cardinales sunt in tres Ordines distincti, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, absque testium multitudine condemnari non debent, eos offendentes sunt Rei criminis læsæ maiestatis, à Papa tantummodo iudicantur, sunt maiores Episcopis, & Archiepiscopis, licet sint tantùm Presbyteri. *Eugenius IV. constit.* 15. incip. *Non mediocri de anno* 1439. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom.* 1. *pag.* 282. aliàs 256. Eos offendentes, & hostiliter insequentes cum sociis, compluribus receptantibus, non reuelantibus excommunicantur, sunt Rei læsæ maiestatis, diffidati, intestabiles, priuati officiis, beneficiis, &c. *Pius V. constit. sua* incip. *Infelicis sæculi de an.* 1569. de qua Seort. *in selectas Bullas epit.* 109.

3 Cardinales non tenentur obedire Papæ simoniacè electo, & non complices electionis simoniacæ Papæ alium possunt eligere: qui verò simoniacè Papam elegerunt, cadunt ipso facto ab omni dignitate. *Iulius II. in constit.* 3. incip. *Cum tam diuino Kalend. Februarij* 1505. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 404. Seortium *in selectas Constitut. epit.* 50.

4 Cardinales sunt Ecclesiæ columnæ, ideoque in magno honore habendi sunt, visitare tenentur suos Titulos, ac Clerum corrigere, Ecclesiam reparare, & dum moritur, eidem aliquid legare, ex decentia in Romana Curia residere debent. *Leo X. constit.* 7. incip. *Supernæ* 3. *Non. Maij* 1514. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 474. aliàs *pag.* 407. In nouiss. edit.

5 Cardinalis nullus fieri potest, qui sit frater germanus alterius Cardinalis viuentis. *Iulius III. const.* 22. incip. *Sanctissimus de anno* 1554. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 715. Sixtus V. *constit. numero seq. citata.*

6 Cardinales Apostolorum personas repræsentant. & ex omni natione, & qui sint doctrina, & moribus insignes creandi sunt, & Diaconus Cardinalis creari non potest, nisi sit in anno 22. absens creatur sub conditione, vt infra annum se in Curia præsentet, etsi birreto rubro decoratus intra annum ad Curiam non se contulerit, eo ipso priuatur dignitate. *Sixtus V. constit.* 50. incip. *Postquam* 3. *Non. decembris* 1586. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 560. aliàs *pag.* 426.

7 Cardinalium in collegio saltim quatuor Magistri in Theologia ex quatuor Mendicantium Ordinibus sunt assumendi, & eorum vita cæteris exemplar esse, & ex illis Pontifex eligi debet: & Cardinalium Diaconorum prior, aut sequens in quarta vacatione sex Ecclesiarum, si sit in ætate, & præsens, pro ea vice præfertur Presbytero antiquiori, & ad Ecclesiam vacantem promouetur. Sixtus V. *d. constit.* 50.

8 Cardinalium titulos Presbyterales, & Diaconales certos & inuariabiles designauit Sixtus V. *constit.* 55. incip. *Religiosa Id. Aprilis* 1587. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 571. aliàs *pag.* 434.

9 Cardinalium beneficia per promotionem ad Cardinalatum vacant, non data per Papam retentione. idem Sixtus V. *constit.* 79. incip. *Sanctissimus* 16. *Martij* 1588. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 627. aliàs *pag.* 475.

10 Cardinalium circa electionem plura edixit nouissimè *Gregorius XV constit.* 13. incip. *Aeterni* 17. *Kalend. Decembris* 1621. Quoniam verò circa vsum, obseruantiam, & executionem huius Gregorianæ sanctionis multæ excitari poterant difficultates, ideo illic idem Pontifex ad eas præcidendas, & pro faciliori eiusdem Constitutionis obseruantia edidit Cæremoniale, ritus huiusmodi electionis continens, seriò obseruandum, & nequaquam immutandum, vt *in const.* 19. incip. *Decet* 4 *Id. Martij* 1621. Quæ omnia approbauit, & confirmauit *Vrbanus VIII. constit.* 45. incip. *Ad Romani* 5. *kalend. Februarij* 1625. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullar. tom.* 4. *pag* 61.

11 Cardinales ingressi in Conclaue non exeunt reuersuri, ibique viuunt vestibus croceis: non ordinati in Conclaui excluduntur à suffragio ferendo, nisi priuilegio muniti sint; habentes clausum os possunt eligere. *Gregorius XV. in dicta constit.* 19. *Cæremonialis tom.* 4. *Bullarij pag.* 103.

12 Cardinalium & aliorum indultorum reuocatio pensiones ecclesiasticas imponendi, seu ad illas nominandi nisi super iurepatronatus laicorum, vel per instrumentum publicum constet de integrali solutione alicuius termini *Vrbanus VIII. constit.* 69. incip. *Sanctissimus*, §. 2. *sub die* 20. *Iunij* 1627.

13 Cardinalis non potest disponere de beneficiis Ecclesiæ, cui cessit, prætextu indulti, quod habet tantum locum in illa, cui præest, excepto Episcopo Ostiensi, & aliis, & prętextu indulti etiam concedendi cum expressa facultate disponendi de beneficiis Ecclesiæ, cui cessit, non potest disponere de illis. *Vrbanus VIII. constit.* 60. Incip *Licet*, 10 *Septembris* 1626. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 75.

14 Cardinales Episcopi non communicant indulta Capitulis & Canonicis in dispositione beneficiorum cum illis aliàs communi. Idem *Vrbanus VIII. d. constit.* 60.

15 Cardinales comprehenduntur sub dispositione *Concil. sess.* 7. *cap.* 2. *de reform.* cum simus in lege correctoria, & materia peccati; maximus enim abusus est, vt qui vix fructuosè vnam Ecclesiam regere valet, aliam accipere audeat, præsertim cum vnusquisque in Ecclesia sua residere teneatur, *cap.* 1. *sess.* 23. *de reform. Sacra Cong. Conc.* teste Sellio *in selectis Canon. cap.* 2. *n.* 17.

16 Cardinales in aliena diœcesi potestatem non habent consecrandi Ecclesias prophanatas, nisi de indulgentia Papę *Sacra Cong. Conc.* referente Sellio *d. cap.* 2. *n.* 18.

17 Cardinales suis familiaribus triennalibus dimissorias ad Ordines suscipiendos ex consuetudine concedere possunt, tametsi illis nec ante, nec statim postea conferant beneficium. *Sacra Congr. Conc. sub die* 22. *Ianuarij* 1602. quam citat Sellius *d. c.* 2. *num.* 19.

18 Cardinalibus extra palatium Apost. & absente

Papa debetur à clericis non Prælatis genuflexio. *Caeremoniale Pontif. lib. 3. sess. 1. c. 12.*

19 Cardinales etiam Commendatarij tenentur contribuere Seminario pro Abbatiis, & beneficiis eorum iuxta taxam ab Episcopo, & deputatis factam; *Sacra Cong. Conc. in Adrien. 3. Decembris, 1622.* apud Sellium *d. cap. 2. n. 25.*

20 Cardinales Ecclesiarum Præsules indulto conferendi beneficia ecclesiastica ratione Ecclesiarum, quibus præsunt, vel quarum regimini vltimo loco cesserunt, dumtaxat vti possunt. *Vrbanus VIII. d. constit. 60.* incip. *Licet nullus.*

21 Cardinalis Episcopus habens indultum potest non obstante decreto sanctæ memor. Clementis VIII. ante vacationem vnire seminario beneficium, quod obtinet familiaris Papæ defuncti. *Sacra Cong. Conc. in Tudertina 15. Aprilis 1628.* penes Sellium *d. cap. 2. n. 25.*

Cardinalium exequiæ, vide *in verbo Exequiæ collect. 347.*

Carmelitæ fratres, vide in verbo *Fratres Carmelitæ, collect. 366.*

Cardinalis caudatarius, vide *Caudatarius Cardinalium. Collect. 138.*

SVMMARIVM.

1 *Canonizationem sancti Caroli fecit Paulus V.*
2 *Officium de sancto Carolo in prouincia Mediolan. sub ritu duplici celebratur.*
3 *Officium de S. Carolo extra prouinciam Mediolan. ab omnibus sub ritu semiduplici recitari posse conceditur.*
4 *Auctores de sancti Caroli vita & laudibus agentes referuntur.*

S. Carolus.

Collect. CXXXII.

1 SAnctum Carolum die 1. Nouembris 1610. canonizauit, & eius festum die 4. Nouembris agi iussit *Paulus V. const. 97.* incip. *Vnigenitus Kalend. Nouembris 1610.* apud Laert. Cherubin *in Bullario tom. 3. pag. 156.* aliàs *pag. 183.* in nouiss. impress.

2 S. Caroli Officium in prouincia Mediolanensi sub ritu duplici celebrari posse censuit. *Sacra Congr. Rit. in Mediolanen. 20. Nouembris 1610.* teste Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis num. 2.* Gauant. *in rub. Breuiarij sect. 7. cap. 13. num. 4.*

3 S. Caroli Officium in Breuiario & Kalendario imprimi & ab omnibus sub ritu semiduplici recitari posse concedit eadem. *Sacra Cong. Rit. 3. Septembris 1616.* apud Aldan. *d. lib. 1. tit. 18. de Sanctis num. 30.* & Gauant. *d. num. 4.*

4 De S. Caroli vita Carolus à Basilica sancti Petri, Ioannes Baptista Posseuinos, Iussanus Italicè. De eiusdem laudibus Iulius Nigro Ital. ad eundem oratio Petri Ioannis Perpiniani *in suis orat.*

Carthusienses Monachi, vide in verbo *Monachi Carthusienses collect. 502.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de casibus reseruatis agentes.*
2 *Casus quales debet Episcopus reseruare.*
3 *Restitutio incertorum non potest esse casus reseruatus.*
4 *Absolutio eius, qui nocte per ciuitatem inhoneste canens deambulat, non potest esse casus reseruatus.*
5 *Licentia absoluendi à casibus Episcopo reseruatis potest dari viua voce.*
6 *Licentia concessa ad absoluendum à casibus Sedi Apost. reseruatis, non comprehendit casus, quos Episcopus & Prælatus Religiosus cum suis subditis Regularibus reseruauit.*
7 *Iesuitæ & alij Confessarij vigore priuilegiorum Rosarij non possunt absoluere à casibus Episcopo reseruatis.*
8 *Absoluere à casibus Episcopo reseruatis possunt omnes, qui audiunt Confessiones, virtute Bullæ Iubilei indicti à summo Pont. cum facultate absoluendi à quibuscunque enormibus &c.*
9 *Absoluere à casibus Ordinariis locorum, vel Sedi Apost. reseruatis nulli Sacerdoti tam seculari quàm Regulari licet præterquam in mortis articulo.*
10 *Regulares eiusdem Ordinis non possunt quemquam absoluere à casibus reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, vel Ordinario loci.*
11 *Regularibus casus reseruauit Clemens VIII.*
12 *Regulares vtriusque sexus à casibus reseruatis etiam in Bulla Cœnæ Domini absolui non possunt à Confessariis per eos electis vigore Bullæ Cruciatæ.*

Casus reseruatus.

Collect. CXXXIII.

1 DE casibus reseruatis integros tractatus ediderunt Lælius Zechius, Horatius Gambarupta, Petrus Bellochius, Lucas Floronus, Bartholomæus Giptius olim Romæ mei amicissimus, Franciscus Longus à Coriolano, pariter Romæ mihi charissimus, Iacobus Seruetius, Ioannes Capeauilla, Martinus Frias. Homobonus de Bonis.

2 Casus Episcopo reseruati debent esse pauci, iique maximè necessarij, atrociores, & grauiores, non casus Bullæ Cœnæ, neque specialiter Papæ reseruati, neque promiscuè ij, quibus est annexa excommunicatio nemini reseruata, nisi ob frequentiam, scandalum, aut necessariam causam aliqui nominatim: neque ij, in quibus est necessaria restitutio, vel executio pro absolutione: neque ij, qui versantur circa res parui momenti, & qui frequenter eueniunt inter idiotas, licet sint mortiferi, neque in carnalibus, vbi adest periculum scandalorum, vel cadere potest suspicio ob frequentem reditum ad Ordinarios *Sacra Congr. Episcop. & Reg. 25. Nouembr. 1601.* teste Sellio *in select. Canon. c. 18. n. 2.* quem refero *in collect. ad Trid. sess. 14. de Sacram. Pænit. cap. 7. num. 7.*

3 Casus reseruatus esse non potest restitutio incertorum. *Eadem Sacra Congr. Episcopor. 14. Iunii 1619.* cuius meminerunt Gauant. *in man. Prælator. verbo* casus reseruati, Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo casus num. 31.* Ego *in collect. ad d. cap. 7. num. 7.*

4 Casus reseruatus esse non potest eorum absolutio, qui nocte per ciuitatem inhonestè canentes deambulant. *Sacra Cong. Episcop. 16. Octobris 1615.* nec eorum qui violant dies festos. *Eadem S. Congr. 16. Ianuarij 1615.* de quibus Sellius *d. cap. 18. num. 3.*

5 à Casibus Episcopo reseruatis absoluendi licentia potest dari viua voce. *Eadem Sacra Congr. Episcop. & Regul. 26. Nouembris 1602.* penes Sellium *d. cap. 18. num. 5.*

6 à Casibus Sedi Apost. reseruatis absoluendi

concessa

concessa facultas, non comprehendit casus, quos Episcopus & Prælatus Religiosus cum suis subditis Regularibus reseruauit, nisi de his fieret specialis mentio. *Sacra Congr. Concil.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. cap. 2. num. 286.*

7 à Casibus Episcopo reseruatis absoluere non possunt Patres Iesuitæ, & alij Confessarij vigore priuilegiorum Rosarij, nisi priuilegia talem tradãt facultatem, vel sint obtenta, aut confirmata post Trid. Concilium. *Sacra Congr. Concil.* quam citat Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2. num. 386.*

8 à Casibus Episcopo reseruatis absoluere possunt omnes, qui audiunt Confessiones Virtute Bullæ Iubilæi indicti à summoPont. cum facultate absoluendi à quibuscunque enormibus peccatis reseruatis Sedi Apost. etiam in Bulla Cœnæ Domini. *Sacra Cong. Conc.* vt per Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2. n. 294.*

9 à Casibus Ordinariis locorum, vel Sedi Apost. reseruatis nulli Sacerdoti tam seculari quàm Regulari, cuiusuis Ordinis etiam Mendicantium, quibuscunque priuilegiis, indultis, ac facultatibus suffulto, præterquam in mortis articulo absoluere licet. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. 7. Ianuarij 1617.* quam refert Laureot. de Peytinis *de priuileg. Regular. ad constit. 3. Iulij 11. num. 63.*

10 à Casibus reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, vel Ordinario loci non possunt quemquam absoluere Regulares cuiusuis Ordinis, Congregationis, Societatis & instituti etiam necessario exprimendi tam intra quàm extra Italiam in vim priuilegiorum, aut confirmationum huiusmodi, quas, vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, aut si secus egerint, absolutiones nullæ, atque irritæ erunt. Ab aliis verò casibus, & censuris Sedi Apost. reseruatis, siquidem Regulares habent à Sede Apost. absoluendi facultatem, illa extra Italiam minimè sublata fuit. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. 17. Nouembris 1628.* referente Sellio *d. cap. 18. num. 6.*

11 Casus reseruatos taxauit, & præscripsit cunctis Regularibus Clemens VIII. vltra quos præcipit vt alij non reseruentur à Prælatis Superioribus, nisi in Capitulo Generali, aut Prouinciali de consensu Patrum Vocalium, & matura discussione, vt in *sua constit. sub dat. 26. Maij 1593.* cuius meminerunt, de illiusque materia latè tractarunt Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 20. art. 1. cum seqq.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. quæst. 34. art. 7. cum seqq.* F. Franc. Coriolan. *in tract. de casibus reseruatis iuxta Regulam decreti felicis record. Clementis VIII. Regularibus præscriptam*, Suarez *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 18.* Molfes. *in sum. Theologiæ moralis tract. 7. cap. 20. de casibus reseruatis Prælatis Religiosorum*, Quarant. *in sum. Bullarij verbo casus reseruati*, Lezana *in sum. quæst. Regul. p. 1. cap. 18. num. 20. cum seqq. & tom. 3. verbo casus reseruatus Regularibus num. 30. cum seqq.* Laurent. de Peytinis *de Prælato q. 3. cap. 2. in princip. §. 1.* Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de casibus reseruatis*, nouissimè Iuniper à Drepano Madriti mei amicissimus *in speciali tract. de casibus reseruatis iuxta constit. Clementis VIII.*

12 à Casibus reseruatis etiam Bullæ in Cœna Domini absolui non possunt Regulares vtriusque sexus à Confessariis per eos electis vigore Bullæ Cruciatæ propter Breue Clementis VIII. *Sacra Congr. Conc. in causa Portugaliæ, & Castellæ 4. Decembris 1617.* penes Sellium *d. cap. 18. num. 8.*

Carthusiani, vide in verbo *Monachi Carthusienses collect. 302.*

S. Cassianus.

Collect. CXXXIV.

SAncti Cassiani martyris Officium cum octaua pro Ecclesia, ciuitate, & diœcesi Imolensi conceditur, & approbatur per *Sacram Cong. Rit. in Imolen. 3. Decembris 1616.* quam declarationem refert Aldan. *in compendio Canonicar. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis num. 24.*

S. Cassimirus.

Collect. CXXXV.

SAncti Cassimiri Officium sub ritu semidupl. in Breuiario imprimendum concessit *Sacra Cong. Rit. in causa Poloniæ sancti Cassimiri 23. Ianuarij 1621.* cuius meminere Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis num. 25.* & Gauant. *in Rub. Breuiarij sect. 7. cap. 5. num. 4.*

Cassinenses Monachi, vide in verbo *Monachi Ordinis sancti Benedicti collect. 484.*

S. Catharina.

Collect. CXXXVI.

1 SAnctæ Catharinæ Virginis, & Mart. Officium pro ciuitate Goana in Indiis Orientalibus approbatur. *Sacra Cong. Rit. in Goana 22. Ianuarij 1618.* de qua meminit Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis, num. 26.* De eius vita, & laudibus Philippus Diez *in summ. Catholicæ fidei*, Marcus Philippus Funestus Italico carmine, Nicolaus Borgentius, Paulus Æmilius Sanctorius.

2 Sancta Catharina de Senis nascitur Senis Etruscorum nobili Vrbe, Angelicam vitam in terris egit, anno septimo virginitatem suam Deo consecrauit, habitum B. Dominici gestauit, spiritu prophetico claruit. Obiit Romæ anno suæ ætatis 30. illam canonizauit eiusque festum Dominica prima mensis Maij agi iussit *Pius II. const. 6. incip. Misericordias 3. Kalend. Iulij 1461.* apud Laert. Cherub. *pag....*

3 Sanctæ Catharinæ de Senis pro officio Lectiones proprias sub ritu duplici de mandato S. D. N. Vrbani VIII. die vltima Aprilis ab omnibus recitandas, & ab eodem Sanctissimo reuisas, & recognitas Sacra Congregatio Rituum pro maiori fidelium commoditate imprimi posse licentiam concessit *sub die 16. Februarij 1630.* vt refert Castellin. Romæ mihi olim charus *in tract. de dilat. canoniz. sanctor. pag. 83.* De eius vita scripsit Raymundus de Capua, & Ambrosius Catharinus: de eiusdem stygmatibus Gregorius Lombardallus Italicè.

Cathedralis Ecclesia, vide in verbo *Ecclesia Cathedralis collect. 272.*

Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, vide in verbo *Canonicus Cathedralis collect. 90.*

SVMMARIVM.

1 *Cathedraticum singulis annis exigi solet ab Ordinario,*

tam in viſitatione, quàm extra.

2 *Cathedraticum non cenſetur ſublatum decreto Concil. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 3. verſ. interimque.*

3 *Epiſcopus non poteſt imponere nouam taxam nomine Cathedratici.*

4 *Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani ſiue eorum Vicarij in Parochialibus Religioni vnitis, non tenentur ad ſolutionem Cathedratici ſynodatici.*

Cathedraticum.

Collect. CXXXVII.

1 CAthedraticum, quod ſingolis annis exigi ſolet ab Ordioario tam in viſitatione, quàm
2 extra, non cenſetut ſoblatum decreto Concilij ſeſſ. 24. de reform. cap. 3. verſ. interimque caoeat. *Sacra Congr. Conc.* teſte Aemendat. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 6. de viſitat. num. 125.* quem refero *de Epiſcopo, part. 3. alleg. 73. numero 44. in fine.*
3 Cathedratici nomine noo poteſt Epiſcopus impooere oouam taxam. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regular. ſub die 15. Iunij 1619.* quam refert Sellius *in ſelectis Canon. cap. 30. num. 45.*
4 Cathedratici ſynodatici ad ſolutionem noo tenentur, oeque compelli poſſunt Fratres Sancti Ioannis Hieroſolymitaoi, ſioe eorum Vicatij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis. *Sacra Congr. Conc. in Augustana 4. Decembris 1630.* cuius meminit Sellius *in ſelect. Canon. cap. 10. num. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Prælati caudatarius dum ei ſeruiendo in proceſſionibus aſſiſtit, non poteſt mulctari ex eo quod non incedat ſub ſua Cruce.*

2 *Cardinalium caudatariis conceditur vt poſſint deferre per Vrbem ſubtanas violacei coloris.*

3 *Cardinalis defuncti caudatario an ſit aliquid dandum de vtenſilibus Capellæ.*

Caudatarius.

Collect. CXXXVIII.

1 CAudatarius dum pro ſeruitio ſui Prælati in proceſſiooibus aſſiſtit, oon poteſt mulctari, ex eo quod non incedat ſub ſua Cruce. *Sacra Cong. Rit. in Veronen. 27. Iulij 1601.* teſte Sellio *in ſelectis Canon. cap. 31. n. 6.*
2 Caudatariis Cardinalium conceditur vt poſſint deferre per Vrbem veſtes ſubtaoas violacei coloris. *Sacra Congreg. Rit. in cauſa Vrbis Caudatariorum 2. Auguſti 1608.* quam refert idem Sellios *d. cap. 31. num. 7.*
3 Caudatario Cardinalis defuocti nihil de paramentis, & vtenſilibus capellæ eiuſdem Cardinalis ab eo legatis alicui Eccleſiæ pertinere cenſuit. *Sacra Congr. Rit. in cauſa Vrbis S. Mariæ in Via 15. Maij 1610.* cuius meminit Aldan. *in compend. Canon. reſol. lib. 1. tit. 18. n. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Camerales cauſæ de plano, ſimpliciter & ſola facti veritate inſpecta expediri debent.*

2 *Papa cognoſcit appellatione remota de cauſis vertentibus inter S. R. E. Cardinales.*

3 *Religioſorum cauſæ ad Officium ſanctæ Inquiſitionis ſpectantes, non ab eorum Superioribus, ſed ab Inquiſitoribus cognoſcendæ.*

4 *Magnus Magiſter, & Conuentus Religionis Hieroſol. aut deputati ab illis cognoſcunt de cauſis inter Equites, & eorum ſubditos.*

5 *Epiſcopus non tenetur dicere Monialium ſuperioribus cauſam quare amoueat earum Confeſſarium, vel adminiſtratorem.*

6 *Epiſcoporum cauſa ciuiles, vel criminales minores in Concilio tantùm Prouinciali vel à deputatis per illud cognoſcuntur.*

7 *Matrimoniales, & criminales cauſæ Epiſcopi tantùm examini & iuriſdictioni relinquuntur.*

8 *Matrimoniales, & criminales cauſas cognoſcere ſpectat ad Epiſcopum etiam in Abbatiis exemptis donec per tres ſententias conformes conſtet eas eſſe nullius diœceſis.*

9 *Matrimonialium & criminalium cauſarum cognitio ſpectat ad Epiſcopum donec per alium prætendentem probetur immemoriabilis, & quod ſit nullius.*

10 *Nullitatis profeſſionis cauſa coram Epiſcopo, & Superiore Regulari cognoſci debet, & intra triennium terminari.*

11 *Beneficiales cauſa, quando de litterarum Apoſt. intellectu tractatur, etiam in prima inſtantia per Signaturam committuntur.*

12 *Cauſa in prima inſtantia committuntur in Curia ſi vel de affectis, vel de reſeruatis beneficiis ageretur.*

13 *Damnorum datorum per clericos, ſeu per eorum animalia cauſa coram eccleſiaſtico Iudice ſunt ventilandæ.*

14 *Epiſcopus non poteſt auocare ad effectum vt cognoſcat ſolus, cauſas pendentes inter Capitulares exemptos coram Vicario foraneo cum Adiunctis à Capitulo deputatis.*

15 *Cauſa profana vertentes coram Iudice eccleſiaſtico non comprehenduntur ſub decreto Concilij Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20.*

16 *Congregatio ad Rotam remittere ſolet cauſam, quæ indiget proceſſionibus iuridicis, & manu Regia expediri non poteſt.*

17 *Profeſſorum in electione exigitur vt cauſa ſecundum Canones probata ſint, & proceſſus inſtructus ſecundum ſtylum.*

18 *Vicarius Capitularis non poteſt cognoſcere cauſas confugientium ad Eccleſias, vel ab illa extractorum.*

Cauſa.

Collect. CXXXIX.

1 CAuſæ Camerales de plano, ſimpliciter, & ſola facti veritate inſpecta tractantur & expediuntur. *Leo X. conſtit. 24. incip. Licet 12. Iulii 1517.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 514.* aliàs *pag. 435.* in omniſſ. impreſſ.
2 Caoſæ vetteotes inter S. R. E. Cardinales à Papa appellatione remota ſunt cogooſcendæ. *Paulus IV. conſtitut. 8. incip. Cum ſæpius de anno 1556.* apud Laert. Cherubin. *tom. 1. pag. 724.* aliàs *pag. 582.*
3 Cauſas Religioſorum ad Officium ſanctæ Inquiſitionis ſpectantes non ab eorum Superioribus, ſed ab Ioquiſitoribus cognoſcendas decreuit *Paulus V. conſt. 26. incip. Romanus Kalend. Septem. 1606.*

cuius

cuius meminit Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regul. verbo Causa* 1.

4 Causæ inter Equites Hierosolymitanos, & eorum subditos cum omnibus annexis, connexis, & dependentibus terminandæ sunt à magno Magistro Religionis, & Conuentus, aut deputatis ab illis, & quando secus. *Pius IV. constit.* 9. incip. *Circumspecta Kalend. Iulij* 1560. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 9. aliàs *pag.* 7. in nouiss. impres.

5 Causam quare Episcopus amoueat, vel amouendum censeat Confessarium vel administratorem Monialium non tenetur dicere Superioribus eatum, *Gregorius XV. post Constit.* 18. incip. *Inscrutabili in declar.* 12.

6 Causæ ciuiles, vel criminales minores Episcoporum in Concilio tantùm Prouinciali, vel à deputatis per illud cognosci & terminari possunt, etiam non existentibus duodecim Episcopis, quia huiusmodi Concilia ex minori numero Episcoporum, vt plurimum constant. *Sacra Cong. Conc* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7 *de Episcop. num.* 80. quem refero *de officio, & potest. Episcopi.* 3. *alleg* 112. *num.* 115.

7 Causæ matrimoniales, & criminales ex decreto *Conc sess* 24. *cap.* 20. *de reform. vers. ad hæc*, Decania, Archidiaconis, & alijs inferioribus ademptæ, Episcopique tantùm examini, ac iurisdictioni relinquendæ Sede Episcopali vacante à Capitulo cognosci, & definiri possunt. *Sacr. Cong Conc.* 30 *Maij* 1601. cuius memini *in collect. ad Trid. d. cap.* 20. *n.* 58.

8 Causas matrimoniales, & criminales cognoscere, licentiam concionandi concedere, ac Sacerdotes ad Confessiones audiendas approbare spectat ad Episcopum etiam in Abbatiis exemptis, donec per tres sententias conformes, vel vnicam, quæ in rem iudicatam transierit, Abbatiam præfatam, ac loca illi subiecta, seu ab illa dependentia nullius diœcesis esse constiterit. *Sacra Cong. Conc. in Theatina Abbatiæ S. Ioannis in Ven.* 11. *Septembris* 1621. referente Sellio *in selectis Canon. cap.* 42. *num.* 9.

9 Causarum matrimonialium, & criminalium cognitio, & Confessariorum approbatio, ad Episcopum spectat donec per alium prætendentem probetur immemorialis, & quod sit nullius. *Sacra Cong. Conc. in nullius seu Conuersana* 26. *Iunij*, & 20. *Augusti* 1627. penes Sellium *d. cap* 42. *num.* 0.

10 Causa nullitatis professionis ex decreto Conc. cap. 9. sess. 25. de Regul. coram Episcopo, & Superiori Regulari cognosci debet, & intra triennium terminari, adeo vt si terminata non fuerit, liberum sit parti Iudices Superiores adire vigore *cap.* 20. *sess.* 24. *in princip. S. Cong. Conc. sub die* 4. *Decembris* 1597. apud Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 40. quem refero *de officio, & potest. Episcopi, part.* 3. *alleg* 81. *num.* 8.

11 Causæ beneficiales quando litteræ sub plumbo expeditæ reperiuntur, & de litterarum Apost intellectu tractatur etiam in prima instantia per Signaturam iustitiæ in Curia committuntur, ea ratione quia iudicare de viribus litterarum Apostolic. ad Romanæ Curiæ Iudices, & præcipuè Sacræ Rotæ Auditorio in ipsa versato, & non ad alios inferiores pertinet. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefic. part.* 6. *cap.* 3. *num* 8.

12 Causæ in prima instantia committuntur in Curis, si vel de affectis, vel de reseruatis beneficiis agetetur. *Sacra Congr. Conc.* penes eundem Garc. *d. part.* 6. *cap.* 3. *num.* 7.

13 Causæ damnorum datorum per clericos, & Ecclesiasticos, seu per eorum animalia, nec non per familiares ministros, & colonos Episcoporum, & mensæ Episcopalis etiam laicos, seu eorum animalia in bonis quibuscunque tam Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum quàm etiam laicorum, spectat ad Curiam Episcopalem priuatiuè. Si verò laici, eorumue ministri, & animalia damnificent bona Ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum, Curia Episcopalis procedere potest tanquam in causis mixti fori. At quando coloni, & ministri Ecclesiarum, Clericorum, & ecclesiasticorum cum animalibus propriis bona laicorum damnificant, cognitio tam quoad personas laicorum, & eorum animalia spectat ad Iudicem laicum priuatiuè: Sed si cum animalibus ecclesiasticorum, vel Ecclesiarum quoad personas spectat, ad laicum, quo verò ad animalia spectat, ad Curiam ecclesiasticam. *Sacra Congr. Cardinalium controuersis iurisdictionalibus præposita in vna Terracinen.* referente Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 1. *a.* 70.

14 Causa pendentes intra Capitulares exemptos coram Vicario foraneo cum Adiunctis à Capitulo deputatis, nun potest Episcopus auocare vt cognoscat solus, sed benè cum Adiunctis. *Sacra Congr. Conc in Burgen.* 18. *Septembris* 1627. de qua per Aldan. *d. tit.* 1. *num.* 72.

15 Causæ prophanæ vertentes coram Iudice ecclesiastico non comprehenduntur sub decreto *Concil. sess.* 24. *de reform. cap.* 20. *Sacra Congr. Conc.* teste Rota *in Leodien. dominij de Steuordia* 3. *Iulij* 1623 coram bonæ mem. *Coccino Decano* reprobata *decisione* 106. *in princ. part.* 4. *diuers.* in qua dictum fuerat Concilium citato loco procedere etiam in prophanis.

16 Causa, quæ indiget probationibus iuridicis, & manu Regia expediri non potest, à Congregatione ad Romam remittitur. *Sacra Cong. Rit. in Hispalen.* 11. *Decembris* 1604. apud Aldan. *d. tit.* 1. *num* 74

17 Causæ secundum Canones reprobatæ, & processus instructus secundum stylum requiritur in erectione professorum. *Vrbanus VIII. post constit.* 26. *in decreto de apostatis & eiectis*, §. 6. *sub die* 12. *Septembris* 1624.

18 Causas confugientium ad Ecclesiam, vel ab illa extractorum non potest cognoscere Vicarius Capitularia. *Sacra Congr. super controuers. iurisdictionalibus in Conuersana* 15 *Februarij* 1633. cuius meminit R. P. D. Alex. Sperel. *in decis. fori ecclesiast. decis.* 31. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Thurificandus est triplici ductu thuribuli celebrans tantum absente Episcopo, cæteri vero Canonici duplici ductu.*

2 *Benedictionem Episcopi debet expectare solemniter celebrans coram Episcopo antequam discedat ab Altari.*

3 *Missas celebrans, vel Confessiones audiens non ordinatus ad Presbyteratum traditur Curiæ seculari puniendus.*

4 *Missa celebranda eleemosynam percipiens integram illam dare debet, si alteri committat.*

5 *Rector, cui ratione suæ Rectoriæ iniunctum est onus celebrandi certas Missas potest per illam illas celebrari*

facere pro iusto stipendio retenta sibi parte, nisi in fundatione aliter sit cantum.

6 *Altare à quo furtim subtractæ fuerunt Reliquiæ à Militibus remanet execratum, & non potest super eo celebrari nisi de nouo consecretur.*

Celebrans. Celebrare.

Collect. CXL.

1 CElebrans tantum absente Episcopo triplici ductu thurificandus est, Archidiaconus verò, siue Archipresbyter, & cæteri Canonici duplici ductu. *Sacra Congr.* Rit. *in Patauina plebis sa.* 9. *Maij* 1606. teste Sellio *in selectis* Canon. *cap.* 19. *num.* 40.

2 Celebrans solemniter coram Episcopo debet expectare benedictionem Episcopi antequam discedat ab Altari. *Sacra* Cong. *Rit. in Alexandrina* 3. *Martij* 1608. quam refert Sellius *d. cap* 19 *num.* 42.

3 Celebrans Missas, vel Confessiones audiens non ordinatus ad Presbyteratum, licet sit minor 25. annis, maior 20. traditur Curiæ sæculari puniendus, quantumuis exemptus. *Vrbanus VIII. constit.* 79. incip. *Apostolatus* 23. *Martij.* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullar. tom* 4. *pag.* 92.

4 Celebrandæ Missæ qui percipit eleemosynam, si alteri committat, debet illam integram dare. *Vrbanus VIII. post constit.* 43. *in decretis de celebrat. Missar. declar* 10. *&* 16. *sub die* 21. *Iunij.* 1625. apud me post *tract. de officio, & potest. Episcopi. pag.* 58. *in vlt. impress.*

5 Celebrari Missam per alium valens Rector beneficij, potest tribuere Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem ciuitatis retinendo sibi aliam partem, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cantum sit. *Sacra Congr. Conc. Vrbani VIII. auctoritate super decretis eiusdem Congreg. de celebratione Missarum in resp. ad dub.* 8. penes me *in fine tract. de Episcopo pag.* 61.

6 Celebrari non potest super Altare à quo furtim non amota, nec fracta mensa subtractæ fuerunt Reliquiæ à militibus nisi Altare de nouo consecretur. *Sacra Cong. Rit. in nullius* 5. *Martij* 1633. quam refert Bonfadin. *in thesauro eccles. decision. resolut.* 3. *n.* 4.

7 Cætera vide in *verbo Missa collect.* 474. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Religiosorum nullus etiam Superior cellas separatas habere potest, sed cæteris coniuncta.*

2 *Religiosorum Superior cellas omnes reserare potest.*

3 *Guardiani singulis mensibus cellas Fratrum Minorum visitare debent sub pæna suspensionis à suis Officiis.*

4 *Monialium nulli concedenda est facultas disponendi de cellis.*

5 *Vacatio cellarum quotiescumque occurrerit, illarum distributio facienda est aliis Monialibus professione anterioribus.*

Cella.

Collect. CXLI.

1 CEllas separatas nullus Religiosorum etiam Superior potest habere, sed quisque vnica cæteris coniuncta, nudis parietibus, lecto, & mensa humili, vniformique supellectili debet esse contentus, nisi ex necessitate Officij & de licentia Superioris aliud videatur. *Clemens VIII. in decreto pro reformat. Regul.* incip. *Nullus omnino* §. 26. *sub die* 25. *Iunij* 1599. *in tom.* 4 *Bullarij pag.* 272. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Cellæ num.* 2.

2 Cellas omnes reserare potest Superior Religiosorum cum sibi videbitur, claue ad hoc fabrefacta, & propterea nullus cellam etiam noctu ita claudat quin semper à Superiore possit aperiri. *Ibidem* §. 24. penes eundem Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo Cellæ num.* 1.

3 Cellas Fratrum Minorum de Obseruantia singulis mensibus visitent Guardiani sub pœna suspensionis à suis Officiis, indéque auferant quicquid perfectæ, ac Franciscanæ repugnat paupertati. *Vrbanus VIII. post const.* 49. in illa, quæ approbat statuta generalia edita in Capitulo generali de anno 1625. incip. *In supremo sub tit. de Cismontana familia* 20. *Nouembris* 1625. de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Cellæ num.* 3.

4 Cellæ dum vacauerint Superiorum arbitrio aliis Monialibus in Ordine senioribus distribui debent, nec vlli Monialium conceditur facultas de illis disponendi. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Auersana* 26. *Ianuarij* 1604. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 4.

5 Cellarum vacatio quotiescunque occurrerit per Monialium obitum, aut quemcunque alium casum, fieri debet illarum distributio aliis professione anterioribus Monialibus. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Modenen.* 10. *Aprilis* 1615. apud Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo Cellæ num.* 4. & Aldan. *d. tit.* 10. *num.* 5. quem refero *in collectan. ad Trid. sess.* 25. *de Regular. cap.* 3. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Census redimibilis quomodo creandus.*

2 *Census creari, vel augeri non potest de fructibus, & perit re tota pereunte.*

3 *Auctores referuntur de materia Constitutionis Pij V. de censibus agentes.*

4 *Constitutio Pij V. de censibus non recepta in Hispania, Belgio, Gallia, Germania & Sicilia.*

5 *Auctores referuntur qui de censibus integros tractatus ediderunt.*

Census.

Collect. CXLII.

1 CEnsus redimibilis creari non potest, nisi super re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de sui natura fructifera, & constituitur in pecunia numerata, præsentibus Notario, ac testibus, & in eo creando apponi non possunt conditiones obligantes ad casum fortuitum eum, qui aliàs non teneretur, nec aliquod auferens facultatem alienandi rem census suppositam. *Pius V. constit.* 79. incip. *Cum onus* 14. *Kalend. Februarij* 1569. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 276. aliàs *pag.* 208. in nouiss. impres. & apud Quarant. *in sum. Bullarij verbo contractus censualis* Scott. *in selectas summorum Pont. Constit. epitom.* 104 *&* 05.

2 Census creari, vel augeri non potest de fructibus, & perit re tota pereunte, & si parte rei perest,

cuius

pro parte minuitur. Idem *Pius V.d.constit.79.* De cuius materia Bursat. *consi.214.* Sot *de Iustit.lib.6.q.5.* Zerol.*in praxi Episcop.verbo contractus censuales,* Molin.*de iustit.tract.2.disp.389 cum seqq* Less. *eod tract.li.2.c.22.* Villalob.*in sum.p.2.tract 22.diffi.8* Trullech. *in Decalog.lib.6.c.21.dub.3.* Ioan. Ant Nonar *in sum. Bullarum sub tit.de contractibus censualibus,* R.P.D. Alexand.Sperel.*in decis fori eccles.decis.28.* plures, quos refero in *collect.ad rub.de censibus in Decretalib.*

4 Aduertas tamen quod hæc Pij V. constitutio non est recepta in Hispania, vt referunt Henriq. *in sum.li.7.c.26.§.4.lit.I,* Fr.Emman.*in explicat Bul. la Cruciata,pag.mihi 214.* Salon.*tom 2.vbi de cens art.3.controu.4.* Bern.Greuæ.*ad pract.Cameræ Imper li.2. concl.7.in coronide* Fillinc.*in q.moralib.tract 35.c.3.nu.316.* Villalob.*d.tract.23.diffic.8 nu.2.* Trullanch *d.c.21.dub.3 n 19.* Similiter non fuisse receptã in Gallia, Belgio, & Germania, nec in Siciliæ Regno asserunt Less.*d.c 22.dub 13.* & Bernard Græuæ *loco citato.* Imò nec in Italia ex tacito Pontificia consensu omnes conditiones positas in illa Bulla obseruari attestatur Aloys.Ric.*in praxi aurea resol.205 n 1.*

4 Censuum Communitatum status ecclesiastici ad septem pro centenario *Clemens VIII .constit.* incip. *Qua ad, de ann.1592.* de qua Scort. *in selectas summorum Pont.Constit.epit.154 theor.309.*

5 De cẽsibus integros tractatus edidere Petrus Polerius, Petrus de Gregorio, Benedictus Bouius, Rudericus Velasquez de Auendaño, Henricus Canisius, Felician. Solis, Ludouicus Cõcina, Romualdus Coli, Nicolaus Intriglioli, Seraphinus Razzius, Gaspar Antonius Thesaurus, Ioannes da Salas, Duardos.

SVMMARIVM.

1 *Cereus Paschalis quibus diebus, & officiis accendatur? ostenditur.*
2 *Quarta funeralis Parocho non debetur ex cereis, seu intorstitiis Confraternitatum secularium funera associantium.*
3 *Intorstitia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur circa cadauera quomodo diuidenda?*

Cereus.

Collect. CXLIII.

1 CEreus Paschalis regulariter accenditur ad Missam. & Vesperas solemnes in tribus diebus Paschæ, Sabbati in Albis, & in Dominicis diebus vsque ad festum Ascensionis D. N. IESV Christi, quo die cantato Euangelio extinguitur. Ad Matutinum, & in aliis diebus, & festiuitatibus etiam solemniter celebratis non accenditur, nisi adsit consuetudo, quod durante tempore Paschali accendatur, quæ seruanda esset. *Sacra Cong. Rit. in Placentina 19 Maij 1607 in resp ad dub.13.* quam refert Aldan *in compendio Canon.resol.lib.2.tit.10.nu.50.* & illius meminit Gauant. *in rub.Missalis part.4. tit.10.n.47.*

2 Ex Cereis, seu intorstitiis Confraternitatum secularium funera associantium quarta funeralis Parocho minimè debetur. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Firmana 5. Martij 1616.* apud eundem Aldan.*d.lib.2.tit.10.n.51.*

3 Cerei, intorstitia, & candelæ, quæ per viam deferuntur circa cadauera in quibuscunque priuatis Ecclesiis diuidenda sunt pro æquali portione inter ipsos Parochos, & ministros aliarum Ecclesiarum quarumcunque etiam Regularium, & nationalium, seu aliàs priuilegiatarum, & propterea quando huiusmodi intorstitia, seu candelæ in præfatis Ecclesiis pro celebrandis diuinis officiis præsenti tempore accenduntur, finito officio extinguenda, & cuique medietas consignanda est. *Congregat. RR.DD. Præfectorum Vrbis, S.D.N. Vrbano VIII.* approbante *sub die 21. Martij 1629.* cuius meminit Aldan.*d.tit.10.n.52.*

Barbos.Apost,Decis.Sum.

Charitatiuum subsidium, vide in verbo *subsidium charitatiuum, collect.687.*

Chrisma.

Collect. CXLIV.

1 CHrisma quotannis confici debet ab Episcopo, & per suam diœcesim distribui, quo consecrato cremantur vetera, & adhibetur nouũ, in casu autem necessitatis possunt etiam adhiberi vetera. *Sacra Congr. Rit.in Sepien. 7. Decembris 1601.* quam refert Sellius *in select.Canon.c.1.n.17.*

2 Chrismatis tantùm conferendi gratia, accedente Episcopo ad loca suæ diœcesis, laici, & Rectores Ecclesiarum ad illius expensas non tenentur. *Sacra Cong.Conc.* teste Armen. *in addit.ad recop. legum Nauarra lib.1.tit.18.l.7 in declaration.n.77.* Vide infra *collect.292.n.22.& 23.*

Christi equites in Lusitania, vide *collect.309.*

S. Christophorus.

Collect. CXLV.

SAncti Christophori Officium pro oppido Rondæ Malaciten. diœcesis conceditur à *Sacra Cong. Rit. in Malaciten.17. Maij 1600.* de qua meminit Aldan.*in compendio Canonic.resolut.lib.1.tit.18. de Sanctis, n.15.*

SVMMARIVM.

1 *Religiosus nullus à seruitio chori censetur immunis etiam prætextu cuiuscunque priuilegij, & superioritatis.*
2 *Officium dato signo inchoandum est in choro non expectato Vicario.*
3 *Officium est inchoandum in choro elapsa tertia parte horæ post signum datum.*
4 *Regimen chori ad Cantorem pertinet.*
5 *Officia defunctorum & B Mariæ, & Psalmos Pœnitentiales, & Graduales in diebus assignatis tenentur Canonici recitare in choro.*
6 *Cæremonialis libri ad formam debet reduci chorus Canonicorum.*
7 *Præfectus chori non potest creari ab Episcopo quando id munus ad primam Dignitatem pertinet.*
8 *Chorus vniuersus ad Primam, & Completorium debet replicare Misereatur, & Confiteor.*
9 *Officium paruum B. Virginis in choro recitandum est tempore Paschali sine addito Alleluia.*

Chorus.

Collect. CXLVI.

1 CHori à seruitio nullus omninò Religiosus prætextu cuiuscunque priuilegij, vel superioritatis etiã Generalatus censetur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprij Officij munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem & Prædicatoribus Superiores iis tãtùm diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispen-

sate possunt; idem quoque præstare valent cum ægrotis, & studiorum causa legitimè impeditis. *Clemens VIII. in decretis pro reformat. Regul.* incip. *Nullus* 25. *Iunij* 1599. quæ habentur inter Bullas huius Pont. *tom. 3. Bullarij constit.* 60. de qua meminerunt Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 1. cap.* 10. *num.* 20. & Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regul. verbo Chorus num.* 6.

2 Choro officium dato signo inchoandum est non expectato Vicario. *S. Cong. Rit. in Nesitonena. Februarij* 1606. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap. 3. num.* 96.

3 Et non est inchoandum statim dato, sed elapsa tertia parte horæ post signum. *Eadem S. Cong. in Tarentina Cryptaliarum 3. Septembris* 1605. *in resp. ad 5. dub.* cuius memini *in tract. de Canon. & Dignit. cap.* 34. *n.* 7. & 8.

4 Chori regimen ad Cantorem pertinet, in quo nec Archipresbyter, nec alius quispiam debet se intromittere. *S. Cong. Rit. in dicta Tarentina Cryptaliarum.*

5 Choro Canonici, qui Breuiarium à Pio V. reformatum acceptarunt, tenentur recitare Officia defunctorum, & B. Mariæ, & Psalmos Pœnitentiales, & Graduales in diebus assignatis in rubricis dicti Breuiarij. *S. Cong. Rit. in Pacen. de mense Ianuarij* 1606. penes me *d. tract. de Canon. cap.* 34. *num.* 4.

6 Chorus Canonicorum si commodè fieri potest debet reduci ad formam libri Cæremonialis. *Sacra Cong. Rit. in Granaten.* 9. *Maij* 1606. vt per Sellium *d. cap. 3. num* 98.

7 Chori Præfectus non potest creari ab Episcopo quando id munus ad primam Dignitatem pertinat, sine licentia Apostolica, etiam quod chorus non rectè gubernetur. *Sacra Cong. Rit. in Cephaluden. 4. Iulij.* 1615. referente Sellio *d. cap. 3. num.* 99.

8 Chorus vniuersus ad Primam, & Completorium debet replicare, *Misereatur*, & *Confiteor*, *Sacra Cong. Rit. in Placentina* 19. *Maij* 1607. *in resp. ad dub.* 16. de qua Sellius *d. cap. 3. num.* 97.

9 Choro recitandum est Officium paruum B. Virginis tempore Paschali sine addito Alleluia. *Sacra Cong. Rit sub die* 28. *Martij* 1626. apud me *d. tract. de Canon. cap.* 34. *num.* 6.

10 Vide *in verbo Canonici in choro collect.* 93.

Ciminiarcha.

Collect CXLVII.

1 Ciminiarcha Metropolis Neapolitanæ dum celebrationibus Officiorum, processionibus, &c. absque Canonicis interuenit, potest Baculum ornatum in manibus in signum Superioritatis & regiminis deferre. *Sacra Cong. Rit. in Neapolitana* 19. *Ianuarij* 1619. quam refert Bonfadin. *in thesauro Ecclesiast. decis. resol. 3. num.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Aridi, & non madefacti debent esse cineres, qui supra capita fidelium imponuntur prima die Quadragesimæ.*

2 *Episcopo ministrare cineres feria quarta cinerum non ad primam Dignitatem, sed ad* Canonicum *ea die celebrantem pertinet.*

3 *Capite detecto cineres prima die Quadragesima distribuendi.*

4 *Benedictio cinerum in prima die Quadragesima à Parocho, facienda.*

5 *Dignitas, vel* Canonicus *à quo celebrans recipit cineres, supra omnes eos recipere debet.*

Cineres.

Collect CXLVIII.

1 Cineres, qui super capita fidelium imponuntur prima die Quadragesimæ, debent esse aridi, & non madefacti in modum luti. *Sacra Cong. Rit. in Egitanien.* 23. *Maij* 1603. teste Sellio *in selectis* Canon. *cap.* 5. *n.* 55. Gauant. *in rub. Missalis in Indice decretorum num.* 3.

2 Cineres Episcopo ministrare feria quarta Cinerum non ad primam Dignitatem, sed ad Canonicum ea die celebrantem pertinet. S. *Cong. Rit. in Brixinen.* 28. *Maij* 1616. quam refert Sellius *d. cap.* 5. *num.* 56.

3 Cineres qui distribuunt detecto capite distribuere debent. *Sacra Congr. Rit.* 18. *Iulij* 1626. cuius memini *in tract. de Parocho cap.* 12. *n.* 10. & Gauant. *in d. Indice decretorum n.* 34.

4 Cinerum benedictio, quæ solet fieri prima die Quadragesimæ, connumeratur inter functiones Parochiales, & ideò à Parocho est facienda. *Sacra Congr. Rit. in Alatrina* 5. *Martij* 1633. de qua memini *d. cap.* 12. *num.* 8.

5 Cinerū in distributione supra omnes alios, etiam supra Vicarium Generalem præferenda est illa Dignitas, vel Canonicus, à quo celebrans recepit cinerem, post quem immediatè Vicarius generalis præferendus est. *Sacra Cong. Rit. in Vulterana terra Gualdi* 5. *Martij* 1633. penes me *d. cap.* 12. *sub num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Circuli denotant membrorum vnionem.*

2 *Canonici ad circulos non debent accedere cum Episcopo coadiutore.*

3 *Vicarius Generalis non debet facere circulum in Missa solemni ante Episcopum.*

4 *Canonici ad Chorum obligati ante Episcopum interessentem cum cappa Missis decantandis circulum facere tenentur.*

Circulus.

Collect CXLIX.

1 Circuli denotant membrorum vnionem, & ideo Canonici ad illos non debent accedere cum
2 Episcopo coadiutore, quia ille non est caput. *Sacra Congr. Rit. nomine Cardinalium Paleoti, & Veronen. sub die* 31. *Ianuarij* 1561. *in resp ad* 5. testibus Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas auctor.* 13 *num.* 12. *in fine.* Piasec. *in praxi Episcop part. 1. cap. 1. n.* 10. Campan. *in diuersorio Iuris Canon rub. 7. cap. 6. num.* 107.

3 Circulum in Missa solemni ante Episcopum ad Hymnum Angelicum, Credo, Sanctus, &c. facere debent dignitates, & Canonici, & non alij, etiam Vicarius Generalis. S. *Cong. Rit. in Maceraten.* 28. *Septembris* 1630. cuius memini *de Canonic. cap.* 33. *num.* 25.

4 Circulum facere tenentur iuxta dispositionem Cæremonialis Episcoporum Canonici ad chorum obligati; Episcopo interessenti cum cappa Missis decantandis. *S. Congr. Rit. in Cassanen.* 5. *Martij* 1633. penes me *d. cap.* 33. *num.* 2. *in fine.*

5 *Cistercienses Monachi*, vide in verbo *Monachi Cistercienses collect.* 487.

6 Citationes Curiæ Episcopalis, vide in verbo *Episcopus, collect.* 282. *num.* 33.

S. Clara.

Collect. CL.

1 Sanctam Claram de Assisio Virginum catalogo ascripsit, & diem festum 12. Augusti celebrari iussit *Alexander IV constit.* 3. incip. *Clara* 6. *Kalen Octobris* 1255. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 81. Regulam ei à Sancto Francisco traditam approbauit idem *Alexander IV. constit.* 4. incip. *Benigna*

4. *Kalend,*

4 *Kalend Nouembris* 1255. apud Laert. Cherubin. *d. tom.* 1 *pag.* 85. & illarum meminit Aldan. *in Compendio Canon resolut lib.* 1. *tit.* 8 *de Sanctis nu* 41.

2 Beatæ Claræ de Monte Falco Officium, & Missa de communi Virginum cum oratione propria in Missali, concessit Monialibus Ordinis Eremitarum S. Augustini. *Vrbanus VIII. constit.* 23. incip. *Domini nostri*, §. 2. *sub die* 14. *Augusti* 1624. apud Angelum Mariam Cherubin. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 39. & apud Empol. *in suo Bullar pag.* 574.

SVMMARIVM.

1 *Superior Religiosorum in quolibet conuentu clauem omnium Cellarum illius habere debet, vt possit aperire, & visitare ad libitum.*

2 *Sacrarij Sanctissimi Sacramenti clauis in Conuentibus Monialium non debet illis committi, sed debet esse penes Sacerdotem, cui incumbit cura illud administrandi.*

3 *Tabernaculi clauis, in quo sanctissimum Sacramentum feria quinta in Cœna Domini asseruatur, nequaquam laicis etiam illustribus tradenda est, sed potius dignitati, vel Canonico in crastinum celebraturo.*

Clauis.

COLLECT. CLI.

1 CLauem omnium cellarum Superior Religiosorum in quolibet Conuentu habere debet, vt possit aperire, & visitare ad libitum. *Clemens VIII. in decretis pro reformatione Regularium*, incip. *Nullus omnino*, §. 24. *sub die* 25. *Iunij* 1599. *in tom.* 4. *Bullarij pag.* 172.

2 Clauis custodiæ Sanctissimi Sacramenti Monialibus non committi, sed penes eum Sacerdotem semper esse debet, ad quem spectat illud administrandi cura. *Sacra Cong Episcop. & Regular. in Vallisoletana* 12. *Ianuarij* 1604. apud Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regul. verbo Clauis, n.* 4.

3 Clauis custodiæ Sanctissimi Sacramenti feria quinta in Cœna Domini vnica debet esse, retinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturo, & nullo modo apud personas laicas & seculares, cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, non obstante consuetudine contraria, & hoc in omnibus Ecclesiis tam secularibus, quàm Regularibus quouis modo à iurisdictione Ordinariorum exemptis. *Sacra Congr. Rit. sub die* 30. *Ianuarij* 1610. apud Gauant. *in rub. Missalis, part.* 4 *tit.* 8. *n.* 9. *lit.* T. & *in Caurien.* 15. *Decembris* 1632. cuius memini *in tract. de Parocho, cap.* 20 *n.* 51. & nouissimè *die* 13. *Septembris* 1642. *in vna Calaguritana* Collegiatæ de Victoria eadem Sacra Congr. decretis antiquis inhærendo respondit clauem Tabernaculi in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum feria quinta in Cœna Domini asseruatur, nequaquam laicis etiam illustribus tradendam esse, sed potius dignitati, vel Canonico in crastinum celebraturo. Vidi Originale.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem incurrunt mulieres ingredientes claustra quorumcunque ordinum Regular.*

2 *Pœnas claustra violantium incurrunt mulieres ingredientes monasteria Monialium, etiam cum licentia, nisi interuenerit earundem consensus expressus.*

3 *Claustralibus non licet transire ad non claustrales.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Claustra. Claustrales.

COLLECT. CLII.

CLaustra, & Monasteria quorumcunque Ordinum Regularium ingredientes mulieres excommunicationem incurrunt. *Pius V. constit.* 1
20. incip. *Regularium* 24. *Octobris* 1566. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag* 198. & illius meminerunt Ioan. Maria Nouar. *in Lucerna Regular. verbo claustra, n* 1. Bonacin. *de clausura Relig. q.* 5. *puncto* 2, *n.* 5. Ego *de officio, & potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 102. *n.* 92. vbi cum aliis, quos refero, dixi sub hac Constit. non comprehendi Imperatricem, Reginas, Infantes, & ancillas, quas secum deferunt. Et quamuis circumferuntur aliquæ declarationes, quibus videbatur decidi licere mulieribus ingredi claustra Religiosorum ex causa processionis ordinariæ, nihilominus nouissimè *Sacra Cong. Rit. die* 30. *Septembris* 1628. respondit non licere mulieribus comitari processiones per claustra monasteriorum Regularium, nisi adsit in hoc expressa licentia Sedis Apost. quam declar. refert Marcel. Vulpe *in praxi iudic fori ecclesi. c.* 4 *n.* 7.

Claustra violantium pœnas incurrunt mulieres ingredientes monasteria Monialium, etiam
2 cum licentia, nisi interuenerit earundem consensus expressus capitulariter, & per secreta suffragia. *Vrbanus VIII. constit.* 19. incip. *Sacrosanctum* 26. *Octobr.* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4 *pag.* 49 cuius meminerunt Laurent de Peyrinis *in formulario Regular. lit. M, c.* 3. *n.* 5. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo claustra, n* 3. Ego ipse *d. alleg.* 102. *n.* 59.

Claustralibus non licet transire ad non Claustrales, vt sunt Militares, & Hospitalarij, per licen-
3 tias, quæ conceduntur Claustralibus ingrediendi quamlibet Religionem. *Sacra Cong. Conc.* testibus Quarant. *in sum. Bullarij. verbo Monasteria, & Conuentus, vers. quoad transitus.* Lezana *in sum quæst. Regul to.* 2 *c.* 6 *n.* 18 Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Claustrales, n* 1.

SVMMARIVM.

1 *Moniales tacitè, vel expressè Religionem professæ tenentur seruare clausuram.*

2 *Regularium nullus clausuram exire, nisi cum socio, & licentia.*

3 *Monialium clausuram sine socio ingredi potest Sacramenta Pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis administraturus.*

4 *Monialium clausuram non ingreditur Episcopus in exploratione voluntatis, nouitia, vel alio simili actu.*

5 *Episcopo, seu Ordinis Generali non licet ingredi clausuram prætextu dandi habitum nouitiabus, vel excipiendi ad professionem, aut occasione benedicendi Abbatissas.*

6 *Episcopi procurare tenentur seruari inuiolatam clausuram Monialium.*

7 *Ordinarij in visitatione clausuræ Monialium Regularibus subiectarum possunt illas examinare super his, quæ ad dictam clausuram spectant.*

8 *Episcopus potest videre, quoties id expedire iudicauerit, an clausura seruetur etiam in monasteriis Monialium Regularibus subiectarum.*

9 *Episcopus potest visitare clausuram Monialium exemptarum toties quoties voluerit etiam sine præsentia suorum Superiorum.*

10 *Monialium Regularibus subiectarum monasteria ingredi licet Episcopo, seu eius Generali Vicario ad hoc speciale mandatum habenti pro visitatione*

clausura etiamsi nulla rationabilis violatæ clausuræ suspicio irrepserit.

11 *Visitandi clausuram Monialium etiam Regularibus subiectarum facultas tributa Episcopo transit in Vicarium Generalem non habentem ad id speciale mandatum.*

12 *Suffraganeus Episcopus vt Suffraganeus non potest absque speciali commissione visitare clausuram Monialium.*

13 *Sacristia choro contigua alicuius monasterij sub districtu clausuræ comprehenditur.*

14 *Horti & prata Religiosorum monasterijs eorum contigui comprehenduntur sub constitutione Pij V. vt mulieres si in eos ingressæ fuerint, absolutione indigeant.*

15 *Infirmaria non adstringuntur clausura.*

Clausura.

Collect. CLIII.

1 Clausuram seruare debere Moniales tacitè vel expressè Religionem professas volunt, & clausuram seruare nolentes recipi in quibuscunque monasteriis prohibuit *Pius V. constit.* 8. incip. *Cura pastoralis Kalend. Iulij* 1566. apud Laer. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *p.* 184. aliàs *pag.* 138. in nouiss. impress. & illius meminere Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo clausura, nu.* 3. Ioan. Anton. Nouar. *in sum Bullarum sub tit de clausura super Bulla Pij V.* Scott. *in selectas summorum Pont. Constit. epit.* 92. *&* 93.

2 Clausuram nemo Regularium exit nisi cum socio, & licentia ex causa singulis vicibus ac benedictione Superioris, qui non concedit, nisi probata causa, iniuncto socio non petito, neque sæpe eodem post regressum vadit pro benedictione ad Superiorem, qui actum perquirit. *Clemens VIII. in decretis pro reformat. Regularium*, incip. *Nullus* §. 19. *&* 21. *sub die* 25. *Iunij* 1599. *tom.* 4. *Bullarij pag.* 270. cuius meminit Nouar. *d. verbo clausura, n.* 1.

3 Clausuram Monialium ingredi potest sine socio Sacramenta Pœnitentiæ, Sanctissimæ Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis administraturus. *S. Cong Episc. & Regul. sub die* 13. *Septemb.* 1583. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap* 8 *n* 31.

4 Clausuram Monialium non ingreditur Episcopus in esploratione voluntatis nouitiæ, vel alio simili actu, sed stare debet ante fenestellam cancellorum examinando mentem ipsius puellæ. *Sacra Cong. Conc.* testibus Ioan. Maria. Nouar. *d. verbo clausura num.* 6. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *cap* 16. *n.* 25. quem refero *de officio, & potest. Episcop. p.* 3. *Alleg.* 100. *n.* 6. *in fine.*

5 Clausuram ingredi non licet Superiori, aut Episcopo, seu Ordinis Generali prætextu dandi habitum nouitiabus, vel recipiendi ad professionem, aut occasione benedicendi, vel consecrandi Abbatissas, ac solemniter velum concedendi, vbi solitum est eas benedici, nec etiam prætextu interueniendi electioni Abbatissæ, vel Priorissæ, aut examinandi Moniales particulares, si hæc ad monasterij crates peragi valeant. *Sacra Cong. Episcop. & Regul.* 13. *Septembris* 1584. *& in Syracusana* 16. *Octobris* 1600. quam citat Sellius *d. cap.* 8. *n.* 33.

6 Clausuram Sanctimonialium violatam restitui procurare tenentur Episcopi, & inuiolatam seruari, contradictores puniendo, & delinquentes circa clausuram Monialium, etiam Regularibus subiectarum, aut personarum intra septa degentium, seu illorum bonorum administratione nulla exemptione tueri possunt quominus ab Episcopo coerceantur. *Gregorius XV. constit.* 18. incip. *Inscrutabile Non. Februarij* 1622. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo clausura n.* 5.

7 Clausuræ Monialium Regularibus subiectarum in visitatione possunt Ordinarij eas interrogare, & examinare super his, quæ ad dictam clausuram spectant. *Sacra Cong Episcop. & Regul. in Mediolanen. de anno* 1581. apud Sellium *d. c.* 8. *n.* 34.

8 Clausura an seruetur, potest videre Episcopus non solum in monasteriis sibi subiectis, sed etiam in monasteriis Monialium, quę Regularibus subduntur, & non possunt ab Ipsis Regularibus impediri, quominus ad hunc effectum ea visitet, quoties id expedire iudicauerit. *Sacra Cong. Conc.* referentibus Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo Moniales* §. 4 *&* §. 8. *nu.* 4. Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo clausura* 1. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 17. *l.* 7. *de Episcopis n.* 44. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo clausura num.* 4. Lezana *in sum. quæst Regul tom.* 3. *verbo Episcopus n.* 13. quorum plures refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 102. *n.* 7.

9 Clausuram Monialium exemptarum potest Episcopus visitare toties quoties voluerit, etiam sine præsentia suorum Superiorum. *Sacra Cong. Conc. in Vercellen.* 22. *Aprilis* 1617. penes Sellium *d. c.* 8. *num.* 35.

10 Clausuræ pro visitatione non solum Episcopo, sed etiam generali eius Vicario ad hoc speciale mandatum habenti licet ingredi septa monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum, tametsi nulla rationabilis violatæ clausuræ suspicio irrepserit. *Sacra Cong. Conc.* quæ acriter reprehendit Emmanuelem Rodriques quod hac de re tam audacter loquutus fuerit, refert ad longum R. P. D. Sperell *in decision. fori eccles. decis* 97. *num* 27. & nouissimè *Eadem Sacra Congr. Conc. in Colimbrien.* 26. *Maij* 1640. Vidi originale.

11 Clausuram Monialium etiam Regularibus subiectarum visitandi facultas tributa Episcopo transit in Vicarium generalem non habentem ad id speciale mandatum *Sacra Cong. Conc die* 13. *Maij* 1628. de qua Sellius *d. cap.* 8. *num.* 36.

12 Clausuram Monialium visitare non potest Suffraganeus Episcopus vti Suffraganeus absque speciali commissione, & mandato Episcopi, cum non habeat exercitium iurisdictionis nisi sibi tribuatur ab Episcopo, sed tantùm vsum Pontificalium in diœcesi. *Sacra Cong. Conc. die* 11. *Maij* 1630. referente Sellio *d. cap.* 8 *num* 37.

13 Clausuræ sub districtu comprehenditur Sacristia choro contigua alicuius monasterij Religiosorum. *Sacra Cong. Conc. in Sulmonen.* 10. *Augusti* 1615. cuius meminit Ioan. Anton. Nouar. *in sum Bullarum tit. de clausura num.* 4. Item horti & prata Religiosorum monasteriis eorum contigui, comprehenduntur enim Constitutione Pij V. ita vt mulieres si in eos ingressæ fuerint, absolutione indigeant. *Sacra Cong Episcop. & Regul.* 13. *Septembris* 1583. penes Aldan. *in Compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 12. quem refero *in collect. ad Trident. sess.* 25. *de Regularib cap.* 5 *num.* 115. Item infirmariæ, seu domus deputatæ ad excipiendos Religiosos tanquam hospites non adstringuntur clausuræ, quia nomine monasterij non comprehenduntur.

Sacra

Sacra Cong. Conc. testibus Sorb. *verbo ingredi numer.* 11. Sanch. *in pracepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 19. Coriolan. *de casibus reseruatis p.* 2 *casu* 5 *nu.* 29. *vers. quaritur secundò*, Bonacin. *de clausura quastione* 5. *puncto* 1. *num.* 5.

Vide *in verbo monialium clausura collect.* 508. & 509. & *verbo Regulares quoad clausuram collect.* 640.

SVMMARIVM.

1 *Leges in Studio Vrbis audire possunt clerici.*

2 *Theologia & Sacris Canonibus in Studiis generalibus clerici studere debent.*

3 *Haresis ob crimen clerici perpetuo degradantur.*

4 *Testandi facultas clericis concessa etiam ob benemerita illis extra residentiam suorum beneficiorum permanentibus non suffragatur.*

5 *Sodomia crimen committentes clerici Curia seculari traduntur.*

6 *Supellectilia clericorum non veniunt appellatione spoliorum.*

7 *Beneficiati cum habitu & Tonsura clericali incedere debent.*

8 *Habitum proprio Ordini congruentem ob paupertatem gestare non valens, non comprehenditur Constitutione Sixti V.*

9 *Officia propria Sanctorum alicuius Ecclesia, vel qua de consuetudine in ea recitari solent in choro, non tenentur recitare clerici in diœcesi vel ciuitate commorantes.*

10 *Officium prout recitatur in choro tenentur recitare clerici & alij de gremio Ecclesia*

11 *Epistolam & Euangelium cantare non possunt clerici in minoribus, etiamsi sit penuria Diaconorum & Subdiaconorum.*

12 *Episcopus potest dispensare cum clerico, qui cum fuerit Ordinatus ante legitimam atatem, peruenit iam ad atatem legitimam.*

13 *Primam Tonsuram debent habere clerici seruitio chori, seu Sacristia adscripti, si per atatem ad id sint capaces.*

14 *Ordinarius potest cogere clericos ad facienda eis incumbentia.*

15 *Seminarij clerici non sunt de corpore Ecclesia Cathedralis, licet in ea seruiant.*

16 *Capellanorum vices possunt supplere in Vesperis clerici.*

17 *Gracis clericis qui in Ecclesia qua ritum Latinum suscepit, Dignitatem habent, conceditur licentia recitandi Officium ritu Latino.*

18 *Archipresbyterum non tenentur clerici associare.*

19 *Famulas eijcere compelli debent clerici etiam senes.*

20 *Concubinarij notorij clerici sunt hodie ipso iure à Diuinis suspensi.*

21 *Episcopus ob necessitatem Ecclesiarum non potest cogere clericos adscriptos Ecclesijs ne discedant ab eis causa studij.*

22 *Aduocare non possunt Clerici, sed domi absque salario scribere valent*

23 *Abbatia nullius diœcesis clerici tenentur accedere ad Synodum illius Episcopi, qui tanquam vicinior potest eos visitare.*

24 *Clerici parati ratione paramentorum thurificandi sunt ante beneficiatos.*

25 *Clericus reseruatarum pensionis annua scutorum* 200. *super Ecclesia, quam ipse nunquam obtinuit potest transferre incditatem ad fauorem filij sui illegitimi.*

26 *Clericos in minoribus punire non poterit Episcopus ex eo quod dimiserit habitum.*

27 *Clericum delinquentem & requisita non habentem punire potest Episcopus etiamsi Iudex laicus praeuenerit, à quo repetere potest, dummodo ille à lege, vel ab homine per declarationem seruatis seruandis factam non fuerit priuilegiis clericalibus denudatus.*

28 *Clericos seculares, exemptos ab Episcopo, & alteri inferiori Ordinario seculari intra diœcesim existenti subditos, non potest ex* decreto Conc. c. 4. sess. 24. *Episcopus corrigere, & punire.*

Clericus.

Collect. CLIV.

1 Clericos in Studio Vrbis leges audire côcessit *Leo X. constit.* 4. incip. *Dum suauissimos* 9. *Nouembris* 1513. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 472. aliàs *pag.* 405. in nouiss. impres.

2 Clerici in Studiis Generalibus Theologiæ, & Sacris Canonibus studere debent. Idem *Leo X. constit.* 5. incip. *Apostolici* 14 *Kalend Ianuarij* 1513. apud Laert. Cherub *tom.* 1. *pag.* 473. aliàs *pag.* 405.

3 Clericos ob crimen hæresis perpetuo immutandos degradari iussit *Alexander IV. constit* 12. incip. *Quod super* 5. *Kalend. Octobris* 1258. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 89. Vide *in verbo Haresis, collect.* 407

4 Clericis extra residentiam suorum beneficiorum permanentibus non suffragatur facultas testãdi eis concessa vigore seruitiorum Sedi Apost. præstitorum. *Pius IV constit.* 91. incip. *In suprema* 7. *Kalend. Decembris* 1564 apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 32 aliàs *pag.* 59.

5 Clerici crimen nefandum committentes Curiæ seculari traduntur. *Pius V constit.* 72. incip. *Horrendum* 3. *Kalend. Septembris* 1568. apud Laert. Cherub. *tom* 2. *pag.* 263. Vide infrà *in verbo Sodomia. collect.* ...

6 Clericorum supellectilia non veniunt appellatione spoliorum. *Pius V. constit.* 42. incip. *Romani* 3. *Kalend. Septembris* 1567. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 238.

7 Clericos beneficia possidentes cum habitu, & Tonsura laicali incedere iussit *Sixtus V. constit.* 92. incip. *Cùm sacrosanctum* 5. *Id. Ianuarij* 1589. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 653.

8 Clericus qui ratione paupertatis habitũ proprio Ordini congruentem gestare non valet, Constitutione Sixti V. de habitu & tonsura non comprehenditur. *Sacra Cong* Concil. testibus citatis per me *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 9. *nu.* 16.

9 Clerici qui non tenentur recitare officium in choro, licet sint adscripti seruitio Ecclesiæ, & quicunque alij clerici seculares, vel Regulares in ciuitate, aut diœcesi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius Ecclesiæ, vel quæ de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in choro. *Sacra Cong. Rit. in Salernitana* 30. *Augusti* 1602. quam refert Sellius *in selectis Canon cap.* 13. *num.* 55.

10 Clerici & alij de gremio Ecclesiæ tenentur recitare Officium prout recitatur in choro. *Sacra Cong Rit. in eadem Salernitana*, quam citat Sellius *d. cap.* 13. *num* 54.

11 Clerici in minoribus non sunt assumendi ad cantandam Epistolam, & Euangelium, etiamsi sit penuria Diaconorum, & Subdiaconorum, non obstante consuetudine. *Sacra Cong. Rit. in Gerunden.* 21. *Augusti* 1601. penes Sellium *d. cap.* 13. *num.* 56.

12 Clericus si Ordinatus ante legitimam ætatem peruenit iam ad ætatem legitimam, potest cum illo Episcopus dispensare tam super irregularitate quam super suspensione ex delicto occulto tamen prouenien te, quia se fecit promoueri non in ætate legitima, si verò nondum ad ætatem legitimam peruenerit Clericus, Episcopus non potest, sed petenda est absolutio à Sede Apostolica. *Sacra Cong. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 51.

13 Clerici seu pueri seruitin choro, seu Sacristiæ adscripti debent habere primam Tonsuram si per ætatem ad id sint capaces. *Sacra Cong Rit in Egitanien.* 23 *Nouembris* 1602. cuius meminit Sellius *d ca.* 13. *num.* 58.

14 Clerici & beneficiati qui recusant facere munera eis incumbentia, cog p ssunt ab Ordinario ad ea facienda *Sacra Cong Rit. in Lucerina* 14. *Aprilis* 1604 apud Aldan *in compendio Canon resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 50.

15 Clerici seminarij non sunt de corpore Ecclesiæ Cathedralis, licet in ea seruiant. *Sacra Cong Rit. in Capuana* 1. *Septembris* 1607. quam adducit Aldan. *d. lib.* 2. *tit.* 8 *n.* 51.

16 Clerici possunt supplere in Vesperis Vices Capellanorum, & in tali casu tanquam Capellani, & beneficiati reputandi sunt, & non tanquam simplices clerici. *Sacra Cong Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in resp. ad dub.* 8. penes Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 53.

17 Clericis Græcis, qui in Ecclesia, quæ ritum Latinum suscepit, dignitatem habent, conceditur licentia recitandi Officium ritu Latino. *Sacra Cong. Rit. in Altamuren. nullius.* 29. *Ianuarij* 1605. de qua Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 54.

18 Clerici & Presbyteri non tenentur associare Archipresbyterum, nec aliqua obsequia ei præstare, quæ soli Episcopo à Canonicis præstantur, non obstante consuetudine. *Sacra Cong. Rit. in Baren.* 4. *Iulij* 1615. teste Sellio *d c.* 13. *n* 59.

19 Clerici quamuis senes, possunt per Episcopum compelli ad remouendos famulos etiam senes. *S. Cong. Episcoporum & Regul. in Senogallien.* 15. *Februarij* 1619. in qua clericus erat sexaginta annorum, & famula quadraginta. & in Farrarien. die 7. Iunij eiusdem anni, in qua Clericus erat 64. & famula annorum 66. refero *de iure eccles. vniuers. lib.* 1. *c.* 40 *num.* 39

20 Clerici concubinarij notorij sunt etiam hodie ipso iure à Diuinis suspensi, prout in veteri Iure erant. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Nicol. Garcia *de benef. part.* 7. *c.* 14. *n.* 11. *&* 35.

21 Clericos adscriptos Ecclesiis non potest Episcopus ob earum necessitatem cogere ne discedant ab eis causa studij, imo tenetur illis dimissorias, seu commendatitias litteras concedere. *Sacra Cong. Conc. die* 11. *Martij* 1617. quam ad litteram refert Aldan. *d. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 55. Non tamen possunt abesse inconsulto Episcopo. *S. Cong. Conc. in Terracinen.* 19. *Februarij* 1628. vt per Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 55.

22 Clerici non possunt patrocinari, sed domi absque salario scribere valent. *Sacra Cong. Conc. sub die* 20. *Iulij* 1619. de qua Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 56.

23 Clerici Abbatiæ nullius diœcesis tenentur accedere ad synodum illius Episcopi, qui tanquam vicinior potest eos visitare. *Sacra Cong. Conc.* teste Aldano *d. tit.* 8. *n.* 57.

24 Clerici parati, ratione paramentorum thurificandi sunt ante beneficiatos, *S. Cong. Rit. in Lauretana* 10. *Iunij* 1602. referente Sellio *d. cap.* 13. *num* 60.

25 Clericus reseruatarius pensionis annuæ scutorum 200. super Ecclesia, quam ipse nunquam obtinuit, potest transferre medietatem ad fauorem filij sui illegitimi. *Sacra Cong. Concil. in Zamoren.* 9. *Nouembris* 1619. *& in alia* 15. *Septembris* 1629. penes Sellium *d c.* 13. *n.* 61.

26 Clericos in minoribus punire non poterit Episcopus, ex eo quod dimiserint habitum. *Sacra Cong. Conc in Isernien* 6. *Maij* 1606. penes D. Alex. Sperei *in decision fori eccl. decis.* 66. *n.* 27.

27 Clericum delinquentē & requisita non habentem punire potest Episcopus, etiamsi Iudex laicus præuenerit, à quo repetere potest, dummodò à lege, vel ab homine per declarationem seruatis seruandis factam, non fuerit priuilegiis clericalibus denudatus. *Sacr. Cong Conc.* 12. *Nouembris* 1630. de qua Sellius *d. c.* 13 *n.* 61.

28 Clericos seculares, exemptos ab Episcopo, & alteri inferiori Ordinario seculari intra diœcesim existenti subditos, non potest *ex decreto Conc cap.* 4. *sess.* 24 Episcopus corrigere, & punire. *Sacra Cong. Conc.* 27. *Iunij* 1597. apud Sellium *d. c.* 13. *n.* 62.

SVMMARIVM.

1 *Ordinare nullus Episcopus Italiæ potest Clericum Vltramontanum, sine litteris dimissoriis Episcopi originis, vel domicilij, vel Papæ.*

2 *Ordinatus Clericus vltramontanus ab Episcopo Italiæ absque litteris dimissoriis proprij Ordinarij, ab eo absolui non potest.*

3 *Dimissorias clericis absentibus, qui Ecclesiis subuenire possunt concedere valet Episcopus, vt ad patrimonij, vel pensionis ecclesiasticæ titulum ordinentur.*

4 *Ordines sacros vt suscipiant Clerici non potest eos cogere Episcopus, sub pœna priuationis priuilegiorum.*

5 *Ordinatus legitimè manet Clericus promotus ab Episcopo, cui suberat ratione beneficij vendentis annuos ducatos tredecim, addito supplemento patrimonij ad sufficientem titulum.*

6 *Clericus nullus secularis seu Regularis non professus ad sacros Ordines promoueri potest sine sufficienti titulo.*

7 *Irregularis efficitur ordinatus ab alieno Episcopo, & ministrans.*

Clericus quoad Ordines.

COLLECT. CLV.

1 CLericum Vltramontanum nullus Episcopus Italiæ potest ordinare sine dimissoriis Episcopi originis, vel beneficij, seu Papæ, & aliàs Ordinati remanent suspensi indispensabiliter, & Ordinantes etiam puniuntur: Requiritur etiam quod huiusmodi dimissoriæ Ordinariorum à Nunciis,

Nunciis, seu Collectoribus Apost. approbatæ, subscriptioneque à Vicario Vrbis munitæ sint, aliter promouentes, & promoti puniuntur, *Vrbanus VIII. constit. 33. incip. Secretis, 21. Septembris 1624.* apud Angel. Mariam Cherubin. *tom 4 pag. 52. in nouiss. impress.* apud me *de officio, & potest. Episc. p. 2. alleg. 8. n. 6.*

2 Clericus Vltramontanus absque litteris dimissoriis sui proprij Ordinarij ad Ordines promotus, non potest ab eodem Ordinario absolui. *Sacra Cong. Conc. sub die 1. Septembris* 1623. quam refert Sellius *in select.* Canon. *c. 15. n. 62.*

3 Clericis absentibus, qui Ecclesiis necessitatem habentibus subuenire, aut vtilitatem aliquam afferre possunt, dimissorias concedere valet Episcopus, vt ad patrimonij vel pensionis Ecclesiasticæ titulum ordinentur. *Sacra Cong.* Conc penes Nicol. Garc. *de benef. p. 1. c. 5 n. 76.*

4 Clericos ad suscipiendos Ordines sacros non potest cogere Episcopus sub pœna priuationis priuilegiorum fori, & exemptionis. *Sacra Cong. super controuers. iurisdictional. in* Casertana 22. *Augusti* 1618. cuius meminit R.P.D. Alexand. Spezel. *in decis. fori Eccles. decis. 66. n. 28.*

5 Clericus promotus ab Episcopo, cui suberat ratione beneficij reddentis annuos ducatos tredecim, & grana duodecim cum dimidio monetæ Regni Neapolitani, addito supplemento patrimonij ad sufficientem titulum, est legitimè ordinatus. *Sacra* Cong. Conc. quam refert, & apud se originalem esse dicit Carol. Maranta *tom. 2. resp. 29. in fine.*

6 Clericus nullus secularis, seu Regularis non professus ad sacros ordines promoueri debet sine sufficienti titulo ex Bulla Pij V. sub dat. pridie Id. Octobris anno 3. *Sacra* Cong. Conc. referente Nicol. Garcia *de benef. part. 2. c. 2. n. 11.*

7 Clericus ab alieno Episcopo sine litteris dimissoriis sui Ordinarij ordinatus, & ministrans efficitur irregularis. Absoluere autem à suspensione eos, qui nullius diœcesis existentes sine litteris dimissoriis ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Concilio pertinebat illas dimissorias concedere *Sacra* Cong. Conc. cuius meminit Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 60. & 61. in princ.*

8 Vide in verbo *Ordo collect.* 544. & in verbo *concubinarius Clericus, collect.* 200.

SVMMARIVM.

1 *Ceram deferendam in processione Sanctissimi Sacramenti vt* Clerici *parent suis sumptibus non sunt vltra solitum grauandi.*

2 *Clerici adscripti seruitio Ecclesiæ Cathedralis in processionibus debent incedere sub* Cruce *Ecclesiæ Cathedralis.*

3 *Seminarij* Clerici *debent in primo loco incedere in processionibus ante vniuersum Clerum.*

4 *Processionibus interesse non tenetur Clericus nullum beneficium obtinens.*

5 *Processionibus publicis interesse compelli possunt ab Ordinario Clerici seculares alicuius Ecclesiæ in fundatione illius exempti ab eius iurisdictione, intra cuius diœcesim existunt.*

6 *Processionibus interesse per Episcopum compelli possunt* Clerici *omnes etiam exempti beneficiati.*

7 *Processionibus publicis compelli non possunt per Episcopum Clerici qui sunt nullius.*

8 *Clerici degentes extra ciuitatem in locis in quibus habent plebem, cum illa plebe debent facere processionem.*

Clericus quoad professiones.

COLLECT. CLVI.

1 CLerici non sunt grauandi vltra solitum, vt parent suis sumptibus ceram deferendam in processione Sanctissimi Sacramenti: *S. Congr. Rit. in Neritonen. 4. Martij* 1606. teste Sellio *in selectis Canon. c. 13. n. 68.*

2 Clerici adscripti seruitio Ecclesiæ Cathedralis in processionibus, & funeribus debent incedere sub Cruce Ecclesiæ Cathedralis, & nō sub Cruce Collegiatæ. *S. Cong. Rit. in Maceraten. 27. Septembris 1608. & 21. Martij 1609.* referente Sellio *d. c. 13. n. 69.*

3 Clerici seminarij debent in primo loco incedere in processionibus ante vniuersum clerum, nec ire cum Clero Ecclesiæ Cathedralis, sed relinquere locum digniorem Curatis & Cannonicis, ac Clero Ecclesiæ Collegiatæ debent. *Eadem Sacra Cong. in Capuana 1. Septembris 1607. & in Fundana 10. Decembris 1601.* quam citat Sellius *dict. cap. 13. num 70.*

4 Clericus non obtinens beneficium non tenetur ad processiones accedere. *Sacra Cong. Concil. sub die 16. Septemb. 1619. & in Messanen. 7. February 1632.* penes Sellium *d. c. 13. n. 71.*

5 Clerici seculares alicuius Ecclesiæ in fundatione illius exempti à iurisdictione Ordinarij, intra cuius diœcesim existunt, possunt ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas processiones ex decreto Concilij *cap. 13. & 18. sess. 25. de Regu. Sacra Cong.* Conc. 21. *Martij* 1612. apud Sellium *d. c. 13. n. 72.*

6 Clerici omnes diœcesani quantumuis exempti etiam beneficia simplicia in diœcesi obtinentes, vel officia, putà si deseruiant pro Capellano, etiam in Ecclesiis exemptis possunt per Episcopum compelli ad processiones accedere. *S. Cong. Conc.* testibus Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol.* 308. *n. 3.* Modern. Hisp. *de protect. Reg. tom. 1. pag. 2. c. 9. n. 107.*

7 Clerici, qui sunt nullius diœcesis non comprehenduntur sub decreto Concilij *sess. 25. de Regular. c. 11. vers. exempti autem omnes Sacra Cong. Conc.* cuius meminerunt Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 14. l. 24. §. 51. de processión. num. 10.* Modern. Hispan. *de protect. Reg. tom. 1. p. 2. cap. 9. num 105.*

8 Clerici degentes extra ciuitatem in locis, in quibus habent plebem, comprehenduntur decreto Concilij *sess. 25. de Regul. c. 23. vers. exempti omnes*, quia cum illa plebe debent facere processionem. *Sacra Cong. Conc.* de qua Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 12. cap. 3. n. 117.* Modern. Hispan. *d. c. 9. num. 106.*

Vide *in verbo Processio, collect.* 605. *cum seqq. & in verbo Regulares quoad processiones, collect.* 642.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus* Clericus *an possit eligere forum in Romana* Curia *ex dispositione l. vnic. C. quando Imper.*

2 *Fori priuilegio gaudet Clericus in minoribus habitum & Tonsuram deferens, non tamen ex mandato Episcopi Ecclesiæ deseruiens.*

3 *Priuilegio fori priuari non potest Clericus in minoribus constitutus recusans frequentare scholas, & Ecclesiam si esset spes probabilis profectus.*

4 *Priuilegio fori gaudet filius legitimus Clerici, durante vita eius patris.*

5 *Priuilegio fori gaudet Clericus, qui ante carcerationem reassumpserat habitum.*

9 *Clericus effectus post delictum commissum non punitur quoad personam, nisi à Iudice ecclesiastico.*

7 *Priuilegio* cap. Odoardus *gaudet clericus, qui post mortem vxoris habitum reassumpsit.*

8 *Priuilegio clericali quando renunciare censeatur clericus. qui in habitu, & tonsura se immiscet enormitatibus.*

9 *Priuilegio fori quando gaudeat clericus descriptus in catalogo clericorum, si non inseruiat alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi.*

10 *Episcopus si praeueniat potest punire clericos etiam non incedentes in habitu, & Tonsura, quamuis fori priuilegio non gaudeant.*

11 *Priuilegio fori vt gaudeat clericus quæ concurrere debeant requisita?*

12 *Priuilegio fori gaudet clericus alteri Ecclesiæ inseruiens, quam cui fuit adscriptus.*

13 *Habitum deferre non potest Episcopus cogere clericos in minoribus nisi quatenus velint fori priuilegio gaudere.*

14 *Clericus ratione delicti efficitur subditus illius Episcopi in cuius diœcesi delictum commisit.*

15 *Priuilegio fori gaudet clericus, qui characterem, & habitum clericalem assumpsit post delictum, processum, & fideiussionem de se repræsentando coram Iudice laico.*

16 *Clericus repertus à Curia seculari sine habitu clericali quando possit in carceribus laicis detineri donec doceat de suo clericatu.*

17 *Clerici coniugati quando gaudeant fori priuilegio.*

18 *Clerici coniugati gaudent priuilegio fori, etiam in ciuilibus præsertim in Regno Neapolitano, in quo adest consuetudo.*

Clericus quoad forum.

Collect. CLVII.

1 Clericus pupillus habens causam in prima instantia coram Episcopo suffraganeo, vel alio inferiore potest istorum forum declinare, & eligere forum in Romana Curia, non Metropolitani ex dispositione l. vnic. C. quando Imper. inter pupil. & vid. non obstante decreto Concilij *sess. 24. de reform. c. 20. Sacra Cong. Conc. in Baren. 1. Aprilis* 1618. teste Aldano *in compendio Canon. resol. lib. 2. tit 8 n. 15.* quem refero *in collect. ad Trident. d. c. 20. n. 43.*

2 Clericus in minoribus constitutus Ecclesiæ deseruiens, non tamen ex mandato Episcopi, habitum, & Tonsuram deferens, gaudet priuilegio fori. *Sacra Cong. Conc. in Valentina 29. Iunij* 1628. apud Sellium *in select. Canon c. 13. n. 73.*

3 Clerici in minoribus Ordinibus constituti recusantes frequentare scholas, & Ecclesiam, non possunt priuilegio fori priuari, si esset probabilis spes profectus *Sacra Cong. Conc. in Materanen. 2. Augusti* 1631. penes Sellium *d. cap. 13 num. 74.*

4 Clerici filius legitimus ante clericatum susceptus gaudet priuilegio fori durante vita eius patris. *Sacra Cong. Immunitatis in Gallien. 18. Martij* 1632. cuius meminis Sellius *d. cap. 13. n. 75.*

5 Clericus, qui ante carcerationem reassumpserat habitum, fori priuilegio gaudet. *Sacra Cong. Immunitatis in Rossanen. 18. Martij* 1631. de qua Aldan. *d. lib. 2. tit. 8. n. 16.*

6 Clericus effectus post delictum commissum non punitur quoad personam nisi à Iudice ecclesiastico. *Sacra Cong. Immunitatis sub die 7. Decembris* 1632. referente Aldano *d. tit. 8 n. 17.*

7 Clericus si ducat vxorem, & illa mortua habitum reassumat, gaudet priuilegio *cap. Odoardus, de solut. S. Cong. Conc. sub die 16. Septemb. 1619. in Messanen. 7. Februarij* 1632. quarum meminit Sellius *d. cap. 13. num. 76.*

8 Clericus, qui in habitu, & Tonsura se immiscet enormitatibus, & pluribus vicibus, censetur absque monitione renunciasse priuilegio clericali, secus si in habitu laicali hæc perpetrasset, quia tunc requiritur monitio. *Sacra Cong. Conc. in Montilen. 1. Februarij* 1620: per me *in collect. ad Trident. sess. 23. de reform. c. 6. n. 25.*

9 Clericus incedens in habitu, & Tonsura descriptus in catalogo clericorum, qui in Synodo diœcesana obedientiam præstitit Ordinario, & per paucas vices in choro, & in processionibus interfuit, attentis circumstantiis gaudere debet priuilegio fori quamuis alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non Inseruiat, vel beneficium ecclesiasticum non habeat. *Sacra Congr. in nullius 18. Martij* 1628. quam citat Sellius *dict. cap. 13. num. 77.*

10 Clerici in minoribus licet forum Iudicis secularis seu laici declinare non possint ex decreto *Concilij sess. 23. cap. 6. de reform.* tamen illud non obstat Episcopo quominus iure suo in huiusmodi clericos delinquentes, si adhuc clerici permanserint, possit animaduertere. *Sacra Cong. Conc.* teste Nicolao Garcia *de benef. p. 2. cap. 2. num. 16.* qui declarat *num. 18.* Et iterum *Clerici non incedentes in habitu, & Tonsura non gaudent priuilegio fori, sed non propterea impeditur Episcopus quominus si praeuenerit, eosdem Clericos punire possit. S. Cong. Conc. in Baren. 16. Martij 1606 & in Valentina 20. Martij. 1607. Sacra Cong. super controuers. iurisdictionalib. in Neapolitana 22. Iunij 1628. & in Asisien. 25. eiusdem mensis, & in Parmen. 26. Iunij* 1629. quarum declarationum mentionem facit D. Alex. Speret. *in decis fori eccles decis. 26.*

11 Clerici in minoribus Ordinibus constituti, nisi beneficium ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & Tonsuram deferentes Ecclesiæ deseruiant, vel in seminario, aut aliqua schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi versentur iuxta decretum sacri *Concil. cap. 6. sess. 23.* forum Iudicis laici declinare nō possunt: non tamen idem Concilij decretum obstat Episcopo quominus iure suo in huiusmodi clericos possit animaduertere, eosque punire. *Sacra Cong. Conc. in Valentina 17. Martij 1627. & in Nuscan. 12. Iunij* 1628. quas adducit Sellius *d cap. 13. num. 78.* Et iterum Clericus vt priuilegio fori gaudere possit concurrere debent copulatiuè tria requisita, videlicet, quod gestauerit habitum, & Tonsuram clericalem, & Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruierit. *Sacra Congr. super controuers. iurisdictionalib. in Ariminen. 21. Ianua. & 28. Aprilis* 1626. in qua mandauit Episcopo vt

clericum

clericum remitteret ad Præsidem prouinciæ nisi docuerit de clericatu, & requisitis à Concilio, prout refert Sperell. *in decis. fori eccles. decis. 16. n* 4. Et *eadem sacra Cong. in vna Baren. seu Minoricen. 6. Decembris* 1607: respondit si clericus ante delictum Ecclesiæ inseruire consueuit etiam interruptè. & absque mandato Episcopi, gaudere debet priuilegio fori, vt per Sperell. *d. decis. 26. n.* 30.

12 Clericus alteri Ecclesiæ inseruiens, quàm cui fuit adscriptus, fori gaudet priuilegio *Sacra Cong. Conc.* cuius meminerunt Prosper. de Augustino *ad Quarant. in sum. Bullarii verbo habitus*. Marc. Anto. Genuens. *in pract. Archiep Neapolit. c* . a . Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesia existen lib. 7. cap. 6. num.* 15. D. Sperell. *d. decisio. 26. numer.* 31.

13 Clericum ad habitum deferendum cogere non potest Episcopus nisi consensuè, quere us scilicet priuilegio fori vti velit. *Sacra* Cong. Conc. penes Sellium *d c.* 13. *n* 78.

14 Clericus ex sua diœcesi ad aliam veniens, & ibidem nulla grauia delicta committens potest puniri ob Episcopo loci delicti absque Interuentu sui Episcopi stante *c. 8. sess.* 14. quia illud loquitur de non subditis, sed ratione delicti efficitur subditus: *auth qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport cap. postulasti. cap vltim. de foro comp. Sacra Congr. Concil. in Aesina* teste Sellio *in selectis Canon capit.* 21. *num* 2.

15 Clericus, qui characterem, & habitum clericalem assumpsit post delictum, processum, & fideiussionem de se repræsentando coram Iudice laico, gaudet fori priuilegio, & à iurisdictione Iudicis laici est liberatus quoad personam, quod si reus subsit (quam Iudex ecclesiasticus inspicere debet) potest Iudex laicus processui finem imponere, contra illum quoad bona procedendo. *Sacra Congr* Conc. *in Papien.* 23. *Maij* 1616. *& Sacra* Congr *controu. Iurisdictionalibus præposita in ciuitatis Castellana* 18. *Feb.* 1631. penes Aldo. *dict tit.* 8. *num.* 19.

16 Clericus repertus à curia seculari sine habitu clericali donec doceat de suo clericatu, in carceribus laicis potest detineri: dummodo non sit notoriè clericus, & si per octo menses ante carcerationem habitum dimiserat, priuilegio clericali nullo modo gaudet, si è Contra vt supra captus fuerat in tali habitu. *Sacra Congr. Conc.* 15. *Ianuarij* 1619. apud Lezanam *in sum. quæst Reg. tom.* 3. *verb. Clericus*, n. 25.

17 Clerici coniugati præditi qualitatibus requisitis iam constitutione Bonifacij VIII. quæ incip. *Clerici*, quam decreto *Conc. c. 6. sess* 23. *de reform.* non gaudent priuilegio fori in ciuilibus, nisi vbi de crimine etiam ciuiliter agetur, sed ob tales causas ciuiles à crimine non descendentes non possunt à Iudicibus laicis in carcerem conijci, aut personaliter distringi. *Sacra Congr. Conc.* 12. *Februarij* 1610. de qua Aldan. *d. tit.* 8 n. 18.

18 Clerici coniugati gaudent priuilegio fori, etiam in ciuilibus, præsertim in Regno Neapolitano, in quo adest consuetudo. *Sacra Con Immunitatis* 27. *Februarij* 1630. Iidem non incedentes in habitu, nec inseruientes Diuinis, non gaudent priuilegio fori. *Eadem sacra Conc. 2. Augusti* 1619. quarum mentionem facit Sellius *d c.* 13. n. 86.

Vide in verbo *Forum, collect.* 361.

SVMMARIVM.

1 *Cameralibus pro impositionibus ad ratam non tenentur Clerici de bonis patrimonialibus.*
2 *Onerum impositorum pro Physico, chirurgo, & ludimagistro ad solutionem non tenentur clerici.*
3 *Ordinarius non potest Clericos non inseruientes Ecclesiis priuare immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus.*
4 *Onera imposita per Communitatem super Clericorum bonis patrimonialibus & domibus vbi habitant, illi soluere non tenentur.*
5 *Immunitatis beneficio gaudent Clerici post delicta patrata ad Ecclesias confugientes extra casus in Bulla Gregorij XIV. comprehensos.*
6 *Clerici post delicta patrata confugientes ad Ecclesiam non possunt inde extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis.*
7 *Clerici in causis ciuilibus in foro seculari examinari possunt, sed iuramentum prius præstatur in tribunali Episcopi.*
8 *Examini coram Iudice laico non debet se subdere Clericus, vbi timetur posse indirecte oriri criminalitatē.*

Clericus quoad immunitatem, & exemptionem.

Collect. XCVII.

1 Clerici de bonis patrimonialibus non tenentur ad ratam pro impositionibus *Sacra Cong de bono regimine* 4. *Februarij* 1609. quam refert Aldan. *in compendio* Canon. *resol. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 9.

2 Clerici non tenentur ad solutionem onerum impositorum pro Physico, chirurgo, & ludimagistro. *Sacra Congr. Episcop. & Regular.* 2. *Augusti* 1619. cuius meminit idem Aldan. *dict. libro* 2. *titul.* 8. *num.* 28.

3 Clericos non inseruientes Ecclesiis non potest Ordinarius immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus priuare, sed iidem Clerici, nisi vt supra Inseruiant, ac habitum & tonsuram clericalem deferant, beneficium ecclesiasticum obtineant, priuilegio fori gaudeant. *Sacra* Congr. *Episcop. & Regul. die* 24. *Ianuarij* 1631. penes Aldan. *dict. tit.* 8. *num.* 29.

4 Clerici non tenentur soluere onera Imposita per Communitatem super eorum bonis patrimonialibus, & domibus vbi habitant, etiam quod per prius soluerint. *Sacra Cong. Immunitatis die* 7. *Decembris* 1632. quam citat Sellius *in selectis Canon. cap.* 13 nu. 81.

5 Clerici qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt, beneficio immunitatis extra casus in Bulla Gregorij XIV. comprehensos gaudere debent. *Sacra Cong Episcop. & Regul. in Tropien* 24. *Ianuarij* 1617. *& de anno* 1633 sic rescriptum fuisse Episcopo Auersæ testatur Carol. Marantia *tom.* 2. *resp.* 50. *n* 6.

6 Clerici post delicta patrata confugientes ad Ecclesiam, non possunt inde extrahi præterquam in casibus degradatione dignis: si fiat secus restituantur. *Sacra* Cong *Episcop. & Regular.* 17. *Augusti* 1618. referente Antonino Diana *moral. resolut. p. 6. tract. 1. resolut* 26. *quæst.* 10.

7 Clerici in causis ciuilibus in foro seculari examinari possunt, sed iuramentum prius præstar

deber in tribunali Episcopi. *Sacra Cong. Episcop. & Regular. 4. Aprilis* 1615. apud Sellium *dict. cap.* 13. *num.* 82.

8 Clericus non debet se subdere examini coram Iudice laico, vbi timetur posse indirectè oriri criminalitatem. *Sacra Cong. Episcop. & Reg die* 19. *Iulij* 1619. teste Sellio *d. c.* 13. *n.* 83.

Vide in verbo *Immunitas, collect.* 418. *& in verbo Exemptio, collect.* 345.

SVMMARIVM.

1 *Spolium faciunt clericorum bona ex illicita negotiatione acquisita.*

2 *Negotiationis illicita absque metu qua colere, & operari valeat clericus, ostenditur.*

3 *Negotiationis illicita absque reatu quando possunt Clerici terras conducere, ac boues, & oues locare.*

4 *Operas suorum boum quando possunt Clerici beneficiati locare, ostenditur.*

5 *Agrorum suorum cultores vel conductores clerici non possunt molestari.*

9 *Boues in suis prædiis natos possunt clerici concedere pro certa tritici quantitate quolibet anno persoluenda.*

7 *Oues proprias possunt clerici concedere pro certa caseorum quantitate ad suorum & sua familia vsum.*

8 *Clerici in suis molendinis quando possunt alienum triticum, & alienas oliuas certa mercede constituta molere.*

9 *Oliuas pro certa mercedis portione possunt Clerici colligere, aut facere colligere à sua familia si proprij redditus sibi non sufficiant.*

10 *Operas non sordidas & inhonestas diurnas præstare possunt Clerici in bonis amicorum, & propinquorum.*

11 *Bona patrimonialia, aut beneficiorum excoli facientes Clerici, & ad hoc animalia ementes non sunt molestandi.*

12 *Pupilli rei negotiare possunt Clerici vbi de iure valent esse tutores, non tamen causa turpis lucri.*

Clericus quoad negotiationem.

Collect. CLIX.

1 Clericorum bona ex illicita negotiatione acquisita faciunt spolium, & ad Cameram Apost. spectant. *Pius IV. constit.* 19. incip. *Decens, Nonis Nouembris* 1560. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 29.

2 Clerici absque metu illicitæ negotiationis agros beneficiorum, & bonorum patrimonialium laicorum opera, colere, & pro culturæ vsu boues, & alia animalia emere, illorúmque fœtus iusto pretio, & honesta ratione vendere; & si habuerint in propriis bonis quercus, & castaneas, suea emere, eosque alere pro sua & familiæ sustentatione; dummodo tamen in emendis, alendis, distrahendísve nihil sordidum, aut indecens Ordini clericali exequantur. Item eis licet folia arborum in propriis bonis existentium alicui laico concedere, eo pacto adiecto vt lucrum ex bombycibus inter vtrumque diuidatur, & pariter eisdem licet earumdem arborum foliis per se ipsos absque officij eorum detrimento atti sericæ operam date pro sua & familiæ sustentatione: dummodo tamen in artificio huiusmodi personas non suspectas adhibeant, & quoad hoc Episcopi licentia gratis concedenda accedat. *Sacra Cong. Conc. in Caputaquen.* cuius declarationem originalem vidi & legi subscriptam manu Eminentissimi & Reuerēdissimi Cardinalis Vbaldini, & D. Francisci Paulutij eiusdem Congregationis Secretarij, & illius memini *in tract. de iure eccl. vniuers. li.* 1. *c.* 40. *nu.* 127.

3 Clerici pauperes absque reatu illicitæ negotiationis possunt terras Ecclesiæ conducere ad suam, suæque familiæ sustentationem, bona verò laicorum non possunt, nisi ex mera præcisa necessitate: item possunt retinere & locare boues, & oues, & alia animalia, quæ habent ex successione, vel ex decimis, nec non fructus illorum vendere, sicut & granum, hordeum, & alios fructus recollectos ex bonis patrimonialibus, vel Ecclesiæ pro sua & suorum sustentatione *Eadem sacra Cong. Conc. in d. Caputaquen.* penes me *dictis loco.*

4 Clerici beneficiati & Sacerdotes possunt opera suorum boum; quos pro laborandis prædiis suis patrimonialibus, seu beneficialibus, aut ad eos quoquo modo spectantibus retinent, dum sibi vacant, aliis locare pro certa mercede absque periculo spolij, & pœnarum clericis negotiatoribus impositarum, si tot iuga boum retineantur, quot sunt pro prædiis necessaria, vel si vltra necessitatem boues illi nati sint ex vaccis, quæ pro necessitate culturæ prædiorum, vel alio modo tenentur. *S Cong Conc in Alexan. & Vgentin.* quam refero in *tract de Iure eccles. vniuers. lib.* 1. *c.* 40. *sub num.* 128. *vers. Sacerdotes, & beneficiati.*

5 Clerici cultores agrorum suorum, seu conductores agrorum ecclesiasticorum non debent molestari titulo negotiationis illicitæ *Sacra Cong Episcop. & Regul.* 19. *Ianuarij* 1603. penes Sellium *in select. Canon. c.* 13. *n.* 84.

6 Clerici beneficiati & Sacerdotes possunt boues in suis prædiis natos & instructos concedere pro certa tritici quātitate quolibet anno persoluenda, secus quoad boues emptos. *Sacra Congr. Conc. in d. Alexand & Vgentin.* penes me *sub d. num.* 128. *vers. Sacerdotes.*

7 Clerici beneficiati & Sacerdotes possunt oues proprias centum, vel saltem quinquaginta concedere pro certa caseorum quantitate pro eorum & suæ familiæ vsu, secus si fuerint emptæ ad illum effectum, nisi emptæ sint ad comparandum necessaria ad victum, & non ad lucrum. *Eadem S. Cong.* apud me *citato loco.*

8 Clerici beneficiati & Sacerdotes in suis molendinis, pro tritico, & pistrinis pro oleo postquā suum triticum & oliuas moluerint, alienum triticum, & alienas oliuas certa mercede constituta molere possunt, suppositis infrascriptis, quod id ab immemoriali tempore fuerit factum, & obseruatum: quod singulis annis non expedit pro solo seruitio proprio triginta, vel quadraginta ducatos impendere in conficiendis pistrinis; nam fiunt ex lignis, & aliis materiis, quæ mensibus quinque aut sex corrumpuntur, & in vno equo, & quatuor personis inseruientibus ipsis pistrinis; & quod moliticia durat per quatuor, quinque, vel sex menses iuxta annorum fertilitatem, & dummodò ob hanc causam non se subtrahant ab iis, in quibus ex officio clericali incumbere debent; & dum-

& dummodò non ad lucrum, sed ad necessaria vitæ comparanda pro se & sua familia: non enim huiusmodi artificium sordidum videtur, aut inhonestum in illis partibus, cum per vnum equum & quatuor famulos, seu operarios fiat, & non per ipsos clericos. *Eadem S. Cong.* penes me *d. loco.*

9 Clerici beneficiati & Sacerdotes stante immemoriabili consuetudine possunt assumere onus colligendi, aut faciendi à sua familia colligere oliuas pro certa olei portione à Domino oliueti reddenda, si proprij redditus sibi, suæque familiæ non sufficiant, quia hoc casu ad comparandum victum etiam aliena prædia conducere licet. *Eadem Sacra* Cong. apud me *citato loco.*

10 Clerici beneficiati, & Sacerdotes possunt in bonis amicorum, & propinquorum operas non sordidas, & inhonestas diurnas præstare, vt illis eosdem in prædiis propriis restituant. *Eadem sacra* Cong apud me *loco supra relato.*

11 Clerici negotiationis illicitæ prætextu non debent molestari si sua bona beneficiorum, aut patrimonialia, quæ obtinent, excoli faciunt, animaliáque ad hunc effectum necessaria emunt, venduntque *Sacra Cong Episcop. & Regular. in Baren.* 15. *Nouembris* 1606. penes Sellium *in select. cap.* 80. *numer.* 3.

12 Clerici qui de iure possunt esse tutores, negotiare valent res pupilli, non tamen causa turpis lucri. *Sacra* Cong. *Conc.* 23 *Nouembris* 1619. quam citat Sellius *d. c.* 13. *n.* 85.

De clerico, eiusque Officio, dignitate, & excellentiis Lel. Zechi. *de Repub. eccles.* Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *controu.* 5 *lib.* 1. Iodoch. Lorich. *in thesauro nouo Theolog.* Petrus Cresper. *in sum. Catholicæ Fidei verbo Clericus*, Dionysius Paulus Lopys *de excellentijs clericorum*, Albertus Trotius *de officio clerici*, Thoma, Ebypsius *in clypeo clericorum*, Ioannes Langheerucius, & Quintianus Heduus *in speculo Sacerdotum*, Boëtius Epon. *de clericorum honestate*, Carolus de Crassis *de effectibus clericatus*, Ioannes Maria Belletus *disquisitionum clericalium p.* 1. *&* 2. Antonius de Prettis *de clericorum præstantia*, Sebastianus Faunus *de clericorum vita, & honestate*, Nicolaus Hormanetus *de clericis ordinandis.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici Cameræ Apost. ad numerum septem redacti fuerunt per Eugenium IV.*

2 *Dohanerij, & qui mercium, & aliarum rerum curam gerunt subsunt iurisdictioni clericorum Cameræ Apost.*

3 *Causas quascunque interesse Cameræ concernentes cognoscant Clerici Cameræ summariè, & sine strepitu iudicij.*

4 *Camerarij vel Decani absque licentia abesse non possunt Clerici Cameræ.*

5 *Commensales Papæ sunt Clerici Cameræ.*

6 *Seminarij à contributione exempti sunt clerici Cameræ ratione beneficiorum, quæ obtinent.*

Clerici Cameræ Apostolicæ.

COLLECT. CLX.

1 CLerici Cameræ Apost. ad numerum septem redacti fuerunt ab *Eugenio IV, constit.* 13. Barbos. *Apost. Decis. Sam.* incip. *Inter cætera* 8. *Id. Iulij* 1444. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 279. aliàs *pag.* 263. in nouiss. impress.

2 Clericorum Cameræ Apost. iurisdictioni subsunt dohannerij, cura dohanæ, ripæ, mercium, grosciæ, salis, aluminum, patrimonium Zeuchæ, carceres, stratæ, tam Vrbis, quam cæterorum locorum Statuo ecclesiastici consistentes. *Leo X. constit.* 24. incip *Licet* 12 *Iunij* 1517. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 514. aliàs *pag.* 436 in vlt. impress.

3 Clerici Cameræ Apost. quascunque causas interesse eiusdem Cameræ concernentes, summariè, & sine strepitu iudicij, sola facti veritate inspecta cognoscunt *Innocentius VIII. constit.* 4. Incip. *Cum sicut* 15. *Kalend. Septembris* 1485. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 376. aliàs *pag.* 333.

4 Clerici Cameræ Apost. abesse non possunt absque licentia Camerarij, vel Decani: *Pius IV. constit.* 87. incip. *Cum inter Kalend. Nouembris* 1564. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 122. aliàs *pagin* 91.

5 Clerici Cameræ Apost. sunt commensales Papæ, & debent describi in libris Cancellariæ ad effectum, vt præferantur in gratiis. *Sixtus IV. constit.* incip. *Dispositione* 16. *Kalend. Februarij* 1472. apud Laert. Cherub *tom.* 1. *pag.* 332. aliàs *pag.* 302. in nouiss. impress.

6 Clerici Cameræ Apost. exempti sunt à contributione seminarij ratione beneficiorum, quæ obtinent. *Sacra* Cong. *Episc. & Regular. in Maceraten.* 12. *Maij, & in Perusina* 17. *eiusdem* 1604. teste Aldano *in compendio Canonic. resol. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 2.

Clerici Regulares Hospitalarij.

COLLECT. CLXI.

CLericorum hospitalariorum Ordo institutus fuit à P. Augustino Nouello Cancellario primum Manfredi Regis Siciliæ, deinde Pœnitentiario, & à secretis, & Confessionibus Bonifacij VIII. electo in septimum Generalem Eremitarum sancti Augustini, quo munere relecto hanc familiam erexit Senis anno 1300. sub regula sancti Augustini confirmante Bonifacio VIII. Imperatoribus Occidentis Alberto Orientis Andronico I. Habitus omnino est clericalis, institutum hospitalibus inseruire. Durat adhuc hæc Congregatio Senis, & per Italiam, sed non ita frequens. Vide Crusen. *in monast part.* 3 *ca.* 10. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 4. *num.* 81.

Clerici Regulares vitæ communis.

COLLECT. CLXII.

1 CLerici Regulares vitæ communis instituti sub regula sancti Augustini à Gerardo Dauentriensi (est Dauentria Vrbs Episcopalis inferioris Germaniæ ad Isulam fluuium sita, atque Traiectensi Archiepiscopo suffraganea) anno 1371. Pontifice, & confirmante Gregorio XI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Appellati sunt vitæ communis, quod in communi viuant Apostolorum more, & per Germaniam celebres habuerunt scholas ad

erudiendam iuuentutem, quorum monasteria & viria & fæminia communia fuerunt, vt videre est in Passaniensi, Pollingensi, Ransdolfensi in Bauaria. De his qui alia scire cupit, legat Aubert. Mirx. *in origine S. Augustini, cap.* 27. Crussen *in monast. Augustin por.* 3. *c.* 19. Posseuin. *in apparatu verbo Gerardus & Trithemius*, Paul. Morig. *de origine Relig li.* 2. *c.* 61. Siluest. Marul. *in occeano Relig lib.* 3. *pag* 197. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *quest.* 4. *num.* 82.

Clerici Regulares boni IESV. *Rauennatis.*

COLLECT. CLXIII.

1 CLerici Regulares boni IESV. Rauennatis instituti fuere Rauennis à quadam virgine Margarita nomine, ministerio duorum Sacerdotum eiusdem vrbis, domini Leonis, & domini Hieronymi, quibus primo regulam suam consulit, ipsi deinde aliis anno 1504. vel 1508. Pontifice Iulio II. Imperatore Occidentis Maximiliano I. Orientis tyranno Baiazeto. Vtuntur habitu simili Patribus Societatis IESV. sed pileo vbique rotundo eorum præcipuum domicilium Rauennæ, nullum extra Italiam, in ea non multa habent. Priorem Generalem eligunt ad annum, deinde si rectè se gerat in munere confirmatur in sequẽtem, & sic deinceps. De his alia Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib.* 5. *pag.* 398. Carol. de Tapia *in auth. ingressi, Cod. de sacros. Eccles. verbo monasteria, c.* 5. vbi *n.* 3. quod Pio IV. Pont. Max. concedente solemnia emittunt Religionis vota, Azor. *instit moral. part.* 1 *lib.* 13. *cap.* 11. *quæst.* 8. *prope fin. vers. præter Canonicos.* Iacob. Morandus Carthus. *in addit ad* 7. *tom. Surij die* 23. *Ianuarij*, quo celebratur festum B. Margaritæ. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 4. *nu.* 85. Ioseph Micheli *en el thesoro de Religiones, fol* 111.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Clericis Regularibus Theatinis agentes.*
2 *Clerici Regulares Theatini à quo, & quando instituti?*
3 *Theatini profitentur extremam paupertatem.*
4 *Habitus Theatinorum in quo differat ab habitu Patrum Societatis Iesu.*
5 *Exemptionem ab omnium superioritate obtinent, & tria vota substantialia emittunt Clerici Theatini.*
6 *Priuilegiis omnibus concessis Clericis de Somascha & Patribus Societatis Iesu gaudent.*
7 *Processionibus interesse non coguntur Theatini.*
8 *Clericorum Regular. Theatinorum Religio, non comprehenditur in prohibitione de rebus Regularium non alienandis.*
9 *Clericorum Regul. Theatinorum consuetudo seruanda.*

Clerici Regulares Theatini.

COLLECT. CLXIV.

1 DE Clericis Regular. Theatinis Gualter. *in tabulis chronog. sæculo* 16. *pag.* 557. Paul. Morigia *in origine Relig. lib.* 1. *cap.* 76. Siluest. Marul. *in occeano Relig li.* 6. *pag.* 368. Hieron. Roman. *in Republ. Christ. lib.* 6. *c.* 32. Ioan. Petrus Iussanus *in vita S. Caroli lib.* 2. *cap.* 19 Fr. Emman. *quæst Regul. tom.* 1. *quæst.* 3 *art.* 14. Carol. Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. eccles. verbo monasteria cap.* 7. Flau. Cherub. *in compend Bullarij ad constit.* 38 *Clementis VIII* Anton. Caraciol. *in libro quem edidit de vita Pauli IV.* Baptista de Tuffo *in chronica huius Religionis*, Baptist. Castal *in vita B. Caietani*, Azor. *instit. moral. part.* 1 *lib.* 13 *cap.* 11. *quæstion* 8. Hieron. Rodette. *in compendio. Regul. resol.* 123. *n.* 21. Lezena *in sum. quæst. Regul tom.* 2. *cap.* 4. *nu.* 19. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 8. *nu.* 83. Carillo *in annalib. chronolog. de anno* 1630. Ioan. Maria Nouar *in lucerna Regular. verbo Clerici Regulares à num.* 1. Ioseph Micheli *en el thesoro de Religiones, fol.* 111.

2 Clerici Regulares Theatini sub regula sancti Augustini instituti anno 1524. à Ioanne Petro Carrafa Neapolitano, Archiepiscopo Theatino postea summo Pont. Paulo IV. vnde dicti Theatini, Pontifice Clemente VII Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno Orientis Solymano. Primum cœperunt esse in Ecclesia sancti Siluestri in monte Quirinali Vrbis, ob cuius inuasionem Duce Borbonio, fugerunt Venetias anno 1532. redierunt Romam anno 1560.

3 Clerici Regulares Theatini tum in communi, tum in particulari extremam profitentur paupertatem, nec eleemosynas ostiatim petunt, sed viuunt tantum ex sponte oblatis, & allatis sibi à Fidelibus, vt refert Aldan. *in compendio Canon resolut. lib.* 1. *tit.* 19. *de Religionib. n.* 52.

4 Clerici Regulares Theatini vtuntur habitu clericali, & in caligis tantum, & tunica est differentia à Patribus Societatis Iesu, cum Theatini caligas portent albas, & tunicam à fronte reseratam, hinc Iesuiti per Hispaniam Theatini appellantur, vt aduertit Aldan. *dict tit.* 19. *de Religion. numer.* 51.

5 Clerici Regulares Theatini ab omnium superioritate exempti, tria vota substantialia emittunt, atque gaudent priuilegiis omnibus concessis Canonicis Lateranen. *Clemens VII constit.* 11. incip. *Exponi* 24. *Iunij* 1524. apud Laert. Cherub *in Bullar. tom.* 1. *pag.* 573. & *constit.* 38. incip. *Dudum de anno* 1533. apud eundem Cherub *dict tom.* 1. *pag.* 605 declarat intrantes hanc Religionem votum intrandi eam implere.

6 Clerici Regulares Theatini gaudent etiam priuilegiis omnibus concessis Clericis de Somascha, & Presbyteris Societatis IESV, & ad processiones accedere non coguntur. *Pius V. constit.* 21.
7 incip. *Ad immarcessibilem*, *Idib. Februarij* 1567. apud Laert. Cherub *in Bullario tom.* 2. *pag.* 115.

8 Clericorum Regul. Theatinorũ Religio quandiu institutum nihil bonorum stabilium possidendi retineat quoad bona immobilia non comprehenditur in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis. *Sacra Cong Conc. de anno* 1625. teste Sellio *in select. Canon. cap.* 80. *num.* 11.

9 Clericorum Regul. Theatinorum consuetudo vt ad Vesperas hebdomadarius capiat Pluuiale ad Capitulum, & non à principio Vesperarum, seruanda est. *Sacra Cong. Rit in Theatinorum* 1. *Septembris* 1607. vbi etiam fuit dictum non esse seruandam

seruandam consnetndinem vt non faciant commemorationem de Patrono Ecclesiæ, sed tantùm de Cruce in memoriam eorum institutionis, quia commemoratio debet fieri & de Patrono & de Cruce.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur qui de Clericis Regularibus S. Pauli agunt.*

2 Clerici *Regulares S. Pauli decollati cur sic dicti & Barnabita appellati, & a quibus instituti.*

3 Clerici *Regulares S. Pauli in Religiosos approbantur, triaque vota Religionis eos emittere posse declaratur.*

4 *Transire ad quemuis alium Ordinem præter Carthusianum, absque licentia eorum Præpositi Generalis prohibentur Clerici Reg. S. Pauli.*

5 *Processionibus interesse non coguntur Clerici Regulares S. Pauli*

6 *Ordinariorum de sola licentia possunt Clerici Regul. S. Pauli noua loca vbique erigere.*

7 *Prouincias tres habent Clerici Regul. sancti Pauli.*

Clerici Regulares S. Pauli decollati.

COLLECT. CLXV.

DE Clericis Regularibus sancti Pauli decollati, Carol. à Basilica S. Petri *in sua Nouaria*, Paul Morigia *in origine Relig. lib. 1. c. 66.* Siluest. Marul. *in occeano Relig lib 5. pag. 399.* Flau Cherubin. *in compend. Bullarij ad constit. 37. Clementis VIII* Ioann. Petrus Iussanus *in vita S. Caroli lib. 5. c. 11.* Carol. Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. eccles verbo Monasteria, c. 8.* Azor. *instit. moral. p 1. lib. 13. c. 11 q. 8. vers anno 1526.* Ascan. Tambuin *de iure Abbatum tom 1. disp. 24. q. 4. n 84.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. c 4. nu. 22.* Ioseph Micheli *en el thesoro de Religiones fol. 111.* Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regul. verbo* Clerici *Regulares, n. 4 cum seqq.*

2 Clerici Regulares sancti Pauli decollati sic dicti, quòd sanctum Paulum præcipuè elegerint in patronum, instituti à tribus nobilibus Mediolanensibus, Iacobo Antonio Morigia qui à morte statim beatus dici ab omnibus meruit, Antonio Maria Zacharia post mortem miraculorum gloria illustri, & Bartholomæo Ferracio, anno 1526. Pontifice Clemente VII. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. Alij tres socij fuerunt cum illis, Iacobus Antonius Morigia, Franciscus Leucus, & Baptista Soresius. Dicuntur etiam Barnabitæ à domo sancti Barnabæ Apostoli, quam primam Mediolani habuerunt. Vtuntur eo habitu, quo Patres Societatis IESV, tantum ferunt collaria ex lino, vel ex bysso.

3 Clerici Regulares S. Pauli decollati approbati fuerunt à Clemente VII *consti. 37.* incip. *Vota, 18. Februarij* 1533 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 1. pag. 605.* Emittunt tria vota substantialia, sunt sub protectione S. Sedis Apost. Ecclesiastica sacramenta administrant, alios ad Religionem recipiunt, eligunt vnum Præfectum Generalem ad triennium, gaudet priuilegiis Canonicorum Regularium Lateranensium. *Paulus III. constit. 5* incip. *Dudum 8 Kalend. Augusti* 1535, apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 617.* aliàs *pag. 513.* in nouiss. impress.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

4 Clerici Regulares sancti Pauli decollati ad quemcunque alium Ordinem præter Carthusianum cuiuscunque indulti vigore absque licentia Præpositi Generalis transire prohibentur. *Gregorius XIII. constit. 48.* incip. *In specula, Idib. Septembr.* 1577. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom. 1. pag. 418.* aliàs *pag. 315.*

5 Clerici Regulares S. Pauli decollati non coguntur accedere ad processiones. *Sixtus V. constit. 5.* incip. *Rationi congruit, Kalend Maij* 1585. apud Laer. Cherub. *tom. 2. pag. 490.* aliàs *pag. 373.*

6 Clerici Regulares sancti Pauli decollati vbique noua loca de sola Ordinariorum licentia erigere possunt. *Paulus V. constit 64.* incip. *Ecclesiastico, 8. Maij* 1610. apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag 254.* Sed huiusmodi licentias, quæ nondum effectum sunt sortitæ, reuocauit. *Vrbanus VIII. constit. 25.* incip. *Romanus Pontifex, 18. Augusti* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4 pag 40.*

7 Clericorum Regul. sancti Pauli decollati Ordo habet prouincias tres in Italia, Mediolanensem scilicet, Romanam, & Pedemontanam, præterea in Gallia & Germania aliquot collegia, domus sunt numero quinquaginta.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Clericis Regularibus Somaschâ agentes.*

2 Clerici *Regulares Somaschæ cur sic dicti, & à quo instituti.*

3 *Paulus III.* Clericis *Somascha antequam caperint professionem emittere, plura concessit.*

4 *Theatinorum* Congregatio *cum Somaschensi vnita, ab ea postmodum separatur.*

5 Clerici *Somascha à Pio V. in Religiosos cooptantur eis concedente facultatem emittendi tria vota substantialia sub regula sancti Augustini.*

6 *Præpositus Generalis clericorum Somascha potest vbi opportunum sibi videbitur, immorari.*

7 *Benedicendi* Corporalia *& alia ecclesiastica indumenta facultatem habet Præpositus Generalis Somascha, & cæteri Rectores Sacerdotes, excepto si Vnctio adhibenda sit.*

8 *Bona* Clericorum *Somaschæ, & omnia ad ipsos pertinentia eximuntur ab omni iurisdictione, & locorum Ordinariorum potestate.*

9 Clerici *Somascha professi non possint ad aliam Religionem transmeare etiam arctiorem sine Superioris licentia, exceptis tribus.*

10 *Somaschenses ipso professionis die possunt à delecto sibi Confessario ab omnibus casibus etiam Bulla in Cœna Domini, & à quacunque irregularitate absolui, excepta bigamia & homicidij voluntarij.*

11 *Dispensandi facultatem habet Congregatio Somaschensis super defectu Natalium ad omnes Ordines, & quascunque dignitates Religionis.*

12 *Visitatores Congregationis Somaschensis possunt orphanotrophia, & loca puerorum & puellarum eorum curæ subiecta vt libuerit inuisere, etiam non obtenta a Gubernatoribus rerum temporalium licentia.*

13 *Nouitij in Congregatione Somaschensi quocunque anni tempore de consensu Capituli Collegialis recipi pos-*

13 *sunt, in domibus, vel Collegijs à Capitulo Generali destinatis.*

14 *Priuilegia omnia Mendicantium Ordinibus concessa extenduntur ad Congregationem Somaschensem.*

15 *Cadauera decedentium in Academiis, collegijs, & orphanotrophijs, & seminarijs Somaschensium curæ commissis possunt in eorum Ecclesijs sepeliri.*

16 *Peccata absque Superiorum licentia non poterant olim confiteri Somaschenses Sacerdoti qui sit extra Religionem, & quomodo hodie id sit modificatum, ostenditur.*

17 *Habitus Somaschensium qualis, & quot habeant Prouincias.*

Clerici Regulares Somaschæ.

Collect. CLXVI.

1 DE Clericis Regularibus Somaschæ Paulus Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap. 68.* Siluest. Marul. *in Oceano Relig. lib. 1. pag. 394.* Andræas Stella, & Augustinus Turtura *de vita Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschæ fundatoris*, Carolus Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria c. 9.* Lezana *in sum. quæst. Regular. tom. 2. c. 4. nu. 23.* Ascan. Tamburin *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 46.* Ioseph. Michele *en el thesoro de Religiones fol. 112.*

2 Clerici Regulares Somaschæ sic dicti à Somascha ex quo pago, vbi primum cœperunt, à Patre Hieronymo Æmiliano patritio Veneto instituti anno 523. Pontifice Clemente VII. Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno Orientis Solymano.

3 Clerici Regulares Somaschæ adhuc non professi obtinuerunt facultatem eligendi superiorem siue ecclesiasticum, siue secularem ex ijs, qui hospitalibus, & orphanotrophijs institutis inseruiunt, & statuendi decreta, prout locorum opportunitas postulabit, ac recitandi diuinum officium, & Confessiones audiendi eorum hospitalium Sacerdotibus similiter licentia conceditur *Paulus III. in sua constit. incip. Ex iniuncto pridie Non. Iunij 540.*

4 Clericis Regularib. Somaschæ suos Theatinos vniuit Ioannes Petrus Caraffa Cardinalis Theatinus, vt piorum operum curam susciperent, eisq; omnia pietatis munera peragerent, quæ Somaschensibus in virtute sanctæ obedientiæ præcipitur, vt in suis litteris *sub Dat. Romæ in proprijs ædibus 8 Nouembris 1546.* Sed ipse ad summum Pontificatum assumptus, & Paulus IV. dictus Theatinorũ Congregationem à Somaschensi separauit, & pristinum solum institutum seruare coegit, vt in eius *Constit. incip. Aliquot ab hinc annis die 23. Nouembris 1555.*

5 Clericorum Regularium Somaschæ Congregationem in Religionum numerum cooptauit, & sub regula S. Augustini reposuit, facultatẽ emittendi tria vota solemnia cõcessit, & nomen Congregationi imposuit, videlicet Clericorum Regularium S. Maioli Papiæ, seu Somaschæ, *Pius V. sua Constit. incip. Iniunctum 8. Id. Decemb.* 1568. tunc cõsequens annus 1569 nuncupatis à primis Patribus solemni ritu professionis Votis 3. Kalend. Maij sancto Petro Martyri & Catharinę Senensi sacro die, Deo bonorum omnium auctore feliciter annuente, felix, faustusque natalis illuxit Congregationi.

6 Clericorum Regul. Somaschæ Præposito Generali conceditur vt residere Papiæ minimè teneatur, sed loca Congregationis perlustret, & vbi

7 opportunum videbitur, immoretur: benedicendi Corporalia, & alia Ecclesiastica indumenta eidẽ Præposito & cęteris Rectoribus Sacerdotibus facultas indulgetur, excepto si Vnctio adhibenda sit, *Pius V. sua Constit. incip. Romanus Pontifex 5. Ianuarij 1567.*

8 Clericorum Regularium Somaschæ bona, &
omnia ad eorum Congregationem pertinentia ab
omni iurisdictione, & locorum Ordinariorum
potestate eximuntur necnon eorum Sacerdotib.
conceditur facultas celebrandi in alienis Eccle-
sijs, audiendi confessiones quorumcunq; Fideliũ,
& sanctum Eucharistiæ sacramentum ministran-
di, excepto die Paschatis, & vt non possint cogi ad
funera, & ad præstandum personale officium ma-
9 ioribus Ecclesijs, neque etiam Episcopis; & vt
non possint professi ad aliam Religionem trans-
meare etiam arctiorem sine Superioris licentia,
10 exceptis tribus; secus facientes apostasiæ pœnis
mulctantur; & denique vt possint ipso professio-
nis die à delecto sibi Cõfessario ab omnibus casi-
bus etiam Bullæ in Cœna Domini absolui à qua-
cunque irregularitate, excepta bigamiæ & homi-
cidij voluntarij. *Sixtus V. constit. 4 incip. Aequum reputamus. Kalend. Maij* 1585. apud Laert. Cherub. in *Bullario tom. 2 pag. 489.*

11 Clericorum Regul. Somaschę priuilegia omnia, constitutiones & statuta approbantur. & facultas conceditur Superiori dispensandi defectũ Natalium ad omnes Ordines suscipiendos, & ad quamcunq; Cõgregationis administrationem, &

12 dignitatem suscipiendam, & vt possint Visitatores orphanotrophia & loca puerorum, & puellarum eorum curę subiecta, vel bueri, inuisere, etiam non obtenta à Gubernatoribus rerum temporalium licentia, impedientes anathemate mulctantur. *Clemens VIII. in sua constit. incip. Duet, 6. Octobris 1594.*

13 Clericorum Regul. Somaschæ Nouitij vt quocunque anni tempore de consensu Capituli Collegialis recipi possint in Domibus, vel Collegijs à Capitulo generali destinatis, conceditur: vtque in Congregationis Ecclesijs omnium Christi fidelium cadauera sine præiudicio Parochorum sepulturæ mandentur, & suæ curæ commissis sacramentum Extremę Vnctionis administretur. Conseruatorque eligitur *Paulus V. in sua Constit. incip. Cum ad vtilitates, 6 Id. Martij 1605.*

14 Clericis Regularibus Somaschæ communicantur omnia priuilegia Mendicantium Ordinibus concessa, ad eosque omnia illa extenduntur. *Idem Paulus V. in alia sua Constit. incip. Ex quo, 9 Nouembris* 1607.

15 Clericus Regul. Somaschæ facultas conceditur humãdi cadauera decedẽtium in Academiis, Collegijs, Orphanotrophijs, & seminariis Congregationis curæ commissis, in eiusdem Congregationis Ecclesijs. Idem *Paulus V. in alia sua Constit. incip. Exponi, die 17. Octobris* 1614.

16 Clericorum Regul. Somaschæ peculiari Constitutione iubetur ne vllus ex eiusdem Congregationis Patribus absque suorum Superiorum facultate possit propria peccata nisi confiteri alicui Sacerdoti, qui sit extra eorundem Patrum numerum, ac professionem: quo fit vt priuilegium hoc,

commo-

commodum spirituale, quo subditi gaudent, Superioribus à prædicta Constitutione denegatum sit, atque ita eorum confessiones irritæ euadant, quod facultatem huiusmodi sibi ipsis concedere nequeant. Ne igitur huiusce commodi Superiores expertes sint, hoc decreto sanxerunt Patres negotiis Regularium Præfecti vt Superiores (gradnum Ordine seruato) sibi inuicem hanc facultatem impertiri possint, hoc est locorum Præsides à Prouincialibus, seu Visitatoribus hanc impetrare poterunt facultatem, Prouincialis verò, seu Visitatores, Generalisque Procurator à totius Religionis Generali Præposito, qui tandem Generalis Præpositus ab eo Patrum numero, qui congregationem generalem repræsentant, eandem obtinere debebit facultatem. Quæ omnia ita intelligenda sunt, vt non propterea obligentur iidem Patres Superiores ad hanc facultatem petendam toties quoties ea nominatim indiguerint, sed sufficit eam semel petere cùm onera sibi iniuncta ingrediuntur, ea que generatim vti poterunt quousque munera ais imposita absoluerint. Interea hac facultate is, qui nunc Præpositi Generalis munere fungitur perfruatur. *Romæ die 15. Iunij 1638.*

17 Clerici Regulares Somaschæ vtuntur habitu per omnia simili habitui Societatis IESV: habent quatuor prouincias, Romanam scilicet, Venetam, Mediolanensem, & Gallicam; & Præpositum Generalem ad triennium, vt refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 19. de Religionibus num. 47.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Clericis Regularibus Matris Dei Lucæ agentes.*

2 *Clerici Regulares Matris Dei Lucæ quando & à quo instituti?*

3 *Clericis Matris Dei Lucæ conceduntur plura priuilegia, & indulta, ac ab ordinaria Episcoporum iurisdictione eximuntur.*

4 *Constitutiones à fundatore Congregationis Clericorum Matris Dei Lucæ conditæ approbantur.*

5 *Opus Scholarum piarum Vrbe fuit demandatum Clericis Matris Dei Lucæ, sed illi postea renuntiarunt.*

6 *Clericis Matris Dei Lucæ conceditur vt cum tribus votis simplicibus castitatis, obedientiæ, & perseuerantiæ etiam simplex paupertatis votum emittere valerent.*

7 *Clericorum Matris Dei Lucæ Congregatio in Religionem trium votorum solemnium approbatur.*

8 *Habitu eodem, quo Patres Societatis IESV vtuntur Clerici Regulares Matris Dei Lucæ.*

Clerici Regulares Matris Dei, Lucæ.

COLLECT. CLXVII.

1 DE Clericis Regularibus Matris Dei Lucæ Cæsar Franciottus *in libro*, quem edidit *de Vitis Sanctorum, quorum corpora in ciuitate Lucana requiescunt in Ecclesia sanctæ Mariæ ad Curiam Orlandinorum.* Iosephus Matrarius *in sua historia miraculosæ imaginis B. Virginis nuncupatæ sancta Maria in Porticu*, ambo huius Congregationis alumni, Lezana *Barbos. Apost. Decis. Sum. in sum. quæst. Regul. tom. 2. c. 4. n. 16.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 2. disput. 24. q. 8. n. 4.* Ioann. Maria Novar. *in lucerna. Regul. verbo Clerici Regulares, n. 9. cum seqq.*

2 Clericorum secularium B. Mariæ Virginis primus fundator fuit venerabilis P. Ioannes Leonardinus è terra Diecimo diœcesis Lucensis oriundus sub Gregorio XIII. Pontifice anno Domini 1574. Cuius primi discipuli, & socij fuerunt tres nobiles Lucenses, videlicet Ioannes Baptista Cionius, Cæsar & Iulius de Franciottis fratres germani, & Georgius Arrighinius de Ponteretto diœcesis Lucensis.

3 Clericorum huiusmodi institutum approbauit, ac eorum congregationem sub titulo Congregationis Clericorum secularium B. Mariæ Virginis & regula S. Augustini sub Apostolicæ Sedis protectione suscepit, & ab Ordinaria iurisdictione Episcoporum exemit, illique diuersa priuilegia, indulta, & gratias concessit. *Clemens VIII. in sua Constit. incip. Ex quo sub die 13. Octobris 1595.*

4 Clericorum huiusmodi Constitutiones ab ipso P. Ioann. Leonardo conditas bonæ mem. Cardinalis Baronius eorum protector auctoritate sibi tradita ab eodem Clemente VIII vivæ vocis oraculo, & de ordine eiusdem Pontificis ab eodem Cardinale examinatas approbauit, & confirmauit, vt apparet ex eius litteris expeditis *sub die 10 Iunij 1604.*

5 Clericis huius Congregationis opus scholarum piarum Vrbis demãdauit, & de cætero illam, Matris Dei Congregationem appellari iussit *Paulus V. constit. 81. incip. Inter pastorales 14. Ianuarij 1614.* Sed postea renuntiarunt, vt constat ex alia *constitutione Pauli V. incip. Ad ea, 6. Martij 1617.*

6 Clericis huius Congregationis conceditur vt per tria vota simplicia castitatis obediẽtiæ, & perseuerantiæ, quæ ab eisdem vigore litterarũ Clementis VIII. emitti cõsueuerunt, simplex etiam paupertatis votum emittere valerent. Idem *Paulus V. in sua Constit. expedita sub die 30. Iulij 1615.* Et in alia *sub die 14. Augusti 1619.* Constitutiones à Sede Apost. confirmatas, & gratias alias ab eis obtentas in suo robore relinquens, huius Congregationis Superioribus Concessit, vt Constitutiones illas pro ea parte tantum, quę paupertatis voto erant contrariæ, variare, mutare, aut aliam debere, & nouas, quæ eiusdem paupertatis voto consentaneæ essent, condere valerent.

7 Clericorum huiusmodi secularium congregationem in Religionem trium votorum solemnium, de voto sacræ Congr. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium Præpositorum approbauit *Gregorius XV. sub die 3. Nouembris 1621.* & ab hoc tempore Clerici Regulares propriè appellati sunt.

8 Clerici Regulares Matris Dei Lucæ vtuntur habitu, quo Patres Societatis IESV, habent adhuc pauca per Italiam domicilia, vt refert Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 19. de Religio. num. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Clericis Regularibus Scholarum piarum agentes.*

2 *Congregatio Clericorum Scholarum piarum quando & à quo instituta.*

3 Clericorum Scholarum piarum Congregatio cum tribus votis simplicibus, & cum obligatione de gratis erudiendis pueris in primis elementis.

4 Congregatio Clericorum Scholarum piarum in Religionem trium votorum solemnium, & sub regula S. Augustini approbatur.

5 Privilegia omnia, exemptiones, & indulta quaecunque concessa, & concedenda Ordinibus Mendicantium, communicantur Clericis Regul. Scholarum piarū.

6 Constitutiones Clericorum Regul. scholarum piarum per Papam confirmantur & non possunt mutari nisi ex sex partibus quinque concurrant.

7 Minister Generalis Clericorum Regul. scholarum piarū cum quatuor sociis habent vocem activam, repraesentantes corpus Religionis.

8 Processionibus interesse non debent Clerici Regulares scholarum piarum.

9 Scholas pias erigere, & nominare concessum est his Clericis Regul. & non aliis.

10 Clerici Regul. scholarum piarum non comprehenduntur in decretis de nouitiis per Clementē VIII. editis.

11 Habitus Clericorum Regul. scholarum piarum, qualis?

Clerici Regulares Matris Dei Scholarum piarum.

Collect. CLXVIII.

1 De Clericis Regular. Matris Dei Scholarum piarum Flavius Cherubin. in cōpendio Bullary ad Constit. 81. Pauli V. schol. 1. Panetiola in the auro in regione Pacionis Eccles. 80. pag. 787. Lezana in sum. quaest. Regul. tom. 2. cap. 4. num. 27. Ioann. Maria Nouar. in lucerna Regular. verbo Clerici Regulares, num. 17. cum seqq. Ascan. Tamburin. de iure Abbatum, tom. 2. disp. 24. quaest. 8. n. 6.

2 Clericorum pauperum Matris Dei Scholarum piarum Congregatio instituta fuit à Iosepho Calasantio aliàs de Matre Dei, Hispano ex Regno Aragoniae circa annum 1597. in Parochiali Ecclesia S. Dorotheae regionis Transtiberinae, & confirmata à Paulo V. constit. sua 81 sub die 4. Ianu. 1614. quae reperitur impressa apud Flavium Cherub. d. schol. 1. Et deinde ab eodem Pontifice per aliam suam Constit. incip. Ad ea, sub die 6. Martij 1617. quae

3 etiam reperitur apud eundem Flavium Cherub. citato loco erecta declaratur sub annuo Praefecto regenda & gubernanda cum tribus votis simplicibus, paupertatis videlicet, castitatis, & obedientiae, ac ut gratis, & nullo stipendio, mercede, salario, aut honorario accipientes pueros in primis elementis Grammaticae, computo, ac praecipuè in Fidei Catholicae rudimentis erudiendos, bonis & piis moribus imbuendos, ac demum christiano more educandos operam, laborem, ac studium conferre debeant.

4 Clericorum pauperum Matris Dei Scholarum piarum congregatio in Religionem trium votorum solemnium sub regula S. Augustini approbatur Gregorius XV. constit. 14. incip. In supremo 18. Nouembris 1621.

5 Clericis Regularibus Matris Dei Scholarum piarum communicantur omnes gratiae, exemptiones, indulta, & priuilegia quaecunque Ordinibus Mendicantium, eorumque locis, & personis concessa, & concedenda. Gregorius XV. in alia sua Constit. sub Dat. 15. Octobris 1622.

6 Clericorum Regul. Matris Dei scholarum piarum Constitutiones approbantur, & confirmantur per Papam, & non possunt mutari, nisi ex sex partibus quinque conueniant. Idem Gregorius XV. constit. 17. incip. Sacri Apostolatus 31. Ianuarij 1622.

7 Clericorum Regular. Matris Dei scholarum piarum Minister Generalis cum quatuor sociis habent vocem activam, & passiuam, repraesentantes corpus Religionis, & huiusmodi Clerici habent licentiam omittendi vota solemnia in manibus Praelati eorum arbitrio eligendi. Idem Greg. XV. constit. 15. incip. Apostolici muneris 10. Kalend. Iuly 1622.

8 Clerici Regul. Matris Dei scholarum piarum, exemptionem habent à processionibus, & aliis actibus publicis Vrbanus VIII. constit. 100. incip. Debitum Kalend. Iunij 1629.

9 Clericis Regul. Matris Dei Scholarum piarum tantùm concessum est erigere, & nominare scholas pias, aliis prohibita earum erectio, & interdictum gestare habitum illorum. Vrbanus VIII. constit. 106. incip. Ad vberes 7 August. 1630. apud Angel. Mar. Cherubin tom 4 Bullar. pag. 112.

10 Clerici Regulares Matris Dei Scholarum piarum non comprehenduntur in decretis de Nouitiis nonnisi in certis monasteriis & locis à Sede Apost. designatis recipiendis per Clementem VIII. editis, quemadmodum non comprehenduntur caeteri Clerici Regulares. Vrbanus VIII. constit. 26. aliàs 156. incip. Romanum decet, 17. Nouembris 634. apud Angel. Mariam Cherub. tom. 4. Bullarij in appendice pag. 45.

10 Clerici Regul. Matris Dei Scholarum piarum vtuntur habitu clericali honesto, atque ex viliori panno, incedunt nudis pedibus, associant pueros, quos docent, ad domos parentum, ne per vias diuertantur, refert Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 9. de Religiosis n. 42.

SVMMARIVM.

1 Auctores referuntur de Clericis & Regularibus Societatis IESV agentes.

2 Clerici Regulares Societatis à quo & quando instituti?

3 Approbati Religiosi in Societate IESV, qui dicantur?

4 Formati in Societate Iesu qui dicantur?

5 Clerici Regulares Societatis verè & propriè sunt Religiosi.

6 Votorum trium simplicium emissione non fit irreuocabiliter quoad ipsam Societatem.

7 Bona sua & beneficia retinent Clerici Regulares Societatis etiam post emissionem trium votorum simplicium, vsque ad professionem solemnem.

8 Professores Religiosi in Societate quales sint?

9 Officium diuinum priuatim non communiter recitant Clerici Regulares Societatis.

10 Electiones factae de se ad ecclesiasticas Dignitates absque Praepositi licentia consentire non possunt Clerici Regul. Societatis.

11 Confessiones secularium audire possunt Clerici Regulares Societatis.

12 Processionibus interesse non tenentur, nec ad id cogi possunt Clerici Reg. Societatis.

13 Decimarum, & aliorum quorumcunque onerum, à solutione

solutione & prastatione exempti sunt Clerici Regul. Societatis Iesu.

14 *Altaris portatilis vsus conceditur* Clericis Regul. *Societatis.*

15 *Ordines suscipere possunt* Clerici *Regul. Societatis à quocunque Episcopo extra tempora, & interstitiis non seruatis.*

16 *Apostata censentur* Clerici *Regul. Societatis absque licentia ab ea discedentes.*

17 *Ordinibus sacris non initiati* Clerici *Reg. Societatis verbum Dei pradicant.*

18 *Societatis IESV Religiosi nomen hoc in proprium retinent.*

19 *Electio Superiorum Societatis IESV est penes Prapositum Generalem.*

20 Clerici Regul. *Societatis post emissionem votorum ad* Carthusiensem *dumtaxat Ordinem transire possunt.*

21 *Nouitios recipit Societas IESV etiam non seruata forma* Constitutionis *71. Sixti V.*

22 *Ordo Societatis IESV est verè ex Ordinibus Mendicantibus.*

23 *Ordo Societatis quot prouincias, domos professas, & Collegia habeat?*

Clerici Regulares Societatis IESV.

Collect. CLXIX.

1 DE Clericis Regularibus Societatis IESV. Carolus Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 10.* Azori. *instit. moral. p. 1. lib 13. cap. 7.* Suar. *de Relig. tom. 3 tract.* 10. Sanch. *in pracepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 9. à num. 60. & cap. 18. per tot. & lib. 7 cap. 1. à num. 31. vsque ad 39. & cap. 2. à num. 52. & cap 8. à num. 22. & cap. 18. à num. 23. & cap. 27. & 29.* Hieron. Roder. *in compendio quast. Regul resol.* 123. *num.* 39. Carrillo *in annalib. Chronolog. lib. 6. anno* 1540. *pag.* 463. *vers. este año,* Ascan. Tamburin. *tom. 2. disp. 24. quast. 5. à num. 1. tom. 3. disp. 1. quast. 2. num. 10. in fine,* vbi *num. 11.* addit hunc Ordinem per Monarchiam gubernari, Lezana *in sum. quast. Regul. tom. 2. cap. 4. num. 20.* Fr. Ferdinand. Camargo *in epitome historiali sub anno 1540. fol. 299. & sub anno 1556. fol. 504. cum seqq.* vbi numerat plures Religiosos sanctitate & martyrio insignes, Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol.* 112. latè me non citato Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Relig verbo Iesuita pag. 116. cum seqq.* Ex professo Nicolaus Orlandinus, & Franciscus Sachinus, Petr. Ribadeneira *in libello de instituto Societatis IESV. & in vitis trium Generalium, & in alio libello, cui titulus est, Catalogus illustrium Scriptorum Religionis Societatis IESV,* alium nouissimè, & copiosissimè edidit Philipp. Alegambre Bruzelensis, Valentia *in apologia pro Societate aduersus admonitionem Snidelini Lutherani,* Ioannes Petrus Maffæus & Paulus Bombinus, *in vita S. Ignatij,* Horatius Tursellinus *in vita sancti Francisci Xauerij,* Andræas Scotus *in vita B. Francisci de Borgia,* Iacobus Gretserus *in libris quinque apologia pro vita S. Ignatij,* Ludouicus Richeomius & Franciscus Turrianus *in apolog. pro Societate IESV contra calumnias hareticorum,* Franc. Bonauentura *in extrauag. Gregorij XIII. Ascendente Domino,* Carolus Scribanus *in amphitheatro honoris contra Caluinistarum criminationes,* Ægidius Schondonchus *in scana tragica soluta numeris oratione ex apologia P. Francisci Costeri aduersus calumnias Lugdunensium Batauorum in Societatem.* Albertus Albertis *in generalibus Societatis IESV indic. aduersus famosos Gasparis Scioppij libellos datis.* Alphons. Montoya *de votis Societatis,* Balthas. Chauassius *in apologia pro societate IESV,* Iacob Mirauet *in summario Constitutionum Societatis, & in regulas communes, & officiorum proprias eiusdem Societatis,* Ioan. Polancus, *constitutiones Societatis IESV à sancto Ignatio Hispanicè conscriptas latinas fecit.* Valentin Mangioni *in consultat. de vi voti simplicis paupertatis emissi soluti in Religione Societatis IESV peracto nouitiatu,* Adamus Contzen *de secretis Societatis.* Aldan. Tanner. *in apologia contra monita priuata Societatis IESV,* Alas. Valignan. *in apologia pro Societate IESV,* Baltassar Chauass. Christophor. de Rousebusco, Ferdin. de Mendoza, Ludou. Richeomius, *omnes in simili apologia,* Ioan. de Montemaior *in resp. ad quinque calumnias in Societatem sparsas,* Petr. Cotton *in defens. instituti Societatis IESV.*

2 Clerici Regulares Societatis IESV Instituti fuerunt à S. Ignatio de Loyola nobili Cantabro, & eorum Congregatio sub propria regula approbata à *Paulo III. constit. 25.* incip. *Regimini 5. Kalend. Octobris* 1540. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 653.* cum limitatione, vt non plures essent Religiosi quàm sexaginta, quam postea sustulit, & sine limitatione confirmauit sub die 12. Martij 1543. Confirmarunt eandem successores, videlicet *Iulius III. constit. 9.* incip. *Exposcit 12. Kalend. Augusti.* 1550. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 609. & Gregorius XIII. *constit.* 89. incip. *Ascendente 8. Kalend. Iunij* 1584. apud eundem Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 472. & Gregorius XIV. *constit. 10.* incip. *Ecclesia 4. Kalend. Iulij* 1591. apud eundem Laert. Cherub. *tom. 1 pag.* 696.

3 Clerici Regul. Societatis Iesv in tres diuiduntur classes, Approbatorum scilicet, Formatorum, & Professorũ. Approbati sunt illi, qui exacto biennio nouitiatus vota Scholasticorum emittunt, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, simplicia tamen, siue isti futuri sint Sacerdotes, siue in statu laicali remansuri titulo Coadiutorum temporalium. Formati sunt Religiosi Coadiu-
4 tores quos vocant spirituales in spiritualibus exercitiis circa proximos occupari, in audiendis Confessionibus, celebrandis, & ministrandis Sacramentis, pacificandis dissidentibus, &c. Fiunt hi ex Scholasticis Approbatorum: sunt etiam ex his Coadiutores temporales formati, idest qui gradum hunc habent, in quo consistant, & cum tribus tantùm votis simplicibus, itaut nec ipsi nec Coadiutores formati aliquid addant substantiale supra Approbatorum homines nisi quod incapaces sunt dominij, condendi testamenta, hæreditates adeundi dum sunt intra Societatem, nam ab ea expelli possunt, vt quotidie expelluntur, sed grauioribus ex causis.

5 Clerici Regulares Societatis Iesu Approbati & Formati Coadiutores tam spirituales quàm temporales, postquam emiserint dicta tria vota simplicia, verè & propriè sunt Religiosi, vt definiuit sanctæ mem. *Gregorius XIII. in Constit.* incip. *Quanto fructuosiùs Kalend. Februarij* 1582. & in alia incip. *Ascendente, supra citata,* in qua decernit tria illa vota simplicia esse verè substantialia, contradictiones excitatas temerarias pronunciat, institutumque huius Societatis impugnari pro-

hibet: tradunt Nau. *comment. 1. de Regular. num. 19.* Mandos. *cons. 13. num. 3. & seqq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 1. art. 4. & quæst. 56. art. 1.* Carol. Tapia *in d. auth. ingressi, verbo monasteria cap. 10. num. 8.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 7. vers. Gregorius*, Ioann. à Cruce *de statu Relig. lib. 1. cap. 2. concl. 5. vers. ex dictis*, Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 10. num. 53. vers. & clarius patet*, Aldrete *in allegat. pro omnimoda Regul. exempt. p. 2. cap. 7. n. 5.* Sanch. de Matrim. *lib. 7. disp. 25. num. 15. & in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 1.* me citato Tamburin. *d. tom. 2. disp. 2. quæst. 30. num. 8.* Rota *in nullius seu Caputaquen. pensionis 18. Aprilis* 1616. coram bonæ mem. *Martino Andrea* cuius meminit Ioann. Maria Nouat. *in lucerna Regul. dicto verbo Iesuita, num. 34. cum seqq.*

6 Clerici Regulares Societatis Iesu non emittunt tria illa vota simplicia (quicquid sit quoad ipsos emittentes, qui quantum in eis est, remanent perpetuò obligati) irreuocabiliter quoad ipsam Societatem, cuius Superior Generalis poterit eos semper dimittere cum causa etiam absque illorum culpa iuxta statuta dictæ Religionis, & confirmationes Apostolicas. Vnde vt maiorem Societas haberet libertatem, illos si opus esset, cum minori offensa dimittendi, sapienter fuit

7 prouisum, vt illis liceret retinere bona sua, & beneficia, ne postea dimissi eis priuati remanerent, vt *in Constitut. part. 4. cap. 4. lit. E. & p. 6. cap. 2. lit. H*, quæ ratio expressè legitur in dicta Constit. *Gregorij XIII.* incip. *Ascendente*, quod his temporibus, & in hac Religione speciale est, ac diuersum ab aliis Religionibus, vt in puncto tradunt Vasquez *part. 2. tom. 2. disp. 165. num. 104. in fine*, Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 139. col. 3. vers. illis qui finito*, Lessi. *in simili tract. lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 27.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 10. in concl. & resp. ad 1.* Ribadeneira *in tract. de ratione instituti Societatis, cap. 18.* Nicol. Garc. *d. part. 7. cap. 10. num. 62.*

8 Clerici Regulares Societatis Iesv sunt alij professi trium votorum solemnium, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, alij obedientiæ addunt quartum circa missiones ex summi Pontificis decreto. In his præcipuè sita est Societas, legendo, concionando, disputando, proximum iuuando, tum inter Fideles, tum inter infideles ætatem absumunt. Alij etiam professi post ipsam professionem vota simplicia emittunt, vt non ambiendi vllam, nec in Societate, nec extra Societatem, nisi obligentur ab eo qui possit, non consentiendi vt paupertas Societatis relaxetur, sed curandi, vt semper stringatur, manifestandi Præposito Generali Societatis, vel Societati ipsi qui Dignitates ambierint; audiendi consilia Generalis, vel illius, quem ipse deputet ad rectam animi, & officij sui rationem, quando sibi sua meliora non visa fuerint, si eligi contingat in dignitatem aliquam extra Societatem, de omnibus his latè Sanch. *in præcepta Decalog tom. 2. lib. 6. cap. 18.* Suar. *tom. 4. de Relig. tr. 10. lib. 6. cap. 4. vsque ad 11.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 4. num. 9. & 10.* vbi late.

9 Clerici Regulares Societatis Iesu officium diuinum priuatum non communiter recitant, *Paulus III. in d. constit. 25.* incip. *Regimini 5. Kalen. Octob.* 1540. apud Laert Cherub. *in Bullario tom. 1 pag. 653.*

10 Clerici Regulares Societatis Iesu non possunt consentire electioni de se factæ ad ecclesiasticas dignitates absque Præpositi licentia. *Idem Paulus III. constit. 48.* incip. *Licet 15. Kalend. Nouembris* 1549. apud Laert. Cherubin. *d. tom. 1. pag. 687.*

11 Clerici Regulares Societatis Iesu confessiones secularium audire possunt. Idem Paulus III. dicta constit. 48. dummodo tamen ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut aliàs idonei iudicentur, & approbationem obtineant, quia comprehenduntur decreto *Concilij cap. 15. sess. 23. de reformat. S. Congr. Conc. sub die 20. Iulij 1619.* teste Sellio *in select. Canon. cap. 81. num. 6.* Non tenentur tamen deferre superpelliceum dum audiunt confessiones. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. 25. Aprilis* 1586. referente Sellio *d. cap. 81. n. 5.* Absoluere à casibus reseruatis minimè possunt etiam vigore Maris magni. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 268.*

12 Clerici Regulares Societatis Iesu ad processiones accedere non tenentur, nec ad id cogi possunt. *Gregorius XIII. constit. 36.* incip. *Quacunque 21. Septemb.* 1576. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom 2 pag. 404.*

13 Clerici Regulares Societatis Iesu à solutione & præstatione decimarum, & aliorum onerum quorumcunque eximuntur. *Gregor. XIII. constit. 51.* incip. *Pastoralis 1. Ianuarij* 1578. Leo verò XI. in *sua Constit.* incip. *Impositi nobis sub die 23. Aprilis* 1605. Motu proprio, & ex certa scientia statuit vt extunc deinceps perpetuis futuris temporibus Societas Iesu, & illius domus etiam probationum, atque collegia, & loca quæcunque vbiuis locorum in Regnis Castellæ & Legionis existentia ratione prædiorum, possessionum, vinearum, oliuetorum, terrarum, hortorum, & bonorum quorumcunque acquisitorum, & acquirendorum, & eorum quæ locare, & arrendare solent, vel per proprios colonos, aut propriis manibus excolunt nec non pecorum & aliorum animalium, loco decimæ, vigesimam partem soluere teneantur, & obligati existant, exceptis hortis, & viridariis, quæ apud eorum domos, seu collegia habent. De terris autem, prædiis, & possessionibus, quæ titulo locationis ab aliis conduxerunt, & ipsi colant, aut coli faciant, integram decimam persoluere debeant. Et licet Gregorius XV. per suam constit. emanatam sub die 15. Februarij 1622. videatur primam Leonis XI reducere ad terminos alterius *Gregorij XIII.* Nihilominus S. D. N. *Vrbanus VIII. in sua Constit.* incip. *Alias à felicis record. sub die 10. Nouembris* 1624. Motu proprio & ex certa scientia Gregorij XV. literas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta perpetuò reuocauit.

14 Clerici Regulares Societatis Iesu habent vsum Altaris portatilis. *Gregorius XIII. constit. 57.* incip. *Vsum Altaris 1. Octobris* 1579. apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pag. 433.*

15 Clerici Regulares Societatis Iesu à quocunque Episcopo extra tempora, & interstitiis non seruatis Ordines suscipere possunt. *Gregorius XV. constit. 7.* incip. *Pium 21. Septembris* 1582. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 461.*

16 Clerici Regulares Societatis Iesv absque licentia ab ea discedentes, censentur apostatæ. *Gregorius XIII. in d. constit.* incip. *Ascendente*, apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 472.*

17 Clerici

17 Clerici Regulares Societatis IESV sacris Ordinibus non initiati, verbum Dei prædicant, *Gregorius XIII Constit. 95. incip. Vigore*, 20. *Nouembris* 1584. apud. Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 481.*

18 Clerici Regulares Societatis IESV, nomen hoc in proprium retinent. Superiorum electio est penes Præpositum Generalem. Et post emissionem
19 votorum ad Carthusiensem dumtaxat Ordinem
20 transire possunt. *Gregorius XIV. Constit. 10. incip. Ecclesiæ, 4. Kalend. Iuly 1591.* apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pagina. 696.*

21 Clericorum Regular. Societatis IESV Religio nouitios recipit etiam non seruata forma Constitutionis P. Sixti V. *Gregorius XIV. constit. 15. incip. Exponi, 30. Augusti 1591.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 704.*

22 Clericorum Regularium Societatis IESV Religio est verè ex Ordinibus Mendicantibus, eorumque gratiis, & priuilegiis tam concessis quàm concedendis perfruitur. *Pius V. constit. 171. incip. Dum indefessæ, 7. Iulij 1571.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 343*

Clerici Regulares Societatis IESV comprehenduntur sub decreto, quo cauetur vt nullibi recipiatur Conuentus Regularium, nisi præter alia ad id requisita duodecim saltim Fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, atque aliqua subsint iurisdictioni Ordinarii. *Sacra Cong. Conc. super decretu de celebrat. Missar. dub. 8. de anno 1626.* post meum tract. *de officio Episcopi pag. 11.*

Clerici Regulares Societatis IESV excepti sunt decreto Concilij sess. 25. de Regularib. cap. 16. quoad obligationes, & renuntiationes, adeò vt hæ etiam ab eorum Nouitiis quandocunque & sine eorum licentia factæ nullitati dicti decreti minimè subiaceant *Sacra Cong. Conc. in Neapolitana 20 Martij 1621.* teste Gallemart in *select. Canon. c. 19 n. 15.* quem refero *in collect. add. c. 6. n. 29.*

23 Clericorum Regularium Societatis IESV Ordo habebat anno 1608. vt testatur Ribadeneira in suo illustrium scriptorum Religionis Societatis IESV, catalogo, prouincias 31. cum duabus Viceprouinciis, Domos professas 21. Collegia 239. Domos probationum, siue Nouitiorum separatas 33. Domos & residentias 96. socios penè 15000. subest tota familia vni Generali, eique perpetuo, & à quo Præpositi Domorum, Prouinciarum, Rectores Collegiorum, Prouinciales item eliguntur. In hæreticis, & infidelibus ad Catholicam Fidem reducendis & maximè in remotissimis regionibus plurimum & laudabiliter elaborarunt strenuissimi huius sanctæ Societatis milites, vt constat ex annuis relationibus per illos transmissis ex Mogore, Syriis, Cocincina, Iaponia, Philippinis, Æthiopia, & vtraque India Orientali & Occidentali, quas præ manibus habemus, & in lucem ediderunt Franciscus Bencius, Ioannes Antonius Valtrinus, Ioannes Franciscus Carettonius, Sebastianus Barettarius, Philibertus Monetius, Balthasar Costa, Didacus Antunez, Emmanuel Pererius, Franciscus Eugenius, Franciscus Vas, Gabriel de Mattos, Gaspar Coelho, Gaspar Luyssius, Gaspar Paez, Gregorius Lopez, Hieronymus Maiorica, Iacobus Surius, Ioannes Baptista Bonellus, Ioannes Baptista de Machaud, Ioannes Bollandus Ioannes Brebeuf, Ioannes de Sylua, & alij.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Clericis Regul. Minoribus agentes.*
2 *Clerici Regulares Minores quando & à quibus instituti?*
3 *Vota quatuor substantialia emittunt Clerici Regulares Minores.*
4 *Priuilegijs Clericorum Regularium Theatinorum gaudent Clerici Regul. Minores.*
5 *Confirmationem suarum Constitutionum obtinuerunt à Paulo V. Clerici Reg. Minor.*
6 *Habitu Clericali ex panno vili vtuntur Clerici Regulares Minores.*

Clerici Regulares Minores.

COLLECT. CLXX.

1 DE Clericis Regularibus Minoribus Silvest. Maiul. *in octauo Relig. lib. 5. pag. 437* Sorb. *in compendio priuileg. in prælud.* vbi recenset Ordines Regulares, Carol. de Tapia *in auth. ingress. C. de sacros. Eccles. verbo Monasteria cap. 12.* Fr. Ferdinandus Camargo *in epitb. historial Ecclesiæ militantis sub anno 1587. fol. 316. verso*, Lezan *in sum. quæst. Regular. tom. 2. c. 4. n. 16. & num. 23.* vbi de voto non petendi Prælaturas extra Religionem, Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disput. 24. q. 4. n. 85.* Ioseph M[...] *en el theatro de Religiones fol. 113.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Clerici Regulares, n. 11.*

2 Clerici Regulares Minores Instituti fuere ab Augustino Adorno Sacerdote Ianuensi, cum Augustino & Francisco de Caracciolis Sacerdotibus Neapolitanis sub propria regula anno 1588. Pontifice Sixto V. Imperatore Occidentis Rodulpho II. Orientis tyranno Amurate III Moritur sanctissimo fine Neapoli P. Augustinus Adornus biennio ferè post fundationem, & sepultus est in Ecclesia sanctæ Mariæ Maioris, ibique etiam P. Franciscus Caracciolus, qui in sæculo dicebatur Ascanius, cum magna sanctitatis opinione. P. autem Augustinus Caracciolus in seculo Fabritius Romæ obiit, & in Ecclesia S. Laurentij in Lucina sepultus est.

3 Clericorum Regul. Minorum Ordinem approbauit, indulsitque vt eius Religiosi emitterent quatuor vota substantialia, nempe paupertatis, castitatis, obedientiæ, ac non procurandi dignitatem vllam extra Religionem, nec acceptandi nisi ex iussu Summi Pontificis, item vt ministrare possent Sacramenta Ecclesiastica, recitare Diuinum Officium secundùm vsum S.R.E. & vt in communi, ac clericali habitu viuerent. *Sixtus V. constit. 81. incip. Sacræ Religionis, 1. Iuly 1588.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario pag. 629.*

4 Clerici Regulares Minores gaudent priuilegiis Clericorum Regularium Theatinorum, *Gregorius XIV. Constit. 2. incip. Romanus, 18. Februarij 1591.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 687.*

5 Clerici Regulares Minores confirmationem suarum Constitutionum obtinuerunt *à Paulo V. constit. sua, incip. Decet, sub dat. Tusculi 8. Octobris 1612.*

6 Clerici Regulares Minores vtuntur habitu clericali ex panno vili, reguntur ab vno Præpoſito Generali, qui prius durabat ad triennium, nunc verò ex dictis Conſtitutionibus confirmatis eligitur ad ſexennium. Sunt per Italiam, & Hiſpaniam, habent prouincias tres, Neapolitanam, Romanam & Hiſpaniam, in quibus numerant 24. Monaſteria. Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 1. tit. 19. de Religion n. 45.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Clericis Regularibus miniſtrantibus infirmis agentes.*

2 *Clerici Regulares miniſtrantes infirmis quando & à quo instituti?*

3 *Clericorum Regular. miniſtrantium infirmis Ordo cum quatuor votis ſolemnibus, & exemptione à iuriſdictione Ordinariorum approbatur.*

4 *Clerici Regulares huiuſmodi ſeruiunt infirmis tam circa corporalia, quàm ſpiritualia & à miniſterio infirmorum etiam Sacerdotes non diſpenſantur.*

5 *Clerici Regulares miniſtrantes infirmis ante expletum decennium, niſi ex cauſa quinquennio elapſo, ius ſuffragij non habent.*

6 *Clerici Regulares miniſtrantes infirmis ad Carthuſianos tranſire prohibentur non obtenta licentia à Sede Apoſt.*

7 *Ariſtocratia gubernatur Ordo Clericorum Regularium miniſtrantium infirmis.*

8 *Vota ſolemnia & ſimplicia quot emittant Clerici Regul. miniſtrantes infirmis.*

9 *Domus profeſſæ Clericorum Regularium miniſtrantium infirmis non poſſunt habere redditus, nec bona ſtabilia.*

10 *Habitus, quo vtuntur Clerici Regul. miniſtrantes infirmis.*

11 *Præpoſitus Generalis Clericorum Regul. miniſtrantium infirmis eligit ſuperiores omnes, cum voto tamen conſultiuo ad maiorem numerum quatuor Conſultorum, qui illi ſemper aſſiſtunt.*

Clerici Regulares miniſtrantes infirmis.

COLLECT. CLXXI.

1 DE Clericis Regularibus miniſtrantibus infirmis Silueſt. Marul. *in occeano relig. lib. 5. pag.* 429. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. q. 3. art. 15.* Carol. Tapia *in authent. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo Monaſteria cap. 13.* Lezana *in ſumma quæſt. Regul. tom. 2. c. 4. num* 24. Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. diſput* 24. *num.* 73. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Clerici Regulares n. 12. cum ſeqq.* Sanctius Cicatellus *in vita Camilli de Lellis fundatoris.* Iulianus Francardellus *in Chronica huius Religionis*, quam euulgauit Coſmus Lenaa eiuſdem alumnus.

2 Clerici Regulatea miniſtrantes infirmis instituti fuerunt à Camillo de Lellis Sacerdote Neapolitano ex oppido Bocbianico diœceſis Theatinen. oriundo, anno 1586. Pontifice Sixto V Imperatore Occidentis Rodulpho II. tyranno Orientis Amurate III. quo tempore eorum congregatio ſub instituto ſimplicis Congregationis approbata fuit ab eodem *Sixto V. conſtit. 15.* incip. *Ex omnibus* 18. *Martij eiuſdem anni.*

3 Clericorum Regul. miniſtrantium infirmis Congregatio ſub instituto Religionis cum quatuor votis ſolemnibus, & exemptione à iuriſdictione Ordinariorum, approbata fuit à *Gregorio XIV. conſtit* 17. incip. *Illius* 11. *Kalend. Octobris* 1591. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 706.*

4 Clerici Regulares miniſtrantes infirmis tam circa corporalia quàm ſpiritualia ſeruiunt infirmis in hoſpitalibus, & prohibentur adminiſtrationes redditunm hoſpitalium procurare, & à
5 miniſterio infirmorum etiam Sacerdotes non diſpenſantur: & ante expletum decennium niſi ex cauſa, quinquennio elapſo, ius ſuffragij non habent. *Clemens VIII. conſtit.* 75. incip. *Superna* 4. *Kalend. Ianuarij* 1604. apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 107.*

6 Clerici Regulares miniſtrantes infirmis etiam ad Carthuſianos tranſire prohibentur non obtenta licentia à Romano Pont. *Paulus V. conſtit.* 20. incip. *Romanum* 16. *Maij* 1606. apud Laert. Che-
7 rub. *tom. 3. pag.* 202. Et ariſtocratia gubernatur eorum Ordo. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 1. quæſt. 2. num. 13.*

8 Clerici Regulares miniſtrantes infirmis habent multa deſumpta à Patribus Societatis IESV. imprimis nouitiatum per biennium, profeſſionem quatuor votorum, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, item de perenni miniſterio ægrotantibus exhibendo etiam peſte laborantibus. Addunt deinde profeſſi vota quatuor ſimplicia, primum non conſentiendi vt quicquam muretur in modo ſeruiendi infirmis ſibi per Bullas Apoſtolicas decretis: ſecundum non conſentiendi vt redditus hoſpitalium ab ipſis poſſideantur: tertium non procurandi, nec acceptandi aliquam Prælaturam, vel dignitatem intra vel extra Religionem niſi imperetur ſub peccato ab eo, qui imperare poſſet: quartum manifeſtandi Religioni, ſeu Conſultæ, quam maiorem appellant, ſi quem ſciant huiuſmodi Prælaturas, vel dignitates procurare; de quo Lezana *in ſum. quæſt Regul. tom. 2. cap. 4. num. 18.*

9 Clericorum Regul. miniſtrantium infirmis Domus profeſſæ non poſſunt habere redditus, nec bona ſtabilia, ſi excipiatur locus aliquis, putà villula, in qua ſenes & ægroti ſpatiari poſſint, & à laboribus recreari. Profeſſos tamen ad Sacerdotium deſtinatos in Domibus Nouitiarum, vel aliis distinctis Domibus, donec Presbyteri ordinentur ex illarum perpetuis redditibus viuere poſſe ſtatuit *Vrbanus VIII. conſtit. 10.* incip. *Sacroſancta 13. Kalend. Februarij* 1623. apud Angel. Mari. Cherub. *in Bullar. tom. 4. pag.* 23.

10 Clericorum Regul. miniſtrantium infirmis habitus conuenit cum habitu Patrum Societatis IESV, diſtinguitur tamen ille ab hoc Patrum Cruce, quam ex panno cannſino in pallio ad dexterum latus circumferunt. Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 1. tit. 19. de Religionib. num. 53.*

11 Clericorum Regul. miniſtrantium infirmis Præpoſitus Generalis eligebatur ad ſexennium, nunc verò durat tantùm ad triennium, à quo Superiores omnes eliguntur cum voto tamen deciſiuo ad maiorem numerum quatuor Conſultorum, qui illi ſemper aſſiſtunt, de quorum omnium electione. *Vrbanus VIII. conſtit.* 45. incip. *Romanus* 29 *Aprilis* 1628 Apud Angel Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. pag.* 98. Diuiduntur in quinque prouincias

uincias per Italiam & Siciliam vbi enomerant domicilia 25. modo incipiunt habitare Matriti.

SVMMARIVM.

1 *Missam seu Officium defunctorum non potest Clerus Ecclesiæ Cathedralis celebrare in Ecclesiis Regularium illis inuitis.*

2 *Clerus Ecclesiæ Cathedralis dignior est clero Ecclesiæ Collegiatæ, vel Parochialis.*

3 *Canonici aliarum Ecclesiarum non debent cum Clero Cathedralis incedere.*

4 *Rectoribus, Portionariis, Vicariis, ac clero Ecclesiarum Parochialium præcedit vniuersus Clerus Ecclesiæ Cathedralis, etiam in propriis Curatorum Ecclesiis.*

5 *Procuratores Cleri ad omnia, quæ accedere possint, constituti, ad particularia negotia constituti censentur.*

6 *Clerus in processionibus non mixtus, sed distinctus incedere debet.*

7 *Confraternitatibus quibuscunque debet semper præcedere Clerus.*

8 *Præcedentiam semper debet habere Clerus secularis supra omnes Regulares etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis.*

9 *Officium defunctorum super cadauera in Ecclesiis Regularium debent facere ipsi Regulares, non verò Clerus secularis.*

10 *Clerus Regularis non est in processionibus immiscendus cum Clero seculari.*

11 *Clerus Parochialis Ecclesiæ debet incedere in processionibus cum Rectore ipsius Ecclesiæ.*

12 *Clerus & alij vocati ad funus conuenire debent in Ecclesia Parochiali.*

Clerus.

COLLECT. CLXXII.

1 CLerus Ecclesiæ Cathedralis non potest in Ecclesiis Regularium illis inuitis celebrare Missam, seu Officium defunctorum. *Sacra Congr. Rit. in Buuntina* 10. *Iunij* 1612. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap.* 3, *num.* 86.

2 Clerus Ecclesiæ Cathedralis dignior est Clero Ecclesiæ Collegiatæ, vel Parochialis, & debet habere digniorem locum in processionibus, licet tardius compareat. *Sacra Cong. Rit. sancti Seuerini* 1. *Septembris* 1607. cuius meminit Sellius *d. c.* 3. *n.* 87.

3 Clerus Ecclesiæ Cathedralis vnitus in vltimo loco incedere debet in processionibus, nec Clerus, vel Canonici aliarum Ecclesiarum debent cum Clero Cathedralis incedere. *Sacra Congr. Rit. in Andrien.* 20. *Augusti.* 1604. de qua Sell. *de cap.* 3, *num.* 88.

4 Clerus vniuersus Ecclesiæ Cathedralis præcedere debet omnibus Pastoribus Portionariis, Vicariis, ac Clero Ecclesiarum Parochialium. *Sacra Congr. Rit. in Terulen.* 12. *Aprilis* 1603. Etiam in propriis Curatorum Ecclesiis Eadem *Sacra Congr. Rit. in Sutrina* 2. *Augusti* 1630. Nam post Canonicos sedere debet Rector Parochialis in sua propria Ecclesia. *Eadem Sacra Congr. Rit. in Turritana* 14. *Februarij* 1632. penes Sellium *d. cap.* 3. *num.* 89.

5 Clerici procuratores ad omnia quę accidere possint constituti, ad particularia negotia constituti censentur, & in Synodo interesse non possunt. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. die* 21. *Martij* 1589. apud Sellium *d. cap.* 3, *num.* 90.

6 Clerus in processionibus non mixtus, sed distinctus incedere debet, ita vt omnes Ecclesiæ separatæ cum cruce sua incedant in loco ex debito iuxta antiquitatem, & fundationem, & vltimus, ac dignior locus primariæ Ecclesiæ reseruandus est. *Sacra Congr. Rit. in Giennen.* 24. *Septembris* 1605. referente Sellio *d. cap.* 3, *num.* 91.

7 Clerus debet semper præcedere quibuscunque Confraternitatibus laicorum. *Sacra Congr. Rit. in Eluen.* 10. *Ianuarij* 1604. *in resp. ad* 6. *dubium*, quam citat Sellius *d. cap.* 3. *n.* 92.

8 Clerus secularis debet semper, & in omni loco habere præcedentiam supra Regulares etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis ex vniuersali Ecclesiæ consuetudine. *Sacra Cong. Rit. in Hispanarum* 17. *Nouembris* 1600. *& in Elboren.* 28. *Septembris* 1602. *& in Castellę & Legionis* 30. *Augusti eiusdem anni, & 6. Decembris* 1603. *& in Mexicana* 30. *Septembris, & 5 Octobris* 1612. *& in Tullen.* 12. *Martij* 1616. *& in Firmana terra sancta Victoria* 31. *Martij* 1618. quorum meminit Sellius *d. cap.* 3. *n.* 93.

9 Clerus secularis postquam Christi fidelium Cadauera in Fratrum Religiosorum Ecclesiis sepelienda associauerint, in eisdem Ecclesiis super iisdem cadaueribus Officium defunctorum, Psalmos, Responsoria, aliasue preces, vel orationes recitare, aut psallere non potest, sed ab ipsis Fratribus duntaxat hæc omnia peragenda sunt. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Turritana* 24. *Nouembris* 1617. teste Sellio *d. cap.* 3. *num.* 94.

10 Clericus Regularis non est in processionibus immiscendus cum Clero seculari. *Sacra Congr. Rit. in Neapolitana* 7. *Iunij* 1612. apud Sellium *d. cap.* 3. *num.* 95.

11 Clerus Parochialis Ecclesiæ debet incedere in processionibus cum Rectore ipsius Ecclesiæ, non autem Rector potest ire cum Archipresbytero Ecclesiæ collegiatæ *S. Congr. Rit. in Syracusana* 17. *Nouembr.* 1607. de qua mentionem fecit Sellius *d. cap* 3. *num.* 96.

12 Clerus, & alij vocati ad funus conuenire debent ad Ecclesiam Parochialem, vel in aliam Ecclesiam iuxta loci consuetudinem, & nullo modo permittendum expectari per vias, vel ad domum defuncti, non obstante contraria consuetudine expectandi per vias, vel ad domum defuncti. *Sacra Congr. Rit. in Thelesina* 12. *Februarij* 1633. vt per Bonfadin. *in thesauro Canon. decis. resol.* 5. *n* 8.

13. Cluniacenses Monachi, vide in verbo *Monachi Cluniacenses, collect.* 485.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de coadiutoriis & coadiutoribus agentes.*

2 *Ciuitatem ingredi Pontificaliter non licet coadiutori Episcopi cum futura successione.*

3 *Cruce in diuinis, & in functionibus Pontificiis, & dum incedit per Vrbem non debet vti coadiutor Archiepiscopi cum futura successione.*

4 *Cappa vti potest coadiutor Pontificalia in Ecclesia exercens absente Archiepiscopo, præsente Archi-*

episcopo vti debet mantelleto, & rochetto.

5 *Mozzeta, & rochetto non licet vnquam vti coadiutori Archiepiscopi, etiam absente Archiepiscopo.*

6 *Canonici sunt compellendi vt coadiutori Episcopo solemniter celebranti, & Pontificalia exercenti semper assistant.*

7 *Canonici non debent accedere ad circulos, quando Pontificaliter celebrat Episcopus coadiutor.*

8 *Confessionem vt faciat coadiutor Episcopus cum Sacerdote celebrante decet.*

9 *Benedictionem Episcopalem dare debet coadiutor Episcopus in fine Missæ.*

10 *Benedicere populum coadiutori Episcopo licet, dum per ciuitatem incedit, de licentia tamen Archiepiscopi coadiuti.*

11 *Canonici quomodo obuiam ire debent coadiutori Episcopo ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti.*

12 *Indulgentias largiendi facultatem non habet coadiutor Episcopus.*

13 *Coadiutor Episcopus in synodo Prouinciali debet sedere inter Episcopos Prouinciales loco suæ promotionis.*

14 *Vexillifero* Ciuitatis *Bononien. debet præcedere coadiutor Archiepiscopi illius Ciuitatis.*

15 *Limina Apostolorum visitare tenetur coadiutus, & non coadiutor.*

16 *Episcopum coadiutum à residentia non liberat coadiutoris concessio.*

Coadiutor Archiepiscopi, seu Episcopi.

Collect. CLXXIII.

1 DE coadiutoribus Quarant. *in sum. Bullarij verbo Archiepisc. auctoritas auctor.* 13. Gonzal *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 9. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 4. *cap.* 5. Melch. Lotter. *de re benefic lib.* 2. *quæst.* 25. Sebast. Cæsar. *in relect. de eccles. hyerarchia part* 4. *disp.* 14. §. 9. Machado *en su perfetto Confessor tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 18. *documen.* 2. Ego *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 29. *per tot. & de iure ecclesiast. vniuerso l.* 3. *c.* 10.

2 Coadiutori Archiepiscopi cum futura successione non licet ingredi ciuitatem Pontificaliter, quia licet sit coadiutor cum futura successione, ex quo tamen non habet ius in re, sed ad rem, non debet recognosci tanquam superior, & caput, sed vti coadiutor, & eo magis, quia contingere potest vt non succedat in Episcopatu, sed prior moriatur.

3 Item ipse non debet vti Cruce in Diuinis, nec in functionibus Pontificiis, nec dum incedit per Vrbem: cum Crux sit signum, & ornamentum dignitatis, & iurisdictionis, & coadiutor vtraque careat.

4 Item coadiutor Pontificalia in Ecclesia exercens, absente Archiepiscopo vti potest cappa, cum ea sit tantum ornamentum Episcopalis dignitatis, præsente autem Archiepiscopo vti debet
5 mantelletto, & rochetto: nec licet vnquam coadiutori vti Mozzetta & rochetto, etiam absente Archiepiscopo, cum hoc proprium sit eius, penes quem est dignitas, & iurisdictio. Nec potest sedere coadiutor in sede coadiuti, cum vna sedes non capiat duos.

6 Item Canonici sunt compellendi vt coadiutori Episcopo solemniter celebranti, & Pontificalia exercenti semper assistant: alioquin indecorum videretur si Episcopus sine Canonicorum assistentia celebraret; nec non videretur esse contra decretum Concilij Trid. quod extensiuè huic etiam casui accommodari potest.

7 Item Canonici non debent accedere ad circulos, cum ipsi circuli denotent membrorum vnionem ad ipsum caput, & constat coadiutorem non debere esse caput.

8 Item decet vt coadiutor Episcopus Confessionem faciat cum Sacerdote Canonico celebrante: & vt idem quoque benedicat in fine Missæ, ne populus Diuinis assistens benedictione Episcopali defraudetur, & iam est vsu receptum vt Episcopus benedicturus faciat etiam Confessionem cum celebrante.

10 Item licet coadiutori, de licentia tamen Archiepiscopi, benedicere populum dum per ciuitatem incedit.

11 Item maximè decet vt Canonici prodeant obuiam coadiutori Episcopo ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti ad ostium Ecclesiæ, eumque descendentem ad idem ostium deducere, imo esset valdè commendandum, si nonnulli Canonici officij & vrbanitatis gratia ad ipsius coadiutoris ædes accederent.

12 Item coadiutor non habet facultatem largiendi Indulgentias, & sic ex nomine Archiepiscopi, si quas Archiepiscopus concedere voluerit, sunt publicandæ. *Sacra Congr. Rit. nomine Cardinalium Paleotti, & Veronen. sub die* 31. *Ianuarij* 1561. quam refert Prosper. de Augostino *in addit ad Quarant. in sum Bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas, auctor.* 13. *n.* 12. *in fine*, Piasec. *in praxi Episcop. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 10. Campan. *in diuersorio Iuris Canonici, rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 107. Ego ipse *de iure eccles. vniuerso lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 35. & eam Hispanico sermone vertit Machado *en su perfetto Confes. tom* 2. *lib.* 4. *tract.* 18. *docum.* 2. *n.* 4.

13 Coadiutores Episcoporum Veronen & Trident. in Synodo Prouinciali Aquileien. debent inter Episcopos Prouinciales loco suæ promotionis sedere cum proprijs iuribus fulgeant. *Sacra Congr* Rit. 20. *Septembris* 1596. cuius memini *d. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 44.

14 Coadiutor Archiepiscopi Metropolitanæ Bononien. debet præcedere vexillifero, eiusdem ciuitatis. *Sacra Congr. Rit. in Bononien.* 4. *Maij* 1592. de qua memini *d. lib.* 3. *cap.* 10. *n* 45.

15 Coadiutor Episcopus non tenetur visitare limina Apostolorum, sed coadiutus. *Sacra Congr. Conc. die* 4. *Augusti* 1609. cuius memini *d. lib.* 3. *cap.* 10 *n.* 45. *in fine, & in collect. ad Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.* 3. *n.* 44.

16 Coadiutoris concessio non liberat Episcopum coadiutum à residentia. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Nicoteren.* 7. *Septembris* 1619. cuius etiam memini *d. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Rectorum Parochialium coadiutores instituti auctoritate Apost. tenentur ad personalem residentiam sicut Rectores ipsi.*

2 *Illiterato, aut inhabili si detur coadiutor, coadiutus per hoc abesse non poterit.*

3 *Parochus, cui datus fuit coadiutor ob infirmitatem, tenetur nihilominus residere in loco, vbi sita est Parochialis.*

4 *Residere tenentur coadiutores etiam perpetui, sicut veri Curati.*

Coadiutor

Coadiutor Rectoris Parochialis.

Collect. CLXXIV.

1 COadiutores Rectorum Parochialium instituti auctoritate Apost. tanentur ad personalem residentiam sicut Rectores ipsi *Sacra Cong. Concil.* testibus Gonzal *ad reg* 8 *Cancel glos.* 5. §. 9. *num.* 17. Galer. *in margarita casuum Conscient. verbo residentia* 1. Piasec. *in praxi Episcop p.* 2. *cap.* 3 *num.* 87. Campan. *in divers. Iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *n.* 104. Sanctarell. *var. resolut quæst.* 4. *n.* 17. quos cum alijs refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3 *alleg* 53. *num.* 58.

2 Coadiutor si detur inhabili, & illiterato, coadiutus per hoc abesse non poterit, ne sit melioris conditionis stultus quàm litteratus. *Sacra Congr. Conc.* referente Gonzal *ad reg* 8. *Canc glo.* 5. §. 9. *n.* 30.

3 Coadiutor ratione infirmitatis Parochi licet ei datus fuisset, nihilominus Parochus debet residere in loco, vbi sita est Ecclesia Parochialis. *S. Cong. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. §. 2. *sub tit. sed an Parochi debeant residere n.* 129.

4 Coadiutores etiam perpetui residere tenentur sicut veri Curati, etiamsi alijs beneficiis seruiteut in Cathedralibus. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 2. *n.* 67.

SUMMARIUM.

1 *Coadiutor viuente coadiuto non est verè Canonicus.*
2 *Coadiutor extra Ecclesiam Cathedralem in absentia coadiuti tanquam verus Canonicus censendus quoad præeminentias.*
3 *Coadiutor absente coadiuto exercet omnes actus & functiones quas coadiutus si præsens esset exerceret.*
4 *Canonicus verè efficitur coadiutor post mortè coadiuti.*
5 *Sedere debet in vltimo loco post omnes Canonicos coadiutor viuente coadiuto.*
6 *Locum capta possessionis post mortem coadiuti debet habere coadiutor.*
7 *Possessionem nouam debet capere coadiutor post obitum coadiuti.*
8 *Dignitatis coadiutor idem prorsus statum obtinet quod obtineret coadiutus si præsens esset, & præcedit Canonicis & Dignitatibus inferioribus.*
9 *Curatis, Plebanis, & Prioribus Ecclesiarum Parochialium coadiutor in absentia coadiuti præcedere debet.*
10 *Possessores annales, triennales, & decennales sunt coadiutores.*
11 *Coadiutor Canonici si simul sit Rector Ecclesiæ Parochialis potest in processionibus incedere cum Canonicis, & non est multandus tanquam Rector si in suo loco non incedat.*
12 *Canonici tenentur inseruire coadiutori in omnibus functionibus Canonicalibus.*
13 *Optionis priuilegio gaudet coadiutor, non sibi sed coadiuto.*
14 *Residere tenentur coadiutores, & Diuinis inseruire.*
15 *Residere tenetur coadiutor etiam in casu, quo coadiutus propter infirmitatem, vel alias legitimè impeditus non teneretur alioquin residere.*
16 *Fori priuilegio gaudet coadiutor positus per Papam, si in aliquo Ordine sit constitutus.*
17 *Coadiutores non intelliguntur comprehensi substatuto quod ex aliqua causa subilare facit Canonicos.*
18 *Missas celebrare tenentur coadiutores, quæ vigore testamenti, & institutionis capellaniæ ipsi coadiuti celebrare tenentur.*
19 *Coadiutor licet non sit in Sacris potest omnia facere, quæ posset coadiutus cum cappa & cotta si præsens esset.*
20 *Coadiutor non tenetur ad onera Canonicorum iuniorum licet teneatur ad onera sui coadiuti.*
21 *Distributiones quotidianas lucrantur coadiutores absentibus coadiutis ad illorum vtilitatem.*
22 *Distributiones quæ non lucrentur coadiutores?*
23 *Distributiones quotidianas lucrari non possunt coadiutores quando coadiuti sunt præsentes.*
24 *Coadiuti si culpabiles reperti remanserint carcerati interim pro eis non lucrantur distributiones coadiutores inseruientes.*
25 *Coadiutores si ex forma dationis coadiutoriæ ex causa à Iure approbata non tenentur inseruire, distributiones quotidianas lucrantur.*
26 *Coadiutor datus Canonico non ordinato non lucratur fructus, quos coadiutus ob defectum Ordinis amisit.*

Coadiutor Dignitatis, vel Canonici.

Collect. CLXXV.

1 COadiutor viuente coadiuto non est verè Canonicus, & præcedentia competit Canonicis, quamuis posterius prouisis, nisi aliud in forma coadiutoriæ vel statuto, seu consuetudine legitimè præscripta seruetur. *Sacra Cong Rit. in Colimbrien* 16. *Septembris* 1606. *in* 2. *dub* & *in Taurinen.* 10. *Nouemb* 1612. & 3. *Iunij* 1614. & *in Brundusina* 8 *Martij* 1617 & *in Eluen.* 20. *Aprilis* 1619. & *in Tyrassonen* 3. *Iulij* 1619. & *in Dertinen.* 16. *Septembris* 1620. & *in Cæsaraugustana eadem die & anno*, & *in Bellunen* 23. *Ianuarij* 1621. & *in Taruisaua* 29. *Maij* 1621. quarum meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut l* 3. *tit.* 18. *n.* 6.

2 Coadiutor extra Ecclesiam Cathedralem in absentia coadiuti tanquam verus, & proprius Canonicus censendus quoad præeminentias veris Canonicis conuenientes. *Sacra Cong. in Pistorien.* 15. *Martij* 1608. cuius meminit *de Canon. cap.* 29. *n.* 50.

3 Coadiutor absente coadiuto exercet omnes actus, functiones, & iurisdictiones, quas quocumque iure siue Ordinario siue deuoluto faciat coadiutus si præsens esset. *Sacra Cong Rit in Paduana* 15. *Februarij* 1615. & *in Neritonen.* 22. *Octob.* 1619. quos refert Aldan. *d. tit.* 18 *n* 7.

4 Coadiutor verè efficitur Canonicus post mortem coadiuti. *Sacra Cong. Rit in Terulen.* 21. *Martij* 1609. penes Aldan. *dict. tit* 18. *numero* 9.

5 Coadiutor viuente coadiuto sedere debet in vltimo loco post omnes Canonicos, & quando aliquas functiones facit, quæ pertinent ad suum coadiutum, vt cantare lectiones, perintonare Antiphonas &c. pariter debet illas facere in nouissimo loco. *Sacra Cong. Rit. in Colimbrien* 16. *Septẽbris* 1606. *in* 4 *dub.* & *in Parma* 3 *Decembris* 1616 & *in Brundusina* 18 *Martij* 1617 & *in Casalen.* 15 *Iulij* 1617. & *in Vicentina* 18. *Augusti* 1618. & *in Casalen.* 10. *Decembris.* 1619. & *in Eluen* 2. *Maij* 1620. quarum memini *in tract. de Canon. c.* 29 *n.* 14. & *de iure eccles. vniu. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 66. *cum seq* Et sic non debet coadiutor gradatim ascendere, sed post omnes sedere, statuto contrarium disponente non obstante. *Eadem S. Cong. Rit. in Casalen,* 18. *Decembris* 1619. & *in Eluen.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

7. *Augusti 1622.* penes Aldan. *d. tit.* 18. *num.* 10.

6 Coadiutor debet habere locum captæ possessionis post mortem coadiuti, & non locum possessionis captæ viuente coadiuto. *S. Congr. Rit. in Terulen.* 21. *Martij* 1609. cuius memini *de Canon. c.* 29. *n.* 20. cùm possessio ab obitu coadiuti annumeranda sit, quamuis prior cadetet ad annos viginti. *Eadem sacra Cong. in Bergomen.* 7. *Augusti* 1627. apud me *de iure Eccles. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 64.

7 Coadiutor debet capere nouam possessionem post obitum coadiuti, nec sufficit prima capta viuente coadiuto. *Sacra Congr. Rit in d. Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in* 1. *dub.* *& in Patauina* 30. *Ianuarij* 1616. cuius memini *d. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 61 Superueniente verò titulo Canonicatus post obitum coadiuti censetur sibi mutasse causam possessionis. Eadem Sacra Cong. in d. Colimbrien. At verò si suscepit possessionem Canonicatus viuente coadiuto ex tunc pro tempore quando veniret cásus cessationis coadiutoriæ, non indiget noua possessione post obitum coadiuti. *Eadem S. Cong in Vercellen* 12. *Maij* 1612. quam adducit Aldan. *d. tit.* 18. *num.* 12.

8 Coadiutor Archidiaconi primæ Dignitatis præcedit omnibus Canonicis absente Archidiacono iuxta formam suæ coadiutoriæ, & absente, vel impedito coadiuto idem prorsus stalum, quod coadiutor si præsens esset, obtineret, habere debet. *S. Cong Rit in Neritonen.* 22. *Octobris* 1619 *& in Brundusina* 29. *Maij* 1621. quarum memini *de Iure eccles. vniu. lib.* 4. *cap* 10. *num.* 48. *& de Canonicis c.* 29. *n.* 27.

9 Coadiutor in absentia coadiuti præcedere debet Curatis Plebanis, & Prioribus Ecclesiarum Parochialium, sicut præcedunt veri Canonici ex forma coadiutoriæ. *Sacra Cong. Rit. in Pistorien.* 15. *Martij* 1618. referente Aldana *d. tit.* 18. *num.* 11.

10 Coadiutores sunt veri possessores annales, triennales, & decennales, etiamsi eis non sit data noua possessio post obitum coadiuti si per annum triennium, vel decennium continuauerint in possessione post obitum coadiuti. *Sacra Cong. Rit. in Colimbrien* 16. *Decembris* 1606. *in* 3. *dub.* cuius memini *d. tract. de Canonicis cap.* 29 *num.* 43.

11 Coadiutor Canonici, si simul sit Rector Ecclesiæ Parochialis, potest in processionibus incedere cum Canonicis sub eorum Cruce, nec ex eo quod non incedit sub Cruce Rectorum potest tanquam absens puniri in certa portione frumenti, sed duplici personæ muneri satisfacit. *S. Cong. Rit. in Veronen* 27. *Iulij* 1601. teste Aldan *d. tit.* 18. *n.* 12.

12 Coadiutori tenentur Canonici inseruire & ministrare, prout tenerentur inseruire proprio Canonico coadiuto in omnibus functionibus Canonicalibus *S Cong. Rit. in Casalen.* 10. *Ianuarij* 1609. de qua memini *d. tract. de Canon cap* 29. *num.* 53.

13 Coadiutores possunt vti priuilegiis concessis veris Canonicis optandi beneficia ad vtilitatem tamen & commoditatem coadiuti. *S. Cong. Rit. in d. Colimbrien.* 16. *Decembris* 1606. *in* 5. *dubio* penes Aldan. *d. tit.* 18. *num* 13.

14 Coadiutores tenentur residere & Diuinis inseruire *Sacra Cong. Concil. sub die* 7. *Aprilis* 1618. apud Aldan. *d tit.* 18. *n.* 14.

15 Coadiutor tenetur residere etiam in casu, quo coadiutus propter infirmitatem, vel legitimè impeditus non teneretur alioquin residere, aliàs non lucratur distributiones quotidianas, quæ puntantur coadiuto in damnum tamen ipsius coadiutoris. *S. Cong. Rit. in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. *& in Patauina* 8. *Maij* 1617. *& in Ceneten.* 4. *Aprilis* 1620. quas refert Aldan. *d. tit.* 18. *num.* 15.

16 Coadiutor positus per Papam gaudet fori priuilegio, si in Prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus constitutus sit. *Sacra Cong Conc.* testibus Nicol. Garcia *de benefic. p* 5. *cap.* 2. *num.* 98. Armendar. *in addit ad recop legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 19 *de foro comp. num.* 26. quos refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 12. *num.* 9.

17 Coadiutores non intelliguntur comprehensi in statuto quod ex aliqua causa iubilare facit Canonicos. *S. Cong Rit in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. *in* 3. *dubio*, cuius memini *de Iure eccles. vniuerso l.* 3. *c.* 10. *n.* 70.

18 Coadiutores tenentur celebrare Missas, quæ vigore testamenti, & institutionis Capellaniæ ipsi coadiuti celebrare tenentur, quando coadiuti sunt legitimè impediti. *S. Cong. Rit. in Patauina,* 3. *Decembris* 1616. apud Aldan. *d. tit.* 18. *n.* 17.

19 Coadiutor licèt non sit in Sacris constitutus, potest omnia, & singula facere, & exercere, quæ sine paramentis sacris cum cappa, & cotta facere posset coadiutus si præsens esset. *S. Cong. Rit. in Bononien.* 19 *Decembris* 1615. cuius memini *de Canonicis cap.* 29. *num.* 52.

20 Coadiutor non tenetur ad onera Canonicorum iuniorum, licet teneatur ad onera coadiuti, quia licèt sedeat post omnes Canonicos, id non est ex eo quod sit Canonicus iunior, sed quia non est verè Canonicus, & fulget alieni dignitate non propria. *S. Cong. Rit. in d. Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606 *in* 7. *dub.* *& in Elboren* 15. *Aprilis* 1606. dum tenet Canonicum iuniorem iuxta consuetudinem Ecclesiæ debere supplere Vices hebdomadarij absentis, vel impediti, & non coadiutor, licet sedeat post vltimum Canonicum.

21 Coadiutores lucrantur distributiones quotidianas absentibus coadiutis ad illorum vtilitatem. *S. Cong Rit. in d. Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in* 6. *dub.* *& in Elboren* 15. *Aprilis eiusdem anni*, quos citat Aldan. *d tit.* 18. *n.* 20 Et coadiutus si per se deseruiat, non amittit distributiones quotidianas, absente, vel non seruiente coadiutore. *Sacra Cong. Conc in Vrbeuetana* 9. *Septembris* 1628. penes Aldan. *d. tit.* 18. *n.* 21.

22 Coadiutores non lucrantur distributiones, quæ dantur Canonicis, & Præbendatis propriæ Ecclesiæ quando aliquas Missas celebrant, nisi quando celebrant pro ipsis coadiutis. *Sacra Congr. Rit. in Patauina* 3. *Decembris* 1616. vt per Aldan. *d. tit.* 18. *n.* 22.

23 Coadiutores non possunt lucrari distributiones quotidianas quando coadiuti sunt præsentes. *Sacra Cong. Rit in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. *in* 3. *dubio*, apud Aldan. *d. tit.* 18 *n.* 23.

24 Coadiutores inseruientes non possunt lucrari fructus Præbendæ pro præbendatis coadiutis pro tempore, qui dicti eorum coadiuti culpabiles reperti manserunt carcerati. *Sacra Cong. Conc.* 15. *Decembris* 1618. quam adducit Aldan. *d. tit.* 18. *n.* 24.

25 Coadiutores si ex forma litterarum Apostol. coadiutoriæ, nunquam tenentur Horis canonicis inseruire, quandiu aliqua ex tribus causis expressis *in c. vnic. de cler. non resid. lib.* 6. verè fuerunt impediti, distributiones quotidianas lucrantur, perinde ac si Diuinis interessent. *S. Cong. Conc. in Barbastren.* 9. *Nouembris* 1630. cuius memini *de iure eccles. vniu. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 86.

26 Coadiutor

26 Coaditor datus Canonico non ordinato ad formam statuti requirentis certum Ordinem in Canonicis sub pœna amissionis cuiusdam partis fructuum, non lucratur huiusmodi fructus pro coadiuto, quamuis ipse coadiutor esset ordinatus ad formam dicti statuti. *Sacra Cong. Rit. in Barbastren. 1. Decembris* 1629. de qua Aldan. *tit.* 18. *n.* 25.

SVMMARIVM.

1 *Forma litterarum Coadiutoriæ seruanda est.*
2 *Episcopus non potest erigere Coadiutoriam in vim Conc c. 4. sess. 21. de reform.*
3 *Abbatissa Coadiutrix cum futura successione preferri debet Priorissa Monastery.*
4 *Iurisdictio & praeminentia Coadiutricis cessat præsente Coadiuta.*
5 *Distributiones quotidiana debentur Canonico coadiuto, infirmo, absente, vel non seruiente coadiutore.*
6 *Residere tenentur coadiuti quando coadiutores sunt absentes, vel exempti ex quacunque causa.*

Coadiutoria, Coadiutrix, Coadiutus.

Collect. CLXXVI.

1 COadiutoriæ litterarum forma seruanda est. *Sacra Cong. Rit in Neritonen.* 12. *Octobris* 1619. teste Sellio *in select. Canon. cap.* 22. *num.* 7.

2 Coadiutoriam erigere non potest Episcopus in vim decreti Conc. cap. 4. sess. 21. de reform. Sed vtique cogere Rectorem ad adiungendum sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant Ecclesiis in Sacramentis administrandis. *Sacra Cong. Conc* referente Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis num.* 43. quem refero *in collect. ad Trid. sess.* 21. *de reform c.* 4. *n.* 3. *& de officio, & potest. Parochi cap.* 11. *n.* 4.

3 Coadiutrix Abbatissæ cum futura successione præferri debet Priorissæ Monasterij, S. *Cong Rit. in Virdunen.* 5. *Iulij* 1603. penes Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 5. *tit* 18 *num.* 27.

4 Coadiutricis præeminentia & iurisdictio cessat, præsente Coadiuta, *S. Cong. Rit etiam in Virdunen.* 18. *Octobris* 1604. quam citat Aldan *d. tit.* 18. *n* 29.

5 Coadiuto Canonico distributiones quotidianæ debentur, infirmo, absente, vel non seruiente coadiutore. *Sacra Congr. Conc. in Vrbeuetana* 9. *Septembris* 1628. vt per Aldan *d. tit* 18 *n.* 21.

6 Coadiuti tenentur residere quando coadiutores sunt absentes, vel exempti ex quacunque causa. *Sacra Congr Rit. in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. cuius meminit Aldan *d. tit.* 18 *num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahi inter baptizatum, baptizantemque & suscipientem impedit cognatio spiritualis.*
4 *Maritus & vxor suscipientis, baptizatique pater & mater non contrahunt cognationem spiritualem.*
3 *Dispensationibus matrimonialibus sunt exprimendi cognationis spiritualis gradus.*
4 *Mulier, quæ defert puerum baptizandum vsque ad ianuam Ecclesiæ, vbi illum tradit futuro compatri,*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

nullam contrahit cognationem spiritualem.
5 *Compater designatus quando contrahat cognationem spiritualem?*
6 *Patrini inter se non contrahunt cognationem spiritualē.*
7 *Cognatio ex Catechismo non est sublata per Concilium Trident.*
8 *Contractu deficiente non contrahitur cognatio spiritualis.*
9 *Procurator non sibi sed mandanti contrahit cognationem spiritualem.*
10 *Casus singularis proponitur à Sacra Congr. resolutus.*

Cognatio spiritualis.

Collect. CLXXVII.

1 COgnationem spiritualem contrahentes ante Concilij Trident. confirmationem, dummodo non sint ex personis in eiusdem Concilij decretis enumeratis, & inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem spiritualem, matrimonij vinculo inter se absque dispensatione aliqua liberè, & licitè copulari possunt: & matrimonia etiam post confirmationem huiusmodi absque dispensatione Sedis Apost. inter eas iam contracta valent. *Pius V. constit.* 14. incip. *Sanctissimus* 20. *Augusti.* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 193. & apud me *in fine tract. de officio & potest. Episcopi bulla* 9 *p.* 78.

2 Cognatio spiritualis non contrahitur inter maritum, vel vxorem suscipientis, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, & quascunque alias personas tam ex parte suscipientis quàm baptizantis, & baptizati in Concilio Trident. nominatim non expressas Idem *Pius V. Constit* [illegible] incip. *Cum illius vicem* 4. *Kalend Decembris* 156[illegible]. penes me in fine *dict. tract. de officio. & potest. Episcopi Bulla* 10. *pag.* 79.

3 Cognationis spiritualis gradus sunt exprimendi in dispensationibus matrimonialibus. *Pius V. constit.* 21. incip. *Motu proprio* 5. *Decembris* [1]566.

4 Cognationem spiritualem non contrahit mulier ea eo quod defert puerum baptizandum vsque ad ianuam Ecclesiæ, vbi illum tradit futuro compatri, à quo puer introfertur, ac de Baptismo suscipitur absque eo quod dicta mulier vllum actum in actu baptismatis præstet. *Sacra Congr. Concil.* teste Sellio *in select. Canon cap.* 22. *num.* 43.

5 Cognationem spiritualem, quæ matrimonium contrahendum impediat, ac dirimat contractum, contrahit compater designatus; qui in Baptismo infantis alterutrum præstitit, id est siue ipsum infantem Sacerdoti porrexit, vt in sacrū fontem immergeret, siue post immersionem eum protinus è manu Sacerdotis suscepit, tametsi in actu Baptismi illū non tetigerit, quia eadem ratio militat in porrigente, & suscipiente, dummodo puer tangatur siue ante siue post, siue in immersione, videtur enim vnicus actus per continuationem, accedente præsertim consuetudine. *Sacra Congr. Conc. sub die* 27 *Septembris* 1601. referente Sellio *d. c.* 22. *n.* 44.

6 Cognatio spiritualis non contrahitur inter ipsosmet patrinos. *Sacra Congr. Conc.* penes Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra, lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de Matrimon. num.* 84.

7 Cognatio ex catechismo non est sublata per Cōcil. *cap* 2. *sess.* 24. *de reformat. Matrim.* qui voluit tollere solummodo scandala, & peccata, quæ oriuntur per contrahentes in casu, in quo non possunt

Collator.

COLLECT. CLXXIX.

1 COllatores beneficiorum quacunque dignitate præfulgeant, nil pro collatione, seu quauis alia dispositione beneficiorum quouis quæsito colore directè, vel indirectè, etiam sub nomine annatæ, aut cuiusuis alterius portionis fructuum à sponte dantibus, vel offerentibus, accipere, aut exigere possunt. Eorundem quoque
2 Collatorum Notarij quibus Officiales, quibus tamen aliundè certum salarium constitutum est, eadem omninò obseruare debent. Illis verò, quibus salarium pro officio suo exercendo nullum constitutum est, licet in qualibet beneficiorum collatione, seu alia dispositione pro suo labore aliquam mercedem accipere; quæ tamen scriptura, sigillo, & cæteris omnibus computatis vnum aureum non excedat, & indè collatores ipsi nihil emolumenti percipere possunt, alioquin tam dantes quàm recipientes pœnis contra simoniacos editis à Sacris Canonibus tenentur, easque ipso facto incurrisse censentur. Notarij autem, seu Officiales alij à suis Officiis suspensi sunt. *Sacra Cong. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. p. 8. cap. 1. num. 75. & 76.* Lezana *in sum. quæst. Regular. tom. 2. cap. 18 num. 39.*

3 Collatores in promouendis ad Ecclesiam, vel Dignitatem, cui subest animarum cura tenentur perquirere vt attingant ætatem 25. annorum, *Sacra Cong. Conc. in Nullius 16. Decembris* 1627. quam refert Sellius *in selectis Canon cap. 39. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiasticorum sine licentia testandi relicta aut legata cadunt sub spolio.*
2 *Supellectilia clericorum sub spolio non cadunt.*
3 *Visitari & corrigi non possunt ab Episcopo Collectores Cameræ Apost.*
4 *Monialibus potest licentiam concedere Collector Portugaliæ vt introducant mulieres in monasterio pro eorum seruitio.*

Collectores.

COLLECT. CLXXX.

1 COllectores & Subcollectores spoliorum Cameræ Apost. bona quoruncunque Ecclesiasticorum sine licentia testandi, relicta, aut legata capiunt. *Pius IV. constit.* 8. incip. *Graue 26. Maij* 1560. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 8.* aliàs *pag. 7.* in nouiss. edit.

2 Collectores supellectilia clericorũ in spolium accipere non possunt. *Pius V. constit.* 42. incipi. *Romani 3. Kalend. Septembris* 1567. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 238. aliàs *pag.* 179. in nouiss. impress.

3 Collectores Cameræ Apost. ad nudum ministerium exigendi certis casibus in partibus deputati, si sunt Canonici, vel aliàs beneficiati, ab Episcopo visitari, & corrigi non possunt. *Sacra Cong. Concil.* testibus Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 51. num. 82.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 1.* Barbos. Apost. Decis. Sum. *tit 6. de visitat. num. 30. vers. item Subcollectores.*

4 Collectori Portugaliæ licet concedere licentiam Monialibus introducendi mulieres in monasterio pro eorum seruitio. *Sacra Cong. Conc. in Vlixbonen. 31. Ianuarij* 1615. penes Sellium *in selectis Canon. cap. 18. n 25.* refero Ego ipse *in tract. de Iure eccles. vniuerso lib. 1. cap. 44. num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudines laudabiles & antiquas aliarum similium Ecclesiarum suæ prouinciæ seruare debet Collegiata circa ritus & cæremonias.*
2 *Statuta Collegiatæ Ecclesiæ quærenda sunt à proprio Episcopo.*
3 *Canonicis deficientibus, & vno tantùm remanente adhuc dicitur Collegiata.*
4 *Præcedentiam super omnes alias Ecclesias simplices etiam Parochiales habet Collegiata.*
5 *Insignis Collegiata præcedit aliis non insignibus etiamsi fuerint prius erecta.*
6 *Candelarum ad faciendam distributionem & benedictionem non debet accedere Ecclesia* Collegiata *ad Parochialem.*
7 *Dedicationis festum non debet Ecclesia Collegiata, eodem modo, solemniter, & eadem die celebrare prout celebratur in Ecclesia Metropolitana.*
8 *Crucem propriam in processionibus deferre possunt Canonici Collegiatæ Ecclesiæ.*
9 *Episcopus specialiter subdelegare potest facultatem visitandi Collegiatam Ecclesiam exemptam.*
10 *Collegiata Ecclesia erecta in Cathedralem non comprehenditur sub decreto* Concilij sess. 25. cap. 6. de reform.

Collegiata Ecclesia.

COLLECT. CLXXXI.

1 COllegiata Ecclesia circa ritus, & cæremonias debet seruare laudabiles, & antiquas consuetudines aliarum similium Ecclesiarum prouinciæ. *Sacra* Cong. *Rit. in Terracinen. 25. Februarij* 1606. quam refert Sellius *in select.* Canonicu *cap. 24. num. 30.*

2 Collegiatæ Ecclesiæ statuta quærenda sunt à proprio Episcopo. *Sacra* Congr. *Rit. in Mediolanen. 28. Septembris* 1602. penes Sellium *d. cap. 24. num. 31.*

3 Collegiata adhuc dicitur, & gaudet priuilegiis deficientibus omnibus illius Canonicis, & tantùm vno remanente. *Sacra* Cong. *Conc. sub die 26. Aprilis* 1621. teste Aldano *in compendio* Canon. *resolut. lib. 1. tit. 7. num. 12.*

4 Collegiata debet præcedere omnibus aliis Ecclesiis simplicibus, vel quæ tantùm Parochiales sunt. *Sacra* Cong. *Rit. in Nolana* 10. *Iunij* 1602. *& in Senogallien. 23. Martij* 1619. *& 4. Aprilis* 1620. etiamsi antequam erigeretur in Collegiatam illis cederet. *Sacra Cong. Rit. in Terracinen. Somnius 24. Februarij* 1606. quas omnes citat Sellius *d. cap. 24. num. 32.*

5 Collegiata insignis præcedit aliis non insignibus etiamsi fuerint prius erectæ. *Sacra* Cong. *Rit. in Firmana 24. Maij* 1612. apud Aldan. *d. tit. 7. num. 13.* quamuis erectio sine præiudicio alterius facta fuerit. Eadem *Sacra* Cong. *Rit. in Nolana* 20. *Aprilis* 1602. *& in nullius seu Firmana 23. Martij* 1602. quarum meminit Sellius *d. cap. 24. num. 32.*

Cæsaraugustana 20. *Nouembris* 1610. cuius meminit Sellius *in selectis Canon.* c. 28. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Dominico die non est facienda Commemoratio omnium defunctorum nisi adsit consuetudo.*
2 *S. Mariæ Commemoratio debet omnino fieri in Officio currenti, etiamsi prius eius Officium paruum recitatum fuerit.*
3 *S. Crucis commemorationem quando beneficiatus diebus solitis obligatus est facere, tenetur quoque facere ordinariam.*
4 *SS. Petri & Pauli Commemoratio in Suffragiis, quæ recitantur post Officium, non est omittenda in Breuiario Benedictino approbato.*
5 *Patroni Ecclesiæ Commemoratio debet omnino fieri.*
6 *Theatini non solent commemorationem facere nisi de Cruce.*
7 *Titularis & Patroni Ecclesiæ Commemorationes non sunt omittendæ.*
8 *Commemoratio in Missis potest fieri de particularibus personis nominatim.*

Commemoratio.

COLLECT. CLXXXVI.

1 COmmemoratio omnium defunctorum non est celebranda, nec facienda in die Dominico, *Sacra Congr. Rit. in Augustana* 24. *Septembris* 1605. teste Sellio *in selectis Canon.* c. 19. *nu.* 6. nisi adsit consuetudo immemorialis in contrarium, *Eadem S. Congr in ipsa Augustana* 7. *Octobris* 1606. referente Sellio *d.* c. 29. n. 7.

2 Commemoratio de Sancta Maria debet omnino fieri in Officio currenti, in Ecclesiis eidem dedicatis, etiamsi prius Officium paruum ipsius B. Mariæ recitatum fuerit. *Sacra Cong. Rit. in Bononien.* 10. *Ianuarij* 1604. quam citat Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1 *tit.* 16. *n.* 11.

3 Commemoratio ordinaria fieri debet quando beneficiatus est obligatus facere commemorationem Sanctæ Crucis diebus solitis. *S Congr. Conc. Rit.* 30. *Mart.* 1521. penes Aldan. *dict. lib.* 1. *titul.* 16. *num.* 12. Gauant. *in rub. Breuiarij sect.* 5. *cap.* 18. *num.* 7.

4 Commemoratio SS. Apostolorum Petri & Pauli in suffragiis, quæ recitantur post Officium, non est omittenda in Breuiario Benedictino reformato. *S Cong Rit. sub die* 6. *Decembris* 1608. apud Aldan. *d. tit.* 16 *n.* 13.

5 Commemoratio ad Vesperas de Patrono Ec-
6 clesiæ vt omnino fiat declaratur, licet Theatini non consueuerint Commemorationem facere nisi de Cruce. *Sacra Cong Rit. in causa Theatinorum* 1. *Septembris* 1607. cuius meminit Sellius *d. cap.* 29. *num.* 18.

7 Commemorationes de Titulari, & Patrono Ecclesiæ non sunt omittendæ, sed faciendæ iuxta rubricas Breuiarij. *Sacra Cong Rit. in causa Germaniæ inferioris* 21. *Martij* 1609. teste Sellio *dict. cap.* 29. *num.* 19.

8 Commemoratio in Missis potest fieri de particularibus personis nominatim iuxta institutionem. *Sacra Congr. Rit. in Abulen.* 11. *Augusti* 11. o- quam refert Aldan. *d. tit.* 16. *n.* 14.

Commenda.

COLLECT. LXXXVII.

1 COmmendæ, quæ ad sex menses in Ecclesiis Curatis fieri poterant ab Ordinariis in cap. Nemo, de elect. lib. 6. amplius post Concilium locum non habent, cùm debeat in omnibus deputari Vicarius ad formam *Concilij cap* 18. *sess.* 24. *de reform. Sacra Cong. Conc.* teste Garc. *de benefic. part.* 4 *cap* 4. *num.* 15.

2 Commendas Militiarum IESV Christi Sancti Iacobi de Spatha, & Sancti Benedicti de Auis in Regno Portugaliæ, necnon & earum beneficia consequi non possunt Milites iuxta earum statuta, nisi triennio in Africa cum duobus seruientibus contra infideles militauerint, modò ad preces Philippi Hispaniarum Regis indulgetur satis esse Militibus quinquennio cum duobus seruientibus in quacunque eius classe militare aduersus Infideles, aut hæreticos. *Paulus V. constit.* 24 incip. *Maiestatis, de anno* 1606. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag* 208.

Commendatarius Abbas; Vide in verbo *Abbas Commendatarius, collect.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Clericus peregrinus sine litteris commendatitiis ad diuina celebranda, & Sacramenta administranda non est admittendus.*
2 *Litteræ commendatitiæ sunt obtinendæ ab eo, qui Clerici peregrini Ordinatius fuerit.*
3 *Episcopus potest admittere ad Sacramenta administranda Sacerdotes habentes litteras commendatitias suorum Ordinum, si verè idonei sint.*
4 *Clericis, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia non sunt commendatitiæ litteræ denegandæ.*

Commendatitiæ litteræ.

COLLECT. CLXXXVIII.

1 COmmendatitiæ litteræ, sine quibus ex decreto Concilij cap. 16. sess. 23. de reform.
2 Clericus peregrinus ad Diuina celebranda, & Sacramenta administranda admitti non debet, sunt obtinendæ ab eo, qui huiusmodi Clerici Ordinatius fuerit. *S. Cong Conc. sub die* 1. *Iulij* 1597. teste Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ li.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcop. num.* 56. quem refero. *de officio & potest Episcopi, p.* 2. *alleg.* 21. *n.* 4.

3 Commendatitias litteras suorum Ordinariorum habentes Sacerdotes exteros, potest Episcopus admittere ad Sacramenta administranda, sicut poterat ad Missæ sacrificium, dummodo illi verè idonei sint. *Sacra Cong. Conc.* penes Armendar. *d. l.* 7. *de Episcopis nu.* 83. quem refero *in collect. ad Trident sess.* 23. *de reform.* c. 16. *n.* 10.

4 Commendatitiæ litteræ denegandæ non sunt ab Episcopo Sacerdotibus, & Clericis, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia. *Sacra Cong Conc.* referentibus Armendar. *d. l.* 7. *de Episcopis n.* 63. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub.* 9. *c.* 6. *n.* 4. quos cum aliis refero *de Episcop. d. p.* 2. *alleg.* 21. *n* 5.

SVMMARIVM.

Cõmensales Papæ sunt:
1 Clerici Cameræ Apostol.
2 *Scriptores Archiuij Romanæ Curiæ.*
3 *Auditores Rotæ Rom.*
4 Commissarius Cameræ Apost.
5 *Auditor causarum confidentiarum.*
6 Cantores Capellæ Pontificiæ.

7 *Exemptiones commensalium continuorum Papæ, Cardinalium, Cubiculariorum, & Secretariorum non censentur reuocatæ.*

Commensales Papæ.

Collect. CLXXXIX.

1 COmmensales Papæ verè sunt Clerici Cameræ Apostol. *Sixtus IV. constit.*1. incip. *Dispositione* 16. *Kalend Februarij* 1472. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.*1. *pag* 352. aliàs *pag.* 201. in nouiss. impress.

2 Scriptores Archiuij Romanæ Curiæ. *Iulius II. constit.* 2. incip. *Quia nihil.* 8. *Nouembris* 1504 apud Laert. Cherub. *tom* 1 *pag.* 403.

3 Auditores Rotæ Romanæ. *Paulus III. constit* 3. Incip. *Sanctissimus, de anno* 1534. apud Laert. Cherub. *tom.*1. *pag* 615. aliàs *pag.* 512.

4 Commissarius Cameræ Apost. *Sixtus V. consti.* 44. Incip. *Ad excelsum,* 4. *Octobris* 1586. apud Laer. Cherub. *tom.*2. *pag.* 550. aliàs *pag.* 418.

5 Auditor causarum confidentiarum. *Sixtus V. constit.* 47. incip. *Diuina. Kalend. Nouembris* 1586. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 556. aliàs *pag.* 423.

6 Cantores Capellæ Pontificiæ. *Sixtus V. constit.* 58. incip. *Gloriosa,* 5. *Id. Iunij* 1587. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 577.

7 Commensalium continuorum Papæ, Cardinalium, familiarium, Officialium, Cubiculariorum, & Secretariorum exemptiones solitæ, & immunitates non censentur reuocatæ. *Vrbanus VIII. constit.* 28. incip. *Superni,* 12. *Kalend. Nouembris* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *to.* 4 *pag.* 46. in nouiss. impress.

Commissarius Cameræ.

Collect. CXC.

COmmissarij Cameræ Officium perpetuum, ac vacabile erigitur, habet annexam administrationem archiuij eiusdem Cameræ, nihil soluit pro expeditione litterarum sui officij, gaudet priuilegiis Clericorum Cameræ, & aliis gratiis, est verè familiaris, & commensalis Papæ, procedit contra detinentes & non reuelantes scripturas Cameræ in toto statu ecclesiastico Via executiua & manu Regia, & contra Prælatos, & alios prouisos ingerentes se in beneficiis à Sede Apostol. obtentis ante litterarum expeditionem, & illo instante proceditur in causis cambiorum illicitorum. *Sixtus V. constit.* 24. incip. *Ad excelsum.* 5. *Id. Octobris* 1586. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 550. aliàs *pag.* 418. in nouiss. impress. Eo non citato non expediuntur commissiones causarum, neque inhibitiones in causis spoliorum. *Pius IV. constit.* 51. incip. *Attendentes, de anno* 1568. apud Laert. Cherubin, *tom.* 2. *pag.* 246. aliàs 186 in nouiss. impress.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius si tempore commissionis reperiatur in dignitate constitutus, & deinde illam resignet, poterit nihilominus de causa sibi commissa cognoscere.*

2 *Commissiones super nullitate professionis, directa Ordinario, & Superiori suo, intelliguntur de Superiore Monasterij, & non Religionis.*

3 *Capitulum, seu Vicarius Capitularis Sede vacante non potest exequi commissiones Apostolicas in forma dignum, alias Episcopo directas.*

Commissio.

Collect. CXCI.

1 COmmissionis tempore si Commissarius reperiatur in dignitate constitutus, & designatus inter Iudices synodales, & illam postea resignet, nihilominus de causa sibi commissa cognoscere poterit non resignatarius, quia sufficit ab initio resignantem fuisse capacem. *Sacra Cong. Concil.* teste Nicol. Garc. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *numer.* 351.

2 Commissiones super nullitate professionis ex præscripto Sacri Conc Trid. cap. 19. sess. 25. de Regularibus directæ Ordinario, & Superiori suo, intelliguntur de Superiore monasterij, non Religionis. *Sacra Cong Conc. in Meten.* & *Romana* 7. *Aprilis* 1629. penes Sellium *in select Canon. cap.* 80 *numer.* 10. quem refero *in collect. ad Trid. in d. cap.* 19. *numer.* 22.

3 Commissiones Apostolicas in forma dignum, & aliàs directas Episcopo, vel eius Vicario Generali ratione officij, vel sub nomine dignitatis, non potest exequi Capitulum, seu Vicarius Capitularis Sede vacante. *Sacra Congr. Conc. in Camerinaten.* 2. *Augusti* 1631. apud Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 2. *tit.* 3. *n* 1. quem citaui *in collect. ad Trid. sess.* 7. *de refor. c.* 10. *n.* 6. & illius memini *de iure eccles. vniuers. lib.* 1. *c.* 32. *nu* 59. Solorzan. *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 5. & 6.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Sacra Communione agentes.*

2 *Ecclesiæ præcepto satisfaciunt communicantes in hebdomada sancta, vel infra octauam Paschatis.*

3 *Præcepto Ecclesiæ non satisfacit Communionem accipiens de manu Regularium.*

4 *Præceptum Communionis in Paschate anticipandæ an possit impleri?*

5 *Præceptum Communionis in Paschate potest extendi in longius tempus ex Episcopi, aut Parochi dispensatione rationabili.*

6 *Feria quinta in Cœna Domini omnes Presbyteri Cathedralis Communionem sumere debent.*

Communio Sacra.

Collect. CXCII.

1 DE sacra Communione Aloys. de Ponte *de mysteriis Fidei part.* 1. *medit.* 33. *Hisp.* Bernardin. Obicinus

Obicinus *in Regno Christi tract. 38. & 39.* Petrus Crespetius *in summa Catholicæ Fidei sub hoc verbo*, Busseus *in Viridario Christ. virt. verbo Eucharistia Communio.* Azot. *instit. moral part. 1 lib. 7. c. 10* Quarant. *in sum. Bullarij verbo Communio.* Trullench. *in Decalog. lib. 3. cap. 5. dub. 2.* Ego *de Officio, & potest. Par ochi, cap. 20.*

2 Communionem sacram suscipientes in hebdomada sancta, vel infra Octauam Paschatis Resurrectionis D. N. Iesu Christi satisfaciũt præcepto Ecclesiæ. *Eugenius IV. constit. 20. incip Fide digna 8. Iulij* 1440. apud Laert Cherub. *in Bullar. tom. 1. pag.* 197. Et ideo præceptum communicandi in Paschate incipit à prima Dominica Quadragesimæ per totam Dominicam in Albis. *Sacra Congr. Conc. die 19. Nouembris* 1619. quam refert Sellius *in select. Canon. c. 35 n 8.*

3 Communionem sacram suscipians ante, vel post diem Paschatis non de manu Parochi, sed Regularium habentium à Sede Apost. priuilegium administrandi hoc Sacramentum præterquam in die Paschatis præcepto Ecclesiæ non satisfacit. *Sacra Cong. Conc* referente Armend *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4 tit. 29. l. 1. §. . de confitendo semel in anno, n. 4 &* Aloys. Ricc. *in decis Curia Archiep. Neapol part. 4 decis* 127.

4 Communionis in Paschate præceptum non potest adimpleri anticipando à tertia Dominica Quadragesimæ vsque ad tertiam Dominicam post Pascha *Sacra Congr. Rit in Granaten. 5 Februarij* 1614. cuius memini *in tract de Parocho cap. 20. n. 14. in fine.*

5 Communionis in Paschate præceptum potest extendi in longius tempus ex Episcopi, aut Parochi dispensatione rationabili, veluti si teneatur de relapsu in peccatum, si grauitas delicti perpetrati id requirat, aut si causa alicuius forensis expeditionis impediat conscientiæ serenitatem. *Sacra Congr. Conc. 19. Nouembris* 1619. cuius memini *d. cap. 20. nu. 14.*

6 Communionem de manu Episcopi, vel alterius celebrantis debēt sumere omnes Presbyteri Ecclesiæ Cathedralis tam Dignitates quàm Canonici feria quinta in Cœna Domini iuxta consuetudinem vniuersalis Ecclesiæ in memoriam, quod Christus dicta die manu propria communicauit Apostolos, & ideo non debent celebrare. *Sacra Cong. Rit. in Ciuitaten. 27. Septembr.* 1608. apud Sellium *in select. Canon. c. 2. nu. 86.* & illius meminit Gauant. *in rub. Missalis part. 4. tit. 8. sub n. 7.*

Communitas.

Collect. CXCIII.

1 Communitas alicuius loci si solet ex immemorabili consuetudine de mercede Prædicatoris prouidere, ad eam de cætero tribuendam, cogenda est. *Sacra Congr. Concil.* teste Sellio *in select. Canon. c. 42. n. 3.*

2 Communitates, & Vniuersitates bona sua alienare non possunt sine licentia Papæ & nulli hypothecæ bona sua obligare possunt nisi ex causa lucratiuis, non tamen vltra decennium, & sine licentia Oratores ad Vrbem mittere non possunt, *Sixtus V. constit. 42. incip. Inter varias pridie Kalend Octobris* 1586. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom. 2. pag* 545. al. às *pag.* 414.

Compater & Compaternitas, vide *in verbo Cognatio spiritualis collect.* 177.

Compostellana Ecclesia.

Collect. CXCIV.

1 Compostellanæ Ecclesiæ statutũ permittens beneficiato, qui in ea per quadraginta annos continuos aliquod ecclesiasticum beneficium possedit, si per dictum tempus illi per se ipsum in Diuinis residendo inseruiuit, vt à dicta Ecclesia de cætero quoad vixerit, tanquam emeritus, & indè donatus abesse liceat, & tanquam præsens in choro habeatur tam ratione fructuum præbendarum, quàm distributionum quotidianarum, mandauit tolerari *Gregorius XIII.* prout refert Nicol. Garc. *de benefic. in addit. ad p. 3. cap. 2. numer.* 344.

2 Compostellanæ Ecclesiæ Sacellum Vide *collect.* 412 *n. 1. & 2.*

Summarium.

1 *Auctores referuntur de Conceptione B. Virginis agentes.*

2 *Dispositio de Conceptione B. Virginis in Capitulis & Academiis olim licita attenta Bulla Pij V*

3 *Paulus V. prohibuit in actibus publicis asseri B. Virginem in peccato originali fuisse conceptam.*

4 & 5 *Gregorius XV strictiorem edidit prohibitionem, & quoad Fratres Prædicatores mitigauit, vt num. 5.*

Conceptio B. Virginis.

Collect. CXCV.

1 De immaculata Conceptione B. Virginis integros edidere tractatus Fr. Ægidius de Præsentatione, Ferdinandus Quirinus de Salazar, Iacobus Granado, & nouissimè Andræas Pinto, Antonius Catharin. in disputatione, Franciscus de la Cueua insignis Madritensis Aduocatus & Ambrosius Coranus in Oratione, Bartholl. de Spina *in opusculo.* Martin. Delrius *in florida Mariana*, Iodoch Cocci. *in thesauro Catholico tom. 1. lib. 5* Miranda *in lib. de Conceptione Virginis*, Laurent. de Portel. *in dub. Regularib. verbo Conceptio Deipara*, plures quos refero *in collect. ad Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali numer. 10. cum seqq* Et de Festo Conceptionis B. Virginis Gauant. *in Rub. Breuiarij sect. 7. c. 4. 2. num. 8.*

2 Conceptionis B. Virginis disputatio in Capitulis, Academiis, ac inter doctos licita, sed eius dem Conceptionis quæstiones vulgari idiomate in libris conscribere nemini licet. *Pius V. constit. 114.* incip. *Super speculâ pridie Kalend. Decembris* 1570. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag.* 322. de qua Scortia *in selectas summorum Pont. Constit. e. pit.* 111.

3 *Paulus V. in generali Congregatione S.R.E. & vniuersalis Inquisitionis contra hæreticam prauitatem sub die* 31. *Augusti* 1617. prohibuit ne vllus auderet in actibus publicis asserere B. Virginem in peccato originali fuisse conceptam, quod decretum reperitur impressum *tom. 4. Bullarij constit. 7. Pauli V.* &

eius verba transcribunt Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub. 12. c. 13 n. 140.* & Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regular. resol. 30. n. 1.*

4 *Gregorius XV. in eadem Generali Inquisitione S.R.E. & vniuersalis Inquisitionis sub die 24. Maij 1622.* ex caussis euitandi scandala, dissensiones, atque discordias in populo Christiano, & vt acceperat, in aliquibus regionibus iam ortæ sunt ex sermonibus priuatis occasione assertionis affirmatiuæ extendit & ampliauit etiam ad priuata colloquia, & scripta mandans, & præcipiens omnibus, & singulis cuiusuis Ordinis & instituti Regularibus, & aliis quibuscunque tam ecclesiasticis quam secularibus ne de cætero donec articulus huiusmodi à Sede Apost. definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apost. fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis priuatis audeant asserere quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, seu tractare, exceptis tamen quibus à Sede Apost. fuerit super hoc specialiter indultum, & in sacrosancto Missæ Sacrificio, ac diuinis Officiis celebrandis eadem sanctitas suam non alio quam Conceptionis nomine omnes tam seculares quam cuiusuis Ordinis Regulares vti debere voluit, & contra transgressores statuit Ordinarios locorum, & hæreticæ prauitatis vbique locorum deputatos Inquisitores procedere posse, & in eos seuerè animaduertere. Quod decretum reperitur impressum *tom. 4. Bullarij constit. 29. Gregorij XV.* & eius tenorem Iulius Lonor. *de Indulgent. p. 2. cap. 21. numer. 129.* Laurer. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regulares pag. 190.* Lezana *in summ. quæstio. Regular. p. 1. cap. 10. num. 12.* Ego ipse *de Episcopo p. 3. alleg. 105. num 59.*

5 Idem *Gregorius XV. in quadam sua Constit.* incip. *Eximij 28. Iunij 1622.* omnibus & singulis Ordinis Prædicatorum Fratribus licentiam concessit vt de cætero in quibuscunque priuatis eorum colloquiis seu conferentiis inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum aliis de materia Conceptionis B. Mariæ Virginis disserere & tractare absque vllo pœnarum in dictis decretis Pauli V. & eiusdem Gregorij contentorum incursu liberè, & licitè possint, & valeant. apud Flauium Cherub *in fine sui compendij Bullarij*, & Lauret. de Franchis *d. loco pag. 196.* Ioann. Maria Nonar. *in lucerna Regul. verbo Conceptio B. Virginis.*

Concessiones viuæ vocis oraculo factæ, vide in verbo *Oracula collect. 538.*

Concessiones ad beneplacitum factæ possunt quandocunque reuocari. *Sacra Cong. Conc. Episcop. & Regul. in Papien. 12. Martij 1619.* apud Sellium *in selectis Canon. cap. 21. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Conciliis generalibus agentes.*
2 *Papa solus potest Concilia generalia conuocare, etiamsi de eius causa agatur.*
3 *Papa Concilia benè acta comprobat, & malè acta reprobat.*

Concilium generale.

COLLECT. CXCVI.

1 DE Conciliis generalibus Petrus de Monte, & Stanislaus Osius, Ludou. Granatens. *in sylua locorum*, Pelrtan. *in Rosario*, Gregorius Nonius Lusitan. *de Reip statu tom. 2. lib. 4. 5 & 6.* Gulielmus Durandus *de Concilij Generalis celebrandi modo tom. 13. tract. Doctor p. 1. fol. 154.* Et de Conciliis Dominicus Iacobatius, Marcus Mantua, Reginaldus Polus, Nicolaus Heremitannus, Card. Bellarm. *in contron. to. 1. contron. 4. li. 1. & 2.* Conrad. Clingius *locorum commun. lib. 3.* Iodoch. Lorichius *in thesauro nouo Theolog.* Petrus Crespetius *in sum. Catholicæ Fidei*

2 Conciliorum generalium conuocatio ad solum Romanum Pont. spectat. *Leo IX const. 2.* incip. *Cum ex eo 16. Kalend. Ianuarij 1053.* Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 10.* aliàs *pag. 47.* in nouiss. impress. Etiamsi de eius causa agatur. *Iulius II. constit. 17.* incip. *Sacrosancta 15. Kalend. Augusti 1511.* apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 443.* aliàs *pag. 485.*

3 Concilia benè acta comprobat, & malè acta reprobat solus Romanus Pont. *Gelasius I. constit. 1.* incip. *Valde Kalend. Februarij 495.* apud Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Concilium Trid. indictum à Paulo III. & prosequutum a Pio V.*
2 *Precedentia, & forma sedendi in Concilio Trid. inter Patriarchas, Archiepiscopos & Episcopos.*
3 *Papa sibi reseruat in dubiis decidendis declarationes facere super Concilij Trid decretis.*
4 *Commentaria super interpretationem Concilij edere prohibitum est.*
5 *Priuilegia omnia, exemptiones, immunitates, & facultates reuocantur in his, quibus decretis Concilij Trid. contrariantur.*
6 *Interpretatio Concilij Trid. Congregationi Cardinalium delegatur.*
7 *Versiones quacunque seu translationes Concilij Trid. de latina lingua in alias prohibentur.*

Concilium Tridentinum.

COLLECT. CXCVII.

1 COncilium Tridentinum à Paulo III. indictum, prosequutus est, & approbauit *Pius IV. constit. 23.* incip. *Ad Ecclesiæ regimen, Kalend. Decembris 1560.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 34* aliàs *pag. 26.* in nouiss. impress.

2 Concilio Tridentino Patriarchas primo, Archiepiscopos secundo, Episcopos tertio loco secundum Ordinem promotionis ad regimen suarum Ecclesiarum sedere, & præcedere, nullamque haberi rationem ad ipsorum dignitates Primatiales decreuit idem *Pius IV. constit. 24.* incip. *Sicut ea*, apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 35.*

3 Concilij Tridentini declarationes in dubiis decidendis sibi reseruat Pontifex, prohibetque commentaria super eius interpretationem in lucem

lucem emitti, idem *Pius IV. constit.* 73. incip. *Benedictus Deus 7. Kalend. Februarij* 1564. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 104. de cuius materia & intellectu Sayr. *de censur. lib. 3. c. 35. nu. 21. ad fin.* Suar. *tom. 5. etiam de censur. disp. 23. sect. 7. num. 12.* Filliuc. *in quaest. moralib. tract. 14. cap. 6. quaest. 6. num.* 91. Homobon. de Bonis *de examine eccles. tract. 11. cap. 12. quaest. 27. resol. 1. pag.* 309. Valer. Reginald. *in praxi fori poenit. lib. 20. num. 53. in fine*, vbi quod in illa Bulla non est sermo de interpretationibus, quae in scholis fiunt docendo, Ioann. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de Concilio Tridentino*, late Bonacin. *de censuris extra Bullam disp. 2. quaest. 2. puncto 17. à n. 1.* vbi *n. 5.* probat non comprehendi sub dispositione huius Constit. edentes remissiones Doctorum in Concilium Trid.

5 Concilij Trid. decretis contraria priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, &c. reuocantur. *Pius IV. constit.* 94. incip. *In Principis Apostolorum Sede 3. Kalend. Martij* 1565. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom. 2 pag.* 136. Et per hanc Bullam asserit Nicol. Garc. *de benefic part. 3 c. 2 num.* 258. fuisse à Sacra Congr. decretum priuilegia omnia Regularium etiam ea, quae Mare magnum appellantur esse reuocata in his, quae Concilio Trid. aduersantur.

6 Concilij Tridentini interpretationem Congregationi Cardinalium delegat *Sixtus V. constit.* 74. incip. *Immensa 11. Kalend. Februarij* 1587. apud Laert. Cherub *in Bullar. tom. 2. pag.* 611.

7 Concilij Tridentini translationes seu quaecunque versiones de Latina lingua in Gallicam, vel alias linguas, & sic quaecunque versiones non emanatae auctoritate Sedis Apost. prohibentur. *Sacra Cong. Conc. sub die 2. Iunij* 1629 addidit poenas Iudicis librorum prohibitorum. *Sacra Congr. Indicis 15. Nouembris* 1629. quarum meminit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib 1. tit. 36. n. 18.*

8 Concilij Tridentini pro derogatione sufficit clausula Generalis, Non obstantibus constitutionibus Apost. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 8 num.* 87. Et derogatio nec specialis, nec generalis requiritur in Concilio Trident. si supplicatio manu Papae signata fuerit. *Eadem Sacra Congr. Conc* de qua Nicol. Garc. *de benefic. part. 4. cap. 5. numer. 34. & part. 5. cap. 8. numer.* 87.

Vide in verbo *Congregatio pro executione Concilij Tridentini collect.* 211.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopi quolibet triennio Concilium Prouinciale celebrare tenentur.*

2 *Archiepiscopus, vel eo legitimè impedito, Episcopus antiquior Concilium Prouinciale congregare debet.*

3 *Concilium Prouinciale non obligat extra Prouinciam.*

4 *Capitula vt non dimittant ordinandos ad alios quàm ad Comprouinciales Episcopos non potest Concilium Prouinciale statuere.*

5 *Capituli potestatem non potest restringere Concilium Prouinciale.*

6 *Processum in causis criminalibus grauioribus non potest contra Episcopum formare Concilium Prouinciale.*

7 *Abbates benedicti, & qui vsum Mitrae habent in Conciliis Prouincialibus praecedunt Commendatariis.*

8 *Confessarium non approbatum à Suffraganeo non potest deputare Concilium Prouinciale pro absoluendo subditum ipsius Suffraganei.*

Concilium Prouinciale.

Collect. CXCVIII.

1 Concilium Prouinciale à singulis Archiepiscopis, quolibet triennio celebrari iussit. *Leo X constit.* 10. incip. *Regimini 4. Non. Maij* 1511. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom. 1. pag.* 481.

2 Concilium Prouinciale congregare debet Archiepiscopus, vel eo legitimè impedito, Episcopus antiquior, sed non Episcopus exemptus, qui semel elegit, quamuis sedeat super omnes, & in promotione sit antiquior. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminit Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo Concilium, §. 1.*

3 Concilium Prouinciale non obligat extra Prouinciam, & extra eam non facit legem, & per approbationem, quae fit à Sacra Concilij Congregatione, non intelligitur confirmatum auctoritate Apost. sed tantum permissum. *Sacra Cong. Conc.* quam refert Sellius *in selectis Canon. cap. 80. numer. 16.*

4 Concilium Prouinciale statuere non potest vt Capitula non admittant ordinandos ad alios quàm ad Comprouinciales Episcopos, nisi id fiat ex rationabili causa pro correctione videlicet Prouinciae. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. c. 7. n. 93.*

5 Capitulum Prouinciale non potest restringere potestatem Capituli, vt scilicet non concedat post annum litteras dimissorias Ordinandis ad titulum patrimonij, vel pensionis, sed hac in re obseruandum est *c. 2. sess 21. de reform.* quod docet obtinentes patrimonium, vel pensionem non promouendos, nisi Episcopus pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum iudicauerit assumendos. *Sacra Cong* teste Nicolao Garcia *citato loco.*

6 Concilium Prouinciale non potest formare processum in causis criminalibus grauioribus contra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad Sanctissimum *Sacra Cong. Conc.* referente Aloys. Riccio *in praxi rerum fori eccles. part. 4. resolut. 491. n. 1. & in decis. Curia Archiep. Neapol. part. 4. decis.* 242. *num. 5.*

7 Conciliis Prouincialibus Abbates benedicti, & qui vsum Mitrae habent, praecedunt Commendatariis, post hos locum obtinent Dignitates, postea collocandi sunt procuratores. *S. Cong. Conc.* quam adducit Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. c. 2. nu. 3. ad 3.*

8 Concilium Prouinciale non potest dare facultatem poenitenti subdito Episcopi suffraganei eligendi Confessarium non approbatum ab ipso Suffraganeo. *Sacra Congr. Concil. sub die 16. Martij* 1581. cuius meminit Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarij verbo Concilium Prouinciale, q 36. in fine.*

Concionator. vide in verbo *Praedicator, collect.* 591. *& seq.*

SVMMARIVM.

- *Episcopus vt debeat visitare cum aliquibus Assistentibus eligendis à Capitulo, potest concordia obtineri, sed Episcopus eius vigore tenetur adhibere tantùm eorum nudam præsentiam.*
2 *Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20 non sustulit concordias à Sede Apostol. confirmatas ex certa scientia.*
3 *Concilium Trid. sess. 25. de reform. c. 6. non comprehendit in suis derogationibus concordias à Sede Apostol. ex certa scientia confirmatas.*
4 *Concordia inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & Clericos Regulares ciuitatis Bituntinæ circa funeralia confirmatur à Sede Apostolica.*

Concordia.

Collect. CXCIX.

1 COncordia inter Episcopum & Capitulum à Sede Apostolica ex certa scientia & cum causæ cognitione confirmata si cautum sit vt Episcopus debeat visitare cum aliquibus Assistentibus eligendis à Capitulo illa est quidem seruanda, vtpote decretis Concilij non abrogata, sed Episcopus vigore eiusdem concordiæ non tenetur adhibere consilium, vel consensus Capituli, aut Canonicorum, sed tantùm nudam eorum præsentiam. *Sacra Cong Conc* teste Rota *decis. 57. nu. 10. p. 1. recent.* cuius memini *de Episcopo p. 3. alleg. 72. n. 3. in fine.*

2 Concordiæ confirmatæ à Sede Apost. ex certa scientia per decretum *Conc sess 24. de reformat. cap. 20.* non sunt sublatæ, secus si in forma communi. *Sacra Congr. Conc. in Lucerina 11. Ianuarij 1629.* penes Sellium *in select. Canon c. 82. num. 10* Concordiæ autem confirmatio obtenta ab instantia vnius partis, non est ex certa scientia, & cum causæ cognitione ad hoc vt sublata non sit decreto *Concilij d. cap 20.* Eadem *Sacra Congregatio sub die 26. Iunij 1592.* quam refert Sellius *dict. cap. 82. numero 11.*

3 Concordiæ à Sede Apostol. ex certa scientia confirmatas non comprehendit decretum *Concilij sess. 25 de reform. c. 6.* in suis derogationibus. *Sacra Cong Concil.* testibus Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 25. num. 14.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tutul. 18. l. 7. de Episcopis numer. 67.* Ludou. à Sarauia *de iurisdict. Adiunctorum quæst. 25. num. 6.*

4 Concordia facta inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & clericos Regulares ciuitatis Bituntinæ circa funeralia, approbata fuit, & confirmata, videlicet quod sit in arbitrio Capituli & Canonicorum associare, vel non associare corpus defuncti quando est sepeliendum in Ecclesia Regularium; sed si illud associant, non debent facere Officium, sed associato corpore vsque ad portam Ecclesiæ debent redire ad Cathedralem. Idem si aliqua Religio, vel Confraternitas laicorum associauerit, similiter vsque ad portam Ecclesiæ; & quod Capitulum & Canonici habeant medietatem ceræ. *Sacra Cong. Rit. in Bituntina 21. Februarij 1604.* cuius meminit Sellius *dict. cap. 82. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Clericis concubinariis agentes.*
2 *Clerici concubinarij qui dicantur publici, & quomodo puniendi?*
3 *Clericus notorius concubinarius sine aliqua Superioris monitione est hodiè ipso iure suspensus ab officio & beneficio.*
4 *Monitio clericis concubinariis à Superiore facienda debet esse specialis, non autem generalis.*
5 *Monitio in visitatione contra concubinarios facta non suffragatur.*
6 *Tempus quod inter vnam & alteram monitionem contra concubinarios clericos, interuenire debet, relinquitur arbitrio Episcopi.*

Concubinarius Clericus.

Collect. CC.

1 DE Clericis concubinariis Clar. §. *fornicatio, n. 9. vers. clericus autem concubinarius*, Bernard. & Salzed. *in pract. Canon. ca 79 de concubinar.* Tiber. Decian. *in tract. crimin lib 6. c. 21. de cleric. concubin.* Matienz. *l. 6. gloss 2 num. 23. cum seqq tit. 8. lib. 5. noua Recop.* Menoch. *de arbit casu 2 8.* Thom. Val. sc. *alleg. iurn tom. 1. alleg. 14. à num 7.* Nicol. Garc *de benef. p. 11. c. 10. n. 181. cum multis seqq.* Marc. Anto. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap 30.* Marchin. *de Sacram. Ordinn tract. 1 p 8 c 3 n. 23. cum seqq* Ego *in collect. ad cap sicut 4 de cohabit. cleric.*

2 Concubinarij clerici qui publici dicantur, & quomodo puniendi? *Pius V. constit 5.* incip. *Cùm primùm, Kalend. Aprilis 1566.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 179.* & illius meminerunt Gutier. *Canon. lib. 2. c. 7. n. 68. & seq.* Nicol. Garc. *d. p. 11. c. 10. n. 187.*

3 Concubinarius clericus notorius sine aliqua monitione Superioris est hodie, prout in veteri iure, ipso iure suspensus ab officio, & beneficio, ita quòd si celebret, incurrat irregularitatem. *Sacra Cong. Conc.* testibus Armandar *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 5. de stupro l. vnica n. 4.* Nicol. Garcia *de benef p. 7. c. 14 n. 11.* Bellet *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 5 n. 45.*

4 Concubinariis clericis monitio à Superioribus facienda debet esse specialis, non autem generalis, puta per edictum. *Sacra Cong Conc.* cuius
5 meminerunt Nicol. Garc. *d. p. 1. c. 10. n 186 declarat. 4.* Armendar. *d. tit. 5. de stupro l. vnica n. 4.* Non tamen in visitatione, sed & aliis quoque temporibus. *Eadem sacra Cong.* penes Nicol. Garc. *d nu. 186.*
6 *declarat. 5.* Armendar. *d. l. vnica n. 5.* Et tempus quod inter vnam, & alteram monitionem interuenire debet relinquitur arbitrio Episcopi. *Eadem Sacra Cong.* apud Nicol. Garc. *d. n. 186 declar. 6.* Armendar. *d. l. vnica n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Parochialis in prouisione quomodo faciendus concursus?*
2 *Inferiores Episcopo quando possint concursum facere?*

3 Parochiales

3 *Parochiales quando existunt intra fines Abbatiæ nullius diœcesis, spectat ad Episcopum intra cuius fines illa existit concursum facere.*

4 *Pestis tempore si eius occasione ciuitas sit bannita concedit Sacra Congr. facultatem prorogandi tempus concurrentium.*

5 *Edicta concursus ab Ordinariis proponenda, & quãdo?*

6 *Beneficia curam animarum habentia, quæ verè sunt Dignitates, concursu non conferuntur.*

7 *Parochiales iurispatronatus mixti concursu non conferuntur.*

8 *Regularia beneficia quæ Regularibus conferuntur, concursu non prouidentur.*

9 *Iurispatronatus Parochiales, quod origine erat totum laicale, sed pro duabus tertiis partibus, ex donatione Laicorum effectum est ecclesiasticum, concursu non conferuntur.*

10 *Prouisus à Papa causa renunciationis de aliqua Parochiali duntaxat examinari debet absque concursu.*

11 *Consanguineos, vel familiares tam suos, quàm resignantium non potest Episcopus prouidere de Parochialibus in manibus suis resignatis.*

12 *Regulares Clerici Ordinum etiam Mendicantium non sunt admittendi ad examen concursus.*

13 *Monoculus dispensatus ad Ordines potest admitti ad examen concursus.*

14 *Concursus est nullus si fiat non expectato lapsu termini.*

15 *Comparens legitimo impedimento cessante post elapsum terminum non est admittendus ad concursum etiamsi examen nondum factum sit.*

16 *Episcopus non tenetur prorogare terminum concursus, sed benè facit prorogando.*

17 *Episcopus potest alios Clericos admittere ad examen concursus cum nominatis à patrono Ecclesiæ.*

18 *Examinatores Synodales si non præstiterint iuramentum ad præscriptum Concilij examen concursus coram eis factum non valet.*

19 *Examinatoribus Synodalibus, si alius interuenit qui non erat de illis, isque examinauit, concursus est nullus.*

20 *Examinatores si adhibeantur ex iis, qui in Synodis præcedentibus deputati fuerunt, absque eo quod in posteriori essent confirmati, examen concursus est nullum.*

21 *Concursus nouus dandus est in Vrbe ubi fuit appellatum à mala Episcopi electione, & ad eandem Vrbem vocandus est prælectus.*

22 *Reiectus in concursu Parochialis potest prouocare prælectum ad nouum examen coram Iudice appellationis etiam antequam doceat de irrationabili iudicio Episcopi.*

Concursus.

Collect. CCI.

1 CONcursus quomodo faciendus in prouisione & collatione alicuius Ecclesiæ Parochialis, edixit *Pius V. in sua constit.* 33. incip. *In conferendis de anno* 1567. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 219. de cuius materia Vgolin. *de potest. Episcopi, c.* 50. *§.* 3. *cum seqq.* Ioan. Anto. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de concursu.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 66.

2 Concursum instituere & reliqua efficere possunt quæ cap. 18. sess. 24. de reform. præscribuntur, *Barbos. Apost. Decis. f. Sum.* inferiores Episcopo omnimodam habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, nemini que præterquam Sedi Apost. & quidem immediatè subiecti, quique nullius sunt diœcesis, sed proprium habẽt territorium, & ius congregandi Synodum, dummodo etiam constet Synodum aliàs legitimè cõgregasse, & in ea examinatores deputasse. *S. Congr. Conc. in Forosemproniensi.* 18. *Martij* 1591. penes Aldan. *in compendio Canon resolut. lib.* 3. *tit.* 9. *num* 28. & illius memini *in collect. ad Trident. sess.* 24. *de reform. c.* 8. *nu.* 47. Hinc *eadem Congr Conc. sub die* 2. *Decembris* 1628. censuit eundem Episcopum Forosempronien. vti viciniorem manutenendum esse in sua quasi possessione concursus instituendi in vacationibus Ecclesiarum Parochialium dalla Rauignana, & iuris præeligendi magis idoneum ex approbatis in eisdem concursibus donec Abbas Classen. legitimè probauerit habere ius congregandi Synodum, aliasque congregasse, & in ea examinatores ad præscriptum *Concilij sess* 24. *c.* 18. deputasse, refero *in meo tract. de officio, & potest. Parochi, c.* 1. *n.* 39.

3 Concursum instituere & examinare prouidendos ad Parochiales existentes intra fines Abbatiæ nullius diœcesis, spectat ad Episcopum, intra cuius fines existit Abbatia iuxta *cap.* 1. *sess.* 23. & si id non constet, ad viciniorem, vt addidit Pius V. tantum limitando, nisi qui Prælatus est nullius, habeat ius congregandi Synodum, quia tunc posset in ea deputare examinatores Synodales, prout Concilium requirit. *Sacra Congr. Conc. in Castri Durantis vlt. Aprilis* 1611. de qua ego ipse *dict. cap.* 2. *sub num.* 39.

4 Concursus, qui in vacationibus Parochialium fieri solet coram Episcopo viciniori, si occasione pestis ciuitas illius sit bannita, & aditus præclusus ad eundem Ordinarium viciniorem, concessit Sacra Congr. facultatem inferiori prorogandi tempus concurrentium, & vt interim prouideretur de œconomis, & Vicariis idoneis. *S. Congr. Conc in nullius terra Gastala Parmen. diœcesis* 17. *Augusti* 1630. cuius memini *d. tract. de Parocho c.* 2. *n.* 39.

5 Concursus edicta Ordinarij proponere debent in beneficiis Curatis reseruatis Sedi Apost. & in quibusuis aliis etiam ex antiqua consuetudine, & à Sede Apost. prouisio fit approbata ab examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis. *S. Congr. Conc.* testibus Anastas. Germon. *de indultis Cardinal. §. quibusuis n.* 6. Flamin. Paris. *de resignat. benef lib.* 10. *quæst.* 7 *num.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel glos* 6. *num.* 112. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 154. Modern. Hisp. *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 9. *num.* 98.

6 Concursu non conferuntur beneficia curam animarum habentia, quæ verè sunt Dignitates. *S. Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *in addit. ad d. p.* 7. *c.* 2. *n.* 196. *& in Syponetina* 17. *Augusti* 1630. cuius memini *de Parocho c.* 2. *n.* 30.

7 Concursu non conferuntur Parochiales iurispatronatus mixti, id est partim ecclesiastici, & partim laicalis. *S. Congr. Conc. in vna Bracharen.* quam refert de verbo ad verbum Modern. Lusitan. *de manu Regia p.* 1. *c.* 7. *nu.* 36. *& ead. S. Cong. in Pisana* 5. *Febru.* 1628. cuius memini *d. c.* 2. *de Parocho n.* 126.

8 Concursu non conferuntur beneficia Regularia, quæ Regularibus conferri solent. *S. Cong. Conc.* apud Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. glos.* 6. *n.* 162.

9 Concursu non conferuntur Parochiales iurispatronatus, quod origine erat totũ laicale sed pro

N

duabus tertiis partibus ex donatione laicorum effectum eſt poſtea eccleſiaſticum, *S.Congr.Conc.17. Iunij* 1617. quam adducit Aldan. *d.lib.3.tit.9.n.30.*

10 Concurſu non conferuntur beneficia Curata reſignata in manibus Papæ ad fauorem alterius perſonæ, ſed tali caſu reſignatarius prouiſus à Papa, vel mandatum de prouidendo in forma *Dignũ* obtinens, dumtaxat examinati debet abſque concurſu, & approbari ſi idoneus repertus fuerit ad curam animarum, ſiue reſignatarius ſit præſens in Curia, ſiue abſens in partibus. *S.Congr.Conc.* de qua Gonzal *ad reg.8.Cancel.gloſ.6.n.121.*

11 Concurſus ad examen Parochialium in manibus Epiſcopi reſignatarum, non poteſt ille admittere conſanguineos vel familiares tam ſuos, quàm reſignantium ex Bulla Pij V. *S. Congr. Conc.* teſte Nicol. Garc. *d p.9.c.2.n.21.*

12 Concurſus ad examen admittendi non ſunt Regulares clerici Ordinum etiam Mendicantium. *S. Congr.Conc.* quam citat Nicol. Garcia *de benef.p.7.c.10.n.32.*

13 Concurſus ad examen admitti poteſt monoculus diſpenſatus ad Ordines ſuſcipiendos. *S.Congr. Concil.17.Martij* 1619. penes Aldan. *dict.lib.3.titul.9. num.33.*

14 Concurſus eſt nullus ſi fiat non expectato lapſu termini. *S.Congr.Conc. in Potentin.4.Maij* 1619. de qua Aldan. *d.lib.3.tit.9.n.35.*

15 Concurſui poſt tempus præfixum ſi quis comparuerit, legitimo impedimento ceſſante, itaut potuerit nomen ſuum inter præſcriptum terminum deferre, & elapſo termino examine nondum facto, ſeu re integra petat ſe ad concurſum admitti non eſt audiendus *S.Concil.Conc ſub die 7.Iulij* 1625. cuius memini *d. tract. de Parocho cap.2. num.45.* & antea idem conſuerat vt per Garc. *d.part.9.cap.2. num.*102.

16 Concurſus terminum non tenetur prorogare Epiſcopus, ſed benè facit prorogando. *S Congr. Concil ſub die 17.Martij* 1619. apud Aldan *d.lib.3.tit. 9.n.36.*

17 Concurſus ad examen cum nominatis à patrono eccleſiaſtico poteſt Epiſcopus alios clericos admittere. *S.Congr.Conc.* referente Nicol.Garc. *d.p.9. c.2.n* 162.

18 Concurſus factus cum examinatoribus Synodalibus, qui non præſtiterunt iuramẽtum ad præſcriptum *c.18 ſeſſ.24. de reform.* eſt nullus. *S.Congr. Conc in Biſignanen. 2. Decembris* 1628. cuius memini *d.tract.de Parocho c.2 n.78.*

19 Concurſus eſt nullus, in quo cum quatuor examinatoribus Synodalibus, alius interuenit, qui nõ erat de Synodalibus, iſque examinauit. *S.Cong.Conc. in Meſſanen.9. Septembris* 1628. *& 15. Decembris* 1629. quarum memini *d.c.2.n.75.*

20 Concurſus etiam eſt nullus vbi fuerunt adhibiti examinatores deputati in Synodis præcedentibus, quatenus tamen prædicti examinatores in Synodo poſteriori non fuerunt confirmati. *Sacra Cong. Conc. in Monopolitana* 13. *Iulij* 1630. cuius memini *de Parocho d.c.2.n.67.*

21 Concurſus nouus dandus eſt in Vrbe, vbi fuit appellatum à mala Epiſcopi electione, & ad eandem Vrbem vocandus eſt prælectus. *S Cong.Conc. in Reatina 16.Martij* 1630. *& in Piſana 17. Iunij eiuſdem anni.* quarum memini *dict.cap.2. de Parocho num.*149.

22 Concurſu Parochialis ſelectus poteſt prouocare prælectum ad nouum examen coram Iudice appellationis etiam antequam doceat de irrationabili iudicio Epiſcopi *S.Congr.Conc. in Vrbinaten 9 Septembris* 1628. cuius memini *d c.2.n.*148.

Concurſus examen, vide in verbo *Examen concurſus collect.*340.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres ad turpitudinem in actu ſacramentalis Confeſſionis prouocantes tanquam de hæreſi ſuſpecti inquiruntur.*

2 *Cruciata in vim priuilegij electi Confeſſarij non abſoluunt à crimine hæreſis.*

3 *Abſolutio ſacramentalis non poteſt dari per litteras, ſeu internuntium.*

4 *Approbatio Confeſſariorum debet gratis dari ab Epiſcopo.*

5 *Confeſſiones factæ Confeſſarijs non approbatis ſunt nullæ.*

6 *Bullam publicatam in die Cœnæ Domini debent habere Ordinarij, Curati, & Confeſſarij.*

7 *Approbatio Confeſſariorum non poteſt fieri à Prælatis inferioribus.*

8 *Confeſſiones ſecularium nullus poteſt audire niſi priùs fuerit approbatus ab Epiſcopo quamuis ſit in oppidis exemptis.*

9 *Confeſſiones fidelium licet Confeſſario approbato in Parochia audire abſque Parochi licentia.*

10 *Approbationem debet Confeſſarius obtinere ab Epiſcopo illius diœceſis vbi Confeſſiones audit.*

11 *Confeſſiones audire non poſſunt Confeſſarij extra diœceſim Epiſcopi approbantis.*

12 *Approbatio Confeſſariorum ſpectat ad Epiſcopum donec per alium prætendentem probetur immemorialis.*

13 *Approbatum Confeſſarium ab Ordinario alterius diœceſis non poteſt eligere qui virtute Iubilei, vel alterius priuilegij habet facultatem eligendi approbatum ab Ordinario.*

14 *Approbatus in vna diœceſi ad audiendas Confeſſiones, non poteſt in alia abſque illius Epiſcopi approbatione eas audire.*

15 *Approbati ab Ordinario ad certum genus perſonarum, ſeu ad limitatum tempus non poteſt virtute Cruciatæ vltra illam facultatem Confeſſiones audire.*

16 *Carcerandus non eſt Confeſſarius ad dictum vnius mulieris dicentis fuiſſe ab eo ſollicitatam in confeſſione.*

17 *Ordinarij vti non poſſunt opera Confeſſariorum Regularium etiam pro Confeſſariis extraordinariis niſi in caſu neceſſitatis.*

18 *Examinati ſi non fuerunt Confeſſarij quando approbati fuerunt, poſſunt ab Epiſcopo ſuſpendi & examinari.*

19 *Confeſſiones ſecularium, qui ſunt verè de familia, poſſunt Confeſſores Regulares in ſuis Monaſteriis audire abſque licentia Epiſcopi.*

20 *Epiſcopi à Confeſſionibus audiendis quando hodie poſſint Regulares ſuſpendere?*

21 *Regulares Confeſſarij à prædeceſſoribus Epiſcopis examinati, & approbati ad Confeſſiones, poſſunt iterum examinari a ſucceſſore.*

22 *Regularibus omnibus Confeſſariis vnius Conuentus ſimul nullo modo Epiſcopi poſſunt adimere facultatem audiendi Confeſſiones ſacra Congregatione inconſulta.*

Confeſ-

Confessarius.

Collect. CCII.

1 Confessarius tam clericus secularis quàm Regularis qui in actu Confessionis sacramentalis mulieres ad turpitudinem prouocat, tanquã de hæresi suspectus inquiritur. *Pius IV. constit.* 31. incip. *Cum nuper*, 16. *Aprilis* 1567. apud Laert. Cherub *tom.* 2 *pag* 34. in nouiss. impress. *Paulus V. constit. sua*, incip *Dilecte fili*, 16. *Septembris* 1608. *Gregorius XV. constit.* 34. incip *Vniuersi* 30. *Augusti*. 1622. De quibus meminerunt, & de earum materia latè tractarunt D. Acuña, & eius additionator Seraphinus de Freitas *in tract. de solicitantibus mulieres in confessione*. Sousa *de Confessariis solicitantibus*, Trimarchi *de Sacerdote abutente sacramento Confessionis*, Anton. Sanctarel. *de hæresi c.* 46. Ioan. Sancius *in select. disp* 11. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 2. *constit.* 4. *Gregorij XV.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *c* 19. plures refero Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 105. *n.* 59. *cum seqq. & de Parocho c.* 19. *a n.* 48.

2 Confessarij electi in vim priuilegij Cruciatæ non absoluunt à crimine hæresis. *Gregorius XIII. constit.* 37. incip. *Officij*, 22. *Septembris* 1576. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 405.

3 Confessarios absenti peccata sacramentaliter per litteras, seu internuntium confiteri non licet, & nemo sub pœna excommunicationis docere, vel affirmare potest quod liceat eo modo confiteri. *Clemens VIII. const.* 87. incip. *Sanctissimus*, 10. *Iunij* 1602. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 135. al às *pag.* 98. in nouiss. impress. referunt Galleg. *in tract. de Parochor. obligat p.* 2. *n.* 56. *cum seqq.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo Pænitentia, differ.* 9. *in fine.* Bonacin. *de censur. extra Bullam, disp.* 2. *q.* 3. *puncto* 33. Scottia *in selectas Bullas epit.* 163. *theor.* 404. Stephan. de Aluin. *de Episcop. & Abbatum potest. c.* 26. *n* 16 Ego *de officio, & potest. Parochi c.* 19. *n.* 44.

4 Confessarius nemo potest esse nisi habeat Parochiam, seu approbationem, quæ datur gratis ab Episcopo. *Gregorius XV. constit.* 18. incip. *Inscrutabili* §. 1. *sub dat. Nonis Februarij* 1622. apud me *in fine tract. de officio Episcopi.*

5 Confessarijs non approbatis Confessiones factæ sunt nullæ. *Sacra Congr. Conc.* testibus Capeauil. *de casibus reseru. cap.* 3. *q.* 1. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *c.* 1. *n.* 9. & aliis pluribus per me citatis *de officio Episcopi p.* 2. *alleg.* 25. *n.* 3. & nouissimè *eadem S. Cong.* post *d. const.* 18. *Gregor. XV. in declar.* 12.

6 Confessarij, Rectores, Curati, & Ordinarij debent habere Bullam publicatam in die Cœnæ Domini. *Vrbanus VIII. constit.* 62. Incip. *Pastoralis* §. 26. *& seqq. sub dat. Kalend. Aprilis* 1627. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullar. tom.* 4. *pag.* 76.

7 Confessarij non possunt approbari nisi ab Episcopis, non verò ab aliis Prælatis inferioribus. *Sacra Congr. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, l.* 4. *tit.* 29. *l.* 1. §. 1. *de confitendo semel in anno, n.* 15.

8 Confessarius nullus potest audire Confessiones sæcularium etiam Sacerdotum, nisi prius fuerit approbatus ab Episcopo, etiamsi esset in oppidis exemptis, dummodo illa sint intra limites diœcesis. *Sacra Congr. Conc. in Forosempronien.* referente Stephan. d'Aluin. *de potest. Episcop. & Abbatum, cap.* 19. *num.* 6. *fol.* 105.

9 Confessario approbato licet in Parochia Confessiones audire absque Parochi licentia. *Sacra Congreg. Conc* apud Alphons. de Leone *de officio Capellani part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 10.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

10 Confessarius approbatus ab alio Episcopo quàm ab Archiepiscopo Valentino in diœcesi & pro diœcesi Valentina non censetur ab Ordinario approbatus. *Sacra Congreg. Concil.* cuius meminerunt Ludou. Beia *respons. casuum Conscient. part.* 4. *casu* 20. *vers. tandem*, Ægid. de Conink. *de Sacrament. disp.* 8. *num* 12. Stephan d'Aluin. *de Episcopor. Abbatum, & Abbatiss. potestat. capite* 25. *numero* 13. *vers. cui consonat*, Bossi. *de triplici Iubilei priuilegio, sect.* 3. *casu* 2. *num.* 213. Ego ipse *de officio, & potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 25. *num.* 32.

11 Confessarij extraordinarij ab Episcopo approbati ad Confessiones audiendas, siue sint seculares, siue Regulares nullo pacto eas audire possunt extra diœcesim Episcopi approbantis, quamuis Confessores sint Episcopo subiecti. *Sacra Congreg. Conc. in Cremonen.* 22. *Maij* 1610. quam citat Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Confessarius, num.* 14.

12 Confessariorum approbatio spectat ad Episcopum, donec per alium prætendentem probetur immemorialis. *Sacra Congr. Conc in nullius, seu Conuersanen.* 26. *Iunij, &* 20. *Augusti* 1627. teste Sellio *in select. Canon cap.* 14. *num.* 27.

13 Confessarium approbatum ab Ordinario eligendi, qui virtute Iubilei, vel alterius priuilegij facultatem habet, non potest eligere Confessarium approbatum ab Ordinario alterius diœcesis. *Sacra Congr. Conc. in Liman* 2.. *Ianuarij* 1633. cuius memini *de Episcopo, part.* 2. *alleg* 25. *num.* 33.

14 Confessarius tam secularis quàm Regularis in vna diœcesi approbatus ad audiendas personarum secularium confessiones non potest in alia easdem confessiones audire absque Episcopi diœcesis approbatione. *Sacra Congr. Conc. in Calagurritana* 6. *Iunij* 1608. quam refert Sellius *d cap.* 14. *num.* 28.

15 Confessarij seculares ad certum genus personarum, seu ad limitatum tempus ab Ordinario approbati minimè possunt etiam vigore Bullæ Cruciatæ pœnitentium confessiones audire vltra facultatem ipsis ab Ordinario concessam *Sacra Cong. Conc. in Cæsaraugustana* 7. *Septembris* 1625. cuius memini *de officio, & potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 25. *num.* 35.

16 Confessarius ad dictum vnius mulieris dicentis fuisse ab eo solicitatam in confessione, carcerari non debet. *Sacra Congr. S. R & vniuersalis Inquisitionis* 17. *Iulij* 1627. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in additam. cap.* 11. *num.* 4. *pag.* 475.

17 Confessariorum Regularium opera vti non possunt Ordinarij etiam pro Confessariis extraordinariis, nisi in casu necessitatis. *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* 1. *Octobris* 1602. quam adducit Sellius *d cap.* 14. *num.* 30.

18 Confessarij si non fuerunt examinati quando approbati fuerunt, ab Episcopo suspendi, & examinari possunt. *Sacra Congr Episcop. & Regul. in Vercellen.* 31. *Iulij* 1615. penes Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo Confessarius num.* 18.

19 Confessarij Regulares in monasteriis, & collegiis Regularium, vbi Regularia instituta seruantur, possunt absque licentia Episcopi audire Confessiones eorum secularium, qui sunt verè de familia, & communes commensales, non tamen illorum, qui tantùm deseruiunt in monasteriis. *Sacra Congr.*

Conc.referentibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.2.tit. 18.l.7. de Relig.n.53. & lib.4.tit. 28.l.7.de Relig.n 53.& lib.4.tit.28.l.1. §.1. de confitendo semel in anno num.*10. Ioann. Maria Nouar, *d. verbo Confessarius n.*15. me citato Lezana *in summ. quaest. Regul.tom. 2.cap.*16.*n.*16.

20 Confessarios Regulares aliàs ab Episcopis, ad quos ius eos approbandi spectat, liberè approbatos, ipsi Episcopi ab audiendis confessionibus suspendere posthac minimè possunt, nisi ex noua causa, eaque ad confessiones pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. *S.Congr.Episcop.& Regul.sub die* 20.*Nouembris* 1615.cuius meminerunt Ioan.Maria Nouar. *d. verbo. Confessarius num.*16. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul.tom.1.constit.2.Sixti IV.num.* 45.*pag.*26. Lezana *in summ.quaest.Regul.tom.1.c.*19.*n.*9.Alphons. de Leone *in fine part.2. de iubileo pag.*114. Caeterùm an eadem causa subsit necne, Episcopus non tenetur ipsis Regularibus edicere, sed Sedi Apost. duntaxat, vbi eam sibi aperiri postulauerit, sic Episcopo Gienen. per suas litteras in forma Breuis rescripsit *Vrbanus VIII. sub die* 30.*Ianuarij* 1629.quas refero *de iure ecclesi.vniu lib.1. cap.*43.*n.*210. & me citato in illo loco referunt etiam Tamburin. *de iure Abbatum,tom.2. disp.6. quaest.12 num.9.* Laurent.de Peyrinis *de priuileg Regul in additam ad constit. Sixti IV.cap.2.num.9.in fine,tom.3.pag.*409. Vnde si Regulares cum scandalo, aut alias inhonestè viuant, vel aliquod delictum committant propter quod rationabili Episcopi iudicio videantur à Confessionibus suspendendi, vtique ea causa ad ministerium Confessionis pertinebit, cum praecipua ministri qualitas sit integritas vitae, ac morum honestas, ac proinde nihil obstat quominus ob eam possit Episcopus Regulares vtcunque à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis *S.Congr.Episcop & Regul in Oriolen.*30.*Augusti* 1630. quam refero *d. tract. de iure eccles.vniuers.lib.1.c.43.n.*209.

21 Confessarij Regulares à praedecessoribus Episcopis examinati & approbati ad Confessiones personarum secularium audiendas à praesenti Episcopo successore pro maiori Conscientiae suae quiete possunt iterum examinari, at si minus idonei reperti fuerint, reprobari ad praescriptum Constitutionis Sanctae mem. Pij Papae V. hac de re editae. *Vrbanus VIII. in dict. Constit. sub die* 30. *Ianuarij* 1629. quam ad litteram refero *dict.cap.*45. *num.*210.

22 Confessariis omnibus Regularibus simul vnius Conuentus nullo pacto Episcopi, locorumque Ordinarij possunt facultatem audiendi Confessiones adimere, sacra Cong. inconsulta. *S.Congr. Episcop.& Regul.sub die* 20.*Nouembris* 1615. referente Sellio *d.c.*14.*nu.*84.

SVMMARIVM.

1 *Cellae ianua aperta remaneat donec Confessarius audit Confessionem Monialis infirmae.*

2 *Clausuram ingressus pro audiendis Monialium infirmarum Confessionibus, vel aliis Sacramentis administrandis recta via, & absque diuerticulo eat.*

3 *Monasterij septa quouis tempore & de nocte in casu necessitatis Confessarij ingredi possunt.*

4 *Cellas Monialium ad conspergendum in die sabbati Sancti non possunt Confessarij clausuram ingredi.*

5 *Monialium Confessarij ordinarij singulis quibusque triennijs mutari debent.*

6 *Confessarius extraordinarius bis, terue quotannis in communi Monialibus deputari debet.*

7 *Monialium Confessarij extraordinarij pro tempore, quo Confessionibus audiendis occupantur, excusantur a Religionis oneribus.*

8 *Extrema Vnctionis Sacramentum Monialibus infirmis administrant earum Confessarij.*

9 *Septa monasterij Monialium nullatenus ingrediantur Confessarij, praetextu comitandi operarios, medicos, &c.*

10 *Merces annua quae assignanda Confessariis Monialium.*

11 *Curam animarum habens non potest fungi munere Confessarij Monialium.*

12 *Victus diatim à Monialibus nullatenus administretur Confessariis.*

13 *Moniales alloqui non potest earum Confessarius Regularis, & socius, exceptis casibus administrationis Sacramentorum.*

14 *Monasterij septa Monialium aegrotantium, Confessionum audiendarum gratia ingredi non potest Confessarius absque socio.*

15 *Monialium Confessarius ab eis nominatus sine rationabili causa remorari non potest.*

16 *Monialium Confessores etiam exempti & Regulares sine approbatione Episcopi hodie deputari non valent.*

17 *Episcopo licet ex rationabili causa Superiores Regulares admonere vt amoueant Confessarios Monialium.*

18 *Monialium Confessarij extraordinarij post Constit. Gregorij XV. debent approbari ab Ordinario.*

19 & 20 *Monialium Confessarij Ordinarij deputati ante Constit. Gregorij XV. quando possint pergere in Confessionibus audiendis absque examine Episcopi ostenditur, & num.* 10.

21 *Approbatio Episcopi de Confessore extraordinario Monialium pro vna vice pro illa dumtaxat approbatus intelligitur.*

Confessarius Monialium.

Collect. CCIII.

1 CONfessario Monialis infirmae Confessiones audiente cellae ianua aperta remaneat, & ambae comitatrices ad eiusdem cellae ianuã morentur, itaut & Confessarius, & infirma ab eis commodè cerni possint. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die* 13. *Septembris* 1583. apud Lezanam *in summ. quaest. Regular. tom,3. verbo clausura num.* 26.

2 Confessarius Monialium clausuram ingressus ad administranda sanctissima Sacramenta recta via & absque diuerticulo eat, redeatque, nec in alia Monasterij parte diuagetur, etiam occasione visitandi alias infirmas, quibus Sacramentorum administratio non est necessaria. *Eadem sacra Congr.* penes Lezanam *d. tom. 3.verbo clausura num.* 26.

3 Confessarij quouis tempore etiam pulsato Aue Maria, in casu necessitatis, monasterij septa ingredi possunt. *S. Cong. Episcop. & Regul. in Ferrarien. de anno* 1593. cuius memini *de iure eccles. vniuerso lib. 1.cap. 44. num* 129.

4 Confessarij non possunt Monialium clausuram ingredi ad conspergendum cellas Monialium, aut alia loca aqua benedicta in die sabbati sancti, aut

aut alia loca aqua benedicta in die sabbati sancti, aut quolibet alio tempore. *S.Congr.Episcop. & Regul.* cuius memini *d.tract.de Iure eccles.vniuerso lib.1. c.44.n.134.*

5 Confessarij Monialium Ordinarij singulis quibuscunque trienniis mutari debent, idque obseruandum ne dum circa Moniales subiectas Ordinario, sed etiam Regularibus. *S.Congr. Episcop. & Regul. sub die* 15.*Febr.*1573. de qua Ioao.Maria Nouar. *in lucerna Regul.verbo Confessarius n.11.*

6 Confessarium vltra Ordinarium, alter extraordinarius bis, terue quotannis in communi, non autem in particulari Monialibus deputandus est. *Eadem S.Congr.in Veronen de anno* 1593. quam refert Sellius *in selectis Canon c.30.n.46.*

7 Confessarij extraordinarij Monialium à monasteriorum, in quibus degunt, aut Religionis oneribus pro eo tempore dumtaxat, quo in Confessionibus audiendis occupantur, excusantur. *Eadem S Congr.Episcop & Regul.sub die* 10.*Martij* 1593. quam adducit Sellius *d c.30.n.48.*

8 Confessarij Monialium infirmis Sacramentum Extremæ Vnctionis administrant, & animabus earum Altissimo commendatis, in monasterij clausura non amplius morentur, sed & hortari illas ad benè moriendum aliis Monialibus sit curæ. *Eadem Sacra Congr Episcop.& Regul.sub die* 13.*Septembris* 1593. referente Sellio *d c.30.n.49.*

9 Confessarij aut alij Regulares nullatenus ingrediantur septa monasterij Monialium prætextu comitandi operarios, medicos, chirurgos, vel alios. *Eadem S.Cong sub dicta die* 13.*Septembris* 1583. penes Sellium *d c.30.n.50.*

10 Confessariis Monialium certa annua merces constitui debet, quæ iuxta morem, & qualitatem Religionis victui illius sufficiat, eademque merces à monasterio, in quo degit idem Confessarius, si Regularis sit, persoluatur. Cæterum Ordinarij locorum prohibeant Monialibus sub aliquibus pœnis, non tamen censurarum, ne vltra mercedem illam aliquid communiter, vel priuatim eidem Confessori, vel aliis quibuscunque Fratribus tribuant, eisdemque Fratribus ne à Monialibus etiã sponte oblatum, aut donatum recipiant, sub iisdem pœnis inhibeant. *S.Congr.Episcop.& Regul. sub die* 29.*Nouembris* 1605. cuius memini *d.tract.de Iure eccles. lib.1.c.44.n.139.*

11 Confessarij Monialium munere fungi non potest habens curam animarum. *S.Congr.Episcop.& Regul.in Parmen.*10.*Aprilis* 1615. penes Ioan.Mariam Nouar.*in lucerna Regul.verbo Confessarius n.13.*& illius memini *d lib.1 c.44 nu.128.*

12 Confessariis victus diætim à Monialibus nullatenus administretur, sed quædam pecuniæ summa quotannis victus loco eis persoluatur; & si Regulares sint Confessarij, monasteria in quibus degunt, pendant. *Eadem S.Congr.in dict.Parmen.* cuius memini *d.lib.1.c.44.n.129.*

13 Confessarius Regularis Monialium, eiusque socius (Confessionis, ac Sacramentorum administrationis casibus exceptis) easdem Moniales absque Sacræ Congregationis licentia alloqui non possunt. *S.Cong.Episcop.& Regul.in Nolana* 21 *Februarij* 1617. testibus Tamburin *de iure Abbatissarum disp.* 24.*q.*3 *num.*5. Lezana *in sum.quæst.Regul.tom.3.verbo clausura.n.*27.*in fine.*

14 Confessarius etiam ex antiqua consuetudine absque socio, monasteria septa Monialium ægrotantium Confessionum audiendarum gratia ingredi non potest, sed debet ei assignari socius, qui ipsi iuxta decretum sacræ Congregationis assistat, sitque ætatis vltra 50. annorum, vitæque exemplaris. *S.Congr. Episcop. & Regul. in Nolana* 21. *Februarij* 1617. apud Lezanam *dict. tom 3. verbo clausura num.*27.

15 Confessarij Monialium ab iis nominati non possunt amoueri nisi ex rationabili causa. *S.Congr. Conc.*11.*Iulij* 1626. penes Ioann.Mariam Nouar. *in lucerna Regul.verbo Confessarius nu* 12.

16 Confessarij siue Regulares, siue seculares quomodocunque exempti tam Ordinarij quàm extraordinarij ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subiectarum audiendas nullatenus deputari valeant nisi prius ab Episcopo diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. *Gregorius XV. constit. sua* incip. *Inscrutabili Nonis Februarij* 1622. apud Lauret.de Franchis *de controu. inter Episcop. & Regular. pag.*136. & apud me post tract.*de officio Episcopi in constit. & decretis pag.*56.

17 Confessarij Regularium vt amoueantur licet Episcopo Superiores Regulares admonere ex rationabili causa, quam eisdem Superioribus significare non tenetur, hisque Superioribus id facere detrectantibus, habet Episcopus facultatem prædictos Confessores amouendi quoties & quando opus esse iudicauerit. *S.Congr.Concil. de anno* 1623. penes me *in fine d.tract de Episcopo, in decretis & constitut pag* 17.*in resp.ad dub.*12.

18 Confessarij extraordinarij Monialium nullatenus possunt post Constitutionem Gregorij XV. illarum Confessiones audire, nisi prius ab Episcopo diœcesano idonei iudicentur & approbentur. Ordinarij verò Confessores ante publicationem

19 deputati possint durante triennio pergere in Cõfessionibus Monialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat vt illorum facultas à Sede Apost. vltra triennium prorogetur, tunc debent illi ab Episcopo examinari, & approbari. *S.Congr.Concil.de anno* 1623. apud me in fine *d. tract. de Episcopo in resp. ad dub.*6. *pag.*57. & illius meminerunt Aloys. Riec. *in decis. Curia Archiep.Neapol.p.4.decis.*244 *n.*12. Ioan. Maria Nouar.*in lucerna Regul.verbo Confessarius num.*1. *cum seqq.*me citato Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.*2. *c.*1.*n.*19.

20 Confessarij Regulares Monialium electi, seu deputati ante Constitutionis Gregorij XV. publicationem quibus alioquin facultas competit audiendi confessiones Monialium sibi subiectarum, possunt durante eorum officio pergere sine alia Episcopi approbatione in confessionibus audiendis illarum tantùm, quæ sponte, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò ij qui post constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum officiis, seu dignitatibus expleto iam tempore à constitutionibus cuiusque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam possunt Sanctimonialium cõfessiones audire, nisi prius à diœcesano Episcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint. *Eadem S.Cong.Conc.de anno* 1623. penes me *loco citato in resp ad dub.*7.

21 Confessarij extraordinarij semel deputati atque approbati ab Episcopo ad Monialium cõfessiones pro vna vice audiendas nõ possunt pluries in vim

approbationis eiuſmodi illatum confeſſiones audire, ſed ab Epiſcopo toties ſunt approbandi quoties caſus deputationis contigerit. *Eadem Sacra Congr. Conc. de anno* 1623. penes me *loco citato in reſp. ad dub.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Sacramentali confeſſione agentes.*

2 *Stolam & cottam portare tenentur Clerici ſeculares dum confeſſiones audiunt.*

3 *Presbyteratus Ordinem non habentes ſi confeſſiones audiant, Curiæ ſeculari præuia degradatione tradendi.*

4 *Licentiam ad audiendum confeſſiones ſecularium debent petere ſubditi inferiorum Prælatorum etiam exemptorum ab Epiſcopo.*

5 *Approbati ad confeſſiones audiendas ſiue ſint ſeculares ſiue Regulares eas audire non poſſunt extra diœceſim Epiſcopi approbantis.*

6 *Approbati ad audiendas confeſſiones ſecularium in vna diœceſi, non poſſunt in alia eaſdem confeſſiones audire abſque Epiſcopi diœceſis approbatione.*

7 *Regulares poſſunt audire confeſſiones ſecularium qui ſunt de familia monaſterij, & continui commenſales.*

8 *Ieſuitæ non poſſunt audire confeſſiones ſecularium etiam Sacerdotum, niſi ab Epiſcopo per examen approbati.*

9 *Licentia ad audiendas confeſſiones conceſſa per Epiſcopum Regularibus ad ſuum beneplacitum, ab eo quandocunque reuocari poteſt.*

10 *Sacerdotes audire non poſſunt confeſſiones extra diœceſim, in qua fuerunt approbati, etiam ſubditorum Epiſcopi approbantis.*

11 *Licentia, priuilegia, & indulta audiendi confeſſiones ſecularium abſque Ordinarij examine & approbatione, reuocantur.*

12 *Confeſſio Sacramentalis non poteſt fieri per litteras, ſeu internuntium confeſſario abſenti.*

13 *Generali non licet audire confeſſiones Monialium ſui Ordinis abſque Epiſcopi ſpeciali deputatione.*

14 *Epiſcopi non poſſunt omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus facultatem audiendi confeſſiones adimere.*

15 *Regulares generaliter ab Epiſcopo approbati ad confeſſiones ſecularium audiendas, nequaquam poſſunt audire confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum.*

16 *Approbati ab Epiſcopo ad audiendas confeſſiones vnius monaſterij, non poterunt audire confeſſiones Monialium alterius Monaſterij.*

17 *Regulares confeſſores quando poſſint audire confeſſiones mulierum tertij Ordinis.*

Confeſſio Sacramentalis.

COLLECT. CCIV.

1 DE Confeſſionis Sacramento Lucas Pinellus, Ioannes Maldonado, Frias, Vincentius Mazzolus, Petrus Auratus *paradoxo* 5. Iacob de Graffis in *aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 8. *cum ſeqq.* Henriq. *in ſum lib.* 5. Marcel. Megala *part.* 1. *inſtit. Confeſſ.* Petr. de Ledeſma *in ſum part.* 1. *vbi de Sacram. Pœnit. c.* 8. Valent. *tom.* 4. *diſp* 7. *q.* 9. Becan *de Sacram. in ſpecie c.* 36. Fernandes *in examine Theolog. moral. p.* 3. *c.* 6. §. 6. Ægid. de Coninck *de Sacram. tom.* 2. *diſp.* 4. Valet. Reginald. *in praxi fori pœnit lib.* 6. *à nu.* 28. Bonacin. *de Sacram. diſp.* 5. *q.* 5. *ſelect.* 2. Iol. Lanoe. *de Iubilæo p.* 1. *c.* 14. Molſeſ. *in ſum. Theolog moral. lib.* 1. *tract.* 6. *cap.* 5. Petrus de Ochogauia *de Sacram. tract.* 2, Tannerus *tom.* 4. *diſp.* 6. *quæſt.* 7. Vincent. Fillnic. *in quæſt. moral. tract.* 7. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcepto.* 2 *lib.* 3. Barthol à S. Fauſto *tom.* 3. *tract. de Pœnit. lib.* 4. *de Confeſſ.* Hurtado *de Sacrament. tract. de Pœnit. diſp.* 7.

2 Confeſſiones dum audiunt Clerici ſeculares tenentur ſtolam, & cottam portare Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Albinganen. 8. Nouembris 1588. Niſi ſint Religioſi Societatis IESV qui ſuperpelliceum deferre non tenentur. *Eadem S. Cong. ſub die* 25. *Aprilis* 1586. cuius memini *in tract. de officio, & poteſt. Parochi. c.* 19. *n.* 60.

3 Confeſſiones Sacramentales audientes nondum ad ſacrum Presbyteratus Ordinem promoti Curiæ ſeculari præuia degradatione tradendi ſunt. *Clemens VIII. conſtit.* 81. incip *Etſi aliàs, ſub dat.* 1. *Decembris* 1601. apud Quarant. *in ſum. Bullarij verbo Ordo pag.* 387. & de illa meminerunt Scott. *in Bullis ſelect. Pontif. epith.* 162. *theor.* 403. Moura *de incant. & enſalm opuſc.* 1. *ſect.* 4. *c.* 3 *n.* 9. Sanctarel. *de hæreſi cap.* 42. *dub. vnic. n.* 5. Souſa *in opuſc. de ſolicitantib. tract.* 1 *c.* 9. *n.* 1. Aoton. Diana *moral. reſolut. p.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 11. Ego *de officio & poteſt. Epiſcop p.* 3. *alleg.* 111. *num.* 18. Quam Conſtitut. ad omnes etiã minores 25. annis, dummodo vigeſimum ætatis annum compleuerint, ampliauit *Vrbanus VIII. conſt.* 79. incip. *Apoſtolatus,* 23. *Martij* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag*.....

4 Confeſſiones (ſecularium ſcilicet) audiendi licentiam debent petere ſubditi inferiorum Prælatorum etiam exemptorum ab Epiſcopo, ab eoque approbationem obtinere, & offerri debent Epiſcopo à Superiore illarum Eccleſiarum. *S. Congr. Conc.* teſte Stephan. d'Aluin *de Epiſcopor. Abbatum, & Abbatiſſar. poteſt. c.* 19. *n.* 6.

5 Confeſſiones ad audiendas approbati, ſiue ſint ſeculares, ſiue Regulares, nullo pacto eas audire poſſunt extra diœceſim Epiſcopi approbantis, quamuis Confeſſores ſint eidem Epiſcopo ſubiecti. *S. Cong. Conc. in Cremonen.* 22. *Maij* 1610. quam refert Ioan. Maria Nou. *in lucerna Regul. verbo Confeſſarius, n.* 14.

6 Confeſſiones perſonarum ſecularium ad audiendas in vna diœceſi approbati, non poſſunt in alia eaſdem confeſſiones audire abſque Epiſcopi diœceſis approbatione. *Sacra Congr. Conc. in Calaguritana* 6. *Iunij* 1608. quam adducit Sellius *in ſelectis Canon. c.* 14. *n.* 28.

7 Confeſſiones poſſunt Regulares audire ſecularium, qui ſunt de familia Monaſterij, & continui commenſales, non item eorum, qui deſeruiũt ſolùm in eorum Monaſteriis, qui nimirum non ideo ſunt de eorum familia, aut commenſales continui. *S. Congr. Conc.* penes Stephani d'Aluin. *d. c.* 19. *n.* 9. *verſ. quandoquidem.*

8 Confeſſiones ſecularium etiã ſacerdotum audire non poſſunt Ieſuitæ niſi ab Epiſcopo per examen ſi illi videbitur neceſſarium, aut aliàs idonei iudicentur, & approbationem obtineant. *S. Congr. Concil. ſub die* 10. *Iulij* 1615. apud Sellium *d. cap.* 14. *num.* 81.

9 Confeſſionum audiendarum licentia conceſſa per Epiſcopum Regularibus, ad ſuum placitũ, ab

Epiſcopo

Episcopo quandocunque reuocari potest. *Sacra Cong Conc. in Papien.* 19. *Maij* 1619. cuius meminit Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 12. *n.* 9. & Ego *de iure ecclesiastico vniuerso lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 208.

10 Confessiones extra diœcesim in qua fuerunt approbati, Presbyteri audire non possunt etiam subditorum Episcopi approbantis, nisi iurisdictionem ordinariam habeant. *Sacra Cong. Conc.* 8. *Maij* 1610. referente Sellio *d. cap.* 14. *n.* 79.

11 Confessiones personarum secularium audiendæ absque examine, & approbatione Ordinarij indulta ac priuilegia omnia etiam per modum communicationis concessa Militiis, Hospitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibusuis iam Mendicantium quàm non Mendicantiũ, cæterisque locis piis, & eorũ siue earum respectiuè personis reuocat *Vrbanus VIII. con.* 92. incip. *Cum sicut* 12. *Sep.* 1628 apud Angel Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 103. & apud Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regular. pag.* 272. & illius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Confessiones num.* 1.

12 Confessio Sacramentalis non potest fieri per litteras, seu internuntium Confessario absenti. *Clement VIII. constit.* 87. incip. *Sanctissimus de anno* 1602. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 135. vbi prohibet propositionem illam, quæ habet licere per litteras seu internuntium Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absolutionem obtinere, de cætero edoceri, defendi, imprimi, aut ad praxim deduci sub pœna excommunicationis latæ sententiæ & aliis pœnis arbitrio infligendis. Vide supra *collect.* 202. *num.* 3.

13 Confessiones Monialium sui Ordinis audire non licet Generali absque Episcopi speciali deputatione. *Sacra Congr. Conc.* 19. *Nouembris* 1627. de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Confessiones num.* 3.

14 Confessiones audiendi facultatem Episcopi, locorumque Ordinarij omnibus simul vnius Conuentus Regularibus Confessariis, Sacra Cong. inconsulta, nullo pacto adimere possunt. *Sacra Cong. Episcop & Regul. sub die* 20. *Nouembris* 1615. quam adducit Sellius *d. cap.* 14. *num.* 84.

15 Confessiones Monialium sibi subiectarum nequaquam audire possunt Regulares generaliter ab Episcopo approbari ad Confessiones personarum secularium audiendas, sed egent quoad hoc speciali Episcopi approbatione *Sacra Congr. Conc. de anno* 1623. relata in fine mei *tract. de Episcopo in resp ad dub.* 9. *pag* 57.

16 Confessiones Monialium vnius Monasterij ad audiendas si Episcopus Regularem approbat, non ob id poterit audire Confessiones Monialium alterius monasterij. *Eadem Sacra Cong. Conc. de anno* 1623. apud me *in resp. ad* 10. *dub. pag.* 57.

17 Confessiones Sacramentales mulierum tertij Ordinis, quas de pœnitentia, seu Bizzochas vocant, non possunt audire Confessores Regulares, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad Confessiones personarum secularium audiendas. *Sacra Cong. Episcop. & Regular. sub die* 20. *Decembris* 1616. penes Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo Confessiones. n.* 5.

Vide suprà *collect.* 202. & 203.

Confessionalia.

Collect. CCV.

1 Confessionalia ex Sacristiis, & aliis locis occultis remoueri debent, & collocari in Ecclesiis exterioribus Monialium. *Sacra Congr. Conc. sub die* 29. *Nouembris* 1605. cuius meminere Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 25. *num.* 16. & Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. sub hoc verbo, num.* 1.

2 Confessionalia Monialium in exterioribus Ecclesiis omnino collocentur; et si illæ in hoc renitentes fuerint, interdici debent. *Eadem Sacra Cong. Conc. in Fauentina* 7. *Martij* 1617. penes Ioan. Mariam Nouar. *d. loco.*

Confessor, vide *in verbo Confessarius collect.* 202. & 203.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Sacramento Confirmationis agentes.*

2 *Episcopus cum Pluuiali & Mitra, Stola, & Baculo Pastorali Confirmationem administrare debet.*

3 *Episcopus administrans Confirmationem per Villas, à nemine est procurandus.*

4 *Prælatus inferior nullius diœcesis habens iurisdictionem Episcopalem potest accersere quem maluerit Episcopum, vt ministret Confirmationem.*

5 *Episcopus suis subditis in aliena diœcesi Confirmationem administrare non potest.*

Confirmationis Sacramentum.

Collect. CCVI.

1 De Confirmationis Sacramento Iodoc Coccius *in thesauro Cathol. tom.* 2. *lib.* 5. Petr. Cresper. *in sum. Cathol. Fidei, verbo Confirmatio,* Angles *in floribus Theolog. part.* 1. *de Confirmat.* Anton. Cuch. *instit. maior. lib.* 5. *tit.* 8. Viuald. *in candel. aureo. tit. de Confirmat.* Card. Bellarm. *in controuers. Cathol. lib. vnico de Sacramento Confirmat.* Henriq. *in sum. lib.* 3. Suar. *de Sacram tom.* 3 *disp.* 36. Petr. Gregor. Tholos. *in part. iuris Canon.* Ioan. Maldon. *in tract. de Confirm.* Zetol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo Chrisma.* Zambran. *de casibus occurrentibus in articulo mortis, cap.* 2. Vgolin. *de officio Episcopi, cap.* 26. Petr. de Ledesma *in sum. part.* 1. *vbi de Sacram. Confirmat.* Bonacin. *de Sacram. disp.* 3. Fernandez de Moure *in examine Theolog. moralis. part.* 2. *cap.* 3. Moises. *in sum. Theologia moral. tract.* 4. *cap.* 2. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 28. Cardos. *in praxi iudicum verbo Sacram. Confirmationis.* Filliuc. *in quæst. moralib. tom.* 1. *tract.* 3. Maurit. de Alzedo *in praxi Episcop part.* 2. *cap.* 4. Torrebl. *de iure spirit. lib.* 2. *cap.* 6. Hurtado *de Sacram. Confirm.*

2 Confirmationem administrare debet Episcopus cum Pluuiali, Mitra, Stola, & Baculo Pastorali: *Sacra Congr. Conc in Brixien.* 19. *Februarij* 1585. testibus Paulo Piasec. *in praxi Episcop. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. *in fine,* Alzedo *in praxi etiam Episcop. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 23. quos refero *de officio, & potest. Episcopi. part.* 2. *alleg.* 30. *num.* 11.

3 Confirmationem per Villas, & oppida Episcopus administrans à nemine est procurandus *Sacra Congr. Conc.* apud Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 6. *de visitat. num.* 123.

4 Confirmatio vt ministretur accersere potest quem maluerit Catholicum Antistitem Prælatus inferior nullius diœcesis habens iurisdictionem Episcopalem, non obstante *c.* 5. *sess.* 6 *de reform. Sacra*

Cong. Conc. quam refert Sellius *in ſelect. Canon. cap.* 15. *num.* 18.

5 Confirmationem in alterius diœceſi non poteſt Epiſcopus ſuis ſubditis conferre ſine licentia Epiſcopi, in cuius diœceſi repetitur. *Sacra Congr. Conc.* penes Armendar. *d. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, num.* 68. quem refero *d. p.* 2. *alleg.* 30. *num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Confraternitatibus agentes,*

2 *Confraternitatibus laicorum forma præſcribitur in eis aggregandis priuilegiis, & Indulgentiis communicandis.*

3 *Confraternitates omnes ſanctiſſimi Sacramenti Canonicè vbique erecta poſſunt frui priuilegiis, & gratiis conceſſis Archiconfraternitati S. Mariæ ſupra Mineruam.*

4 *Roſarij Confraternitas approbatur.*

5 *Roſarij Confraternitatis capellæ de licentia Generalis Prædic. fundari poſſunt.*

6 *Indulgentias Confraternitatis Roſarij qui Pontifices conceſſerint.*

7 *Chordæ S. Franciſci Confraternitas.*

8 *Monialium in Eccleſiis Confraternitates inſtitui non debent.*

9 *Officiales Confraternitatum quot annis eligantur.*

10 *Ordinarij abſque licentia non licet Religioſis Societatis Ieſu, & Ordinis S. Dominici Confraternitates nouas cum vſu ſacrorum erigere.*

11 *Aggregatio Confraternitatum propriorum Ordinum poteſt fieri à Regularibus.*

12 *Congregari poſſunt Confraternitates vbi eis magis libuerit ſine Epiſcopi licentia.*

13 *Officiales eligere ſpectat ad Confraternitates, confirmare verò ad Epiſcopum.*

14 *Eleemoſynas quærere poteſt Confraternitas ſecundum eius inſtitutum.*

15 *Epiſcopo inuito, vel inconſulto nemo poteſt erigere Confraternitates, aut ſtatuta confirmare.*

16 *Sacramentum Sanctiſſimum non poſſunt nec debent Confraternitates laicorum tenere in eorum Eccleſiis, niſi ex cauſa, & de expreſſa licentia Ordinarij.*

17 *Celebrare ſolemniter audire Confeſſiones, ſepelire & Sacramenta adminiſtrare non poſſunt Confraternitatum Capellani in eorum Eccleſiis ſine licentia Ordinarij, & Parochi.*

18 *Seminario contribuere non debent Confraternitates, quæ nulla habent beneficia eccleſiaſtica annexa, aut prouentus eccleſiaſticos.*

19 *Epiſcopus pro contributione ſeminarij poteſt taxare Confraternitatum bona, quatenus ſint eccleſiaſtica.*

20 *Seminario contribuere non debent Confraternitates, quæ nulla habent beneficia eccleſiaſtica annexa, aut prouentus eccleſiaſticos.*

21 *Scholæ Confraternitatum coguntur contribuere ſeminario pro iis, quæ habent de bonis Eccleſiarum, & intuitu bonorum eccleſiaſticorum.*

22 *Mortuorum ad funeralia accedere non poſſunt Confraternitates niſi expreſsè vocentur.*

23 *Intorſitia, ſeu cera Confraternitatum laicoru à funera aſſociantium quartam funeralem Parochis non debent.*

24 *Proceſſiones ad publicas accedere Confraternitates non ſunt compellendæ, ſed inuitandæ.*

25 *Proceſſionibus ante Regulares procedunt Confraternitates.*

26 *Proceſſiones quando poſſunt facere Confraternitates laicorum, & earum Capellani.*

27 *Proceſſiones Confraternitatum non debent extendi per vias, ſed citra muros Regularium.*

28 *Crucem nullo modo erigere poſſunt Confraternitates laicorum in actu aſſociationis cadauerum.*

29 *Præcedentiam habent Confraternitates quæ prius ſaccum induerunt.*

30 *Præcedere & procedere inter ſe in publicis proceſſionibus debent Confraternitates iuxta Bullam Gregorij XIII.*

31 & 32. *Viſitationi & iuriſdictioni Epiſcopi an & quando ſubſint Confraternitates laicorum in Eccleſiis Regularium exemptorum inſtitutæ.*

33 *Confratres in proceſſionibus ſanctiſſimi ſacramenti quando poſſint cum fanalibus accenſis hinc inde incedere.*

34 *Corporis Chriſti Confraternitatis in oppido Anguillaria præcedentia.*

35 *Vexillum in proceſſionibus ſanctiſſimi Sacramenti poteſt deferre Confraternitas Corporis Chriſti in ciuitate Velliterna.*

36 *Crucem deferre ſtante conſuetudine poteſt Confraternitas ſanctiſſimi Sacramenti.*

37 *Vnio duarum Confraternitatum ſine aliqua cauſa per Epiſcopum facta annullatur.*

38 *Priores Confraternitatis ſanctiſſimi Sacramenti non ante baldachinum poſt Capitulum ſed à latere baldachini debent incedere*

38 *Vexillum quatenus deferre Confraternitas diſciplinatorum S. Rochi Sablonetæ oſtenditur.*

40 *Manutentio incedendi cum ſolito vexillo poſt feretrum cõceditur Confraternitati S Petri Mart. Hiſpalen.*

41 *Confraternitas laicorum Coronæ Domini vt poſſit ab Abbate generali Camaldulenſium erigi.*

42 & 43 *Confraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti, Ritus quidam.*

Confraternitas.

COLLECT. CCVII.

1 DE Confraternitate Petr. Creſper. *in ſum. Fidei ſub hoc verbo*, Thom. Zerol. *in Epiſcop. p.* 1. *verbo Confraternitas*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 3. *tit.* 20. *de Confratriis*, Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. Gauant. *in man Epiſcop. verbo Confraternitas*, Lezana *in ſum. quæſt. Regul. tom.* 2. *cap.* 15. *de Confratribus & Confraternitat.* nouiſſimè D. Anton. Ricciul. *eccleſiaſticar. lucubrat. lib.* 4. *de Confraternitatibus*, plures quos refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. p.* 3. *allegat.* 75.

2 Confraternitatibus laicorum in aliis Confraternitatibus aggregandis, priuilegiiſque & Indulgentiis ſuis communicandis formam præſcripſit *Clemens VIII. conſtit.* 115. incip. *Quæcunque* 7. *Decembris* 1604. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 164. & illius meminit D. Anton. Ricciul. *eccleſiaſt. lucubrat. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 1.

3 Confraternitates omnes Sanctiſſimi Sacramenti canonicè vbique erectæ, vel erigendæ, poſſunt iuxta felicis record. Pauli III. conſtitutiones frui Indulgentiis, priuilegiis, & gratiis ſpiritualibus Archiconfraternitati Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam à Paulo V. nuper conceſſis, ac impoſterum concedendis *Paulus V. conſtit. ſua* incip. *Licet* 15. *Februarij* 1608. apud Laeret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcopos, & Regulares pag* 68.

4 Confraternitatem

4 Confraternitatem approbauit *Clemens VII. constit.* 40. incip. *Etsi temporalium 8. Id. Maij* 1534. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 506. in nouiss. impress.

5 Confraternitatis Rosarij Capellas de licentia Magistri Generalis Fratrum Ordinis S. Dominici fundari, & erigi iussit *Pius V. const.* 86. incip. *Inter* 28. *Iunij* 1569. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 285. aliàs *pag.* 215. Et *Sixtus V. constit.* 21. incip. *Dum ineffabilia* 30. *Ianuarij* 1586. apud eundem Laert. Cherubin. *d. tom.* 2. *pag* 515 aliàs *pag.* 391. vbi etiam quod facultas erigendi Confraternitates Rosarij data est Magistro Generali Ordinis fratrum sancti Dominici.

6 Confraternitati Rosarij Indulgentias plures concesserunt *Sixtus IV. constit.* 18. incip. *Ea quæ* 7. *Id. Maij* 1479. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 361. *Leo X. const.* 2. *in appendice* incip. *Pastoris, pridie Non. Octobris* 1530. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 2. *Clemens VII. constit.* 40. incip. *Etsi temporalium* 8. *Id. Maij* 1534. penes Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 609. *Pius V. & Sixtus V. constitutionibus supra citatis*, de quorum multis Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 51. *cum multis seqq.*

7 Confraternitatem chordæ Seraphici P. Francisci instituit Sixtus V. in Ecclesia S. Francisci Assiensis cum varijs Indulgentijs, & peccatorum remissionibus, qui declarat chordam debere esse cinctam & susceptam à Superioribus Ordinis, deinde vult esse benedictam ab eisdem superioribus, Guardianos etiam atque Præsidentes intelligendo, vt *in sua Bulla* incip. *Diuina charitatis altitudo* 13. *in ordine* apud Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 58. art. 1. & in Bullario eiusdem Auctoris *tom.* 2. *Bulla* 8. *istius Pontificis*: de illa etiam meminit Lezan. *in summa quæst. Regul. tom.* 2. *c* 15, *n.* 63. *&* 64. vbi *a n.* 66. de Confraternitate Corrigiatorum sancti Augustini.

8 Confraternitas in Ecclesia Monialium institui non debet. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Baren.* 6. *Aprilis* 1595. cuius meminere Cocein. *decis.* 472. *n.* 3. *&* 4. Gauant. *in man. Episcop. verbo Monialium clausura num.* 15. Lezana *d. tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 22. *in fine.* nouissimè D. Ricciul. *ecclesiast. lucubrat. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 4.

9 Confraternitatum Officiales, quotannis, & cum secretis suffragiis eligi debeant. *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* 18. *Iulij* 1594. apud Gauant. *in man. Episcop. verbo Confraternitas, n.* 10. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 22. *vers. secundum.*

10 Confraternitates, seu congregationes nouas cum vsu Saccorum non licet Clericis Societatis IESV, nec Regularibus Ordinis S. Dominici erigere absque loci Ordinarij licentia. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Chilen* 6. *Decembris* 1616. cuius meminerunt Gauant. *d. verbo Confraternitas n.* 2. Lezana *d. tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 22. *vers.* 1. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Confraternitas* 1. Ego *de iure ecclesiast. vniu. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 75.

11 Confraternitatum aggregatio propriorum Ordinum potest fieri à Regularibus in quibuscunque Ecclesiis siue proprijs, siue extraneis ex Bulla *Clementis VIII.* incip. *Quæcunque* 7. *Decembris* 1604. confirmata à *Paulo V. sua constit.* incip. *Quæ salubriter de anno* 1610. refert Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 48.

12 Confraternitates possunt congregari vbi eis magis placuerit etiam absque Episcopi licentia. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die* 14. *Augusti* 1584. apud D. Ricciul. *ecclesiast. lucubrat. lib.* 4. *cap.* 3. *in princ. & cap.* 5. *num.* 5.

13 Cōfraternitati spectat eligere Officiales, ad Episcopum verò, seu eius Vicarium generalem spectat eorum confirmatio, nisi sit Confraternitas sub immediata Regum protectione. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Bouinen.* 11. *Augusti* 1616. de qua D. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 8.

14 Confraternitas potest eleemosynas quærere secundum eius institutum. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Viterbien.* 25. *Maij* 1601. penes D. Ricciul. *ecclesiast. lucubr. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 10.

15 Confraternitates erigere, & statuta confirmare nemo potest inuito, vel inconsulto Episcopo, sed ad ipsum priuatiuè quoad alios spectat. *Sacra Cong. Rit. in Elboren.* 7. *Octobris* 1617. cuius memini *de Iure Eccles. vniuerso lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 77.

16 Confraternitates laicorum non possunt, nec debent tenere Sanctissimum Sacramentum in eorum Ecclesiis, nisi ex causa, & de expressa licentia Ordinarij *Sacra Congr. Rit. in Isolan. in Forio* 19. *Iunij* 1604. *& in Asculana* 3. *Aprilis* 1632. quam citant Gauant. *d. verbo Confraternitas num.* 21. Lezana *in sum. quæstion Regul. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 22. *vers. quintum*, D. Ricciul *ecclesiast. lucubrat. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 1. Sicut etiam non possunt imponere Orationem 40. horarum sine licentia Episcopi. *Eadem Sacra Congr.* 20. *Augusti* 1601. testibus Gauant. *d. verbo Confraternitas num* 23. Lezana *d. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 22. *vers. sextum*, Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 6.

17 Confraternitates non possunt in eorum Ecclesiis per suos Capellanos solemniter celebrare, Confessiones audire, sepelire, Sacramenta ministrare, & similia, quæ ad solum Parochum spectant absque expressa licentia Ordinarij, & Parochi *Sacra Congr. Rit. in Cæsaraugustana* 14. *Ianuarij* 1612. *& in Neapolitana* 18. *Maij* 1602. de quibus Lezana *d. cap.* 15. *num.* 22. *vers. septimum, & num.* 29. *vers. tertio*, Ego *d. lib.* 2. *cap.* 11. *num. vlt.*

18 Confraternitates quæ nulla habent beneficia ecclesiastica annexa, aut prouentus ecclesiasticos, non debent contribuere seminario, licet alios redditus habeant, quia pro sustentatione seminarij nihil potest detrahi ex redditibus Confraternitatum & hospitalium, nisi nomine beneficiorum annexorum. *Sacra Congr. Conc. in Lucana* 5. *Iulij* 1628. *in resp. ad* 3. 4. *&* 5. quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 50. *num.* 26.

19 Confraternitatum bona pro contributione seminarij taxare potest Episcopus quatenus sint ecclesiastica. *Sacra Cong. Conc. in Signina* 18. *Nouembris* 1628. quam adducit Sellius *d. cap.* 50. *num.* 27.

20 Confraternitates contribuere solum tenentur ratione beneficiorum ecclesiasticorum; & quæ nulla habent beneficia ecclesiastica annexa, aut prouentus ecclesiasticos, non debent contribuere, licet alios redditus habeant. *Sacra Cong.* testibus Lezana *d. tom.* 2. *cap.* 15 *num.* 28. Gauant. *in man. Episcop. verbo seminarium num.* 33. Ricciul. *d. lib.* 4. *cap.* 14. *in fine.*

21 Confraternitates, quas nonnulli vocant scholas coguntur contribuere seminario pro his, quæ habent de bonis Ecclesiarum, & intuitu bonorum ecclesiasticorum. *Sacra Cong. Conc. sub die* 11. *Ianuarij* 1601. penes Sellium *in select. Canon. cap.* 10. *num.* 5. quem refero *in collect. ad Trid. sess.* 23. *de reform. cap.* 18. *n.* 25.

22 Confraternitates non poſſunt accedere ad funeralia mortuorum, niſi ſpecialiter, & expreſsè vocentur. *Sacra Congr. Rit. in Bonomen. 9. Decembris* 1617. apud Lezan. *d. tom. 2. cap. 15. num. 26.* cuius memini *de officio & poteſt. Parochi cap. 26 num. 61.*

23 Confraternitatum ſecularium funera aſſociantium intorſitia, ſeu cera quartam funeralem Parochus non debent. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Firmana 5. Martij* 1616. de qua Lezana *d. tom. 2. cap. 15. num. 26.*

24 Confraternitates ad publicas proceſſiones accedere non ſunt compellendæ, nec vllis cenſuris diſtringi poſſunt, ſed ſolum inuitari. *Sacra Congr. Cong. in Scalen. 6. May* 1593. teſtibus Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 32.* Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub 12. cap. 13. num. 121.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 14. l. 24. §. 31. de proceſſion. n. 10. in fine,* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Neapol. cap. 63. num. 7.* Marcel. Vulpe *in praxi fori eccleſ. cap. 11. num 9.* Lezana *d. tom. 2. cap. 15 num.* 241. Modern. Hiſp. *de protect. Regia, tom. 1. part. 2. cap. 9. num. 100.* D. Ricciul. *eccleſiaſt. lucubr. lib. 4. c. 14. per tot.* quorum plures refero cum aliis *de officio, & poteſt. Epiſcopi. part. 3. alleg. 78. num. 24.* In proceſſionibus tamen Sanctiſſimi Sacramenti poſſunt compelli accedere in Plebania, vel Parochiali, ſed prius monendæ, & à pœnis in principio abſtinendum. *Sacra Congr. Conc. in Florent. 13. Nouemb.* 1617. *& 18. Februarij* 1628. quas adducit Sellius *d. cap. 50. num. 27.*

25 Confraternitates laicorum in proceſſionibus procedunt ante Regulares, quas ſequuntur iidem Regulares, poſtremo digniorem locum obtinet Clerus ſecularis. *Sacra Congr. Rit. in Meſſanen. 7. Auguſti* 1621. cuius memini *de Iure eccleſiaſt. vniu. lib. 2. c. 11. num* 105.

26 Confraternitas laicorum approbata, & eorum Capellani poſſunt facere ſolitas proceſſiones quãdo non fiunt in Parochiali, & primaria Eccleſia, & poſſunt in eorum Eccleſia prædicare facere à Prædicatore approbato ab Ordinario, & benedicere palmas, ignem, & aquam. *S. Congr. Rit. in Meliten. Galatri 9. Februarij* 1608. penes Lezan. *d. tom. 2. cap. 15. num. 25.*

27 Confraternitatum proceſſiones non debent extendi per vias, ſed circa muros Regularium, qui eas regunt. *Sacra Congr. Conc.* apud Gauant. *in man. Epiſcopor. verbo proceſſio num. 49.* quem refert Lezana *d. cap. 15. n 25.* vbi intelligit niſi ſpeciali conceſſione, vel conſuetudine aliter fiat.

28 Confraternitates laicorum in actu aſſociationis cadauerum nullo modo poſſunt erigere Crucem. *Sacra Congr. Rit. in Andrien 22. Nouembris* 1631. *ad 2.* cuius memini *de Parocho, cap. 26. num. 61. in fine.*

29 Confraternitas quæ prius ſaccum induit præcedere debet aliis, qui poſtea induerunt. *Sacra Congr. Rit. in Sorana 7. Auguſti* 1628. quam citant Gauant. *in man. Epiſcop. verbo Præcedentia num. 2. & 3.* Lezana *in ſum. quæſt. Regular. tom. 2. cap. 15. num. 23.*

30 Confraternitates laicorum in proceſſionibus procedere, & præcedere debent inter ſe iuxta Bullam Gregorij XIII. *Sacra Cong. Rit. in Nepeſina 10. Maij* 1608. *& in Theleſina 19. Martij* 1611. cuius memini *d. lib. 2. cap. 11. num* 102. & plura per Ricciul. *d. lib. 4. cap. 26.*

31 Confraternitates laicorum in Eccleſiis Regularium exemptorum inſtitutæ ſubſunt iuriſdictioni & viſitationi Epiſcopi, atque ab eo viſitari poſſunt, nedum illæ Confraternitates, ſed etiam Capellæ ipſarum in iiſdem Eccleſiis Regularium exiſtentes, in his tamen, quæ Confraternitatum adminiſtrationem reſpiciunt. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Chilen. 6. Decembris* 1616. quæ loquitur de Confraternitatibus erectis in Eccleſiis Patrum Prædicatorum, & Ieſuitarum, & per Genuen. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 21. in princip.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 481. num. 25.* D. Ricciul. *d. lib. 4. cap. 15. num 3.* Et quamuis *Eadem Sacra Cong. in vna Oſtien. 1. Octobris* 1626. poſtea quoad Capellas ſecus ſentire videatur. ex Galet. *in Margarita caſuum Conſcient. verbo Epiſcopus pen.* Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap. 65. num. 6.* Id intelligitur circa ea, quæ non Confraternitatum, ſed potius Regularium adminiſtrationem reſpiciunt. *S. Congr. Conc. in Nucerina 20. Iunij* 1612. cuius memini *in collect. ad Trid. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. num. 24.* Et videtur ſic intelligere *S. Congregationem Epiſcop. & Regul. reſcribentem Epiſcopo Imolen. de eodem anno* 1612. referentibus Aloyſio Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep.* Neapol. *part. 4. deciſ. 209. n. 8.* Ciarlin. *d. c. 65. n. 8.* quos refero *de Epiſcop. part. 3. alleg 75. num. 13.*

32 Confraternitates ſecularium in Regularium Eccleſiis erectas viſitare, & in illas iuriſdictionem ad ſacri Concilij præſcriptum exercere poteſt Epiſcopus, quacunque contraria conſuetudine non obſtante. *Sacra Cong. Epiſcop. & Regul. in Vercellen. 17. Iuly* 1615. penes Lezan. *d. tom. 2. c. 15. num. 27.* & Ioan. Mariam Nouat. *d. verbo Confraternitas, n. 2.*

33 Confraternitati ſanctiſſimi Sacramenti, quæ ſumptus ceræ facit, poteſt cõcedi vt in proceſſione eiuſdem ſanctiſſimi Sacramenti aliqui ex Confratribus cum fanalibus accenſis incedant hinc inde, & apud Sanctiſſimum Sacramentum, dummodo maior pars Confraternitatis cum ſua Cruce & inſignibus incedat ante in loco ſuo. *Sacra Congr. Rit. in Repeſina 10. May* 1608. quam refert Sellius *in ſelect. Canon. cap. 50. num. 28.*

34 Confraternitati Corporis Chriſti in oppido Anguillariæ Sutrinę diœceſis indulgetur, vt in ſolemnitate Corporis Chriſti præcedat aliis, dummodo omnino accedat ad alias proceſſiones, & cedat digniorem locum antiquioribus, iuxta conſtitutionem Gregorij XIII. *S. Cong. Rit. in nullius 30. Septembris* 1628. teſte Sellio *d. cap. 50. num. 29.*

35 Confraternitas ſanctiſſimi Corporis Chriſti in ciuitate Velliterna vt poſſit deferre vexillum in proceſſionibus Sanctiſſimi Sacramenti tantùm cenſuit *Sacra Cong. Rit. in Velliterna 21. Februarij* 1604. referente Sellio *d. cap. 50. n. 31.*

36 Confraternitati Sanctiſſimi Sacramenti Anconæ conceduntur litteræ remiſſoriales ad probandam allegatam conſuetudinem deferendi Crucem. *Sacra Congr. Rit. in Anconitana 20. Iulij* 1609. quam adducit Sellius *d. cap. 50. n. 32.*

37 Confraternitatum ſanctiſſimi Nominis Dei, & Sanctiſſimi Sacramenti Terræ Capitonis Narnien. diœceſis vnio facta, ſine aliqua cauſa, & abſque auctoritate in Viſitatione à Vicario generali Epiſcopi Narnien. nulla declaretur. *S. Cong. Rit. in Narnien. Capitonis 24. Ianuarij* 1615. de qua Sellius *d. c. 50. n. 33.*

38 Cõfraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti Priores non ante baldachinum poſt Capitulum, ſed à latere baldachini debere incedere declarauit *Sacra Cong. Rit. in Nicien. 30. Ianuarij* 1616. penes Sellium *d. c. 50. n. 34.*

39 Confraternitas

39 Confraternitas Disciplinatorum S. Rochi Sabloneta quod possit vexillū cum imagine dicti S. deferre, etiamsi in kalendarium Romanum relatus non sit, non obstante Episcopi prohibitione, declarauit *Sacra Congr. Rit. in Cremonen.* 18. *Maij* 1602. cuius meminit Sellius *d. c.* 50. *n.* 35.

40 Confraternitas S. Petri Mart. Hispalen. in sua possessione incedendi in funeralibus cum soluto vexillo post feretrum manutenendum esse censuit *Sacra Congr. Rit. in Hispalen. 6. Decembris* 1613. apud Sellium *d. cap.* 50. *num.* 36.

41 Confraternitas laicorum Coronæ Domini vt possit ab Abbate Generali Camaldulensium erigi in propriis sui Ordinis Ecclesiis conceditur à *Sacra Congr. Rit. in Camaldulen.* 25. *Ianuarij* 1602. quam citat Sellius *d. cap.* 50. *num.* 37.

42 Confraternitas Sanctissimi Sacramenti in omnibus actibus diei festi Corporis Christi præcedere debet in deferendo baldachino, dummodo accedat ad alias processiones iuxta resolutionem sacræ Cong. in causa Sutrina. ita *S. Cong Rit. in Landen.* 18. *Iulij* 1628. teste Sellio *d. c.* 50. *num.* 38.

43 Confraternitas Sanctissimi Sacramenti non potest deferre Crucem in funeralibus, ad quæ vocatur simul cum Canonicis Cathedralis, & aliarum Ecclesiarum. *Sacra Cong. Rit. in Anconitana* 26. *Februarij* 1611. referente Sellio *d. cap.* 50 *n.* 39.

SVMMARIVM.

1 *Habitus pœnitentiæ concedi potest Confratribus secularibus.*
2 *Mortuorum ad funeralia non possunt accedere Confratres nisi expressè vocentur.*
3 *Præcedentia supra alias Societates anteriores non competit Confratribus sanctissimi Rosarij.*
4 *Episcopus sub pœnis eius arbitrio quando possit compellere Confratres ad conueniendum solitis processionibus.*

Confratres.

COLLECT. CCVIII.

1 CONfratribus secularibus potest concedi habitus pœnitētiæ, quæ solis Religiosis propriè conuenit. *Sacra Cong. Rit. in Firmana* 13. *Iunij* 1614. teste Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 40.

2 Confratres non possunt accedere ad funeralia mortuorum nisi specialiter, & expressè vocentur. *Sacra Cong. Rit. in Bononien.* 9. *Decembris* 1617. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 10.

3 Confratres Sanctissimi Rosarij non possunt deferre Crucem, neque præcedentia illis competit supra alias Societates, quæ ante eos habeat habitum. *Eadem S. Cong. in d. Bononien.* penes Aldan. *d. tit.* 6. *num.* 11.

4 Confratres ad conueniendum solitis processionibus compellere potest Episcopus sub pœnis eius arbitrio imponendis, stante possessione illos vocandi per edicta. *S. Cong. Conc.* 21. *Ianuarij* 1621. & 8. *Maij* 1527. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 6. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Curati etiam Regulares tenentur Congregationi casuum Conscientiæ interesse.*
2 *Congregationes mulierum absque clausura approbandæ non sunt.*
3 *Curati etiam in Parochialibus Hierosolymitanæ Religionis interesse debent Congregationibus, quæ iussu Episcopi ad casus Conscientiæ differendos habentur.*
4 *Regularibus Societatis Iesu, & ordinis Prædicatorum non licet Congregationes secularium nouas cum vsu saccorum erigere, absque Ordinarij licentia.*
5 *Congregatio Clericorum doctrinæ Christianæ.*

Congregatio.

COLLECT. CCIX.

1 COngregationi casuum Conscientiæ tenentur Curati etiam Regulares interesse cum aliis Curatis. *Sacra Cong. Regular. die* 13. *Octobris* 1592. apud Gauant. *in manuali Episcopor. verbo Parochorum munera num.* 27. *cum seqq.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 44. *in fine.*

2 Congregationes mulierum absque clausura approbari non debent. *Sacra Congr. Episcopor. & Regular. in Mediolanen.* 2. *Martij* 1594. teste Aldan. *in compendio Canonic. resol. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 43.

3 Congregationes quæ iussu Episcopi ad casus conscientiæ differendos habentur, adeundæ sunt ab exercentibus curam animarum etiam in Parochialibus Hierosolymitanæ Religionis. *Sacra Cong. Conc. sub die* 4. *Martij* 1598. refert me citato Lezana *in sum. quæst Regular. tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 40.

4 Congregationes nouas secularium Christi fidelium non licet Clericis Societatis Iesu, nec Regularibus Ordinis Sancti Dominici cum vsu saccorum erigere absque Ordinarij loci licentia. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Chien.* 6. *Decembris* 1616. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 7. *num.* 44.

5 Congregationem Clericorum doctrinæ Christianæ de Vrbe vna cum Confraternitate laicorum sub inuocatione doctrinæ Christianæ erexit *Paulus V. constitutio.* 36. incip. *Ex credito de anno* 1607. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 225. Et votum ac iuramentum, quæ Clerici huiusmodi in ea perpetuo manendi emittunt, Romano Pont. reseruata de cætero esse statuit. *Gregorius XV. const.* 12. incip. *Ex incumbenti* 12. *Nouemb.* 1621.

Congregationes Capitulares, vide supra *in verb. Capitulares Congregationes collect.* 126.

SVMMARIVM.

1 *S. R. & Generalis Inquisitionis Congregatio erecta fuit à Paulo III. & denuo restituta à Sixto V.*
2 *Pars maior Cardinalium huius Congregationis sanctissimæ Inquisitionis in ea assistentium quicquid decreuerit, validum est.*
3 *Idem quod maior pars præsentium statuit, vel duo solum aliquibus absentibus.*
4 *Appellationes ab aliis Inquisitoribus audit Congregatio Cardinalium General. Inquisitorum.*
5 *Inquisitores vbinis locorum deputat Congr. Cardinalium generalium Inquisitorum.*
6 *Officiales omnes S. Inquisitionis parere tenentur Cardinalibus general. Inquisitoribus.*

Congregatio Sanctissimæ Inquisitionis.

COLLECT. CCX.

1 COngregatio Cardinalium generalium Inquisitorum erecta fuit à Paulo III. *const.* 34. incip

Licet. 12. *Kalend. Augusti* 1542. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 670. aliàs *pag.* 551. in nouiss. impress. & denuo restituta à *Sixto V. constit.* 74. incip. *Immensa* 11. *kal. Februarij* 1587. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 611. aliàs *pag.* 464.

2 Congregationis huiusmodi Cardinalium in ea assistentium maior pars quicquid decreuerit, validum est, perinde ac si omnes Cardinales in dicta Congregatione conuenissent, & maior pars consensisset. *Pius IV. constit.* 79. incip. *Cum nos de anno* 1564. apud Laert. Cherub. *t.* 2. *pag.* 115. aliàs *pag.* 83. vbi omnimodam potestatem prædictis Cardinalibus per summos Pontifices attributam com-
3 probat. Et idem in eo quod maior pars præsentium statuit, vel duo solum aliquibus absentibus, perinde ac si omnes, & singuli interuenissent. *Pius V. sua constit.* 23. incip. *Cum felicis de anno* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 201. aliàs *pag.* 152.

4 Congregatio Cardinalium generalium Inquisitorum contra quoscunque procedit, appellationes ab aliis Inquisitoribus audit, Inquisitores vbiuis locorum deputat, & alios, qui interesse debent, & inseruire in actu degradationis. *Paulus III. d. constit.* 34. *citata supra num.* 1.

6 Congregationi Cardinalium generalium Inquisitorum omnes sanctæ Inquisitionis Officiales parere tenentur. *Pius V. constit.* 2. incip. *Sanctissimus de anno* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 177. aliàs *pag.* 133.

SVMMARIVM.

1 *Congregatio pro executione & interpretatione Concilij Trid. erecta à Pio IV. & restituta à Sixto V.*

2 *Interpretationem eorum decretorum Concilij Trid. quæ ad fidei dogmata pertinent, sibi ipsi reseruat Papa.*

3 *Interpretationem eorum decretorum Concilij Trid. quæ de morum reformatione, disciplina, & ecclesiastici iudiciis, aliisque huiusmodi agunt Cardinalibus huius Congr. delegat.*

4 *Vacationem Canonicis per duos menses solet concedere hæc Congr. Concilij.*

5 *Decisa in Congreg. Concilij habentur perinde ac si per Papam scripta essent.*

6 *Declarationes Congregationis Concilij adinstar legis communis solent allegari.*

7 *Rota semper plurimum detulit declarationibus Congregationis Concilij.*

8 *Declarationibus Congregationis Concilij quibus, & quando fides adhibenda sit.*

Congregatio pro interpretatione Concilij Tridentini.

COLLECT. CCXI.

1 CONgregatio pro executione, & interpretatione Concilij Trident. erecta primum fuit à *Pio IV. constit.* 81. incip. *Aliàs nonnullas* 4. *Non. Augusti* 1564. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *Bullarij pag.* 84. in nouiss. impress. & deinde restituta à *Sixto V. constit.* 74. incip. *Immensa, Kalend. Februarij* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 611. in qua ita
2 dicitur. *Eorum quidem decretorum quæ ad Fidei dogmata pertinent, interpretationem nobis ipsis reseruamus. Car-*
3 *dinalibus verò præfectis interpretationis & executionis Concilij Trid. si quando in iis, quæ de morum reformatione, disciplina, ac moderatione, & ecclesiasticis iudiciis, aliisque huiusmodi statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserit, interpretandi facultatem, Nobis tamen consultis, impartimur.*

4 Congregatio Concilij Trid. & non sacrorum Rituum solet concedere vacationem Canonicis per duos menses. *Sacra Congr. Rit. in Mediolanen.* 16. *Iul.* 1605. quam refert Sellius *in select. Canon. c.* 1. *n.* 66.

5 Congregatione Concilij Trid. quæ scribuntur perinde habentur ac si à Papa scripta essent. *Eadem Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *in præfat. sui tract. de benefic.* Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo auctoritas*, Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 5. *verbo S. Congregatio num.* 8.

6 Congregationis Concilij Trid. declarationes adinstar legis communis solent allegari, ex multis quos plena manu citaui *in tract. de Iure eccles. vniuer-*
7 *so lib.* 1. *c.* 4. *n.* 81. Illisque semper plurimum Rota detulit; nec eas vllo modo solet in dubium reuocare, vt testatur ipsa Rota *in Auersana beneficiorum* 3. *Iunij* 1606. coram Card. Sacrato, *& in Panormitana Archipresbyteratus* 5. *Iunij* 1620. coram Burato, inter eius impressas *decis.* 479. *n.* 3. *& in Nicien. Parochialis* 20. *Maij* 1624. coram Vbaldo sen. *& in Tyburtina Parochialis* 27. *Iunij* 1629. coram Pirouano, & coram Card. Caualer. *decis.* 627. *n.* 8. Et aduertit Theodos. de Rubeis *in singularib. Rotæ p.* 2. *verbo Rota Rom. decisiones* §. 9. *pag* 93. quod Rotæ decisionibus circa Concilium Trident. non est standum quando in contrarium adsunt declarationes huius Sacræ Congregationis.

8 *Congregatio Concilij Trid. sub die* 2. *Augusti* 1631. *de speciali S. D. Vrbani VIII.* iussu mandauit & præcepit huiusmodi declarationibus tam impressis & imprimendis quam manuscriptis nullam fidem esse in iudicio vel extra à quoquam adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint, cuius declarationis verba transcribunt Modern. Hispan. *de supplicat. ad Sanctissimum p.* 2. *c.* 30. §. 5. *num.* 4. Anton. Diana *moral. resolut. part.* 5. *tract.* 2. *resolut.* 96. Machado *en su perfetto Confessor. lib.* 4. *part.* 7. *tract.* 3. *documen.* 2. *in fine tom.* 2. Ego *d. tract. de iure eccles. vniuerso, lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 83.

SVMMARIVM.

1 *Congregatio pro sacris Ritibus erecta fuit à Sixto V.*

2 *Libros de sacris Ritibus prout opus fuerit, reformat & emendat Congr. pro Sacr. Rit.*

3 *Officia diuina examinat, & consulto Papa concedit Congr. pro sacris Ritibus.*

4 *Canonizationem Sanctorum, festorumque dierum solemnitatem curat Cong. SS. Rituum.*

5 *Litanias quas soleat approbare Cong. Sacrorum Rituum.*

6 *Antiphonas, versiculos, Responsoria, Hymnos, & alia similia propria non solet passim cōcedere Cōgregatio sacrorū Rituū præter Lectiones secundi Nocturni.*

7 *Remissoriales litteras non concedit Congr. sacrorum Rituum pro formanda inquisitione pro canonizatione Sanctorum, nisi prius expediantur litteræ Apost.*

8 *Rota in iis quæ spectant ad Ritus, & ceremonias sententiam Congregationis audire procurat.*

9 *Declarationibus Congregationis sacrorum Rituum quando fides adhibenda?*

10 *Memorialia recipienda non sunt in Congregatione Rit. nisi à procuratoribus.*

Congrega-

Congregatio pro sacris Ritibus.

Collect. CCXII.

1 CONgregatio pro sacris Ritibus, & cæremoniis, cæterisque ad diuinum cultum pertinentibus erecta fuit à *Sixto V. in dicta sua constit.* 74. incip. *Immensa Kalend. Februar.* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom. 2. pag* 611. aliàs *pag* 465. in nouiss. impress. in qua ita habetur. *Vt veteres Ritus sacri vbiuis locorum in omnibus Vrbis, Orbisque Ecclesiis, etiam in Capella nostra Pontificia, in Missis, diuinis Officiis, Sacramentorum administratione, cæterisque ad diuinum cultum pertinentibus, a quibusuis personis diligenter obseruentur, Cæremoniæ si exoleuerint, restituantur, si*
2 *deprauatæ fuerint, reformentur. Libros de sacris Ritibus imprimis Pontificale, Rituale, Cæremoniale, prout opus*
3 *fuerit, reforment, & emendent. Officia diuina de Sanctis Patronis examinent, & nobis prius consultis, concedant. Diligentem quoque curam adhibeant circa Sanctorum*
4 *canonizationem, festorumque dierum solemnitatem, vt omnia ritè, & rectè, & ex Patrum traditione fiant*, &c.

5 Congregatio pro sacris Ritibus non solet approbare aliquas Litanias præter ordinarias impressas in Breuiario, & eas, quæ de B. Maria recitantur in Ecclesia Lauretana. *Eadem Sacra Congr. Rit in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in resp. ad dub.* 16. cuius meminit Lezana *in sum. quæst.* Regul. *tom.* 3. *in verbo Sacra Congregatio, n* 4.

6 Congregatio pro sacris Ritibus non solet passim concedere in Officiis ob ea approbandis Antiphonas, Versiculos, Responsoria, Hymnos, & alia similia propria præter Lectiones secundi nocturni. *Eadem sacra Cong. Rit. in Segobien.* 27. *Iulij* 1609. penes Lezanam *d. verbo S. Congregatio, num.* 4. *in fine.*

7 Congregatio pro sacris Ritibus non concedit litteras remissoriales pro formanda inquisitione, pro Canonizatione Sanctorum, auctoritate Apost. nisi prius expediantur literæ Apost. in forma Breuis, eidem Congregationi directæ. *Eadem Sacra Congr. in Valentina. seu Dertusen.* 9. *Maij* 1609. quam refert Sellius *in selectis Canonicis, cap.* 1. *numer.* 77.

8 Congregationis pro sacris Ritibus sententiam audire procuret Rota in iis, quæ spectant ad Ritus, & cæremonias. *Sacra Cong Rit. in Calaguritana* 5. *Iulij* 1603. quam citat Sellius *dict. cap.* 1. *numero* 79.

9 *Congregatio pro sacris* Ritibus *sub die* 11. *Augusti* 1631. ex speciali S. D. Vrbani VIII. iussu mandauit, & præcepit eiusdem sacræ Congr. declarationibus, decretis, seu decisionibus tam impressis, quàm imprimendis ac etiam manuscriptis nullam fidem in iudicio, vel extra esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, sigillo, & subscriptione eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint, refert Sellius *d. c.* 1. *n* 78. & illius meminit Lezana *d. verbo Sacra Congreg n.* 5.

10 Congregatione Rituum memorialia recipienda non sunt nisi porrigentes sint procuratores habentes mandata, aut litteras ad tractanda negotia. *Sacra Cong Rit. sub die* 2. *Martii* 1602. per Sellium *d. c. num.* 80.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Congregatio pro negotiis Regularium.

Collect. CCXIII.

1 COngregatio pro negotiis Regularium erecta fuit à *Sixto V. in dicta sua constit* 78. incip. *Immensa Kalend. Februarij* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 611. aliàs *pag* 465. in nouiss. impress. his verbis. *Causas verò quas inter ipsos Religiosos oriri contigerit, iuxta quarumcunque Religionum instituta, eorumque dispositionem Superiores illorum definiant, atque determinent.* Refert Lezana *in summa q. Regul. tom.* 3. *verb S Congregatio, n.* 15. vbi ait Dominis Cardinalibus huius sacræ Congr. in d. cta Constitutione etiam concedi facultatem decidendi controuersias inter ipsos Regulares exortas sine forma iudiciaria, Constitutionum Apost. Visitationis Apostol. decretorum obseruantiam introducendi, dandi licentiam transeundi ad arctiorem Religionem, apostatarum, & electorum causas cognoscendi, Visitatores nominandi, ac obedientiam subditorum erga Superiores, & beneuolentiam Superiorum erga subditos procurandi.

S Conradus.

Collect. CCXIV.

SAncti Conradi Officium pro ciuitate Placentiæ & Netinæ in Sicilia concedit *Sacra Congr. Rit sub die* 15 *May* 1614. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib* 1. *tit.* 18. *de Sanctis n* 29. Et toti Ordini sancti Francisci *sub die* 12. *Septembris* 1625. *Vrbanus VIII. constit.* 47. incip. *Domini nostri sub dicta die* 12. *Septembris* 1625. cuius meminit Hieron. Rodetic. *in compendio quæst. Regul. resolut* 95. *post num.* 8. & Gauant. *in Rub. Breuiarij sect.* 7. *cap.* 4 *numer.* 24.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi consecratio an necessariò facienda sit à tribus Episcopis.*

2 *Episcopus vt à duobus Episcopis & alio in dignitate ecclesiastica constituto consecrari possit, conceditur propter paucitatem Prælatorum.*

3 *Episcopi consecratio potest fieri vno tantùm Episcopo assistente, & loco alterius assumi valet Abbas aliquis in casu necessitatis.*

4 *Oleorum sacrorum consecratio potest ex necessitate fieri ab Episcopo cum minori numero ministrorum quam præscribitur in Pontificali.*

5 *Ecclesiæ consecratio maximè consistit in vngendis sacro Chrismate duodecim Crucibus per Ecclesiam, & in proferendis illis verbis:* Sanctificetur, *&c.*

6 *Ecclesiæ consecratio ab vno Episcopo inchoata si ex aliqua causa non perficiatur, debet ab alio Episcopo denuò inchoari.*

7 *Ecclesiæ consecratio vt fieri possit conceditur, licet ob aliquod impedimentum non possit ab omnibus quatuor partibus circumiri.*

8 *Monialibus non conceditur consecratio, quæ sunt Ordinis Mendicantium.*

9 *Consecratio Monialium si fiat ex priuilegio à Superiore Regulari debet fieri cum omnib. cæremoniis,*

qua in consecratione Virginum ab Episcopo facienda præscribuntur.

10 *Consecratio Monialium potest fieri in Ecclesia exteriori.*

Consecratio.

Collect. CCXV.

1 Consecratio Episcopi necessariò facienda est à tribus Episcopis, *cap. porro 66. dist.* & est de substantia adeò vt à pancioribus facta consecratio non teneat, etiamsi ab ipso Papa Anchar. Gemin. & Præpos. *in cap nec Episcopus, de tempor ordinat.* Posset tamen Papa immutare hanc formam tanquam traditam ab Apostolis, Anchar. *in d. cap porrò,* quia non est Iuris diuini forma, Præpos. & Card. *in d. cap. porrò,* expressiùs *in c. Archiepiscopus 65. dist.* Item solus Papa Ordinando videtur dispensare super tali forma, Card. & Præpos. *in d. cap. porrò.* Sed si in prouincia non sint tot Episcopi, accersendi sunt ęx vicina prouincia, vt notatur in *cap si fortè 65. dist.* quod arguit in casu necessitatis non esse adhibendos Abbates, sed tantùm Episcopos ex vicina Prouincia, idque idem sentit Abb. *in cap. nec Episcopi, de tempor. ordin.* Consueuit tamen in Curia dispensari, & maior pars Theologorum, qui consulti fuerunt, ita responderunt faciendum, & sic dispensauit *Pius V. & Sacra Cong Conc.* idem censuit, teste Sellio *in select. Canon. cap 9. num. 4.*

2 Consecratio Episcopi vt possit fieri à duobus Episcopis, & ab alio in dignitate ecclesiastica constituto concessum fuit electo Vssellen. in Sardinia propter paucitatem Prælatorum in dicta Insula. *Sacra Congregat. Rit. in Vssellen. 2. Octobris* 1601. quam refert Sellius *dict. cap. 9. numer. 45.*

3 Consecratio Episcopi potest fieri vno tantùm Episcopo absente, & loco alterius potest assumi Abbas, siue alius in dignitate ecclesiastica constitutus in casu necessitatis. *Eadem Sacra Congr. Rit. in d Vssellen. 20. Decembris* 1601. penes Sellium *d. cap 9. num. 47.*

4 Consecratio sacrorum Oleorum potest ex necessitate fieri ab Episcopo cum minori numero Ministrorum, quàm præscribitur in Pontificali. *Sacra Cong Rit. in Curien. Rhetiorum 21. Augusti.* 1604. apud Sellium *d c. 9. n. 48.*

5 Consecratio Ecclesiæ maximè consistit in vngendis sacro Chrismate duodecim Crucibus per Ecclesiam, & in proferendis illis verbis. *Sanctificetur, & consecretur, &c.* Ideò si Episcopus consecrans deficiat ex improuiso, antequam dicta faciat, melius erit consecrationem ab alio incboari, & perfici. *Sacra Cong Rit. in Vlixbonen 12. Aprilis* 1614. cuius memini *de Iure eccles vniu. lib. 2 c. 2. num. 53.* Consecrationis in actu potest Ecclesiæ consecratoe statuere alium diem pro vniuersaria eiusdem consecratione. *Sacra Congr Rit. die 4. & 19. Februarij* 1585 Extra actum verò Consecrationis non potest amplius mutari festum inconsulta S. Sede Apost. *Eadem Sacra Congr. die 16. Octobris* 1604 quas citat Gauant. *in Rub. Breuiarij sect. 8. cap. 5. numer. 14.*

6 Consecratio Ecclesię ab vno Episcopo inchoata si ex aliqua causa non perficiatur ex improuiso casu, &c. debet ab alio Episcopo denuò inchoari & perfici. *Eadem S. Cong. Rit. in dicta Vlixbonen. 12. Aprilis* 1614.

7 Consecratio Ecclesię vt fieri possit conceditur licet ob aliquod impedimentum non possit ab omnibus quatuor partibus circumiri, dummodo Episcopus quantum fieri potest, se conformet rubricis & regulis libri Pontificalis. *Sacra Congr. Rit. in Cortonen. 10. Decembris 1600 & 17. Iulij 1604. & in Asten 17. Nouembris 1600. & 24. Septemb. 1605. & in Collen 25. Ianuarij* 1602. quarum memini *de iure eccles. vniu. lib. 5 cap. 2. nu. 40.*

8 Consecratio non conceditur Monialibus quæ sunt Ordinis Mendicantium. *Sacra Congr. Conc.* referente Ioan. Maria Nouar *in lucerna Regul. verbo Velamen num. 6.* met ipso *de Iure eccles vniu. lib. 1 cap. 44 num. 22.*

9 Consecratio monialium si fiat ex priuilegio à Superiore Regulari, debet fieri cum omnibus cæremoniis, quæ in consecratione Virginum ab Episcopo faciendæ præscribuntur. *Sacra Congr. Rit. in Camaldulen. 1. Iunij* 1601. de qua Aldan. *in compendio Canon. resol lib. 1. tit. 25. n. 76.*

10 Consecratio & benedictio Monialium potest fieri in Ecclesia exteriori, Monialibus illis tantummodo adhibitis, quæ erunt necessariæ. *Sacra Conc. Rit. in Heracen. 27. Iunij* 1627. penes Aldan. *d. tit. 25. num. 74.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Conseruatoribus agentes.*

Conseruatores cum amplissima facultate eligunt:
2 *Monachi S. Iustinæ.*
3 *Oliuetani.*
4 *Canonici Regulares Lateranenses.*
5 *Fratres Minimi.*
6 *Fratres Societatis IESV.*
7 *Camaldulenses.*
8 *Clerici Regulares S. Pauli decollati.*
9 *Equites Hierosolymitani.*

10 *Conseruatores à Religionibus eligendi qui, & quales esse debeant.*

11 *Religiones Conseruatores non habentes possunt illos eligere per communicationem priuilegiorum cum aliis eos habentes.*

12 *Regulares vnius Conuentus non possunt in Conseruatorem suum eligere illum, qui fuerit Prior, seu Guardianus.*

13 *Regulares possunt eligere Conseruatores iuxta formam Gregorii XV. qui primis quatuor mensibus in illa præfixis non elegerunt.*

14 *Episcopi atque eorum Vicarij possunt eligi in Conseruatores Regularium.*

15 *Abbas Ordinis Oliuetani potest eligi Conseruator si Episcopus in Synodo illum deputauerit Iudicem synodalem.*

16 *Conseruator est deputandus in ciuitate, vel diœcesi vbi situm est monasterium.*

17 *Regulares Conseruatores eligere debent in singulis diœcesibus, in quibus monasteria habent.*

18 *Conseruatorum Regularium iurisdictio vsque ad tres diætas in diuersis Episcopatibus se extendere potest.*

19 *Conseruatorum potestas defendendi Regulares, & à manifestis iniuriis, & violentiis non censetur sublata per Constitutionem Gregorij XV.*

20 *Vniuersitatum Conseruatores non sunt comprehensi decreto*

decreto Conc. sess.14. de reform. cap.5. & sess.24. etiam de reform. c.20.

21 *Conseruatoria Regularium non sunt sublata per decretum Conc. sess 24. de reform. c.20. etiam quod causæ graues sint, & plenariam cognitionem requirant.*

Conseruator.

Collect. CCXVI.

1 DE Conseruatoribus Alexander Moneta, Erasmus à Cochier, & Ioannes Antonius Massobrius, *in suis tractatibus hac de re editis*, Azeued. *ad tit.8. lib.1. noua Recop. pag.118.* Gutier. *pract. lib.3. qu.9.* Curia Philip. *tom.1. p.3. §.7. de Conseruatorib.* Fr. Emman. *quæst Regul. tom.1. quæst.65.* Fr. Ioann. de la Cruz *de statu Relig. lib 2. c.10* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.4. collect.899. & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. p.2. decis. 258* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælator. tom.2. quæst 47.* Ioan Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. p.1. cap.3. num.102. cum seqq.* Ceuall. *commun. contra communes tom.4. quæst.792. cum seqq.* Cardos. *in praxi Iudicum, & aduocat. verbo* Conseruator. Laurent. de Portel. *in dubiis Regularib. eod. verbo*, Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.2. cap 10. de* Conseruat. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo* Conseruatores. Ioann. Anton. Nouar. *eius frater in summa Bullarum tit. de* Conseruatorib. Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori ecclesiast cap.12.* D. Ioan. de Solorzano *de Iure Indiarum tom.2. lib.3. c.26. num.111. cum seqq.* Ego *de officio, & potest. Episcop. p.3. alleg.106.*

2 Conseruatores cum amplissima facultate
habent Monachi Sanctæ Iustinæ de Padua. *Euge-*
nius IV. constit.10. incip. Militanti 8. Kalend. De-
3 *cembris* 1436. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1.*
pag.277. Oliuetani *Iulius II. constit.5. incip. Militan-*
ti 8. Kalend. Nouembris 1505. apud Laert. Cherub.
4 *tom.1. pag.407. aliàs pag. 357.* Canonici Regulares
Lateranenses *Sixtus IV. constit.10. incip. Dum ad v-*
niuersos 10. Kalend. Septembris 1476. apud Laert.
5 Cherub. *tom.1. pag. 344.* Minimi sancti Francisci
de Paula *Clemens VIII constit.6. incip. Conquestionem*
29 Martii 1524 apud Laert. Cherubin *d. tom.1. pag.*
6 569. Patres Societatis IESV. *Gregorius XIII. constit.*
1. incip. *Atquum 8. Kalend. Iunij* 1572. apud Laert.
Cherubin. *in Bullario tom.2. pag.361.* aliàs *pag. 273.*
7 Camaldulenses *Leo X. constit.2. incip. Et si 4. Non.*
Iulij 1513. apud Laert. Cherub. *tom.1. pag 460.* Cleri-
8 ci Regulares sancti Pauli decollati. *Iulius III. con-*
stitut.10. incip. Ad hoc 3. Id. Augusti 1550. apud
9 Laert. Cherub *tom.1. pag. 701.* Equites Hierosoly-
mitani, & ab eis electi non possunt munus recu-
sare. *Pius IV. constit. 9.* Incip. *Circumspecta Kalend.*
Iulij 1560. apud Laert. Cherubin *tom.2. pag.9.* Item
plures alij Religiosi, vt videre est in eorum Bul-
lis, de quibus meminit Ioann. Maria No-
uar. *in lucerna Regular. verbo* Conseruatores, *nu-*
mer 2.

10 Conseruatores à Religionibus eligendi qui & quales esse debeant, expressit *Clemens VIII. constit. 3. incip. Sanctissimus de anno* 1592. apud Laert. Cherub. *tom.3. pag.3.* & apud me *de Episcopo part.3. alleg.106. prope fin.* vbi reuocantur omnes, & quæcunque Iudicum Conseruatorum deputationes, quæ non habuerint qualitates requisitas à Bonifacio VIII. in constit. quæ incipit Statutum, &

Barbos. Apost. Decis. Sum.

qui non fuissent electi in Conciliis Prouincialibus, & diœcesanis. Item *Gregorius XV. constit.9. incip. Sanctissimus 20. Septemb.* 1621. apud Angel. Mar. Cherub. *to.4. pag.288.* & apud me *d. alleg.106. in fine*, vbi reuocantur quæcunque electiones de Iudicibus Conseruatoribus hactenus factæ, & noua datur de eis, eorumque electionibus imposterum faciendis dispositio. De quarum materia Lezana *in summa quæst. Regul. tom 1. cap.3. numer.1. & tom.2. cap.10. de* Conseruatorib. *à num.36.* Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum sub tit. de* Conseruatorib. Laurat. de Franchis *de controuers. inter. Episcop. & Regular. pag 169.*

11 Conseruatores eligere possunt Religiones eos non habentes per communicationem priuilegiorum cum aliis illos habentes, stante dispositione *cap fin. de offic. delegati lib.6.* vbi habentur ea verba. *quod plerunque à Sede Apost.* Conseruatores *conceduntur:* Cum ergo de facili concedantur Conseruatores, veniunt sub communicatione priuilegiorum. *Sacra Congr.* Conc.12. *Septembris* 1620. de qua Ioan. Maria Nouar. *dict. verbo Conseruatores num.7.* Ego *de officio & potest. Episcopi p.3. alleg.106. num. 7. & collect. ad* Trident. *sess.14. de reformat. cap.5. n. 4.*

12 Conseruatorem suum eligere, vel deputare non possunt Regulares vnius Conuentus, monasterij, vel Domus, illum, qui fuerit Prior, seu Guardianus, aut quauis alia dignitate Regulari fungatur. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Turritana 8. Octobris* 1617. penes Gauant *in man. Episcop. verbo Conseruatores.*

13 Conseruatores possunt Regulares eligere iuxta formam Constitutionis Gregorij XV. qui primis quatuor mensibus in illa præfixis non elegerunt, *Sacra Cong. Conc. de Neapolitana .8. Septembris* 1627. teste Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Conseruatores, num* 8.

14 Conseruatores Regularium eligi possunt Episcopi ipsi, ac eorum Vicarij. *Sacra Congr. Conc.23. Octobris* 1623. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom.3. in additam. cap. 11. numer.17. pag.477.*

15 Conseruator potest eligi Abbas Ordinis Oliuetani si Episcopus in Synodo eum deputauerit Iudicem Synodalem. *Sacra Congreg. Conc. sub die 2. Martij 2619.* apud Ioan. Mariam Nouar. *dict. verbo Conseruatores n.5. me citato* Lezena *in summa q. Regul. tom.2. c.10. n.14. in fine.*

16 Conseruator est deputandus in ciuitate, vel diœcesi, vbi situm est monasterium, atque ibi tantum, & non alibi potest idem Conseruator procedere etiam in causis bonorum, ac membrorum eiusdem monasterij extra ipsam diœcesim existentium. *Sacra Congregat.* Concil. 23. *Octobris* 1623. quam adducit Laurent. de Peyrinis *citato loco pag 477.*

17 Conseruatores eligere debent Regulares in singulis diœcesibus, in quibus monasteria, Conuentus, seu Domus Regulares habent. *Sacra Congr. Conc. in Rossanen. 15. Aprilis* 1628. & in *Lancianen. 29. Ianuarij* 1633. cuius meminere Lezana *d. tom.2. cap. 10. num. vlt.* Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Conseruatores num.3.*

18 Conseruatorum Regularium priuilegia cum ea dispositione Pij V. extendantur ad tres diætas, & sic posset eorū iurisdictio extendi ad plures Episcopatus, & ex dispositione Gregorij XIII.

teneantur dicti Conseruatores, & Regulares notificare dictam electionem, & deputationem Conseruatorum Ordinario loci, debet illa fieri non solum Ordinario prædicti loci, sed etiam omnibus Ordinariis, ad quorum diœceses se extendit eorum facultas, seu iurisdictio. *Sacra Congr. Conc. sub die* 11. *Iulij* 1620. referente Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Conseruatores n.* 9.

19 Conseruatorum potestas defendendi Regulares, & alios à manifestis iniuriis, & violentiis, quæ illis de facto inferuntur, non censetur sublata per Constitutionem Gregorii XV. dummodo obseruent formam præscriptam in constitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis *in c.* 1. *& fin. de officio deleg. lib.* 6. *Sacra Congr.* Conc. cuius meminere Lanter. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regulares pag.* 176. Lezana *d. tom.* 2. *cap.* 10. *numer.* 47. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular ad constitut.* 5. *Gregorij XV. numer.* 56. Ioann. Maria Nouar. *dict. verbo Conseruatores numer.* 12.

20 Conseruatores Vniuersitatum non sunt comprehensi decreto *Concilij sess.* 14. *cap.* 5. *de reform.* neque *sess.* 24. *cap.* 20. *etiam de reform. Sacra Congreg. Conc. sub die* 18. *Ianuarij* 1594. quam transcribit Aldan. *in compendio* Canon. *resolut. lib.* 4. *titul.* 8. *num.* 12.

21 Conseruatoriæ Regularium non sunt sublatæ per decretum Concilij sess. 24. de reformat. c. 20. etiam quod causæ graues sint, & plenariam cognitionem requirant. *Sacra* Cong. Conc. *in Mediolanen.* teste Rota *in Oscen. iurisdictionis* 12. *Decembris* 1614. coram bonæ mem. Vbaldo seu. & illius meminerunt Ioan. Francisc. Leon. *de thesauro fori eccles. part.* 5. *cap.* 39. *num.* 58. Flauius Cherub. *in compendio Bullarij in schol.* 2. *ad constit.* 34. *Pauli V.*

Consilium.

Collect. CCXVII.

1 Consilium Capituli sequi non tenetur Episcopus in concedendis statutis in Synodo, nisi in casibus iure expressis. Sacra Congr. Concil. sub die 5. Iunij 1627. teste Sellio in select. Canon. cap. 25. numer. 38. quem refero in collect. ad Trident. sess. 24. de reform. cap. 2. nu. 32.

2 Consilium duorum Canonicorum deputatorum in erectione seminarij licet Episcopus teneatur requirere, non tamen tenetur illorum consilium sequi. Sacra Congr. Conc. penes Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 46. num. 74. quem refero in collect. ad Trid. sess. 23. de reform. cap. 18. num. 6.

Constantinus Magnus.

Collect. CCXVIII.

Constantinus Magnus Imper. in suo Lateranensi Palatio sacro Baptismatis fonte ablutus, & à lepra liberatus Ecclesiam sub nomine sanctissimi Saluatoris construxit. *Gregorius XI. constit.* 1. incip. *Super* 10. *Kalend. Februarij* 1372. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 220. aliàs *pag.* 216. in nouiss. impress. Et Basilicas ad honorem Principum Apostolorum Romæ extrui curauit. *Clemens VII. constit.* 3. incip. *Admonet pridie Id. Decembris* 1523. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 562. Primus extitit omnium Imperatorum, qui diuino miraculo per manus B. Siluestri à lepra, qua percussus erat, mundatus per lauacrum regenerationis ad Fidem D. N. Iesu Christi conuersus fuit, & sanctæ Sedi Apostol. plura liberalissimè donauit, de quo Magdalen. *de numero testium in testament. requis. p.* 1. *cap.* 12. *numer.* 18. August. Steuchus in libro de donat. Constantini contra Vallam, Bnet. Ego *tr.* 1. *tit. de iurisd. Eccles. temporal. quæst.* 3. *de donat.* Constantini. Ego *de iure eccles. lib.* 3. *cap.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ Constitutiones in toto statu ecclesiastico seruandæ sunt.*

2 *Bulla Pij V.* in conferendis, *quando locum habeat.*

3 *Beneficia iurispatronatus non comprehendit Bulla Pij V.* Quanta Ecclesia Dei.

4 *Parochiales dimissæ ob alterius assecutionem comprehenduntur sub dispositione Bulla Pij V. Quanta Ecclesia Dei.*

5 *Bulla Gregorij XIII. super mutatione officij Abbatissæ in Italia quibusque trieuniis, obseruari debet in omnibus Monialium monasteriis quarumuis Militiarum.*

6 *Bulla Gregorij XIII seruanda est circa præcedentiam in processionibus inter* Confraternitates *laicorum.*

7 *Clericos iter facientes, & in Villis habitantes non comprehendit* Constitutio *Sixti V. super habitu.*

8 *Regulares vtriusque sexus etiam nouitios comprehendit Bulla* Clementis *VIII. de munerum largitione.*

9 *Bulla Clementis VIII. circa formam construendi Regularium monastera etiam habet locum circa erigenda monasteria Monialium.*

10 *Frumenti dispositionem prohibet etiam Bulla Pauli V. prohibens dispositionem pecuniæ Montium pietatis in alios.*

11 *Equites Hierosolymitanos non afficit Bulla Gregorij XV. de* Conseruatoribus

12 *Bulla Gregorij XV. de* Conseruat. *non sustulit facultatem quam habent* Conseruatores *defendendi Regulares à manifestis iniuriis, & violentiis.*

13 *Regulares absque legitima causa accedentes ad monasteria Monialium Regularibus subiectarum à diœcesano Episcopo stante Bulla Gregorij XV. puniri possunt.*

14 *Declarare, aut interpretari nullus potest Constitutionem* 85. *Vrbani VIII. circa onera Missarum suscipienda.*

15 *Licentia à* Concilio *Trident. concessa aqua ex causa abessendi aliquantisper à residentia non fuit sublata per* Constitutionem *Vrbani VIII.*

16 *Pecunia ad cambium, vel mutuo accepta cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis prohibentur decreto Vrbani VIII. de rebus Regularium non alienandis.*

Constitutiones Apostolicæ.

Collect. CCXIX.

1 Constitutiones Ægidianas in toto statu ecclesiastico,& locis immediatè subiectis seruati iussit *Sixtus IV.constit.*15. incip. *Et si* 3. *Kalend. Iunij* 1478. apud Laert. Cherub. *in Bullario pag* 354. aliàs *pag.*318. in nouiss. impress

2 Constitutio Pij V. *In conferendis*, non habet locum nisi in his diœcesibus, in quibus coacta fuit Synodus diœcesana, & in eis iuxta formam sess. 24. cap. 18. de reform. fuerunt deputati examinatores. *Sacra* Cong. *Conc.* teste Nicol. Garcia *de benef. p.9 cap.*2.*n.*4.

3 Constitutio Pij V. *Quanta, Kalend. Aprilis* 1568. *in § cæterum*, qua prohibentur Episcopi beneficia eorum manibus resignata illorum, aut resignantium affinibus, consanguineis, aut familiaribus conferre, non comprehendit beneficia iurispatronatus. *Sacra Congregat.Concil.* referente Nicol. Garcia *de benefic. p.* 11. *cap.* 3. *nnmer.*268. Et ideò patronum resignantem beneficium sui iurispatronatus posse præsentere quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarium teneti instituere præsentatum, non obstante dispositione huius Constitut. censuit *Eadem Sacra Congregat. Concil. in Viterbien.* 18 *Martij* 1628. penes Sellium *in select. Canonic. cap.* 90. *numero* 6.

4 Constitutio Pij V. *Quanta*, quę prohibentur Episcopi beneficia in eorum manibus resignata, eorum, aut resignātium consanguineis conferre, habet locum etiam in Parochialibus dimissis ob alterius Parochialis assecutionem. *Sacra Congr. Episcopor & Regul.*.19. *Decembris* 1620..apud Sellium *d.c* 90.*n.*7.

Constitutio Gregorij XIII. de datis & promissis, infrà *in verbo Pœna collect.*578.*n.*1.

5 Constitutio Gregorij XIII. super mutatione Officij Abbatissæ, seu Priotissæ Monialium in Italia existentium singulis quibusque triennis, obseruari debet in omnibus Monialium monesteriis quarumcunque Militiarum etiam Hierosolymitanorum. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die* 12. *Maij* 1604. quam refert Sellius *dict.cap.* 90. *num.*8.

6 Constitutio Gregorii XIII. seruanda est circa pręcedentiam in processionibus inter Confreternitetes laicorum. *Sacra Congreg. Rit. in Nepesina* 10. *Maij* 1608. ac etiam inter Regulares, vt scilicet illi præcedant, qui prius habuerint locum. *Eadem Sacra* Cong. *Conc in Tuscanen.*14. *Iunij* 1608. quarum meminit Sellius *d c.*90.*n.*10.

7 Constitutio Sixti V. super habitu, & tonsura non comprehendit Clericos iter facientes, & in villis habitantes. *S.* Congr. *Episcop & Regul. in Vlixbonen.*18. *Octobris* 1589. quam adducit Sellius *d c.*90. *num.*11.

8 Constitutio Clementis VIII. qua munerum largitio interdicitur, comprehendit Regulares vtriusque sexus,& tam nouitios, quàm professos. *Sacra Congr. Episc. & Regular. in sancti Seuerini* 23. *Iulij* 1603. teste Sellio *in selectis Canonicis cap.* 33. *nu.* 11. quem refero *in collect. ad Tridem. sess* 25. *de Regular.* 6. 2. *num.*34.

Constitutio Clementis VIII. de munerum largitione, *infrà verbo Munerum largitio collect.*520. *à num.* 1.

9 Constitutio Clementis VIII. circa formam constituendi Regularium monasteria etiam habet locum circa erigenda monasteria Monialium. *Sacra* Cong. *Conc.*19.*Decembris* 1620. cuius meminerunt Tamburin. *de iure Abbatiss.disp.*33.*q.*1.*n* 4. Lezana *in sum.quæst. Regul tom.*1.*verbo Episcopus num.* 4.*in fine*, Ego *de iure ecclesiast vniuerso lib.* 2. *cap.*12. *numer.*7.

10 Constitutio Pauli V. prohibens dispositionem pecuniæ Montium Pietatis in alios quam pauperum vsus in ipsorum Montium erectione præscriptos, absque Sedis Apost. licentia, prohibet etiam dispositionem frumenti. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die* 14. *Februarij* 1631. apud Sellium *d.cap.*90.*n.*12.

11 Constitutio Gregorij XV. de Conseruatorib. non afficit Milites Hierusolymitanos nisi quoad Conseruatores, & non quoad Iudices Ordinarios habentes Ordinariam iurisdictionem intra limites suorum Prioratuum. *Sacra Congr. Episcop. & Regul in Melentana* 6. *Februarij* 1627. refert R.P.D. Alexand. Sperei. *in decis fori eccles.decis* 21.*num.*59. *in fine*, quod S.Cong. decretum fuit postmodum confirmatum à Papa *Vrbano VIII.constit.*78. incip. *Expani* 17. *Februarij* 1629. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom* 4 *pag* 92.

12 Constitutio Gregorij XV. de Conseruat. statuens inter cætera, vt coram Conseruatoribus Regulares conueniri quidem aut trahi debeant, sed alios conuenire aut trahere non possint, non sustulit facultatem, quam habent Conseruatores defendendi Regulares à manifestis iniuriis, & violentiis, dummodo obseruent formam præscriptam Constitutionibus Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatis *in cap.*1.*& fin de officio deleg in* 6. *Sacra Cong.Conc. de anno* 1624. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular ad constit.* 5. *Gregorij XV.n.*56.

13 Constitutione stante Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis possunt Regulares absque legitima licentia accedentes ad monasteria Monialium Regularibus sublectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum moniali colloquentes à diœcesano Episcopo tanquam Sedis Apost. delegato cōrceri & puniri. *Sacra Congreg. Conc. de anno* 1624. cuius meminerunt Ioann. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de clausura & accessu Regular. ad monasteria Monialium n.*8. R.P.D. Spetell. *in decis fori eccles.decis.* 97.*n.*29. Ego Ipse *de iure eccles. vniuerso lib.* 1. *c.*44.*n* 167.

14 Constitutionem 43. Vrbani VIII. circa onera Missarum suscipienda, & numerum Regularium præfiniendum nemo potest declarare, aut interpretari. Idem *Vrbanus VIII. constit.* 43.§.16. Incip. *Cum sapè* 21. *Iunij* 1625. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.*4.*pag.*58.

15 Constitutione Vrbani VIII. nuper edita super Episcoporum etiam S.R.E. Cardinalium residētia non fuit sublata facultas à Concilio Trid. c. 1. sess.23. de reformat. concessa æqua ex causa abessendi aliquantisper à residentia dummodo absentiæ spatium duos, vel ad summum tres menses non excedat. *S Cong.Con* 3. *Februarij* 1635. quam refero *de Episc.p.*3.*alleg.*53 *n* 21..*in fine in nouis. impr. ss.*

16 Constitutione siue decreto Vrbani VIII de rebus Regularium non alienan. in quo prohibētur

Regulares cenſus imponere ſuper bonis ad eorum monaſteria pertinentibus, loco cenſuum huiuſmodi comprehenduntur pecuniæ ad cambium, vel mutuo acceptæ cum ſolutione lucri ceſſantis, vel damni emergentis. *S.Cong. Conc.* 21.*Martij* 1626. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. conſtit.* 8. *Vrbani VIII. nu.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Synodales impedientes executionem litterarum Apoſt irritantur.*
2 *Epiſcopus non tenetur exhibere ciuitati Conſtitutiones Synodales priuſquam imprimantur.*
3 *Epiſcopus abſque conſenſu & approbatione Cleri poteſt facere Conſtitutiones in Synodo diœceſana, de conſilio tamen Capituli.*
4 *Executio Conſtitutionum Synodalium non poteſt per appellationem impediri, ſi illa fuerunt à Sede Apoſt. confirmata.*
5 *Officij circa celebrationem ſeruanda ſunt Conſtitutiones ſynodales.*
6 *Conſtitutio ſynodalis quod prædicari non poßit feria quinta in Cœna Domini ſeruanda eſt.*
7 *Alloquentes cum Monialibus exemptis ſine licentia an poßint puniri ab Epiſcopo, & etiam ipſa Moniales exempla?*
8 *Conſtitutio Epiſcopi & Capituli facta poſt Concilium de certa quantitate ratione noua poſſeßionis Canonicatuum integrè conuertenda in fabricam, valida eſt.*
9 *Epiſcopi Conſtitutio ne Parochi poßint abeſſe vltra duos dies, valida eſt.*
10 *Conſtitutiones Eccleſiæ vt functiones abſente Epiſcopo fiant ab Archipresbytera licet non ſit prima dignitas, valida ſunt.*

Conſtitutiones Synodales, & Epiſcopales.

COLLECT. CCXX.

1 CONſtitutiones Synodales executionem litterarum Apoſt. impedientes irritauit Clemens VIII. *conſtit.* 39. incip. *Romanus* 4. *Kalend. Ianuarij* 1533. apud Laert. Cherub. in *Bullario tom.* 1. *pag.* 606.

2 Conſtitutiones Synodales non tenetur Epiſcopus ciuitati exhibere, priuſquam imprimantur, & poſtquam publicatæ fuerint, tunc ciuitas reclamare, & aggrauia proponere poteſt. *S.Congr. Epiſcop. & Regul. in cauſa Ciuitatis Caſtelli* 14. *Aprilis* 1615. *in reſp ad* 12. teſte Sellio *in ſelect. Canon. cap.* 25. *n.* 39. quem refero *in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ* 24 *de reform. c.* 2. *n.* 33.

3 Conſtitutiones in Synodo diœceſana facere poteſt Epiſcopus abſque conſenſu, & approbatione Cleri, debet tamẽ requirere cõſenſũ Capituli, licet illud non teneatur ſequi, niſi in caſibus à iure expreſſis, non obſtante quod ex forma Roman. Pontif. in celebranda Synodo diœceſana & Prouinciali expreſsè caueatur vt Conſtitutiones in Synodo publicandæ per verbum, *Placet*, confirmentur. *Sacra Congr. Conc. in Veneta* 27. *Aprilis* 1592. penes Paul. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 2. *numer.* 8. & Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *titul.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis, numer.* 65.

4 Conſtitutionum Synodalium executio non poteſt per appellationem impediri, nec retardari ſi illæ fuerunt à Sede Apoſt. confirmatæ. *Sacra Congreg. Concil. in Orioleն.* 27. *Martij* 1632. *in reſpon. ad* 18. cuius meminit Sellius *dict. cap.* 25. *numer.* 42.

5 Conſtitutiones Synodales ſeruandæ ſunt circa Officij celebrationem. *Sacra Congr. Rit. in Nertonen.* 25. *Februarij* 1605. quam refert Sellius *d. cap.* 25. *num.* 43.

6 Conſtitutio Synodalis quod prędicari non poſſit feria quinta in Cœna Domini, ſeruari mandauit. *Sacra Congregatio. Rit. in Catacen.* 1. *Iulij* 160. de qua Sellius *dict. capitul.* 25. *numer.* 44.

7 Conſtitutione Prouinciali Mediolanen. ſtante quod alloquentes cum Monialibus puniantur, dubitatum fuit an alloquentes ſine licentia cum Monialibus exemptis poſſint puniri ab Epiſcopo, & etiam ipſæ Moniales exemptæ? *Sacra Cong. Conc. ſub die* 8. *Auguſti* 1624. cenſuit non poſſe puniri Moniales exemptas: quoad alloquentes fuit remiſſum Congregationi Epiſcoporum, & Regularium: refert Sellius *d. c.* 25. *n* 43.

8 Conſtitutio facta per Epiſcopum, & Capitulum poſt Concilium Trid. ad ſoluendam certam quantitatem ratione nouæ poſſeſſionis Canonicatuum, quæ integrè cedat in fabricam, nihil autem ex pecunia Notariis, curſoribus, campanariis, aliiſue Eccleſiæ miniſtris, quibus aliàs conſtituta ſunt ſalaria attribuendam, valida eſt. *Sacra Congr. Concil. in Segobien.* 11. *Iulij* 1590. referente Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *numer* 198. *in* 9. *declar.* quem refero *de Canonic. & dignit. cap.* 15. *num.* 30.

9 Conſtitutio Epiſcopi valet ne Parochi poſſint abeſſe vltra duos dies ſine licentia. *Sacra Cong. Conc.* teſtibus Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 23. *in* 1. *declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.* 1. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *tit. ſed an Parochi debeant reſidere nu.* 155. quos refero *de officio, & poteſt. Parochi* .. 8. *n.* 57.

10 Conſtitutiones Eccleſiæ vt functiones abſente Epiſcopo fiant ab Archipresbytero, licet non ſit prima Dignitas, & non ab Archidiacono, licet ſit prima dignitas, ſeruandæ ſunt. *Sacra Cong. Rit. in Iuuenacen.* 9. *Maij* 1609. penes Sellium *dict. cap.* 15. *num.* 45.

SVMMARIVM.

1 *Laudabiles conſuetudines, & in honorem Dei, & miniſtrorum eius introducta, ſeruanda & tuenda ſunt.*
2 *Iuri & Ceremonialis libro conformis conſuetudo ſeruanda eſt.*
3 *Conſuetudo allegata & non probata non eſt ſeruanda contra decretum Prouinciale.*
4 *Conſuetudo ob deuotionem non eſt alteranda.*
5 *Conſuetudo ad fauorem alicuius introducta, & legitimè probata ſeruanda eſt.*
6 *Conſuetudo laudabilis & antiqua circa ritus, & ceremonias.*

7 Conſuetudo

7 *Consuetudo longioris vacationis à seruitio Ecclesiæ potest ab Episcopo reduci ad tempus præscriptum à Concilio Trid.*

8 *Canonici vt possint facere Capitulum sine licentia Vicarij foranei seruanda est consuetudo.*

9 *Prior Monasterij vt ante se faciat Crucem deferri more Archiepiscoporum, declaratur abusus.*

10 *Oblationes, quæ offeruntur Cruci feria sexta in Parasceues, vt dentur Magistris cæremoniarum, seruanda est consuetudo.*

11 *Capellani vt ministrent Canonicis cappas, seu pluuialia capite detecto, seruanda est consuetudo.*

12 *Confraternitas vt in feria quinta in Cœna Domini in hora quarta noctis processionaliter ad Ecclesiam Cathedralem accedat tolerandam est, sed mulieres prohibendæ sunt, vt eant de nocte cum illa.*

13 *Campana in salutatione Angelica vt non pulsentur ante pulsationem in Ecclesia Matrice si fuerit consuetudo, seruanda est.*

14 *Dignitates duæ vt assistant loco Diaconorum Canonicorum vbi Prebendæ non sunt distinctæ, si fuerit consuetudo, seruanda est.*

15 *Clerici quod cum cotta sedeant in gradibus Altaris, tolerari potest.*

16 *Campanæ Sabbato sancto ex consuetudine vniuersalis Ecclesiæ non pulsantur, antequam sint pulsata in Ecclesia Cathedrali.*

17 *Canonici vt teneantur associare Episcopum ad Ecclesiam venientem cum cappa omnibus diebus festiuis etiam non solemnibus, si fuerit consuetudo, toleranda est.*

18 *Magistratus vt in primo ingressu ciuitatis Archiepiscopo obuiam eant, & pedites eum cum sua Cruce equitantem præ manibus introducant, si fuerit consuetudo seruanda est.*

19 *Priores noui vt antequam possessionem officij accipiant, eant ad Ecclesiam Cathedralem, si fuerit consuetudo, illa seruanda est.*

20 *Archipresbyter vt associetur à Clericis, & Presbyteris, sicut Episcopus à Canonicis, si fuerit consuetudo, illa seruanda erit.*

21 *Transeuntes ad secundas nuptias vt benedicantur à Parocho si obtentum fuerit consuetudine legitimè præscriptea cum scientia Papæ, illa vtique seruanda erit.*

22 *Puellæ habitum suscepturæ vt per biduum, aut triduum antea introducantur in Monasteria, si viguerit consuetudo, illa toleranda erit.*

23 *Populus in inferioribus Ecclesiis si ex consuetudine solitus sit prædicatori soluere, ea seruanda est.*

24 *Episcopo diœcesim visitanti vt à laicis victualia ministrentur, si vigeat consuetudo quomodo obseruanda.*

25 *Communitates vt procurent Episcopum visitantem quandiu ipsa voluerint, si vigeat consuetudo, vtique seruanda erit.*

26 *Beneficium Curatum vel simplex simul cum Capellania in eadem Ecclesia tenendi consuetudo est sublata per Concilium Tridentinum.*

27 *Canonici infirmi vt fructus tantum suæ Prebendæ, non distributiones quotidianas percipiant, si vigeat in Ecclesia consuetudo legitima præscripta, illa vtique tollet constitutionem.*

28 *Canonicus missus à Capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesiæ, vel Capituli, percipit omnes fructus & distributiones stante consuetudine.*

29 *Episcopo licet retinere penes se vnum, vel duos Canonicos, qui fructus percipere possint, non tamen distributiones quotidianas.*

30 *Dignitates cum Prebendis Canonicalibus vt simul in eadem Ecclesia obtineri possint, si vigeat consuetudo, illi derogatum non erit à Concilio.*

31 *Consuetudo, quæ imponit cum Canonico recepto, quod tendat in vtilitatem Canonicorum, non valet, secus in vtilitatem Ecclesiæ, vel augmentum cultus diuini.*

Consuetudo.

Collect. CCXXI.

1 Consuetudines laudabiles, & in honorem Dei, & Ministrorum eius introductæ sunt seruandæ, & tuendæ, *Sacra Congr. Rit. in Namien. 16. Iuly 1605. teste Aldano in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 14. n. 43.*

2 Consuetudo lori & Cæremonialis libro conformis seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Pisaurien. 23. Maij 1603. & in Granaten. 10. Maij 1608.* quarum meminit Aldan. *d. lib. 3. resolut. eo. num. 44.*

3 Consuetudo allegata, & non probata non est seruanda contra decretum Prouinciale. *Sacra Cong. Rit. in Cusentina 20. Nouembris 1610.* penes Sellium *in selectis Canon cap. 56 num. 8.*

4 Consuetudo non est alteranda ob deuotionem. *Sacra Congr. Rit in Arimimen. 16. Octobr. 1604.* apud Sellium *d. c. 56. num. 19.*

5 Consuetudo ad fauorem alicuius introducta, & legitimè probata seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Tarantina 28. Septembris 1602.* & licet prætendatur abusus non est tollenda, parte non audita. *Sacra Congr. Rit. in Eluen eadem die 28. Septembris 1602.* quam refert Sellius *d. cap. 56. num. 20.*

6 Consuetudo laudabilis & antiqua circa ritus & cæremonias, quæ seruatur in prouincia in Ecclesiis Collegiatis vniuersaliter, seruanda est ab Ecclesia Collegiata eiusdem prouinciæ. *S. Cong. Rit. in Mediolanen. 28. Aprilis 1607.* de qua Aldan. *d. tit. 14. num. 46.*

7 Consuetudo longioris vacationis à seruitio Ecclesiæ potest ab Episcopo reduci ad tempus præscriptum à Concilio Trid. *Sacra Cong. Rit. in Egitanien. 13. 1602.* quam adducit Sellius *d. cap. 56. num. 21.*

8 Consuetudo vt Canonici possint facere Capitulum sine licentia Vicarij foranei seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Orielen. Celis 16. Decembris 1606.* cuius meminit Aldan. *d. tit. 14. num. 47.*

9 Consuetudo vt Prior monasterij ante se faciat deferri Crucem more Archiepiscoporum, declaratur abusus. *Sacra Congr. Rit. in Carpolitar. nullius 4. Martij 1606.* apud Aldan. *d. tit. 14. num. 48.*

10 Consuetudo vt oblationes, quæ offeruntur Cruci feria sexta in Parasceue deotur Magistris Cæremoniarum, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Beneuentana 29. Nouembris 1603.* quam allegat Aldan. *d. tit. 14. num. 49.*

11 Consuetudo vt Cappellani ministrent Canonicis cappas, seu pluuialia, capite detecto, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Burgen. 19. Iunij 1604.* penes Sellium *d. cap. 56. n. 23.*

12 Consuetudo Laudabilis vt feria quinta in Cœna Domini Confraternitas in hora quarta noctis accedat ad Ecclesiam Cathedralem, toleranda est, sed mulieres prohibendæ sunt, vt non eant de nocte cum illa. *Sacra Congr. Rit. in Vintimilien. 11. Decembris 1604.* apud Sellium *d. c. 56. n. 24.*

13 Consuetudo vt campanæ in salutatione Angelica non pulsentur ante pulsationem in Ecclesia Matrice, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Ortolen.* 21. *Augusti* 1601. & *in Gienen.* 24. *Septembris* 1604. quarum meminit Sellius *d. cap.* 56. *n.* 25.

14 Consuetudo vt duæ Dignitates assistent loco Canonicorum Diaconorum, vbi Præbendæ sunt distinctæ seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Placentina* 15. *Maij* 1607. *in resp. ad dub.* 1. quam refert Sellius *d. cap.* 56. *num.* 26.

15 Consuetudo quod clerici cum cotte sedeant in gradibus Altaris quando Sanctissim. Sacramentum non est discoopertum super eo, potest tolerari. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in resp. ad dub.* 12. teste Sellio *d. cap.* 56. *num.* 27.

16 Consuetudo vniuersalis Ecclesiæ quod campanæ sabbato sancto non pulsentur antequam sint pulsatæ in Ecclesia Cathedrali seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Marsicen.* 21. *Martij* 1609. referente Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 50.

17 Consuetudo siue vsus quod Canonici teneantur associare Episcopum venientem ad Ecclesiam cum cappa omnibus diebus festiuis, Dominicis, & aliis, etiam non solemnibus seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Ripana* 30. *Ianuarij* 1610. quam adducit Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 51.

18 Consuetudo vt Magistratus in primo ingressu ciuitatis Archiepiscopo obuiam eant, & pedites eum cum sua Cruce equitantem præ manibus introducant, seruande est. *Sacra Cong. Rit. in Tarraconen.* 2. *Martij* 1613. apud Sellium *d. cap.* 56. *num.* 28.

19 Consuetudo vt noui Priores antequam possessionem Officij accipiant, eant ad Ecclesiam Cathedralem, seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Narnien.* 16. *Iulij* 1607. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 53.

20 Consuetudo vt Archipresbyter associetur à Clericis & Presbyteris, sicut Episcopus à Canonicis, tollenda est. *Sacra Cong. Rit. in Baren.* 4. *Iulij* 1615. quam citat Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 54.

21 Consuetudo legitimè præscripta cum scientia Papæ vt transeuntes ad secundas nuptias benedicantur à Parocho, valida est. *Sacra Cong. Conc.* 2. *Octobris* 1593. de qua Sellius *d. cap.* 56. *num.* 29.

22 Consuetudo vbi viget vt puellæ habitum suscepturæ per biduum, aut triduum antea introducantur in monasteria, toleranda est. *Sacra Congr. Conc.* penes Gauant. *in manuali Episcop. verbo Monialium clausura num.* 32. Lezana *in summa quæst. Regul. tom.* 3. *verbo clausura num.* 23. *in fine.*

23 Consuetudo vbi viget in inferioribus Ecclesiis quod populus soluat Prædicatori, ea seruanda est, nisi forsan facultas nominandi Prædicatorem Volueritati ab immemoriali tempore competeret, & Episcopus talem nominationem sibi vendicauerit. *Sacra Cong. Conc.* testibus Armeodar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 30. *l.* 7. *de Prædicator. num.* 22. R.D. Speciall. *in decis. fori eccles. decis.* 70. *à princ.* quos refero *de officio*, & *potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 76. *num.* 12.

24 Consuetudo vt Episcopo diœcesim visitanti à laicis victualia ministrentur, Vicario autem visitanti ab Ecclesiarum Rectoribus seruanda est, si laici sponte perseuerent in ista consuetudine. *Sacra Cong. Conc.* apud Armeodar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de visitat. num.* 119.

25 Consuetudo vt Communitates procurent Episcopum visitantem, quandiu ipsæ voluerint, seruanda est: nam si ipsæ recusarent, cogendæ minimè sunt. *Sacra Cong. Conc.* teste Armeodar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de visitat. num.* 121. quem refero *de Episcopo p.* 3. *alleg.* 73. *num.* 45.

26 Consuetudo renuendi beneficium curatum, vel simplex simul cum capellania in eadem Ecclesia, est sublata per *Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 17. *de reform. Sacra Congr Conc.* referentibus Nicol. Garc. *de benef. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 87. & Armeodar. *vbi supra tit.* 7. *de benef. incompatibil. num.* 28.

27 Consuetudo in Ecclesia inducta vt Canonici infirmi fructus tantum suæ Præbendæ, non distributiones quotidianas percipiant, si legitimè præscripta sit, tollit constitutionem. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benef. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 361. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 23. *de resident. sub tit. an Canonici num.* 72.

28 Consuetudine stante quod Canonicus missus à Capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesiæ, seu Capituli percipiat omnes fructus & distributiones quotidianas, ea est seruanda si Canonici absint pro euidenti Ecclesiæ vtilitate. *Sacra Congr. Concil.* quam citat Nicol. Garc. *de benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 361.

29 Consuetudine in Ecclesia Cathedrali stante quod Canonici non interessentes diuinis, non percipiant fructus Præbendæ, nec distributiones quotidianas, licet Episcopo retinere penes se vnum, vel duos Canonicos, qui dictos fructus percipere possint, ac si in choro præsentes essent, exceptis tamen distributionibus quotidianis. *S. Cong. Conc.* testibus Nicol. Garc. *d. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 247. & Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib.* 1. *tit.* 23. *de residant. sub tit. an Canonici, &c. num.* 59.

30 Consuetudini permittenti quod in eadem Ecclesia dignitates cum Præbendis Canonicalibus teneantur, non est derogatum à Concilio Trid. sess. 24. cap. 17. de reform. *Sacra Congr Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 246. & *seqq.* Armeodar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 7. *de benefic. incompatibil. num.* 26. quos refero *de Episcopo part.* 3. *alleg.* 62. *num.* 18 *prope fin.*

31 Consuetudo quæ militat in Ecclesia antequam esset in Cathedralem erecta, non militat postquam in Cathedralem fuerit erecta. *Sacra Cong. Rit. in Ripana* 28. *Aprilis* 1607. quam adducit Sellius *d. cap.* 25. *num.* 46.

SVMMARIVM.

1 *Immemorialis consuetudo allegata legitimè probanda est.*

2 *Ceremoniale non tollit consuetudines laudabiles & immemoriales.*

3 *Immemorialis consuetudo vt præter Diaconum, & Subdiaconum Canonico celebranti assistat vnus Capellanus cum Pluuiali seruanda est.*

4 *Immemorialis consuetudo quod eodem tempore thurificentur Canonici, & Magistratus, seruanda est.*

5 *Episcopus vt tam eundo ad Ecclesiam quam assistendo diuinis officiis semper habeat duos Canonicos assistentes, si adsit consuetudo immemorialis, illa seruanda est.*

6 *Immemorialis*

6 *Immemorialis consuetudo Ecclesiæ circa assistentiam ministrorum, seruanda est.*

7 *Immemorialis consuetudo quod Præpositus absente Episcopo triplici ductu thurificetur, seruanda est.*

8 *Immemorialis consuetudo quod quando Canonici cantant aliquam Missam votiuam loco Missæ Conuentualis, sufficiat Missa lecta celebrata in aurora, seruanda est.*

9 *Immemorialis consuetudo non residendi sublata est decreto* Concil. sess. 24. cap. 12. de reform.

10 *Immemorialis consuetudo sublata fuit per* Conc. sess. 25. de reform. cap. 6.

11 *Immemorialem consuetudinem non excludit decretum* Conc. sess. 24. de reform. cap. 20. in fine.

12 *Immemorialis consuetudo, qua Parochi Ecclesias Curatas pro tempore vacantes optant, non est sublata per Concilium.*

13 *Immemorialis consuetudo non excusat à residentia in* Cathedralibus, *& Collegiatis insignibus, nisi sint rurales prorsus constituta.*

Consuetudo immemorialis.

Collect. CCXXII.

1 Consuetudo immemorialis allegata legitimè probanda est. *S. Cong. Rit. in Bononien. 10. Maij* 1608. teste Sellin *in selectis Canon. cap. 56 num. 30.*

2 Consuetudines immemoriales, & laudabiles non tolluntur per cæremoniale. *S. Cong. Rit. in Brundusina 17. Septembris 1611. & in Tornacen. 28. Ianuarij 1612. & in Hidruntina 30. Ianuarij 1616.* Quod locum habet in omnibus Regnis, & locis Christianitatis. *Eadem sacra Congr. Rit. in Elboren. 17. Iunij 1606.* Sed donec fiant probationes pro illa probanda eiusdem libri executio non est retardanda. *Eadem sacra Congreg. in Conchen. 18. Martij 1617. & 8. Maij eiusdem anni*, quarum meminit Sellius *dict. cap. 56. num. 31.*

3 Consuetudo immemorialis vt præter Diaconum, & Subdiaconum Canonico celebranti assistat, vnus Capellanus cum Pluuiali seruanda est. *S. Congr. Rit. in Mantuana 19. Iunij 1602.* quam refert Sellius *dict. c. 56. num. 32.*

4 Consuetudo immemorialis quod eodem tempore thurificentur Canonici & Magistratus, seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Fanen. 1. Septembris* 1607. penes Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 14. num. 57.*

5 Consuetudo immemorialis vt Episcopus tam eundo ad Ecclesiam quam assistendo diuinis Officiis, semper habeat duos Canonicos assistentes, seruanda est, tam absente quàm præsente Magistrato Regio. *Sacra Cong. Rit. in Granaten. 10. Maij 1608. & 24. Octobris 1609.* referente Aldano *d. tit. 14. num. 58.*

6 Consuetudo immemorialis Ecclesiæ circa assistentiam ministrorum faciendam Episcopo, Dignitatibus, & Canonicis tam in Missis, quàm in Vesperis seruanda est. *S. Cong. Rit. in Lucerina 14. Iunij 1608. & 9. Maij 1619.* apud Aldan. *d. tit. 14. num. 59.*

7 Consuetudo immemorialis quod Præpositus absente Episcopo triplici ductu thuribuli thurificetur, seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Auenionen. 20. Nouembris 1610.* quam adducit Aldan. *d. tit. 14. num. 60.*

8 Consuetudo immemorialis quod quando Canonici cantant aliquam Missam loco Missæ Conuentualis, sufficiat Missa lecta celebrata in aurora, seruanda est, præterquam in diebus, in quibus ex tertia rubrica Missalis omnino cantandæ sunt duæ Missæ Conuentuales *Sacra Congr. Rit. in Vrbinaten 4. Iulij 1615 & in Compluten. 23. Martij 1602. & in Oscen. 28. Ianuarij 1612.* quarum meminit Sellius *d. cap. 56. num 33.*

9 Consuetudo immemorialis non residendi sublata est decreto *Concil. sess. 24. cap. 12. de refor.* quod si Canonici alia ratione se tueantur, audiendi sunt. *Sacra Cong.* Conc. teste Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. cap. 2 num. 198.* Per quod decretum sublata sunt statuta & consuetudines immemoriales non residendi Canonicos, & Dignitates *Eadem S. Congr. Conc.* referentibus Nicol Garc. *d. p. 3 cap. 2. n. 197. in 1. & 2. declar.* Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib. 2 tit. 23. de resident, sub tit. an Canonici &c. n 21. & 23.*

10 Consuetudo immemorialis sublata fuit per *Concil. sess. 25. de reform. cap. 6. Sacra Cong. Conc. in Calcaten. 7. Septembris 1630.* penes Sellium *d. cap. 56. num. 34.*

11 Consuetudo Immemorialis non excluditur per decretum *Concilij sess. 24. de reform. cap. 20. in fine*, sed donec de illa constiterit per tres sententias conformes, non inferior, sed diœcesanus Episcopus, debet interim huiusmodi causas cognoscere. *Sacra Cong. Conc.* teste Rota *decis. 248. n. 1. p. 2. recentior.*

12 Consuetudo immemorialis, qua Parochi Ecclesias Parochiales pro tempore vacantes optant, non est sublata per Concilium, & in illis Parochialibus, quæ optantur, non est necessarium examen per concursum *Sacra Congreg. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p 9. cap. 2 num. 165.*

13 Consuetudo immemorialis non excusat à residentia in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, secus si non sint insignes, si illæ sint rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut in quibus adeo tenues redditus essent vt Canonicos aliunde non habentes vnde viuant, alere non possent, sufficit autem ad excludendam immemorialem quod aliqui Canonici resederint. *Sacra Cong. Conc.* testibus Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. cap. 1. n. 197.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarre lib. 2. tit. 23 de resident. tit. an* Canonici, *vel alij habentes dignitatem, num. 20.* Sanctar. *var. resolut. quæst. 4. num. 33.* quos refert *de Episcop. part. 3. alleg. 53. num. 115.*

SVMMARIVM.

1 *Lauretani Canonici vt obuiam eant, & assurgant Canonicos Recanatenses, si fuerit consuetudo, illa seruanda erit.*

2 *Recanatensis Clerus vt singulis annis in die Annuntiationis adeat processionaliter sanctam Domum Lauretanam, & Clerus Lauretanus ei obuiam procedat, consuetudo seruanda est.*

3 *Alatrina in Ciuitate existens consuetudo celebrandi festum S. Sixti cum Missa feria quarta infra octauam Paschæ confirmatur.*

4 *Theatinorum consuetudo vt non faciant commemorationem de Patrono Ecclesiæ, sed tantùm de Cruce,*

seruanda non est.

5 *Officium de S. Eulalia vt celebretur cum octaua etiamsi venerit in quadragesima, consuetudo existens seruetur.*

6 *Missam sancti Simeonis celebrandi Consuetudo in Ecclesia Monialium eiusdem nominis in ciuitate Ragusina, confirmatur.*

7 *Beneficiati sancti Laurentij in Damaso de Vrbe, quod in Vesperis & Missis solemnibus festi Conceptionis B. Mariæ Virginis thurificantur immediatè post Canonicos, & ante Custodes & Guardianos Societatis Sanctißimæ Conceptionis, consuetudo existens seruanda est.*

8 *Astensis Ecclesiæ consuetudo quod fructus spectent ad Capitulum donec beneficiatus sit Sacerdos, obseruanda est.*

Consuetudo particularis.

Collect. CCXXIII.

1 Consuetudo antiquæ vt Canonici Lauretani obuiam eant, & associent Canonicos Recanatenses seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Lauretana, & Recanaten.* 15. *Mart.* 1603. quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 56. *num* 35. 1

2 Consuetudo vt Clerus Reconatensis singulis annis in die Annunciationis B. Mariæ adeat processionaliter sanctam Domum Lauretanam, & Clerus Lauretanus ei obuiam procedat, & honorificè excipiat ad portam ciuitatis. seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Recanaten.* 25. *Ianuarij* 1602. penes Sellium *d. cap.* 56. *num.* 36. 2

3 Consuetudo celebrandi festum Sancti Sixti in ciuitate Alatrina cum Missa, processionibus, & saltationibus feria quarta infra octauam Paschæ confirmatur. *S Cong. Rit. in Alatrina* 17. *Februarij* 1607. apud Sellium *d. cap.* 56. *num.* 37.

4 Consuetudo Theatinorum, vt non faciant commemorationem de Patrono Ecclesiæ, sed tantùm de Cruce, seruanda non est. *S. Cong. Rit. in Theatinorum* 1. *Septembris* 607. de qua Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 62.

5 Consuetudo vt celebretur Officium de S. Eulalia cum octaua, etiamsi venerit in Quadragesima, approbatur. *Sacra Cong. Rit. in. Barcinonen.* 6. *Decembris* 1628. quam refert Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 63.

6 Consuetudo celebrandi Missam sancti Simeonis in Ecclesia Monialium eiusdem nominis in ciuitate Ragusina, confirmatur. *S. Cong. Rit. in Ragusina* 28. *Nouembris* 1609. quam citat Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 64.

7 Consuetudo quod beneficiati S. Laurentij in Damaso de Vrbe in Vesperis, & Missis solemnibus festi Conceptionis B. Mariæ Virginis thurificentur immediatè post Canonicos, & ante Custodes, & Guardianos Societatis sanctissimæ Conceptionis, seruanda est. *S. Cong. Rit. in Vrbis sancti Laurentij in Damaso* 18. *Februarij* 1617. referente Sellio *dicto cap.* 56. *num.* 38.

Consuetudo Ecclesiæ Astensis quod fructus spectent ad Capitulum donec beneficiatus sit Sacerdos, est obseruanda, quia intentio Concilij fuit ne ratione collationis aliquid reciperetur à Capitulo. *Sacra Cong. Conc. in Asten* 6. *Maij* 1617. cuius memini *de Canon. cap.* 15. *n.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Missas duas, & totidem Vesperas solemnes celebrandi pro S. Maria & S. Rocho introducta consuetudo obseruanda est.*

2 *Missarum in celebratione in die Natiuitatis & Resurrectionis Domini consuetudo seruanda.*

3 *Defunctorum in fine Missæ consuetudo dandi benedictionem, non est toleranda.*

4 *Missæ vt infra annum distribuantur vel à prima Dignitate, vel à primo Canonico existens consuetudo seruanda.*

5 *Missa Conuentualis vt cantetur sine Diacono & Subdiacono infra octauam Corporis Christi existens consuetudo seruanda, diebus festis, Dominicis, & Octaua exceptis.*

Consuetudo circa Missas celebrandas.

Collect. CCXXIV.

1 Consuetudo introducta celebrandi duas Missas solemnes & duas Vesperas etiam solemnes pro S. Maria, & pro S. Rocho est seruanda. *Sacra Cong. Rit. in Egitanien.* 6. *Septembris* 1603. quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 56. *n.* 40.

2 Consuetudo in celebratione Missarum in die Natiuitatis, & Resurrectionis Domini seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Tarantina Cryptaliarum* 3. *Septembris* 1605. apud Sellium *d. cap.* 56. *n.* 41.

3 Consuetudo dandi benedictionem in fine Missæ defunctorum, & celebrandi commemorationem omnium Defunctorum in die Dominico abusum esse declaratur. *Sacra Cong. Rit. in Augustana* 24. *Septembris* 1605. Nisi consuetudo sit immemorialis, quia tunc seruanda est. *Eadem S. Cong.* 7. *Octobris* 1606. *&* 19. *Maij* 1607. quarum meminit Sellius *d. cap* 56. *num.* 42.

4 Consuetudo Ecclesiæ seruanda est vt Missæ infra annum distribuantur vel à prima Dignitate, vel ab Archipresbytero, vel à primo Canonico iuxta vsum Ecclesiæ. *Sacra Cong. Rit. in Iuuenacen.* 17. *Decembris* 1607. penes Sellium *d. cap.* 56. *num.* 4.

5 Consuetudo vt Missa Conuentualis cantetur sine Diacono, & Subdiacono infra octauam Corporis Christi, seruanda est, die festo, Dominicis, & octaua exceptis. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *resp. ad* 6. *dub.* quam citat Sellius *d. cap.* 56. *num.* 44.

SVMMARIVM.

1 *Vesperas recitandi sine cantu consuetudo in diebus non festiuis toleranda est.*

2 *Vesperas solemnes celebrandi in die Paschæ per Canonicos Cathedralis in Ecclesia Collegiata, existens consuetudo seruanda.*

3 *Vesperas secundas vt cantet non qui cantauit primas, sed hebdomadarius, vel subcantor, consuetudo existens seruanda.*

4 *Matutinum sequentis diei recitandi post Completorium existens consuetudo, ex causa approbatur.*

5 *Matutinas Horas recitandi nocturno tempore consuetudo, retinenda est.*

6 *Psalmos Graduales feria tertia, & Pœnitentiales feria quinta*

quinta recitandi inchoro in Quadrag. consnetudo antequa, potest tolerari.

7 *Officium paruum B. Mariæ recitandi in choro singulis diebus non duplicibus, existens laudabilis consnetudo, seruanda est.*

8 *Mitram, gremiale, & thuribulum ac similia vt Dignitates, & Canonici ministrent Episcopo, si consuetndo vigeat, illa seruanda erit.*

9 *Baculum Pastorale vt Dignitas, seu Canonicus gestet ante Episcopum in quibusdam diebus festiuis existens consnetudo seruanda.*

10 *Baptizari vt possint infantes à quibnscumque Presbyteris, vel Canonicis ciuitatis consuetudo existens sernanda, dummodo id fiat de licentia Ordinarij, & sine praeiudicio iurium Parochial.*

11 *Antiphonarnm circa praeintonationem à Dignitatibus, vel Canonicis, consuetndo immemorialis existens seruanda est.*

12 *Functiones, absente Episcopo, vt fiant ab Archipresbytero, licet non sit prima Dignitas, existens consuetudo seruanda est.*

13 *Functiones, absente Episcopo, vt fiant à Canonico hebdomadario, non autem à prima Dignitate, consnetndo existens sernanda est.*

14 *Fnnctiones, quas facere non potest prima Dignitas in Ecclesia Collegiata, vt ad secundam pertineant, & non ad Canonicum hebdomadarium, consnetudo existens sernanda est.*

15 *Fnnctiones, Episcopo absente, vt faciat Archipresbyter, etiamsi non sit prima Dignitas, Episcopoque celebranti assistat, consuetudo existens non tollitur per Ceremoniale.*

16 *Pluuiale vt capiatur ab hebdomadario faciente officium ad capitnlum, & non à principio Vesperarum, consuetudo existens seruanda.*

17 *Candelarum, & palmarnm benedictionem in Ecclesia Parochiali facere ex consnetudine non potest Collegiata dignior ad illam accedendo.*

18 *Passio Domini in Dominica Palmarum & feria sexta in Parasceues, vt decantetnr à Canonicis, si consuetudo existat, debet seruari.*

19 *Consuetudo quòd durante tempore Paschali cereus accendatur in omnibus solemnitatibus, & Horis seruanda est.*

Consuetudo circa Officia diuina, & Ecclesiasticas functiones.

Collect. CCXXV.

1 COnsnetudo recitandi Vesperas sine cantu in diebns non festiuis toleranda est. *Sacra Congr. Rit. in Snessan.* 18. *Ianuarij* 1606. quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 56. *num.* 45.

2 Consuetudo celebrandi Vesperas solemnes per Canonicos Cathedrales in Ecclesia Collegiata in die Paschæ est seruanda, sed non est prohibendum Cannnicis, & Capitnlo Cathedralis quin prius Vesperas in eorum Ecclesia cantent. *Sacra Congr. Rit in Camerinen.* 15. *Martij* 1608. penes Sellium *d. cap.* 56. *n.* 46.

3 Consuetudo vt secundas Vesperas cantet, non qui cantauit primas, sed hebdomadarius, vel subcantor, seruanda est. *S. Congr. Rit. in Cusentina* 17. *Iulij* 1606. apud Sellium *d c.* 56. *num.* 47.

4 Consuetudo recitandi Matutinum sequentis diei post Completorium, ex causa approbatur. *Sacra Congr. Rit. in Brixien.* 24. *Septembris* 1605. quam citat Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 66.

5 Consuetudo recitandi Matutinas Horas nocturno tempore retinenda est. *Sacra Congr. Rit. in Mazarien.* 10. *Decembris* 1601. apud Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 67.

6 Consnetudo antiqua inueterata recitandi in choro tempore Quadragesimæ post completorium, Psalmos Graduales feria tertia, & Psalmos Pœnitentiales feria quinta, potest tutá conscientia continuari. *Sacra Cong. Rit. in Lauden.* 2. *Augusti.* 1603. teste Aldano *d. tit.* 14. *num.* 68.

7 Consuetudo laudabilis recitandi Officium paruum B. Mariæ in choro singulis diebus, exceptis tantum festis duplicibus, seruanda est, licet in aliis Ecclesiis in festis semiduplicibus non recitetur. *Sacra Congr. Rit. in Troiana* 1. *Septembris* 1607. referente Sellio *d. cap* 56. *num.* 48.

8 Consuetudo vt Dignitates, & Canonici Mitram, Gremiala, & thuribulum, ac similia ministrent Episcopo, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Lamacen* 5. *Iulij* 1603. quam citat Sellius *cap.* 56. *num.* 49.

9 Consuetudo vt Dignitas, seu Canonicus gestet Baculum pastoralem ante Episcopum in quibusdam diebus festiuis seruanda est. *Sacra Congr. Rit indicta Lamacen.* de qua Sellius *loco proximè citato.*

10 Consuetudo vt infantes possint baptizari à quibuscunque Presbyteris vel Canonicis ciuitatis, seruanda est, dummodo id fiat de licentia Ordinarij, & sine præiudicio iurium & emolumentorum Archipresbyteri siue Curati. *Sacra Congr. Rit. in Neritonen.* 9. *Maij* 1006. apud Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 69.

11 Consuetudo immemorialis Ecclesiæ circa perintonationem Antiphonarum à dignitatibus, vel Canonicis seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Suessana* 18. *Aprilis* 1607. penes Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 70.

12 Consuetndo vt functiones absente Episcopo fiant ab Archipresbytero licet non sit prima Dignitas, & non ab Archidiacono, licet sit prima Dignitas, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Innocen.* 9. *Maij* 1609. teste Aldan. *d. tit.* 14. *n* 71.

13 Consnetudo vt functiones absente Episcopo fiant à Canonico hebdomadario, non autem à prima Dignitate, seruanda est. *Sacra Congreg. Rit. in Hydruntina* 30. *Ianuarij* 1616. Quæ tamen debet prius legitimè probari. *Eadem Sacra Congreg. die* 30. *Aprilis* 1616. quarnm meminit Aldan. *d tit.* 14 *n.* 72.

14 Consnetndo Laudabilis vt functiones, quas facere non potest prima Dignitas in Ecclesia Collegiata, ad secundam pertineant, & non ad Canonicum hebdomadarium, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Mediolanen.* 28. *Aprilis* 1607. referente Sellio *d. cap.* 56 *num.* 51.

15 Consuetndo vt Archipresbyter etiamsi non sit prima Dignitas, assistat Episcopo celebranti, & functiones faciat eo absente, non tollitur per Cæremoniale. *Sacra Cong. Rit. in Asten.* 15. *Ianuarij* 1602. *& in causa Montis Regalis* 28. *Aprilis* 1607. quam adducit Aldan. *d. tit.* 14. *n.* 73.

16 Consuetndo vt Pluuiale capiatur ab hebdomadario faciente Officium ad Capitulum, & non à principio Vesperarum, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Theatinorum* 1. *Septembris* 1607. de qua Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 73.

17 Consuetudo vt Ecclesia Collegiata dignior accedat ad Ecclesiam Parochialem minus dignam, ad faciendam benedictionem, & distributionem

candelarum & palmarum, non est seruanda. *Sacra Congr. Rit. in Ostien. cera* 28. *Aprilis* 1607. teste Aldan. *dict.* 14. *num.* 74.

18 Consuetudo quod Passio Domini in Dominica Palmarum, & feria sexta in Parasceue decantetur à Canonicis, debet seruari non obstante Cæremoniali, quo disponitur eam à cantoribus decantandam esse. *Sacra Cong. Rit. in Viterbien.* 7. *Iulij* 1612. penes Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 75.

19 Consuetudo quod durante tempore Paschali cereus accendatur in omnibus solemnitatibus, & Horis, seruanda est, *Sacra Cong. Rit. in Placentina* 19. *Martij* 1607. *in resp. ad dub.* 13. apud Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 76.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius vt thurificetur ante Canonicos consuetudo existens seruanda est.*

2 *Vicarius generalis an sit thurificandus, & an debeat accipere candelam, cinerem, &c. ante vel post Capitulum, consuetudo loci, vel Ecclesiæ seruanda est.*

3 *Diaconus Euangelij quod non thurificet chorum, non est seruanda consuetudo.*

4 *Mansionarij vt ab vna parte thurificentur immediatè post Canonicos eiusdem partis antequam thurificentur dignitates, & Canonici alterius partis, non est seruanda consuetudo.*

5 *Baronis domini loci circa thurificationem seruanda est consuetudo.*

6 *Gubernator vt thurificetur immediatè post Episcopum, seruanda est consuetudo.*

7 *Gubernatores ciuitatum Sedis Apost. qui sunt Referendarij, & vtuntur Rochetto incensandi ante Canonicos consuetudo existens seruanda est.*

8 *Gubernator status quod thurificetur, & habeat pacem ante Rectores, & Curatos Ecclesiarum, consuetudo existens seruanda est.*

9 *Gubernator quod non thurificetur, nec osculetur librum Euangelij, nec habeat pacem immediatè post Episcopum, consuetudo existens seruanda.*

Consuetudo circa thurificationem.

COLLECT. CCXXVI.

1 CONsuetudo vt Vicarius thurificetur ante Canonicos seruanda est, siue qui thurificat, sit Canonicus, siue Acolytus. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in resp.* quam refert Sellius *in selectu Canon. cap.* 56 *num.* 53.

2 Consuetudo loci, vel Ecclesiæ seruanda est an Vicarius Generalis sit thurificandus, & debeat accipere candelam, cinerem, palmam, & adorare Crucem ante vel post Capitulum. *Sacra Cong. Rit. in Neocastren.* 16. *Ianuarij* 1607. quam citat Sellius *d cap.* 56. *num.* 54.

3 Consuetudo quod Diaconus Euangelij non thurificet chorum non est seruanda. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina* 15 *Martij* 1608. *in resp ad dub.* 10. de qua meminit Sellius *d cap.* 56. *n* 55.

4 Consuetudo vt Mansionarij ab vna parte thurificentur immediatè post Canonicos eiusdem partis antequam thurificentur dignitates & Canonici qui sedent ab alia parte chori, non est seruanda. *Sacra Cong. Rit. in Placentina* 19. *Maij* 1607. *in resp. ad dub.* 3. penes Sellium *d. cap.* 56. *num.* 57.

5 Consuetudo loci seruanda est circa thurificationem Baronis Domini loci: *Sacra Cong. Rit. in S. Agathæ.* 17. *Nouembris* 1607. apud Sellium *d. cap.* 56. *num.* 58.

6 Consuetudo vt Gubernator thurificetur immediatè post Episcopum seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in dicta Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in resp. ad dub.* 4. cuius meminit Sellius *d. cap.* 56. *num.* 59.

7 Consuetudo incensandi Gubernatores ciuitatum Sedis Apost. qui sunt Referendarij, & Prælati, & vtuntur rochetto, ante Canonicos post Episcopum, seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Cesenaten.* 7. *Decembris* 1601. referente Sellio *d. cap.* 56. *num.* 60.

8 Consuetudo quod Gubernator status thurificetur, & habeat pacem ante Rectores, & Curatos Ecclesiarum, seruanda est. *Sacra Cong Rit. in Gorian.* 5. *Iulij* 1603. teste Sellio *d cap.* 56. *n.* 61.

9 Consuetudo laudabilis quod Gubernator non thurificetur, nec osculetur librum Euangelij, nec habeat pacem immediatè post Episcopum, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Tullen* 2. *Augusti* 1603. quam adducit Sellius *d cap.* 56. *num.* 62.

SVMMARIVM.

1 *Cera deferenda in processionibus Sanctissimi Sacramenti quod fumatur ex mensa Episcopali, si existat consuetudo, illa seruanda erit.*

2 *Processionem Sanctissimi Sacramenti faciendi consuetudo in oppido Paganorum Nucerinæ diœcesis, seruari mandatur.*

3 *Processiones dum fiunt, si existat consuetudo quod non genuflectatur ante Sanctissimum Sacramentum, illa debet declarari abusus.*

4 *Consuetudo solita circa Ordinem procedendi in processionibus, quæ fiunt per annum seruanda est.*

5 *Episcopus vt possit in processionibus deferri facere post se sedem in qua sedeat, dum processio consistit, etiam præsente Magistratu Regio, si consuetudo vigeat, illa seruanda erit.*

Consuetudo circa processiones

COLLECT. CCXXVII.

1 CONsuetudo vt cera deferenda in processione Sanctissimi Sacramenti, fumatur ex mensa Episcopali seruanda est *Sacra Cong. Rit. in Neruonen.* 4. *Martij* 1606. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 77.

2 Consuetudo faciendi processiones sanctissimi Sacramenti Dominica infra octauam ipsius festi per Confraternitatem Corporis Christi in oppido Paganorum Nucerinæ diœcesis, & celebrandi Missas summo mane, seruari mandatur. *Sacra Congreg. Rit. in Nucerina Paganorum* 15. *Nouembris* 1605. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 14. *num.* 78.

3 Consuetudo vt non genuflectatur ante sanctissimum Sacramentum dum fiunt processiones, declaratur abusus. *Sacra Congr. Rit. in Pacen.* 14. *Decembris* 1602. penes Aldan *d. cap.* 14 *num.* 79.

4 Consuetudo solita circa Ordinem procedendi in processionibus quæ fiunt per annum seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Camerinen.* 30. *Augusti* 1602. referente Aldan. *d. cap.* 14. *num.* 80.

5 Consuetudo

5 Consuetudo vt Episcopus possit in processionibus deferri facere post se sedem, siue sellam, in qua sedeat, dum processio consistit, seruanda est tam absente quam præsente Magistratu Regio. *Sacra Congr. Rit. in Granaten, 10. Martij 1608. teste Aldano d.c. 14. num. 81. Vide in verbo Processio collect. 605. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius vt præcedat Archipresbytero in absentia Archiepiscopi si consuetudo vigeat, quomodo intelligenda declaratur.*

2 *Vicarius generalis vt præcedat Dignitatibus, & Canonicis paratis, si vigeat consuetudo, illa vtique seruanda erit.*

3 *Vicarius generalis vt tam præsente quam absente Episcopo præcedat Gubernatorem in temporalibus, si existat laudabilis consuetudo, illa seruanda erit.*

4 *Hebdomadarius etiam non paratus vt præcedat aliis Canonicis, non autem Dignitatibus, si adsit consuetudo, illa vtique seruanda erit.*

5 *Canonici Diaconales, & Subdiaconales vt præferantur Canonicis Presbyteralibus posterius receptis consuetudo existens, abusus declaratur.*

6 *Confraternitas laicorum vt præcedat Clericis non consuetudo sed abusus est.*

7 *Ecclesiæ consuetudo seruanda est circa locum, & vocem in Capitulo inter Canonicos præbendatos, & non præbendatos.*

8 *Canonici vt obtineant locum secundum tempus admissionis, licet præbendæ sint distinctæ, si consuetudo existat, quando obseruanda.*

9 *Consuetudo solita in actu præstandi obedientiam Episcopo, seruanda est.*

10 *Sedes vt cum strato paretur in Ecclesia pro Gubernatore Prælato si existat consuetudo seruanda erit.*

11 *Magistratus vt associet Episcopum in Ecclesia & medium inter officiales Magistratus deducant, existens consuetudo seruanda est.*

12 *Gubernator Ciuitatis vt habeat sedem intra chorum si consuetudo existat, tollenda est.*

13 *Sedes laicorum Præfecti, seu Commendatarij vt locentur in Presbyterio apud Altare consuetudo existens non est seruanda.*

14 *Consuetudo seruanda est circa locum in quo sedere debet Vicarius.*

Consuetudo circa præcedentiam, locum, & sedem.

COLLECT. CCXXVIII.

1 CONsuetudo vt Vicarius præcedat Archipresbytero in absentia Archiepiscopi locum habet quando Archiepiscopus absens est à choro, vel ab Ecclesia, licet præsens sit in ciuitate. *Sacra Congr. Rit. in Arboren. 20. Nouembris 1610.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 14. n. 82.*

2 Consuetudo vt Vicarius Generalis præcedat Dignitatibus, & Canonicis paratis, seruanda est. *Sacra Congr. Rit. in Castellanaten. 25. Septembris 1611.* de qua meminit Aldan. *d. tit. 14. num. 83.*

Consuetudo laudabilis vt Vicarius generalis tam præsente quam absente Episcopo præcedat Gubernatorem in temporalibus, seruanda est. *Barbos. Apost. Decis. Sum.* *Sacra Cong. Rit. in Rauennaten. 28. Aprilis 1607.* penes Sellium *in selectis Canon. cap. 26. num. 72.*

4 Consuetudo vt hebdomadarius etiam non paratus præcedat aliis Canonicis, non autem Dignitatibus, seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Adrien. 20. Decembris 1601.* apud Sellium *d. cap. 26. n. 73.*

5 Consuetudo vt Canonici Diaconales, & subdiaconales præferantur Canonicis Presbyteralibus posterius receptis, abusus declaratur. *Sacra Cong. Rit. in Saonen. 15. Aprilis & 11. Octobris 1601. & in Neapolitana 23. Maij 1602. & in Tropien. 17. Iunij 1606.* Sed in Ecclesiis Collegiatis talem consuetudinem seruandam esse censuit *Eadem sacra Cong. in causa Vrbis sancta Maria Rotunda 16. Decembris 1606.* quarum meminit Sell. *d. c. 26. n. 74.*

6 Consuetudo non est, sed abusus vt Confraternitas laicorum præcedat Clericis. *Sacra Congreg. Rit. in Eluen. 10. Ianuarij 1604. in resp. ad 6. dub.* referente Aldano *d. tit. 14. n. 84.*

7 Consuetudo Ecclesiæ seruanda est circa vocem & locum in Capitulo inter Dignitates, & Canonicos præbendatos, & non præbendatos. *Sacra Cong. Rit. in Egitanien 21. Maij 603* cuius meminit *in tract. de Canon. & Dignit. c. 18. sub n. 12.*

8 Consuetudo Ecclesiæ vt Canonici obtineant locum secundum tempus admissionis, licet Præbendæ sint distinctæ in Presbyterales, Diaconales, & subdiaconales, quando omnes sunt actu Presbyteri & seruiunt in celebrandis Missis, &c. seruanda est. *Sacra Congreg. Rit. in Saonen. 10. Ianuarij 1604.* teste Sellio *d. cap. 26. num. 75.*

9 Consuetudo solita in actu præstandi obedientiam Episcopo, seruanda est, vt scilicet prius illi vocentur, qui in Ordine susceptj sunt. *Sacra Congr. Rit. in Neritonen. 4. Martij 1606.* quam adducit Sellius *d. cap. 26. num. 76.*

10 Consuetudo siue vsus quod in Ecclesia pro Gubernatore Prælato sedes cum strato paretur, seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Fulginaten. 30. Ianuar. 1610.* apud Sell. *d. c. 26. n. 77.*

11 Consuetudo vt Magistratus associet Episcopum in Ecclesia, & medium inter officiales Magistratus deducant, seruanda est. *Sacra Cong. Rit. in Æsina 3. Augusti 1601.* penes Aldan. *d. tit. 14. num. 86.*

12 Consuetudo vt Gubernator ciuitatis habeat sedem intra chorum, tollenda est, sed extra in loco decenti habere debet. *Sacra Congr. Rit. in Signina 4. Iulij 1615.* de qua Aldan. *d. tit. 14. num. 87.*

13 Consuetudo vt sedes laicorum Præfecti seu Commendatarij locentur in presbyterio apud Altare non est seruanda. *Sacra Congr. Rit. in Egitanien. 10. Iunij 1602,* referente Sellio *d. cap. 26. num. 79.*

14 Consuetudo seruanda est circa locum in quo sedere debet Vicarius, & nullo modo alteranda. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina 15. Martij 1608. in resp ad 3. dub.* teste Sellio *d. cap. 26. num. 80.*

Vide in verbo *Præcedentia collect. 590.*

Contributio pro seminarij constructione, & sustentatione, vide supra *verbo Seminarium collect. 667 & seqq.*

Controuersia super præcedentia, vide in verbo *Præcedentia collect. 590.*

Conuentualis Missa, vide in verbo *Missa Conuentualis collect. 477.*

Conuentuales Fratres S. Francisci, vide *in collect. 386. num. 4. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 & 2 *Moniales conuersæ, quæ ad Monasteriorum pauperum subleuamen ad conquæritandas eleemosynas mittuntur, qua ætate, & quomodo id munus exequi debeant.*

3 *Moniales conuersæ non debent permitti vt exeant, aut videri se sinant, ad effectum claudendi, vel aperiendi ianuam monasterij.*

4 *Conuersa supranumeraria prædita qualitatibus necessariis debet capitulariter, votisque secretis, & cum dote duplicata admitti.*

5 *Dos non spectetur in admissione conuersarum sed necessitas monasterij.*

6 *Moniales S. Claræ non habent regulariter conuersas.*

7 *Conuersi non debent recipi ante vigesimum suæ ætatis annum.*

8 *Nouitiatus annum iterare debent Conuersi si ad statum clericorum se transferant.*

9 *Conuersi habentes licentiam à Papa se transferendi ad statum Clericalem de licentia Superiorum, debent requirere licentiam & consensum Generalis Ordinis, & Prouincialis suæ prouinciæ.*

Conuersæ, Conuersi.

Collect. CCXXIX.

1 COnuersæ, quæ ad monasteriorum pauperum subleuamen ed conqueritandas aleemosynae mittuntnt, 45. ætatis annum, excedant, & extra clausuram minimè pernoctent, nisi in casu necessitatis, & tunc hospitio excipiantur in ædibus proximorum consanguineorum, aut eliarum piarum matronarum. *Sacra Congr. Episcop & Regular. in Bononien. de anno* 1595. testibus Aldan. *in compendio Canonic. resolut lib* 2. *tit.* 10 *num.* 5 Geuent. *in manuali Episcopor. verbo Monialium clausura num.* 18. Lezana *in sum quæst. Regul. tom.* 1 *cap.* 25. *num* 17. *vers. circa*. Ioann. Maria Nouar *in lucerna Regul. Verbo Conuersa num.* 4.

2 Conuersæ Moniales ad quæstuandum mitti possunt, si aliter Moniales sustentari non possint, dummodo ad minus 40. ætatis annum excedant, non sint pulchræ, nec modo aliquo extra monasterij clausuram pernoctent, & in illis monasteriis, quæ nisi dictas Conuersas ad quæstuandum mittant, manutenere non possunt, deinceps puellis monasticum habitum tradi, nec educationis causa illæ in eis introduci possunt absque Sedis Apost. speciali licentia. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Bononien.* 14. *Aprilis* 1615. referentibus Aldan. *d. tit.* 10. *num.* 6. Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Conuersæ à num.* 5.

3 Conuersæ non debent permitti vt exeant, aut videri se sinant ad effectum claudendi, vel aperiendi ianuam monasterij, sed id munus alteri extra clausuram degenti committatur. *Sacra Cong. Episcop. & Regul sub die* 20. *Septembris* 1594. cuius meminerunt Aldan *d. tit.* 10. *num* 4. Lezana *d. tom.* 1 *cap.* 25. *num.* 17. *vers. circa*. Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Conuersa, num.* 2.

4 Conuersa supranumeraria prædita qualitatibus necessariis debet capitulariter, votisque secretis Monialium admitti, & dotem duplicatam soluere à Conuersis persolui solitam, ac tempore debito professionem emittere. *Sacra Congr. Episcop. & Regular.* de qua Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Conuersa, num.* 3. & Ego *de iure eccles. vniuers. lib* 1. *cap.* 44. *num.* 40.

5 Conuersarum in admissione non spectetur dos sed necessitas monasterij. *Sacra Cong. Conc.* 6 & 20. *Martij* 1596. cuius meminit *d. lib.* 1. *c.* 44. *n.* 41.

6 Conuersas non habent regulariter Moniales S. Claræ. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Tarentina* 12. *Aprilis & Fulignen.* 22 *Nouembris* 1619. penes Ioann. Mar. Nouar. *d. verbo Conuersa*, *n.* 1. & metipsum *d. lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 43.

7 Conuersi non debent recipi ante vigesimum ætatis suæ annum ex decreto *Clementis VIII. & sacra Congr. Regul.* vt testatur Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo Ætas, num* 5. *in fine.*

8 Conuersi si ad statum clericorum se transferant annum nouitiatus iterere debent. *S. Congr. Conc. de anno* 1618. cuius meminit Laurent. de Peyrinis *de Prælato Relig. tom.* 1. *quæst.* 3. *c.* 1. §. 5. *n.* 148. licet ipse non approbet.

9 Conuersi habentes licentiam à Papa se transferendi ad statum clericalem de licentia Superiorum, tenentur requirere licentiam, & consensum Generalis Ordinis, & Prouincialis suæ Prouinciæ. *Sacra Congr. Conc.* 5. *Augusti* 1630. quam refert Laurent. de Peyrinis *d. tom.* 1. *quæst.* 3. *cap.* 1. §. 5. *num.* 148.

SVMMARIVM.

1 *Virgines nullæ recipiantur ad habitum monachalem, aut educationem in Monasteriis Monialium Conuertitarum.*

2 *Professionem emittere possunt Conuertitæ eo ipso quod ingrediuntur Monasterium.*

3 *Conuertitæ an & quando debent permitti vt ad quæstuandum exeant.*

Conuertitæ.

Collect. CCXXX.

1 COnuertitarum Monialium in Monasteriis nullæ Virgines recipiantur ad habitum monachalem aut ad educationem, *Sacra Cong. Episcop. & Regular. in Valentina* 17. *Decemb.* 1602. teste Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul verbo Conuertita n.* 2.

2 Conuertitæ eo ipso quod ingrediuntur Monasterium, possunt emittere professionem iuxta Bullam Pontificia ante Concilium emanatam, quæ non est sublata per Concilium *sess.* 25. *c.* 15. *de Regular.* ex eo quod per cap. 18. in fine eiusdem *sess.* 25. præseruantur earum constitutiones; ergo multo magis hoc priuilegium Pontificis. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die* 11. *Ianuarij* 1650. cuius meminerunt Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 16. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Conuertita n.* 1. Ego *de officio & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 101. *n.* 34. *in fine, & de iure eccles. vniuerso lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 113.

3 Conuertitarum in Monasteriis, dummodo ita pauperes existant, vt nisi Moniales ad quæstuandum transmittat, aliunde commodè sustentari nequeant, permittendum est ed quæstuandum exire, dummodo ad minus 40. ætatis annum excedant, non sint pulchræ, nec modo aliquo extra Monasterij

Monasterij clausuram pernoctent. *Sacra Cong. Episcop. & Regular. in Bononien 14. Aprilis* 1615 penes Aldan. *d. lib.2. tit. 10. n. 2.* quem refero *in collect. ad Trident. sess. 25. de Regular. c.5. n. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Festiuitas Corporis Christi feria quinta post octauam Pentecostes celebratur.*

2 *Processionem facere in quacunque die infra octauam Corporis Christi omnibus licet.*

3 *Interdicti tempore apertis Ecclesiarum ianuis celebrari potest festiuitas Corporis Christi.*

4 *Cantiones vulgari sermone cantare non licet in festiuitate sanctissimi Sacramenti.*

5 *Ieiunium est anticipandum die præcedenti si festiuitas Corporis Christi incidat in Vigilia sancti Ioannis Baptistæ.*

6 *Officium Corporis Christi qualibet feria quinta possunt celebrare Fratres Minores, aliquibus exceptis.*

7 *Corporis Christi in processione deferendum est Tabernaculum sanctissimæ Eucharistiæ non Sacerdotum humeris, sed manibus tantum celebrantis, non obstante quauis contraria consuetudine.*

Corporis Christi festiuitas.

Collect. CCXXXI.

1 CORporis Christi festiuitatem feria quinta post octauam Pentecostes quotannis celebrari iussit *Vrbanus IV. in sua Constit. 1. incip. Transiturus, de anno* 1262. apud Laërt. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 94. aliàs pag. 118.* in nouiss. impress. & Hispanico sermone penes Fr. Ferdin. del Castillo *in historia sancti Dominici lib. 4. c. 48.* & P. Ribadeneyra *in Flos Sanctorum tom. 1. in festo sanctissimi Sacramenti pag. 79. cum seqq.* Gauant. *in rub. Missal. p. 4. tit. 12. num. 2.*

2 Corporis Christi festiuitatis infra octauam in quacunque die omnibus licet processionem facere, literis Pij V. & cæteris contrariis non obstantibus. *Gregorius XIII constit. 10.* incip. *Cùm interdùm, de anno* 1573. apud Laërt. Cherub. *tom. 2. pag. 371.*

3 Corporis Christi festiuitatem tempore interdicti apertis Ecclesiarum ianuis celebrari posse statuit *Martinus V. constit. 12.* incip. *Ineffabile 7. Kalend. Iunij* 1429. apud Laërt. Cherub. *tom. 1. pag.* 281. aliàs *pag. 248.* in nouissima impress.

4 Corporis Christi, siue sanctissimi Sacramenti in festiuitate non conuenit cantare cantiones in vulgari sermone *Sacra Cong. Rit. in Abulen. 12. May* 1609. cuius meminit Aldan. *in Compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 29 n. 10.*

5 Corporis Christi festiuitas si incidat in Vigilia sancti Ioannis Baptistæ, prout incidit de anno 1639. non est in ea ieiunandum sed anticipandum ieiunium die antecedenti. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Cùm euenire, 14. Octobris* 1638.

6 Corporis Christi officium iuxta Breuiarium Romanum vt possint Fratres Minores sancti Francisci de Obseruantia qualibet feria quinta celebrare, facultas conceditur, præterquam tempore Quadragesimæ, & Aduentus, & quando occurrerit festum, vel eius Octaua in dicta quinta feria. *Pius V. constit. 52.* incip. *Expont nobis, de anno* 1568. apud Laërt. Cherub. *tom. 2. pag.* 247.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

7 Corporis Christi in processione deferendum est Tabernaculum sanctissimæ Eucharistiæ non Sacerdotum humeris, sed manibus tantùm celebrantis, non obstante quauis contraria consuetudine. *Sacra Congr. Rit. die 2. Iunij* 1618. de qua Gauant. *in rub. Missal. p. 4. tit. 12. n. 4.* Lezana *in sum quæst. Regul. tom. 1. cap. 10. num. 19. in fine.* Ego *de Paroche, cap. 20 num. 50.*

Corpora defunctorum. Vide in verbo *Cadauer, collect. 76.* & in verbo *Defunctus, collect. 245.*

Credo, hoc est symbolum fidei.

Collect. CCXXXII.

1 DE symbolo Fidei, siue Credo, Roffin. *in tract. huius assumpti,* Turrec. *lib. 1. sue sum. c.* 19. Petr. de Ledesma *in sum p. 1. tract. de Doctrina Christiana, à princ.* Ban *in 22. S. Thomæ, q. 1. art. 9.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 5.* Molfes. *in sum. Theolog. moralis tract. 1. cap. 2.* Diego de Guzman *de la excelencia del Sacrificio de la ley Euangelica p. 2. c. 7. §. 2.* Ioan. Serran. *in expositione Missæ p. 1. n. 90. cum seqq.* Simon Vaz Barbosa frater meus *in tract. de significatis mysteriosis Sacrificij Missæ c. 43.*

2 Credo, & Gloria in excelsis Deo, dici potest in Missis votiuis, quæ celebrantur pro re graui; & potest dici res grauis quando ab Episcopo & vniuerso Clero, & ciuitate Missa votiua solemniter celebratur cum interuentu Magistratus, & populi, excepto tantum quando Missa celebratur cum paramentis violaceis, vt pro infirmis, vel aliquo actu simili mœstitiæ, aut pœnitentiæ, quia tunc non dicitur *Credo,* nec *Gloria Sacra Cong. Rit. in Placentina, 19. Martij* 1607. *in resp. ad dub. 14.* teste Sellio *in select. Canon. c. 2. n. 73.* & illius meminit Gauant. *in rub. Missalis p. 1. tit. 8. sub. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici sancta Cruciata, aliisque indultis vti non possunt ad effectum eligendi Confessarios, & absoluendi à casibus reseruatis.*

2 *Idem in Fratribus B. Mariæ de Monte Carmelo.*

3 *Idem quoad omnes Fratres & Moniales Mendicantes, & non Mendicantes.*

4 *Cruciata laicis & Clericis secularibus quoad casus reseruatos in foro externo non suffragatur.*

5 *Inhabiles ad consequendas Indulgentias in Regnis Hispaniarum non est necessarium ante, vel post suscipere Bullam Cruciatæ.*

6 *Notariatus & alia officia Cruciatæ à ministris Regiis vendi seu alienari non possunt.*

7 *Moniales Cruciatæ vigore non possunt alios Confessarios eligere præter eos, qui ad audiendas ipsarum Confessiones ab Ordinario approbati fuerint.*

Cruciata Sancta.

Collect. CCXXXIII.

1 CRuciata sancta aliisque Indultis vti minime possunt Fratres Prædicatores ordinis Sancti Dominici ad effectum eligendi Confessarios idoneos ab Ordinario approbatos, & absoluendi à casibus reseruatis Fratres, & Sorores dicti

Ordinis, sed illæ & illi quantum ad Confessionis administrationem suis Prælatis subiecti sunt. *Pius V. constit.* 132. incip. *Romani de anno* 1571. *apud* Laert.
a Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 345. Idem in Fratribus B. Mariæ de Monte Carmelo statuit *Clemens VIII. constit.* 64. incip. *Romani* apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 89. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit.* 13. *Iulij II n.* 3.

3 Cruciatæ sanctæ vigore, qua datur facultas eligendi Confessarium idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absoluere à casibus Ordinario, & Sedi Apost. reseruatis etiam in Bulla Cœnæ Domini, hæresi excepta, contentis, non possunt Regulares vtriusque sexus Confessarios sibi eligere & ab eis absolui à casibus reseruatis etiam in Bulla Cœnæ Domini propter Breue Clementis VIII. apud Suar. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 2. *c.* 16. *vers. secundo.* Sebast. Costa *super Bul. Cruciata q.* 107. *Sacra Congr. Conc. in causa Portugalia & Castilla* 4. *Decembris* 1627. teste Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul verbo Cruciata n.* 1. Et nouissimè S. D. N. *Vrbanus VIII. constit.* 105. incip. *In specula* 19. *Iunij* 1630. §. 3. statuit Cruciatæ Bullam in Fratribus & Monialibus quorumcunque Ordinum & Congregationum, Societatisque & instituti Mendicantium tam prouinciæ Hispaniæ quam extra eam vbilibet constitutorum locum minimè habuisse nec habere, nec in illis vllo modo suffragari potuisse, neque posse, excepto dumtaxat illo quinquennio, quo facultas concessa fuit eisdem Regularibus Confessarium ad effectum eligendi per litteras in forma Breuis expeditas *sub die* 14. *Iunij* 1624. quæ sub alio simili *die* 1629. expirarunt: subdit insuper suæ intentionis fuisse & esse quod iidem Fratres & Moniales quantum ad Sacramenti Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, Ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apost. quoad sibi reseruata subiecti sint, apud Angel. Mariam Cherub *in Bullario tom.* 4. *pag.* 112. & apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in addit. c.* 11. *p.* 497. *in nouiss. impress.*

4 Cruciata sancta laicis & Clericis secularibus cuiuscunque status, gradus, qualitatis & conditionis etiam speciali nota dignæ quoad casus reseruatos etiam in Bulla Cœnæ Domini, hæresi excepta, contentos, non nisi in foro Conscientiæ, non autem in foro externo suffragatur. Vrbanus VIII. *d. constit.* 105. *In specula.*

5 Cruciatæ sanctæ Bullam ante, vel post suscipere non est necessarium ad consequendas in Regnis Hispaniarum Indulgentias Iubilei, quæ à Summis Pontificibus pro tempore concedi consueuerunt. *Sacra Cong. S. R. E. Cardinalium negotiis Indulgentiarum præfecta. S. D. N. Vrbano VIII. approbante sub die* 8. *Februarij* 1631. referente Sellio *in selectis Canon. c.* 13. *n. vlt. vers. deinde.*

6 Cruciatæ Notariatus, & alia officia, cum Ecclesiastica sint, à ministris Regiis vendi, seu alienari non possunt. *Vrbanus VIII. sua Constit.* incip. *Apostolatus officium* 9. *Martij* 1634.

7 Cruciatæ vigore, & facultatis in ea concessæ non possunt Moniales alios Confessarios præter eos, qui ad audiendas ipsarum Monialium Confessiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere. *Sacra Congr. Conc.* apud Fr. Emman. *in explicat. Bulla Cruciata §.* 9. *n.* 24. vbi eius *addit. sect.* 2. *num.* 39. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. constit.* 13. *Iulij II. n.* 3. *in fine.*

Cruciferi Fratres, vide in verbo *Fratres Cruciferi collect.* 379.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Cruce Domini agentes.*
2 *Titulus Crucis Domini quando Romæ inuentus.*
3 *Crux illius Ecclesiæ ad quam corpus defuncti defertur, deferenda est in funeralibus.*
4 *Parochiæ defuncti Crux propria deferenda est in funeralibus.*
5 *Episcopo ingredienti aliquam ciuitatem, vel Ecclesiam Parochialem Crux deosculanda à quo porrigi debeat, ostenditur.*
6 *Processionibus non licet deferre Cruces, vel noua insignia præter solitum.*
7 *Processionibus publicis Crux deferri debet à Regularibus cum velo, non autem discooperta.*
8 *Presbyteri alicuius Ecclesiæ intra limites propriæ Parochiæ non possunt erigere Crucem propriam in processionibus.*
9 *Cappucini vbique locorum in publicis processionibus Crucem propriam erigere possunt.*
10 *Coadiutor Archiepiscopi non debet vti Cruce in diuinis functionibus Pontificiis, & dum incedit per Vrbem.*
11 *Cruci in fine Missæ fit reuerentia.*

Crux.

COLLECT. CCXXXIV.

1 DE Cruce Iacobus Gretserus, Franciscus Costerus *in enchirid.* Anton. Perez *in Laurea Salamantina in relect. de Cruce*, Bernardin. Obicin. *de Regno Christi tract.* 40. *Italice*, Alphons. Ciacon. *in tract. de Crucis signo*, Felix Astulphus *de miraculis Crucis*, Ital. Iacobus Bossius, Iustus Lypsius, Alnoldus Melmannus Manentius Rabanus *de laudibus S. Crucis*, Iodoch. Lorichius *in thesauro nouo Theologico*, Iodoch. Cocci. *in thesauro Catholico*, Petrus Auratus *paradoxo* 5. *vbi* de Crucis adoratione, Azor. *instit. moral p.* 2. *lib.* 1. *c.* 17. Angel. Rocha *in tract. de particula ligni in Apostolico sacrario seruata.*

a Crucis D. N. IESV Christi titulus inuentus fuit Romæ in Ecclesia sanctæ Crucis in Hierusalem, die vltima mensis Ianuarij 1492. Græcis, Hebraicis, & Latinis litteris conscriptus. *Alexander VI. constit.* 4. incip. *Admirabile* 4. *Kalend. Augusti* 1496. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 394.

3 Crux in funeralibus vnica tantùm deferri debet illius Ecclesiæ ad quam corpus defuncti defertur. *S. Congr. Rit. in Narnien. S. Gemini* 30. *Septembris* 1614. penes Lezanam *in sum. quæst. Regul tom.* 3. *verbo Crux n.* 2. *& in Camerinen.* 21. *Nouembris* 1637. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul tom.* 3. *in fine*, vbi *de decretis nouissimis Sacræ Cong. decreto* 101. *in resp. ad* 4. *pag.* 567. Eadem *S. Congr. in Baren. terra Medugni* 2. *Augusti* 1631. *& in Messanen.* 12. *Februarij* 1633. *& in Florentina* 9. *Aprilis eiusdem anni*, quam refert Bousadin. *in thesauro ecclesiast. decis. tit.* 14. *num.* 17.

4 Crux propria parochiæ defuncti deferenda est in funeralibus, non autem Crux antiquæ Parochiæ, ex qua dismembrata fuit Parochia noua de qua est defunctus, & vocati ad funus in eadem propria Parochia debent conuenire. *S. Cong. Rit. in nullius*

in nullius provincia Baren. 22. *Martij* 1631. penes Sellium *in select. Canon. cap.* 26. *num.* 82.

5 Crucem deosculandam porrigere Episcopo ingredienti aliquam ciuitatem spectat ad digniorem illius loci, etiamsi non ad illius Ecclesiam, sed ad aliam Parochialem dirigatur. Cum verò ingreditur Parochialem Ecclesiam debet hoc præstari à digniore illius Ecclesiæ, licet sint præsentes Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ. *Sacra Cong. Rit. in Calaguritana* 1. *Iunij* 1601. apud Sellium *d. c.* 26. *num.* 83.

6 Cruces, vel noua insignia præter solitum in processionibus deferre non licet. *Sacra Cong. Rit. in Caropolitana nullius* 4. *Martij* 1606. cuius meminit Sellius *d. cap.* 26. *num.* 84.

7 Crux in processionibus publicis debet à Regularibus deferri cum velo, seu pallio appenso, non autem discooperta, vt defert Clerus secularis. *S. Cong. Rit. in Neapolitana* 14. *Ianuarij* 1617. vbi de Canonicis Regularibus Lateranensibus: de qua meminere Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Crux num.* 1. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *sub eodem verbo n.* 1. Gauant. *in rubricas Breuiarij p.* 1. *tit.* 19. *n.* 3. *lit. E.*

8 Crucem propriam in processionibus erigere non possunt Presbyteri alicuius Ecclesiæ intra limites propriæ Parochiæ, sed debent incedere sub Cruce Parochiæ. *Sacra Cong. Rit. in Vrbis* 12. *Martij* 1616. quam adducit Sellius *d. cap.* 26. *num.* 85.

9 Crux propria quod possit à Capucinis de nouo erigi in processionibus in ciuitate Salernitana, licet prius incederent sub Cruce Conuentualium, censuit *Sacra Cong. Rit. in Salernitana* 30. *Aprilis* 1616. iam nunc ex speciali Pauli V. concessione huiusmodi Fratres Capucini vbique locorum in publicis processionibus Crucem propriam ad formam Constitutionis Gregorij III. incip. Exposcit, deferre possunt, & valent, vt apparet ex sua *Constit.* 9. incip. *Pastoralis officij die* 12. *Octobris* 1617. refert Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Crux num.* 2.

10 Cruce in diuinis functionibus Pontificiis, & dum incedit per Vrbem, vti non debet coadiutor Archiepiscopi, cum Crux sit signum, & ornamentum dignitatis, & iurisdictionis, & coadiutor vtraque careat. *Sacra Cong. Rit. nomine Cardinalium Paleotti, & Veronen. sub die* 31. *Ianuarij* 1561. *in resp. ad* 2. referentibus Prosper. de Augustino *ad Quarant. in sum. Bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas, auctor.* 13. *n.* 12. *in fine*, Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 10. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 107.

11 Cruci in fine Missæ ad quodcumque Altare celebratæ fit reuerentia infra gradus capite semper aperto. *Sacra Cong. Rit.* 28. *Augusti* 1617. apud Gauant. *in rub. Missalis p.* 2. *tit.* 11. *num.* 6.

Cubiculario ad bussulam Sanctissimi, ac proinde absenti à residentia non debentur distributiones, vide in verbo distributiones *collect.* 258. *n.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Animarum cura quomodo exercenda in Parochialibus vnitis Capitulis Cathedralium, seu Collegiatarum Ecclesiarum.*

2 *Distributiones quotidianas lucrantur cura animarum incumbentes sua dignitati, vel Canonicatui dum sunt in actu administrandi Sacramenta.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

3 *Exercentes curam animarum etiam in Parochialibus Hierosol. Religionis tenentur accedere ad Congregationes, quæ iussu Episcopi ad casus Conscientiæ differendos habentur.*

4 *Vicarius amouibilis deputatus arguit curam actualem esse penes deputantem.*

5 *Episcopus potest de consensu Capituli transferre curam animarum toti Capitulo Cathedralis incumbentem per viam vnionis perpetuæ in certam personam.*

6 *Coadiutores ab Episcopo approbati adiungendi sunt, vbi cura animarum exercenda est per ipsos Canonicos, quibus imminet, si minus sufficiant.*

7 *Curati in Ecclesiis Regularium, siue seculares sint, siue Regulares, ad arbitrium Superiorum ipsorum Regularium poni debent, dummodo ab Episcopo prius examinentur & approbentur.*

8 *Portio Vicarij Collegiatæ assignanda est ex bonis Archipresbyteri, & Capituli si illis imminet illius cura animarum.*

9 *Monachi ad nutum suorum Superiorum amouibiles possunt exercere curam animarum in Ecclesiis Parochialibus, quæ sunt membra Monasteriorum Congregationis Cassinensis.*

Cura animarum.

COLLECT. CCXXXV.

1 CVra animarum in Parochialibus vnitis Capitulis Cathedralium seu Collegiatarum Ecclesiarum ita exercenda: primò si incumbit certæ personæ per illam exercenda est: si imminet toti Capitulo, vt per singulos per vices exerceatur, cogendi sunt ad illam exercendam, vt notatur *in cap. statuta, de elect. lib.* 6. si spectat ad illorum mensam, ita vt institutio illarum personarum, quæ illam curam exercent à nullo Superiore facienda esset, Canonici non possunt compelli, vt nec per se ipsos, nec per Vicarios perpetuos illam exerceant, gloss. verbo mensam *in Clem.* 1. *de excessib. Prælat.* & ibi Card. Imol. & Anchar. Idem dicendum si per Sedem Apost. eis esset indultum vt per temporarios cura exerceatur: sed in istis duobus casibus postremis cogi possunt ad constituendos Vicarios perpetuos. *Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 2. *n.* 9.

2 Curæ animarum incumbentes siue dignitati siue Canonicatui imminenti, dum sunt in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam, distributiones quotidianas lucrantur, & tanquam præsentes in choro habentur. *Sacra Cong. Conc.* referentibus Franc. Leon. *in thesauro fori eccles. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 24. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 335.

3 Curam animarum exercentes etiam in Parochialibus Hierusolymitanæ Religionis tenentur accedere ad Congregationes, quæ iussu Episcopi ad casus Conscientiæ differendos habentur. *Sacra Cong. Conc. sub die* 4. *Maij* 1598. quam citat Sellius *in select. Canon. cap.* 37. *num.* 2.

4 Curam animarum esse penes deputantem arguit Vicarius amouibilis deputatus in illius exercitio. *Sacra Cong. Concil.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 179. *in declar.* 11. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *sub tit. sed an Parochi debeant residere num.* 141. quos refero *de officio, & potest. Parochi cap.* 1. *num.* 65.

5 Curam animarum toti Capitulo Cathedralis Ecclesiæ incumbentem potest Episcopus de consensu Capituli transferre per viam vnionis perpetuæ in certam personam, seu dignitatem eiusdem Ecclesiæ. *Sacra* Cong *Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic part. 9 cap. 2. num.* 190.

6 Cura animarum aut est exercenda per ipsos Canonicos, quibus imminet, aut si minus sufficiant, adiungendi sunt coadiutores ab Episcopo approbati. *Sacra Cong Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2 num.* 198.

7 Curam animarum exercentes, siue seculares, siue Regulares sint, poni debent ad arbitrium Superiorum ipsorum Regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, nisi quod examinati, & approbati prius ab eo debent antequam ponantur. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminere Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. n. 46. pag.* 82. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5 §. 5. *n.* 34. Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regul. verbo* Cura *animarum, n.* 1.

8 Cura vnita Collegiatæ si immineat Archipresbytero, & Capitulo ex bonis Archipresbyteri, & Capituli portio assignanda est. *Sacra* Cong. Conc. quam refert Sellius *in selecto* Canon. *cap.* 6. *n.* 3.

9 Cura animarum in Ecclesiis Parochialibus, quæ sunt membra monasteriorum Congregationis Cassinensis, aut aliàs ab ipsis dependentes, exerceri potest etiam per Monachos ad nutum suorum Superiorum amouibiles. *Vrbanus VIII constit. sua incip. Alias à venerabilibus 6. Septembr* 1638. quam refert Laurent de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in fin. vbi de constit. omniß. Vrbani VIII. pag.* 549.

10 Curam animarum exercentes Regulares, vide in verbo *Regul. collect.* 633. *n.* 15. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarios perpetuos, seu temporarios possunt Ordinarij locorum ponere in Ecclesiis Curatis vnitis monasteriis iuxta dispositionem* Concil. cap. 7. sess. 7. de refor.

2 *Curati quando per substitutos muneri eis incumbenti satisfacere possint?*

3 *Ecclesiarum* Rectores *non possunt ab Episcopo cogi, sed hortari vt subministrent necessaria Presbyteris volentibus celebrare in eorum Ecclesiis.*

4 *Defuncti corpus benedicere debet Curatus, in cuius Parochia defunctus obiit, & non Regulares ad quorum Ecclesiam ille portatur.*

5 *Parochialium Ecclesiarum Curati in publicis processionibus debent procedere secundum antianitatem & prærogatiuam Ecclesiæ.*

6 *Prædicationis munus obire si per se volunt Curati non debent impediri.*

7 *Curati non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum quam ciuium.*

8 *Præcedere Canonicis non debet Curatus in funere sui Parochiani defuncti quando defertur ad Cathedralem.*

9 *Officium facere circa corpus defuncti debet Curatus in sua Ecclesia, ad quam defertur, & non alij Presbyteri etiam Ecclesiæ* Cathedralis.

10 *Stolam deferre debet Curatus in funeribus suæ curæ etiamsi defunctus deferatur ad Ecclesiam* Regularium.

11 *Stolæ ratione debet præcedere Curatus alios Presbyteros etiam* Canonicis *Ecclesiæ* Collegiatæ.

12 *Thurificandus est ante dominum loci* Rector *Ecclesiæ Parochialis.*

13 *Citatio, vel monitio non requiritur ad hoc vt Episcopus cogat Curatum vltra duos menses absentem ad restitutionem fructuum pro rata temporis absentiæ.*

14 *Fratribus quando prohibere possit Curatus ne Confessiones Parochianorum suorum ægrotantium absque eius licentia audiant.*

15 *Ordinarius ponere potest Sacerdotes deputatos ad curam in Ecclesiis Parochialibus subiectis* Commendatori Ordinis *Theotonici.*

16 *Defuncti corpus sepeliri potest sine licentia Parochi quando illam denegat, vel interesse recusat.*

17 *Sacrista, &* Curatus *Cathedralis, etiam quod sint amouibiles, quando interuenit Capitulum, debent præcedere proprio Parocho defuncti.*

18 *Parochus amouibilis Cathedralis in processionibus debet incedere cum Capitulo Cathedralis supra Priores, &* Curatos *perpetuos.*

Curatus.

Collect. CCXXXVI.

1 CVratæ Ecclesiæ si sint vnitæ monasteriis, possunt Ordinarij locorum eas visitare, & ponere in illis Vicarios perpetuos, seu temporarios iuxta dispositionem *cap. 7. sess. 7. de reform. S. Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 2. *n.* 12.

2 Curati cogendi sunt ad subeunda per se ipsos, & non per substitutos ea munera, ad quæ tenentur, tolerandi autem vt per substitutum suppleant in illis tantum casibus, quibus expressis verbis Canonum, decretorumue Concilij permissum eis est, vt per Vicarios, coadiutores, & substitutos, possint officio suo fungi. *Sacra Cong.* Conc. *in nullius 3. Iunij* 1591. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap. 71. n.* 12.

3 Curati, & Rectores Ecclesiarum non possunt ab Episcopo cogi, sed hortari vt subministrent necessaria Presbyteris volentibus celebrare in eorum Ecclesiis. *Sacra Congr. Rit. in Egitanien.* 10 *Iunij* 1602. *in resp. ad 3. dub* quam citat Sellius *d. cap.* 71. *num.* 13.

4 Curatus in cuius Parochia defunctus obiit, & non Regulares, ad quorum Ecclesiam defunctus portatur, debet benedicere corpus defuncti. *Sacra* Cong. *Rit. in Squillacen. 18. Nouembris* 1606. penes Sellium *d. c.* 71. *n.* 14.

5 Curati Ecclesiarum Parochialium in publicis processionibus debent procedere secundum antianitatem, & prærogatiuam Ecclesiæ Parochialis, & non secundum antianitatem & prærogatiuam Religionis, cui Ecclesia Parochialis commissa est. *Sacra Cong Rit. in Asten. 21. Martij* 1609. apud Sellium *d. cap.* 71. *num.* 16.

6 Curati si per se volunt munus prædicationis obire, non debent impediri. *Sacra Cong. Conc.* teste Aldano *in compendio* Canon. *resol. lib.* 1. *tit.* 13. *num.* 4.

7 Curati non debent plus recipere pro tumulandis cadaueribus exterorum quàm ciuium. *Sacra Congr. Conc. sub die* 27. *Maij* 1617. referente Aldan. *d. tit* 13. *num.* 5.

8 Curatus Parochialis Ecclesiæ in funere sui Parochiani defuncti quando defertur ad Cathedralem, non debet præcedere Canonicis. *S. Cong. Rit. in Sutrina* 30. *Augusti* 1602. cuius meminit Sellius *d. c.* 71. *n.* 17.

9 Curatus Ecclesiæ ad quam defertur corpus defuncti debet in sua Ecclesia Officium facere circa

corpus

corpus, & non alij Presbyteri etiam Ecclesiæ Cathedralis. *Sacra Congreg. Rit. in Pisaurien. 10. Decembris 1603. & in Meliten. 18. Nouembris 1606.* etiam præsente Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ. *Eadem Sacra Congr. in Ostien. Cere 28. Aprilis 1607.* quarum meminit idem Sellius *d. cap. 71. num. 18.*

10 Curatus, & non Regulares debet deferre stolam & facere Confessionem in funeribus suæ curæ, etiamsi defunctus sepeliatur in Ecclesiis Regularium. *Sacra Cong. Rit. in Spoletana terre de Visso 20. Iunij 1609.* de qua Sellius *dict. cap. 71. numer. 19.*

11 Curatus ratione stolæ debet præcedere aliis Presbyteris etiam Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ. *Sacra Congreg. Rit. in Nucerina Saxoferrati 24. Octobris 1609.* quam adducit Aldan. *dict. tit. 13. numer. 6.*

12 Curatus siue Rector Ecclesiæ Parochialis tanquam caput Ecclesiæ thurificandus est ante dominum loci. *Sacra Cong. Rit. in Turritana 7. August. 1610.* penes Sellium *d. c. 71. n. 20.*

13 Curatus inferior, qui vltra duos menses absfuit à residentia potest, & debet cogi per Episcopum ad restitutionem fructuum pro rata temporis absentia, iuxta c. 1. sess. 23. de reform. neque ad eam rem requiritur monitio, vel citatio. *Sacra Congreg. Concil.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. cap. 2. numer. 27.*

14 Curatus Fratribus Religiosis prohibere non potest ne Confessiones Parochianorum suorum ægrotantium absque eius licentia audiant, dummodo ab Ordinario prius approbati existant, & postea quam infirmorum Confessiones audierint, statim dictum Curatum certiorent. *Sacra Congreg. Episc. & Regul. in Senogalien. 22. Ianuarij 1616.* referente Sellio *d. c. 71. n. 22.*

15 Curatus, & Sacerdotes deputatos ad curam in Ecclesiis Parochialibus subiectis Commendatori Ordinis Theutonici punire potest Ordinarius ad præscriptū *c. 4. sess. 6. & c. 16. sess. 21. de reform. S. Cong. Conc. in Curien si April. 1631.* teste Sellio *d. c. 71. n. 24.*

16 Curatus requisitus pro sepeliendo mortuo in alia Ecclesia, si interesse recuset, vel petitam licentiam deneget, poterit in dicta alia Ecclesia sepeliri defuncti corpus sine ipsius interuentu, & licentia. *Sacra Cong. Rit.* 21. *Decembris 1629.* cuius meminit *de iure ecclesiastico vniuerso lib. 2. c. 10. n. 23.*

17 Curatus & Sacrista Cathedralis etiam quòdsint amouibiles quando interuenit Capitulum dictæ Cathedralis, debent præcedere proprio Parocho defuncti, *Sacra Cong. Rit. in Pisauren. 22. Martij 1633.* de qua Sellius *d. c. 71 n. 25.*

Curatus amouibilis Cathedralis in processionibus debet incedere cum Capitulo dictæ Cathedralis supra Priores, Plebanos & Curatos perpetuos beneficiatos, *Sacra Congr. Rit. in Callien. 9. Aprilis 1633.* quam refert Sellius *d. c. 71. n. 26.*

18 Vide plura alia in verbo *Parochus, collect. 553. cum seqq.* & in verbo *Rector. 6. 29.* & in verbo *beneficium Curatum, collect. 63.*

Cursores Papæ.

Collect. CCXXXVII.

1 De eorum potestate, & in quibus causis citata ac intimare valeant, *Iulius II. constit. 1 4.* incip. *Cùm sicut, 15. Kalend. Septembris 1507.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 427. Clemens VII. constit. 34.* incip. *Et si, 5. Iulij 1532.* apud Laert. Cherub. *eod. tom. 1. pag. 602.* alias *pag. 579.* in nouiss. impress.

2 Cursores Papæ debent diem futuræ Cameræ Apostolicæ postridie intimare *Pius IV. constit. 87.* incip. *Cùm inter, Kalend. Nouembris 1564.* apud Laert. Cherub. *tom. 1 pag. 121.*

Cursores Papæ, & non Mandatarij Vicarij Vrbis in publicis processionibus ac funeralibus clanes argenteas deferre debent, *Sacra Congr. Rit. in Vrbis 17. Martij 1613.* penes Sellium *in selectis Canon. c. 20. nu. 32.*

Damnum.

Collect. CCXXXVIII.

1 Causa damnorum datorum per clericos, & ecclesiasticos, seu per eorum animalia, necnon per familiares, ministros & colonos Episcoporum, & mensæ Episcopalis, etiam laicos, seu eorum animalia in bonis quibuscunque tam Ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum quàm etiam laicorum, spectat ad Curiam Episcopalem priuatiuè. Si verò laici eorumve ministri, & animalia damnificent bona Ecclesiarum & personarum Ecclesiasticarum, Curia Episcopalis procedere potest tanquam in causis mixti fori. At quando coloni, & ministri Ecclesiarum, clericorum, & ecclesiasticorum cum animalibus propriis bona laicorum damnificant, cognitio tam quoad bona quàm quoad personas laicorum, & eorum animalia spectat ad Iudicem laicum priuatiuè: sed si cum animalibus ecclesiasticorum, vel Ecclesiarum quoad personas spectat ad laicum, quo vero ad animalia spectat ad Curiam ecclesiasticam *Sacra Congr. controuersiis iurisdictionalibus præposita in vna Terracinen.* teste Sellio *in selectis Canon. c. 22 n 8.*

Datarius.

Collect. CCXXXIX.

Datarij officium & potestas Sede Apost. vacante expirat, & ille datas ante mortem Pontificis adnotatas extēdere non potest, & supplicationes gratiarum, & iustitiæ, etiamsi datæ fuerint, collegio Cardinalium statim sub sigillo clausas præsentare tenetur. *Pius IV. constit. 63.* incip. *In eligendis, 7. Id. Octobris 1562.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 91.* alias *pag. 69.* in nouiss. impress.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium discussionis, cessionis bonorum, siue cap. peruenit, & cap. Odoardus, impetrantes causam intra tres menses terminare tenentur.*

2 *Biretum viride in Vrbe sumere & gestare tenentur qui petunt admitti ad beneficium* cap. peruenit, & cap. Odoardus

3 *Debitores fraudulenti ad Ecclesiam cum bonis confugientes ab ea eiciendi sunt.*

4 *Debita contracta ab vno ex fratribus in communione*

viuentibus ex integro ex illius portione sunt persoluenda.

6 *Bona in creditorum praeiudicium ad Ecclesiam transportata, Iudici seculari consignanda sunt, vt illa cui de Iure adiudicet.*

Debitor.

Collect. CCXL.

1 DEbitores impetrantes beneficium discussionis, cessionis bonorum, aut dilationes quinquennales, siue *cap. peruenit, & cap. Odoardus*, causas intra tres menses terminare tenentur. *Clemens VII. constit.* 16. incip. *Cum ex multorum, de anno* 1530. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag* 489. in nouiss. impress.

2 Debitores in Vrbe petentes admitti *cap. peruenit, & cap. Odoardus*, tenentur sumere, & gestare birretum viride. *Pius IV. constit.* 39. incip. *Cupientes*, 2. *Octobr. de anno* 1561. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 53. aliàs *pag* 40. in nouiss. impress. & illius memini *de iure eccles. vniuerso lib.* 1. *cap.* 39. §. 6. *num.* 2.

3 Debitores fraudulenti ad Ecclesiam cum bonis confugientes, non debent ibi multo tempore tolerari, sed ab Ecclesia sunt eiiciendi. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Baren.* 12. *Martij* 1600. teste Aldan. *in fauo. Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 15.

4 Debita contracta ab vno ex fratribus in communione viuentibus, non sunt imputanda alteri fratri, sed ex integro ex illius portione sunt persoluenda. *Sacra Congreg. Conc. die* 3. *Decembris* 1623. per *l. ex parte §. filius*, vbi Bart. & alij *ff famil. ercisc.* Bald. *cons.* 445. *n.* 1. *ad med. vers. item cum praedictos fratres lib.* 3. Paul. de Castro *cons.* 358. *n.* 3. *lib.* 2. Alexand. *cons.* 76. *n.* 12. *lib.* 4.

5 Debitores res & bona in creditorum praeiudicium ad Ecclesias transportare non debent, sed iudici seculari consignanda sunt, vt illas, & illa cui de Iure adiudicet, *Sacra Cong Episcop. & Regul. sub die* 1. *Decembris* 1617. penes Aldan. *dict. tit.* 8. *numer.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Decani officio, & munere agentes.*

2 *Auditorum Rotae Decanatus spectat ad Auditorem in Vrbe tempore vacationis praesentem, aut ex causa publica absentem.*

3 *Cardinalium Decanatus si vacat antiquiori Episcopo Cardinali praesenti in Curia, aut ex causa publica absenti defertur.*

4 *Praeminentia aliqua in choro pertinent Decano Capituli, & non Cantori.*

5 *Canonici exire volentes de choro ne punctentur veniam petere debent non Cantori, sed Decano digniori de Capitulo.*

6 *Episcopum quando ex debito associare teneantur Decanus, dignitates, & Canonici.*

7 *Episcopo celebranti tenentur assistere Decanus, dignitates, & Canonici.*

8 *Missam celebranti Decano in diebus solemnibus qui assistere, & ministrare debeant.*

9 *Gubernatoribus Capitularibus electis Sede vacante praecedere debent Decanus, & antiquiores, & digniores Canonici.*

10 *Canonico parato Officium facienti debet cedere primum locum Decanus.*

11 *Decanus cum aliquibus Canonicis, caeteris insciis, & extra locum Capitularem nihil potest determinare.*

12 *Zamoren. Ecclesiae Decano conceditur vsus Rochetti, & facultas benedicendi paramenta vbi non adhibetur sacra Vnctio.*

13 *Carnotensis Ecclesiae Decano qualiter concessa facultas benedicendi paramenta?*

14 *Puteolanae Ecclesiae Decanus declaratur prima dignitas, ac proinde ad ipsam spectare omnes functiones Episcopales, absente vel impedito Episcopo.*

15 *S. Agathae Gothorum Decano conceditur manutentio in possessione exercendi actus Presbyterales contra Archidiaconum.*

16 *Praepositus vt quis vocetur qui antea vocabatur Decanus conceditur.*

Decanus.

Collect. CCXLI.

1 DE Decani officio & munere Petrus Crespet. *in summ. Catholica Fidei. verbo Decanus.* Fr. Hieron. Roman. *de Republic. Christ. lib.* 3. *c* 10. *in princ.* Isidor. Moscon. *de maiest. milit. eccles. lib.* 1. *p.* 1. *c.* 13. *paulo post princ.* Card. Tusch. *pract. conclus. p.* 2. *tom.* 2. *lit. D. conclus.* 60. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. Vincent. Filliuc. *in quaest. moralib. tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 1. *num.* 29. Machado *en sa perfetto Confessor. tom.* 2. *lib.* 4 *c.* 4. *tract.* 7. *docum.* 6. Ego *de Iure eccles. vniuerso lib.* 1. *c.* 26. *& de* Canon. *& Dignit. cap* 7.

2 Decanatus Auditorum Rotae Romanae cum omnimoda praecedentia spectat ad Auditorem in Vrbe tempore vacationis praesentem, aut ex causa publica absentem. *Pius IV. constit.* 61. incip. *Dudum* 6. *Kalend. Augusti* 1562. apud Laert. Cherub. *in Bullario to.* 2. *pag* 89. aliàs *pag* 67. in nouissima impress.

3 Decanatus Cardinalium si vacet antiquiori Episcopo Cardinali praesenti in Curia, aut ex causa publica absenti defertur. *Paulus IV. constit.* 5. incip. *Cum venerabiles* 12. *Kalend. Septembris* 1555. apud Laert. Cherubin. *in Bullar. tom.* 1. *pag.* 777. aliàs *pag.* 590.

4 Decano Capituli, & non Cantori pertinent aliquae praeeminentiae in choro, & praesertim mãdari incipi Officia, dare ictum in signum incipiẽdi Lectiones, & facere signum exeundi de choro. *Sacra Congr. Rit. in Vlixbonen.* 2. *Septembris* 1597. cuius memini *d. tract. de iure eccles. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. *& de Canonicis cap.* 6. *n.* 8.

5 Decano digniori de Capitulo in choro existenti, & non Cantori veniam petere debent Canonici de choro exire volentes, ne punctentur. *Sacra Cong. Rit. in Cassanen.* 5. *Martij* 1633. de qua *in d. tract. de Canon. cap.* 6. *n.* 8. *in fine.*

6 Decanus, dignitates & Canonici tenentur non ex vrbanitate, sed ex debito associare Episcopum, dum venit ad Ecclesiam cum cappa, vt celebret, vel Diuinis assistat, & dum ab Ecclesia ad domum redit. *Sacra Congr. Rit. in Iacen.* 10. *Ianuarij* 1609. quam refert Sellius *in selectis* Canon. *cap.* 33. *numer.* 70.

7 Decanus, dignitates, & Canonici tenentur assistere

assistere Episcopo celebranti iuxta formam libri Cæremonialis. Eadem S. Congr. Rit. in dicta Iacen. & etiam sub censuris possunt compelli. *Sacra Congr. Conc. in Calagurritana 12. Decembris 1620.* penes Sellium *d.c.33.n.71.*

8 Decano Missam celebranti in diebus solemnibus debent duo Canonici assistere, & ministrare pro Diacono, & Subdiacono, si Mansionarij, quibus animarum cura incumbit in ipsius exercitio eo tempore sint impediti. *Sacra Congreg. Rit. in Ceneten. Opitergij 14. Februarij 1615.* teste Sellio *d.cap. 33.n.73.*

9 Decanus & antiquiores, ac digniores Canonici præcedere debent Gubernatoribus Capitularibus electis Sede vacante. *Sacra Congr. Rit. in Elboren. 15. Ianuarij & 5. Iulij 1603.* referente Sellio *d. c. 33. nu. 74.*

10 Decanus debet cedere primum locum Canonico, seu altero Presbytero parato Officium facienti. *S. Congr. Rit in Antuerpien. 14 Octobris 1609.* quam adducit Sellius *d.c.33.n.73.*

11 Decanus etiam cum aliquibus Canonicis, cæteris insciis, & non legitimè vocatis, & extra locum Capitularem, nō potest quicquam statuere, vel determinare, quod ad Capitulum, vel Ecclesiæ commodum, aut incommodum pertineat. *S. Congr. Rit. in Lamacen. 7. Octobris 1606.* quam citat Sellius ad *c.33 n.76.*

12 Decano Ecclesiæ Zamoren. conceditur vsus rochetti, & facultas benedicendi paramenta vbi non adhibetur sacra vnctio. *Sacra* Congregat. *Rit. in Zamoren, in Balenta 15. Nouembris 1603.* penes Sellium *d. cap. 33. nu. 77.*

13 Decano Ecclesiæ Carnotens. posse concedi licentiam benedicendi paramenta Ecclesiæ, &c. in quibus non adhibetur *Sacra vnctio* per totam diœcesim de licentia, & consensu Episcopi, declarauit *Sacra* Congreg Rit. *in* Carnoten. *3. Aprilis 1610.* apud Sellium *d.c.33.n.78.*

14 Decanus Ecclesiæ Puteolanæ prima dignitas declaratur, eidemque deberi omnimodam præeminentiam, ac propterea ad ipsum spectare omnes functiones Episcopales, absente, vel impedito Episcopo. S. Cong. Rit. *in Puteolana 10. Decembr. 1617.* referente Sellio *d c.33.n.79.*

15 Decanum S Agathæ Gothorum manutenendum esse in possessione exercendi actus Presbyterales contra Archidiaconum censuit *S. Congr. Rit. in S. Agatha Gothorum 8. Iulij 1602.* apud Sellium *d.c.33.n 80.*

16 Decanus Collegiatæ Ecclesiæ in Austria vt imposterum vocari possit Præpositus conceditur attenta supplicatione Episcopi, & meritis Oratoris. *Sacra* Congr. *Rit. in Possonien. seu Bamberg. 11. Decembris* 1604. cuius meminit Sellius *dict. cap. 33 num. 81.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de decimis agentes.*

2 *Mulieres Beata Nuncupata, quæ in propriis, aut alienis domibus separatim viuunt, à solutione decimarum non sunt exempta.*

3 *Canuersi & Confratres militiæ Crucis del T bas Ordinis Hierosolymit. quando ex suis bonis decimas soluere teneantur.*

4 *Moniales sanctæ Claræ & aliarum Religionum quando decimas soluere tenentur.*

5 *Regulares decimas soluere tenentur de prædiis acquisitis ex emptione, vel donatione quas eadem prædia prius soluebant.*

6 *Prædia obnoxia solutioni decimarum, eas soluere tenentur quamuis ad Regularia monasteria transeant.*

7 *Decima ad Ecclesiam Matricem pertinentes non transeunt ipso iure ad Ecclesiam Parochialem nouiter erectam.*

8 *Parochus manutenendus est in possessione exigendi decimas ratione prædiorum acquisitarum per Regulares donec doceant de sufficienti priuilegio.*

9 *Tertia decimarum in Hispania quando concessa?*

Decimæ.

Collect. CCXLII.

1 De Decimis Andreas Hispanus *in tract. Doctor. tom. 15. part. 2 fol. 142.* Petrus R buffus *ibidem fol. 125.* Tyndstua *ibidem fol. 123.* Henricus Canitina, & Ioannes Petrus Moneta *omnes in specialibus tract. de decimis.* S. Thom. 2. 2. *quæst. 87.* vbi Caietan. Aragon, & alij, S. Antonin. *in sum. part. 2. tit. 4. ca. 3.* Gregor. Lopez *ad leges Partita tit. 20. part. 1.* Couar. *lib. 1 cap. 17.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij ca. 66.* Belluga *in speculo Principum rub. 13. § tractemus,* Sot. *de iustit. lib. 9. quæst. 4.* Petr. Gregor. Tholosan. *syntag. Iuris lib. 2. tit. 20. & in partit. Iuris* Canon. Vincent. Burgundus *in speculo tom 2. lib 9.* Renat. Choppin. *de sacra politia lib. 2.* Valentia *tom. 3. disp. 6. quæst. 5.* Peres *ad tit. 1. lib. 1. Ordin.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 17.* Vetin. Bonacos. & Suarez *commun. opin. lib. 1. tit. 10 de decimis tom. 1.* Petr. de Ledesma *in sum. part. 2. tractat. 9.* Læli Zecho *in summ. part. 2. cap. 88.* Fr. Emman. *etiam in summ. tom. 1. cap. 87.* Michael Lochmaier *in Paroch. Curat.* Iodoc. Lotichius *in thesauro nouo Theologico,* Petrus Crespet. *in sum. Catholica Fidei sub hoc verbo,* Vasquez *in opusculo de benefic. cap. 1.* Card. Bellarm. *in controu. Catholic. tom. 1. part. 2 controuer. 5. generali lib. de Clericis c. 25.* Card Tolet. *in instruct. Sacerdot. lib. 6 cap. 20.* P. Suarez *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 9. cum seqq.* Ioan Franc Leo *in thesauro fori eccles. part. 2. cap. 12.* Arism. Tepat *var. resolut. lib. 1.* Camil. Borrel. *de præstantia Regis Cathol. cap. 59. & in sum. decis. tom. 1. tit. 19.* Rendina *in promptuario recept. sentent. to. 2. tit. 26.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 25. cum seqq.* Leonard. Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 39.* Valer, Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. cap. vltim sect. 3.* Ioann Malder. *de Iustit. & Relig. tract. 10.* Cardos. *in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo decima,* Iacob. Cancer. *var. resolut. part. 1. cap. 23.* Campan *in diuersorio Iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 149. cum seqq.* Molfes. *in promptuario triplicis Iuris tit. de benefic. cap. 4.* Ludou. de Miranda *in man. Prælator. tom. 2. quæst. 49.* Vincent. Filliuc. *in quæstis moralib. tom. 2. tract. 17. cap. 7. cum seqq.* Stephan. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta præcepta 5.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. quæst. 18.* Ioann. Guitist. *Canon. lib 2. ca. 21.* Hieron. Carat. *in opuscul. de iuribus Parochial. c. 5.* Paulus Laymann *in Theologia morali lib. 4. tract. 6.*

2 Decimarum à solutione non sunt exemptæ Virgines, & viduæ, ac forsan aliæ mulieres tertij Ordinis sancti Francisci, sancti Dominici, sancti Augustini, B. Mariæ de Monte Carmelo, Sanctis-

simæ Trinitatis Redemptionis captiuorum, Minimorum, ac forsan aliorum Ordinum, Beatæ Nuncupatæ, quæ non in communi, vel sub clausura, sed in propriis quæque domibus aut alienis separatim viuunt. *Clemens VIII. in sua const.* incip. *Romani Pontificis* 12. *Septembris* 1600. cuius memini *de officio, & potest. Parochi, cap.* 28. §. 4. *sub n.* 39. *vers. Virgines, in nouiss. impress.*

3 Decimas ex bonis suis patrimonialibus, prædiis, possessionibus, agris, & terris omnino integrè, & realiter persoluere debent Conuersi, vel Confratres mediæ Crucis del Thao Ordinis Hierosolymitani, etiamsi ipsa bona patrimonialia per proprias personas, & proprios colonos ab eis colantur, nisi suas personas Religioni obtulerint, & actu illi inseruiant, quia tunc exempti erūt à decimis personalibus duntaxat: & si obtulerint personas, & omnia sua bona Religioni, ita vt sint verè Donati, professi, & non coniugati, sunt exempti à solutione decimarum de ipsis bonis oblatis *Clemens VIII. in sua constit.* incip. *Quæ Ordini ecclesiastico* 11. *Decembris*, 1600. de qua memini *d. c.* 28 §. 3 *sub n.* 36. *vers Conuersi.*

4 Decimas non tenentur soluere Moniales non solum sanctæ Claræ, verum etiam & aliæ quæcunque Regulares personæ, quarum redditus & prouentus ecclesiastici adeo tenues sunt & exiles quod de illis sustentari non possint, sed pro habenda vitæ suæ sustentatione necesse habent mendicare, & eleemosy as publ ce petere, ex quadam Ex rauag. *Bonifacij VIII.* incip. *Decimas colligit* Fr Ludou. Miranda *in man Prælator. tom.* 2. *q.* 49. *art.* 13. *in concl.* quem refero *d. cap.* 28. §. 3. *n.* 36. Et niag's amplam exemptionem concessit illis sanctæ mem. *Pius IV. constit* 5. incip. *De statu* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom* 2. *pag.* 6.

5 Decimas soluere tenentur Regulares pro prædiis acquisitis ex emptione, vel donatione Clericorum, quas eadem prædia prius soluebant antequam ad illorum manus peruenissent, *Sacra Congregat. Conc. in Ripana, Vrbinat. n. & Firmana* 18. *Decembris* 1627. *& in Callien.* 1. *Septembris* 1629. quasum memini *d. tract. de officio & potest Parochi ca.* 28. §. 3. *nu* 43.

6 Decimarum solutioni obnoxia prædia sd Regularium monasteria transeunt cum suo onere, ac proinde Regula es tenentur illas soluere Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, quemadmodum tenebantur laici priusquam bona ipsa in monasterij proprietatem transiuerint. *Sacra Congregat. Conc. in dict Callien.* 1. *Septembris* 1629. penes Ioan Mariam Nouar. *in lucerna Regul. verbo decima, num.* 7.

7 Decimæ ad Ecclesiam Matricem pertinentes non transeunt ipso iore in Ecclesiam Parochialem nouiter erectam iuxta formam Constit. Alexandri III quæ incip Ad audientiam, sed remanent penes Matricem, & Episcopus potest arbitrio suo fine de decimis siue de aliis fructibus prouidere. *Sacra Cong Conc in Mediolanen de Carlatio* 11. *Martij* 1517. quam refert Scilius *in selectis Canon. cap.* 14. *n.* 16.

8 Decimas exigendi in possessione manuteneodus est Parochus ratione prædiorum acquisitorum per Regulares, donec doceant de sufficienti priuilegio. *Sacra Congregat. Concil. in Pisaurien.* 13. *Aprilis* 1630. cuius memini *dict. cap.* 28. §. 3. *num.* 42.

9 Decimarum tertiæ concessæ fuerunt Alphonso Regi Castellæ per Papam Clementem *in constit. sua* incip. *Olim claræ mem.* & laicus *Alexander VI. in sua constit.* 2. incip. *Dum indefessa Idib. Februarij anno Incarnationis Dom.* 1494. Ferdinando Regi & Elisabethæ Reginæ Castellæ & Legionis concessit vt perpetuis futuris temporibus tertias decimarum in Regnis prædictis & Granatæ percipere & leuare licite, & libere valerent. Et deinde *Paulus III. sua constit.* incip. *Exponi nobis* 22. *Iulij* 1541. declarauit monasteria, Domos, & Ordines, eorumque Prælatos, Conuentus, Fratres, & personas ad decimarum huiusmodi solutionem iuxta dispositionem, & formam ac tenorem Iuris communis, quibuscunque priuilegiis non obstantibus teneri, & efficaciter obligata, ac obligatos existere; quarum Constitutionum memini *d. cap.* 28. §. 2. *in fine & de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 87. *n.* 70. *cum seqq* vbi *n.* 75. plures refero Doctores de materia agentes.

Declarationes Sacræ Congregationis, vide *in* verbo *Congregatio collect.* 211.

SVMMARIVM.

1 *Executioni demandanda sunt decreta, & litteræ S. Congregationis Concilij.*

2 *Congregationis decretis, & litteris Apostol. parendum est antequam contradicentes audiantur.*

3 *Cogendus est obedire ab Auditore Cameræ qui noluerit obtemperare decretis Congregationis.*

4 *Congregationis Concilij decretum de rebus Ecclesiæ non alien. non derogat Bonifaciana & Paulina emanata ad fauorem Ferrariensium.*

5 *Domos professas Societatis Iesu non comprehendit decretum de rebus Regul. non alien.*

6 *Religionem clericorum Regul. Theatinorum an & quando comprehendat decretum de rebus Regular. non alien*

7 *Consistoriale decretum, quod exequiæ Cardinalium defunctorum celebrentur in capella expensis sacri Collegij.*

8 *Vestium varietas pro Papa & Cardinalibus per totum annum.*

9 *Decreta subreptitio modo obtenta suspenduntur.*

10 *Decretum non auditis partibus factum moderatur.*

11 *Festum S. Raymundi vt celebretur in toto Principatu Cathaloniæ si extet decretum Synodale non indiget confirmatione.*

12 *Synodale decretum vsu non receptum non admittitur.*

13 *Confraternitas sanctissimi Sacramenti manutenetur in possessione deferendi Crucem ante Baldachinum in processione SS. Sacramenti.*

14 *Campanas pulsandi ab Ecclesia primaria ante omnes alias seruari mandatur consuetudo.*

15 *Ceremonialis liber quod non tollit laudabiles & immemoriales consuetudines si extet decretum, illum locum habebit in omnibus Regnis.*

16 *Ceremonialis libri contra regulas si in visitatione factum sit decretum, non est seruandum.*

17 *Vesperas secundas quod Canonici teneantur cantare si extet decretum Prouinciale illud seruari debet.*

18 *Magister*

18 *Magister capellæ non cum beneficiatis sed cum suis cantoribus in processionibus incedere debet.*

19 *Ordines conferre ne possint Episcopi Regni Neapolitani Vltramontanis decreto prohibetur, sed illud non habet locum in Regularibus, nec quoad familiares talium Episcoporum.*

20 *Præferri aliis debet qui prius maioribus Ordinibus insignitus fuerit.*

21 *Cappæ vsus, & locus immediatè post beneficiatus conceditur Capellanis Toletanis Ecclesiæ S. Mariæ Maioris de Vrbe.*

22 *Missas celebrandi more Romano decretum factum in Capitulo Generali à Monachis sancti Benedicti Vallisoletani, seruari mandatur.*

23 *Festos dies indicendi maiorem facultatem non tribuit Episcopis Concilium Trid. cap. 12. sess. 25. de Regul. quam habeant à Iure communi.*

24 *Decretum Archiepiscopi Turritani quòd Rector Ecclesiæ Parochialis thurificetur ante Dominum loci seruandum esse.*

Decretum.

Collect. CCXLIII.

1 Decreta & litteræ sacræ Congregationis Concilij semotis litibus sunt executioni demandanda, nec super his sententia aut decretum faciendum. *Sacra Congreg. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef. in præfat.*

2 Decretis Congregationis & litteris Apost. desuper expeditis parendum esse declaratur antequam contradicentes partes audiantur. *Sacra Congregat. Rit. in Terulen. 21. Iulij* 1609. penes Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 3. num.* 42.

3 Decretis Congregationis qui noluerit obtemperare animaduersione dignus iudicatur & cogendus est obedire ab Auditore Cameræ. *S. Conc. Rit. in Brundusina 25. Ianuarij* 1603. quam tefert Aldan. *d. tit. 3. n.* 43.

4 Decretum Congregationis *Concilij de rebus ecclesiast. non alien.* non derogat Bonifacianæ & Paulinæ emanatæ ad fauorem Ferrariensium *S. Congr. Conc. in Ferrarien. 11. Iulij* 1616. apud Aldan. *d. tit. 3. num.* 44.

5 Decretum *de rebus Regularium non alien.* comprehendit Domos professas Societatis IESV. *Sacra Congr. Conc. sub die 31. Iulij* 1627. cuius meminit
6 Aldan. *d. tit. 3. num.* 45. Non comprehendit tamen quoad bona immobilia Religionem Clericorum Regularium Theatinorum, quandiu statutum non retinendi bona stabilia retinent. *Sacra Congregat. Conc. de anno* 1625. referente Aldano *d. tit. 3. num.* 45.

7 Decretum Consistoriale quod exequiæ Cardinalium defunctorum celebrentur in Capella expensis sacri Collegij, seruari mandatur. *Sacra Cong. Rit. pro exequiis Reuerendiss. Cardinalium 6. Septembris* 1603. quam adducit Aldan. *dicto tit. 3. numer.* 46.

8 Decretum de varietate, & vsu vestium pro S. D. N. Papa, & Eminentissimis DD. Cardinalibus per totum annum, emanauit à *S. Cong. Rit. in Vrbe,* 30. *Augusti* 1602. cuius memini *de Iure ecclesiastico vniuerso lib. 1. c. 1. n. fin.*

9 Decreta subreptitio modo obtenta suspenduntur, *Sacra Congregatio, Rit. in Hispalen. 30. Aprilis* 1604. teste Sellio *in selectis Canonic. cap. 1. numero* 82.

10 Decretum non auditis partibus factum reuocatur. *Sacra Cong. Rit. in Firmana 23. Maij* 1603. quam citat Sellius *d. c. 1. n.* 83.

11 Decretum Synodale vt celebretur festum sancti Raymũdi in toto Principatu Cathaloniæ, non indigere confirmatione declarauit *S Congr. Rit. in Tarraconen. 23 Nouembris* 1602. quam allegat Sellius *d. cap. 1. n.* 84.

12 Decretum Synodale vsu non receptum non admittitur. *Sacra Congregat. Rit. in Pisaurien.* 20. *Decembris* 1603. referente Sellio *dict. cap. 1. num.* 85.

13 Decretum Archiepiscopi Toletani vt Confraternitas sanctissimi Sacramenti in oppido de Ocaña manuteneatur in possessione deferẽdi Crucem ante baldachinum in processione sanctissimi Sacramenti confirmatur, & approbatur à *sacra Cong. Rit. in Toletana de Ocaña 24. Septembris* 1605. penes Sellium *d. c. 1. n.* 86.

14 Decretum factum in visitatione ab Episcopo vt seruetur cõsuetudo pulsandi campanas ab Ecclesia primaria ante omnes alias Ecclesias confirmatur. *Sacra Congr. Rit. in Genen. 24. Septembris* 1605. apud Sellium *d. c. 1. n.* 87.

15 Decretum quod Cæremonialis liber non tollat laudabiles, & immemoriales consuetudines habet locum in omnibus Regnis, & locis Christianitatis. *Sacra Cong. Rit. in Elboren. 27. Iunij* 1606. quam citat Sellius *d. cap. 1. n.* 88.

16 Decretum in visitatione factum contra regulas libri Cæremonialis non est seruandum. *S. Congr. Rit. in Vercellen 7. Augusti* 1610. cuius meminit Aldan. *d. tit. 3. n.* 48.

17 Decretum Prouinciale factum ab Archiepiscopo quod Canonici teneantur cantare secundas Vesperas, seruari mandatur, non obstante consuetudine allegata, sed non probata. *S. Congr. Rit. in Cusentina 20. Nouembris* 1610. de qua Aldan. *d. tit. 3. n.* 49.

18 Decretum Cardinalis Sannesij Episcopi Vrbeuetani quod Magister Capellæ non cum beneficiatis, sed cum suis cantoribus in processionibus incedat, seruandum esse declaratur à *S. Cong. Rit. in Vrbeuetana 20. Nouembris* 1610. penes Aldan. *d. tit. 3. num.* 50.

19 Decretum generale de Ordine Sanctissimi editum, quo omnibus Archiepiscopis, & Episcopis Regni Neapolitani prohibetur ne Vltramontanis Ordines conferant, non comprehendit Regulares. *S Congreg. Episcop. & Regular. in Neapolitana 30. Decembris* 1617. apud Sellium *d. cap. 1. num.* 90. Nec per idem decretum priuilegium eisdem Archiepiscopis & Episcopis per sacrum Concil. Trid. quoad eorum familiares concessum, sublatum censetur. *Sacra Congr. Conc. in Caietana 2. Ianuarij* 1618. penes Sellium *d. c. 1. n.* 91.

20 Decretum quod ille sit præferendus aliis, qui prius ordinatus est, intelligitur de Ordinibus maioribus, *S. Congr. Rit. in Neritonen. 17. Iunij* 1606. de qua Sellius *d. c. 1. n.* 92.

21 Decretum quod Capellanis Toletanis in Ecclesia sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe concedatur vsus cappæ, & locus immediatè post Beneficiatos, & super Clericos, confirmatur de ordine Sanctissimi & seruari mandatur, non obstan-

tibus quibuscunque *Sacra Cong. Rit. in Vrbis sanctæ Mariæ Maioris 16. Septembris* 1616. quam refert Sellius *d. cap. 1. n. 93.*

Decretum in Capitulo generali factum à Monachis sancti Benedicti Vallisoletanæ Congregationis de celebrandis Missis more Romano inuiolabiliter seruari mandatur, *S. Cong. Rit. in Montis Serrati nullius prouinciæ Tarraconen. 10. Maij* 1608 referente Sellio *d. c. 1. 94.*

Decretum *Concilij Trid. c. 12. sess. 25. de Regul.* non tribuit Episcopis maiorem facultatem dies festos indicendi quam habeant à iure communi. *S. Cong Conc sub die 15. Decembris* 1629. teste Sellio *d. c. 1. num. 95.*

Decretum Archiepiscopi Turritani quod Rector Ecclesiæ Parochialis thurificetur ante dominum loci, seruandum esse declaratur *à Sacra Cong. Rit. in Turritana 7. Augusti* 1619. cuius meminit Sellius *d. c. 1. n. 96.*

SVMMARIVM.

Ecclesiæ Cathedralis dedicatio anniuersaria in ciuitate cum octaua, in diœcesi sine octaua celebranda.

2 *Festum Dedicationis Ecclesiæ in Dominica Quadragesimæ veniens, quando transferendum.*

3 *Festum Dedicationis celebrandum eo die, quo venerit.*

4 *Translatio festi Dedicationis à Consecratore potest fieri ex iusta causa, sed non extra actum consecrationis, inconsulta S. Sede Apost.*

Dedicatio.

COLLECT. CCXLIV.

1 DEdicationis Cathedralis Ecclesiæ festum sub ritu duplici cum octaua cōceditur pro Ecclesia & ciuitate Conchen. pro aliis verò Ecclesiis sine octaua, *Sacra Congr. Rit. in* Conchen. 2. *Maij* 1619. cuius memini *de officio & potest. Parochi c. 10. numer. 28.* & Gauant. *in rub. Breuiarij, sect. 8. cap. 5.*

2 Dedicationis Ecclesiæ festum in Dominica Quadragasimæ veniens vt possit transferri in secundam Dominicam post Pascha, concedi posse declarauit *Sacra Congr. Rit. in Phreanden. 10. Ianuarij* 1609. teste Sellio *in selectis Canon. cap. 34. num. 102.*

3 Dedicationis festum celebrandum est eo die, quo venerit, nec ob deuotionem alteranda est consuetudo, *Sacra Congregat. Rit. in Ariminen. 16. Octobris* 1604. penes Sellium *dict. cap. 34. numer. 100.*

4 Dedicationis festum ex iusta causa à consecratore transferri potest, *Sacra Congr. Rit. 19 Februarii* 1585. vt referunt Pisfec. *in praxi Episcop p. 1 cap. 5. nu. 8. vers. diem,* Gauant. *in rub Februarij sect. 8. cap. 5. numer. 4.* Extra actum verò consecrationis non potest amplius mutari festum inconsulta sancta Sede Apost. *Eadem sacra Cong. die 16. Octobris* 1604. ex Gauant. *citato loco*, vbi addit eam fieri insistle de dedicatione Ecclesiæ in ipsamet die Natiuitatis B. Virginis, in qua accidit consecratio, & duas potius cantari Missas de duobus festis, seruata in reliquis rubrica de concurrentia octauarum.

De Dedicatione Ecclesiæ Gauant. *in rubrica Missalis p. 4. tit. 16. nu. 9 & 10. & in rub. Breuiarij sect. 8. cap. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Corpora defunctorum possunt directè deferri ad Ecclesiam, in qua sepelienda sunt, non obstante consuetudine.*

2 *Parochiali Ecclesiæ nihil debetur, exceptis iuribus Parochialibus si corpora defunctorum ponantur in Parochiali vt inde transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam.*

3 *Corpora defunctorum sunt deferenda cum vnica tantum Cruce illius Ecclesiæ ad quam deferuntur.*

4 *Corpus defuncti si præter eius voluntatem in aliqua Ecclesia sepultum fuit, inde transferendum vt sepeliatur in Ecclesia, in qua sepeliri voluit.*

5 *Hæredes defunctorum numerum Sacerdotum & ceræ sibi bene visum debent præfigere.*

6 *Corpora defunctorum deferenda sunt ad Ecclesiam Parochialem ad benedictionem, & vltimum vale à Parocho recipiendum.*

7 *Corpora defunctorum non sunt leuanda à Regularibus nisi vocato & expectato proprio Parocho, vel nisi aliter ipse consentiat, aut venire expressè recuset.*

8 *Parochi sine præsentia defuncti sepeliri possunt in Ecclesia in qua sepulturam elegerunt, si ipse requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget.*

9 *Parochis non licet defunctorum cadauera sepelire, nec officia facere in Ecclesiis Regularium absque expressa licentia Superiorum illorum.*

10 *Vocati ad funus ad Parochialem defuncti conuenire debent.*

11 *Regulares quorumcunque Ordinum non possunt Parochias cum Cruce processionaliter intrare ad defunctorum funera efferenda nisi vocato & expectato proprio defuncti Parocho.*

12 *Officia defunctorum & reliqua munia super corpore eorum a Fratribus si in suis monasteriis sepeliantur & non à Parocho seu clericis sunt peragenda*

13 *Religiosi in quorum monasterio defunctus elegit sepulturam, si Parochus venire expresse recusauerit, possunt etiam eo inuito cadauer ad suam Ecclesiam transportare.*

14 *Regulares non possunt portare per ciuitatem, aut plateas corpus alicuius eorum superioris, vel Magistri aut Cathedratici defuncti.*

15 *Tertiarij defuncti corpus vt possint in suis monasteriis Regulares sepelire, Parocho minime requisito.*

16 *Officium defunctorum non prima, sed secunda die Nouembris celebrandum.*

17 *Vespera defunctorum vltima die mensis post vesperas dominicæ, vel festiuitatis recitanda.*

18 *Anniuersarium, septima, vel trigesima dies post obitum si cadunt in die Dominico vel festiuo transferuntur in diem sequentem.*

19 *Missæ defunctorum non sunt cantandæ, nec celebrandæ in diebus solemnibus.*

20 *Nomina defunctorum non sunt ponenda in Collectis quæ pro viuis dicuntur.*

Defunctus

Defunctus.

COLLECT. CCXLV.

1 Defunctorum corpora possunt directè deferri ad Ecclesiam, in qua sepelienda sunt, non obstante consuetudine, quod prius deferantur ad Ecclesiam Matricem, dummodo Curato soluantur iura sepulturæ, & emolumenta solita. *S. Cong Rit. in Vmbriaticen. 25. Februarij 1606. & in Polignanen.* 11. *Maij* 1618. cuius meminere Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo defunctus num.* 2. Lezana *in summa quæst. Regul tom.* 3. *sub eodem verbo num.* 3. *post med.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in additamen. ad constit. Leonis X. cap.* 4. *num.* 52.

2 Defunctorum corpora si deponantur in Parochiali, vt inde transferatur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ Parochiali, exceptis iuribus Parochialibus. *S. Congr. Rit. in Placent.* 23. *Martij* 1619. de qua mentionem faciunt Ioann. Maria Nouar. *d. verbo defunctus num.* 3. Lezana *d. tom.* 1. *sub eodem verbo n.* 3. *in fine*, Ego *de officio, & potest. Parochi, cap.* 26 *num.* 56. *in fine.*

3 Defunctorum cadauera deferenda sunt cum vnica tantum Cruce, quæ esse debet illius Ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur, dummodo nō interueniat Capitulum Cathedralis, sub qua omnes funus associantes incedere debent. *S. Congr. Rit. in Andrien.* 22. *Nouembr.* 1631. quam refert Sellius *in select. Canon. c.* 19. *n.* 82.

4 Defuncti corpus quod præter eius voluntatem non sine violentia in Ecclesia Cathedrali sepultum fuit, inde transferri mandetur, vt sepeliatur in Ecclesia, in qua sepeliri voluit. *S. Cong Rit. in Bitontina* 26. *Iulij* 1607. quam me citato allegat Lezana *d. tom.* 3. *verbo defunctus n.* 1.

5 Defunctorum hæredes pro defuncto ad sepulturam associando numerum Sacerdotū sibi bene visum conuocare debent, & numerum ceræ sibi benè visum ad cadauer sepulturæ associandum quolibet contrario prætextu per Parochum defuncto non obstante subministrare valent. *S. Cong. Episcop. & Regul. in Cassan.* 5. *Maij* 1617. cuius memini *de iure eccles. vniuerso lib.* 1. *c.* 6. 10. *num.* 17. *& de officio & potest. Parochi, cap.* 26. *num.* 57. Vide *in verbo Hæres collect.* 406.

6 Defunctorum cadauera in alterius Parochia existentia, & in Ecclesia Fratrum sepelienda, licet prius ad Ecclesiam Parochialem ad benedictionem, ac vltimum vale à Parocho recipiendum deferri debeant, ab ædibus tamen defunctorum, ad prædictorum Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè possunt, dummodo ab eisdem Fratribus monendus sit prius, & inquirendus, ac expectandus proprius defunctorum Parochus, quo sequisito, & expressè venire recusante, liceat eisdē Fratribus, etiam Ipso inuito, supradicta cadauera ad easdem Ecclesias transportare. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Nepesina* 11. *Decembris* 1615. *in resp. ad* 4. *dub.* quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in addit. cap.* 5. *num.* 53. & me citato Lezana *dict. tom.* 3. *verbo defunctus num.* 3. Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. sub eod. verbo num.* 1. & illius memini *de Parocho cap.* 26. *num.* 70.

7 Defunctorum corpora non sunt leuanda à Regularibus nisi vocato & expectato proprio defunctorum Parocho, nisi alter ipse consentiat, aut venire expressè recuset. *S. Cong. Rit. in Vercellen. terræ Crescentori* 26. *Febr.* 1611. *& in Catanien. ciuitatis Platiæ* 12. *Octobris* 1619. cuius meminere Lezana *in sum quæst. Regul tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 31. *& tom.* 3. *sub hoc verbo num.* 2. Ioan. Maria Nouar. *eod. verbo num.* 5. *Eadem S. Congr. in Camerinen.* 21. *Nouembr.* 1637. quam refert Laurent. de Peyrinis *d. tom.* 3. *in fine decreto* 10. *ad* 2.

8 Defuncti sepeliri possunt in Ecclesia, in qua sepulturam elegerunt sine præsentia Parochi si ipse requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget. *Sacra Congr. Rit. in Capuana* 22. *Decembris* 1629. cuius memini *de Parocho cap.* 26. *num.* 71.

9 Defunctorum cadauera non licet Parochis sepelire, nec officia facere in Ecclesiis Regularium absque expressa licentia Superioris Ecclesiarum ipsorum Regularium non obstante contraria consuetudine. *Sacra Congreg. Concil. in Toletana loci de Baraxas* 19. *Iulij* 1636. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom.* 3. *in fine, vbi de decretis nouiss. Sacra Congreg. decreto* 9. *pag.* 566.

10 Defuncti ad Parochialem conuenire debent omnes vocati ad funus. *Sacra Congr. Rit. in Bononien* 9. *Decembris* 1617. *& in Tropien.* 16. *Februarij* 1628. cuius memini *de Parocho cap.* 26. *numer.* 65. Lezana tamen *dict. verbo defunctus num.* 3. ait Romæ obseruari quod omnes ad funus vocati ad Ecclesiam Parochialem, intra cuius limites cadauer existit, conueniant, & inde cum Parocho ad domum defuncti, & ex ipsa sub Cruce illius Ecclesiæ, ad quam tumulandum defertur, recto tramite ad illam pergunt: & ego idem non semel vidi obseruari per quatuordecim annos, quibus in Vrbe fui.

11 Defunctorum ad funera efferenda, & leuanda nullo modo licet Regularibus, quorumcunque Ordinum, & Congregationum tam Mendicantium quàm non Mendicantium etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu, Parochias cum Cruce processionaliter intrare, nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præsente, secus si ipse alter fieri non consentiat, vel nisi requisitus venire expressè recuset. *Sacra Congr. Episcopor. & Regul. die* 12. *Ianuarij* 1604. Referunt Quarant. *in summa Bullarij verbo priuilegia Regularium*, Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo defunct. num.* 4. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit.* 21. *Leonis X. num.* 10.

12 Defunctorum cadauera quotiescunque ad Ecclesias Fratrum Mendicantium, aliorumque Regularium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua munia, quæ in huiusmodi ministeria adhiberi solent, non à Canonicis, & clero, sed ab ipsismet Regularibus ipsius Ecclesiæ, vbi cadauer sepelitur peragi debent. *S. Congr. Conc sub die* 21. *Aprilis* 1615. cuius meminere Ioann. Anton. Nouar. *in sum Bullarum tit. de officio super cadauera defunctorum ad Ecclesias Mendicantium delatorum faciendo*, Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. in addit. ad Constit. Iulij II. cap.* 3. *numer.* 19. *Eadem Sacra Congr. Concil. die* 3. *Decembris* 1639. apud Lezana *in summa quæstionum Regularium tom.* 3. *verbo defunctus num.* 7. *S. Congr. Rit. in Camerinen.* 21. *Nouembris* 1637. quam

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Q

refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom. 3. in fine, vbi de decretis nouiſſimis S. Congr. decreto 10. in reſp. ad 3. pag. 567.* Defunctorum corpora poſtquam Clerus ſecularis in Fratrum Religioſorum Eccleſiis ſepelienda aſſociauerit in eiſdem Eccleſiis ſuper huiuſmodi cadaueribus Officium defunctorum, Pſalmos, Reſponſoria, aliaſue preces, vel Orationes recitare, aut pſallere non poteſt, ſed ab Ipſis Fratribus duntaxat hæc omnia peragenda ſunt, *S. Cong. Epiſcop. & Regul. in Turritana 24. Nouembris* 1617. cuius memini *de iure eccleſiaſt. vniuerſo lib. 2. cap. 10. n. 81.*

13 Defunctorum cadauera in Eccleſiis Fratrum ſepelienda ab ædibus defunctorum ad eorundem Fratrum Eccleſias recto tramite deferri licitè poſſunt, monito tamen prius, & requiſito & expectato proprio defunctorum Parocho, à quo benedictionem, & vltimum vale recipere poſſint: quo venire expreſsè recuſante poſſunt iidem Fratres etiam ipſo inuito dicta cadauera ad ſuas Eccleſias transportare. Conſanguinei vero talium defunctorum illis parentare in Parochialibus, & aliis Presbyterorum etiam Cathedralibus Eccleſiis compelli nullo modo poſſunt. Si quæ verò immemorialis conſuetudo in contrarium ſuper præmiſſis exiſtere prætendatur, legitime probetur, & interim præſens decretum ad vnguem ſeruari mandatur. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. die 14. Ianuarij* 1639. penes Lezanam *dict. tom. 3. verbo defunctus num. 7.*

14 Defuncti alicuius Superioris Religioſorum, vel Magiſtri, aut Cathedratici corpus non poſſunt Regulares portare per ciuitatem, per plateas, & alias Parochias cum muſica & ritibus extraordinariis, ſine interuentu Parochi. *Sacra Congreg. Concil. in Bononien. 2. Iulij* 1620. apud Lezan. *in ſum. quæſt. Regul. tom. 1. cap. 12. num. 41. verſ. ad 11.*

15 Defuncti Tertiarij ſi qualitatibus in Bulla felicis record. Leonis X. præſcriptis ſint præditi, videlicet ſi viri collegialiter, aut clauſtraliter viuant, mulieres verò Virginalem, vel cælibem, aut caſtam, vidualem ſub expreſſo voto & Tertiariorum habitu vitam ducant, poſſunt, & debent etiam inuito & minimè requiſito Parocho in Fratrum Eccleſiis ſepeliri; ſecus vero ſi ſupradictis qualitatibus careant. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regular. in Nepeſina 11. Decembris 1615. ad 1. & ſub die 20. Decembris 1616.* quam referunt Ioann. Anton. Nouar. *in ſum. Bullarum titul. de Tertiar.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom. 3. cap. 5. numer. 53.* & illius meminit R. P. D. Alexand. Sperell. *in deciſ. fori eccleſ. deciſ. 87. num.* 17. Et abſolutè non poſſe abſque interuentu & licentia proprij Parochi videtur ſentire *eadem Sacra Congreg. in Modenen. 17. Iunij* 1639. vt refert Anton. Diana *moral. reſolut. part. 6. tract. 8. miſcel. reſol. 10.*

16 Defunctorum Officium non prima, ſed ſecunda die Nouembris celebrandum eſt. *S. Congr. Rit. in Egitanien. die 23. Maij 1603. in reſp. ad dub. 3.* quam refert Sellius *d. c. 19. n. 86.*

17 Defunctorum Veſperæ vltima die menſis poſt veſperas Dominicæ, vel feſtiuitatis recitandæ ſunt. *Eadem S. Congr. Rit. in d. Egitanien. in reſp. ad dub. 4.* quam citat Sellius *d. c. 19. n. 87.*

18 Defunctorum officium anniuerſarium, vel tertia, ſeptima, vel trigeſima dies poſt obitum, ſi cadunt in die Dominico vel feſtiuo, transferuntur in diem ſequentem cum eadem ſolemnitate. *Eadem S. Cong. Rit. in d. Egitanien. in reſp ad dub. 4.*

19 Defunctorum Miſſæ non ſunt cantandæ nec celebrandæ in diebus ſolemnibus. *S. Cong. Rit. in Veronen. 23. Iunij* 1607. quam adducit Sellius *d. cap. 19. num. 88.*

20 Defunctorum nomina non ſunt ponenda in collectis, quæ pro Diuinis dicuntur. *S. Congr. Rit. in Carmelitanorum diſcalceatorum 28. Ianuarij* 1606. penes Sellium *d. c. 19. nu. 89.*

Vide plura alia in *verbo Cadauer. collect. 76.* & in verbo *Funerale collect. 393.* & verbo *Parochus quoad funera collect. 557.* & verbo *Regularis collect. 645.*

Defunctorum Miſſæ, vide in verbo, *Miſſa defunctorum, collect. 478.*

Defunctorum officium, Vide in verbo *Officium defunctorum collect. 535.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationis beneficium denegatur confeſſis delictum in iudicio criminali.*

2 *Notorij delinquentes non receptandi, ſed capiendi, & puniendi.*

3 *Curiæ Eccleſiaſticæ in carceribus cuſtodiuntur delinquentes extracti de loco ſacro, quouſque appareat an delictum commiſerint.*

4 *Eccleſiaſtici miniſtri cognoſcunt an immunitate eccleſiaſtica gaudere debeant delinquentes ab Eccleſiis extracti, & interim ſub cuſtodia retinendi.*

Delictum.

Collect. CCXLVI.

1 Delictum confeſſis in iudicio criminali appellationis beneficium denegatur. *Pius V. conſtit. 24. incip. Cum ſicut pag. 201.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2 pag. 202.* aliàs *pag. 152.* in nouiſſ. impreſſ.

2 Delinquentes notorij non receptandi, ſed capiendi, & puniendi ſunt. *Sixtus V. conſtit. 6.* incip. *Hoc noſtri Kalend. Iulij* 585. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 491.* aliàs *pag. 374.* in nouiſſ. impreſſ.

3 Delinquentes extracti de loco ſacro cuſtodiuntur in carceribus Curiæ eccleſiaſticæ, quouſque appareat an delictum commiſerint. *Gregorius XIV. conſtit. 37.* incip. *Cum aliàs nonnullis 9 Kalend. Iunij* 1591. apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pag. 664.* aliàs *pag. 532.*

4 Delinquentes, qui ab Eccleſiis, aliiſque locis Immunibus extrahuntur, dum articulus, an immunitate eccleſiaſtica gaudere debeant, diſcutitur per eccleſiaſticos miniſtros ſub cuſtodia iuxta Bullam fel. mem. Gregorij XIV. retineri debent. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Neapolitana 30 Septembris* 1616. refert Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 4. tit. 3. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non præmiſſis denunciationibus contractum validum eſt, quamuis Ordinarius recuſet dare licentiam quod fiant poſt.*

2 *Matrimonij denunciationes fieri poſſunt temporibus prohibitis nuptias celebrare.*

3 *Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt impedire ne Parochi fa-*

chi faciant absque sua licentia matrimoniales denunciationes.

4 *Commendatario non permittitur facultas remittendi denunciationes, licet eius Abbatia intra Episcopalia habeat vnita.*

5 *Regulares non possunt intra Missarum solemnia denunciationes publicare.*

Denunciationes Matrimoniales.

Collect. CCXLVII.

1 DEnunciationibus non præmissis contractũ matrimonium est validum, quamuis Ordinarius recuset dare licentiam quod fiant post. *S. Cong. Conc. in Mediolanen. 23. February* 1630. teste Sellio *in select. Canonicis cap 16. n. 57.*

2 Denunciationes Matrimonij fieri possunt temporibus prohibitis nuptias celebrare. *S Cong Episcop. & Regni die 18. Decembris* 1589. cuius memini *de officio, & potest. Parochi c. 21. n. 14.*

3 Denunciationes ne Parochi faciant absque sua licentia non potest Vicarius generalis Episcopi impedire. *Sacra Congr. Concil. sub die 27. Maij* 1617. quam refero *de officio & potest. Parochi cap. 21. num. 16.*

4 Denunciationes remittendi facultas non permittitur Commendatario licet eius Abbatia iura Episcopalia habeat vnita. *S. Congr. Concil.* testibus Nicol. Garcia *de benefic. p. 5. c. 8. nu. 56.* & Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 15. l. 1. de Matrim n. 12.*

5 Denunciationes intra Missarum solemnia publicare non possunt Regulares *S. Cong Conc.* penes Lezanam *in sum quest. Regul. cap. 12. num. 41. vers ad 6.* quem refero *d. tract de officio, & potest. Parochi cap. 21. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Mortuorum capsa super terram in Ecclesiis existentes amoueri iubentur.*

2 *Pecuniarum deposita supra summam scutarum quinque occasione litium facienda in Vrbe apud Montem Pietatis sine vlla expensa fiunt.*

3 *Pietatis ad Montem facienda sunt deposita aliàs penes ædem sacram, aut personam idoneam fieri iussa.*

4 *Dotaliũ eleemosynarum depositum qualiter faciendũ?*

Depositum.

Collect. CCXLVIII.

1 DEposita seu capsas mortuorum super terram in Ecclesiis existentia amoueri iussit *Pius V. constit. 5. incip. Cum primum Kalend. Aprilis* 1566. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 179.* aliàs *pag 134.* in nouiss. impress.

2 Deposita pecuniarum actualia supra summam scutorum quinque occasione litium in Vrbe apud montem Pietatis absque eo quod aliquid impendatur eius Officialibus. fieri iussit *Gregorius XIII. constit. 94. incip Inter multiplices. Octobris* 1584. apud Laert. Cherubin. *d. tom. 2. pag. 480.* aliàs *pag. 161.* in nouiss. impress.

3 Deposita si facienda sunt vigore Bullarum Summorum Pontificum penes ædem sacram aut personam idoneam fieri debent apud Montem pietatis. *Clemens VIII. constit. 88.* incip. *Qua ad pietatis 18. Iulij* 1602. apud Laert. Cherubin. *tom. 3. pag. 135.* aliàs *pag. 98.* in nouiss. impress.

4 Depositum dotalium eleemosynarum in illis locis, in quibus non adsunt mercatores, aut banchi, fieri debet in manibus probi viri, & faculiosi, qui ad omne mandatum Monialium, & absque aliqua exceptione eam soluturũ se obliget. *S. Congr. Episcop. & Regular. in Camerinen. 15. Martij* 1594. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 4. tit. 8. num. 13.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

SVMMARIVM.

1 *Celebranti inseruientes Diaconi, aut Subdiaconi debent esse eiusdem Ordinis cum eo.*

2 *Incensandi munus spectat ad Diaconum.*

3 *Canonicos, & alios, non tamen Mansionarios debet incensare Diaconus.*

4 *Chorum thurificare debet Diaconus Euangelij.*

5 *Pacem à quo recipere debeant Subdiaconus & Diaconus ostenditur.*

6 *Pacem dare Laico aut Domino loci non debet Diaconus.*

7 *Ordinati ad Presbyteratum cum litteris dimissorialibus pro decem scutis à proprio Ordinario abtentis, pœnas simoniacis inflictas incurrunt.*

8 *Diaconi Seluatici in Regno Neapolitano an & quando fori priuilegia gaudent?*

Diaconus.

Collect. CCXLIX.

1 DIaconus, & Subdiaconus inseruientes celebranti, debent esse ejusdem Ordinis, & non inferioris cum celebrante, contraria consuetudine non obstante, quæ potius abusus & corruptela est. *Sacra Congr. Rit. in Calagnritana 7. Septembris* 1593. *& in Cyneten. 14. February* 1615. *& in Terulen. 8. Februarij* 1615. *& in Coteonen. 31. Martij* 1629. quas refert Aldan. *in compẽdio Canon resol. lib. 1. tit. 9. n. 32.*

2 Diaconi munus est incensandi in Missa Pontificali, & quamuis sit ex dignitatibus & Canonicis post incensatum Episcopum debet alios Prælatos, si adsint Magistratus seculares, Dignitates & Canonicos incensare. *S. Congr. Rit. in Lucen. 10. Iunij* 1600. penes Aldan. *d. lib. 1. tit. 9. n. 33.*

3 Diaconus debet incensare Canonicos, & alios, non tamen Mansionarios. *S. Cong. Rit. in Lucana 20. Aprilis* 1610. apud Aldan *d. tit. 9. n. 34.*

4 Diaconus Euangelij debet thurificare chorum, nec ab eo munere excusatur sub prætextu contrariæ consuetudinis. *S. Congr Rit in Alexandrina 15. Martij* 1608 *in resp. ad dub.* 10. cuius meminit Aldan, *d. tit. 9. n. 35.*

5 Diaconus & Subdiaconus quando sunt Presbyteri, & ministrant in Missa solemni, & voluerint celebrare, vel iam celebrauerint, debent accipere pacem ab Episcopo, immediatè post duos Diaconos assistentes: Episcopo verò non celebrante, Subdiaconus accipit pacem à Canonico, qui pacem dedit Episcopo, & illam distribuit cæteris Canonicis per ordinem, & reuertens ad Altare dat pacem Diacono. Absente Episcopo Diaconus accipit pacem à celebrante, & dat pacem

Subdiacono, qui illam diſtribuit iuxta regulas Cæremonialis. *Sacra Congr. Rit. in d. Alexandrina in reſp. ad dub.* 13. quam citat Aldan. *d. tit.* 9. *num.* 36.

6 Diaconus non debet pacem dare laicis, nec domino loci. *Sacra Congr. Rit.* 5. *Iuly* 1614. referente Gauant. *in rubricis Miſſal. part.* 2. *tit.* 10. *num.* 8. *verſ. Ordo.*

7 Diaconi qui ſoluerunt ſcuta decem ſuo Ordinario pro obtinendis litteris dimiſſorialibus, quarum vigore fuerunt Ordinati ad Presbyteratum, in ſimoniam, & pœnas ſimoniacis inflictas incidunt. *S. Congr. Concil. in nullius* 7. *Septembris* 1630. cuius memini *in collect. ad Trid. ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *de reform. num.* 3.

8 Diaconi Seluatici in Regno Neapolitano pro Eccleſiarum, & Epiſcoporum ſeruitio retineri, vel in locum quoquo modo deficientium aſſumi poſſunt in Cathedralibus, ſeu ſuperioribus Eccleſiis ad ſummum quatuor, in Collegiatis, in quibus diuina celebrantur, ſi Epiſcopo videbitur, vnum, quos quidem Epiſcopi prorſus gratis, & tales qui omnino per ſe ipſos, non autem per interpoſitam perſonam ſeruitium debitum præſtent, nec vllo modo criminoſi, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant, alias & ij nullo gaudeant priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apoſt. ſeuerum experientur: ij verò priuilegio Canonis non gaudent, fori autem priuilegio in criminalibus omnino, in ciuilibus, quoad corporis diſtrictionem tantum, & immunitate ab oneribus perſonalibus, non autem ab aliis durante ſeruitio fieri debent: ſed ſi alicubi maioribus vtantur priuilegiis, & immunitatibus ex legitima conſuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in caſum controuerſiæ Sacra Congr. inferiùs nominanda ſibi reſeruat, illa debet attendi, cognitio verò aliorum promiſſorum ad Ordinarios pertinet. *S. Cong. Cardinal. negotiis Regni Neapolitani Præpoſitorum* 10. *Kalend. Iuly* 1623. teſtibus Aloyſ. Rice. *in praxi fori eccleſ. part.* 4. *reſol.* 480. Ioan. Anton. Nouar. *in ſumma Bullarum tit. de Diaconis Seluaticis*, Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *diſput.* 2. *quæſt.* 30. *in fine pag.* 44. metipſo *de iure eccleſ. vniuerſo lib.* 1. *c.* 39. *§.* 4. *n.* 20.

S. Didacus.

Collect. CCL.

1 SAnctum Didacum canonizauit, & eius feſtum die 12. Nouembris celebrare iuſſit *Sixtus V. conſtit.* 82. incip. *Rex Regum Non. Iuly* 1588. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 630. aliàs *pag.*
2 478. in nouiſ. impreſſ.

Sancti Didaci feſtum in vniuerſis Orbis terrarum Eccleſiis ac omnibus tam ſecularibus quàm quorumuis Ordinum & inſtitutorum Regularibus, & aliis eccleſiaſticis perſonis vtriuſque ſexus ſub ritu ſemiduplici: in ciuitate verò ac diœceſi Hiſpalenſi vnde ortus eſt, necnon in ciuitate & diœceſi Toletana in qua illius corpus requieſcit, ſub duplici celebrandum declarauit *Clemens VIII. in ſua conſtit.* incip. *Quæ ad Sanctorum diæ* 26. *Martij* 1598. quam refert Flauius Cherubin. *in compendio Bullarum ad conſt.* 82. *Sixti V. ſchol.* 2. & Aldan. *in compendio Canonicar. reſol. lib.* 1. *titul.* 18. *de Sanctis, num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruatio dierum feſtorum multum commendatur, & circa ea plura referuntur.*

2 *Regulares nullatenus prohibentur dies feſtos in ſuis Eccleſiis annunciare.*

3 *Regulares cenſuris per Epiſcopum compelli poſſunt ad obſeruantiam dierum feſtorum per eum cum approbatione populi indictorum.*

4 *Regulares cogi poſſunt ad obſeruationem dierum feſtorum, ſed non quoad octauam.*

5 *Epiſcopis non tribuit Concilium Trid maiorem facultatem indicendi dies feſtos, quàm habeant à iure communi.*

6 *Licentiam laborandi diebus feſtis in caſibus neceſſariis concedit Epiſcopus.*

7 *Miniſtri ſeculares non poſſunt concedere licentiam laborandi diebus feſtis, id enim ſpectat tantùm ad Epiſcopum.*

8 *Agaſones, iumentorum vectores, & mercium conductores poſſunt diebus feſtis inceptum iter peragere.*

Dies feſti.

Collect. CCLI.

1 DIerum feſtorum circa obſeruationem plura edixit *Pius V. in ſua Conſtit.* incip. *Cumprimùm, Kalen. Aprilis* 1566. quam refero *de officio, & poteſt. Parochi cap.* 16. *num.* 11.

2 Dies feſtos in ſuis Eccleſiis annuntiare nullatenus prohibentur Regulares. *S. Congr. Conc. in Bononien.* 2. *Iuly* 1620. cuius meminere Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 2. *conſtit.* 7. *Pij V. n.* 13. *verſ. ad primum.* Lezana *in ſum. qu. Regul. tom.* 1. *c.* 9. *n.* 45. *&* *c.* 12. *n.* 41. *verſ. ad* 2. *& tom.* 3. *verbo feſti dies, nu.* 3. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 15. *n.* 54. *in fine.*

3 Dierum feſtorum ad obſeruantiam per Epiſcopum cum approbatione populi indictorum Regulares cenſuris per illum compelli poſſunt. *S. Congr. Concil. in Hoſtunen.* 31. *Iuly* 1627. teſte Sellio *in ſelect. Can. c.* 2. *n.* 12.

4 Dierum feſtorum ad obſeruantiam cogi poſſunt Regulares, ſed non quoad octauam, at ſunt ſeruandæ rubricæ Breuiarij, & decreta nouiſſima. *S. Cong Rit. S. Congr. Conc.* 21. *Iuly* 1629. penes Sellium *d. c.* 2 *n.* 13.

5 Dies feſtos indicendi maiorem facultatem non tribuit Epiſcopis decretum *Concilij Trident. ſeſſ.* 25. *de Regul. c.* 12. quam habeāt à iure communi. *S. Cong. Conc.* 15. *Decembris* 1629. apud Sellium *d. c.* 2. *n.* 15.

6 Diebus feſtis laborandi licentiam in caſibus neceſſariis concedit Epiſcopus ad præſcriptum decreti *S. Congr. Epiſcop. & Regular. in Cuſentina* 2. *Auguſti* 1594. de qua meminerunt Quarant. *in ſum. Bullary verbo dies feſti.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *cap.* 3 *num.* 23. Ego ipſe *d. cap.* 16. *num.* 9. Eadem *S. Cong. in ciuitatis Caſtellana* 21. *Auguſti* 1615. de qua Sellius *d. c.* 2. *num* 18.

7 Diebus feſtis laborandi licentiam concedere non ad miniſtros ſeculares, ſed ad Epiſcopū pertinet, ita vt ij, qui diebus feſtis præuia Epiſcopi licentia operibus ſeruilibus vacauerint, nequaquam poſſint ab aliis quoquo modo mulctari, aut puniri, *S. Congr. Concil. in Mutinen.* quam refert Ioann. Anton. Nouar. *in ſum. Bullarum ſub tit. de diebus feſtis num.* 5.

8 Diebus

8 Diebus festis sub prætextu mercatuum, nundinarum, & feriarum nullatenus est violandum, & quatenus agasonibus, ac aliis iumentorum vectoribus, seu mercium conductoribus liceat illis diebus incœptum iter peragere. *S. Congr. Conc.* quam adducunt Quaranta *d. verbo dies festi*, Bert. Lucens. *in praxi crimin. Regul. titul. 4 cap. 34. numer. 5. vers. sub eadem.* Egoipse *de officio. & potest. Episcopi. part. 3. alleg 105. & d. tract. de Parocho cap. 16. num. 12. cum seqq.*

Vide plura *in verbo Festum, collect 355.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionis officia ambiens, & pretio procurans qualiter puniatur?*
2 *Cardinalatus dignitas est maior & dignior Episcopali.*
3 *Dignitas vbique locorum sequitur eam obtinentem.*
4 *Episcopo Ordinationem facienti, & sacra Olea consecranti assistere tenentur Dignitates, & Canonici.*
5 *Episcopo suffraganeo Pontificaliter celebranti non debent Dignitates assistere.*
6 *Episcopi ad associationem quatenus teneantur Dignitates.*
7 *Præcedentiam habent Dignitates Cathedralis supra Cathedrales Collegiatarum, præter quam in ipsarum Collegiatis Ecclesiis.*
8 *Puluinar cum tapete non debent ante se ponere Dignitates.*
9 *Sedes dignitatum absentium non debent occupari ab aliis Dignitatibus, seu Canonicis.*
10 *Dignitates quando sedent ab vtraque parte chori quomodo incensandæ?*
11 *Vicario generali præsente in choro, quomodo in eo sedere debeant Dignitates?*
12 *Anni 12. completi requiruntur ad Dignitatem in Ecclesia Cathedrali non habentem curam animarũ.*
13 *Onera per seipsos subire tenentur obtinentes Dignitatem cum Canonicatu.*
14 *Dignitas quæ obtinetur ex consuetudine simul cum Canonicatu, vel Portione, debet munera his correspondentia adimplere.*
15 *Inferioribus manifestare non tenentur Dignitates, & Canonici, qui habent Præbendas cum onere cantandi Euangelium seu Epistolam.*
16 *Vices Canonicorum & aliorum inferiorum non supplent Dignitates.*
17 *Canonici pro Diacono, & Subdiacono & non alij inferiores inseruire debent Dignitati & Canonico solemniter celebranti.*
18 *Circulum in Missa solemni ante Episcopum debent facere Dignitates & Canonici & non alij.*
19 *Residere tenetur in digniori duas Dignitates legitimè obtinens.*
20 *Thuribuli duplici tantum ductu thurificari debent Dignitates Cathedralis.*
21 *Presbyteri etsi Pluralibus non tamen Canonici assistere debent, Dignitate, vel Canonico Officium ad Vesperam faciente.*
22 *Visitare potest Episcopus Dignitatem exemptam in concernentibus curam animarum illi annexam.*
23 *Residere personaliter compelli potest Dignitas in Cathedralibus & Collegiatis pœnis præfixis decreto Concilij.*
24 *Dignitati Curatæ potest vniri alia Dignitas ex causa paupertatis.*
25 *Pochialis Ecclesia inconsulto Papa, conferri non potest habenti Dignitatem tenuem in Ecclesia Cathedrali, quæ de distributionibus quotidianis non participat.*
26 *Fabricæ Ecclesiæ si indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Episcopi erit applicandũ quod ex tertia parte conuersa in distributiones Dignitas non inseruiens amiserit.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Dignitas.

Collect. CCLII.

1 Dignitates & officia iurisdictionis administrationem habẽtia ambiens, & pretio procurans qualiter puniantur? *Pius V constit* 140. incip. *Etsi Romani Nonis Decembris* 1571. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 350.

2 Dignitas Cardinalatus est maior, & dignior Episcopali. *Eugenius IV. in sua constit. 5. incip Non mediocri de anno* 1439. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag* 281. aliàs *pag.* 265. in nouiss. impress.

3 Dignitas vbique locorum sequitur eam obtinentem. *S. Congr Rit in Thelesina 2. Martij* 1602. quam refert Sellius *in select. Canon c. 7. n. 75.*

4 Dignitates & Canonici tenentur assistere Episcopo Ordinationem facienti, & sacra Olea consecranti. *S. Cong Rit. in Abulen. 20. Decembris* 1601. quam allegat Sellius *d. c. 7 n. 76.*

5 Dignitates non debent assistere Episcopo suffraganeo Pontificaliter celebranti, sed sufficit si duo Canonici cum duobus Portionariis vltra Diaconum & Subdiaconum ei assistant. *S. Congr. Rit. in Tarraconen. 7. Iulij* 1612. de qua meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut lib. 1. tit. 16. n. 86.*

6 Dignitates tenentur ad associationem Episcopi ad Ecclesiam venientis, prout Canonici, licet Cæremoniale Canonicos tantum exprimat. *Sacra Cong. Rit. in Perusina 21. Augusti* 1601. Idque non ex vrbanitate, sed ex debito. *Eadem S. Congr. in Iacen.* 10. *Ianuarij* 1609. quam citat Aldan. *d tit. 16. n. 8.*

7 Dignitates Ecclesiæ Cathedralis in omnibus locis præterquã in ipsis Ecclesiis Collegiatis præcedunt Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiarum Collegiatarum, principalibus exceptis. *S. Cong. Rit. in Caputaquen.* 30. *Septembris* 1614. cuius memini *de Iure Eccles. vniuerso lib. 1. c. 21. n. 85.*

8 Dignitates non debent ante se ponere puluinar cum tapete, sed debent sedere in suo stallo, sicut reliqui Canonici, & ratione Dignitatis indulgeri potest puluinar de corio tantum. *S. Congr. Rit. in Tudertina* 24. *Martij* 1613. attestante Aldano *d. tit. 16. n. 87.*

9 Dignitatum absentium sedes non debent occupari ab aliis Dignitatibus, seu Canonicis, sed vnaquæque in proprio stalo permanere debet. *S. Cong. Rit in Placentina 15 Maij* 1632. penes Sellium *d. c. 7. n. 79.*

10 Dignitates debẽt sedere ab vna parte chori vna cum Canonicis Presbyteris, ab alia verò Canonici, Diaconi, & Subdiaconi. Quod si aliquæ dignitates cum aliquibus Canonicis sedeant ab vna parte chori, aliæ verò dignitates cum reliquis Canonicis ab altera, incensatio debet fieri prius ab vna parte incipiendo à dignitatibus, & successiuè ad Canonicos, & postea ab alia non autem primò dignitates ab vtraque parte, omissis Canonicis. *S. Cong. Rit in Cremonen. 7. Decembris* 1601. cuius memini *d. tract. de iure ecclesiast. lib. 1 c. 21. n.* 109.

11 Dignitates in choro ita sedere debent quando

Vicarius genetalis est præsens absente Episcopn vt primus locus super omnes dignitates in dextra Altaris detur Vicatio, à parte sinistra primus locus detur Archidiacono primæ dignitati, secundæ vero dignitati tertius locus apud Vicarium. *S. Congr. Rit. in Andrien. 25. Septembris* 1610. cuius etiam memini *d. lib. 1. c. 21. n. 109.*

12 Dignitas in Ecclesia Cathedrali non habens animarum curam non potest conferri nisi ei qui habuerit 22. annos completos, & Episcopus non potest dispensare. *Sacra Congr. Concil.* apud Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. part. 7. cap. 4. numer.* 70. & nouissimè *sub die* 20. *Septembris* 1631. cuius memini *de Canonic. & dignit. c. 13. n. 22.*

13 Dignitatem cum Canonicatu seu Portione in eadem Ecclesia obtinentes per se ipsina vtriusque beneficij oneta subire tenentur, itaut non satisfaciant Concilin deseruiendo personalitet in dignitate, & per substitutum in Canonicatu, seu Portione, nisi tamen seruitia simul ita concurrant vt ab vna persona eodē tempore præstari nequaquam possint. S. *Congr. Conc. in Abulen.* 27. *Iulij* 1587. penes Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. c. 2. n.* 504. quem refero *de Canon. c. 31. n. 7.*

14 Dignitas obtinens ex consuetudine Canonicatum, vel Portionem, debet munera his incumbentia adimplere, etiāsi talia sint à quibus Dignitates alioquin immnnes sint. *S. Congr. Rit. in Gerunden. 16. Maij 1601. & in Tuden. 18. Maij* 1602. teste Sellin *d. c. 7. num.* 80. Et iterum Dignitatem & Canonicatum in eadem Ecclesia legitimè obtinens, tenetur vtrinsque onera subire, nisi seruitia simul ita concurrant vt ab vna persona eodem tempore nequaquam præstari possint. *Sacra Congr. Concil.* referente Nicol. Garc. *de benef. part. 3. cap. 2. num.* 503. quem refero *d. tract. de iure eccles. lib. 1. cap. 21. n. 97.*

15 Dignitates, & Canonici, qui habent Præbendas cum onere cantandi Euangelium, sen Epistolam, non tenentur ministrare inferioribus. *S. Congr. Rit. in Salamantina 10. Ianuarij* 1604. referente Sellin *d. c. 7. n. 81.*

16 Dignitates non supplent vices Canonicorum, & aliorum inferiorum, sed benè inferiores pro Dignitatibus. *S Cong. Rit. in Malacitana 3. Iunij* 1617. penes Sellium *d. c. 7. n. 82.*

17 Dignitate vel Canonico solemniter celebrante, Canonici paritet pro Diaconn, & Subdiacono, & non alij inferiores inseruite debent. *S. Cong. Rit. in Sypontina Montis Gargani 8. Martij* 1631. quam citat Aldan. *d. tit. 16. n. 88.*

18 Dignitates, & Canonici tantùm, & non alij, etiam Vicarius generalis debent facere circulum in Missa solemni ante Episcopum ad hymnum Angelicum, Credo, Sanctus, &c. *Sacra Cong. Rit. in Maceraten. 18. Septembris* 1630. penes Sellium *d. cap. 7. num. 83.*

19 Dignitates duas legitimè obtinens in digniore residete tenetur, & fructus alterius lucratur, non tamen distributiones, & eam partem tertiam Præbendæ, quæ auctoritate *decreti sess. 22. de reform. c. 3.* in quotidianas distributiones est conuersa. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. cap. 2. num. 165.*

20 Dignitates Cathedralis duplici tantùm ductu thuribuli thutificari debent, nisi firmiter probetur immemorialis, quod triplici ductu thurificentur absente Episcopn. *Sacra Conc. Rit. in Casertana 18. Septembris* 1632. quam adducit Aldan. *d. titul. 16. num. 89.*

21 Dignitate vel Canonico Officium ad Vesperas faciente, Presbyteri, non tamen Canonici cum Pluuialibus assistere debent, iuxta dispositionem libri *Cæremonialis Episcoporum lib. 2. c. 3.* ibi. *Presbyteros de gremio Ecclesia non autem Canonicos*, &c. *Eadem S. Cong. Rit. in dicta Casertana*, attestante Aldan. *d. tit. 16. n. 90.*

22 Dignitatem exemptam potest Episcopus visitare in concernentibus curam animarum illi annexam. *S. Congr. Conc. in Burgen. 18. Augusti* 1628. quam citat Sellius *d. c. 7. num* 84.

23 Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis possunt compelli ad residendum personaliter pœnis præfixis decreto *Concilij sess. 24. c. 12. § præterea*, non obstante quod velint amittere tertiam partem fructuum pro distributionibus quotidianis applicatam. *Sacra Congr. Concil.* quam adducit Sellius *d. c. 7. n.* 85.

24 Dignitati Curatæ potest vniri alia dignitas ex causa paupertatis iuxta decretum *Conc. sess. 21. cap. 5. de reform. & sess. 24. cap. 13. etiam de refor.* eamque vnionem facere potest Abbas si sibi hanc facultatem vniendi legitimè præscripsit, aut ex priuilegio in Ecclesia sibi pleno iure subiecta iurisdictionem quasi Episcopalem babet in omnibus, & per omnia, alioquin vnio est facienda per Episcopum cum consensu ipsius Abbatis, & Capituli. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic part. 12. cap. 5. num. 74.*

25 Dignitatem tenuem habenti in Ecclesia Cathedrali, quæ de distributionibus quotidianis nō participat, Ecclesia Parochialis inconsulto Papa conferri non potest. *Sacra Congr. Conc.* de qua Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit. 7. de incompatibil. benefic. n. 51.*

26 Dignitas Cathedralis, à qua post Concil. tertia pars fructuum detracta, & in distributiones quotidianas conuersa proponitur, si non sit de corpore Capituli, id quod ex dicta tertia parte Dignitas non inseruiens amiserit, fabricæ Ecclesiæ si indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Episcopi erit applicandum, iuxta decretum *cap. 3. sess. 22. de reform. S. Cong. Conc.* referente Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benef. p. 3. c. 2. n. 465.*

SVMMARIVM.

1 *Dignitas prima semper est, & vocatur prima Dignitas licet Vicarius generalis sedeat in suo loco.*

2 *Paramenta in ipso Altari sed ex Sacristia debet accipere prima Dignitas, etiamsi sit Protonotarius.*

3 *Aspersorium aquæ benedictæ debet porrigere prima dignitas Episcopo venienti in porta Ecclesiæ.*

4 *Functiones facere absente Episcopo non tenetur prima dignitas ex obligatione.*

5 *Functiones solemnes facere (absente, vel impedito Episcopo) spectat ad primam dignitatem, non autem ad hebdomadarium.*

6 *Officium facere, & celebrare (dignitate prima absente, vel impedita) pertinet ad secundam, non verò ad tertiam, vel Canonicum hebdomadarium.*

7 *Officium Presbyteri assistentis debet exercere prima dignitas.*

8 *Aquam*

8 *Aquam benedictam ministrare, & Crucem offerre debet prima dignitas Episcopo Ecclesiam ingredienti.*
9 *Præcedentiam habet prima dignitas in omnibus supra omnes dignitates, & Canonicos.*
10 *Sedere debet a dextris Episcopi prima dignitas.*
11 *Dignitas prima non debet inseruire in functionibus, & ministeriis, quæ minoribus Clericis competunt.*
12 *Missam cantare debet prima dignitas si velit functiones Episcopales facere.*
13 *Missam cantare debet prima dignitas, quæ vult portare Sanctissimum Sacramentum in processione absente Episcopo.*
14 *Eucharistiæ sanctissimum Sacramentum in solemni eius festiuitate, & per octauam in processione deferre, & Missam, ac Vesperas cantare, cui & quibus pertineat?*
15 *Functiones Episcopales primæ dignitati ex absentia Episcopi incumbentes, non potest eadem prima dignitas arbitrio suo alteri delegare.*
16 *Missas Pontificales absente Episcopo celebrare, illasque distribuere spectat ad primam dignitatem.*
17 *Processiones ordinandi munus intra & extra ciuitatem absente Episcopo spectat ad primam dignitatem.*
18 *Missas solemnes celebrare & alias functiones facere, quas fecerat si præsens esset Episcopus, eo absente pertinet ad primam dignitatem.*
19 *Episcopus impeditus, vel nolens Missas celebrare, & alias functiones facere, non potest alteri Canonico sibi bene viso, vel eius Vicario generali illas delegare.*
20 *Vicarius etiam Apost. nec Episcopo absente, nec Sede vacante, potest functiones solemnes in Ecclesia Cathedrali facere.*
21 *Consuetudo immemorialis seruanda est, quæ aliis quàm primæ dignitati functiones solemnes facere, concessit.*
22 *Doctori, vel Licentiato non debet necessariò conferri Dignitas principalis in Collegiata Ecclesia exempta.*
23 *Dignitas principalis in Collegiata præcedit Canonicis Cathedralis non collegialiter, sed vti singulis incedentibus.*

Dignitas prima in Cathedralibus, & Collegiatis.

Collect. CCLIII.

1 Dignitas prima semper est, & vocatur prima dignitas, licet Vicarius generalis sedeat in loco suo. *Sacra Cong. Rit. in Placentina 19. Maij 1607. in resp ad dub.* 4. cuius memini *de iure eccles. vniuerso lib. 1. cap. 21. num.* 84.

2 Dignitas prima etiamsi sit Protonotarius, quando priuatè celebrat, non debet accipere Paramenta in ipso Altari, sed ex Sacristia, vel alio loco ad id ordinato debet paratus ad celebrandum accedere, cui vnus tantum minister debet inseruire. *Sacra Cong. Rit. in Cremonen. 7. Iuly* 612. teste Sellio *in selectis Canon. cap. 7. n.* 92.

3 Dignitas prima in Ecclesia, vel primus Canonicus debet porrigere aspersorium aquæ benedictæ Episcopo venienti, in porta Ecclesiæ. *Sacra Congr. Rit. in Brundusina 16. Iuly* 1605. de qua memini *d. lib. 1. c. 21. n.* 105.

4 Dignitas prima non tenetur ex sua voluntate & deuotione functiones facere absente Episcopo. *Sacra Cong. Rit. in Regien. 9. Decembris* 1600. cuius etiam memini *d. lib. 1. cap. 21. n.* 99.

5 Dignitati primæ, & sic digniori de Capitulo, non autem hebdomadario spectant functiones solemnes, quas si Episcopus præsens esset obiret, eo absente vel impedito. *Sacra Congr. Rit. in Penen. 15. Februarij* 1633. cuius etiam memini *de Canonicis, & dignit. cap. 6. n. 7. in fine.*

6 Dignitate prima absente, vel impedita, ad secundam non ad tertiam, vel Canonicum hebdomadarium pertinet facere officium, & celebrare pertinentes ad primam dignitatem, licet tertia dignitas, vel alius Canonicus habeat curam chori, vel sint hebdomadarij. *Sacra Congr. Rit. in Andrien. 15. Martij* 1608. *& in Pientina 8. Maij* 1621. quarum memini *d. lib. 1. cap. 21. n.* 101.

7 Dignitas prima debet exercere officium Presbyteri assistentis quocunque nomine nuncupetur, & ad ipsum pertinet cum Pluuiali assistere Episcopo, & candelam benedictam, ac palmam Episcopo ministrare, *Sacra Cong. Rit. in Brixien. 28. Maij* 1616. cuius memini *d. lib. 1. cap. 21. n.* 104.

8 Dignitas prima loci debet ministrare Episcopo ingredienti aquam benedictam, & Crucem offerre, etiamsi non ad illius Ecclesiam sed ad aliam processio dirigatur. Quando vero ingreditur aliquam Parochialem Ecclesiam debent hæc illi ministrari à digniore illius Ecclesiæ, etiamsi Canonici præsentes fuerint. *Sacra Congr. Rit in Calagurritana 1. Iunij* 1601. cuius memini *d. lib. 1. c. 21. n.* 106.

9 Dignitas prima habet præcedentiam in omnibus supra omnes Dignitates, & Canonicos post Episcopum quocunque nomine siue Archidiaconus, siue Archipresbyter nuncupetur. *Sacra Cong. Rit. in Brixien. 28. Maij* 1616. quam adducit Sellius *d. c. 7. n.* 93.

10 Dignitas prima sedere debet à dextris Episcopi etiam in Collegiatis Ecclesiis celebrantis, prout in Cathedrali sedere consueuit. *Sacra Congr. Rit. in Thelesina 2. Martij* 1602. cuius memini *d. lib. 1. c. 21 nu.* 107.

11 Dignitas prima non debet inseruire in functionibus, & ministeriis, quæ minoribus clericis competunt, & Episcopo similia obsequia præstare, sed tantum tenetur ad functiones in Cæremoniali præscriptas. *Sacra Congr. Rit. in Tornacen. 7. Decembris* 1601. penes Sellium *d. cap. 7. n.* 94.

12 Dignitas prima si velit functiones Episcopales facere, debet etiam Missam cantare, alias pertinet ad subsequentes cum eadem conditione. *Sacra Congreg. Rit. in Aretina 30. Ianuarij* 1612. *& in Tirassonen. 1. Martij* 1614. *& in Neritonen. eadem die & anno* quarum memini *d. lib. 1. c. 21. n.* 100.

13 Dignitas prima, quæ vult portare Sanctissimum Sacramentum in processione, absente Episcopo, debet Missam cantare, quod si noluerit, debet sanctissimum Sacramentum portare ea Dignitas, vel Canonicus, qui Missam celebrauerit. *Sacra Cong. Rit. in Baren. 19. Ianuarij* 1608. cuius memini *d. lib. 1. cap. 21. n. 100. in fin.*

14 Dignitati primæ, vel ea impedita secundæ & successiuè tertiæ, vel quartæ, & omnibus Dignitatibus absentibus, vel impeditis, primo vel secundo Canonico spectat, absente, vel impedito Episcopo, Sanctissimum Sacramentum in solemni eius festiuitate, & per octauam in processione deferre, & Missas ac Vesperas Pontificales cantare, diebus, in quibus Episcopus si esset præsens, vel non impeditus cantaret, nec non Missas, & Vesperas infra annum distribuere. *Sacra Cong. Conc. Rit*

die 19. *Ianuarij* 1608. Nisi ad alium pertineat absente Episcopo prædictas functiones facere iuxta Ecclesiæ Constitutiones, & antiquam ac immemorialem eiusdem Ecclesiæ consuetudinem. *Eadem Sacra Congr. in Iuuenac.* 9. *Maij* 1609. quarum memini *in tract. de Canonic. c.* 5. *num.* 43. *&* 44.

15 Dignitas prima vel alia, ad quam spectat absente Episcopo functiones Episcopales facere, si noluerit, vel non potuerit per se adimplere, non potest id alteri suo arbitrio delegare, sed Dignitas post ipsam immediatè sequens, vel primus Canonicus & successiuè per Ordinem debet dictas functiones facere. *Sacra Cong Rit. in Andrien.* 20. *Decembris* 1601. *&* 9. *Maij* 1606. *& in Mediolanen.* 28. *Aprilis* 1607. *& in Andrien.* 28. *Ianuarij* 1618. *& in Alexandrina* 28. *Augusti* 1618. quarum memini *d. tract. de Iure Eccles. vniu. lib.* 1. *c.* 21. *nu* 101. *& d. tract. de Canonicis & Dignit. c.* 5. *n.* 47.

16 Dignitas prima debet absente Episcopo Missas Pontificales celebrare, easque inter alias Ecclesiæ Dignitates, Canonicos, & Sacerdotes distribuere, & eo absente proximior successiuè *Sacra Cong. Rit. in Tarentina* 10. *Ianuarij* 1597. apud Sellium *in select. Canon. c.* 7. *num.* 95.

17 Dignitas prima habet munus ordinandi processiones intra & extra ciuitatem, absente Episcopo. *Eadem Sacra Cong. Rit. in d. Tarentina*, cuius memini *d. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 83.

18 Dignitas prima debet, absente, vel impedito Episcopo, Missas solemnes celebrare, & alias functiones facere, quas Episcopus celebraret, seu faceret, si præsens esset, quocunque nomine prima Dignitas appelletur, siuè Archidiaconus, siuè Decanus, siuè Archipresbyter, dummodo in Ordine Sacerdotali constitutus sit. *S. Cong. Rit. in Callien.* 18. *Ianuar.* 1605 *& in Brundu.* 11. *Iunij &* 16. *Iulij etiã* 1605. *& in Baren* 16. *Ianuarij* 1608. *& in Pisauren.* 21. *Martij* 1609. *& in Aretina* 30. *Ianuarij* 1610. *& in Ciuitaten. seu sancti Seueri* 25. *Iunij* 1611. *& in Hydruntina* 1. *Martij* 1614. *& in Lamacen.* 11. *Nouembr.* 1614. *& in Meliten.* 4. *Aprilis* 1615. *& in Grauinen.* 8. *Martij* 1617. *& in Alexandrina* 18. *Augusti* 1618. *& in Messan.* 23. *Ianuarij* 1621. Non verò ad hebdomadarium pertinet, absente Episcopo, has functiones facere. *Sacra Congr. Rit. in Pisauren.* 21. *Martij* 1609. cuius memini

19 *d. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 81. Et Episcopus impeditus, seu nolens Missas celebrare, & alias functiones facere non potest alteri Canonico sibi bene viso, seu eius Vicario dictas functiones delegare, sed ad primam Dignitatem, & alias successiuè spectant *Eadem Sacra Cong. in Algaren. & Brundusina* 20. *Decembris*

20 1601. *& in Hydruntina* 25. *Septembris* 1621. & Vicarius nec Episcopo absente nec sede vacante potest has functiones facere. *Eadem Sacra Cong. in Marsicen. nullius* 25. *Ianuarij* 1605. *& in Brundusina* 11. *Iunij* 1605. *&* 16. *Iulij eod. anno, & Valuen.* 26. *Nouembris* 1605. *& in Neritonen.* 25. *Februarij* 1606. *in Andrien.* 9. *Maij eod. anno, & in Neocastren.* 17. *Ianuarij* 1607. *& in Barien.* 19. *Ianuarij* 1618. *& in Alatren.* 22. *Ianuarij eodem anno.* Etiamsi Vicarius sit à Sede Apost. constitutus. *Eadem Sacra Cong. in Brundusina* 15 *Februarij* 1614.

21 Si verò sit consuetudo immemorialis quoad Canonicum hebdomadarium vel Archipresbyterum, licet non sit prima Dignitas, vel ad aliam Dignitatem huiusmodi functiones spectent, seruanda est consuetudo, quæ non tollitur per Cæremoniale *Eadem Sacra Cong Rit. in Asten.* 25. *Ianuarij* 1602. *& in Hydruntina* 30. *Ianuarij* 1616. *& in Monopolitana* 3. *Septembris* 1616. Sed donec legitimè probetur consuetudo, prima Dignitas debet manuteneri. *Eadem Sacra Cong in Hydruntina* 30. *Aprilis* 1616. quas omnes refert Sellius *d. c.* 7. *n.* 91.

22 Dignitas principalis in Collegiata Ecclesia exempta, cui Ordinaria iurisdictio cum omnibus iuribus quasi Episcopalibus competit, non debet necessariò conferri licentiato, vel Doctori. *Sacra Cong. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.... num.* 33. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 63. *n.* 1. *vers. quòd autem.*

23 Dignitas principalis in Collegiata, qui caput est Capituli, & cui solent à Sede Apost. causæ committi, præcedit Canonicis Cathedralis non collegialiter, sed vti singulis incedentibus. *S. Congr. Rit. in Verbien* 20. *Decembris* 1601. penes Sellium *d. cap.* 7. *n.* 92.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ dimissoriales, commendatitiæ, & testimoniales gratis concedendæ.*

2 *Vicarius Capitularis quando possit infra annum dimissorias concedere ad primam Tonsuram.*

3 *Ordinarius beneficij dimissorias dare potest.*

4 *Episcopus absens à sua diœcesi potest dare litteras dimissorias.*

5 *Vicarius Capitularis, & non ipsum Capitulum post annum dimissorias dare potest.*

6 *Capituli iurisdictio licet expiret, nihilominus dimissoria concessa à Capitulo in casibus à Concilio permissis non expirant.*

7 *Morte concedentis non expirant dimissoriæ ad Ordines.*

8 *Capitulo Canonicorum non licet dimissorias concedere ex Trid. sess.* 23. *de reform. cap.* 3.

9 *Abbati nulli. seu Præposito, aut Archipresbytero exempto, quamuis habeat iurisdictionem Ordinariam licet cuiquam clerico seculari dimissorias concedere.*

10 *Episcopus vicinior dat dimissorias ad Ordines existentibus in nullius diœcesi.*

11 *Abbas, cuius Abbatia in statu nullius diœcesis esse probatur, non potest concedere dimissorias ad Ordines suscipiendos.*

12 *Prælatus inferior nullius diœcesis quando poterit subditis secularibus dimissorias concedere, ostenditur.*

13 *Facultas concedendi litteras dimissorias datur Abbati Tarsensi. & S. Saluatoris, Maioris.*

14 *Prælati Regulares quando possunt, & debent suis subditis etiam Regularibus dimissorias concedere?*

15 *Dispensare super interstitiis cum Regularibus quis valeat?*

Dimissoriales litteræ.

COLLECT. CCLIV.

1 Dimissoriales, commendatitiæ, aut testimoniales litteræ gratis concedendæ *Sacra Cong. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. p.* 8. *cap.* 1. *n.* 77. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcop. in declar. n.* 35. *in resp. ad dub.* 3. quem refero *de Episcopo p.* 2. *alleg.* 8. *n.* 16.

2 Dimissorias ad primam Tonsuram concedere potest Vicarius Capituli Sede vacante infra annum illi, qui est præsentatus à patronis laicis, ad beneficium ecclesiasticum iurispatronatus ipsorum, vt illud obtinere valeat. *Sacra Congr. Conc.* penes

nos

nes Stephan. d'Aluin. *de Episcop. & Abbatum potest. cap. 27. n. 1.*

3 Dimissoriæ ritè, & rectè concedi possunt ab Ordinario beneficij *cap. fin. de temp. ordinat. in 6.* Nec obstat *Trid. sess. 23. de reform. cap. 9.* quia loquitur de non subditis, at ratione beneficij efficitur quis subditus. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. in addit. ad p. 2. c. 4. n. 1.*

4 Dimissorias litteras potest dare Episcopus absens à sua diœcesi, si absentes diœcesani litteras petierint, & Ordinari possint ab alio; & si propter absentiam valdè eis incómodum venire ad subijciendum se examini Ordinarij sui non valerent, poterit ipse Ordinarius examen illorum demandare Episcopo loci, in quo degunt. *Sacra Cong. Conc.* de qua Armendar. *d. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 59.* quem refero *d. alleg. 8. n. 29.*

5 Dimissorias post annum concedere spectat ad Vicarium Capitularem, & non ad Capitulum. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Neapolitana 12. Ianuarij* 1604. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 3. n. 5.* quem refero *in collect. ad Trid. sess. 7. de reform. cap. 10. n. 10.*

6 Dimissoriæ concessæ à Capitulo in casibus à Concilio permissis non expirant, licet expiret iurisdictio Capituli. *Sacra Cong. Conc.* quam refert Aldan. *d. lib. 1. tit. 3. n. 16.*

7 Dimissoriæ ad Ordines non expirant morte concedentis. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Orien. 21. Nouembris* 1600. referente Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo dimissoria num. 9.*

8 Dimissorias concedere non licet Capitulo Canonicorum ex decreto Conc. sess. 23. cap. 10. de reform. etiamsi territorium habeat distinctum, & exemptum ob immemorialem possessionem, & sint Iudices Ordinarij. *Sacra Cong Conc sub die 5. Iulij* 1575. quam adducit Aldan. *d. tit. 3. n. 17.*

9 Dimissorias litteras cuiquam Clerico seculari concedere nulli Abbati quibusuis munito priuilegijs, licet, similiter nec Præposito, quamuis sit Cardinalis, similiter nec Archipresbytero exempto, quamuis habeat iurisdictionem ordinariam. *Sacra Congr. Conc.* teste Zerola *in praxi Episcop. p. 1. verbo Abbas, in princ.*

10 Dimissorias ad Ordines suscipiendos tenentur existentes in nullius diœcesi petere ab Episcopo viciniori, debent tamen obtinere à suo Prælato inferiore litteras testimoniales de vita, & moribus. *Sacra Congr. Episcop. & Regular in Cauen. 5. Maij* 1587. quam refero *de iure eccles. vniuerso lib. 1. cap. 33. n. 61.* vbi adduco aliam sub die 22. Februarij 1631. qua dicitur licere Episcopis viciniorибus Ordines conferre subditis secularibus Abbatum & aliorum inferiorum etiam nullius diœcesis sine consensu, seu litteris testimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum, quæ videtur præcedenti ex diametro contraria, quam nihilominus intellexi de congruentia, quæ prohibet vt vicinior Episcopus Ordines illi non conferat, cuius vita & mores sibi ignoti sunt.

11 Dimissorias litteras ad Ordines suscipiendos concedere non potest Abbas, etiamsi probetur Abbatia esse in statu nullius diœcesis. *Sacra Congr. Conc. in nullius Theatin. 11. Septembris* 1611. quam citat Aldan. *d. tit. 3. n. 18.*

12 Dimissorias tunc concedere poterunt Prælati inferiores si territorium separatum cum plena iurisdictione in omnes homines tã de Clero quàm de populo eis concessum fuerit, Episcopusque omne ius, omnemque iurisdictionem, & correctionem, quæ ei competebat, à se penitus abdicauerit, nullumque ius in eis retinuerit, etiam quoad consecrationes, ordinationes, cæterasque Episcopalis officij indigentias, sed eas à quocunque voluerit Episcopo recipiendi illi tribuerit facultatem, per donationes Apostolicis confirmationibus munitas: in quem sensum accipienda est *decisio Sacra Cong Episcop. & Regul. sub die 18. Iunij* 1632. quam refero *d. tract. de iure eccles. vniu. lib. 1. cap. 33. n. 62.* & me citato Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 2. q. 16. n. 3.*

13 Dimissorias litteras concedendi facultas conceditur Abbati, seu Commendatario B. Mariæ Tarsensis & sancti Saluatoris maioris pro dictarum Abbatiarum subditis etiam priuatiuè quoad Archiepiscopos, & Episcopos viciniores. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Romanus Pont. sub dat. 18. Nouembris* 1628.

14 Dimissorias litteras concedere possunt Superiores Regulares suis subditis itidem Regularibus, qui præditi qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerint, ad Episcopum tamen diœcesanum, nempe illius monasterij, in cuius familia ab iis ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit. Et si diœcesanus abfuerit, vel non esset habitaturus ordinationes ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissorialium in id tempus, quo Episcopus diœcesanus, vel absuturus, vel nullas ordinationes habiturus esset. Verum cum à Superioribus Regularibus, Episcopo diœcesano absente, vel Ordinationes non habente litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis vtique huiusmodi causa absentiæ diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum exprimenda est, quod qui non fecerint, Officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiuæ, & passiuæ priuationis, & alias pœnas incurrunt. *Sacra Congr. Conc. sub die 15. Martij* 1596. Referunt Piasec. *in praxi Episcop. part. 1. cap. 1. num. 14.* Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 2.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 36. & 37.* Molfes. *in sum. Theolog. moral. tract. 2. cap. 2. num. 23.* Portel. *in dub. Regular. verbo Ordines sacri num. 2.* Laurent. de Peyrinis *de Prælato quæst. 3. cap. 7. n. 2. cum seqq. & de priuileg. Regul. ad constit 2. Sixti IV. §. 11. n. 33.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. c. 7. n. 1.* Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regul. pag. 71.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo dimissoria num. 1.* Lezana *in summa quæst. Regul. tom. 1. cap. 14. n. 12. & 18. & tom. 3. verbo dimissoria num. 5.* quorum plures refero *de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 7. n. 18.* Si Regulares degant in monasteriis sitis in locis nullius diœcesis debent ordinari ab Episcopo viciniore, & obseruare omnia, quæ in præcedenti decreto dicta sunt. *Sacra Congr. Conc. de mense Decembris* 1619. cuius meminit Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit. 2. Sixti IV. §. 11. n. 36.*

15 Dimissoriis litteris Superiorum petentium ab Episcopo vt suos subditos Regulares ordinare valeat, debet fieri mentio quod super interstitiis dispensare dignetur, attenta necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, vel Religionis. *Sacra Congr. Conc.* de qua Confect. *in compendio Mendicant. in verbo Ordines sacri.* Lauret. de Franchis. *de controu. inter Episcop &*

Regul. super decreto Clementis VIII. in resp. ad 4. p. 76. Discalceati Fratres Carmelitæ, vide in verbo Fratres Carmelitæ Discalceati collect. 367. & sancti Augustini, vide in verbo Eremitæ Fratres Discalceati S. Augustini collect. 326. & Sanctissimæ Trinitatis, vide in verbo Fratres reformati Discalceati sanctissimæ Trinitatis collect. 388.

Dismembrare.

Collect. CCLV.

1 Dismembrare non potest Episcopus partem curæ animarum ab Ecclesia Parochiali subiecta Religioni Hierosolymitanæ, & applicare alteri Ecclesiæ eiusdem loci sub prætextu quod populus esset numerosus *Sacra Cong. Conc. in Hostunen. 12. Iulij 1631.* teste Aldano *in compendio Canon resolut. lib. 3. tit. 8. n. 18.* quem refero *in collect. ad Trident. Conc. sess. 21. de reform. c. 4. n. 5.*

2 Dismembrare non licet à Parochia sita extra muros ciuitatis partem Parochianorum habitantium in ciuitate sub prætextu quod ad illos non detur aditus de nocte, sed est constituenda Capella per Abbatem Parochum intra ciuitatem. *Sacra Cong. Conc. sub die 12. August. 1628.* cuius meminit Aldan. *d. tit. 8. num. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus auctoritate ordinaria dispensare non potest cum contrahentibus matrimonia in gradibus affinitatis, vel consanguinitatis à iure prohibitis.*

2 *Episcopus dispensare non potest vt puella quæ 12. annum non compleuerit, possit habitum in monasterio suscipere.*

3 *Beneficia duo difformia sub eodem tecto vt quis possit obtinere ex causa dispensare potest Episcopus.*

4 *Episcopus dispensare potest cum promoto per saltum, si non ministrauerint.*

5 *Abbas Commendatarius habens iurisdictionem quasi Episcopalem in territorio separato, potest dispensare super illegitimitate ad quatuor Ordines minores.*

6 *Episcopus dispensare potest cum simoniaco occulto, non autem illum rehabilitare.*

7 *Episcopus etiam de consensu patronorum dispensare non potest post Conc. Trid. cum minore 25. annorum ad capellam ad quam ex fundatione præsentandus est Sacerdos.*

8 *Episcopus dispensare non potest vt duo viri, vel duæ fœminæ simul suscipiant infantem de sacro fonte.*

9 *Episcopus dispensare potest cum familiari suo triennali sibi non subdito super interstitiis, & illegitimitate, si ei iam ante ordinationem contulerat beneficium, aliàs secus.*

10 *Dispensatio præsumpta, in qua fundatur regula de triennali, non habet locum contra decreta Concilij.*

11 *Canonicatum & Parochialem obtinere poterit, qui à Sede Apost. legitimè dispensatus fuerit.*

12 *Beneficia plura quam vnum obtinere non poterit dispensatus ad beneficia dummodo plura simul non sint.*

13 *Vocem in Capitulo habet, & distributiones lucratur, qui fuerit dispensatus à Papa circa ætatem ad Canonicatum.*

Dispensare. Dispensatus.

Collect. CCLVI.

1 Dispensare non potest Episcopus auctoritate Ordinaria in gradibus affinitatis, seu consanguinitatis à iure prohibitis cum contrahentibus matrimonia. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p. 11 cap. 5. num. 344.*

2 Dispensare non potest Prælatus vt puella, quæ duodecimum annum non compleuerit, possit habitum in monasterio suscipere. *Sacra Congr. Conc.* referente Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Regul. num. 45.*

3 Dispensare ex causa potest Episcopus vt quis obtinere valeat duo beneficia difformia sub eodem tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouisi. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef. p. 11. c. 5. n. 377.*

4 Dispensare potest Episcopus cum promotis per saltum, siue aliquo sacrorum Ordinum omisso, siue omnibus, si non ministrauerint. *Sacra Congr. Conc.* apud Armendar. *ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 53. vers. item,* quam refero *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 47. n. 6. & 7.*

5 Dispensare potest Abbas Commendatarius habens iurisdictionem quasi Episcopalem in suo territorio separato, super illegitimitate ad quatuor Ordines minores. *Sacra Congr. Conc. in nullius oppidi de Pignarolo 18. Nouembris 1618.* quam refert Aldan. *in compendio Canon resolut. lib. 1. tit. 8. n. 86.*

6 Dispensare potest Episcopus cum simoniaco occulto, non tamen illum rehabilitare valet ad beneficia imposterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit. *Sacra Cong. Conc. testibus* Nicol. Garc. *de benefic. p. 8. c. 1. n. 74.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de irregularit. n. 15. & 16.* quos cum aliis refero *de officio, & potestate Episcopi p. 1. alleg. 39. n. 44.*

7 Dispensare post Concil. Trid. non potest Episcopus etiam de consensu patronorum cum minore 25. annorum ad Capellam simplicem obtinendam, ad quam ex fundatione est præsentandus Sacerdos. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 1. num. 99. & 111.*

8 Dispensare non potest Episcopus vt duo viri, vel duæ fœminæ simul suscipiant infantem de sacro fonte *Sacra Congr. Conc.* attestantibus Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Baptismus §. 4.* Rebell. *de obligat. Iustit. p. 2. in appendice ad lib. 4. n. 89.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 15. l. 1. de Matrim. n. 75.* quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 30. n. 41.*

9 Dispensare poterit Episcopus cum familiari suo triennali aliàs sibi non subdito super interstitiis, si ei iam ante Ordinationem contulit beneficium, quia ratione beneficij collati illi iam est subditus; aliàs secus. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis n. 48. & 50.* Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Ordo p. g. 194. col. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. part 2. capit. 5. numero 86.*

10 Dispensatio præsumpta in qua fundatur regula de triennali, non habet locum contra decreta Concilij cap. 4. sess. 7. & cap. 17. sess. 24. & cap. 15. sess. 25. de reform. ita vt possidentes beneficia contra dispositionem dictorum decretorum ex tali præsumpta

li præsumpta dispensatione suam possessionem tueri non valeant. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 5. n. 579.*

11 Dispensatus legitimè à Sede Apost, non authoritate Ordinaria, obtinere potest Canonicatum, & Parochialem. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. cap. 5. num. 373.*

12 Dispensatus ad beneficia dummodo plura simul non sint, non potest obtinere plura quàm vnum, quamuis illud ad vitam obtinentis honorificè sustentandam minimè sufficiat. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 11. c. 5. n. 235.* & postea *in Neocastren. 3. Februarij* 1629. *& in Alexandrina 11. Martij* 1630. quas citat Aldan. *d. lib. 1. tit. 8. num. 88.*

13 Dispensatus à Papa circa ætatem ad Canonicatum obtinendum in Cathedrali, habet vocem in Capitulo, & lucratur distributiones quotidianas, dum Diuinis interest. *Sacra Congr. Conc. in Reatina 10. Iulij 1627. & in Montis Politiani 13. Ianuarij 1629. & in sancti Miniati 15. Septembris eiusdem anni*, de quibus Sellius *in selectis Canon. cap. 2. n* 9. quem refero *in collect. ad Trid. sess. 22. de reform. cap. 4. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Gradus remotior in dispensationibus matrimonialibus qualiter attẽdatur, & secum trahat propinquiorẽ.*

2 *Copula carnalis si præcessit, & in supplicatione de ea nulla facta fuit mentio Pontifici, dispensatio obtenta erit subreptitia.*

3 & 4 *Copula superueniens post dispensationem ab Ordinario factam non obstat validitati matrimonij, de eadem materia, & in alio euentu n. 4.*

5 *Decretum apponi solitum in literis dispensationum vt nihil muneris, aut sponte oblati accipi possit pro illarum executione, quomodo intelligendum.*

6 *Littera in forma dignum, & dispensationes sunt committendæ illi, cui mandata est iurisdictio, visitatio, correctio, &c.*

7 *Prioratus quando est nullius diœcesis, & quasi Episcopalem iurisdictionem habet Priori committi possunt dispensationes Matrimoniales.*

8 *Vicarius Capitularis non potest expedire dispensationes Matrimoniales directas Episcopo, seu eius Vicario generali.*

9 *Notarius pro examinandis testibus, & sumendis aliis informationibus in dispensationibus Matrimonialibus, quam mercedem accipere valeat, ostenditur.*

10 *Episcopis vicinioribus non sunt committendæ dispensationes Matrimoniales si contrahentes sunt subditi alicuius inferioris nullius diœcesis, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentis.*

11 *Impedimento iustitiæ publicæ honestatis in primo gradu ex quibus causis concedatur dispensatio ad celebrandum matrimonium.*

12 *Dispensatio ex quibus causis mulieri concessa pro Matrimonio contrahendo cum fratre mariti defuncti.*

Dispensationes Matrimoniales.

COLLECT. CCLVII.

1 DIspensationibus Matrimonialibus pro coniunctis in diuersis gradibus consanguinitatis vel affinitatis ex eodem stipite prouenientibus statuit Pius IV. const. 97. vt exprimerentur etiam gradus propinquiores, & non solum remotiores, aliàs dispensationes essent nullæ. Postmodum Pius V. constit. sua incip. Sanctissimus de anno 1566. in fauorem Matrimonij decernit, vt de cæterò in dispensationibus pro consanguinitate & affinitate, aut mixtis ex eodem stipite (dummodò non attingant primùm gradum, super quo nunquam intendit dispensare) attendatur gradus remotior, qui secum trahat propinquiorem. Idem seruari mandat in commissionibus, & litteris factis Ordinariis, sufficit enim exprimere remotiorem gradum, obtentis tamen postea litteris declaratoriis super propinquiore. Refert Scort. *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit. 94.* & latè Ego ipse *in votis decis. Canon. lib. 1. voto 3.*

2 Dispensatio matrimonialis subreptitia est, si inter consanguineos, vel affines, aut spirituali cognatione coniunctos carnalis copula præcessisset, cuius mentionem in supplicatione non fecissent, propterea quod tales consanguinei, affines, vel cognati spirituales per hanc carnalem copulam redditi sunt inhabiles ad contrahendum Matrimonium, ex eo quod dicuntur commisisse incestum, qui impedit incestuosos contrahere Matrimonium: iden pro validitate dispensationis super gradu prohibito necessaria est de iure expressio copulæ carnalis, prout stylus Curiæ obseruat. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminerunt Nicol. Garc. *de benef. p. 8. cap 3. num. 66.* Additio *ad Nauar. cons. 9. de consang. & affin. in nou.* Quarant. *in sum. Bullarij verbo Matrimoniales dispensationes n. 13. vers quibus expletis*, Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 25. num. 24.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 25. n. 7.* Hurtado *eod. tract. disp. 26. n. 21.* Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 4. in declarat. Sacra Congr. n. 122. & 149.* Latè plures referens. Ego ipse *in votis decisiuis Canon. lib. 2. voto 17. n. 59.*

3 Dispensatio redditur nulla ex copula præcedente dispensationem si de ea non fuerit facta mentio in supplicatione, copula verò superueniens post dispensationem ab Ordinario factam, non impedit matrimonij validitatem. *Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef part. 8. cap. 3. n. 70. in fine.*

4 Dispensationis litteras super gradu prohibito obtinentes si eis non præsentatis contraxerunt, vel se carnaliter cognouerunt, noua egent dispensatione. Si verò sic consanguinitatis, vel affinitatis gradu coniuncti carnale commercium simul habuerunt, eoque expresso litteras à Sede Apost. quibus Ordinario dispensatio committebatur, obtinuerunt, easque illi præsentarunt, & veritate causæ probata dispensationem assequuti sunt, & deinde non contracto adhuc Matrimonio, se iterum carnaliter cognouerunt, noua non requiritur dispensatio. *Sacra Cong. Conc. sub die 12. Ianuarij 1606.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 8. n. 61.*

5 Dispensationem in litteris decretum apponi solitum, vt nihil muneris, aut sponte oblati accipi possit pro illarum executione, ita intelligendum est, vt neque Ordinarius ipse neque Vicarius quicquam prorsus pro mercede laboris, quem ea in re susceperit, capere possint. *Sacra Congr. Conc.* penes Zerol. *in praxi Episcop. p. 2. verbo dispensatio §. 1.*

6 Dispensationes Matrimoniales, & litteræ in forma Dignum, sunt committendæ illi, cui mandata est iurisdictio, visitatio, correctio, & superioritas, etiam quoad institutionem, præsentationem,

& nominationem. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. c. 2. n.* 145.

7 Diſpenſationes Matrimoniales, & alia huiuſmodi Priori ſunt committendæ, ſi Prioratus ſit nullius diœceſis, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habeat. *Sacra Cong. Conc.* de qua Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. n.* 144.

8 Diſpenſationes Matrimoniales directæ Epiſcopo, & eius Vicario Generali ſi Sedes vacare contingat, non poſſunt per Vicarium Capitularem expediri contra Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 27. *n.* 29. cenſuit *Sacra Cong. Conc. ſub die* 24. *Maij* 1621. quam adducit Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 62.

9 Diſpenſationes Matrimoniales adeò gratis concedendæ ſunt quod etiam Ordinarij, quibus hæ diſpenſationes committuntur, ſuum officium gratis præſteut, itaot nec ipſe Vicarius aliquid accipiat pro mercede. Notarius verò pro examinandis teſtibus, & ſumēdis cæteris confirmationibus quartam partem aurei, ſeu ducati accipere poſſit; pro litteris verò abſolutionum, & diſpenſationum in foro Conſcientiæ tantum nihil à quoquam accipi poſſit, vt Romæ fit. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 102.

10 Diſpenſationes Matrimoniales, & aliæ quæcunqoe quæ ſubditis inferiorum Epiſcopis à Sede Apoſt. conceduntur, ſi eas extra Romanam Curiam committi contigerit, & illi inferiores nullius diœceſis exiſtaut, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeant, eiſdem inferioribus, non autem vicinioribus Epiſcopis ſunt committendæ. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. cap. 2. num.* 142.

11 Diſpenſatio petita celebrandi Matrimonium non obſtante impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis in primo gradu conceditur, attenta copula ſubſequuta, propter quam mulier diffamata remanebat, & ſtante quod ad copulam deuentum non fuerit ſub ſpe faciliorem reddendi diſpenſationis gratiam, & in forma pauperum, vt petebatur, & iniunctis pœuitentiis ſalutaribus. *Sacra Congreg. Conc. in Caietana* 27. *Iulij* 1626. quam citat Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 65.

12 Diſpenſatio conceſſa fuit cuidam mulieri pro contrahendo matrimonio cum fratre mariti defuncti, ſtante matrimonio rato, & non conſummato, & quod mulier poſt mortem viri cognita fuit, & prægnans reddita ab huiuſmodi fratre cum periculo necis, & infamiæ. *S. Cong. Conc. in Cauen.* 17. *Nouembris* 1629. quam allegat Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 67.

SVMMARIVM.

1 *Capellania cum diſtributionibus quotidianis arguit reſidētiam in choro, ac incompatibilitatem cum alio beneficio reſidentiam requirente.*

2 *Penſione grauari non poſſunt diſtributiones quotidianæ, niſi expreſſis verbis à Pontifice concedatur.*

3 *Abſentes in illis tribus menſibus à Concil. Trid. conceſſis diſtributiones quotidianas percipere non poſſunt.*

4 *Senibus & legitimè impeditis debentur diſtributiones quotidianæ ſi intereſſe non poſſint nocturno tempore quo Matutinæ Horæ ex conſuetudine recitari ſolent.*

5 *Abſens à choro occaſione ſeruitij curæ eius Canonicatui annexæ lucratur diſtributiones quotidianas.*

6 *Priuato iniuſtè debentur diſtributiones quotidianæ, & cætera emolumenta.*

7 *Inſeruientes Epiſcopo celebranti Pontificaliter in ciuitate, vel in ſuburbiis lucrantur diſtributiones quotidianas.*

8 *Canonicus, qui lumen oculorum amiſit, diſtributiones quotidianas lucratur.*

9 *Carceratus indebitè lucratur diſtributiones quotidianas.*

10 *Romæ carceratus, vel ibi ex cauſa detentus non amittit diſtributiones.*

11 *Romam accedens pro ſeruitio Epiſcopi, vel ad viſitanda limina, gaudet diſtributionibus quotidianis.*

12 *Præbendam Theologalem obtinens, diſtributiones percipit quotidianas omnibus illis diebus, quibus lectionem habet, quamuis choro non interſit.*

13 *Abſens Canonicus pro euidenti Eccleſiæ vtilitate diſtributiones quotidianas lucratur, dummodo non ſit ei conſtitutum ſalarium.*

14 *Prouiſo ab Ordinario Cardinale vigore indulti debentur diſtributiones, pro tempore quo Eccleſiæ inſeruiuit, & poſſeſſionem habuit, etiamſi poſtea detegatur quod prouiſio fuerit inualida.*

15 *Poſſeſſionem Canonicatus obtinens vigore ordinariæ prouiſionis & deinde coactus prouiſionem Apoſtolicam obtinere, & primæ renunciare, nihilominus diſtributiones lucratur.*

16 *Profeſſionem Fidei non faciens ſi reſideat, diſtributiones lucratur.*

17 *Infirmis diſtributiones quotidianæ debentur.*

18 *Canonicus qui ex facto Principis temporalis loci reſidere non poteſt lucratur diſtributiones.*

19 *Inſeruientes ſuo Epiſcopo debent percipere diſtributiones, ſi in eis omnes Canonicatus redditus conſiſtunt.*

20 *Beneficiatis, ſeu Capellanis ægrotis debentur diſtributiones, non tamen eleemoſynæ pro Miſſis.*

21 *Diſpenſatus à Papa circa ætatem pro obtinendo Canonicatu in Cathedrali lucratur diſtributiones, & vocem in Capitulo.*

22 *Coadiuto Canonico debentur diſtributiones, infirmo, abſente, vel non ſeruiente coadiutore.*

23 *Impedito legitimè debentur diſtributiones.*

24 *Canonicus procurator Capituli, & pro negotiis Capituli aſſiſtens lucratur diſtributiones.*

25 *Canonicus de homicidio inquiſitus & intra annum comparens, ſi poſtea innocens declaretur, lucratur diſtributiones.*

26 *Miſſam Conuentualem, ſeu de die non cantantes minimè lucrantur diſtributiones.*

27 *Infirmo vel aliàs legitimè impedito quando habet coadiutorem, non debentur diſtributiones.*

28 *Congregationibus non debentur diſtributiones ſi id faciant tempore, quo diuina celebrantur.*

29 *Coadiutoribus non debentur diſtributiones, quæ dantur Præbendatis quando aliquas Miſſas celebrant, niſi quando celebrant pro ipſis coadiutis.*

30 *Vicario generali Canonico non debentur diſtributiones niſi ſedeat, & incedat cum ſuo habitu.*

31 *Miſſis priuatis Epiſcopo inſeruiens non lucratur diſtributiones.*

32 *Epiſcopo Cardinali pro caudatario inſeruiens Canonicus non gaudet diſtributionibus.*

33 *Cubiculario Canonico ad buſſulam Sanctiſſimi non debentur diſtributiones.*

34 *Vicarij in officio inſeruiens Epiſcopo non lucratur diſtributiones.*

35 *Canonico in publica vniuerſitate docenti Ius Canonicum non debentur diſtributiones*

36 *Miſſam celebrantes dum diuina officia recitantur diſtributionibus non gaudent.*

37 *Canonico*

37 *Canonico, qui ex causa pestis absuerit non debentur distributiones, nisi secus consuetudine obtentum fuerit.*

38 *Canonico qui fuit Romæ pro negotiis Capituli contra Episcopum non debentur distributiones.*

39 *Examinatores Canonici si propter examen in choro Horis Canonicis non assistant, non lucrantur distributiones.*

40 *Canonici non lucrantur distributiones nisi in choro, processionibus, aliisque actibus proprio Canonicali habitu vtantur.*

41 *Episcopum comitantes Canonici non lucrantur distributiones.*

42 *Canonicis, quibus vti Canonicis non incumbit onus audiendi Confessiones si pro his audiendis absint à choro, non lucrantur distributiones.*

43 *Horis Canonicis omnibus debent assignari distributiones, quæ accepta fuerunt in tertia parte fructuum.*

44 *Episcopo non licet aliquo prætextu, donare, relinquere aut quauis collusione remittere alicui distributiones amissas.*

Distributiones quotidianæ.

Collect. CCLVIII.

1 Distributiones quotidianæ cuiuslibet capellaniæ arguunt residentiam in choro, ac proinde incompatibilis est cum beneficiis residentiam requirentibus. *S. Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 7. de benef. incompatib. n. 63.*

2 Distributiones quotidianæ ne deteriores fiant, pensione grauari non possunt, nisi expressis verbis à Pontifice concedatur. *S. Congr. Conc.* attestante Nicol. Garc. *de benef. part. 1. c. 5. n. 390.*

3 Distributiones quotidianas percipere non possunt absentes in illis tribus mensibus à Concilio concessis *S. Congr. Conc. sub die 3. Augusti 1586.* referente Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm n. 182.*

4 Distributiones quotidianæ debentur senibus, & legitimè impeditis, si nocturno tempore, quo Matutinæ Horæ ex consuetudine recitari solent, interesse non possint, & Capitulum de huiusmodi impedimento iudicare poterit. *S. Congr. Rit. in Mazarien. 20. Decembris 1605.* penes Aldanum *compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 10. n. 43.* Et iterum distributiones quotidianas percipit senio ita confectus vt residere, & interesse Diuinis non possit, modo alias interesse consueuerit. *S. Congr. Conc.* testibus Franc. Leone *in thesauro fori eccles. part. 3. cap. 2. num. 17.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 1. §. 2 de resident. Canon. num. 79.* quos cum aliis refero *de officio & potest. Episcop. part. 3. alleg. 53. num. 164.* Et iterum distributiones quotidianæ debentur senio confectis, si soliti sint residere, ac etiam infirmis ex propria culpa & peccato, & detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam. *Eadem S. Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 362.*

5 Distributiones quotidianas lucratur Canonicus à choro absens occasione seruitij curæ eius Canonicatui annexæ, tanquam si esset præsens, ideoque Episcopus curam animarum idem Canonico auferre, & Mansionario sibi, eiusque successoribus beneuiso conferre non debet. *S. Congr. Episc.* Barbos. *Apost. Decis. Sign.*

cop. & Regular. in Lauden. 24. Nouembris 1617. cuius memini *de Iure eccles. vniuerso lib. 3. c. 18. n. 46.*

6 Distributiones quotidianæ & fructus, cæteraque emolumenta, quæ præsentibus tantum & interessentibus lucri causa fieri consueuerunt priuato iniustè debentur pro toto eo tempore, quo ob dictam priuationem munera suo beneficio incumbentia obire, atque Horis Canonicis interesse non potuit. *S. Congr. Episcop. & Regular 26. Maij 1625. & Sacra Congreg. Concil. in Aquilana 21. Iunij eiusdem anni,* quarum memini *d. lib. 3. cap. 18. num. 77.*

7 Distributiones quotidianas lucrantur inseruientes Episcopo celebranti Pontificaliter in ciuitate, vel in Suburbiis, non autem in alio loco, vel comitantes in visitatione. *Sacra Cong. Concil. sub die 17. Maij 1600.* quam refert Aldan. *d. lib. 3. tit. 10. num. 44.*

8 Distributiones quotidianas, & cætera emolumenta lucrari debet Canonicus, qui lumen oculorum amisit, & propterea Missas celebrare, & diuina officia recitare non potest, perinde acsi ille interesset. *Sacra Congr. Conc. 20. Iulij 1619.* quam citat Aldan. *d. titul. 10. num. 45.* Et iterum Canonicus post adeptum Canonicatum vtroque lumine orbatus distributiones lucratur absque eo quod intersit Diuinis. *Sacra Congreg. Concil. sub die 26. Ianuarij 1616.* de qua idem Aldan. *dict. titul. 10. num. 46.*

9 Distributiones quotidianas lucratur iniustè carceratus. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die 5. Decembris 1600.* penes Aldan. *d. tit. 10. num. 47.* & iterum Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 362.* vbi etiam ex *Sacra Cong. Conc. in Bracharen. 27. Iulij 1570.* addit quod si condemnatus fuerit, & appellet, interim non percipiet distributiones, sed si in secunda instantia obtinuerit, omnia recuperabit. Et iterum. Distributiones quotidianæ, consuetudine contraria non obstante, debentur Canonico totius temporis, quo propter denegationem distributionum in tempore indebitæ carcerationis absuit à residentia. *Sacra Congr. Conc. sub die 19 Maij 1626.* cuius memini *de Canon. c. 24. nu. 42.*

10 Distributiones debentur Canonico pro tempore, quo fuit Romæ carceratus, vel ibi ex causa detentus. *Sacra Congr. Conc. in Lancianen. 6. Februarij & 8. Maij 1617.* quam allegat Aldan. *d. titul. 10. num 48.*

11 Distributionibus quotidianis gaudet Canonicus, qui accedit Romam pro seruitio Episcopi, qui venit ad visitanda limina Apostolorum, etiam quod dictus Canonicus veniat post Episcopum, non autem simul. *Sacra Congr. Concil. sub die 9. Septembris 1623.* quam adducit Aldan. *d. tit. 10. n. 49.* Et iterum. Distributiones lucrantur ex decreto Sixti V. Canonici missi ab ipsorum Episcopis ad limina Apostolorum eorum nomine. *Sacra Congr. Concil.* teste Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 348.*

12 Distributiones quotidianas quamuis lucrari minimè debeat obtinens Præbendam Theologalem, si diuinis non intersit, etiam eo die, quo lectionem habet, vt tamen diligentius huic muneri præstantissimo Scholasticus Theologalem obtinens vacare queat, illi conceditur vt deinceps omnibus illis diebus, quibus huiusmodi munere functus fuerit, distributiones quotidianas per-

cipiat, quamuis choro non intersit. *Sacra Congr. Concil. in Oriolen. 5. Augusti* 1616. de qua Aldan, *d. tit.* 10. *n.* 50.

13 Distributiones quotidianas lucratur Canonicus absens pro euidenti vtilitate suæ Ecclesiæ dummodò non sit ei constitutum salarium. *Sacra Congr. Conc. sub die* 31. *Ianuarij* 1603. teste Ald. *d. tit.* 10. *num* 51. Et iterum Distributiones quotidianas lucratur absens pro euidenti Ecclesiæ vtilitate, præcipuè stante consuetudine. quod Canonicus missus à Capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesię, seu Capituli percipiat omnes fructus, & quotidianas distributiones. *S. Cong. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2 num.* 362. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. titul.* 23. *l. 8. §. 2. de resident. Canon. num.* 73. & 95. quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg.* 53. *nu.* 171.

14 Distributiones debentur prouiso ab Ordinario Cardinale vigore indulti pro tempore, quo Ecclesiæ inseruiuit, & possessionem habuit vigore huius prouisionis, etiamsi postea detegatur quod prouisio fuit inualida, & quod pertinebat ad Papam, quia beneficiũ erat de iurepatronatus Sedis Apost. *S. Cong. Conc. in Ferrarien.* 21. *Augusti* 1627. quam citat Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 52.

15 Distributiones quotidianæ debentur illi, qui post habitam possessionem Canonicatus vigore Ordinarię prouisionis, & seruitium aliquorũ mensium in Cathedrali coactus fuit capere nouam prouisionem Apostolicam, & primæ renuntiare, ex eo quod detectum fuit prouisionem spectasse ad Papam, & benè lucratur easdem distributiones pro tempore, quo Ecclesię, & choro inseruiuit. *Eadem S. Congr. Conc. in dicta Ferrarien.*

16 Distributiones quotidianas seruiens facit suas, licet professionem Fidei non emiserit. *Sacra Cong. Concil.* referente Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. cap. 3. num* 60.

17 Distributiones quotidianæ debentur infirmis propter infirmitatem diuinis Officiis non interessentibus. *S. Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p. 3. c. 2. num* 362.

18 Distributiones quotidianas lucratur Canonicus, qui ex facto Principis temporalis loci residere non potest, sed interea debet curare Canonicatum resignare, vel permutare, aut rationem aliquã inire, qua & suæ, & Ecclesiæ indemnitati consultum sit. *S. Congr. Conc. in Carpen.* 17. *Septembris* 1616. quam citat Sellius *in select. Canonic. cap.* 36. *numero* 48.

19 Distributiones quotidianas debent percipere Canonici suo Episcopo inseruientes si in eis omnes Canonicatus redditus consistant. *S. Cong. Conc. in Gallien.* 29. *Iulij* 1628. *in resp. ad dub.* 4. de qua per Sellium *d. c.* 36. *n.* 49.

20 Distributiones quotidianę, non tamen eleemosynæ pro Missis debentur ægrotis beneficiatis, seu Capellanis in Parochiali ordinatis ad titulum talium beneficiorum, quæ habent fructus certos, & incertos consistentes in distributionibus, & in eleemosynis, quæ largiuntur pro Missis. *S. Congreg. Conc. in Tarraconen.* 12. *Augusti* 1628. referente Sellio *d. ca.* 36. *num.* 50.

21 Distributiones quotidianas dum Diuinis interest, lucratur, ac vocem in Capitulo habet dispensatus à Papa circa ætatem pro obtinendo Canonicatu in Cathedrali. *Sacra Congr. Conc. in Reatina* 10. *Iulij* 1627. & *in Montis Politiani* 13. *Ianuarij* 1629. & *in sancti Miniati* 15. *Septembris* 1629. quarum meminit Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol.* 2. *n.* 13.

22 Distributiones quotidianæ debentur Canonico coadiuto, infirmo, absente, vel non seruiente coadiutore. *Sacra Conc. in Vrbeuetana* 9. *Nouembris* 1628. penes Bonfadin. *d. resol.* 2. *n.* 5.

23 Distributiones quotidianæ debentur legitimè impedito, pro illo tempore, quo impeditus fuit inseruite. *S Congr. Conc in Alexandrina* 7. *Septembris* 1630. apud Sellium *d c.* 36. *n.* 51.

24 Distributiones quotidianas habere debet Canonicus procurator Capituli, & pro illius negotiis assistens. *S. Cong. Conc. in Saonen.* 21. *August.* 1604. vbi etiam quod huic procuratori reficiendæ sunt expensæ factę in itinere, quam citat Sellius *d. c.* 36. *num.* 52.

25 Distributionibus quotidianis gaudere debet Canonicus, qui inquisitus de homicidio & factus contumax infra annum comparuit, & factis defensionibus in carceribus, fuit absolutus, & innocens declaratus, ab ea die scilicet eas lucratur, qua se præsentauit in carceribus, non verò antea, tempore scilicet, quo fuit contumax. *S. Cong. Conc. sub die* 10. *Nouembris* 1618. quam adducit Sellius *d. c.* 36. *numer.* 53.

26 Distributiones quotidianas non lucrantur Canonici quando non cantant Missam de die. *Sacra Congr. Rit. in Fauentina* 25. *Iunij* 1611. & *in Vrbinaten.* 4. *Iulij* 1615. quas refert Aldan. *dict. titul.* 10. *numer.* 54.

27 Distributiones quotidianæ non debentur Canonico infirmo, vel aliàs legitimè impedito quãdo habet coadiutorem, sed si coadiutor non resideat, punctatur tamen in damnum ipsius coadiutoris *Sacra Congreg. in Patauina* 8. *Maij* 1617. & *in Colimbrien.* 16. *Septembris* 1616. quarum meminit Aldan. *d. tit.* 10. *n.* 55.

28 Distributiones quotidianæ non debentur interessentibus congregationibus Capitularibus tempore, quo Diuina celebrantur. S. *Cong. Rit. in Vlixbonen.* 17. *Nouembris* 1600. de qua Sellius *d. c.* 36. *num.* 54. Et iterum Distributiones quotidianas nequaquam lucrantur Canonici Capitulum habẽtes eo tempore, quo diuina Officia celebrari debent, pro illis horis, quibus Diuinis non interfuerunt S. *Cong. Conc in Oriolen.* 27. *Maij* 1632. *in resp. ad* 1. referente Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 2. *num.* 16.

29 Distributiones, quæ dantur Canonicis, vel Præbendatis propriæ Ecclesiæ, quando aliquas Missas celebrant, non debentur coadiutoribus, nisi quando celebrant pro ipsis coadiutis. S. *Cong. Rit. in Patauina* 3. *Decembris* 1616. penes Sellium *d c.* 36. *nu.* 57.

30 Distributiones quotidianas non lucratur Vicarius generalis quãdo est Canonicus, nisi sedeat, & incadat cũ suo habitu, & in suo loco ordinario, ac si nõ esset Vicarius. S. Cong *Rit. in Gallipolitana* 11. *Decemb* 1613. & *in Casalen.* 5 *Iulij* 1614. & *in Clomacen.* 4. *Iulij* 1615. & *in Sutrina* 1. *Octobris* 1616. & *in Oritana* 4. *Aprilis* 1620. Idem de Canonicis Protonotariis, *eadem sacra Cong in Meliten.* 7. *August.* 1621. quas omnes refert Bonfadin. *d. resol.* 2 *n.* 17.

31 Distributiones quotidianas non lucratur Canonicus inseruiens Episcopo in Missis priuatis. *S. Cong. Conc. sub die* 17. *Martij* 1619. apud Sellium *d. c.* 36. *num.* 58.

32 Distri-

32 Distributionibus, & fructibus non gaudet in absentia Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ, dum seruit Episcopo Cardinali pro caudatario, *Sacra Cong. Conc. in Viterbien.* 12. *Aprilis* 1617. penes Aldan *d. tit.* 10. *n.* 57.

33 Distributiones quotidianæ nõ debentur Canonico cubiculario ad bussulam Sanctissimi, & propterea absenti à residentia. *Sacra Congr. Conc. in Reatina* 13. *Nouembris* 1627. de qua meminit Aldan. *d. tit.* 10 *n.* 58.

34 Distributiones quotidianæ non debentur Canonico inseruienti Episcopo in officio Vicarij, etiam pro illis Horis, quibus ratione officij Vicariatus non inseruiuit choro, etiamsi à tempore immemoriali obseruatum sit vt debeantur. *Sacra Cong. Conc. in Brixien.* 18. *Decembris* 1627. quam adducit Sellius *d. cap.* 36. *nu.* 60.

35 Distributiones quotidianæ non debentur Canonico in publica Vniuersitate docenti, si in choro non intersit, quamuis omnes redditus in distributionibus quotidianis consistant. *Sacra Cong. Conc. in Limana* 18. *Decembris* 1627. cuius meminit Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 3. *ca.* 84 *num.* 4.

6 Distributiones quotidianas non lucrãtur Canonici celebrantes dum diuina Officia recitantur, nisi ad celebrandum compulsi, aut iussi fuerint ab eo, ad quem pertinet. *S. Cong. Conc. in Callien.* 29. *Iulij* 1618. *& in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *in resp. ad* 12. quarum meminit Bonfadin. *d resol.* 2. *n.* 20.

7 Distributiones quotidianæ non debentur Canonico, qui ex causa pestis absuerit, nisi pestis grassetur, & probetur legitima consuetudo quod distributiones huiusmodi dari consueuerunt absentibus ex iusta causa: quando autem pestis dicatur grassari, vt sit iusta causa absentiæ, relinquendum est arbitrio Episcopi. *S. Congregat. Conc. in Mediolanen.* 9. *Nouembris* 1630. vt per Bonfadin. *d. resol.* 2. *n* 28.

38 Distributiones quotidianæ non debentur Canonico, qui fuit Romæ pro negotiis Capituli contra Episcopum, *Sacra Congreg Conc. in Auellina* 16. *Aprilis* 1633. penes Bonfadin. *dict. resolut.* 2. *numer.* 28.

39 Distributiones quotidianas non lucrantur Canonici examinatores propter examen, nisi assistant in choro Horis Canonicis. *Sacra Cong Rit in Lauraten.* 17. *Maij* 1607. quam adducit Sellius *d. cap.* 36. *nu.* 61.

40 Distributiones quotidianas non lucrantur Canonici nisi in choro, processionibus, aliisque actibus proprio Canonicali habitu vtantur. *S. Congr. Rit. in Meliten.* 7. *Augusti* 1621. referente Sellio *d. ca.* 36. *num.* 63.

1 Distributiones quotidianas non lucrantur Canonici commutantes Episcopum *S Congr Conc. in Caietana,* 24. *Iulij* 1632. apud Sellium *d. cap.* 36. *num.* 64.

42 Distributiones quotidianas non lucratur si absit à choro pro confessionibus audiendis quando illi non incumbit vti Canonico onus illas audiendi. *S. Congr. Conc sub die* 12. *Iunij* 624. cuius memini *in tract. de Canon. & Dignit. cap.* 24. *num.* 6. *in fine.*

43 Distributiones quotidianæ, quæ acceptæ fuerũt in tertia parte fructuum Dignitatum alicuius Ecclesiæ, assignari debet non duobus tantum Horis canonicis, sed etiam reliquis omnibus aliis, quibus qui non interfuerit, distributiones amittit. *S Cong Conc.* de qua memini *de Iure eccles. vniu. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 15.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

44 Distributiones quotidianas non licet Episcopo aliquo prætextu douare, relinquere, aut quauis collusione remittere alicui, qui vel ab Ecclesiæ seruitio absuerit, vel alio quouis modo eas legitimè amittere debeat, nec fas est cuipiam illas capere, & si acceperit, suas non faciet, sed eas omnino restituere cogendus est distribuendas fabricæ Ecclesię quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi. *Sacra Congr. Conc.* quam adducit Sellius *d c.* 36. *n.* 65.

SVMMARIVM.

1 *Professione Fidei præmissa Doctor creandus est.*

2 *Parochialis ab examine nullus excusatur quamuis sit Doctor, seu licentiatus in Theologia, seu Iure Canonico.*

3 *Vicarius Capituli Sede vacante Doctor aut licentiatus, vel quantum fieri potest idoneus debet eligi.*

4 *Vicarius Episcopi demortui si non fuerit Doctor, non debet confirmari à Capitulo sede vacante.*

5 *Vicarius Capitularis necessariò est eligendus vnus ex Doctoribus existentibus in Capitulo.*

6 *Vicarius Sedis vacantis non potest esse Doctor Theologus.*

7 *Vicarius Capitularis debet esse Doctoratus in aliqua vniuersitate, non verò à persona priuata.*

8 *Præeminentia nulla datur inter Canonicos, & Presbyteros ratione Doctoratus.*

9 *Gradus Doctoratus non facit quod Presbyter Ordine posterior præcedat aliis prioribus non doctoribus.*

10 *Canonicos ab oneribus Canonicalibus non eximit gradus Doctoratus.*

11 & 12 *Priuilegio de perceptione fructuum Præbendarum & beneficiorum suorum in absentia gaudent docentes Sacram Scripturam, vel Ius Canonicum in publica vniuersitate Quamuis Præbenda, quas obtinent, sitæ sint in Cathedrali eiusdem ciuitatis, vt num.* 12.

Doctor, Doctoratus, Docentes.

COLLECT. CCLIX.

1 Doctor creari nemo potest nisi præmissa Fidei professione, nec ea non præmissa cæteri cuiuscunque facultatis professores tam electi quàm eligendi illas exercere possunt. *Pius IV. const.* 88. *incip. In sacrosancta Idib Nouemb.* 1564. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2, *pag.* 128. alias *pagin.* 96.

Doctor seu Licentiatus in Theologia, siue in Iure Canonico, & in publica Vniuersitate graduatus, non excusatur ab examine quando petit prouideri de aliqua Ecclesia Parochiali. *S. Congr. Conc.* testibus Nicol Garcia *de benef. p.* 1. *c.* 2. *nu.* 103. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *c.* 5. *nu.* 17.

3 Doctor, aut Licentiatus in Iure Canonico, vel quantum fieri potest, idoneus debet eligi Vicarius Capituli Sede vacante, aliàs electio est irrita & nulla. *Sacra Cong Conc.* penes Nicol Garc. *de Benefic p.* 5. *c.* 7. *n.* 10.

4 Doctor si non fuerit Vicarius Episcopi demortui non debet confirmari à Capitulo Seda vacãte,

Sacra Congr.Conc. cuius meminit Sbroz. *in addit.ad suum tract.de officio Vicarij lib.1.quæst.36.n.12. & quæst. 55.sub num.2.*

5 Doctoribus existentibus in Capitolo necessario vnus ex illis in Vicarium est eligendus, alias deputatio ad Metropolitanum deuoluitur. *Sacra Congreg. Concil.* referente Nicol.Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. part.5. cap. 7. numer.12.*

6 Doctor Theologus non potest esse Vicarius Sede vacante. *S.Congr.Concil.sub die 18. Augusti 1621.* cuius memini *in tract. de Canon.& Dignitat. cap.42. num.53.*

7 Doctorati debet in aliqua vniuersitate, non verò à persona priuata eligendus in Vicarium Capitularem. *S.Congr.Concil.sub die 19.Septembris 1610.* de qua memini *d.c.42.n.51.*

8 Doctoratus ratione nulla datur præeminentia inter Canonicos, & Presbyteros, sed tantum ratione Ordinis,& antiquitatis. *S.Congr.Rit.in Montis Regalis 19. Martij 1611.* quam citat Sellius *in selectis Canon.c.19.n.6.*

9 Doctoratus gradus non facit quod Presbyter Ordine posterior præcedat aliis prioribus non Doctoribus. *Sacra Congr.Rit. in terra Coniglionis in Sicilia 19. Martij 1611. & in Famen. Sancti Constantij 4.Iulij 1615.& in Catanien. 30.Ianuarij 1616. & 19. Ianuarij 1619.& 22. Augusti 1620.& in Nucerina terra Guald. 19.Ianuarij 1619. & in Cephaluden. eadem die & anno,& 30.Martij 1621. & in Messanen. terræ Gagliani 20. Aprilis 1619.* quas refert Sellius *d.cap.19. num.7.*

10 Docentes sacram Scripturam seu Theologiam, dum publicè in scholis docuerint, gaudent priuilegiis de perceptione fructuum Præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia, quamuis ab Episcopo licentiam non obtinuerint, dum tamen conducti sint ab Vniuersitate. *Sacra Congr. Concil.* attestante Nicol.Garc. *de benefic.part.3.cap. 2. num.59.*

11 Docentes Ius Canonicum in publica vniuersitate, priuilegiis de percipiendis in absentia Præbendarum suarum fructibus gaudent, & potiuntur,quamuis Præbendæ,quas obtinent,sitæ sint in Cathedrali eiusdem ciuitatis, in qua publici Lectoris munere funguntur. *S.Congr.Concil.* apud Nicol.Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic.p.3.cap.2. num.85.*

SVMMARIVM.

1 *Confraternitates Doctrinæ Christianæ ab Ordinariis locorum erigendæ.*

2 *Confraternitas doctrinæ Christianæ Indulgentias consequitur.*

3 *Ordinarius non potest mulctis, & pœnis etiam in casu notabilis negligentiæ cogere pueros ad discendam Doctrinam Christianam.*

4 *Regulares, qui extra claustra degunt causa docendi Doctrinam Christianam, possunt ab Episcopo visitari & corrigi, Iesuitis exceptis.*

5 *Parochi si non doceant Christianam Doctrinam, non potest Episcopus eis comminari pœnam peccati mort. sed eos debet obstringere per viam præcepti pœnalis.*

6 *Matrimonium prohiberi non potest non addiscentibus Doctrinam Christianam.*

Doctrina Christiana.

COLLECT. CCLX.

1 DOctrinæ Christianæ Confraternitates ab Ordinariis locorum ad pueros in Christiana Fide erudiendos erigi iussit *Pius V. constit.137. incip.Ex debito 6. Octobris 1571.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.2. pag.348.* alias *pagin. 261.* in nouiss. impress. *Gregorius XIII. constitut. sua* incip. *Illius,& constit.*incip. *Sanctissimus de anno 1576.* apud Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.123.& 124.*

2 Doctrinæ Christianæ Confraternitatibus Indulgentias concessit *Paulus V.const.36.*incip. *Ex credito 6.Octobris 1607.* apud Laert.Cherub. *in Bullario tom.3.pag.225.* aliàs *pag.165.*in nouiss.impress.

3 Doctrinam Christianam ad discendam non potest Ordinarius mulctis,& pœnis, etiam in casu notabilis negligentiæ, aut cōtumaciæ cogere pueros. *S.Cong Conc.*teste Zerol *in praxi Episcop.p.1. verbo Doctrina Christiana* §.3. quem refero *de officio, & potest.Parochi cap.15.n.6.*

4 Doctrinam Christianam docendi causa qui extra claustra degunt Regulares, possunt ab Episcopo visitari,& corrigi. Sacra Cong.Conc.in Manilen.de anno 1626. Quod locum non habet in Patribus Societatis IESV, qui munere docendi doctrinam Christianam funguntur, dum tamen habeant illis in locis Superiores,qui curam ipsorum gerant,& apud quos se recipiant, iuxta regulæ institutum viuentes. *S. Congr.Conc. in Limen. 10. Iunij 1591.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.2.tit.14.n.8.*

5 Doctrinam Christianam si non docuerint Parochi,non potest Episcopus illis comminari pœnam peccati mort. sed eos per viam præcepti pœnalis debet obstringere *S.Congr.Episcop.& Regul.in Bergomen.22.Nouembris.1592.* cuius memini *de officio, & potest.Parochi c.15.n.3.*

6 Doctrinam Christianam non addiscentibus Matrimonium prohiberi non potest, sed contra eos admonitionibus comminatoriis est procedendum. *S.Congr. Episcopor. Regul sub die 6. Martij 1588.* de qua mentionem feci *d.tract.c.21.n.3.*

Domini temporales.

COLLECT. CCLXI.

1 DOminis in Ecclesiis suæ iurisdictionis permittitur sedes, genuflexoriū, & postergale extra presbyterium, & thurificari debent duobus ictibus, & habere pacem cum aliquo instrumento iuxta dispositionem Cæremonialis, & adorare, ac venerari Sanctissimum Sacramentum in eius eleuatione extra presbyterium. *S.Cong.Rit.in Boninen. 2.Martij 1630. & in Triuicana 12. Februarij 1633. & in alia Boninen. 5. Martij 1633.* quarum memini *in tract. de Canonicis & Dignitat. cap.34. numer. 32. in medio.* 2

Dominica dies.

COLLECT. CCLXII.

DOminica dies venit appellatione festi nouem lectionū. *S.Cong.Rit.in Gonsben.12.Martij 1618.*

1618. cuius meminere Aidan. *in compendio Canonicar. resol. lib. 1. titul. 1. num. 39.* Gauant. *in rub. Breuiarij sect. 7. cap. 12. vers. dices,* Sellius *in selectis Canonic. cap. 5. n. 26.*

De Dominica Gauant. *in rubricas Breuiarij sect. 3. cap. 4. & sect. 5. cap. 11. cum seqq. & in rub. Missalis p. 4. c. 12. nu. 29. cum seqq.*

S. Dominicus.

Collect. CCLXIII.

1 SAnctum Dominicum canonizauit, eiusque vitæ multa laudabilia refert *Gregorius IX. constit.* 8. incip. *Fons Sapientiæ 5. Non. Iulij* 1234. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 56.* aliàs *pag.* 88. in nouiss. impress.

2 S. Dominici festum die quinta Augusti celebrari consuetum, ad diem 4. eiusdem mensis transtulit *Paulus IV. constit. 15.* incip. *Gloriosus 6. Id. Augusti* 1558 apud Laert. Cherub. *d. tom. 1 pag. 734.* alias *pag.* 599. in nouiss. impress.

3 S Dominici nouitiæ possunt profiteri in mortis articulo etiam non expleto anno probationis. *Pius V constit. 10.* incip. *Ex superna 3. Non. Iulij* 1566. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 188. & const. 109* incip. *Summi Sacerdotij de anno* 1570. apud Laert Cherub. *d. tom. 2. pag. 31.* aliàs *pag.* 237. in nouiss. impress. cuius meminere Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3 quæst. 15. art. 6.* Ludou. Miranda *in man. Pral tom. 1. quæst. 22. art. 10.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 4. c. 4. n. 16.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol. 101. n. 40.* Ouiedo *in praxi Regul. p. 1. tract. 6. cap. 2. quæst. 6.* Laurent. de Peyrin. *de priuileg. Regul. ad constit. 8. Pij V.* vbi multipliciter declarat, & resoluit etiam nouitios Fratres hoc priuilegio gaudere.

Domus.

Collect. CCLXIV.

1 DOmus professæ Societatis IESV comprehenduntur in prohibitione nuper edita de rebus Eccles. non alien. *S. Congr. Conc. sub die 31. Iulij* 1628. cuius meminere Sellius *in selectis Canon. cap. 15. nu. 31.* & me citato Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. c. 19. n. 55. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Promittens, vel donans, aut recipiens aliquid pro gratia, vel iustitia obtinenda apud Sedem Apost. qualiter puniatur, remissiuè.*

2 *Monasterio donare potest virgo in eo cum licentia existens donationis causa.*

3 *Regularibus interdicta donatio, & munerum largitio, remissiuè.*

4 *Ordinari quando quis possit ad titulum donationis, ostenditur.*

5 *Religionis contemplatione, & per paucos dies ante ingressum in ea facta donatio per filium patri est valida.*

6 *Donatio facta, etiam post sequutam traditionem bonorum donatorum pro patrimonio ad suscipiendos Ordines sacros, si Clericus moriatur antequam eos suscipiat, donans potest recuperare eadem bona.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Donans, Donare, Donatio.

Collect. CCLXV.

1 DOnans aliquid, vel promittens, aut recipiens pro gratia vel iustitia obtinenda apud Sedem Apostol. qualiter puniatur? Vide infra verbo *Pœna collect. 578. num. 1.*

2 Donare validè potest ipsi monasterio virgo quæ diutius remansit in monasterio in habitu nouitiarum cum licentia permanendi educationis causa, quia non est Monialis. *S. Congr. Conc. in Fauentina 31. Iulij 1627.* teste Sellio *in selectis Canonicis c. 32. num. 80.*

3 Donatio & munerum largitio Regularibus interdicta. *Clemens VIII. constit. 18.* incip. *Religiosa 13. Kalend. Iulij* 1594. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 40.* de qua late infra *verbo Munera collect. 520.*

4 Donationis ad titulum potest quis ordinari si ita Episcopus iudicauerit assumendam pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiarum, & si donatio est realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non possit absque Episcopi licentia, vel aliunde habeat vnde viuere possit. *S. Congr. Congr.* referente Nicol. Gare. *de benefic p. 2. c. 5. n. 79.*

5 Donatio facta per filium patri per paucos dies ante ingressum in Religionem seu habitus susceptionem intuitu & contemplatione eiusdem Religionis est valida. *S Congr. Conc. sub die 13. Aprilis* 1630. quam adducit Sellius *d. c. 32. n.* 81.

6 Donatio facta cum sequuta traditione bonorum donatorum pro patrimonio ad suscipiendos sacros Ordines, si clericus moriatur ante illos susceptos, non obstat Concil. c. 2. sess. 21. de reform. quin donans reciperet eadem bona si attento Iure communi restituenda forent. *S. Congr. Concil. in Mutinen. 11. Iulij* 1631. cuius meminit Sellius *dict. c. 32. num. 83.*

SVMMARIVM.

1 *Monialium dos solui debet in ære.*

2 *Monialium dotes anno probationis durante deponuntur professione vero emissa in bonis stabilibus implicari debent.*

3 *Monialium dotes, si non adsint mercatores, aut banchi, apud quem deponenda.*

4 *Monialium dotes apud consanguineos, vel affines illarum non relinquenda.*

5 *Valor monetæ attenditur iuxta tempus contractus in solutione dotis Monialium.*

6 *Differentia nulla facienda est inter indigenos & aduenas quoad assignandas Monialium dotes.*

7 *Dos datur pro Monialibus accessoriè ad personas ipsarum.*

8 *Nouitiæ dos, si ante professionem moriatur, hæredibus restituenda est.*

Dos Monialium.

Collect. CCLXVI.

1 DOs siue dotales eleemosynæ Monialiũ solui debent in ære, nec assignatio bonorũ stabiliũ,

aut cenſuum permittitur. *S. Congr. Epiſcop. & Regul. in Camerinen.* 28. *Aprilis* 1588. teſtibus Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 20. Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo dos nu.* 1. Lezana *in ſum. quæſt Regul tom.* 3. *verbo dos, n.* 5. *in princ.*

2 Dotes Monialium anno probationis durante deponuntur iuxta formam in decreto generali præſcriptam, profeſſione verò emiſſa in bonis ſtabilibus, ſiue cenſibus ad Monaſterij vtilitatem implicari debent. *S. Cong. Conc.* quam refert Aldan. *d. lib.* 3. *tit.* 10. *n.* 21.

3 Dotes in locis, in quibus non adſunt mercatores, aut banchi deponi debent in manibus probi viri, & facultoſi, qui ad omne mandatum Monialium, & abſque alia exceptione eam ſoluturum ſe obliget. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Camerinen.* 15. *Martij* 1594. cuius meminere Aldan. *dict. titul.* 10. *numer.* 24. Ioann. Maria Nouar. *dict. verbo dos numer.* 2. Ego ipſe *de iure eccleſ. vniuerſo lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 36.

4 Dotes apud Monialium conſanguineos vel affines nullatenus relinquantur, ſed antequam puellæ habitum ſuſcipiant, deponantur actualiter apud mercatorem, vel penes aliam perſonam fide & facultatibus idoneam, vt ſtatim profeſſione emiſſa in emptionem bonorum ſtabilium & annuorum redditnum illico implicentur. *S. Congr. Epiſcop. & Regul. in Luſit.* 6. *Iunij* 1615. *in reſp. ad* 3. *dub.* penes Aldan. *dict. tit.* 10. *num.* 22. Ioann. Maria Nouar. *d. loco num.* 3. Lezana *d. tom.* 3. *verbo dos Monialium n.* 4.

5 Dotis Monialium, & annuarum præſtatione in ſolutione valor monetæ attenditur iuxta tempus contractus. *S. Congr. Concil.* teſte Tamburin. *de iure Abbatiſſarum diſput.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 7. quam refert Lezana *dict. tom.* 3. *verbo dos Monialium num.* 5. *in fine.*

6 Dotibus Monialium recipiendis nulla debet fieri differentia inter indigenas, & aduenas. *S. Cong. Conc.* apud Gauant. *in man. Epiſcop. verbo Monialium alimenta num.* 12. Lezana *in ſumma quæſt. Regul. tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 29. *& d. tom.* 3. *verbo dos Monialium num* 5.

7 Dos datur pro Monialibus acceſſoriè ad perſonas ipſarum, & ſub tacita conditione dum illæ in Religione perſeuerauerint. *Sacra Congr. Concil. in Barcbinonen.* 10. *Aprilis* 1615. de qua Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſput.* 21. *quæſt.* 6. & Lezana *dict. tom.* 3. *verbo dos Monialium num.* 6. *in med.*

8 Dos nouitiæ intra tempus probationis decedentis Monaſterio iam ſoluta, hæredibus nouitiæ eſt reſtituenda vnà cum fructibus, quos Monaſterium percepiſſet, deducto tamen victu, & veſtitu. *S. Congr. Conc.* referentibus Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.* 2. *titul* 18. *leg.* 7. *de Relig. num.* 30. Ioannes Maria Nouar. *dict. verbo dos, num.* 4. Lezana *dict. tom.* 3. *verbo dos Monialium, nu.* 7.

Ducata.

Collect. CCLXVII.

DVcatorum centum valor, qui ex decreto *cap.* 13. *ſeſſ.* 24. *de reform.* debet remanere Rectori Parochialis Eccleſiæ, quæ penſione grauatur, eſt intelligendus iuxta morem vniuſcuiuſque Regionis. *Sacra Congr. Concil. in Collen.* 13. *Iulij* 1630. cuius meminit Sellius *in ſelectis Canon. cap.* 81. *num.* 10. quem refero *in collect. ad Trid. dict. cap.* 13. *numer.* 14. & antea ita fuiſſe ab eadem Sacra Congreg. deciſum atteſtantur Galer. *in Margarita caſuum Conſcientiæ, verbo Parochus vlt. & verbo Pecunia* 1. *& verbo penſio* 10. Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num* 373. Hinc congruam portionem aſſignandam Parocho ex cauſa debiti penſionum carcerato cenſeri debere ſummam ducatorum centum argenti illarum partium cenſuit eadem *Sacra Congreg. Concil. in Albinganen.* 27. *Iunij* 1626. quam adducit Sellius *dict. cap.* 81. *num.* 8.

Dulciaria.

Collect. CCLXVIII.

1 DVlciaria multa ſunt de genere prohibitorum à Conc. ſeſſ. 24. c. 14. de reform. ab aliquo Capitulo exigendorum pro admiſſione in poſſeſſionem alicuius noui Canonici. *Sacra Congr. Conc.* teſte Zerol *in praxi Epiſcop. p.* 2. *verb. poſſeſſio benef. §.* 5. *in fin.* Et iterum.

2 Dulciaria quædam vulgo nuncupata, *conſitture*, non poſſunt exigi pro admiſſione ad profeſſionem dignitatis, ſeu Canonicatus ex diſpoſitione *Conc. cap.* 14. *ſeſſ.* 24. *de reform.* etiam concurrente conſuetudine antiquiſſima. S. *Cong. Conc. in Tridentina* 19. *February* 1633. quam refert Bonfadin. *in theſauro. eccleſiaſt. deciſ. reſol.* 10. *numero* 13.

SVMMARIVM.

1 *Duella ſub multis pœnis prohibuit Pius V.*
2 *Prohibitio duellorum extenditur ad duella priuata.*
3 *Chartas duellorum ſubſcribentes, vel publicantes, aut de illis ſe intromittentes, & patrini quas pœnas incurrant?*
4 *Patiſcentes de dirimendo certamine, vel prouocantes ad ſingulare certamen quando duelli pœnam incurrant.*
5 *Pœnæ inflictæ contra duellum committentes habent locum vbique gentium.*
6 *Auctores referuntur de duello agentes.*

Duellum.

Collect. CCLXIX.

1 DVella vbique ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, perpetuæ infamiæ, diffidationis, criminis læſæ maieſtatis, ſeditionis, rebellionis confiſcationis Statuum, & Dominiorum, ac feudorum, & aliorum bonorum ſuorum, ac depoſitionis illorum, necnon inhabilitatis ad illa, & alia impoſtorum obtinenda, ac interdicti, & aliis cenſuris prohibuit, & contra pugnantes, tentantes, prouocantes, aut locum ſeu campum ad pugnandum dantes ſeu concedentes, aut in illis aſtantes, & intereſſentes, comitantes, conſulentes, fautores, necnon chartas certaminis ſeu duelli ſubſcribentes, ſeu affigentes, eaſdem pœnas eſſe exequendas ſtatuit. *Pius V. conſtit.* 21. *incip.*

21. incip. *Ea quæ Idib. Nouembris* 1590. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 31. aliàs pag. 24.* & illius meminit Lezana *in summ. quæst. Regul. tom. 3. verbo duellum n. 5.*

2 Duellorum prohibitio in Concilio Tridentino habita ad illos omnes, qui ex condicto statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiamsi nulli patrini, sociiue ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæue prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis clausulæ præcesserint, & sic ad duella priuata, extendit *Gregorius XIII. constit. 78.* incip. *Ad tollendum Non. Decemb.* 1582. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2 pag. 461.* aliàs *pag. 347.* in nouiss. impress. & de illa meminere Nald. *in summ. verbo duellum num. 7.* Lezana *dict. tom. tertio eodem verbo etiam numero septimo.*

3 Duellorum chartas subscribentes, aut publicantes, vel de illis se intromittentes excommunicantur, & alias pœnas incurrunt, patrini efficiuntur infames, bonis omnibus spoliantur, ac veluti homicidæ puniuntur, campum præstantes illum amittunt. *Clemens VIII. constit.* 11. incip. *Illius Vices 16. Kalend. Decembris* 1592. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 3. pag. 13.* aliàs *pag. 10.* & Lezan *dict. tom. 3. verbo duellum num. 9.* Trullench. *in Decalog. lib. 5. cap. 2. dub. 13. num. 12.* & de illius materia ac interpretatione, Scottia *in selectas summorum Pontificum Constitutiones epit. 155. theor. 390.* Ioann. Anton. Nouar. *in summ. Bullarij, tit. de duello,* Lezana *dict. verbo duellum, num. 10. cum seqq.*

4 Duelli pœnas incurrunt paciscentes de dirimendo certamine cum primum alteruter vulneratus, aut certus ictuum numerus vtrique illatus fuerit, & qui in bello iusto aduersarios ob priuata odia ad singulare certamen prouocant, & Magistratus, Præsides, locatenentes, & duces, qui permittunt, vel pro ipsorum facultate non impediunt, aut iam factum non puniunt. *Clemens VIII. in dicta constit. 11.*

5 Duellum committentibus pœnæ inflictæ locum habent vbique gentium etiam inter militantes in castris, & in dominiis occupatis ab hostibus Fidei. *Clemens VIII. in dicta constit. 11.*

6 Duellorum materiam specialibus tractatibus exornarunt Ioannes de Lignano, Iacobus de Castello, aliàs de Villasancta, Iulius Ferret, & Antonius Massa Galesius *tom. 12. tract. Doctor. à fol. 295.* Item Henricus Boterius, Lucas Floconus, & Antonius Peregrinus; Summistæ omnes *verbo duellum,* Bernard. & Salzedo *in pract. cap. 100. aliàs 103. in nouiss. impress.* Stephan. Quaran. *in sum. Bullarij verbo Duellum,* Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de duello,* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo duellum,* Henriq. *in sum lib. 13. cap. 39. §. 3.* Perez *per text. 161. in l. 3. gloss. 1. tit. 13. lib. 8. Ordin.* Suar. *tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 4.* Sayr. *in simili tract. lib. 3. cap. 31. num 29. cum seqq.* Bonacina etiam *de censuris disp. 2. q. 6. puncto 2. & de censur. extra Bullam disp. 2. q. 3. puncto 48.* Caball. *in tract. de omni genere homicidij, n. 79. cum seqq. & cons. 9. lib. 1.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. quæst. 13. cum seqq.* Martin. Delr. *disquis. magic. lib. 4. c. 4. sect. 2.* Molina *de instit. tom 4. tract. 3. disp. 17.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 21 c. 7. n. 75. cum seqq.* Vgolin. *de officio Episcopi c. 8. §. 2.* Sanch. *in præcepta decalogi lib. 2 c. 39. n. 19. cum seqq.* Filliuc. *tom 1. tract 15 nu. 103. cum seqq & tom. 2. tract. 29. cap 8.* Castr. Palao *in opere morali tract 6 de charit. disput. 5. punct. 7.* Trullench. *in Decalog. lib. 5. cap. 2. dub. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Consecrari an & quando possit Ecclesia omissis aliquibus cæremoniis.*
2 *Græco ritu Ecclesia consecrata si ad Romanam redierit an sit iterum consecranda?*
3 *Consecratione noua indiget Ecclesia vetustate collapsa, & quasi de nouo ædificata.*
4 *Consecrari quando ritè possint Ecclesiæ in quibus sepulta sunt corpora mortuorum?*
5 *Ecclesia quam dimittit Episcopus ad aliam translatus, à quo tempore vacet ostenditur.*
6 *Visitari à viciniori Episcopo quando possint Ecclesiæ seculares nullius diœcesis?*
7 *Vniri Ecclesia patronata quando possit libera tenuis, & quæ minatur ruinam.*
Capella publica quando non comprehendantur decreto Concil. sess. 22. de obseruan.
9 *Examinari in Ecclesia non possunt Rei etiamsi iuramentum extra eam præstetur.*
10 *Campana Ecclesiæ quando gaudeat immunitate ecclesiastica?*
11 *Molendina Ecclesiæ non comprehenduntur sub prohibitione facta à laicis ne asportetur frumentum ad molendinum.*
12 *Benedictionem* Ecclesiæ *potest Episcopus delegare alicui Sacerdoti sibi bene viso, si aliàs est legitimè constructa.*
13 *Benedicere nouam Ecclesiam, & pollutam reconciliare non potest simplex Sacerdos sine licentia Sedis Apost.*
14 *Reconciliatio Ecclesiæ consecratæ, & cæmeterij non alteri quam Episcopo committenda est.*
15 *Reconciliari non potest Ecclesia consecrata nisi per Ordinarium loci, vel Episcopum de consensu ipsius.*
16 *Benedictio simplex Ecclesiæ non consecratæ, & cæmeterij potest committi alicui Presbytero in dignitate ecclesiastica constituto.*
17 *Reconciliatio Ecclesiæ pollutæ, quæ non fuerat antea consecrata, conceditur Archidiacono Remen.*
18 *Vicario generali conceditur licentia reconciliandi Ecclesiam pollutam attenta absentia Episcopi.*
19 *Reconciliatio Ecclesiæ quando possit committi Abbati, vel Decano, aut sacerdoti in ecclesiastica Dignitate constituto.*

Ecclesia.

COLLECT. CCLXX.

1 ECclesia potest consecrari omissis aliquibus cæremoniis, quæ propter situm non possunt seruari, dummodo Episcopus quantum licet se conformet rubricis & regulis libri Cæremonialis. *S. Cong Conc. Rit. in Cortonen. 17. Iulij* 1604. *& in Asten. 24. Septembr. 1605. & 27. Septembr.* 1608. testibus Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 9. nu. 16.* Lezana *in sum. q. Regul. tom. 3. verbo Ecclesia n. 3.*

2 Ecclesia consecrata ritu Græco, si ad Romanam Ecclesiam redierit, non est iterum consecranda si Fidem S. Trinitatis tenuerit, qui prius consecrauit. *S. Cong. Conc. sub die 19. Decembris* 1602. quam refert Aldan. *d. tit. 9. n. 17.*

3 Ecclesia vetustate collapsa & restaurata, ac quasi de nouo ædificata, indiget noua consecratione. *S. Cong. Rit. in Castren. 9 Octobris* 1610. quam citat Aldan. *d. tit. 9. n. 18.*

4 Ecclesiæ, in quibus sepulta sunt corpora mor-

ruorum, possunt rite consecrari, dummodo corpora non sint sub Altari maiori, vel sub confessione, vbi Reliquiæ, & Sanctorum corpora locari debent. *Sacra Congr. Rit in Bertinoren. 7. Octobris* 1606. referente Aldan. *dict tutul. 9. nu.19.*

5 Ecclesia à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacat ab eo tẽpore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in consistorio etiam ante expeditionem litterarum vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, & posteaquam huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus habuerit etiam ex testimonio, seu documento Secretarij sacri Collegij illico tenetur se abstinere ab exercitio Ordinariæ iurisdictionis, eaque transit in Capitulũ Sede vacante, & ita potest & debet Capitulum statim ea iurisdictione vti, & Vicarium iuxta Tridentini præscriptum eligere, Sedemq; vaccantem publicare. *S Congr. Concil.* teste Massobr. *in praxi habendi concursum rogat.1.dub.9.num.12.*

6 Ecclesiæ seculares nullius diœcesis quantũcunque exemptæ, & Sedi Apost. immediatè subiectæ, earumq; Prælatus secularis habens in ea iurisdictionẽ quasi Episcopalẽ possunt ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia proximior est, visitari vigore *Concil sess. 24. de reform cap. 9.* S. Congr. Conc. cuius meminit Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1.tit.6 de visitat.l.5.§.2.nu.13.*

7 Ecclesia libera, quæ minatur ruinam, & habet tenuissimos redditus non excedentes summam scutorum circiter trium, potest vniri patronatæ cum reseruatione iurispatronatus, & onere imposito patrono illam reparandi, & dotandi in scutis quinquaginta. *S.Congr. Conc. in Tridentina 15. Decembris* 1622. de qua Aldan. *d lib.3.tit.9.n.21.*

8 Ecclesiæ, vel Capellæ publicæ non comprehendũtur decreto *sacr Conc. Trid sess.22.* de obseruand. & euitan. dummodo earum ianua in via publica exeat, & ad illam omnibus publicus pateat accessus, nec fenestræ in illa sint, per quas in ea prospectus haberi valeat, habeatque necessaria requisita, nec iurib. Parochialib præiudicet. *S.Cong. Episc. & Regul. in Florentina 1. Septembr.1615 & in Colimbrien. 1. Iulij.*1616 penes Aldan. *d lib.3 tit.9 n 23.*

9 In Ecclesia non possunt examinari Rei, etiamsi iuramentum extra Ecclesiam, & locum Immunem antea præstetnt. *Sacra Congreg. Immunitatis sub die 7.Decembris* 1632. apud Aldan *d li.3. tit.9.n.24.*

10 Ecclesiæ campana, ab ea tamen distans, sed intra triginta passus, quæ solummodò inseruit pro seruitio Ecclesiæ, gaudet immunitate ecclesiastica. *Sacra Congr Immunitatis sub dicta die 7.Decembris* 1632. per Doctrinam Farinac. *de immun. nu.289* & Decian. *tract crimin.lib.6 c.25.n.12.& 25.*

11 Ecclesiæ molendina non comprehenduntur sub prohibitione facta à laicis ne asportetur frumentum ad molendinum, &c. *Eadem sacra Congr. Immunitatis sub d. die 7.Decembr* 1631. per doctrinam Anchar. *cons 13 & 155.*

12 Ecclesiæ benedictionem potest Episcopus delegare alicui Sacerdoti sibi beneuiso, si aliàs est legitimè constructa. *Sacra Congr Rit. in Pennen. 24. Februarij* 1632. quam adducit Aldan *d li.3.tit.9.n 25.*

13 Ecclesiam nouam benedicere, & pollutam reconciliare non potest simplex Sacerdos sine licentia Sedis Apost. *Sacra Congr. Rit. in Placentina 19 Maij* 1607. teste Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.3. verbo Ecclesia nu.17.*

14 Ecclesiæ consecratę, & cæmeterij reconciliatio non alteri quam Episcopo committenda est. *S. Congr. Rit. in Cameracen. 9. Februarij* 1608. de qua meminit Lezana *dict. verbo Ecclesia n. 14. in fine.*

15 Ecclesia consecrata non potest nisi per Ordinarium loci; vel alium Episcopum de consensu ipsius reconciliari. *Sacra Congreg. Rit. in Aretina 9. Aprilis* 1633. quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 10.n 42.*

16 Ecclesiæ non consecratæ, & cæmeterij simplex benedictio, potest committi alicui Presbytero in Dignitate Ecclesiastica constituto. *S. Congr. Rit. in dicta Cameracen.* cuius memini *de officio, & potest. Episcopi p 2. allegat.28.n.57.*

17 Ecclesia polluta, quæ non fuerat ante consecrata vt ab Archidiacono Remen. reconciliari posset, concessit *S.Cong.Rit. in Remen 9. Maij* 1609. de qua me citato Lezana *d.verbo Ecclesia, nu.17.*

18 Ecclesiam pollutam reconciliandi licentia cõceditur Vicario Generali, attenta absentia Episcopi. *S.Cong.Rit.in Galsillen. 24. Septembris* 1605. referente Lezana *d.verbo Ecclesia n.17.*

19 Ecclesiæ reconciliatio potest committi alicui Abbati, seu Decano, vel Sacerdoti in Dignitate ecclesiastica constituto, à qua tamen prius per proprium Episcopum, vel alium benedicta. *S.Congr. Rit in Rothomagen. 13. Iulij* 1605 teste Laxana *d verbo Ecclesia, num.17*

Ecclesiæ consecratio vide *in verbo Consecratio collect.21. à num.5.*

Ecclesia Collegiata vide in verbo *Collegiata Ecclesia collect 181.*

Ecclesia Parochialis, vide *in verbo Parochialis Ecclesia collect.552.*

Ecclesias visitare, vide verbo *Visitare, collect.728.*

Ecclesiæ particulares, quæ sub laicorum Magistrorum gubernio & directione esse solent. Vide *in verbo Oratorium collect. 541.*

Ecclesiarum duarum vnitarum Episcopus, vide in verbo *Episcopus ecclesiarum duarum vnitarum collect.288.*

SVMMARIVM.

1 *Caput omnium aliarum est Ecclesia Romana & norma reliquarum.*

2 *Præscriptione centenaria gaudet Ecclesia Romana.*

3 *Lateranensis Ecclesia de Vrbe supremum locum tenet super omnes.*

4 *Præscriptione centenaria gaudet Ecclesia Lateranensis.*

5 *Canonici Ecclesia Lateranensis præcedunt Canonicis & clero Ecclesia sancti Petri de Vrbe.*

6 *Lateranensis Ecclesia ædificata à Constantino in suo palatio Lateranen. & Sedes Pontificis vocatur.*

7 *Lateranensis Ecclesia est Romanorum Pontificum Patriarchium.*

8 *Archipresbyter Cardinalis, & Iudex ab eo deputatus lites Lateranensis Ecclesiæ cognoscit.*

9 *Capitulum Ecclesiæ Lateranens concedit licentiam in suis locis erigendi loca pia cum consensu Ordinariorum.*

10 *Capitulum Ecclesiæ Lateranen. Indulgentias communicat seruata forma a Clemente VIII. tradita.*

11 *Ecclesiam sancti Petri de Vrbe munificentius readificandam censuit Iulius II.*

12 *Iurisdictio Archipresbyteri Ecclesiæ sancti Petri de Vrbe qualis?*

13 *Ecclesia sancta Maria Maioris de Vrbe est vna ex quatuor*

Ecclesiæ Patriarchales de Urbe.

Collect. CCLXXI.

1 ECclesia Romana est aliorū omnium caput. *Innocentius IV. constit.* 1. Incip. *Cum aduersus* 2. *Kalend. Nouembris* 1243. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 60. Et est caput, & norma reliquarum Ecclesiarum. *Eugenius IV. constit.* 15. incip. *Non mediocri de anno* 1439. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 282.

2 Ecclesia Romana gaudet centenaria præscriptione. *Honorius III constit.* 4. incip. *Sedis* 9. *Kalend. Maij* 1221. apud Laert. Cherub *d. tom.* 1. *pag.* 46.

3 Ecclesia Lateranen. de Vrbe supremum locum tenet super omnes Ecclesias & Vrbis & Orbis. *Gregorius XI. constit.* 1. incip. *Super* 10. *Kalend Februarij* 1372. apud Laert. Cherub. *to.* 1. *pag.* 220. aliàs *pag.* 216. *Pius V. constit.* 94 incip. *Infirma* 12. *Kal. Ianuar.* 1569. apud Laert. Cherub. *in Bullario to.* 2. *pag.* 296. aliàs *pag.* 223.

4 Ecclesia Lateranen. gaudet centenaria præscriptione *Honorius III. constit.* 4. incip. *Sedis* 9. *Kalend. Maij* 1221. apud Laert. Cherub *in Bullario tom.* 1. *pag.* 46. aliàs *pag.* 80. in nouiss. impress.

5 Ecclesiæ Lateranen. Canonici præcedunt Canonicis & Clero Ecclesiæ sancti Petri de Vrbe. *Pius V. constit.* 94. incip. *Infirma* 12. *Kalend. Ianuarij* 1569. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 296. aliàs *pag.* 223. in nouiss. impress.

6 Ecclesia Lateranen. ædificata à Constantino Imp. in suo palatio Lateranensi, & sedes Pontificia vocatur. *Gregorius XI. constit.* 1. incip. *Super* 10. *Kalend. Februarij* 1372. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag* 220. aliàs *pag.* 216.

7 Ecclesia Lateranen. est Romanorum Pontificum Patriarchium. *Sixtus V. constit.* 20. incip. *Si cunctas* 15. *Ianuarij* 1586. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag* [illegible]3. aliàs *pag.* 390. in nouiss. impress.

8 Ecclesiæ Lateranen. lites cognoscit Cardinalis Archipresbyter, & iudex ab eo deputatus. *Paulus V. constit* 49. incip. *Ad ea* 6. *Idib. Iunij* 1608. apud Laert. Cherub. *tom.* 3 *pag.* 240. aliàs *pag.* 176. in nouiss. impress.

9 Ecclesiæ Lateranen. Capitulum dat licentiam in suis locis erigendi loca pia cum consensu Ordinariorum. *Sixtus V. d. constit.* 19. incip. *Si cunctas.*

10 Ecclesiæ Lateranen. Capitulum Indulgentias communicat seruata forma à Clemente VIII. tradita. *Paulus V. constit.* 68. incip. *Quæ salubriter* 23. *Nouembris* 1610. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 260. aliàs *pag.* 1[illegible]0 in nouiss. impress.

11 Ecclesiā sancti Petri de Vrbe magnificentius reædificandam censuit *Iulius II constit.* 23 incip. *Liquet* 11. *Ianuarij* 150[illegible]. apud Laert. Cherub. *tom.* 1 *pag.* 437. aliàs *pag* 379. in nouiss. impress.

12 Ecclesiæ S. Petri Archipresbyteri Iurisdictio quæ sit in Capitulum eiusdem Ecclesiæ Canonicos, & alios, & in eorum litibus, *Paulus III. constit.* 35. incip. *Cum dilectus,* *Kalend Nouembr* 1542. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 675. & *Sixtus V constit.* 102. incip. *Cum ex debito.* 4. *Non. Martij* 90. apud eundem Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 678. aliàs *pag.* 514. in nouiss. impress.

13 Ecclesia S. Mariæ Maioris de Vrbe est vna ex quatuor, quæ visitantur anno Iubilei, *Clemens VIII. constit.* 58 incip. *Annus Domini,* 14. *Kalend. Iunij* 1599. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 74. aliàs *pag.* 54. in nouiss. impress.

14 Ecclesiæ S. Mariæ Maioris Archipresbyteri Iurisdictionem in eius litibus omnibus exprimit *Paulus III. constit.* 19. incip. *Cum sicut de anno* 1538. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 642. aliàs *pag.* 530. in nouiss. impress.

SVMMARIVM.

Ecclesiæ in Archiepiscopales & Episcopales erectæ.

Collect. CCLXXII.

1 ECclesiam Senensem in Archiepiscopalem erexit, & eius fines designauit *Pius II. constit.* 3. incip. *Triumphans,* 10. *Kalend. Maij* 1459. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 315. aliàs *pag.* 289. in nouissima impress.

2 Ecclesiam Bononien. in Archiepiscopalem erexit *Gregorius XIII. constit.* 79. incip. *Vniuersi Id. Decemb.* 1582. apud Laert. Cherub. *to.* 2. *p.* 462. Et illius Suffraganeas Ecclesias designauit *Clemens VIII. constit.* 116. incip. *Romanus,* 18. *Kalend. Ianuarij* 1604. apud Laert. Cherub, *tom.* 3. *pag.* 166.

3 Ecclesiam Firmanam in Archiepiscopalem erexit, eiusque Suffraganeas Ecclesias designauit *Sixtus V. const.* 9. incip. *Vniuersi* 9. *Kalend. Iunij* 1589. apud Laert. Cherub., *tom.* 2. *pag.* 663.

4 Ecclesiæ Rauennaten. in Archiepiscopalem erectæ à Gregorio XIII. Suffraganeas Ecclesias designauit *Clemens VIII. const.* 116. incip. *Romanus* 18. *Kal. Ianuarij* 1604. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 166. aliàs *p.* 121. in nouiss. impress.

5 Ecclesiam Lauretanam in Episcopalem erexit *Sixtus V. constit.* 24. incip. *Pro excellenti* 16. *Kalend. Aprilis* 1586. apud Laert. Cherub. *tom.* 2 *pag.* 518.

6 Ecclesiam Montis Alti in Episcopalem erexit *Sixtus V. constit.* 48. incip. *Super vniuersas* 8. *Kalend. Decembris* 1586. apud Laert. Cherub *tom.* 2. *pag.* 558.

7 Ecclesiam Ripanam in Episcopalem erexit, & illius fines designauit *Pius V. constit.* 2. incip. *Illius* 3. *Kalend. August.* 1571. *in appendice* apud Laert. Cherub. *to.* 3. *in fine Bullarij,* aliàs *pag.* 271. *to.* 2. in nouiss. impr.

8 Ecclesiam S. Seuerini in prouincia Marchiæ in Episcopalem erexit, eiusque fines designauit *Sixtus*

V.conſtit. 49. incip. *Superna 6. Kalend. Decembris* 1586. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 559. aliàs *pag.* 425. in nouiſſ. impreſſ.

9 Eccleſiam Tolentinam in Epiſcopalem erexit, eamque vniuit Eccleſiæ Maceratenſi *Sixtus V. conſt.* 51. incip. *Super vniuerſas* 4. *Id. Decem.* 1586. apud Laert. Cherub. *to.* 2 *pag.* 564. aliàs *pag.* 428. in nouiſſ. impr.

SVMMARIVM.

1 *Clerus Eccleſiæ Cathedralis in funere defunctorum quomodo præcedat clero aliarum Eccleſiarum.*

2 *Canonici, Presbyteri, & alij Clerici Cathedralis Eccleſiæ omnes in proceſſionibus ſub Cruce Cathedralis incedere debent.*

3 *Parocho Cathedralis non licet ſacramenta adminiſtrare, vel curam exercere in aliena Parochia.*

4 *Archiuium proprium Cathedralis Eccleſiæ quomodo Epiſcopus viſitare poſſit?*

Eccleſia Cathedralis.

Collect. CCLXXIII.

1 ECcleſiæ Cathedralis Clerus in funere defunctorum per totam viam, tam per ſuam quàm per alienam iuriſdictionem præcedere debet Clero aliarum Eccleſiarum etiam exemptarum, & habentium iuriſdictionem diſtinctam à iuriſdictione Cathedralis Eccleſiæ. *Sacra Congr. Rit. in Meliten.* 18. *Nouembris* 1606. cuius meminit Sellius *in ſelect. Canon. cap.* 30. *n.* 72.

2 Eccleſiæ Cathedralis Canonici, Presbyteri, & Clerici tam perpetuò adſcripti, quàm nutu amouibiles, omnes ſimul faciunt vnum corpus, & omnes ſub Eccleſiæ Cathedralis Cruce in publicis proceſſionibus incedere debent. *Sacra Congr. Rit. in Maceraten.* 28. *Nouembris* 1609. teſte Sellio *d. c* 30. *n.* 71.

3 Eccleſiæ Cathedralis Parocho non licet ſacramenta adminiſtrare vel curam exercere in aliena Parochia. *Sacra Congr. Rit. in Eugubina* 20. *Septembris* 1628. quam refert Sellius *d. c.* 30. *n.* 74. & Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 18. *n.* 30.

4 Eccleſiæ Cathedralis proprium archiuium poteſt Epiſcopus viſitare, & iura atque ſcripturas concernentes ſtatum ipſius Eccleſiæ recognoſcere, adhibitis tamen aliquibus eiuſdem Eccleſiæ Canonicis. *Sacra Congr. Conc. in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *in reſp. ad* 10. penes Sellium *d. c.* 30. *n.* 75.

Eccleſiæ Cathedralis Canonicus. Vide in verbo *Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, collect* 90.

SVMMARIVM.

1 *Concurſus edicta quando proponere debeant Ordinarij in vacatione beneficiorum Curatorum.*

2 *Concurſus edictum aliud quando proponendum, & illius terminus prorogari valeat?*

3 *Citationum relaxatio ad vocandos oppoſitores in vacatione beneficiorum de iurepatronatus ad quem ſpectet?*

4 *Examen nullum eſt faciendum ante lapſum termini edicti.*

5 *Epiſcopus poteſt apponere edictum pro Concurſu infra quatuor vel ſex menſes reſpectiuè à die vacationis Parochialis.*

Edictum pro concurſu ad Parochialem.

Collect. CCLXXIV.

1 EDicta concurſus proponere debent Ordinarij in beneficiis Curatis Sedis Apoſt. vacantibus per obitum, puta in menſibus reſeruatis, & à Sede Apoſt. prouiſio facienda eſt approbato ab examinatorib. in Synodo diœceſana deputatis, ſi fidem approbationis habet ab Ordinario. *S. Cong. Conc.* teſte Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *ca* 5. *num.* 17.

2 Edictum aliud concurſus non eſt proponendum, ſed ille, qui comparuerit, examini eſt ſubiiciendus, & ſi idoneus repertus fuerit, eidem beneficium eſt conferendum, niſi qui deſcripti ſunt excuſent ſe legitimo impedimento detineri quominus valeant ad concurſum accedere, tunc enim poterit Epiſcopus legitimè terminum prorogare. *S. Congreg. Conc* penes Nicol. Garc. *de benef p.* 9. *cap.* 2 *num.* 205.

3 Edictum ſiue citationum relaxatio ad vocandos oppoſitores, quæ fieri debent in præſentationib. patronorum, & edicta ponere ante inſtitutionem iurispatronatus ad eos ſpectat, ad quos ante Concilium ſpectabat, cum de his nihil per Concilium fuerit diſpoſitum. *S Congr. Conc.* referente Nicol Garc. *de benef p.* 9. *c.* 3. *n* 19.

4 Edicti ante lapſum terminum nullum eſt examen, & concurſus factus *Sacra Cong. Conc. in Poten.* 4. *Maij* 1619. quam citat Aldan. *in compendio Canon. reſol lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 17. *cum ſeq.*

5 Edictum pro communi poteſt Epiſcopus apponere infra quatuor & ſex menſes reſpectiuè à die vacationis Parochialis ex diſpoſitione ſacri Conc. Trident. & Conſtitutionis ſanctę mem. Pij V. *S. Congr. Conc. in Tyburtina* 28. *Aprilis* 1629. cuius memini *de officio & poteſt. Parochi c.* 2. *n.* 40.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo viſitationem aggredienti non licet edicta proponere, quibus ſubditis iubeantur crimina detegere.*

2 *Epiſcopus ſubſcribere & publicare ſolus poteſt edicta, quibus prohibetur acceſſus perſonis ſecularibus ad Monialium monaſteria Regularibus ſubiectarum.*

3 *Clerici in minoribus non poſſunt adſtringi ſub pœna priuationis habitus clericalis, ſacros Ordines aſſumere.*

4 *Epiſcopus poteſt per ſe ſolum facere ſine conſenſu Capituli, edicta generalia pro generali Viſitatione diœceſis.*

5 *Epiſcopus non debet in edictis generalibus Viſitationis præcipere in virtute ſanctæ obedientiæ vt populus denunciet ea, quæ correctione digna ſunt?*

6 *Laici poſſunt cogi declarare ſub edicto generali non comprehendi Eccleſiam, neque clericos.*

Edictum pro viſitatione, & aliis.

Collect. CCLXXV.

1 EDicta proponere non licet Epiſcopo Viſitationem aggredienti, quibus ſubditi iubeantur crimina detegere, multoque minus propoſita pœna excommunicationis. *S. Cong. Conc. ſub die* 2.

die 2. Ianuarij 1601. teste Sellio *in selectis Canon. cap.* 114 *n.*16.

2 Edicta, quibus prohibetur personis secularibus accessus ad monasteria Monialium Regularibus subiectarum, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda sunt *Sacra Congr. Conc. in Cameracen.* 21. *Februarij* 1617. quam refert Sellius *d.c.*114. *n.*17.

3 Edictum vt clerici in minoribus, qui legitimæ essent ætatis, deberent assumere sacros Ordines sub pœna priuationis habitus clericalis, est reuocandum. *Sacra Congr. Conc. in Maracien.* 14. *Decembris* 1650. quam citat Sellius *d.c.*114 *n.*18.

4 Edicta generalia pro generali visitatione diœcesis decreto *c.*3. *sess* 24 *de reform.* demandata, potest Episcopus per se solum facere absque consensu, seu consilio Capituli. *Sacra Congr. Conc. in Oriolen.* 27. *Martij.* 1632. *in resp ad* 2. cuius memini *de Canon. & Dignit. c.* 42. *sub n* 20.

5 Edictis generalibus, & præparatoriis ad visitationem diœcesis non debet Episcopus præcipere in virtute sanctæ obedientiæ vt populus denũciet ea, quæ correctione & emendatione digna iudicabit. *Eadem S. Cong. Conc. in Oriolen. in resp. ad* 3. apud Sellium *d c.*114. *n* 19.

6 Edictum generale à laicis publicatũ possunt ipsi cogi declarare quod sub ea lege neq; Ecclesia, neq; clerici ligantur. *S. Cong. Immunitatis sub die* 7. *Decẽbr.* 1632. per doctrinam *Felini inc. Ecclesia S. Mariæ n.* 31. *de const.* Anchar. *cõs.*155. Hier. Gabr. *cons.* 37. *n.*3. *vol.*3.

SVMMARIVM.

1 *Celebrare non possunt eiecti à Religione absque dispensatione Apost.*
2 *Religiosus legitime professus nullus potest à Religione eiici nisi sit verè incorrigibilis, & quis talis censeatur, ostenditur.*
3 *Suspensi perpetuò sunt ab exercitio Ordinum eiecti à Religione.*
4 *Superiores litteras testimoniales non concedant eiectis à Religione.*
5 *Habitu clericali incedere debent eiecti à Religione etiamsi in minoribus Ordinibus constituti sint.*
6 *Ordinarij loci iurisdictioni, & obedientiæ subsunt eiecti à Religione, proindéque Generalis illico expulsionis sententiam Ordinario notificare tenetur.*
7 *Religiosus legitimè professus vt possit à Religione eiici quæ præcedere debeant.*

Eiecti à Religione.

Collect. CCLXXVI.

1 Eiecti à Religione non possunt celebrare absque dispensatione Apostolica. *S. Congr. Episcop. & Regul. in Vlixbonen.* 16. *Ianuarij* 1596. teste Sellio *in selectis Canon. c.*23 *n.*18.

Eiici à Religione nulli legitimè professi possunt nisi verè sint incorrigibiles: verè autem incorrigibiles minimè censentur nisi non solum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex Iuris communis dispositione requiruntur, sublatis hac in parte statutis & Constitutionibus cuiusque Religionis & Ordinis etiam à Sede Apost. approbatis, & confirmatis, verum etiam vnius anni spatio in ieiunio & pœnitentia probentur in carceribus, proindeq; vnaquæque Religio priuatos habeat carceres in qualibet saltem prouincia: elapso autem anno si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua pertinacia perseuerauerit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum eiici tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantum de consilio, & assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus, tuncque nonnisi instructo secundum eorum stylum, & Constitutiones processu, & plenè probatis causis expulsionis ad sacrorum Canonum præscriptum. *Sacra Congreg. Conc. in decretis de Regularib. apostatis, & eiectis sub die* 21. *Septembris* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 4. *pag.* 41. cuius meminerunt Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo eiectus n.* 4. & eius frater Ioan. Antonius Nouar. *in summa Bullarum sub tit. de apostatis, & eiectis à Religione.* Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regulares p.* 213. & Ego *in fine tract. de officio, & potestate Episcopi.*

3 Eiecti à Religione & extra illam degentes, sunt perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locorum, facultate dictam suspensionem relaxandi, ac moderandi. *Sacra Cong. Conc. in dictis decretis de Regularibus apostatis, & eiectis,* referente vtroque Nouario.

4 Eiectis à Religionibus Superiores litteras testimoniales non concedant, illos ad Sedem Apostol. reiicientes, vel iubentes aliam ingredi Religionem. *Eadem S. Cong. Conc. in dictis decretis de Regularibus apostatis, & eiectis.*

5 Eiecti à Religione ex dispositione decretorum de apostatis, & eiectis, si in Ordinibus etiam minoribus constituti sint, tenentur incedere in habitu clericali. *Sacra Congreg. Concil. in Pisana* 1. *Aprilis* 1628. cuius meminit Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 3. *verbo eiecti Regulares n.* 8.

6 Eiecti quandiu non redierint ad Religionem in habitu clericali incedere debent, atque Ordinarij loci iurisdictioni, & obedientiæ subsunt, proindéque Generalis illico expulsionis sententiam Ordinario notificare tenetur. *Sacra Cong. Conc.* penes Bellet. *disquisit. clerical. p.* 2. *de pœnis clericor.* §. 25. *n.* 6. Carol. Maranta *tom.* 3. *resp.* 57. *n.* 39. vbi per totam illam responsionem disputat an si iste habitu clericali excusso, militiæ se adscribat seculari, facinoribus irretitus, dici possit apostata.

7 Eiici à Religione non potest legitimè professus nisi postquam per annum integrum in carceribus in ieiunio, & pœnitentia detenti, & probati fuerint, & eo elapso non resipuerint, sed animo indurato in sua pertinacia perseuerauerint. Si verò è carceribus aufugiant, etiam pro huiusmodi fugæ delicto sunt puniendi, & possunt ferrea custodia in carceribus detineri. *Sacra Cong. Conc. die* 13. *Nouembris* 1632. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in fine vbi de decretis Sacra Congreg. pag.* 563.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de electione agentes.*
2 *Electio ad regimen Monasteriorum, & dignitatum Conuentualium debet ab Apost. Sede confirmari intra tres menses.*
3 *Episcopi non possunt facere electiones, prouisiones, & cum receptione alicuius quod in vsus pios non conuertatur.*

4 *Metropolitani electio ſemel facta ab Epiſcopo exempto non poteſt mutari.*

5 & 6 *Electio, & collatio perſona, cui conferendus eſt Canonicatus habens annexum onus lectionis ſacra Theologia ad quem ſpectet?*

7 *Superioribus Ordinum quando liceat Religioſum mittere cum voto ad Capituli Generalis celebrationem.*

8 *Præſidens Capitulo Regularium quid in eo præcipere non poßit?*

9 *Prælatorum Regularium electio ita debet fieri per vota ſecreta, vt non poßit fieri per viam compromißi, aut inſpirationis.*

10 *Nomina eligentium ſi in Bullis confirmationis, ſeu patentibus exprimantur, electio eſt nulla.*

11 *Secreta & Canonica reputatur electio ſi electi fuerunt à Superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant.*

12 *Electio non ſecreta remanet, ac proinde eſt nulla in caſu propoſito.*

13 *Confraternitatum Officialium electio & confirmatio ad quem ſpectet?*

14 *Loci electio pro celebranda ſynodo Prouinciali ſpectat ad Archiepiſcopum.*

15 *Deputati Seminarij electio ſufficit fieri per Clerum ciuitatis.*

16 *Canonici electi ad Seminarij adminiſtrationem an poßint remoueri?*

17 *Electio nihilominus eſt ſecreta, ſi electorum aliquis ante ſcrutinium verbo dicat ſe velle eligere hunc vel illũ.*

18 *Prælato non licet in electione proponere duos, vel tres, ex quibus vnus eligatur.*

19 *Eligentes per ſchedulam aliquo patenti ſigno ſignatam vt innoteſcat ſcrutatoribus, faciunt electionem non ſecretam.*

Electio, Elector.

Collact. CCLXXVII.

1 De electione Petrus de Baiſio *tom.15.p.1.fol.* 380. Lucas Caſtellinus, Sigiſmundus à Bononia *in particul. tractatib.* Iodoch. Lorichius *in theſauro nouo Theolog.* Petrus Creſpet *in ſumm. Catholica Fidei ſub hoc verbo.* Cuch. *inſtit. maior. lib. 4. de elect.* Ludon. Miranda *in man. Prælator. tom 2. quæſt.* 23. Iuli. Lauor. quondam mei amiciſſimus *var. lucub. tom. 2. quæſt.* 23. Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. diſp.* 5. Ego *de iure eccleſ. vniuerſo lib. 1. c. 19. per tot.*

2 Electio ad regimen Monaſteriorum, Præpoſiturarum, ac Dignitatum Conuentualium quorumcunque Ordinum nullam vim habet, niſi ſit à Sede Apoſt. confirmata, & intra ſex menſes ſint litteræ expeditæ. *Pius IV. conſtit* 86. incip. *Sanctiſſimus* 31. *Octobris* 1564. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 121. aliàs *pag.* 91. in nouiſſ. impreſſ. Scottia *in ſelectas ſummorum Pontif. Conſtitutiones epit.* 82.

3 Electiones, præſentationes, vel aliæ prouiſiones, ſeu admiſſiones ad poſſeſſionem beneficiorum eccleſiaſticorum fieri non debent per Epiſcopos cum receptione alicuius, quod in vſus pios non conuertatur, non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus, & Indultis contrariis. *Pius V. conſtit.* 104. incip. *Dudum de anno* 1570. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 310.

4 Electio Metropolitani ſemel facta ab Epiſcopo exempto, vt ad eius Synodum Prouincialem conueniat, non poteſt poſtea mutari, ſed ſemper in futurum ad illam accedere tenetur, eiuſque electio ligat ſucceſſores. *Sacra Cong. Conc.* teſtibus Quarant. *in ſumma Bullarij verbo Concilium Prouinciale n. 2. verſ. an autem*, & Galet. *in margarita caſuum Conſcientia, verbo Epiſcopus pag.* 100. *col.* 1.

5 Electio perſonæ, cui conferendus eſt Canonicatus, habens annexum onus lectionis Sacræ Theologiæ ex præſcripto Concilij pertinet ad Epiſcopum, collatio verò eidem perſonæ facienda ad eos, ad quos ante Concilium pertinebat, quamuis ex conſuetudine electio ſola Canonicorum pertinet ad Capitulum, & confirmatio, ſeu inſtitutio ad Epiſcopum. *Sacra Congr. Conc. in Aretina* 31. *Iulij* 1627. quam refert Aldan. *in compendio Canon reſolut. lib. 3. tit. 7. num* 16.

6 Electio Lectoris ſoli Epiſcopo competit, nec ſucceſſori præiudicium fit: ſi aliter per prædeceſſores fuit obſeruatum, & id intelligendum eſt de his Canonicatibus Theologalibus, qui erecti non ſunt ante Concilium, ſeruandum eſt quod ante Concilium fiebat. *Sacra Cong Conc.* referente Nicol. Garc. *de benef. part. 5. cap. 4. num* 162.

7 Electionis in celebratione non eſt prohibitũ Superioribus Ordinum, quibus id ex regula conceditur, vt aliquem Fratrem idoneum ſuo loco delegent, ſeu mittant ad Capituli Generalis celebrationem, vt ſuo nomine electionem faciat, ſi ex inſtitutis, & decretis ſuæ Religionis licet Superioribus abſentibus & legitimè impeditis mittere alium ad Capitulum Generale, qui ſuo loco & nomine in electione ſuffragium ferat. *Sacra Congr. Conc* penes Caſtellin. *de elect. capite 5. num.* 94. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 5. quæſt. 4. num.* 9. Lezana *in ſumma quæſt. Regul. tom 3. verbo electio n.* 7.

8 Electione Superiorum Regularium Præſidens Capitulo non poteſt præcipere ſcrutatoribus ſub præcepto ſanctæ obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ ſententiæ ne recipiant ſuffragia oretenus tradi ſolita pro aliquibus vltra certum numerum electioni inſufficientem, ſed eo completo dicant electoribus ad aures, vt ſeruari dicitur, vt dent aliis eorum vota, ita vt electiones hactenus celebratæ ſi ſcrutatores præcepto Superioris obtemperantes ſingulorum eligentium vota non receperint, pro Canonicis non habeantur. *Sacra Cong. Epiſcop. & Regul.* penes Caſtellin. *de elect. canonica c. 4. n.* 66. quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg.* 100. *n.* 23.

9 Electio Prælatorum Regularium ita debet fieri per vota ſecreta, vt non poſſit fieri per viam compromiſſi, aut inſpirationis. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 4. num.* 104. Caſtellin. *de elect. c. 7. num. 7. verſ. ad quorum.* Sigiſm. à Bononia *in ſimili tract. dub. 2. n. 7. & dub. 31. n. 14. verſ. & inſuper.* Lezana *in ſum quæſt Regul. to. 3. verbo electio, num.* 3.

10 Electio erit nulla ſi poſt eam factam in litteris confirmationis ſeu patentibus exprimerentur nomina eligentium. *S. Cong. Conc.* de qua Caſtellin. *d. c. 4. n.* 61. Lezan. *d. verbo electio, n. 11. in princ.* Electoribus enim nullo modo licet antè vel poſt ſcrutinium, cui ſuum votum dederint, publicare. *Eadem Sacra Cong. Conc.* teſte Nicol. Garc. *diſp. 5. c. 4. n.* 197.

11 Electio reputatur ſecreta & canonica, ſi electi fuerunt à Superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant. *S Cong. Conc.* teſtibus Nicol. Garc. *d p. 5. c. 4 n.* 180. Caſtel *de elect cano. c. 4. n.* 4. quos & alios refero *de offi. & poteſt. Epiſco p. 3. alleg.* 100. *n.* 18.

12 Electio eſt nulla quando aliqui ex electoribus vnica ſchedula recipiunt vnico nomine ſcriptu & nomen

nomen electi notum scribæ duas schedulas, & vnam quam voluerint, reponunt, alteram scindunt, quia scriba potuit reuelare talem qui non habuit nisi vnam schedulam, vel talem qui non habuit duas. *Sacra Congr. Conc* attestantibus Nicol. Garc. *d p 5. c. 4. nu.* 193. Castellin. *de elect. c 5. nu.* 25. quos & alios refero *d. alleg* 100. *num.* 22.

13 Electio Officialium Confraternitatum canonicè institutarum ad Confratres, eorundem verò Officialium confirmatio ad loci Episcopum, vel eius Vicarium generalem pertinet. Societatibus tamen sub immediata Regum protectione existentibus semper exceptis. *Sacra Cong. Episcop. & Regul in Bonina* 11. *Augusti* 1617. quam citat Sellius *in select. Canon. c.* 31. *n* 43.

14 Electio loci pro celebranda Synodo prouinciali de iure communi pertinet ad Archiepiscopum. *Sacra Congreg. Conc. in Acherontina* 28. *Nouembris* 1580. quam adducit idem Sellius *d. cap.* 31. *num* 44.

15 Electio deputati seminarij sufficit fieri per clerum ciuitatis, & potest Episcopus erigere plura seminaria in illis locis, quæ non fuerunt taxata. *Sacra Congregat. Concil. in Lucana* 19. *Nouembris* 1616. de qua attestatur Sellius *dict cap.* 31. *numero* 45.

16 Electi Canonici ad seminarij administrationem perpetuo illam habere debent, nec remoueri possunt nisi ex legitima & iusta causa. *Sacra Congregat.* Concil. teste Gallet. *in Margarita casuum Conscient. verbo Canonicus pagin.* 30. *col.* 1.

17 Electorum aliquis si ante scrutinium verbo dicat se velle eligere hunc vel illum non propter hoc tollitur quin electio non sit secreta ex eo quia potuit pro alicto suffragium præstare. *Sacra Congregat* Conc. penes Castellin. *de elect. Canon. ca* 5. *n.* 26. *in fine.*

18 Electione non licet Prælato Superiori proponere duos, vel tres, ex quibus vnus eligatur. *Sacra Congregat Conc.* apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom.* 3. *in addit. capit.* 9. *numero* 13.

19 Eligentes per schedulam aliquo patenti signo signata, vt innotescat scrutatoribus, vel vni ex illis, quod talis elector elegit illum nominatum in schedula, faciunt electionem non secretam, & peccant mortaliter, ac proinde sic electus factus de hoc certus tenetur resignare Prælaturam siue officium, vel petere à Sanctissimo confirmationem eum dispensatione. *Sacra Congregat.* attestantibus Laurent. de Peyrinis *to.* 1. *quest.* 1. *de obedientia c.* 21 Castellin. *d tract. de elect. c* 4. *n.* 61. quos refero *d. alleg* 100. *n.* 21.

Electio Abbatissæ, vide *in verbo Abbatissa collect.* 5.

Electio administratorum, vide *in verbo Administratores collect.* 13.

Electio Officialium, vide *in verbo Officialis collect.* 531.

Electio Prædicatoris, vide *in verbo Prædicator collect.* 592.

Electio Religiosorum pro associandis cadaueribus, vide *in verbo Hæres collect.* 406.

SVMMARIVM.

1 *Forma electionis Romani Pont. præscribitur remissiue,* Barbos. Apost. Decis. Sum. *& Ceremoniale continens vsus talis electionis citatur.*

2 *Papa extra Curiam obeunte in Vrbe successoris electio facienda.*

3 *Papa electio simoniacè facta damnatur.*

Electio Papæ.

Collect. CCLXXVIII.

1 Electionem Romani Pont. formam, ac in eligendo obseruandas ordinationes præscripsit *Pius I V. constit.* 63. incip. *In eligendis* 7. *Id. Octob.* 1562. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2 *pag.* 92. alias *pag.* 68. in nouiss. impress. & nouissimè *Gregorius X V. constit.* 13. incip. *Aeternus* 17. *Kalend. Decembris* 1621. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullario tom* 3 *pag* 191. in nouiss. impress. Et Cæremoniale continens vsus talis electionis seriò obseruandum, & nullo pacto immutandum edi iussit idem *Gregorius XV. constit* 19. incip. *Decet Romanum Pontificem* 4. *Id Martij* 1621. apud Angel. Mariam Cherub. *d tom* 3. *pag.* 297. quæ omnia repetiuntur impressa *in fine tom.* 1. *variarum lucubrat. Iulij Lauorij à pag.* 556. & illorum meminit latè de materia agens *in tract de iure eccles. vniuerso lib.* 1. *cap* 1. *num.* 103. *cum seqq.*

2 Electionem Romani Pont. iuxta prædecessorum ordinationes fieri censuit, & eo obeunte extra Curiam in Vrbe fieri voluit *Clemens VII. constit.* 26. incip. *Cum charissimus pridie Non. Octobris* 1529. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 595. aliàs *pag* 497.

3 Electionem Romani Pont. simoniacè factam damnat, & complices pœnis afficit *Iulius II. constit.* 3. incip. *Cum tam diuino* 19. *Kalend. Februarij* 1505. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 403. aliàs *pag.* 355. in nouiss. impress.

SVMMARIVM.

1 *Fratres de redemptione captiuorum eleemosynas quærere possunt, non tamen in Statu ecclesiastico.*

2 *Fratres discalceati non sunt molestandi in quæstuatione eleemosynarum non obstante quod alij Fratres Mendicantes eodem die eleemosynas quærere soleant.*

3 *Fratres Ordinum Mendicantium in quibus locis per se ipsos eleemosynas quærere possint?*

4 *Receptores eleemosynarum sine fraude eas conuertentes in vsus pios non comprehenduntur sub decreto* Concilij *sess.* 21. *c.* 9. *de reform.*

5 *Quæstoribus eleemosynarum cum certis conditionibus licentia concedenda.*

6 *Pecunias anticipatè non possunt Moniales recipere ad computum dotalis eleemosynæ.*

7 *Regularibus non est prohibitum inter Missarum solemnia eleemosynas, & oblationes ab offerentibus recipere.*

8 *Parochi non possunt recipere pro Missa eleemosynam manualem in illis diebus, quibus Missam tenentur celebrare.*

9 *Missa Defunctorum an necessariò celebranda sit vbi relicta fuerit eleemosyna ad celebrandas Missas pro anima defunctorum.*

10 *Miſſa de B.Maria in ſabbato neceſſariò celebranda eſt ſi eleemoſyna relinquatur pro ea celebranda in ſabbato.*

11 *Parocho debentur eleemoſynæ,quæ dantur ſponſis in illorum benedictione.*

12 *Propinarum ſolutio ſi prohibeatur, earum appellatione non veniunt quæ per pactum ſacriſtiæ,& infirmariæ monaſteriorum Monialium dari ſolent.*

Eleemoſyna.

Collect.CCLXXIX.

1 Eleemoſynas quærere poſſunt Fratres de Redemptione captiuorum *Clemens VII.conſtitut.7.*incip. *Gratum* 15. *Kalend. May* 1524. apud Laert.Cherub. *in Bullario tom.1.pag.*570. aliàs *pag.* 479.in nouiſſ.edit. *Sixtus V conſtitut.*27.incip. *Cum benigna Kalend. Aprilis* 1586. apud eundem Laert. Cherub. *tom.2.pag* 521.aliàs *pag* 397.& illarum meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo eleemoſyna n.2.*

2 Eleemoſynarum in quæſtuatione non ſine moleſtandi, nec impediri poſſunt Fratres diſcalceati, non obſtante quod alij Fratres Mendicantes eodem die eleemoſynas quærere ſoleant, qua iſti quærunt. *Sacra Congr. epiſcop.& Regul.9.Ianuarij* 1608.quam refert Flauius Cherubin. *in compend. Bullarij ad conſtitut.* 75. *Gregorij XIII* incip. *Romani Pont.ſchol.*1.

3 Eleemoſynas quærere poſſunt Fratres Ordinum Mendicantium per ſe ipſos in locis vbi habent Conuentus,nec prohiberi poſſunt per Epiſcopum,ſed tantùm ſi extra loca, vbi monaſteria exiſtunt, quæſtitare voluerint, tenentur ſuorum Superiorum licentiam Ordinario oſtendere. *Sacra Congreg. Conc.de anno* 1621.quam refero *de officio,& poteſt. epiſcopi parte* 3 *alleg.*109.*n.* 0.

4 Eleemoſynarum receptores, qui collectas in pios vſus conuertendas ſine fraude ſponte datas accipiunt, non comprehenduntur ſub decreto Concilij Trid.ſeſſ.21.de reform c. 9. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Zerol. *in praxi epiſcop.p* 2. *verbo Quæſtores* Galer. *in margarita caſuum conſcient. verbo eleemoſyna* 1. Bonacio, *de cenſur. extra Bullam Cœnæ diſp.* 2.*q.*3 *puncto* 30. *n.*9.*verſ.tertio,* quos refero *d. alleg.* 109.*num* 5.

5 Eleemoſynas petendi licentia dari poterit cum his circunſtantiis Prima eſt vt ſint perſonæ bonæ exiſtimationis. Secunda ne ſint participes ipſarum eleemoſynarum. Tertia ne habeant vllo modo nomen quæſtoris Quarta nullas Indulgẽtias diuulgent,nec concionentur. Quinta nec ſua priuilegia aut ſacras Reliquias circunferant. Sexta nec imprecationibus, aut minis eleemoſynas ab hominibus exprimant, aut extorqueant, nec campanas,aliáve inſtrumenta deferant. Septima nec quicquam tanquam debitum, aut vltratum petant. Octaua nec vllo artificio, aut ſpecie commemorandæ orationis alicuius ſancti, aut alio peruerſo more vtantur. Nona vt ſimpliciter ac modeſtè eleemoſynas petant, eaſque in pij loci vtilitatem transportent. *S. Congr. Conc.* quam refert Zerol. *in praxi epiſcop. p.*2.*verbo Quæſtores.*

6 Eleemoſynæ dotalis ad computum, quam quæ nis puella habitum Monachalem ſuſceptura,perſoluere debet, Monialibus nullatenus recipere licet pecunias,vel aliquam aliam rem anticipatè, alioquin tam recipientes, quàm perſoluentes anathemati decreti *Conc. Trident. ſeſſ* 25. *de Regular.* ſunt ſubiecti. *Sacra Congregat. epiſcop & Regular. in Camerinen. de anno* 1580.quam adducit Aldan. *in compendio Canonicar. reſolut. lib.* 2. *titul.* 25. *numero* 9.

7 Eleemoſynas,& oblationes ab offerentibus recipere non eſt prohibitum Regularibus inter Miſſarum ſolemnia, vertendo ſe ad populum, & generalem Confeſſionem pro eo faciendo, non autem eis licet ab altari diſcedere, & per Eccleſiam circumire. *Sacra Congreg. Conc. in nullius prouinciæ Rauennaten.* 15. *Septembris* 1629. penes Lezanam *in ſumma quæſt. Regul.tom.1.ca.9.n.*45.*& ca.*12.*n.* 41 *verſ.ad* 2.

8 Eleemoſynam manualem pro Miſſa recipere non poſſunt Parochi in illis diebus, quibus Miſſam tenentur celebrare. *S.Congr. Conc.*1. *Septembris* 1629. quam adducit Aldan. *dict. titul.* 25. *numero* 10.

9 Eleemoſyna relicta pro celebrandis Miſſis pro anima defunctorum licitè lucrari non poteſt, niſi celebretur Miſſa defunctorum, etſi occurrat feſtum duplex, quod de præcepto non ſeruetur. *S.Cong.Rit.in Pampilonen.*1.*Septembris* 1607.de qua Aldan.*d.tit* 25.*n.*11.

10 Eleemoſyna relicta pro celebranda Miſſa B. Mariæ in Sabbato licitè lucrari non poteſt, niſi celebretur Miſſa de B. Maria, etiamſi in Sabbato occurrat feſtum ſolemne alterius Sancti. *Eadem S. Cong Rit in d Pampilonen.*

11 Eleemoſynæ, quæ dantur à ſponſis in illorum benedictione ſpectant ad Parochum *Sacra Congr. Rit. in Acherontina* 25.*Ianuarij* 1602.cuius memini *de officio,& poteſt.Parochi c* 21.*n* 101.

12 Eleemoſynæ, quæ per pactum Sacriſtiis,& infirmariis monaſteriorum Monialium dari ſolent, non comprehenduntur in decreto, quo propinarum ſolutio per Moniales dum ad habitum, vel ad profeſſionem admittuntur, fieri ſolita interdicitur. *Sacra Congregat. Epiſcop. & Regul. in Vrbinaten.* 5. *Nouembris* 1616. penes Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regul. ſub hoc verbo num.* 1. & illius memini *de iure eccleſ. vniuerſ lib.*. *cap.*43. *n.*32.

Eleemoſynæ Miſſarum, vide *in verbo Miſſarum eleemoſyna collect.*476.

S.Eliſabetha.

Collect. CCLXXX.

Sanctam Eliſabetham Reginam Vngariæ in Sanctorum numerum adſcripſit, & eius feſtum die 19. Nouembris celebrari iuſſit *Gregorius IX. conſtit.*11.incip. *Glorioſus de anno* 1235.apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.*1.*pag.*57. eius vitam ſcribit Theodoricus Turingius apud Henric.Caniſ. *antiquarum lect.tom.*5.*p.*2.*pag* 143.

Sanctæ Eliſabethæ Reginæ Portugaliæ Officium recitatur die 4. Iulij in Regno Portugaliæ ritu duplici: extra verò Regnum ſub ritu ſemiduplici. *Sacra Congreg. Rit. ſub die* 7. *Auguſti* 1628. teſte Sellio *in ſelectis Canon cap* 1 *num.*50. & Aldan. *in compendio Canon.reſolut.lib.*1. *titul.* 8.*de Sanctis nu.*39.Gauant. *in rub. Breuiarij ſect.*7. *cap.*9. *num.*4.

Sancta Eliſabetha Regina Portugaliæ dũ vixit tertium

tertium Ordinē ſancti Franciſci expreſsēfuit profeſſa. *Vrbanus VIII. conſtit.55.incip. Cum ſicut* 12. *Aprilis* 1626.apud Angel.Mariam Cherub. *in Bullariotom.4.pag.*-2. & illius meminit Hieron.Roderic.*in compendio quaſt.Regul.reſol 95.poſt num.*8.De eius vita,& laudibus Ioannes Perpinianus, & Blaſius de Pina Freyle, qui etiam compoſuit Officium eiuſdem S.Eliſabethæ,Iacob Fuligat. *de vita S.Eliſabeth Roma* 1625.

Sanctæ Emerentianæ officium, vide in verbo *Officium collect.534.n.25.*

Emolumenta.

Collect. CCLXXXI.

1 EMolumenta prouenientia ex exercitio iuriſdictionis Curiæ Epiſcopalis Seda vacante, & ſigillo aut aliàs vndecunque prouenientia, neque ad Capitulum, neque ad Vicarium ſpectant, ſed debent futuro Epiſcopo ſucceſſori reſeruari, ſi ad Epiſcopum Eccleſia non vacante, pertinuiſſent S Cong.Conc *in Agrigentina* 17. *April.*1627. teſte Aldan.*in compendio Canon reſol. lib.*3 *tit.*8 *nu.*17. quem refero *in collect. ad Trid.ſeſſ.25.de reform cap.*11. *num.*9.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Epiſcopo agentes.*
2 *Ordo Epiſcoporum in Eccleſia Dei ſublimior eſt gradus.*
3 Cardinales in Curia *præſentes tenentur viſitare Epiſcopi poſt eorum promotionem.*
4 *Magiſtratus & Clerus quomodo recipere debeat ſuum Epiſcopum in primo ingreſſu.*
5 Crucis *oſculatio & aqua benedicta à quo miniſtranda Epiſcopo aliquam ciuitatem ingredienti.*
6 *Titulum, characterem, & Ordinem ſemper retinet Epiſcopus licet dimittat Eccleſiam.*
7 *Inquiſitio in promotionibus Epiſcoporum ad Cathedrales qualis facienda.*
8 *Papa tantùm competit nomen Epiſcopi vniuerſalis Eccleſia.*
9 *Synodum non celebrans Epiſcopus quotannis incurrit pœnas à iure ſtatutas.*
10 Concilium *Prouinciale celebrare tenentur ſingulis triennis Archiepiſcopi.*
11 *Limina Apoſtolorum an & quando Epiſcopi viſitare teneantur, remiſſiuè.*
12 *Pontificali reformato debent vti in toto Orbe Epiſcopi, omneſque, alij Eccleſiarum Prælati.*
13 Ceremoniale *Epiſcoporum reformatum recipi & obſeruari mandatur.*
14 *Priuilegia & indulta epiſcoporum in Capella ſua Sanctitatis aſſiſtentium.*
15 E*piſcopo extra ſuam diœceſim non conueniunt ea, quæ in propria ei debentur.*
16 *Puluinar & pannum coloris violacei non poteſt ſibi ſternere Epiſcopus in aliena diœceſi.*
17 *Eccleſiam pollutam reconciliare & nouam benedicere eſt proprium munus Epiſcopi.*
18 Con*fraternitatibus laicorum poteſt ex cauſa Epiſcopus concedere vt in eorum Eccleſiis conſeruent ſanctiſſimum Sacramentum.*
19 *Vicario generali in abſentia Epiſcopi debetur reuerentia in choro.*
20 *Benedicere populum, & vti Cruce, mozetta, & rochetto non poteſt epiſcopus præſente Legato de Latere.*
21 Con*feſſionem facere cum celebrante, benedicere incenſum, ac benedictionem ſolemnem dare poteſt epiſcopus præſens Miſſæ in eccleſia Collegiata exempta.*
22 *Aſſiſtentia nulla debetur epiſcopo quando non incedit paratus.*
23 *Birretum ſibimet ponere, & deponere debet epiſcopus quando aſſiſtit Diuinis cum cappa.*
24 *Thurificandus eſt triplici ductu epiſcopus tantum.*
25 *Thurificandus à quo veniat Epiſcopus aſſiſtens ad Miſſam?*
26 Con*ſecrari vt poſſit epiſcopus cum aſſiſtentia duarum Dignitatum conceditur.*
27 *Officia non ſunt inchoanda ante aduentum epiſcopi ſi voluerit ad Eccleſiam venire.*
28 *Decretorum Concilij Prouincialis ad obſeruantiam tenentur epiſcopi non obſtante lapſu decennij.*
29 *Statuta iurare qua non teneatur epiſcopus in ingreſſu ſua eccleſia.*
30 Ca*remonialis epiſcoporum diſpoſitionem tenetur epiſcopus obſeruare facere in Cathedrali & in aliis ſua diœceſis eccleſiis.*
31 *Capituli conſilium, & non conſenſum debet epiſcopus adhibere in diſtributione Ordinum facienda.*
32 E*piſcopo ad eccleſiam venienti quomodo teneantur obuiam ire Canonici?*
33 E*piſcopus eligere debet baiulum proba vita.*

Epiſcopus.

Collect. CCLXXXII.

1 DE Epiſcopo, eiuſque Officio, & dignitate Ioannes Bertachinus. Troylus Maluetius, Iacobus Simanchas, Gilibertus de Fornaco, Bartholomæus Vgolinus, *in ſpecialibus tractatibus*, Lælius Iordanus *de cauſi. Epiſcoporum maioribus & rerum capitalium ad Papam deferendis.* Ioannes Fileſacus *de ſacra auctoritate Epiſcoporum* Alphonſus Madrigal *de epiſcopis. & miniſtris eccleſia.* Antonius de Pietris *de iuriſdictionis Epiſcopalis defenſione*, Franciſcus de Valgas *de iuriſdict.Epiſcopi.* Rutilius Benzonius *in epiſcoporum ſpeculo*, Staniſlaus Socolouius, *de conſecrat. epiſcopi*, Ioannes Baptiſta Signius *de optimo epiſcopo.* Antonius Paganus *de ordine, iuriſdictione, & reſidentia epiſcoporum*, Petrus Bleſenſis *de inſtitutione epiſcopi.* Fr.Stephanus Daluim *de poteſtate Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque Prælatorum*, Ioſephus Vela *de poteſtate epiſcoporum circa inquirenda, & punienda crimina in ſuis diœceſibus commiſſa.* Scipio de Rubeis *in aphoriſm epiſcoporum*, Bartholomæus Gauantus *in enchirid ſiue manuali epiſcoporum* Sebaſtianus Medices *de epiſcopis promouendis*, Lelius Zechius *de ſtatu & munere epiſcoporum.* Hieronymus Vielmius, *de epiſcopis titularibus*, Camillus Cottius *de penſionibus epiſcoporum*, Hieronymus Venero y Leyna *in examine epiſcoporum*, Henricus Bottæus *de ſtatutis epiſcop.* Thomas Zerola, Paulus Piaſecius, & Mauritius de Alzedo *in ſuis prax. epiſcop.* Thomas Caietanus, Bartholomæus Carranza, Hieronymus Gigas, Iacobus Naclantus, Dominicus Soto & Ambroſius Catharinus omnes *de reſidentia epiſcoporum.*

2 Epiſcoporum Ordo in Eccleſia Dei ſublimior eſt gradus, *Leo X conſtit.22.incip. Dum intra 14. Kalend. Ianuarij* 1516. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.1. pag.* 509. aliàs *pag.* 431. in nouiſſ. impreſſ.

3 Epiſcopi poſt eorum creationem & promotionem Cardinales in Curia præſentes viſitare tenentur. *Leo X. conſtitut.* 7. Incip. *Superna* 3. *Non. Maij* 1514. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pagin.* 474.

4 Epiſcopus quomodo recipiendus ſit à Magiſtratu & Clero in primo ingreſſu? *Sacra Congreg. Rit. in Tarraconen.* 2. *Martij* 1603. quam refert Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 1. *titul.* 24. *num.*52.

5 Epiſcopo aliquam ciuitatem ingredienti oſculatio Crucis, & aqua benedicta miniſtrari debet ab obtinente maiorem dignitatem in loco, licet non ad illius Eccleſiam, ſed ad aliam proceſſio dirigatur. Cùm verò aliquam Eccleſiam ingreditur, debent hæc ei miniſtrari à digniore illius Eccleſiæ, etiamſi Canonici præſentes fuerint, *Sacra Congregat. Rit. in Calaguritana* 5. *Iunij* 1601. quam adducit Aldan *d.lib.*1.*tit.*24.*n.*53.

6 Epiſcopus licet dimittat Eccleſiam, ſemper tamen retinet titulum, characterem, & Ordinem. *Sacra Congregat. Rit. in Miſerbon.* 4. *Martij* 1606. quam citat Sellius *in ſelectis Canonic. capit.*3. *numero* 64.

7 Epiſcoporum & aliorum Prælatorum in promotionibus ad Cathedrales qualis debeat eſſe inquiſitio *Gregorius XIV. conſtit.*6. incip. *Onus Apoſtolica Idib. Maij* 1591. apud Laert. Cherub. *in Bullario to.*2. *pag.*691. nouiſſimè extat formula huius inquiſitionis & proceſſus apud me *de officio & poteſt. Epiſcopi, part* 1. *tit.* *c.*5.*n.*4. *cum ſeqq.*

Epiſcopi vniuerſalis Eccleſiæ nomen ſoli Romano Pontifici competit *Pelagius II. conſtit.* 1. incip. *Manifeſto Kalend. Martij* 587. apud Laert. Cherub. *tom.*1.*pag.*7.

9 Epiſcopus non celebrans Synodum quotannis incurrit pœnas à iure ſtatutas. *Sacra Cong. Concil.* 26. *Ianij* 1621. penes Sellium *dict. cap.* 3. *num.*65.

10 Epiſcopi & Archiepiſcopi ſingulis trienniis Concilium Prouinciale celebrare tenentur. *Leo X. conſtitut.* 10. incip. *Regimini* 4. *Non. Maij* 1515. apud Laërt. Cherubin. *in ſum. Bullarij tom.* 1. *pagin.* 481.

11 Epiſcopi, Archiepiſcopi, & alij Eccleſiarum Prælati quando limina Apoſtolorum viſitare teneantur? Vide infra *in verbo limina collect.*451.

12 Epiſcopi, omnéſque alij Eccleſiarum Prælati in toto Orbe debent vti Pontificali reformato. *Clemens VIII. conſtitut.*18. incip. *Ex quo* 10. *Februarij* 1596. apud Laërt. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pagin.*52.

13 Epiſcoporum Cæremoniale reformatum in vniuerſa Eccleſia recipi & obſeruari mandauit idem *Clemens VIII. conſtit.*69. incip. *Cum nouiſſimè* 14. *Iulij* 1600. apud Laert. Cherubin. *dict. tom.* 3. *pag.*99.

14 Epiſcoporum in capella Sanctitatis ſuæ aſſiſtentium priuilegia & indulta diuulgauit *Gregorius XV. conſtitut.*32. incip. *Circumſpecta* 17. *Auguſti* 1622. apud Aldan. *d.tit.*24 *n.*54.

15 Epiſcopo extra ſuam diœceſim, & in loco in quo non habet iuriſdictionem, non conueniunt ea, quæ proprio Epiſcopo in ſua Eccleſia, & diœceſi debentur. *Sacra Cong. Rit. in Policaſtren.* 21. *Auguſti* 1604. de qua meminit Sellius *dict. cap.* 3. *numer.*66.

16 Epiſcopus in aliena Eccleſia non poteſt ſibi puluinar & pannum coloris violacei ſternere, & extra ſuam diœceſim non competit illi deoſculatio textus Euangelij. *Sacra Congr. Rit. in Iadren.* 13. *Octobris* 1618. quam refert Aldan. *dict. titul.*24. *num.*55.

17 Epiſcopi proprium munus eſt, & non ſimplicis Sacerdotis reconciliare Eccleſiam pollutam, & nouam benedicere. *S. Congr. Rit. in Placentina* 19. *Maij* 1617. *in reſp. ad dub.*19. quam citat Aldan. *d tit.*24.*n.*56.

18 Epiſcopus poteſt ex cauſa concedere Confraternitatibus laicorum vt in eorum Eccleſia conſeruent Sanctiſſimum Sacramentum. *Sacra Congregat. Concil. in Iſcalan. de ferro* 19. *Iunij* 1604. cuius meminit Sellius *d. cap.* 3. *numer.*67.

19 Epiſcopo, & in eius abſentia Vicario generali debetur reuerentia in choro dum Diuina celebrantur ab omnibus Canonicis etiam exemptis ratione Subcollectoriæ, & alia ratione. *Sacra Congregat. Epiſcop. & Regul. in Catacen* 11. *Nouembris* 1614. teſte Sellio *d.c.*3.*n.*68

20 Epiſcopus præſente Legato de Latere in ciuitate nõ poteſt populum benedicere, nec vti Cruce, Mozetta, vel rochetto diſcooperto. *S. Congr. Rit. in Peruſina* 2. *Octobris* 1601. referente Sellio *dict. c.*3.*n.*69.

21 Epiſcopus præſens Miſſæ in Eccleſia Collegiata exempta in ſua diœceſi, præſente Abbate dictæ Collegiatæ, debet Confeſſionem facere cum celebrante, benedicere incenſum, & miniſtros, ac benedictionem ſolemnem dare. *S. Cong. Rit. in Alexandrina S. Petri in Brogoglio* 7. *Februarij* 1604 *in reſp ad* 5. *dub* penes Sellium. *dict. cap.*3. *numera* 70.

22 Epiſcopo quando non incedit paratus nulla debetur nec Presbyterorum, nec Diaconorum Canonicorum aſſiſtentia. *Sacra Congreg. Rit in Æſina* 30. *Auguſti* 1602. apud Sellium *dict cap.* 3. *num.*71.

23 Epiſcopus ſibimet ponere & deponere debet birretum quando aſſiſtit Diuinis cum cappa. *Sacra Congregat. Rit. in Sauaen* 21. *Auguſti* 1604. *& in Lucana* 4. *Auguſti* 1612. quarum meminit Bonfadin. *in theſauro eccleſiaſtic. deciſ. reſolut.*8. *numer.*13.

24 Epiſcopus tantum triplici ductu thurificandus eſt. *Sacra Congregatio Rit. in Entomilien.* 11. *Decembris* 1604. de qua Sellius *dict. cap.*3. *numer.*72.

25 Epiſcopus aſſiſtens ad Miſſam thurificandus eſt ſemper à Presbytero aſſiſtente, ſiue ſit dignitas, ſiue Canonicus, non autem à Diacono Euangelij, licet ſit Canonicus. *Sacra Congregat. Rit. in Placentina* 9. *Maij* 1607. *in reſp. ad dub.* 9. quam adducit Aldan. *dict. titul.* 24. *numer.* 57.

26 Epiſcopus vt cum aſſiſtentia duarum Dignitatum loco Epiſcoporũ ab Archiepiſcopo Goan. in Indiis Oriẽtalibus poſſit conſecrari ex ſpeciali gratia, & attenta penuria Epiſcoporũ in illis partibus conceditur. *Sacra Cong. Rit. in Goan. in Indiis Oriental.*

16. *Iulij*

16. Iulij 1605. quam refert Aldan. d. tit. 24. n. 58.

27 Episcopus si voluerit venire in Ecclesiã, Officia non sunt inchoanda ante eius aduentum, sed signo dato, & non veniente, non est vltra expectandus. *Sacra Congreg. in Salamantina 16. Iulij 1605.* quam commemorat Aldan. *dict. titul. 24. num. 59.*

28 Episcopi tenentur ad obseruantiam decretorum Concilij Prouincialis, non obstante lapsu decennij, quo non fuerunt obseruata. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Gare. *de benefic. p. 5. cap. 4. numer. 105.*

29 Episcopus in ingressu suæ Ecclesiæ non tenetur iurare statuta, quæ sacris Canonibus, & sacri Concilij decretis, Apostolicisque Constitutionibus sunt contraria, nisi à Sede Apostol. ex certa scientia confirmata existant. *Sacra Congreg. Conc. in Ortolen. 27. Martij 1632.* de qua Bonfadin. *d. resol. 8. num 14.*

30 Episcopus tenetur omninò obseruari facere in Cathedrali, & in aliis Ecclesiis suæ diœcesis, dispositionem Cæremonialis Episcoporum. *Sacra Cong. Rit. in Angren. 15. Decembris 1632.* apud Bonfadin. *d. resol. 8. n 15.*

31 Episcopus in Ordinum distributione facienda, qui scilicet Canonici Presbyteri, quinue Diaconi, & Subdiaconi esse debeant vigore cap. 12. sess. 24. tenetur solummodò adhibere Capituli consilium, & non consensum, quia potest illis inuitis quod magis expedire iudicauerit, perficere. *Sacra Congreg. Conc.* attestante Zerola *in praxi Episcop p. 2. verbo Capitulum §. 1.*

32 Episcopo venienti ad Ecclesiam dum in choro à Canonicis recitantur Horæ Canonicæ, saltim duo ex Canonicis tenentur è choro discedere, & obuiam ire porrigentes aspersorium, si verò non recitantur Horæ, omnes in Ecclesia & choro præsentes tenentur obuiam ire & excipere. *Sacra Congregat. Rit. in Lunen. Sazanen. 3. Martij 1633.* referente Bonfadin. *dict. resolut. 8. num. 15.*

33 Episcopus eligere debet baiulum probæ vitæ, qui citationes Curiæ Episcopalis exequatur, non enim per satellites exequendæ sunt. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in causa ciuitatis Castelli 14. Aprilis 1615.* quam citat Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 1. n. 15.*

Episcopi Cancellarius, vide in verbo *Cancellaria collect. 85.*

SVMMARIVM.

1 *Residentes Episcopi non possunt citari ad comparendum in Curia nisi de Papæ commissione.*

2 *Residere tenentur Episcopi, & Archiepiscopi, etiamsi S. R. E. Cardinales sint, in suis Ecclesiis sub diuersis pœnis eo ipso incurrendis.*

3 *Personaliter interesse possunt Episcopi in Synodis Prouincialibus, vel congregationibus seu Assembleis generalibus.*

4 *Residere non excusantur Episcopi prætextu & ratione cuiuscunque seruitij, vel alicuius negotij grauissimi.*

5 *Residere excusantur Episcopi à suis Ecclesiis absentes ratione visitandi limina Apostolorum.*

6 *Licentia à S. Concil. cap. 1. sess. 23. de reformat. concessa aqua ex causa abessendi aliquantisper à residentia non fuit sublata per Constitut. Vrbani VIII.*

7 *Abesse non licet Episcopo à sua Ecclesia nisi ob aliquam causam ex connumeratis a Concil. cap. 1. sess. 23. de reform.*

8 *Episcopus residens in sua Ecclesia liber est à residentia suarum Dignitatum, & beneficiorum, quæ obtinet in aliena diœcesi.*

9 *Alternatiuam non lucratur Episcopus absens etiam quando abest ex causa à Concilio approbata.*

Episcopus circa residentiam.

COLLECT. CCLXXXIII.

1 Episcopi, & Archiepiscopi quas pœnas incurrant si non resederint, & dum resident non possunt citari ad comparendum in Curia, nisi de Papæ commissione. *Pius IV. constit. 10. incip. De salute pridie Non. Septembr. 1560.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 10.*

2 Episcopi, Archiepiscopi, seu Primates etiam S. R. E. Cardinales in suis quisque Ecclesiis residere tenentur, nec ab eis recedere possũt, nisi prius obtẽta Romani Pont. per Breue, seu litteras amissionis licẽtia sub interdictũ ingressus Ecclesię, amissionisq; tam fructuũ earundem Ecclesiarũ pro tempore, quo absentia durauerit, quam facultatis testandi & disponẽdi de bonis suis a Sede Apost. sibi alias concessarum eo ipso absque alia declaratione incurrendis, necnon priuationis a regimine & administratione suarum Ecclesiarum, aliisque pœnis Romani Pont. pro tempore existentis arbitrio infli gendis. *Vrbanus VIII. constit sua incip. Sancta Synodus sub die 7. Decembris 1634* quam refert *de officio, & potest Episcopi, p. 3. alleg 53. sub n. 21. in vltima impress.*

3 Episcopi à suis Ecclesiis abesse possunt ex causa personalis assistentiæ in Synodis Prouincialibus. vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, in quibus ecclesiastici interuenire solent vel ratione muneris, aut Reip. Officij Episcopatibus, vel Ecclesiis maioribus præfatis adiuncti, cuius ratione ad certum tempus occupari solent, & tunc pro tempore, quo illa Synodus, Congregationes, & Assembleæ, exercitiũmque muneris, seu Officij publici ipsis Ecclesiis adiuncti actu durauerint, itaut illis finitis recto tramite ad Ecclesias sibi commissas se conferre debeant. *Vrbanus VIII. dicta sua constit. incip. Sancta Synodus.*

4 Episcopi à pœnis contra non residentes impositis non excusantur prætextu, & ratione cuiuscunque seruitij quomodolibet præstiti, & præstandi pro regendis, & tractandis negotiis quorumcunque Principum etiam Imperatoris, & Regum, nec ratione prosecutionis, seu defensionis quarumcunque litium, seu controuersiarum etiam ecclesiasticarum, vel ineundi fœderis, aut cuiuscunque alterius negotij etiam grauissimi tractandi, aut cuiuscunque alterius causæ, vel occasionis etiam publicæ, vel aliàs fauorabilis, & æquè piæ, etiam cuiuslibet vtilitatis siue necessitatis Ecclesiarum, & personarum. *Vrbanus VIII. dicta sua constit. incip. Sancta Synodus.*

5 Episcopi, Archiepiscopi, Metropolitani, & Primates etiam S. R. E. Cardinales citra montes,

Barbos. Apost. Decis. Sum. S 3

vel mare existentes per quatuor, alios verò vltramontes, vel mare degentes per septum menses continuos, à residentia in præfatis Ecclesiis facienda ad effectum visitandi limina Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli pro qualibet visitatione excusantur. Et Episcopi Cardinales habent licétiam discedendi à suis Ecclesiis, in casu vacationis Sedis Apost. ratione accedendi ad conclaue. *Vrbanus VIII. dicta sua const.* incip. *Sacta Synodus.*

6 Episcopis nonnullis requirentibus fuit decisum per Constitutionem super Escoporum etiam S.R.E. Cardinalium residentia à S.D.N. Vrbano VIII. nuper editam, non fuisse sublatam facultatem à *Sacro Concilio cap.1. sess.23. de reformat.* concessam æqua ex causa abessendi aliquantisper à residentia, dummodo absentiæ spatium duos, vel ad summum tres menses non excedat. *Sacra Congregat. Concil. die 3. Februarij* 1635. quam refero *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 53. numer. 21. in fine secundum nouiss. impress.*

7 Episcopo non licet à sua Ecclesia abesse nisi ob aliquam causam ex connumeratis in Conc. sess.23.cap.1.de reform. *Sacra Congregat.* Conc. teste Armendar. *in add. ad recop legum Nau lib.2.tit.23.l.2. sub rub. Vtrum Episcopi possint se absentare à suis Episcopatibus, n.4.*

8 Episcopus residens in sua diœcesi liber est à residentia suarum dignitatum, & beneficiorum simplicium, quę obtinet in alia diœcesi, nec aliud amittit, nisi quotidianas distributiones, & alia si quæ sunt, quæ absentes iusta de causa non percipiunt. *Sacra* Cong. Conc. penes Armendar. *loco proximè citato.*

9 Episcopus absens non gaudet beneficio alternatiuæ etiam quando abest ex causa à Concilio approbata. *Sacra Congr.* Conc. attestantibus Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p.5. cap.1. num.* 463. Massobr. *in sua praxi habendi concursum pral 13 dub.* 3. quos refero *dict. part. 3. alleg. 53. numero* 35.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates, & officia Religionum obtinere prohibentur Episcopi ex illis assumpti.*

2 *Officium tenetur recitare Episcopus Regularis iuxta ritum suæ diœcesis.*

3 *Officia Sanctorum Ordinis vt recitare possit Episcopus Regularis de gratia ei conceditur.*

Episcopus Regularis.

COLLECT. CCLXXXIV.

1 EPiscopus ex Religione assumptus, si ad eam redierit, dignitates, & officia illius obtinere prohibetur. *Paulus IV. constit.* 21. incip. *In sacra 19. Iulij* 15.9. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 712. & illius meminerunt Flamen. Paris. *de resignat. lib.5. quæst.4. num.* 242. Sosa *en el tratado de la obligation que tienen los Frayles Obispos num.* 144. Scortia *in selectas Summorum Pontificum* Constitutiones *epit.* 72. Quindo *in praxi Regul part.1. tract 4. cap 3. qu. 6.* Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Episcopus, nu.3.*

2 Episcopus Regularis tenetur recitare Officium iuxta ritum suæ Religionis. *Sacra Congregat. Rit pro Regulari promoto ad Episcopatum sub die 11. Iunij* 1605. penes Ioann. Mariam Nouar. *d. verbo Episcopus, numer.* 4. Gauant. *in rub. Breuiarij sect. 1. cap.5. titul. 2. num* 2.

3 Episcopo ex Ordine sancti Francisci Minorum obseruantiæ assumpto conceditur, vt possit recitare tuta conscientia Officia Sanctorum Ordinis sancti Francisci, & celebrare eorum Missas, dummodo priuatim celebret in sua capella dictis diebus Sanctorum Ordinis cum Missali Romano & Officium pariter recitet cum Breuiario Romano. *Sacra* Congreg. *Rit. in Maiorien. 6. Decembris* 1631. teste Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Episcopus, num.5.*

Episcopus Regularis recuperat ius succedendi etiam in bonis ab eo renunciatis, dummodo non sint alteri quęsita, infra *verbo Regularis collect. 633. numer.46.*

SVMMARIVM.

1 *Vicinior Episcopus qui dicatur.*

2 *Vicinior Episcopus non potest cognoscere de causis matrimonialibus, & criminalibus, subditorum Abbatis nullius diœcesis cui ex priuilegiis ante Concilium earum cognitio spectabat.*

3 *Vicinior Episcopus quando manutenendus in possessione concursus instituendi in vacationibus Parochialium nullius diœcesis.*

4 *Vicinior Episcopus Ordines conferre potest subditis secularibus Abbatum, & aliorum inferiorum etiam nullius diœcesis.*

Episcopus vicinior.

COLLECT. CCLXXXV.

1 EPiscopus vicior, qui potest visitare beneficia secularia, & clericos seculares Abbatiæ nullius diœcesis, ipsosque culpabiles repertos corrigere, dicitur ille, cuius Cathedralis Ecclesia Abbatiæ proximior sit, non autem locis dictæ Abbatiæ subiectis *Sacra Congregat* Conc *sub die 2. Augusti* 1596. teste Sellio *in selectis* Canon. *cap.3. numero* 75.

2 Episcopus vicinior nō pōt cognoscere de causis matrimonialib, & criminalib. subditorū Abbatis nullius diœcesis, cui ex priuilegio ante Concilium facultas eas cognoscendi competebat, quia non sunt de eius diœcesi, dummodo talis Abbas in suos subditos omnem habeat iurisdictionem *Sacra Congregat.* Conc penes Narbun. *l.59 glos 1. num. 65. titul. 4. lib 2. Recop.* quem refero *de Episcop. p. 3. alleg. 81. in appendice, n.5. in vltima impress.*

3 Episcopus Forosempronien. vti vicinior manutenendus est in sua quasi possessione concursus instituendi in vacationibus Ecclesiarum Parochialium della Rauignana, & iuris præeligendi magis idoneos ex approbatis in eisdem concursibus, donec Abbas Classen. legitimè probauerit habere ius congregandi Synodum, aliásque coëgisse, & in ea examinatores ad præscriptum *Concilij sess.24. cap.18 de reform.* deputasse. *Sacra Cong. Concil. in Forosempronien. 2. Decembris* 1628. quam refero

refert o *officio,& potestate Parochi c.2 n.39.*

4 Episcopis viciniotibus licet Ordines conferre subditis secularibus Abbatum, & aliorum inferiorum etiam nullius diœcesis, sine consensu, seu litteris testimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum. *Sacra Cong. Conc sub. die 22. Februarij* 1631. quam etiam refert o *de officio,& potest. Episcopi p. 2. alleg. 7. n.8. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Suffraganeo Episcopo eadem obsequia tenentur præstare Canonici, quæ debent Ordinario.*

2 *Suffraganeus Episcopus quando nomine proprij Episcopi exercet functiones Episcopales debet habere assistentiam Dignitatum, & Canonicorum.*

3 *Assistentiam duorum Canonicorum vltra Diaconum, & Subdiaconum an debeat habere Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans, ostenditur.*

4 *Canonici non debent assistere Episcopo Suffraganeo solemniter celebranti, sicut assisterent proprio Episcopo, sed in habitu Canonicali.*

5 *Suffraganeo facienti Ordinationes, vel alias functiones nomine Episcopi, Canonici debent assistere in habitu Canonicali præter aliquos.*

6 *Canonici non tenentur obuiam ire Episcopo Suffraganeo vsque ad cubiculum.*

7 *Sedere in sede Episcopali, non debet Suffraganeus solemniter celebrans, sed in faldistorio.*

8 *Baculo Pastorali non debet vti Suffraganeus nisi in Ordinationibus, & aliis actibus necessarijs.*

9 *Candelabrum septimum non debet poni supra Altare Suffraganeo solemniter celebranti.*

10 *Suffraganeus vt talis non potest visitare clausuram Monialium absque speciali commissione & mandato Episcopi.*

11 *Pontificalia exercere non potest suffraganeus datus alicui Episcopo post eius mortem.*

12 *Pensio assignata suffraganeo super fructibus Episcopatus ei solui debet quatenus inseruiat.*

Episcopus Suffraganeus.

COLLECT. CCLXXXVI.

1 EPiscopo Suffraganeo eadem obsequia tenentur præstare Canonici, quæ debent Ordinario. *Sacra Cong. Rit. in Bracharen.* 20. *Maij* 1604. teste Aldanu *in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 24. num.61.*

2 Episcopus Suffraganeus quando nomine proprij Episcopi exercet functiones Episcopales, debet habere assistentiam Dignitatum & Canonicorum. *Sacra Cong Rit. in Bracharen. 28. Februarij* 1604. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap. 3. num. 74.*

3 Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet habere assistentiam duorum Canonicorum vltra Diaconum, & Subdiaconum, qui sunt cantaturi Euangelium & Epistolam, sicut haberet proprius Episcopus, sed sufficit Diaconus, & subdiaconus, & vnus Canonicus paratus cum Pluuiali ad librum. *Sacra Cong. Rit. in Cæsaraugustana 9. Maij* 1606. & *in Bracharen* 1. *Septembris* 1607. quas allegat Aldan. *d. tit. 24. n. 62.*

4 Episcopo Suffraganeo solemniter celebranti non debent Canonici assistere, sicut assisterent *Barbos. Apost. Decis. Sum.* Episcopo proprio, sed in habitu ordinario, & Canonicali. Eadem *Sacra Cong. Rit. in dicta Bracharen.*

5 Episcopo Suffraganeo facienti Ordinationes, vel alias functiones nomine proprij Episcopi, Canonici debent assistere in habitu ordinario Canonicali præter aliquos, qui iuxta necessitatem officij debent accipere paramenta. *Sacra Cong. Rit. in dicta Bracharen.*

6 Episcopo Suffraganeo non tenentur Canonici obuiam ire vsque ad cubiculum, sicut tenentur proprio Episcopo venienti ad Ecclesiam sed satis est si aliqui Canonici ei obuiam procedant vsque ad portam Ecclesiæ. *Sacra Cong Rit. in dicta Bracharen. 1. Septembris* 1607. apud Sellium *d. cap. 3. num. 75.*

7 Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet sedere in sede Episcopali, sed in faldistorio. *Eadem Sacra Cong. Rit. in d. Bracharen.*

8 Episcopus Suffraganeus solemniter celebrans non debet vti Baculo Pastorali nisi in ordinationibus, & aliis actibus necessariis. *Eadem Sacra Cong Rit. in dicta Bracharen.*

9 Episcopo Suffraganeo solemniter celebranti non debet poni supra Altare septimum candelabrum, sicut ponitur celebrante Episcopo ordinario. *Eadem S. Cong Rit. in dicta Bracharen.*

10 Episcopus Suffraganeus vt talis non potest visitare clausuram Monialium absque speciali commissione, & mandato Episcopi cum non habeat exercitium iurisdictionis, nisi sibi tribuatur ab Episcopo, sed tantùm vsum Pontificalium in diœcesi. *Sacra Cong. Conc sub die 11. Maij* 1630. quam adducit Sellius *d. cap. 3 num. 76.*

11 Episcopus Suffraganeus datus Episcopo Vilnen. cum facultate exercendi Pontificalia Officia in diœcesi & ciuitate Vilnen. de expresso eo consensu & licentia, & pro tempore existentis Episcopi, non potest eadem Pontificalia exercere, vt exercuit viuente Episcopo, post illius mortem Sede vacante, Capitulo non contradicente. *Sacra Cong. Conc in Vilnen. 22. Februarij* 1631. Bonfadiu. *in thesauro ecclesiast decis resol 8 n.15.*

12 Episcopus Suffraganeus alterius Episcopi deputatus, cui annua pensio 200. ducatorum super fructibus Episcopatus, cuius est Suffraganeus reseruata fuit, illam accipere debet quatenus inseruiat, aliàs assignanda est successoribus inseruientibus. *Sacra Congr. Conc. sub die 11. Iunij* 1592. cuius meminit Aldan *d. tit. 24. num 63.*

Vide in verbo Suffraganeus *collect. 689.*

SVMMARIVM.

1 *Titularis Episcopus Canonicatum obtinens in Ecclesia Cathedrali quo habitu vti & quo loco sedere debeat, ostenditur.*

2 *Præcedentia competit Episcopo titulari Canonico supra omnes Dignitates, & Canonicos in choro, Capitulo & processionibus.*

3 *Visitationi sui Episcopi subest Episcopus titularis, qui obtinet Præposituram in Cathedrali.*

4 *Beneficia curam animarum, seu residentiam non requirentia non vacant per promotionem Episcopi titularis, nec resultat incapacitas ad similia obtinenda.*

Episcopus titularis.

COLLECT. CCLXXXVII.

1 EPiscopus titularis Canonicatum obtinens in Ecclesia Cathedrali potest, & decet in ea vti habitu Ordinario, quo vtuntur Episcopi in Romana Curia, idest rocheto supra subtanam, & mantelleto violacei coloris, & debet præcedere omnibus alijs Canonicis eiusdem Ecclesiæ, & sedere in primo stalo supra omnes, vt fit & seruatur Romæ simili casu veniente in tribus Ecclesijs Patriarchalibus, sancti Ioannis Lateranensis, S. Petri in Vaticano, & sanctæ Mariæ Maioris. *S. Congr. Rit. in Compostellana* 11. *Iulij* 1617. cuius memini *de Canon & Dignit. cap.* 36. *n.* 4.

2 Episcopo titulari, qui in Calaguritana Ecclesia Canonicatum obtinet, in choro, Capitulo, & processionibus, alijsque actibus supra omnes eiusdem Ecclesiæ Dignitates, & Canonicos præcedentiam competere censuit *Eadem Sacra Congr. Rit. in Calaguritana* 13. *Nouembris* 1621. de qua memini *dicto cap.* 36. *num.* 5.

3 Episcopus titularis, qui obtinet Præposituram in Cathedrali, subest cum alijs Canonicis visitationi sui Episcopi. *Sacra Congr. Conc. in Florentina* 24 *Iulij* 1632 cuius etiam memini *d. tract. de Canon. cap.* 36. *num.* 5. *in fine.*

4 Episcopi titularis per promotionem non vacant obtenta curam animarum, seu residentiam non requirentia, nec resultat incapacitas ad similia obtinenda. *Sacra Congr. Conc. in Colimbrien.* 12. *Decembris* 1640. Vidi originale.

SVMMARIVM.

1 *Sutrinus & Nepesinus Episcopus non potest adstringere clericos ex Sutrina ad Nepesinam ciuitatem ire pro suis causis.*
2 *Valuen. & Sulmon. Episcopus si in carcerem conijcere iubeat aliquem ex Capitularibus Valuen. carceribus Valuen palatij mancipandus.*
3 *Castellanen. & Hortan. Episcopus sua obligationi satisfacit si in aliqua parte alterutrius resideat.*
4 *Synodum indicere & celebrare debet Episcopus Castellanensis & Hortanus alternatim singulis annis.*
5 *Clerus alterius ciuitatis ex duabus vnitis non tenetur accedere ad Synodum alterius celebrandam.*
6 *Olea sacra si conficiat Episcopus in vna diœcesi ex duabus vnitis, potest cogere clerum alterius sibi assistere.*
7 *Causas alterius ciuitatis vel diœcesis potest per se ipsum cognoscere Episcopus duarum vnitarum.*
8 *Episcopus duarum Ecclesiarum vnitarum debet vocari primo loco eo nomine Episcopatus in quo residet.*
9 *Calaguritan. & Calciaten Episcopus potest in qualibet parte suæ diœcesis procedere ad punitionem, carcerationem, & correctionem Capitularium Calciaten. delinquentium non obstante immemoriali consuetudine.*

Episcopus duarum Ecclesiarum vnitarum.

COLLECT. CCLXXXVIII.

1 EPiscopus duarum Ecclesiarum vnitarum, v. g. Sutrin. & Nepesin. non potest adstringere Clericos ex Sutrina ad Nepesinam ciuitatem ire pro suis causis. *Sacra Congr. Conc. in Sutrina, & Nepesina* 11. *Maij* 1594. teste Sellio *in selectis canonic. cap.* 3. *num.* 77.

2 Episcopus duarum Ecclesiarum vnitarum, v. g. Valuen. & Sulmonen. si in carcerem conijcere iubeat aliquem ex Capitularibus Valuen. non ad Sulmonen. ciuitatem ducendus est, sed carceribus Valuen. palatij Episcopalis, vbi idem Episcopus moratur, mancipandus est. *Sacra Congreg. Conc. in Sulmonen.* 17. *Ianuarij* 1604. cuius memini *in tract. de iure eccles. vniuerso lib.* 3. *c.* 16. *n.* 25. *cum sequent.*

3 Episcopus duarum Ecclesiarum vnitarum v. g. Castellan. & Hortan. in aliqua parte alterutrius ex dictis diœcesibus residens suæ obligationi satisfacit, dum tamen in aliqua ex suis Cathedralibus resideat temporibus à Concilio præscriptis *cap.* 1. *vers. Eosdem interim admonet, sess.* 23. *de reform. Sacra Congr. Conc. in Castellana & Hortana* 8. *Iunij* 1624. quam refero *d. tract. de iure eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 24.

4 Episcopus præfatus Castellan. & Hortan. tenetur proximam futuram Synodum indicere & celebrare in ciuitate Castellana, in qua ad præsens reperiebatur: deinde verò in ciuitate Hortana, & sic deinceps singulis annis, absque tamen præ-
5 iudicio partium. Sed ad Synodum in altera ex dictis ciuitatibus celebrandam nequaquam tenetur accedere Clerus alterius ciuitatis. *Eadem Sacra Cong. Conc. in d. Castellana & Hortana.*

6 Episcopus prædictus Castellan. & Hortan. potest cogere Clerum vnius ciuitatis eidem assistere conficienti in alia ciuitate sacra olea, & talis clerus tenetur etiam eadem olea accipere ab Episcopo in alia ciuitate conficiente: si verò Clerus v. g. Hortanus monitus ad recipiendum oleum sanctum in spretum sui proprij Episcopi accipiat illud ab alieno, potest alijs pœnis plecti vltra peccatum mortale. *Eadem Sacra Cong. Conc. in dicta Castellan & Hortan.*

7 Episcopus idem Castellan. & Hortan. in vna ex dictis ciuitatibus existens potest per se ipsum cognoscere causas alterius ciuitatis, vel diœcesis, adhibito notario sibi beneuiso tam in processionibus conficiendis, quàm in actis visitationis conscribendis, sed tamen debet ille habere rationem vt id non passim, sed raro, & æqua ex causa fiat, & in arduis tantùm, & grauioribus negotijs, ne Constitutio vnionis eludatur. *Eadem Sacra Cong. Conc. in d. Castellan. & Hortan.*

8 Episcopus idem Castellan. & Hortan. quemadmodum in ciuitate Castellana, vel eius diœcesi existens, ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ Episcopus est appellandus; ita è conuerso dum in ciuitate vel diœcesi Hortana moram trahit, Hortanæ ac ciuitatis Castellanæ Episcopus nuncupari atque inscribi debet: quod si extra diœcesim resideat in negotijs ad ciuitatem & diœcesim Hortanam

tanam pertinentibus, Hortanæ, & ciuitatis Castellanæ, in spectantibus vero ad ciuitatem Castellanam,& illins diœcesis, ciuitatis Castellanæ, & Hortanæ Episcopus est denominandus. *Eadem Sacra Congr. Conc. in dicta Castellana & Hortan.*

9 Episcopus duarum Ecclesiarum vnitarum, v.g. Calaguritana, & Calciaten dubitauit an per *Concil. Trid. sess. 25. cap. 6. de reform.* fit derogatum consuetudini immemoriali à Capitulo prætensæ, videlicet quod Episcopus volens procedere ad punitionem, correctionem, & carcerationem Capitularium Calciaten. delinquentium ad præscriptum *d.c.6.* teneatur hoc facere in ipsa ciuitate Calciaten. & in carceribus ibidem existentibus, non autem in qualibet parte dictæ suæ diœcesis, vbi domum aut tribunal habet. *Sacra Cong. Conc. die 7. Septembris* 1630. procuratoribus, & aduocatis vtriusque partis auditis, iuribusque & rationibus hinc inde allatis mature perpensis censuit per Sacrum *Conc. Trid. in d. c. 6.* huiusmodi immemoriali consuetudini fuisse derogatum. refero *d. tract. de Iure eccles. vniu. lib. 3. c. 16. n. 28.*

5 Episcopus in omnibus suæ diœcesis Ecclesiis, quantumuis exemptis, & priuilegiatis est honorandus, eique in choro, in Capitulo, in processionibus, ac aliis actibus publicis primus locus, & prima sedes, quam ipse elegerit, danda est, nec potest prohiberi quominus in dictis Ecclesiis etiam exemptis Pontificalia exerceat, imo potest Episcopus contradictores pœnis, & censuris ecclesiasticis compellere. *Sacra Congreg. Rit. in Tullen. 7. Decembris* 1613. referente Aldan. *d. tit. 24. num. 69.*

6 Episcopus ad Matutinum in nocte natiuitatis potest sedere vel in sede chori, vel in sede Episcopali è cornu Euangelij, prout melius sibi videbitur, & magis populo satisfecerit. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina 15. Martij* 1605. *in resp. ad* 15. cuius meminit Aldan. *d. tit. 24. n. 70.*

7 Episcopi, Abbatis, & Canonicorum sedes quomodo in Ecclesia exempta locari debeant. *Eadem S. Congr. Rit. in dicta Alexandrina Sancti Petri in Broglio 3. Februarij* 1604. *in resp. ad 3. dub.* penes Aldan. *d. tit. 24. num. 71.*

SVMMARIVM.

1 *Sedes Episcopi debet esse fixa & immobilis, ac semper ornata.*

2 *Sedes Episcopi constituenda est apud parietem contra Altare.*

Sedes, seu stalla pro Dignitatibus, & Canonicis hinc inde deponi debent apud Sedem Episcopi. Ibid.

3 *Sedem pulchriorem & maiorem habere debet Episcopus quàm Gubernator ciuitatis.*

4 *Sedem in Ecclesia extra chorum vbicunque voluerit parare sibi potest Episcopus.*

5 *Sedes prima, & primus locus quem elegerit, dandus est Episcopo in omnibus suæ Diœcesis Ecclesiis quantumuis exemptis, & priuilegiatis.*

6 *Episcopus ad Matutinum in nocte Natiuitatis potest sedere vel in sede chori, vel in sede Episcopali è cornu Euangelij.*

7 *Episcopi, Abbatis, & Canonicorum sedes, quomodo in Ecclesia exempta locari debeant.*

Episcopus quoad sedem.

Collect. CCLXXXIX.

1 Episcopi sedes debet esse fixa & immobilis *Sacra Cong. Rit. in Colimbrien. 23. Maij* 1603. & semper est ornanda. *eadem sacra Congreg. in d. Colimbrien. & in Elnen. 10. Ianuarij* 1604. teste Aldan. *in compendio Canonic. resol. 3. tit. 24. n. 65.*

2 Episcopi sedes apud parietem contra Altare constituenda & locanda est cum decenti ornamento, & apud sedem Episcopi hinc inde sedes, seu stalla pro dignitatibus, & Canonicis deponi debent. *S. Cong. Rit. in Troiana 9. Octobris* 1610. quam refert Aldanus *dicto titulo 24. num. 66.*

3 Episcopus debet habere sedem pulchriorem, & maiorem, quam Gubernator ciuitatis, non tamen coloris rubri. *S. Cong. Rit. in Pernsina 3. Octob.* 1615. quam adducit Aldan. *d. tit. 24. num. 67.*

4 Episcopus potest sibi sedem in Ecclesia extra chorum vbicumque voluerit parare, dummodo etiam pro Canonicis locus pareatur. *S. Cong. Rit. in Granat. 9. Maij* 1606. de qua Aldan. *d. tit. 24. n. 68.*

SVMMARIVM.

1 *Præcedere debet Episcopus prius promotus ad Episcopatum alteri Episcopo etiam digniori post ipsum promoto.*

2 *Ordinationis tempus non autem dignitas Ecclesiarum pro Episcoporum præeminentia attendendum est in Conciliis Prouincialibus.*

3 *Episcopus licet dimittat Ecclesiam præcedere debet aliis Episcopis post ipsum electis, & consecratis.*

4 *Episcopus in sua Ecclesia in functionibus Episcopalibus præferendus est omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, etiam ipso antiquioribus, excepto suo Metropolitano.*

5 *Pacis osculum debet habere Episcopus ante Præsidentem, & Consiliarios Regios.*

6 *Episcopus debet reuerentiam erga Archiepiscopum in ipsius Archiepiscopi diœcesi.*

Episcopus quoad præcedentiam.

Collect. CCXC.

1 Episcopus prius promotus, seu electus ad Episcopatum debet alteri Episcopo post ipsum promoto, vel electo præcedere, etiamsi sit ipso dignior & illustrior. *Sacra Congr. Rit. in Segobricen. 21. Martij* 1609. teste Sellio *in selectis Canon. cap. 3. num. 77.*

2 Episcoporum pro præeminentia in Conciliis Prouincialibus attendendum est tempus ordinationis, non autem dignitas Ecclesiarum, & earum ordo & præeminétia. *Sacra Cong. Conc. sub die 19. Aprilis* 1596. quam refert Sellius *d. cap. 3. n.* 78.

3 Episcopus licet dimittat Ecclesiam, præcedere debet aliis Episcopis post ipsum electis, & consecratis. *S. Congr. Rit. in Misorbon. 4. Martij* 1606. quam citat Sellius *d. cap. 3. n. 79.*

4 Episcopus diœcesanus in sua Ecclesia, & diœcesi in functionibus Episcopalibus præferendus est omnibus Archiepiscopis & Episcopis etiam ipso antiquioribus, & dignioribus, Metropolitano suo tantum excepto. *S. Cong. Rit. in Barchinonen. 10. Ianuarij* 1609. Sed ex vrbanitate debet honorare in

ſun diœceſi alios Epiſcopos adnenas, & extraneos. *Eadem Sacra Cong. Rit. eod. Barchinonen.* quarum meminit Sellius *d. cap.* 4. *n.* 80.

5 Epiſcopus debet habere pacis oſculum ante Præſidentem & Conſiliarios Regios, & omnes alios. *Sacra Cong. Rit. in Granaten.* 9. *May.* 1606. penes Sellium *d. cap.* 3. *n* 81.

6 Epiſcopus debet reuerentiam erga Archiepiſcopum in ipſius Archiepiſcopi diœceſi. *Sacra Cong. Rit. in Iadren.* 13. *Octobris* 1618. referente Sellio *d. cap.* 3. *num.* 82.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrationis rationem recipiens Epiſcopus, & eius Officiales nihil poſſunt percipere.*
2 *Executio litterarum Apoſt. diſpenſationum matrimonialium, & abſolutionum ab Epiſcopo gratis præſtanda.*
3 *Canonicorum pro admiſſione non poteſt prohibere Epiſcopus ne pecunia ſoluta exigantur, ſi illa conuertantur in ſeruitium Eccleſiæ.*
4 *Expeditiones quæ ſunt gratis ab Epiſcopo præſtandæ oſtenditur.*

Epiſcopus circa gratis præſtanda.

Collect. CCXCI.

1 Epiſcopus, & eius Officiales ac notarij nihil percipere poſſunt emolumentorum in receptione rationis adminiſtrationis, quæ fit ſingulis annis ab illis, quibus adminiſtratio operum piorum reperitur commiſſa, quamuis etiam ante Concil. Trid. & ab immemoriali tempore conſueuerint recipere rationem huiuſmodi adminiſtrationum vnà cum dictis emolumentis. *Sacra Cong. Conc. in Gerunden.* penes Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 24. *n.* 72.

2 Epiſcopis, eorumque Vicariis nihil prorſus accipere licet pro exequutione litterarum Apoſtol. diſpenſationum Matrimonialium, & abſolutionum, nec pro cognoſcendis diſpenſationibus in gradu matrimonij prohibito. Notariis verò licet dumtaxat quartam partem ducati accipere pro præſentatione reſcripti, & pro examine teſtium. *S. Cong. Conc.* quam refert Aldan. *d. lib.* 3. *tit.* 24 *n.* 73.

3 Epiſcopus non poteſt prohibere ne pecuniæ ſolutæ exigantur pro admiſſione Canonicorum ſi pecuniæ vertantur in ſeruitium Eccleſiæ, ſecus ſi vertantur in ſeruitium priuatorum *Sacra Congreg. Rit. in Egitanien.* 3. *Auguſti* 1602. *in reſp. ad dub.* 5. apud Sellium *in ſelectis Canon. cap.* 3. *n* 84.

4 Epiſcopo non licet quicquam accipere directè, vel indirectè vbi infraſcripta expediuntur, videlicet:

Littera collationum, prouiſionum, inſtitutionum, ſeu prouiſionum beneficiorum per obitum, vel per reſignationem ex cauſa permutationis, vel alia.

Litteræ dimiſſoriales, ſeu teſtimoniales, quæ conceduntur Presbyteris, ſeu clericis ad alias diœceſes tranſituris.

Littera accipiendi Ordines ab alienis Epiſcopis.

Littera dicendi Miſſas.

Littera audiendi Confeſſiones.

Licentia adminiſtrandi Sacramenta, excepta Pœnitentia.

Licentia deſeruiendi beneficiis Curatis, aut ſimplicibus.

Licentia Ordinandi ſe ad titulum patrimonij, ſeu approbationes huiuſmodi titulorum.

Licentiæ abſentandi ſe ab Eccleſiis, ſeu beneficiis.

Licentia erigendi capellas.

Licentia colligendi eleemoſynas.

Licentia ſepeliendi cadauera intra Eccleſiam.

Mandatum de publicando in Eccleſia initiandos ſacris Ordinibus.

Diſpenſationes ad duo beneficia etiam ſimplicia ſub eodem tecto.

Littera approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in menſibus reſeruatis, quæ ad Sedem Apoſt. tranſmittuntur.

Approbationes iuriſpatronatus ex fundatione, vel dotatione.

Creationes Vicariorum in Parochialibus.

Deputationes œconomorum dum beneficia vacant.

Executiones litterarum Apoſtol gratiam, ſeu iuſtitiam concernentium.

Ita *S. Cong. Epiſc. & Reg. in Vicen.* 8. *Martij* 1602. cuius meminere Aldan. *d. l.* 3. *tit.* 24. *num.* 74. & Sellius *d. cap.* 3. *num.* 85.

SVMMARIVM.

1 *Paramenta in ipſo Altari Epiſcopus ſolus dum priuatè celebrat, poteſt accipere & duos habere miniſtros ſuperpelliceis indutos.*
2 *Miſſas, & diuina Officia poteſt Epiſcopus celebrare in omnibus Eccleſiis ſuæ diœceſis etiam exemptis, & priuilegiatis, cum aſſiſtentia ſuorum Canonicorum.*
3 *Circulum cum ſuis Canonicis ad gloriam habere poteſt Epiſcopus Miſſam, ſeu diuina Officia in Eccleſiis exemptis, & S. Sedi Apoſt. immediatè ſubiectis celebrans.*
4 *Confeſſionem facere cum Sacerdote, incenſum imponere, & benedicere, ac benedictionem ſolemnem poſt Veſperas, vel Miſſam dare poteſt Epiſcopus celebrans ſeu Miſſæ, aut Veſperis ſolemnibus aſſiſtens in Eccleſiis exemptis.*
5 *Sedes Epiſcopi quo loco ponenda in Eccleſia exempta & vbi debet eſſe Abbatis ſedes, oſtenditur.*
6 *Capite cooperto debet ſtare Epiſcopus celebraturus in Altari vbi eſt ſanctiſſimum Sacramentum.*
7 *Genuflectens Epiſcopus potius Canonicis quam Altari renes vertere debet.*
8 *Celebrans Epiſcopus non decet vt Prælatos, Canonicos, & alios quoſcunque thurificet, & aqua benedicta aſpergat.*
9 *Celebrans Epiſcopus tempore Quadrageſimæ ſingulis diebus quando non celebrat ſolemniter, debet vti habitu quotidiano cum ſtola.*
10 *Celebranti Epiſcopo ſiue faciat ordinationes ſiue non, tenentur aſſiſtere quinque perſonæ.*
11 *Celebranti Epiſcopo debet aſſiſtere prima Dignitas in Ordine Presbyterali conſtituta.*
12 & 13 *Celebranti Pontificaliter Epiſcopo in Eccleſia Collegiata, vel Parochiali aſſiſtere debent Canonici Cathedralis.*
14 *Pontificalia exercere volens Epiſcopus extra Eccleſiam Cathedralem poteſt ſecum aliquos de Capitulo ducere qui ſibi aſſiſtant.*
15 *Officiis diuinis Epiſcopus aſſiſtens cum cappa, non debet ſingulos Canonicos ante ipſum ſalutare detegendo caput, ſed ſatis eſt illis manu benedicere.*
16 *Diuinis aſſiſtens Epiſcopus non debet longius à Canonicis ſeparari.*
17 *Veſperas celebrare non debet Epiſcopus cum cappa.*

18 Canonici

18 *Canonici Episcopo assistenti diuinis Officiis cum cappa non debent ponere, & deponere birretum in eius capite.*

19 *Palmas benedicere priuatiuè quoad Abbatem debet Episcopus si in die Palmarum vnà cum Capitulo personaliter accedat ad monasterium Regularium.*

20 *Olea sacra Cathecumenorum & infirmorum potest Episcopus, si a Cathedrali absfuerit, in alia Ecclesia consecrare.*

21 *Olea sacra conficere potest Episcopus cum minori ministrorum numero ex causa necessitatis.*

22 *Chrisma conferre, aut alia Pontificalia exercere non potest Episcopus, nullum habens Episcopatũ, in Ecclesia in qua habet iurisdictionem ratione Præpositura.*

23 *Chrisma ministrare non potest Episcopus sine licentia Ordinarij loci etiam vocatus ab inferiore intra fines diœcesis existente.*

Episcopus celebrans, & Pontificalia exercens.

Collect. CCXCII.

1 EPiscopus tantum, & non alius dum priuate celebrat, potest accipere paramenta in ipso Altari, & duos habere ministros superpelliceis indutos, præter alium ministrum clericum, siue laicum communi veste indutum. *S. Cong. Rit. in Cremonen. 7. Iulij* 1608. quem refert Sellius *in selectis Canon. cap. 3. n. 86.*

2 Episcopus potest de Iure in omnibus Ecclesiis suæ diœcesis quantumuis exemptis & priuilegiatis Missas, & diuina Officia cum assistentia suorum Canonicorum etiam in Pontificalibus celebrare, siue ab aliis, sine tamen Pontificalibus, celebrari facere, & in eis habere circulos, contradictores per censuras cogendo *Sacra Cong. Rit. in Ferrarien. 20. Iulij 1600. & in Tullen. 6. Decembris* 1613. quarum meminit Sellius *d. cap 3. num.* 87.

3 Episcopus extra suam Cathedralem etiam in Ecclesiis exemptis, & sanctæ Sedi Apost. immediatè subiectis, intra fines tamen suæ diœcesis existentibus, dum ibi celebrat aut Missæ seu Vesperis solemnibus quacunque ex causa interest, potest sibi assumere suos Canonicos, & ibi habere cum eis circulum ad Gloriam, & ad ipsum pertinet Confessionem facere cum Sacerdote, incensum imponere, & benedicere, ac benedictionem post Vesperas, vel post Missam dare. Etsi contingat ipsũ processionaliter cum Capitulo Cathedralis Ecclesiæ accedere ad dictam Ecclesiam vt supra exemptam, & in eadem Missæ solemni, aut Vesperis interesse, tunc Episcopalis Sedes in cornu dextro chori, siua Ecclesiæ collocanda est vno gradu eminentior cum ornatu congruo, & situ aliquatenus superiori respectu Sedis Abbatis dictæ Ecclesiæ, & à Latere Episcopi sequi debent immediatè Canonici Cathadralis Ecclesiæ: in sinistro vero cornu ponenda est Sedes Abbatis vno gradu humilior absque ornatu, & loco aliquatenus inferiori, adeo vt non sit opposita sedi Episcopali, & apud Abbatem ordine sedeant ipsius Collegiatæ Ecclesiæ Canonici. Ita singulariter *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina Sancti Petri in Brogoglio 7. Februarij* 1604. quam adducit Sellius *d. c. 3. n* 88.

Episcopus celebraturus in Altari vbi est Sanctissimum sacramentum debet stare capite cooperto, vt in reliquis Altaribus, sed transeundo per illud debet aperire caput. *S. Cong. Rit. ex voto Magistri Ceremoniarum*, referente Sellio *d. c. 3. n.* 89.

7 Episcopus potius Canonicis cum genuflectit quàm Altari renes vertere debet *Sacra Cong. Rit. in Colimbrien. 13. Maij* 1603. penes Aldan. *in compendio Canon. resolut lib. 3. tit* 24. *num.* 75.

8 Episcopum celebrantem non decet vt Prælatos, Canonicos, & alios quoscunque thurificet, & aqua benedicta aspergat. *S. Cong Rit. in Vladislauien. 2. Martij* 613. apud Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 76.

9 Episcopus, qui celebrat tempore Quadragesimę singulis diebus, quando non celebrat solemniter, debat vti habitu quotidiano cum stola. *Sacra Cong. Rit. in Spalaten. 23. Nouembris.* 1612. de qua Aldan. *dict. tit.* 14. *num.* 77.

10 Episcopo celebranti siue faciat Ordinationes, siue non, tenentur assistere quinque personæ iuxta formam libri Pontificalis. *Sacra Cong. Rit. in Barbastren. 17. Iunij 1606. & in Iacen. 5. Ianuarij* 1609. quam meminit Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 78.

11 Episcopo celebranti debet assistere prima Dignitas in Ordine Presbyterali constituta quocunque nomine appelletur. *Sacra Cong Rit. in Vercellen. 7. Augusti* 1610 teste Sellio *d cap 3 num.* 89.

12 Episcopo Pontificaliter celebranti in Ecclesia Collegiata, vel Parochiali assistere spectat ad Canonicos Cathedralis si adsint, non ad Canonicos Collegiatæ. *S. Cong Rit. in Brundusina* .. *Iulij* 1617. Et iterum. Episcopus exercens Pontificalia extra Cathedralem non Presbyteros simplices, sed Canonicos Cathedrali inseruientes adhibere debet. *Eadem Sacra Cong Rit. sub die 2. Augusti* 1631. quas refert Sellius *d cap. 3. num.* 90.

13 Episcopus debet habere assistentes dignitores & honoratiores, si aliquas functiones exercet in Ecclesia non Cathedrali, nec Collegiata, debent ei assistere Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ, etiamsi in illis Ecclesiis sufficiens sit alioquin numerus Presbyterorum. *S Cong. Rit. in Calagurritana 1 Iunij* 1601. quam citat Aldan. *d. tit.* 24 *n.* 79.

14 Episcopus volens exercere Pontificalia extra Ecclesiam Cathedralem potest secum aliquos de Capitulo ducere, qui sibi assistãt, & administrent. *Sacra Cong. Rit. in Egitanien. 3. Augusti.* 1602. *in resp. ad dub.* 4. penes Aldan. *d. tit.* 24. *num.* 80. *cum seq.*

15 Episcopus assistens diuinis Officiis cum cappa non debet singulos Canonicos ante ipsum salutare detegendo caput, sed satis est illis manu benedicere. *Sacra Cong. Rit in Eluen 10. Ianuarij* 1604. *in resp. ad dub.* 5. apud Sellium *d cap.* 3. *num.* 91.

16 Episcopus Diuinis assistens non debet longius à Canonicis separari. *Sacra Cong Rit in Granaten. 9. Maij* 1606. referente Aldano *d tit.* 24. *n.* 82.

17 Episcopus non debet cum cappa Vesperam celebrare. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina 25. Martij* 1608. *in resp. ad dub* 8. teste Aldano *d tit.* 24. *num.* 83.

18 Episcopo assistenti diuinis Officiis cum cappa non debent Canonici ponere & deponare birretum in eius capite, nec isto casu ei assistere. *Sacra Congr. Rit. in Thelesina 22. Decembris* 1619. quam citat Bonfadin. *in thesauro ecclesiasticar. decis. resol.* 8. *n.* 17. Vide suprà *collect.* 182 *n.* 23.

19 Episcopus si in die palmarum vnà cum Capitulo, & Clero personaliter ad monasterium Regularũ accedere teneatur, debet ipse benedicere palmas priuatiuè quoad Abbatem. *S. Cong. Rit. in Fanen. 11. Aprilis* 1601. cuius meminit Aldan. *d tit.* 24. *n.* 84.

20 Episcopus potest olea sacra cathecumenorũ, & infirmorum, si à Cathedrali absfuerit, in alia Eccle-

ſia conſecrare,& benedicere. *S.Cong. Rit in Orioleu.* 17.*Nouembris* 1600. penes Aldao. *d tit.24.n.* 85.

21 Epiſcupus ex cauſa neceſſitatis poteſt conficere Olea ſacra cum minori numeru miniſtrorum quàm præſcribitur in libro Pontificali *S.Cong.Rit. iu Curien* 21.*Auguſti* 1604.apud Aldao.*d.tit.*24.*n.*86.

22 Epiſcopus,qui nullum habet Epiſcopatum,non poteſt in Eccleſia ſua iuriſdictionali,veluti ſi eſſet Præpoſitus, Chriſma conferre, nec alia Pontificalia exercere, niſi de expreſſa licentia Epiſcopi intra cuius diœceſis fines Præpoſitura exiſtit. *Sacra Cong. Conc.*quam citat Aldan.*d.tit.*24 *n.* 87.

23 Epiſcopus non poteſt miniſtrare Chriſma ſine licentia Ordinarij loci, etiam vocatus ab inferiore intra fines diœceſis exiſtente, etiamſi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Epiſcopum, quem maluerit, ad miniſtrandum Confirmationis Sacramentum:ſi verò locus talis exēpti non ſit intra fines diœceſis,ſed nullius,tunc poteſt.*S.Cong Conc.*de qua Aldan.*d.tit.*24.*n.* 88.

SVMMARIVM.

1 *Prædicare poteſt Epiſcopus in quacunque Eccleſia etiam Regulari ſuæ diœceſis,nec ab vllo poteſt prohiberi.*

2 *Benedictionem petere non debet Epiſcopus concionaturus in aliena diœceſi coram Ordinario etiam Cardinale.*

3 *Prædicatores alij ſilere debent cum Epiſcopus prædicat.*

4 *Parochi etiam quando Epiſcopus prædicat, poſſunt per ſeipſos inter Miſſarum ſolemnia ſermonem habere.*

5 *Prædicare per ſeipſum vel debet Epiſcopus, vel ſuis ſumptibus alium conducere vt prædicet.*

6 *Eleemoſynam ſolitam dari Prædicatoribus electis ab vniuerſitate non poteſt prætendere Epiſcopus per ſe ipſum prædicans, etiam prætextu paupertatis.*

7 *Quadrageſima, & Aduentus tempore an quotidie,vel tribus ſeu paucioribus diebus in hebdomada prædicandum ſit, relinquitur arbitrio Epiſcopi.*

8 *Prædicatoris electio an & quando ſpectet ad Epiſcopum.*

9 *Abbates qui non ſunt nullius non poſſunt dare licentiam Regularibus concionandi in alijs quam ſuorum ordinum Eccleſijs.*

10 *Examinare quoad doctrinam poteſt Epiſcopus Regulares ſibi petentes licentiam prædicandi in Eccleſijs, quæ ſuorum ordinum non ſunt.*

11 *Regulares prædicare non poſſunt ſine licentia Epiſcopi in ijs Eccleſijs,quæ ſuorum ordinum non ſunt.*

12 *Regulares vt prædicare valeant in ſuis Eccleſijs ſufficit Epiſcopi benedictio petita, licet non obtenta.*

13 *Regulares prædicantes in Eccleſijs, quæ ſuorum Ordinum non ſunt ſine licentia Epiſcopi, poſſunt ab eo coerceri, & puniri etiam cenſuris eccleſiaſticis.*

Epiſcopus Prædicator, & circa Prædicatores.

COLLECT. CCXCIII.

1 EPiſcopus prædicare poteſt in quacunque Eccleſia etiam Regulari ſuæ diœceſis, nec ab vllo poteſt prohiberi. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul.* 17.*Januarij* 1584. teſte Gauant. *in enchirid Epiſcop. verbo Concio ſacra n.*1. quem refero *in collect. ad Trident. ſeſſ.*24.*de reform.cap.*4.*n.*3.

2 Epiſcopus concionaturus in aliena diœceſi coram Ordinario etiam Cardinali non debet petere benedictionem,ſicut cæteri Prædicatores, ob ſupremam Epiſcopalem dignitatem. *Sacra Cong. Rit.in Neapolitana* 28. *Aprilis* 1607. quam citat Sellius *in ſelectis Canon.cap.*3.*num.*92.

3 Epiſcopus cum prædicat,ſilere debent alij Concionatores,illiſque poterit iubere,vt eo tempore à prædicatione ſe abſtineant. *Sacra Cong. Conc.in Bituntina* 2 *Martij* 1629.quam refert Sellius *d.cap.*3.
4 *n.*93. Niſi fuerint Parochi, qui poterunt per ſeipſos inter Miſſarum ſolemnia ſermonem habere, etiam quando Epiſcopus ipſe prædicat. *S. Congr. Conc. in Terulen.*11 *Iunij* 1631. cuius memini *de officio & poteſt. Parochi cap.*14 *num.*5.

5 Epiſcopus vel debet per ſe ipſum prædicare, vel ſumptibus ſuis alium conducere, qui id munus exequatur.*Sacra Cong. Conc* penes Aldao. *in compendio Canon reſol.lib* 3.*tit.* 24. *num.*89.

6 Epiſcopo prædicanti per ſe ipſum in ſua Eccleſia cùm ex proprio munere ad id teneatur, minimè licet etiam prætextu paupertatis prætendere ſibi eleemoſynam ſolitam dari Prædicatoribus electis ab Vniuerſitate. *Sacra Cong Conc in Veſtana*, 20. *Martij* 1621.teſte Sellio *in ſelectis Canon c.*23.*n.*18.quē refero *d.tract.de officio & poteſt.Parochi cap.* 14.*n.*4.

7 Epiſcopi arbitrio relinquitur an tempore Quadrageſimæ,& Aduentus quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minus illis tribus diebus prædicetur. *Sacra Cong. Conc.* apud Armendar. *in addit ad recop.legum Nauarræ lib.*4.*tit.*30 *l.*3. *de Prædicatorib.* quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi*, *p.*3. *alleg* 75.*num.*30.

8 Epiſcopo pertinet Prædicatorem eligere, & electo ab illo, tenetur Vniuerſitas eleemoſynam dare, quam hactenus præſtare conſueuit; in Cathedrali verò ſi Epiſcopus prætendat Communitatem quoque teneri præſtare eleemoſynam, ad ipſum incumbet onus probandi immemorabilem. *Sacra Cong Conc in Sutrina*,10.*Martij* 1618 & 10.*Iulij* 1627. de quibus Aldan. *d.tit.*24.*n.*90.

9 Epiſcopo,& non Abbatibus,qui non ſunt nullius,ſpectat dare licentiam Regularibus concionandi in alijs quàm ſuorum Ordinum Eccleſijs intrà ſuæ Diœceſis fines exiſtentibus. *Sacra Congr. Conc.*teſte Rota apud Tamburin. *de iure Abbatum tom.*1.*in fine deciſ.*45 46.& 47.

10 Epiſcopus licentiam conceſſurus Regularibus volentibus prædicare in Eccleſijs, quæ ſuorum Ordinum non ſunt,poteſt eos quoad doctrinam examinare vigore decreti *Concil. cap.* 1.*ſeſſ.* 5.*de reform.* vt adſit differentia inter benedictionem, & licentiam. *Sacra Cong. Concil. ſub die* 28. *Nouembris* 1596. referente Sellio *d. cap.* 3.*n.*93.

11 Epiſcopi ſine licentia non poſſunt Regulares verbum Dei prædicare in ijs Eccleſijs, quæ ſui Ordinis non ſunt:in alijs verò Eccleſijs ſui Ordinis ſufficit Epiſcopi benedictio petita licet non obtenta, ita tamen vt ſi Epiſcopus non modò benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verum etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicent,tunc illo contradicente in ſui quidem Ordinis Eccleſijs licet illis prædicare: ſi verò Regulares huiuſmodi in prædicando circa hæc quoquo modo deliquerint,ab Epiſcopo coërceri,& puniri poterunt etiam cenſuris eccleſiaſticis. Vrbanus VIII.*in ſua Conſtit.*incip. Alias à nobis, *ſub die* 30. *Januarij* 1629. quam de verbo ad verbum refero *in tract. de iure eccleſ. vniuerſo lib.*1.*cap.*43.*num.*20. & illius me citato meminerunt Tamburin. de iure

iure Abbatum *tom.2.disp.6.q.15.n.9.* Lezana *in sum. quæst.Regul.to m.2.cap.1.n.17.*

SVMMARIVM.

1 *Capitularium peccata & excessus potest Episcopus visitando sine Adiunctis corrigere.*

2 *Capitulum totum quando deliquit potest Episcopus procedere contra Capitulares sine Adiunctis.*

3 *Cathedralis Ecclesiæ corpus, Sacramentum, Reliquias, vestes, ornamenta, anniuersaria, pia opera, &c. potest Episcopus visitare sine Adiunctis.*

4 *Rationes si velit exigere Episcopus ab officialibus ex gremio Capituli constitutis Sede Vacante, non tenetur procedere cum Adiunctis.*

5 *Portionarios habentes vocem in Capitulo punit Episcopus sine Adiunctis.*

6 *Coadiutorem Canonici cum futura successione an & quando puniat Episcopus sine Adiunctis.*

7 *Capitularem non obseruantem festum sancti Augustini ab Episcopo indictum potest ipse punire sine Adiunctis.*

8 *Iurisdictionem Episcopi si perturbent Adiuncti, vt contra eos procedere valeat, debet habere in iudicio alios conindices a Capitulo eligendos.*

9 *Administrationis operum piorum rationem ad curam Capituli pertinentium potest sine Adiunctis Episcopus exigere.*

Episcopus sine Adiunctis.

Collect. CCXCIV.

1 EPiscopus visitando potest sine Adiunctis peccata & excessus Capitularium, quos correctione & punitione dignos repererit, corrigere, punire, & emendare, non tamen pœna ordinaria, sed ea, quæ ad motum magis emendationẽ, quàm punitionem respiciat. *S.Cong.Conc.* teste Armend. *in addit. ad recop.legum Nauarra lib.1.tit.6. de Visitat. num.39.*

2 Episcopus habet facultatem procedendi contra Capitulares etiam absque Adiunctis quando totum Capitulum deliquit. *S.Congr. Conc* penes Ludon.à Sarauia *in tract.de Iurisd.Adiunctor.quæst.5.n.4. & quæst.6.* modo delictum non sit in personam Episcopi, vel in contemptum eius, vel vbi Episcopus habet interesse, quia tunc facultas contra Capitulares deuoluitur ad proximum Superiorem. *Eadem Sacra Congreg.Conc* testibus Armendar. *in addit. ad recop.legum Nauarra lib.1. titul. 18. l. 7. de Episcopis numer.90.* Ludou.à Sarauia *dict. quæst. 6. num.5. & 6.*

3 Episcopus sine Adiunctis potest visitare corpus Ecclesiæ Cathedralis, & Sacramentum, Reliquias, vestes, ornamenta, cæteraque ad cultum diuinum destinata, item & capellas, & capellanias, dotationes, anniuersariorum institutiones, memorias defunctorum, pia opera, vel res, aut bona fabricæ, seu Ecclesiæ. *S.Cong.Conc* apud Armendar. *d.lib.1.tit.6.de visitat.n.123.* quem refero *de officio, & potest.Episcopi p.3.alleg 73.n.15.*

4 Episcopus in Capitulo exempto si velit rationes exigere ab Officialibus ex gremio Capituli constitutis Sede vacante non tenetur procedere cum Adiunctis ex forma *cap. 6. sess. 25. de reform.* nisi velit criminaliter ad eorum puni-

Barbos.Apost.Decis.Sum.

tionem, & correctionem procedere. *Sacra Congreg.Concil.* de qua Nicol.Garc. *de benefic.p.5.cap.7. num.23.*

5 Episcopus sine Adiunctis procedere potest contra Portionarios habentes vocem in Capitulo. *Sacra Congreg. Concil.* referentibus Armendar *d lib.1.tit.6.de visitat.num.60.& d.l.7.de Episcopis num.91 in princ.* Ludou.à Sarauia *de iurisdict. Adiunct. q.21.ex nu.2.*

6 Episcopus, qui iuxta decretum Concilij sess. 25. cap.6. de reform. debet procedere contra Capitulares cum Adiunctis, non tenetur hoc idem seruare volens procedere contra coadiutorem Canonici cum futura successione, nisi ex forma coadiutoria colligatur ipsi coadiutori concessa fuisse omnia priuilegia, quæ habent Canonici. *Sacra. Congreg. Concil.* cuius meminit Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p.4. cap.5. numer. 46.* *Eadem Sacra Congr in Barbastren.9.Nouembr.1630.* quam citat Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 11.n.5.*

7 Episcopus potest procedere sine Adiunctis ad pœnam contra Capitularem non obseruantem festum sancti Augustini ab eodem indictum. *Sacra Congr.Conc. in Hispalen. 7.Septembris 1630.* quam adducit Seilius *in selectis Canon.cap.31.num.3.* per me relatus *in collect. ad Trid. sess.25. de reform. cap.6. numer.11.*

8 Episcopus si velit contra Adiunctos iurisdictionem suam perturbantes procedere, debet habere in iudicio alios Conindices à Capitulo eligendos. *S.Congr. Conc.in Oriolen.5. Aprilis 1631.* attestante Bonfadino *d.resol.11.n.4.*

9 Episcopus solus sine Adiunctis potest exigere rationem administrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium, dummodò non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij *S.Cong.Conc.in Oriolen.27.Martij 1632. in resp ad 7.dub.* penes Aldan. *in compendio Canon.resol.lib.3.tit 3.num.8.* quem refero *in collect.ad Trid.sess. 7.de reform c.15 n.6.*

Plura vide supra in *verbo Adiunctus collect.11.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus si notoriè sit Episcopus, ad Capitulum spectat facultas concedendi dimissorias ad Ordines.*

2 *Ordinare potest Episcopus in alterius diœcesi existens, precedente licentia Ordinarij loci subditos tam proprios, quam Episcopi licentiam concedentis.*

3 *Ordinare non potest Episcopus in alterius diœcesi de licentia ordinarij loci, subditos alienos, nisi habeant dimissorias generales à suis ordinarijs.*

4 *Ordinare familiarem suum triennalem ac cum eo dispensare, in interstitiis temporum, & illegitimato quando possit Episcopus, ostenditur.*

5 *Familiari suo non subdito qui contulit primam Tonsuram, & infra annum etiam in vndecimo mense contulit beneficium, non dicitur satisfecisse decreto Concilij.*

6 *Patrimonij ad titulum vt possit Episcopus admittere ordinandum sufficit, vel necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ.*

7 *Dimissorias concedere potest Episcopus in cuius diœcesi ordinandus habet beneficium.*

8 *Dispensare non potest Episcopus cum vero bigamo,*

vt primam Tonsuram, & simplicia beneficia à se, vel ab alio accipiat.

9 *Dispensare non potest Episcopus cum bigamo effecto bigamia interpretatiua, vt in ordine antea suscepto ministret.*

10 *Archidiaconum vocare non tenetur Episcopus vt intersit examini ordinandorum.*

11 *Episcopi in Italia existentes an & quando Vltramontanos ordinare valeant?*

12 *Episcopus non potest ante Ordinationem exigere ab ordinando promissionem de inseruiendo certæ Ecclesiæ.*

13 *Clericum in minoribus constitutum petentem adscribi tenetur Episcopus adscribere ad seruitium Ecclesiæ.*

Episcopus quoad Ordines.

Collect. CCXCV.

1 Episcopus si est notoriè hæreticus, ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ pertinet facultas concedendi dimissorias. *S. Congr. Conc.* teste Nicol. Garcia *de benef. p. 5. c. 7. n. 93.*

2 Episcopus in alterius diœcesi existens potest præuia licentia illius tam subditos proprios quam Episcopi licentiam concedentis absque incursu pœnarum ordinare. *S. Cong. Conc. sub die 21. Februar.* 1630. quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 8. n. 16.*

3 Episcopus in alterius diœcesi de licentia ordinarij loci non potest ordinare personas, quæ non sunt subiectæ illi ordinario, nisi habeant dimissorias generales à suis ordinariis. *S. Congr. Conc.* apud Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 68.*

4 Episcopus licet familiarem suum triennalem aliàs sibi non subditum conferendo ei statim beneficium, ordinare, & ei literas dimissorias ad ordinandũ à quocunque dare possit, super interstitiis tamen temporum, seu illegitimitate dispensare non potest. *Sacra Congreg. Concil.* testibus Galer. *in margarita casuum Conscient. verbo Ordo pag. 194. col. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. cap. 5. numer. 86.* Armendar. *dict. l. 7. de Episcopis numer. 8.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 5. numer. 14.*

5 Episcopus, qui contulit primam tonsuram familiari suo non subdito, qui tamen per quinquennium secum commoratus est, non dicitur satisfecisse decreto Conc. sess. 23. cap. 9. de reform. per collationem beneficij illi factam infra annum etiam in vndecimo mense post dictam primam Tonsuram. *S. Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. part. 2. c. 5. n. 85.*

6 Episcopus vt possit admittere Ordinandum ad titulum patrimonij eius arbitrio iuxta *Conc. sess. 21. cap. 1. de reform.* sufficit vel necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, quamuis Concilium dicat, *necessitate ac vtilitate*, quia illa particula, *ac*, intelligitur loco *vel*. *Sacra Congreg. Concil sub die 17. Martij* 1619. quam adducit Sellius *in selectis Canon. cap 3. numer. 94.*

7 Episcopus proprius ad hoc vt possit dimissorias concedere, dicitur ille in cuius diœcesi ordinandus habet beneficium. *Sacra Congreg. Concil.* de qua Armendar. *d. l. 7. de Episcopis num. 61. vers. proprius.*

8 Episcopus auctoritate sua Ordinaria cum sibi subdito vero bigamo, qui aliàs cum duabus virginibus successiuè legitimum matrimonium contraxit, & consummauit, & modò defunctæ sunt, dispensare non potest vt primam Tonsuram, & simplicia beneficia à se, vel ab alio accipiat. *Sacra Congreg. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 6. num. 5.*

9 Episcopus non potest dispensare vxore mortua cum bigamo effecto bigamia interpretatiua, vt in Ordine antea suscepto ministret. *S. Congr. Concil. in Feretrana 13. Aprilis* 1630. quam refert Bonfadin. *d. resol. 8. n. 17.*

10 Episcopus non tenetur vocare Archidiaconum vt intersit examini ordinandorum. *S. Congr. Conc. sub die 21. Ianuarij* 1617. quam citat Sellius *dict. cap. 3. num. 95.*

11 Episcopi in Italia existentes, Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscunque Vltramontanos, & ex quibus locis extra Italiam oriundos, non solum ad sacros ordines, sed neque etiam ad minores, vel clericalem characterem promouere non possunt, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum litteras à sanctæ Sedis Nunciis, siue Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, & approbatas, & scriptas habeant, eorumve Nunciorum, seu Collectorum subscriptiones ab Vrbis Vicario similiter examinatæ, recognitę & approbatæ fuerint, aliàs promouentes ad annum ab exercitio Pontificalium, promoti verò perpetuæ suspensionis pœnam absque spe dispensationis à Sede Apost. obtinendæ incurrant eo ipso. *Vrbanus VIII. constit. sua incip. Secretis 11. Decembris* 1624. quam refero *de officio, & potest. Episcopi part. 2. alleg. 8. numer. 6.*

12 Episcopus non potest ante ordinationem exigere ab ordinando promissionem de inseruiendo certæ Ecclesiæ, etiam post habitum beneficium simplex residentiam non requirens. *Sacra Cong. Conc. in Lauretana 15. Aprilis* 1628. penes Sellium *in selectis Canon. cap. 13. num. 29.* quem refero *in collect. ad Trident sess. 23. de reform. cap. 16. num. 13.*

13 Episcopus tenetur adscribere ad seruitium Ecclesiæ Clericum in minoribus constitutum, vel prima Tonsura initiatum petentem adscribi. *S. Congr. Conc. in Valentina 29. Iunij* 1628. quam citat Sellius *dict. cap. 13 num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia per resignationem vacantia conferre non possunt Episcopi consanguineis, seu affinibus resignantium.*

2 *Resignationes beneficiorum coram Episcopis faciendas tenentur illi intra mensem admittere, vel reiicere.*

3 *Pœnas incurrunt Episcopi aliquid exigentes pro collatione, seu possessione beneficij.*

4 *Parochialium in vacatione Episcopus Vicarium cum congrua ponere, & concursum facere qualiter teneatur.*

5 *Parochiali occurrente vacatione potest Episcopus admittere ad concursum habentem aliam Parochialem*

6 & 7 *Examinatores synodales si omnes mortui sint,*

Episcopus

Episcopus quid agere debeat in prouisione Parochialis per concursum, ostenditur.

8 *Episcopus ex non approbatis an aliquem possit facere approbatum?*

9 *Præsentatum ad Parochialem Ecclesiam iurispatronatus ecclesiastici Episcopus tenetur instituere.*

10 *Episcopus debet admittere examen illius, qui est præsentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur.*

11 *Manutenendus est Episcopus in sua quasi possessione concursum instituendi, donec inferior, &c.*

12 *Votum decisiuum non habet Episcopus, aut Vicarius in concursibus, nisi examinatores fuerint pares in votis sun.*

13 *Examinatores synodales Doctores, aut Magistros, vel Licentiatos eligere tenetur Episcopus.*

14 *Beneficium vnum simplex habenti quod non sufficiat ad sustentationem, potest Episcopus aliud simile conferre absque dispensatione Apostolica.*

15 *Beneficium aliud dare non potest Episcopus habenti in vno congruam.*

16 *Beneficia duo simplicia etiam insufficientia habenti non potest Episcopus tertium conferre ad effectum retentionis.*

17 *Onus nouum imponere non potest Episcopus beneficiis simplicibus.*

18 *Examen alicuius commissum Episcopo per litteras Apost potest ille delegare, licet fuisset in litteris eius conscientia onerata.*

19 *Approbatus tertia vice, etiamsi duabus præcedentibus fuisset reiectus, potest Episcopus executor in forma dignum, conferre beneficium, dummodo infra sex menses à die datæ litterarum examen subierit.*

Episcopus quoad beneficia.

Collect. CCXCVI.

1 Episcopi, ac locorum ordinarij beneficia per resignationem vacantia consanguineis siue affinibus resignantium, conferre prohibentur. *Pius V constit.* 58. incip. *Quanta Kalend. Aprilis* 1568. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 253. Vide *supra collect. 61. n. 13.*

2 Episcopi ac locorum Ordinarij resignationes coram ipsis faciendas intra mensem admittere, vel reiicere tenentur. *Gregorius XIII. constit.* 85. incip. *Humano Non. Ianuarij* 1584. apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag* 469. de cuius materia & intellectu Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de benefic. resign. possess. intra certum tempus capienda* Flamin Paris. *de resignat. lib. 11. quæst. 2. num. 6.* Mallobr. *in praxi habendi concursum requis. 7. dub. 1.* Ego *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 15. n. 113.*

3 Episcopi aliquid exigentes pro collatione, aut possessione capienda beneficij pœnas incurrunt, de quibus *Pius V. constit.* 104. incip. *Durum nimis, pridie Kalend. Iunij* 1570. apud Laert. Cherubin. *d. tom. 2. pag.* 310.

4 Episcopi habita notitia cuiuscunque Ecclesiæ Parochialis Vicarium cum congrua fructuum portione constituunt, qui tantisper Ecclesiæ onera sustineat, & tenentur intra sex menses seruata fôrma Concilij Trid. Parochiales Ecclesias in ipsorum mensibus vacantes conferre, & magis idoneos repertos in concursu beneficij à Sede Apost. conferendi iuxta quatuor mensium spatium eidem significare. *Pius V. constit.* 53. incip. *In conferendis* 16. *Kalen. Aprilis* 1567. apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag.* 219. & apud me *de officio. & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 60. à n. 12.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

5 Episcopus potest occurrente vacatione beneficij Curati vocare, & admittere ad concursum habentem aliud beneficium Curatum, sed non potest sine concursu, licet obtinuerit ille beneficium, quod possidet per concursum, & postquam vacauerit adepta possessione secundi Curati beneficij poterit Episcopus ponere edicta per concursum *Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. cap. 2. num.* 208.

6 Episcopus nouus, qui examinatores synodales antiquos omnes præter vnum mortuos inuenit in diœcesi, vbi iam congregata fuit Synodus, & deputati examinatores in ea, tenetur ad prouisionem Parochialis nouam Synodum congregare, & examinatores eligere, & cum illis Parochialem prouidere; quod si non fecisset, sed Iudices nominasset, vel cum solo illo viuente concursum & examen fecisset, prouisio non valeret. *Sacra Congr. Conc.* de qua idem Nicol. Garc. *dict. p. 9. cap. 2. num* 8.

7 Episcopus, qui non constituit examinatores in Synodo, sed ex seipso deputauit, vel quia priores erant mortui, vel quia nulla aderat facultas congregandi Synodum, nempe propter pestem, nulliter prouidet de Parochialibus, licet quandoque summus Pont. mandauerit istos tolerari, iniungendo quod quamprimum facta Synodo noui eligantur examinatores, & quod prouisi per concursum cum examinatoribus ab Episcopo solo deputatis, nouas prouisiones impetrent, vel denuo legitimè examinentur, & approbati ab Episcopo de eisdem Parochialibus prouideantur si in mensibus Ordinarij vacauerint. *S. Congr. Conc.* referente Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p. 9. c. 12. num.* 85.

8 Episcopus ex non approbatis aliquem potest facere approbatum si existentibus quatuor examinatoribus singuli examinati dimidiam tantum suffragiorum partem reportauerint. *Sacra Congr. Concil.* attestante Nicol. Garcia *d. p. 9. cap. 2. num.* 51.

9 Episcopus tenetur instituere præsentatũ ad Parochialem Ecclesiam iurispatronatus ecclesiastici, cuius institutio ad Episcopum ipsum, & non ad alium pertinet, etiãsi patroni ex approbatis ab examinatoribus Synodalibus digniorem non præsentauerint, stante decreto *Concilij Trid. cap* 18. §. *si vero iuspatronatus sess.* 24. *de reform.* quia iudicium spectat ad patronum *S. Congr. Conc. sub die* 18. *Nouemb* 1596. de qua Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 9. n. 43.* quem refero *in collect. ad Trid. d. ca. 18. nu.* 137.

10 Episcopus debet admittere examen Illius, qui est præsentatus à patrono de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram eodem Episcopo, facta tamen per Episcopum protestatione de iuribus suis, & sine eorum præiudicio, vel committere alteri Episcopo viciniori. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc *de benefic. p. 3. cap 6. num.* 33.

11 Episcopus manutenendus est in sua quasi possessione concursũ instituendi donec inferior corã Iudice competente legitimè probauerit ius cogendi Synodum habere, aliàs coëgisse, in eaque

examinatores ad præscriptam Concilij formam *sess.* 24. *cap.* 18. deputasse *Sacra Congr. Conc. sub die* 17. *Ianuary* 1585. *& sub die* 4. *Augusti* 1594. quas refert Aidan. *d. tit.* 9. *n.* 45.

12 Episcopus, aut Vicarius in concursibus votum decisiuum non habent, nisi examinatores fuerint pares in votis suis: nam si plures examinati obtinuerunt vota paria ab examinatoribus, accedente Episcopo, vel eius Vicario, nullus erit approbatus, immo quando examinati, accedente voto Episcopi, vel Vicarij non habuerunt vltra dimidiũ votorum, censebuntur reprobati. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Massob. *in praxe habendi concursum requis.* 4. *dub.* 5.

13 Episcopus nõ potest eligere examinatores Synodales, qui non sint Doctores, seu Magistri, aut licentiati in Theologia, vel Iure Canonico, si extent, alioquin alij clerici sunt eligendi, qui ad id magis idonei videbuntur. *Sacra Congregat. Conc. in Saonen.* 19. *Februarij* 1628. quam citat Aidan. *d. tit.* 9. *num* 47.

14 Episcopus habenti vnum simplex beneficium quod non sufficiat ad eius sustentationem, potest aliud simile conferre absque dispensatione Apost. sed non potest plura simplicia vsque ad sufficientem eius sustentationem conferre citra dispensationem Apost. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *c.* 5. *n.* 310.

15 Episcopus habenti congruam non potest aliud beneficium dare, & si dederit, vacat primum illud quod habebat, dummodo beneficium titulare sit, quamuis difforme à secundo recepto, etsi vtrumque retinere tentauerit, accepta pacifica possessione secundi, vacabit vtrumque. *S. Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *capit.* 5. *numero* 301.

16 Episcopus potest habenti duo simplicia beneficia, aliud conferre, sed quamuis duo priora sint ad obtinentis collationem insufficientia nõ possunt retineri simul cum tertio absque noua prouisione Sedis Apost. S. *Cong Conc sub die* 10. *Maij* 1608. quam adducit Aidan. *dict. tit.* 6. *n.* 48.

17 Episcopus in beneficiis simplicibus non potest nouum onus imponere *Sacra Congregat. Conc. sub die* 2. *Iulij* 1597. quam refert Aidan. *dict. titul.* 9. *numer.* 49.

18 Episcopus, cui commissum est examen per litteras Apost. alicuius, qui beneficium simplex obtinuit, potest illud delegare, non obstante quod fuerit in litteris eius conscientia onerata. *Sacra Congreg. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p.* 6 *cap.* 2. *num.* 103.

19 Episcopus potest procedere ad executionem litterarum Apost. ad fauorem illius, qui eas obtinuit in forma dignum, si per diligentem examinationem illum idoneum repererit etiamsi per duas vices tanquam nõ idoneus ab examine fuerit reiectus, non tamen vti talis renunciatus, si tertia vice fuerit admissus & approbatus, dummodo infra sex menses à die datæ litterarum examen subierit. *S. Congr. Conc. in nullius* 19. *Nouembris* 1628 apud Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 50.

Vide plura suprà *verbo beneficium, collect.* 61.

SVMMARIVM.

1 *Regulares in eorum Ecclesijs admittere non possunt Sacerdotes seculares exteros ad diuina officia, antequam ordinarius eos admittat, si id illis prohibuerit.*

2 *Missam Rogationum potest Episcopus per suos Canonicos cantari facere in Ecclesijs Regularium.*

3 *Pœnis & censuris ecclesiasticis in decretis Concilij sess.* 25. *de Regul. Episcopo specialiter commissis, licet eisdem Regulares compellere ad eorum executionem.*

4 *Regulares compellere potest Episcopus etiam sub censuris ecclesiasticis in illis casibus, in quibus in eos illi tribuitur iurisdictio.*

5 *Regulares censuris compellere potest Episcopus ad obseruantiam festorum per illum cum approbatione populi indictorum.*

6 *Regulares vagantes de vno ad alium Ordinem punit Episcopus.*

7 *Regulares notoriè delinquentes extra claustra in formationem capit Episcopus.*

8 *Regulares notoriè, & cum scandalo extra claustra intra Ecclesiam delinquentes subsunt Episcopo quoad informationem, & cætera ei per Concilium attributa.*

9 *Regulares degentes extra claustra occasione docendi doctrinam Christianam, potest Episcopus visitare, & corrigere.*

10 *Regulares in iis, quæ curam animarum, & administrationem Sacram. eorum concernunt, potest Episcopus visitare & examinare.*

11 *Et eadem auctoritate vti potest, qua in Parochos seculares.*

12 *Regularium exemptorum in Monasteriis, quibus non imminet cura animarum secularium, nullam habet Episcopus facultatem visitandi sacristias, paramenta, &c.*

13 *Regulares ad confessiones audiendas approbatos, an & quando suspendere, & licentiam reuocare possit Episcopus.*

24 *Priuilegia Regularium in Sacramentis administrandis non potest Episcopus restringere in vim cõstitutionis Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis.*

15 *Regulares exercentes curam animarum in eorum Monasteriis, non potest Episcopus compellere ad interessendum Officiis diuinis diebus Sanctorum Protectorum ciuitatis.*

16 *Iurisdictio nulla est concessa per decretum Concil sess.* 25. *de Regul. cap.* 9 *in Monasteriis Sedi Apost. immediatè subiectis.*

17 *Regulares cogere non potest Episcopus vt faciant commemorationem ipsius in vltima collecta.*

18 *Regularibus in sua diœcesi commorantibus præcipere potest Episcopus, vt eant ad processiones publicas.*

19 *Regularis obseruantia si vigeat in monasteriis, non debet in illis se interponere Episcopus.*

20 *Regularibus non debet Episcopus approbationem ad audiendas Confessiones concedere aliqua temporis præfinitione.*

Episcopus quoad Regulares.

Collect. CCXCVII.

1 Episcopus loci Ordinarius prohibere potest ne Regulares in eorum Ecclesiis Sacerdotes seculares exteros ad diuina Officia celebranda permittant, nisi prius ab ipso Episcopo visis litteris commendatitiis ipsi Sacerdotes admissi fuerint. *S. Congr. Conc.* testibus Armendar. *in addit. ad recop.* legum

legum Nauarra lib.2.tit.18.l.2.de Relig.num.45. Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Missa*, Homobon de Bonis *de examine ecclesiast. tract.12. cap 4. quæst.16. resol.2. pag.459.* Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Episcopus num 14* me citato Lezana *in sum. quæst Regul. tom.3 verbo Episcopus quoad Regulares num 10.* quorum plures refero *de officio & potest. Episcop. p.2. alleg.2. n 8.*

2 Episcopus potest etiam in Ecclesiis Regulariũ cantari facere Missas Rogationum per suos Canonicos. *Sacra Cong. Rit. in Firmana 23. Ianuarij* 1603. cuius meminere Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Episcopus n.40.* Lezana *d.tom.3. verbo Episcopus quoad Regulares nu.21.*

3 Episcopo licet etiam pœnis & censuris ecclesiasticis in decretis eidem specialiter commissis *sess.25. de Regularib.* compellere Regulares ad eorum executionem. *S. Congr. Conc. in Lunan. 19 Septembr.* 1625. teste Aldano *in compendio Canon resol. lib. 2. tit.18. n.20.* quem refero *in collect. ad Trid. sess.25. de Regular c. vlt n.5.*

4 Episcopus potest etiam sub censuris ecclesiasticis compellere Regulares in iis casibus, in quibus in eos iurisdictio illi tribuitur à Iure communi, & sacro Concilio, & Constitutionibus Apostolicis. *S. Cong. Conc. in Nebbien. 7 Febr* 1631. cuius me citato meminit Lezana *in sum. quæst Regul. tom. 3. verbo exemptio Regul. n 13.*

5 Episcopus potest compellere censuris Regulares ad obseruantiam festorum per illum cum approbatione populi indictorum. *S. Cong Conc. in Hostunen. 31. Iuly* 1627. quam refert Sellius *in selectis Canon c.3. n.95.*

6 Episcopus agere potest contra Regulares vagantes, de vno in alium Ordinem translatos ex Bulla Pij V. reuocatoria indultorum recipiendi, vel retinendi Religiosos alterius Ordinis etiam laxioris. *S. Cong. Conc.* penes Armendar. *d. lib.2. tit.18. l.7. de Relig n.68.* Ioan. Maria Nouar *d. verbo Episcopus num.6.*

7 Episcopus statim habita notitia delicti Regularis notoriè extra claustra delinquentis, potest informationem capere, & illam ad Superiorem Regularis mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiã præsumere. Sufficitque quod vnica vice Superiorem Regularium moneat, eique terminum præfigat ad castigandum subditum publicè cum scandalo, & extra claustra delinquentem. *S. Congr. Conc. sub die 19. Septembris* 1625. quam refero *in collect. ad cap. vlt. num.8. de statu monach.* & me citato de illa meminerunt Hieron. Rodetic. *in compendio quæst. Regul. resol. 62. numer. 8. versic.1. pag.* 461. Ioann. Maria Nouar. *de verbo Episcopus numer.31.*

8 Episcopo facultas attributa vigore Concilij *sess.25. cap. 14. de reform.* vẽdicat sibi locum etiam cum Regulares notoriè, & cum scandalo extra claustra intra Ecclesiam delinquunt, non ita si intra claustra *S. Cong Conc. sub dicta die 19. Septembris* 1625. apud Hieron. Roderic. *d. resol. 62. sub num.8. vers. denique.*

9 Episcopus potest visitare, & corrigere Regulares degentes extra claustra occasione docendi doctrinam Christianam. *S. Cong. Conc. in Malmen. de anno* 1626. quæ prius in vna *Lunana 10 Iunij* 1591. declarauerat id locum non habere in Patribus Societatis IESV, qui munere docendi doctrinam Christianam funguntur, dum tamen habeant illis in locis Superiores, qui curam ipsorum gerant, & apud quos se recipiant iuxta regulæ institutum viuentes: refert Sellius *d.c.3. n.96.*

10 Episcopus potest Regulares in iis, quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem concernunt, visitare, & examinare, & contra eos non parentes, & non exequentes decreta in visitatione facta procedere, eosque cogere ad exequendum. *Sacra Congreg. Concil. in Caputaquen. & Camerinen.* 10. *Martij* 1621. cuius meminit Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. sub hoc verbo num.36.*

11 Episcopus in Regulares curam animarum personarum secularium exercentes in iis, quæ dictam curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, eadem auctoritate vti potest, qua in Parochos seculares. *Sacra Congreg Concil. in Liman. 18. Septembris* 1625. quam citat Sellius *d. cap.3. num.97.*

12 Episcopi, aut alij locorum Ordinarij vigore cuiusuis decreti Concilij Trid. nullam habent facultatem quouis tempore in monasterij domibus, & Ecclesiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum secularium, visitandi sacristias, paramenta, vasa sacra, Altaria, & cætera huiusmodi, aut etiam Tabernaculum, seu piaidem, in qua sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur. *S. Congr. Conc.* quam adducit Sellius *d.c.3. num.98.* & illius meminerunt Quaranta *in sum. Bullar. verbo priuilegia Regular. pag. mihi* 514. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit. 2. Sixti IV. § 10. n.17.*

33 Episcopus quamuis simpliciter, & absque vlla temporis præfinitione approbauerit Regulares ad Confessiones personarum sæcularium audiendas, potest tamen eosdem, si noua causa superueniat, suspendere, ac licentias illis concessas reuocare; dummodo huiusmodi Confessiones ipsas concernat. Cæterùm si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhonestè viuant, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Episcopi iudicio videantur à Confessionibus suspendendi, cùm præcipua ministri qualitas sit integritas vitæ, ac morum honestas, vtique ea causa ad ministerium Confessionis pertinet, ac proinde nihil obstat quominus ab ea possit Episcopus Regularis vtrumque à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. 30. Augusti* 1610. penes Ioann. Mariam Nouar. *vbi supra sub hoc verbo num 20.*

14 Episcopi in vim constitutionis Gregorij XV. de priuilegiis exemptorum non possunt Regularibus præscribere vt certis tantùm locis, aut temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alia illorum, priuilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. *Sacra Congr. Concil. de anno* 623. *dub.* 2. cuius meminit Ioann. Maria Nouar. *sub hoc verbo num.21.*

15 Episcopus non potest compellere Regulares exercentes curam animarum in eorum monasteriis, vel aliis eisdem vnitis ad interessendum Officiis diuinis diebus Sanctorum Protectorum ciuitatis in Ecclesia Cathedrali. *Sacra Congr. Concil. die 5. Decembr.* 1626. de qua Sellius *dict. cap.3. num.99.*

16 Episcopo nulla iurisdictio est concessa per

decretum *Conc. sess. 25. de Regul. cap. 9.* in monasteriis Sedi Apost. immediatè subiectis, nisi in concernentibus spiritualia, in temporalibus verò nihil agere poterit. *Sacra Congr. Conc.* referente Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarrae lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 94.*

17 Episcopus non potest cogere Regulares, vt faciant commemorationem ipsius in vltima collecta. *S. Cong. Rit. in Egitanien. 10. Iunij 1602. in resp. ad 3 dub.* apud Ioann. Mariam Nouar. *in lucerna Regul. in verbo Episcopus in Regul. num. 37.*

18 Episcopus potest præcipere Regularibus in sua diœcesi commorantibus, vt eant ad processiones publicas, vt in festo Corporis Christi, Litaniis, & Iubileis publicis faciendis, dummodo processiones sint eius generis, quæ *Bulla Pij V.* incip. *Etsi Mendicantium*, Mendicantibus concessæ comprehendantur, & dummodo Regulares non sint ex illis Conuentibus, Collegiis nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur. *S. Congr. Conc.* referente Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 18. n. 63.*

19 Episcopus non debet se interponere in Monasteriis, in quibus viget Regularis obseruantia. *S. Congreg. Conc.* penes Armend. *d. lib. 1. tit. 6. de visitat. n. 98.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 74. n. 16.*

20 Episcopus non debet Regularibus ad confessiones audiendas approbationem concedere aliqua temporis præfinitione, sed idoneos repertos absolutè approbare, & minus idoneos repellere. *S. Congr. Conc. sub die 2. Septembris* 1603. quam citat Aldan *d. tit. 18. n. 64.*

SVMMARIVM.

1 *Puella voluntatem, quæ habitum suscepit in monasterio quomodo, quando, & vbi Episcopus explorare debet ad petitionem illius qui vult eam in vxorem ducere.*

2 *Episcopus postquam à Præfecta de tempore professionis nouitiæ ante mensem certior factus fuerit, intra 25. dies examen perficere tenetur.*

3 *Clausuram non ingreditur Episcopus quando explorat voluntatem nouitiæ.*

4 *Censuris ecclesiasticis, & aliis pœnis potest Episcopus Superiores Monialium monere ne qua puella professionem emittat, nisi prius explorata eius voluntate per illum.*

5 *Episcopus etiam in Monasteriis Regularibus subiectis examinat eas, quæ Moniales fieri debent.*

6 *Abbatissæ electionis diem Regulares significare tenentur Episcopo.*

7 *Iurisdictionem in Moniales etiam exemptas habet Episcopus in iis, quæ ad clausuram, & spiritualium rerum curam pertinent.*

8 *Confessores Monialium, & administratores bonorum ad earum monasteria pertinentium an & quando admouere facere possit Episcopus, ostenditur.*

9 *Confessarium extraordinarium quando possit Episcopus Monialibus dare?*

10 *Episcopus non permittat deputari à ciuitatibus aliquos, qui commentur Visitatores Monialium Regularibus etiam subiectarum.*

11 *Monialium monasteria sibi non subiectarum nullo modo ingredi possunt Episcopi.*

12 *Episcopus ob clausuram custodiendam in monasteriis Monialium Regularibus subiectarum potest imponere pœnam excommunicationis latæ sententiæ.*

13 *Monialium septa ingredi non possunt Episcopi extra suam diœcesim commorantes.*

14 *Licentia ingrediendi Monialium monasteria potest concedere loci Ordinarius, aut eius Vicarius speciale mandatum habens.*

15 *Licentiam alloquendi cum Monialibus exemptis an & quando Episcopus, seu eius Vicarius concedere valeat ostenditur.*

Episcopus quoad Nouitias, & Moniales.

COLLECT. CCXCVIII.

1 EPiscopus non debet explorare voluntatem puellæ, quæ habitum recepit in monasterio, ad petitionem illius, qui vult illam in vxorem ducere, sed expectandum tempus professionis faciendæ, & tunc si sit suspicio quod inuestigetur à Monialibus, pro suo officio curabit inde duci in exteriorem Ecclesiam monasterij, vel in aliam propinquiorem & commodiorem, prout magis conuenire iudicabit, vbi voluntatem eius exquirere possit. At si nulla sit suspicio, & nulla alia iusta causa subesse apparebit, tunc non in alio loco, quam ad crates ferreas monasterij voluntatem puellæ explorabit. *S. Congr. Conc.* testibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 48.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 12. c. 16. n. 15.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 100. n. 15.*

2 Episcopus postquam à Præfecta de tempore professionis Nouitiæ ante mensem certior factus fuerit, intra 25. dies examen perficere tenetur, quibus elapsis amplius in eo se intromittere non potest. *S. Congr. Concil.* penes Armend. *d. l. 7 de Relig. n. 45.* Campan. *d. rub. 12. c. 16. nu. 10.* Lezanam *in sum. qu. Regul. tom. 3. verbo Episcopus quoad Regulares, n. 10.* me ipsum *d. alleg. 100. in fine.*

3 Episcopus non ingreditur clausuram quando vadit ad Monasterium Monialium pro exploranda alicuius voluntate, sed debet stare ante fenestram cancellorum examinando mentem illius. *Sacra Congr. Concil.* apud Campan. *d. rub. 12. c. 16. nu. 5.* Lezan. *in sum. quæst. Regul. tom. 1. cap. 25. num. 21. in fine.*

4 Episcopus potest prohibere ecclesiasticis censuris, & aliis pœnis sibi bene visis contra Abbatissam, & Superiores Regulares Monialium ipsis Regularibus subiectarum ne qua puella professionem emittat nisi prius explorata illius voluntate ab Ordinario ad præscriptum *Concilij cap. 17. sess. 25. de Regular. Sacra Congreg. Concil. in Burgen. 4. Decembris* 1627. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in Lucerna Regul. verbo Episcopus circa Regulares, n. 11.* & Ego *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 100. num. 2. in fine.*

5 Episcopus in Monasteriis etiam Superioribus Regularibus subiectis examinat eas, quæ Moniales fieri volunt, primò scilicet quando habitum suscipiunt, secundo verò tempore professionis; & ideo poterit earundem Rectores compellere ne habitum Nouitiæ dent nisi prius Episcopum certiorem faciant, vt puellæ voluntatem explora-

te valeat

re valeat. *S. Cong. Conc. in Limana 18. Septembris 1615.* de qua Ioann. Maria Nouar. *citato loco num.* 10.

6 Episcopo tenentur Regulares significare diem electionis Abbatissæ, eámque vsque ad præfinitum tempus expectare, si antè ipse expresse declarauerit se vti velle facultate sibi hac in parte attributa, Abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere *Sacra Congr Conc.* attestante Tambur. *de iure Abbatiss. disp.* 28. *q.* 5. quam refero *de Episcopo p.* 3. *alleg.* 100. *n.* 11.

7 Episcopus habet iurisdictionem in Moniales, quæ priuilegio, vel indulto Papæ sunt immunes in iis, quæ ad clausuram, & spiritualium rerum curam pertinent. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *d. lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 95. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 102. *n.* 4.

8 Episcopo licet ex rationabili causa, quam Superioribus Regularibus significare non tenetur, eosdem admonere vt admoueant Confessores Monialium, atque administratores bonorum ad earundem Monialium Monasteria pertinentium, iisque Superioribus id facere detrectantibus, habet Episcopus facultatem prædictos Confessores & administratores admouendi quoties & quando opus esse adiudicauerit. *Sacra Congrega. Conc de anno* 1625. *dub.* 10. apud me *in fine tract. de officio, & potestate Episcopi.* & apud Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo Episcopus quoad Regulares, num.* 34.

9 Episcopus potest casu negligentiæ, dare Confessarium extraordinarium eiusdem Ordinis Monialibus Regularibus, & ex causa alterius Ordinis, & etiam secularem. *Sacra Cong. Conc. in Camerac en.* 20. *Decembris* 1631. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 6.

10 Episcopus non permittat deputari à ciuitatibus aliquos, qui commenint Visitatores Monialium Regularibus etiam subiectarum. *Sacra Cong. Episcop & Regul. sub die* 12. *Ianuarij* 1616. de qua meminerunt Gauant. *in man. Episcop. verbo Monialium clausura, num.* 61. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo clausura, num.* 33.

11 Episcopi nullo modo possunt ingredi Monasteria Monialium sibi non subiectarum. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Ianuen.* 10. *Ianuarij* 1631. penes Lezanam *d. tom.* 3. *verbo clausura n.* 33. Et quoad Vicelegatum *Eadem S. Cong.* de qua Gauant. *d. verbo Monialium clausura n.* 29.

12 Episcopus ob clausuram custodiendam in Monasteriis Monialium Regularibus subiectarum, potest stante decreto *Concilij c.* 5. *sess.* 25. *de Regular.* & Constitutione *Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis,* excommunicationis latæ sententiæ pœnam sibi reseruatæ imponere circa aperitionem ostij clausuræ extra casus indigentiæ, nec non circa accessus, & colloquia cum Monialibus; ac dicta excommunicatio ligет ne dum Regulares accedentes, verum etiam Moniales facta de eis mentione, adeo vt Superior Regularis ab eadem excommunicatione absoluere nequeat. *Sacra Congr. Conc. in Viterbien.* 26. *Iunij* 1627. apud Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regular. verbo Episcopus quoad Regulares n.* 7. Lezana *d. tom.* 3. *sub eodem verbo n.* 8. *prope fin* Lantern. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in fine vbi de decretis nouiss. Sacra Cong. decreto* 5. *pag.* 565.

13 Episcopi extra propriam, & in aliena diœcesi commorantes non possunt accedere, nec ingredi Monialium septa sine licentia Episcopi prohibentis, ne quis accedat ad monasteria Monialium. *Sacra Congreg. Conc. in Ianuen.* 10. *Maij* 1631. quam citat Aldan. *d. tit.* 8. *n.* 17.

14 Episcopus, aut eius Vicarius generalis speciale mandatum habens in monasteriis sibi subiectis auctoritate Ordinaria, in aliis verò summo Pont. subiectis delegata auctoritate, possunt concedere facultatem ingrediendi Monialium monasteria. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *d. lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 109. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 102. *n.* 38.

15 Episcopus siue eius Vicarius Generalis, ac Superior Regularis, cui Moniales subiectæ sunt, coniunctim possunt concedere personis secularibus licentiam alloquendi dictas Moniales, ita vt idem Episcopus, seu eius Vicarius primo loco subscribat, per diœcesim verò non ad Vicarium foraneum, sed ab eodem Episcopo ad id depuandum, necnon Superiorem Regularem, qui priori loco subscribat, pariter spectabit huiusmodi licentiam concedere: idemque quoad licentiam eorum, quibus Ordinariè intra septa monasteriorum earundem Monialium ingredi necesse est, seruandum est, repentinis tamen casibus extremæ necessitatis exceptis, in quibus licentia alterius subscriptione roborare sufficiat. Edicta verò quibus personis secularibus ad earundem Monialium monasteria accessus prohibetur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda sunt. *Sacra Cong. Conc. in Camerinen.* 21. *Februarij* 1617. quam adducit Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 18. In illis verò locis in quibus adesset consuetudo vt istæ licentiæ ab Episcopis tantum concedantur, tunc non sunt à Superioribus Regularibus petendæ, sed ipsorum Episcoporum tantummodò licentiæ sufficiunt etiam priuatiuè quoad ipsos Regulares. *Sacra Congr. Conc. sub die* 21. *Maij* 1630. quam refert Bonsadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resolut.* 3. *num.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Processiones publicas indicendi, & Ordinandi ius priuatiuè ad alios habet Episcopus.*

2 *Processiones publicas inducere, & præscribere quomodo, & quò sint dirigenda, spectat ad Episcopum cum consilio Capituli.*

3 *Processionem facere per Ecclesiam an licet Dominicis & festiuis diebus, potest Episcopus declarare.*

4 *Processionis horas suo arbitrio indicere potest Episcopus.*

5 *Processiones aliqua ne fiant, potest Episcopus ex causa prohibere.*

6 *Canonicos, & alios Presbyteros beneficia, seu officia ecclesiastica obtinentes potest Episcopus compellere, vt accedant ad omnes processiones publicas.*

7 *Regulares Mendicantes & Monachos potest Episcopus compellere sub censuris vt accedant ad publicas processiones.*

8 *Laicos hortari tantum potest Episcopus vt accedant ad processiones Ordinarias, & cum luminibus.*

9 *Confraternitati Laicorum non debet prohibere Episcopus quominus deferant funalia accensa in processione Sanctissimi Sacramenti.*

10 *Thelesinæ Cathedralis Episcopus, & Canonici processiones ordinarias, & extraordinarias facere possunt in Ecclesia Parochiali sancti Leonardi, vbi residunt, sine ipsius parochi licentia.*

Episcopus quoad processiones.

Collect. CCXCIX.

1 Episcopus priuatiuè ad alios habet ius Indicendi, & Ordinandi processiones publicas, & ad illas per publicum edictum populum conuocare. *Sacra Cong. Rit. in Elboren.* 14. *Ianuarij* 1617. teste Sellio *in selectu Canon. cap.* 3. *num.* 99.

2 Episcopo pertinet, cum Capituli tamen consilio, indicere publicas processiones ac præscribere quomodo, & quo fiot dirigendæ. *Sacra Cong. Conc. in Comen.* 7. *Februarij* 1632. penes Ioan. Anton Nouar. *in sum. Bullarum tit. de procession. num* 11.

3 Episcopus potest declarare an liceat facere processionem per Ecclesiam Dominicis, & festiuis diebus. *Sacra Congreg. Rit. in Bracharen.* 20. *Martij* 1604. quam refert Sellius *d. cap.* 3. *num.* 100.

4 Episcopus potest suo arbitrio indicere tam horas processionis sanctissimi Sacramenti quam aliarum, & Magistratus ac omnes ei tenentur obedire. *Sacra Congr. Rit in Vrbeuetana* 17. *Iunij* 1616. quam citat Sellius *d. c.* 3. *n.* 101.

5 Episcopus potest prohibere ex causa ne fiant aliquæ processiones ex deuotione populi, & Confratrum introductæ, si prohiberi expediat. *Sacra Congr. Rit. in dicta Elboren.* 14 *Ianuarij* 1617. quam adducit Sellius *dicto cap.* 3. *num.* 102.

6 Episcopus potest compellere Canonicos, & alios Presbyteros beneficia, & officia ecclesiastica obtinentes vt accedant ad omnes, & quascunque processiones publicas, vel indictas pro honore, vel bono publico. *Sacra Congr. Conc. sub die* 17. *Iulij* 1597. penes Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullar. tit. de processionib. num.* 1.

7 Episcopus potest compellere Regulares Mendicantes & Monachos etiam sub censuris vt accedant ad publicas, & generales processiones. *Sacra Cong. Rit. in Chilen. in Indiis Occident.* 15 *Maij* 1610 referente Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Episcopus quoad Regulares num.* 12.

8 Episcopus non potest cogere, sed hortari laicos, vt accedant ad processiones ordinatè, & cum luminibus. *Sacra Congr Rit. in Egitanien.* 3. *Augusti* 1602. *in* 6. *dub.* apud Sellium *d. cap.* 3. *n.* 103.

9 Episcopus non debet prohibere Confraternitati laicorum quominus deferant funalia accensa in processione sanctissimi Sacramenti *Sacra Congr. Rit. in Adrien.* 12. *Aprilis* 1603. de qua Sellius *d. cap.* 3. *n.* 104.

10 Episcopus & Canonici Cathedralis Thelesinæ residentiam facientes in Ecclesia sanctissimæ Trinitatis, seu sancti Leonardi terræ Ceretti possunt facere processiones ordinarias & extraordinarias cum propria Cruce, etiam sine licentia & interuentu Curati Ecclesiæ Parochialis sancti Martini, sub qua est dicta Ecclesia sancti Leonardi, & per limites ipsius Parochiæ, & per totum oppidum. *Sacra Congr Rit. in Thelesina* 18. *Augusti* 1615. & 15. *Iunij* 161 . de qua Sellius *d cap.* 3. *num.* 105.

Vide alia in verbo *Processio collect.* 605. 606. & 607.

SVMMARIVM.

1 *Visitare possunt Episcopi tanquam Sedis Apostol. delegati Ecclesias Parochiales Fratrum, siue Militum Hierosolymitanorum in his, quæ spectant ad curam animarum.*

2 *Visitationem incipere potest Episcopus ab Ecclesia qua sibi magis placuerit.*

3 *Procurandus à nemine est Episcopus exiens per villas & oppida vt Sacramentum Confirmationis tantum conferat.*

4 *Episcopus non potest ab eis, qui visitantur quicquam accipere pro decretis, & ordinationibus spectantibus ad visitationem.*

5 *Suspectus recusari non potest Episcopus visitans.*

6 *Archidiacono ad visitationem expediendam potest Episcopus præstituere terminum.*

7 *Visitationi & correctioni exemptorum in casibus permissis incumbens Episcopus potest procedere contra Conseruatores impedientes.*

8 *Exemptum locum visitans Episcopus in vim Concilij, non potest processus iudicialiter conficere.*

9 *Facultatem visitandi Ecclesiam Collegiatam exemptam potest Episcopus specialiter subdelegare.*

10 *Ecclesias, quæ nullius sunt diœcesis potest Episcopus legitimè visitare per suum Vicarium generalem.*

11 *Abbatia si habet vtramque iurisdictionem temporalem scilicet & spiritualem, non potest visitari ab Episcopo.*

12 *Castra in quibus Abbas iurisdictionem spiritualem & temporalem in Parochos, & Parochianos habet, non subsunt correctioni, & visitationi Episcopi.*

13 *Regulares in iis, quæ curam animarum concernunt visitare potest Episcopus.*

14 *Sacristias, paramenta. vasa sacra, Altaria, ac Tabernaculum, & pixidem sanctissimi Sacramenti visitare non potest Episcopus in monasteriis, & Ecclesiis Regularium.*

15 *Visitare potest Episcopus vti Sedis Apost. delegatus monasteria in iis, quæ concernunt curam animarum, interim dum non constat an essent nullius diœcesis.*

16 *Episcopus non tenetur accedere ad locum Capitularem pro visitandis singulis Canonicis.*

17 *Visitationum generalium in edictis præparatoriis non debet Episcopus præcipere in virtute sanctæ obedientiæ vt populus denunciet.*

18 *Episcopus in generali visitatione solus sine Coadiutoribus potest procedere contra Canonicos.*

Episcopus quoad visitationem.

Collect. CCC.

1 Episcopi tanquam Sedis Apost. delegati visitare possunt Ecclesias parochiales Fratrum, siue Militum Hierosolymitanorum in his, quæ spectant ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem. *Pius V. constit.* 136. incip. *Exposcit* 22. *Septembris* 1571. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag* 347. & illius meminerunt Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. cap.* 4. *num.* 7. Lauret de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regul. quæst.* 6. *vers. nono*, quos refero *de officio, & potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 105. *n.* 28.

2 Episcopus potest incipere visitationem ab Ecclesia, quæ sibi magis placuerit reseruatis iuribus. *Sacra Cong. Rit. in Egitanien.* 10. *Iuly* 1620. *in* 2. *dub.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 3. *tit.* 24. *num.* 94.

3 Episcopus exiens per villas, & oppida, vt Sacramentum Confirmationis tantum conferat, à

nemine

nemine est procurandus. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de visitat. n* 123.

4 Episcopus non potest ab iis, qui visitantur, quicquam accipere pro decretis, & ordinationibus spectantibus ad visitationem, pro rogitu, seu scriptura, laboreve suo. *Sacra Congr. Conc.* penea Armendar. *d. tit.* 6. *de visitat. num.* 126.

5 Episcopus visitans non potest tanquam suspectus recusari, dum tamen in eu processum non compilet, nisi in visitando modum excesserit. *Sacra Cong. Conc.* referentibus Armendar. *d tit* 6. *de visitat. l.* 5. §. 2. *num.* 7. 8. *&* 34. Nicol. Garc *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 198. Thom. Valasac. *alleg. Iuris tom.* 1. *alleg.* 70. *n.* 7. quos & alios refero *in collect. ad Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 10. *num.* 11.

6 Episcopus potest præstituere terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum, ne oneri sit Ecclesiis, quas visitauerit. *Sacra Congr. Conc.* apud Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 62. *pag.* 213. quam refero *de officio, & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 73. *n.* 39.

7 Episcopus, incumbens correctioni & visitationi exemptorum vigore facultatis sibi tanquam Sedis Apost. delegato à Concilio tributæ, potest procedere contra Conseruatores impedientes, præsertim si illi extra diœcesim commorentur. *Sacra Congr. Conc.* de qua Armendar. *d. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7 *de Episcopis num.* 75.

8 Episcopus visitans in vim Concilij locum exemptum, seu nullius diœcesis, non potest processos iudicialiter conficere, causasque Ordinarias cognoscere ac definire *Sacra Cong. Conc. sub die* 8. *Iunij* 1619. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 24. *num.* 101.

9 Episcopus potest subdelegare facultatem visitandi Ecclesiam Collegiatam exemptam, sed opus est subdelegatione speciali. *Sacra Cong. Conc. in Lucana* 7. *Februarij* 1611. quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol.* 8. *num.* 71.

10 Episcopus legitimè impeditus potest ex facultate sibi tradita à Conc. cap. 9. sess. 14. de reform. Ecclesias, quæ nullius sunt diœcesis, per suum Vicariom generalem visitare. *Sacra Congr. Conc. sub die* 17. *Ianuarij* 1585. penes Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 102.

11 Episcopi non possunt visitare ex decreto Conc. sess. 25. de Regul. cap. 11. tam Abbatiam quam loca sibi subiecta, si Abbatia habet vtramque iurisdictionem, temporalem scilicet, & spiritualem *Sacra Congr. Conc. in Theatina* 7. *Nouembris* 1620. quam adducit Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 103.

12 Episcopi visitationi, iurisdictioni, ac correctioni non subsunt castra, in quibus Abbas iurisdictionem spiritualem & temporalem in Parochos, & Parochianos exercet. *Sacra Congr Conc. in Theatina* 11. *Septembris* 1621. quam citat Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 104.

13 Episcopus potest Regulares in iis, quæ curam animarum & Sacramentorum administrationem concernunt, visitare, & examinare, & contra eos non parentes, & non exequentes decreta in visitatione facta procedere, eosque cogere ad exequendum. *Sacra Cong Conc. in Camerinen.* 20. *Martij* 1621. quam commemorat Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 105. Secus si nulla animarum cura ibi sit, vt in sequenti declaratione. Episcopus debet se abstinere à visitatione monasteriorum, atque Ecclesiarum Regularium exemptorum, in quibus cura animarum secularium non imminet: itemque Monialium iisdem Regularibus subiectarum in iis, quæ ad ipsam clausuram non pertinent. *Sacra Congreg. Concil. in Ianuen.* 26. *Ianuarij* 1619. quam refert Laurentius de Peyrinis *de priuileg. Regular. ad constitut. IV.* §. 10. *num.* 18.

14 Episcopi seu alij locorum Ordinarij vigore cuiusuis decreti Concilij nullam habent facultatem quouis tempore in monasteriis, Domibus, & Ecclesiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum personarum secularium visitandi sacristias, paramenta, vasa sacra, Altaria, & cætera huiusmodi, aut etiam Tabernaculum, seu Pixidem, in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur. *Sacra Congr. Conc.* de qua meminerunt Quarant. *in sum. Bullarum verbo priuilegia Regular. pag. mihi* 514. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 36. *art.* 4. *in fine, & in suo Bullario in Clemente VIII. in princ.* Laurent. de Peyrinis *d.* §. 10. *n.* 17.

15 Episcopus Burgi S. Sepulcri interim dum non constat an Ecclesia Sanctæ Mariæ de Balmo Ordinis Camaldulensis, cui cura animarum incumbit, sit nullius diœcesis, potest visitare monasterium auctoritate Sacræ Cong. Concilij, & reliqua loca tanquam Sedis Apost. delegatus. *Sacra Congr. Conc. sub die vlt. Iuly* 1621. quam refert Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 106.

16 Episcopus non tenetur accedere ad locum Capitularem pro visitandis singulis Canonicis, sed potest singulariter illos ad se vocando visitare. *Sacra Congr. Conc. in Oriolen.* 27. *Martij* 1634. *in resp ad* 4. *dub.* cuius meminit Bonsadin. *d. resol.* 8. *num.* 73.

17 Episcopus in edictis præparatoriis visitationum generalium non debet præcipere in virtute sanctæ obedientiæ vt populis denuntiet ea, quæ correctione, & emendatione digna iudicabit. *Eadem Sacra Congr. Conc. in d. Oriolen. in resp. ad* 3. penea Bonsadin. *d. resol.* 8. *num.* 74.

18 Episcopus in generali visitatione solus sine Coniudicibus potest procedere contra Canonicos eisque pœnam imponere extraordinariam, quæ magis morum emendationem, quam correctionem respiciat. *Eadem Sacra Congr. in d. Oriolen. in resp. ad* 4. apud Bonfadin. *d. resolut.* 8. *num.* 75.

Vide plura alia *in verbo Visitare, collect.* 726. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Locum primum supra* Dignitates *&* Canonicos *potest Episcopus suo Vicario assignare.*

2 *Canonicorum duorum opera, sed non plurium siue de Cathedrali siue de Collegiata vti potest Episcopus.*

3 *Vasa ecclesiastica & vtensilia, in quibus adhibetur sacra Vnctio solum Episcopus consecratus benedicere potest.*

4 *Laicum, qui subornare attentauit testes in causa pendente coram iudice ecclesiastico Episcopus punire potest.*

5 *Benedictionem eorum in quibus non adhibetur sacra Vnctio potest Episcopus delegare personis in ecclesiastica Dignitate constitutis.*

6 *Benedictionem Ecclesiæ seu Capellæ in agro existentis potest Episcopus delegare alicui Sacerdoti sibi bene viso.*

7 *Regularem exemptum, qui ob notorium delictum in censuras incidit, potest Episcopus denunciare pro publico excommunicato.*

8 *Confeſſarium ad ſe abſoluendum de aliquo caſu Sedi Apoſt. reſeruato poteſt Epiſcopus deputare cum eadem auctoritate, quam iidem poterat concedere in alios ſibi ſubditos.*

9 *Indecentia & ſcandaloſa in Eccleſiis poteſt Epiſcopus remouere arbitrio ſuo.*

10 *Confraternitatibus laicorum poteſt ex cauſa Epiſcopus concedere vt in eorum Eccleſia conſeruent Sanctiſſimum Sacramentum.*

11 *Scamna & loca laicorum in Eccleſia poteſt Epiſcopus ſuo arbitrio moderari.*

12 *Sedes laicorum etiam Præfecti, & Commendatarij ne locentur in Presbyterio apud Altare poteſt Epiſcopus prohibere.*

13 *Conſuetudinem longioris vacationis canonicorum à ſeruitio Eccleſiæ poteſt Epiſcopus reducere ad tempus præſcriptum à Sacro Concil.*

14 *Dignitatibus & Canonicis prohibere poteſt Epiſcopus ne audeant, vel præſumant quicquam ſtatuere extra locum Capitularem, & non vocatis omnibus.*

15 *Canonici vt ſedeant in ſedibus chori, vel in ſcamnis apud Altare hinc inde poteſt Epiſcopus ordinare.*

16 *Feneſtram ex domo reſpicientem in Eccleſia ſolus Epiſcopus habere poteſt.*

17 *Confraternitatum eccleſiaſticarum bona taxare poteſt Epiſcopus pro contributione ſeminarij.*

18 *Concubinarios nullis præcedentibus monitionibus poteſt Epiſcopus caſtigare quando non procedit ad cenſuras.*

19 *Sedere pro tribunali poteſt Epiſcopus quocunque diœceſis loco vbi maluerit.*

20 *Parocho vt in diebus feſtiuis bis celebret concedit Epiſcopus ob defectum Sacerdotum.*

21 *Capitularibus actibus quando interuenire poſsit Epiſcopus.*

22 *Canonicum vnum vel duos poteſt Epiſcopus penes ſe retinere qui fructus Præbendæ, non tamen diſtributiones percipiant.*

23 & 24 *Epiſcopus qualiter poſſit exequi pia opera, & eorum rationes exigere?*

25 *Chori vna pars ne vacua remaneat per abſentiam Canonicorum prouidere debet Epiſcopus.*

26 *Capellanos, ſeu adiutores ad exercendam curam animarum deputatos examinat Epiſcopus.*

27 *Confiteri & Euchariſtiam ſumere temporibus ab Eccleſia ſtatutis negligentes poteſt Epiſcopus excommunicare.*

28 *Viſitationis teſtamentorum ratione ex relictis piis cauſis poteſt Epiſcopus ex conſuetudine aliquid exigere.*

29 *Canonicos ad præſtandum iuramentum de fideliter punctando poteſt cogere Epiſcopus.*

30 *Militem Hieroſolymitanum, & alios exemptos offendentes Officiales ſuæ Curiæ Epiſcopalis in actu exercendi ſuum officium poteſt Epiſcopus coercere, & punire.*

31 *Portionem competentem aſſignare poteſt Epiſcopus Sacerdotibus qui erunt præfecti nouis Parochiis arbitrio ſuo ex omnibus fructibus ad Matricem pertinentibus.*

32 *Cauſas illorum apud quos reperiuntur libri prohibiti, poteſt Epiſcopus abſque Inquiſitore determinare.*

33 *Clericum delinquentem, & requiſita non habentem poteſt punire Epiſcopus.*

Epiſcopus poteſt.

Collect. CCCI.

1 Epiſcopus poteſt primum locum ſupra dignitates & Canonicos ſuo Vicario aſſignare. *Sacra Cong. Rit. in Egitanien. 10. Decembris 1601.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 3. tit. 24. n. 107.*

2 Epiſcopus poteſt vti opera duorum Canonicorum, ſed non plus duobus, ſiue de Cathedrali, ſiue de Collegiata. *Sacra Congr. Conc. in Colonien. 9. Septembris 1628.* quam citat Sellius *in ſelectis Canon. cap. 3. n. 112.*

3 Epiſcopus conſecratus ſolum poteſt benedicere vtenſilia, & vaſa eccleſiaſtica, in quibus adhibetur ſacra Vnctio. *Sacra Congreg. Rit. in Brixien. 9. Maij 1610.* quam adducit Sellius *d. c. 3. n. 113.*

4 Epiſcopus poteſt procedere contra laicum qui ſubornare attentauit teſtes in cauſa pendente coram Iudice eccleſiaſtico *Sacra Congr. Immunitatis in Regien. 18. Martij 1631.* cuius meminit Ciarlin. *controuerſ. forenſ. c. 48.*

5 Epiſcopus poteſt delegare perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis in ſua diœceſi benedictionem paramentorum, vaſorum, & aliarum rerum pro vſu Eccleſiarum, in quibus non ſit adhibenda ſacra Vnctio, quæ tantum ab ipſo Epiſcopo ſunt benedicenda, & inungenda. *Sacra Cong. Rit. in Imolen. 14. Nouembris 1615. & in Lunen. 12. & 24. Martij 1616. & in Saonen. 3. Decembris 1616. & in Taurinen. & Taruiſana, & Piſtorien. 2. Martij 1619. & in Cuſen. 15. Iunij 1619. & in Nouarien. 21. Mart. 1620. & in Tudertina 7. Auguſti. 1620.* quarum meminit Aldan. *d. tit. 24. num. 108.*

6 Epiſcopus poteſt delegare alicui Sacerdoti ſibi beneviſo benedictionem Eccleſiæ, ſeu Capellæ in agro exiſtentis, ſi aliàs eſt legitimè conſtructa. *S. Cong. Rit. in Pennen. 14. Februarij 1632.* penes Sellium *d. c. 3. n. 114.*

7 Epiſcopus poteſt Regularem exemptum, qui ob notorium delictum in cenſuras incidit, denunciare pro publico excommunicato, vt tanquam talis euitetur ab omnibus. *Sacra Cong. Conc. in Liman. 29. Ianuarij 1633.* quam refert Bonfadus. *in theſauro eccleſiaſt. deciſ. reſol. 8. num. 67.*

8 Epiſcopus lapſus in aliquod delictum S. Sedi reſeruatum poteſt ad ſe abſoluendum Confeſſarium deputare, cum eadem auctoritate, quam eidem poterat concedere in alios ſibi ſubditos *in c. 6. ſeſſ. 24. de reform. S. Cong. Conc.* apud Stephan. Daluin *de Epiſcop. & Abbatum poteſt. c. 26. n. 19.*

9 Epiſcopus poteſt remouere indecentia & ſcandaloſa in Eccleſiis arbitrio ſuo. *S. Cong. Rit. in Egitanien. 10. Iunij 1602. in reſp. ad dub. 5.* quam citat Sellius *d. c. 3. n. 115.*

10 Epiſcopus poteſt ex cauſa concedere Confraternitatibus laicorum, vt in eorum Eccleſia conſeruent ſanctiſſimum Sacramentum. *S. Cong. Rit. in Iſcal. de ferro 11. Iunij 1604.* referente Sellio *d. c. 3. n. 116.*

11 Epiſcopus poteſt ſuo arbitrio moderari ſcamna, & loca laicorum in Eccleſia. *S. Cong. Rit. in Entomilien. 10. Decem. 1604.* atteſtante Sellio *d. c. 3. n. 117.*

12 Epiſcopus poteſt prohibere ne ſedes laicorum etiam Præfecti, & Commendatarij locentur in Presbyterio apud Altare, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium *Eadem S. Cong. in d. Egitanien. in reſp. ad dub. 6.* penes Aldan. *d. tit. 24. n. 109.*

13 Epiſcopus poteſt reducere conſuetudinem longioris vacationis Canonicorum à ſeruitio Eccleſiæ ad tempus præſcriptum à Sacro Concilio Tridentino. *Sacra Congr. Conc. in Egitanien. 23. Nouembris 1602. in 1. dub.* apud Sellium *c. 3. n. 118.*

14 Epiſcopus poteſt auctoritate Ordinaria &

etiam Apoſtolica ſibi delegata à Sacra Cong. prohibere Decano, & aliis quibuſcunque dignitaribus, & Canonicis ne audeant, vel præſumāt quicquam ſtatuere, vel terminare, quod ad Eccleſiæ commodum, vel incommodum pertineat extra locum Capitularem, & non vocatis omnibus Canonicis, & Capitularibus. *Sacra Congr. Rit. in Lamacen. 7. Octobris* 1606. quam refert Aldan. *d. tit.* 24. *num* 110.

15 Epiſcopus poteſt ordinare vt Canonici ſedeant in ſedibus chori, vel in ſcamnis apud Altare hinc inde iuxta vſum introductum, prout ſibi melius videbitur. *Sacra Cong. Rit. in Alexandrina 25. Martij* 1608. *in reſpon. ad 11. dub.* quam citat Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 111.

16 Epiſcopus ſolus poteſt habere feneſtram ea domo reſpicientem in Eccleſia. *S. Congr. Rit. in Elboren.* 19. *Iunij* 1604. quam adducit Sellius *d. cap.* 3. *n.* 119.

17 Epiſcopus poteſt pro contributione ſeminarij taxare bona Confraternitatum quatenus ſint eccleſiaſtica. *Sacra Cong. Con. in Signina* 29. *Nouembris* 1628. teſte Sellio *d. c.* 3. *num.* 120.

18 Epiſcopus poteſt contra concubinarios nullis præcedentibus monitionibus procedere, quando non procedit ad cenſuras. *Sacra Cong. Conc. die* 23. *Iunij* 1629. quam commemorat Bonfadin. *d. reſol.* 8. *n.* 69. Et iterum. Epiſcopus poteſt contra concubinarios procedere incarcerando quando timetur de fuga iuxta formam traditam *in cap.* 6. abſque monitione, Vel ſic. Epiſcopus poteſt ipſe ſolus ex decreto *Concilij ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 14. in crimine concubinatus ad informationem ſummariam & incarcerationem procedere, vbi de fuga timetur, idque abſque forma, & monitione illa, quæ præſcripta eſt dicto decreto Concilij. *Sacra Cong. Conc.* vtramque refert Nico. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 10. *n.* 186.

19 Epiſcopus poteſt ſedere pro tribunali quocunque diœceſis loco maluerit. *S. Cong. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis n.* 93. de qua materia Ego *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 80.

20 Epiſcopus poteſt in defectum Sacerdotum concedere Parocho, vt in diebus feſtiuis bis celebret. *Sacra Cong. Conc.* 17. *Auguſti* 1626. quam citat Sellius *d. c.* 3. *n.* 121.

21 Epiſcopus poteſt interuenire in actibus Capitularibus, dummodo non agatur de intereſſe ſuo, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium. *Sacra Congr. Conc. ſub die* 2. *Martij* 1619. quam refert Aldan. *d. tit.* 24. *num.* 112.

22 Epiſcopus poteſt retinere penes ſe vnum, vel duos Canonicos, qui fructus Præbendæ, non tamen diſtributiones quotidianas percipiant, ac ſi in choro præſentes eſſent, etiam ſtante conſuetudine in Eccleſia Cathedrali, quod Canonici non intereſſentes diuinis non percipiant fructus Præbendæ. *Sacra Congr. Conc.* atteſtante Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 147.

23 Epiſcopus poteſt etiam extra viſitationem, & in caſibus à iure non expreſſis eleemoſynas Montis pietatis, ſiue charitatis, & loca omnia quomodocunque nuncupentur, etiamſi cura illorum ad laicos pertineat, & etiamſi ſint exempta, ex officio ſuo cognoſcere, & exequi, prout ea omnia, quæ ad Dei cultum, & animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt. Necnon poteſt exigere rationem ab adminiſtratoribus eorum locorum merè laicorum, & priuatorum generaliter abſque vlla diſtinctione, & quando ex priuilegio, conſuetudine, vel aliqua alia Conſtitutione, aliis reddenda eſſet, ratio eiſdem reddenda eſt, adhibito cum illis Ordinario, niſi in fundatione aliter cautum eſſet, nempe quod rationes nec Ordinario reddendæ eſſent, *Sacra Congr. Conc.* apud Aldan. *dict. tit.* 24. *num.* 113.

24 Epiſcopus poteſt exigere rationem adminiſtrationis ab adminiſtratoribus in locis, quæ ſunt ſub immediata Regum protectione, vel etiam ea Apoſtolico priuilegio ante Concilium exempta à quacunque iuriſdictione Ordinarij, quandoquidem decreto c. 9. ſeſſ. 22. de huiuſmodi rationibus reddendis non excipit loca Regiæ Protectionis, ſicut illa exceperat cap. 8. præcedent. quoad viſitationem. *Sacra Congr. Conc. in Neapolitana* 11. *Auguſti* 1618. de qua Aldan. *dict. tit.* 24. *num.* 114.

25 Epiſcopus poteſt, & debet prouidere iuxta formam *cap.* 12. *in fine ſeſſ.* 24. *de reform.* ne vna pars chori aliquando vacua remaneat per abſentiam Canonicorum, dum Canonici habentes aſſignatas ſedes in alia parte, ſedes ſuas egredi renuunt. *Sacra Cong. Conc. in Gienen.* 7. *Septembris* 1595. referente Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 115.

26 Epiſcopus poteſt Capellanos, ſeu adiutores ad exercendam curam animarum deputatos à Capitulo, ſiue à quocunque ad id auctoritatem habente examinare, nec debet permittere illis abſque eius approbatione curam exercere, nec Sacramenta adminiſtrare. *Sacra Congr. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *n.* 182.

27 Epiſcopus poteſt aduerſus eos, qui temporibus ab Eccleſia ſtatutis confiteri, & Euchariſtiam ſumere neglexerint, vſque ad excommunicationem procedere, etſi text. in cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. ab Eccleſia vellet arcendos. Poterit quoque Epiſcopus talibus pro ſatisfactione pœnas pecuniarias pro loco applicandas imponere, cum hæ aliquando magis timeantur, non expedit tamen vt Epiſcopus ſibi reſeruet abſolutiones eorum, qui temporibus conſtitutis negligunt confiteri, & communicare. *Sacra Congreg. Conc.* per Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 29. *l.* 1. *§.* 1. *de confitendo ſemel in anno n.* 1.

28 Epiſcopus poteſt ex conſuetudine exigere, veluti trigeſimam ex relictis piis ratione viſitationis teſtamentorum, ſecus verò ſi in teſtamentis nullum eſſet relictum pium, exceptis tamen victualibus, quæ debentur ab aliis, qui conſueuerunt procurationem præſtare. *S. Cong. Conc.* cuius meminit Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de viſitat. n.* 118.

29 Epiſcopus poteſt cogere Canonicos ad præſtandum iuramentum de fideliter punctando in choro. *Sacra Congr. Concil. ſub die* 17. *Martij* 1619. de qua Sellius *d. cap.* 3. *num.* 123.

30 Epiſcopus poteſt coërcere, & punire militem Hieroſolymitanum, & alios exemptos offendentes perſonam officialium ſuæ curiæ Epiſcopalis in actu exercendi ſuum officium, aut aliàs ſuam iuriſdictionem impedientes. *Sacra Congr. Conc. in Panormitana* quam refero *in tract. de iure eccleſ. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 154.

31 Epiſcopo licet aſſignare Sacerdotibus, qui erunt Præfecti nouis Parochiis, ſecundum hoc decretum (*ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 4.(conſtitutis competentem portionem arbitrio ſuo ex omnibus fructibus ad matricem pertinentibus, non diſtinguendo magis decimas, quàm alia corpora redditanum eius. Refert Rota *deciſion.* 595. *n.* 1. *in fine part.*

4. recent. aliàs part. 2. in posthum. Fariu.

32 Episcopus potest absque Inquisitore cognoscere, decidere, & determinare causas illorum, apud quos reperiunnit libri probibiti non sapientes manifestam hæresim. *S. Cong. generalis, & vniuersalis Inquisitionis* 2. *Decembris* 16 12. cuius memini *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 91. *n.* 8. *in fine.*

33 Episcopus potest punire Clericum delinquentem, & requisita non habentem, etiamsi Iudex Laicus præuenerit, à quo repetere potest, dummodo ille à lege, vel ab homine per declarationem seruatis seruandis factam non fuerit priuilegiis clericalibus denudatos. *S. Cong. Conc. die* 11. *Nouembris* 1630. quam citat R. P. D. meus Alexand Sperell. *in decis. fori eccles. decis.* 17. *n.* 33. *in fine*, vbi testatur hanc resolutionem fuisse à Sanctissimo D. N. Vrbano VIII. canonizatam, & approbatam.

SVMMARIVM.

1 *Almutia & caputia vt deferāt, non potest concedere Episcopus Archipresbyteris Collegiatarum Ecclesiarū.*

2 *Caputium, vel aliud signum, aut colorem concedere non potest Episcopus Dignitatibus, & Canonicis absque Sedis Apost. licentia.*

3 *Almutia vt deferant Mansionarij, & Prabendati non potest concedere Episcopus.*

4 *Cappam vt deferant Canonici non potest eos cogere Episcopus.*

5 *Chori Præfectum non potest Episcopus creare sine licētia Apost. si ad primam dignitatē hoc munus pertineat.*

6 *Priuilegium concessum Abbatibus benedictis exercendi Pontificalia, & Pontificaliter celebrandi in eorum Ecclesiis, non potest Episcopus extendere ad Abbates non benedictos.*

7 *Curatos & Rectores Ecclesiarum non potest Episcopus cogere, sed hortari vt necessaria subministrent Presbyteris celebrare volentibus in eorum Ecclesiis.*

8 *Officium alicuius Sācti, quod in Cathedrali Ecclesia ab immemoriali tempore celebratur, non potest Episcopus efficere vt celebretur per totam diœcesim.*

9 *Festa Kalendarij Romani ad nobiliorem ritum eleuare non potest Episcopus.*

10 *Parochialem Ecclesiam in Collegiatam erigere non potest Episcopus.*

11 *Licentiam vt quis Missam celebrare possit cum baretino in capite non potest concedere Episcopus.*

12 *Canonicorum in ingressu vt quid minimum soluatur, non potest statuere Episcopus.*

13 *Baptismalem fontem quando possit Episcopus in Ecclesia sub Parochiali instituta constituere?*

14 *Capellanos habentes seruitium chori in capella propè Cathedralē non potest Episcopus ad eam transferre.*

15 *Ecclesiæ non parochiali concedere nō potest Episcopus vt in ea retineatur sanctissimum Sacramentum solum pro adoratione fidelium.*

16 *Episcopus non potest aliquem excusare à residentia in choro nisi iuxta dispositionem cap. vnic. de cleric. non resid. lib. 6.*

17 *Dismembrare non potest Episcopus partem Curæ animarum ab Ecclesia Parochiali subiecta Religioni Hierosoly. & applicare alteri Ecclesiæ eiusdem loci.*

18 *Priuare non potest Episcopus Canonicos sua Ecclesia ob non susceptos Ordines absque solemnitate ab Ecclesia requisita.*

19 *Vniuersitatem compellere non potest Episcopus ad præstandam solitam eleemosynam prædicatori, si ipsum prædicatorem voluerit deputare.*

20 *Parochi opera vti nō potest Episcopus vltra duos mēses.*

21 *Dispensare non potest Episcopus vt dignitas in Cathedrali conferatur minori* 22. *annorum.*

22 *Coadiutoriam quando possit Episcopus erigere in vim decreti Conc. sess* 2.. *de reform. cap.* 4.

23 *Licentiam Iudici laico concedere non potest Episcopus vt examinet aliquem reum in Ecclesia.*

Episcopus non potest.

COLLECT. CCCII.

1 EPiscopus non potest Archipresbyteris Collegiatarum Ecclesiarum suæ diœcesis concedere, vt deferant almutia, & caputia, sicut deferant Canonici Cathedralis. *S. Cong. Rit. in Pen.* 30. *Iul.* 1616. teste Aldan. *in compend. Canon. resol. lib.* 3. *tit.* 14. *n.* 117.

2 Episcopus non potest concedere caputium, vel aliud signum, aut colorem Dignitatibus, & Canonicis mutari absque Sedis Apost. licentia. *S. Cong. Rit. in Hydrunt.* 1. *Septem.* 1618. *& in Brundu. Messapia* 10. *Decem.* 1612. quas citat Sellius *in selectis Can. ca.* 3. *n.* 125.

3 Episcopus non potest concedere vt Mansionarij & Præbendati deferant almutia. *S. Cong. Rit. in Placent.* 16. *Ianuarij* 1620. referente Sellio *d. c.* 3. *n.* 126.

4 Episcopus non potest, nec debet cogere Canonicos vt deferant cappam. *S. Cong Rit. in Eluen.* 10. *Ianuarij* 1604. *in* 3. *dub.* quam commemorat Sellius *d. c.* 3. *n.* 127.

5 Episcopus non potest sine licentia Apostol. creare præfectum chori, si ad primam Dignitatem hoc munus pertineat, etiam prætextu quod chorus non rectè gubernetur. *Sacra Congr. Rit. in Caphaluden.* 4. *Iuly* 1614. penes Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 118.

6 Episcopus non potest priuilegium concessum Abbatibus benedictis exercendi Pontificalia, & Pontificaliter celebrandi in eorum Ecclesiis, extendere ad Abbates non benedictos, & extra proprias Ecclesias. *Sacra Cong Rit. in Pampilonen.* 8. *Maij* 1617. apud Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 119.

7 Episcopus non potest cogere, sed hortari Curatos, & Rectores Ecclesiarum vt necessaria ministrent Presbyteris celebrare volentibus in eorum Ecclesiis. *S. Cong Rit. in Eguanen.* 10. *Iunij* 1602. *in* 3. *dub.* teste Sellio *d. c.* 3. *n.* 128.

8 Episcopus non potest ordinare, vt officium alicuius Sancti, quod cum particulari Oratione in Cathedrali Ecclesia ab immemoriali tempore celebratur, celebretur etiam per totam diœcesim. *Sacra Congr. Rit. in Boianen.* 16. *Ianuary* 1617. quam adducit Aldan. *d. tit.* 24. *n.* 120.

9 Episcopus non potest eleuare festa Kalendarij Romani ad nobiliorem ritum, puta à semiduplici ad duplicem sine licentia Sedis Apostol. *S. Congr. Conc. sub die* 28. *Octobris* 1628. de qua Sellius *d. c.* 3. *n.* 129. Nec addere Kalendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea, quæ Breuiarij Romani rubricis, vel S. Rituum Congregationis, seu Sedis Apost. licentia conceduntur, eadem *S. Congr. die* 8. *Aprilis* 1628. quam citat Gauant. *in rub. Breuiarij sect.* 1. *c.* 5. *tit.* 2. *n.* 9.

10 Episcopus non potest erigere Ecclesiam Parochialem Collegiatam. *S. Cong Rit. in Caputaquen.* 12. *Iulij* 1628. de qua meminit Aldan *d. tit.* 24. *n.* 121.

11 Episcopus non potest concedere licentiam vt quis celebrare possit Missam cum baretino in capite, sed spectat tantum ad summum Pontificem eam dare. *Sacra Congr. Conc. sub die* 16. *Februarij* 1619 penes Sellium *d. c.* 3. *n. n.* 130.

12 Episcopus non potest statuere etiam cum consensu Capituli vt aliquid minimum soluatur in ingressu Canonicorũ, quia hoc est prohibitum per Bullam Pij V. *S. Cong. Cong.* apud Sellium *c.3.n.131.*

13 Episcopus non potest in Ecclesia sub Parochia instituta, & à Parochiali duodecim milliaribus distante fontem baptismalem constituere, prohibente c. plures 16. q.1. etiamsi ad hoc cohonestandum peterent rationes, *ca. ad audientiam el. t. de eccles. ædific. S. Congr. Conc. sub die 17. Augusti 1626.* quam refert Aldan. *d. tit. 24. n. 123.*

14 Episcopus non potest transferre in Cathedralem Capellanos habentes seruitium chori in capella prope Cathedralem existente ob paruum numerum Capellanorum, propter quod minus decenter ibidem chorus retineatur. *Sacra Congr. Conc. in Burgen. 12. Augusti 1618.* de qua mentionem facit Aldan. *d. tit. 24. n. 124.*

15 Episcopus non potest concedere Ecclesiæ non Parochiali vt in ea retineatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum solum pro adoratione, sed requiritur licentia Sedis Apost. *Sacra Cong. Conc.* teste Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. numer. 31.*

16 Episcopus non potest aliquem excusare à residentia in choro, nisi iuxta dispositionem *ca. vnici, de cleric. non resident. in 6. Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. c. 2. num. 407.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. de residentia sub tit. an Canonici, &c. n. 84.*

17 Episcopus non potest dismembrare partem curæ animarum ab Ecclesia Parochiali subiecta Religioni Hierosolymitanæ, & applicare alteri ecclesiæ eiusdem loci sub prætextu, quod populus esset numerosus. *Sacra Congregat. Conc. in Ostunen. 12. Iulij 1631.* cuius meminit Sellius *dict. cap. 3. numer. 132.*

18 Episcopus non potest ad priuationem procedere ob non susceptos Ordines contra Canonicos suæ ecclesiæ absque solemnitate à Concilio requisita. *S. Cong. Conc.* penes Ald. *d. tit. 24. n. 125.*

19 Episcopus non potest compellere vniuersitatem ad præstandam solitam eleemosynam Prædicatori si ipsum Prædicatorem voluerit deputare: secus verò si sonat Vniuersitatem vt consueuit eligere sibi Prædicatorem ab ipso tamen approbandum. Si verò esset consuetudo immemorialis quod Vniuersitas soluat, & Episcopus eligat, tunc ea seruanda erit. *Sacra Congregat. Conc. in Ariminen. 29. Octobris 1585. & in Conuersana 17. Maij 1588.* apud Sellium *d. c. 3. nu. 133.*

20 Episcopus non potest vltra duos menses vti opere Parochi. *S. Congr. Conc. sub die 8. Ianuarij 1628.* quam refert Sellius *d. c. 3. nu. 134.*

21 Episcopus non potest dispensare vt Dignitas in Ecclesia Cathedrali non habens curam animarum possit conferri illi, qui non habuerit 22. annos completos. *S. Cong. Conc. sub die 20. Septembris 1631.* de qua Aldan. *d. tit. 24. n. 126.*

22 Episcopus non potest in vim decreti *Concilij Trid. sess. 21. de reform. c. 4.* erigere coadiutoriam, sed vtique cogere Rectorem ad adiungendum sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant ecclesiis in Sacramentis administrandis. *Sacra Cong. Conc.* teste Armendar *in addit ad recop. legum Nauarræ lib 1. tit. 18. l 7. de episcop. n. 43.* quem refero *de iure ecclesiast. Vniuerso lib. 2. c. 1 n. 10.*

23 Episcopus tanquam Ordinarius non potest concedere licentiam Iudici laico vt examinet præsertim cum iuramento & formaliter aliquem reum, vel testem in Ecclesia, vel alio loco Immuni. *Sacra Congregat. super controuers. iurisdict. sub die 2. Maij 1629.* quam refert & ad suam petitionem sic respondisse testatur R. P. D. Alexand. Sperell. *in decis. fori eccles. decision. 51. numer. 18.*

Epistola. Vide in verbo *Euangelium collect. 334. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicus si fuerit Eques Religiosus non potest supra habitum Canonicalem deferre Crucem Ordinis Militaris.*
2 *Habitum suæ Religionis æques Religiosus gestare tenetur.*
3 *Equites cuiuscunque Ordinis Religiosos alterius etiam laxioris recipere nequeunt.*
4 *Fori priuilegio gaudent Equites Religiosi.*
5 *Equites Regulares decreto Concil. Trid. sess. 25. de Regul. c. 15. non comprehenduntur.*
6 *Equites Regulares offendentes personam officialium Curiæ Episcopalis quando possint ab Episcopo puniri.*

Eques Regularis.

COLLECT. CCCIII.

1 EQues Regularis si fuerit Canonicus non potest supra habitum Canonicalem deferre Crucem Ordinis Militaris. *Sacra Congregat. Rit. in Toletana 2. Octobris 161.* teste Sellio *in select. Canonic. capit. 50. numer. 3.* & me citato Lezana *in summa quæstio. Regular. tom. 9. capit. 5. numer. 57.*

d Equites cuiussuis Ordinis eius habitum gestare tenentur. *Sixtus V. constit. 92. incip. Cum sacrosanctam 5. Id. Ianuar. 1589.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 653.*

3 Equites cuiuscunque Ordinis Religiosos alterius etiam laxioris recipere nequeunt. *Pius V. constit. 89. incip. Quæcunque, pridie Id. Octobris 1569.* a Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 290.*

2 Equites Regulares quorumcunque Ordinum Militarium fori priuilegio gaudent. Sacra Cong. Immunitatis ecclesiast. in vna Assissien. de mense Decembris 1627. in qua annuente Sanctissimo mandauit Placidum Bentium Equitem Christi ad forum ecclesiasticum esse remittendum de qua meminit R. P. D. Sperell. *in decis. fori eccles. decis. 2. num. 97.* Eadem *S. Congr. in Mantuana die 25. Septembris 1617.* censuit Equitem Religionis Christianæ inquisitum & carceratum à Ministris Ducalibus consignari Episcopo Mantuano vna cum originali processu facto quamuis nullo, qui vt delegatus causam cognoscat audito procuratore Ducali, & facta consignatione vt supra, mandauit quod Dux absolueretur, & omnes complices ab Episcopo, & huiusmodi decreta refert R. P. D. meus Alexander Sperell. *in decisionib. fori eccles. decis. 2. n. 120.*

5 Equites Regulares decreto *Concilij Trid. ſeſſ. 25. de Regular. c. 15.* non comprebenduntur. *Sacra Congr. Conc.* teſte Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18 l. 7. de Relig. num. 7.* quem refero *de Epiſcop. p. 3. alleg.* 101 *numer. 5. & in collect. ad dict. cap. 15. Concilij num. 2.* vbi plures Doctores citantur hanc ſententiam ſequentes, & num. 5. poſt enndem Armendar. *dict. l. 7. de Relig. num. 16.* & alios oſtendi, ſub illo deereto comprehendi Hieroſolymitanos Equites ex peculiari ipſorum ſtatuto.

6 Equites Regulares offendentes perſonam officialium Curiæ Epiſcopalis in actu exercēdi ſuum officium, aut aliàs ſuam iuriſdictionem impedientes, ab eodem exerceri & puniri poſſunt. *Sacra Congregat.* Conc. *in vna Panormitana*, cuius memini *de Iure eccleſiaſtico vniuerſo lib. 1. capit. 43. numer.* 154.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Militari Ordine S. ſepulchri agentes*

2 *Equites S. Sepulchri cur ita appellati, & quo tempore inſtituti?*

3 *Equites S. Sepulchri ad quæ ex regula præſcripto tenerentur.*

4 *Equites S. Sepulchri Melitenſibus aggregati in totum eſſe deſierunt præter paucos, qui adhuc per Belgium conſeruantur.*

Equites S. Sepulchri.

Collect. CCCIV.

1 DE his Illeſcas *in hiſtoria Pontific. p. 2. lib. 6. ca.* 20. Silueſt. Marul. *in occeano Relig li. 3 pag* 232. Mennenius *in delit. equeſtrib. tit. de Equitibus ſancti Sepulchri.* qui in fine libelli ponit ſtatuta & leges huius Militiæ, Iacob. Boſſi. *tom. 1. hiſtoria Meliteuſ. lib. 5 anno* 1143. Petrus Bellogus *cap.* 14 Euſebius *in vita Conſtantini lib* 4. Ioſeph. Micheli *en el theſoro Militar de Caualleria fol.* 14.

2 Equites ſancti Sepulchri ſic dicti, vel qnod prope ſepulchrum Chriſti primum illorum fuerit domicilium, vel qnod ad ſecurandas vias peregrinantibus ad ſanctum ſepulchrum fuerit Chriſti ſeruatoris cuſtodia. Aliqui eius inſtitutionem à tempore S. Helenæ Conſtantini matris trahunt poſtquam Dominicam Crucem inuenit: aliqui ab imperio Caroli Magni cum donatione Aaronis Sarracenorum Regis Sepulchrum Chriſti Domini accepit. Alij (qnod verius credimus) non vltra Balduini hoc nomine primi Hieroſolymitanorum Regis, & Pontificatum Paſchalis II. (moritur anno 1110.) reijciunt.

3 Equites ſancti ſepulchri tenebantur ex regulæ præſcripto infidelibus arma inferre, Chriſtianos redimére, ferre in pectore ſcutum Hieroſolymitanum, id eſt Crucem rubrám, quæ quaternas alias contineret, in memoriam Paſſionis Chriſti. Cæterùm amiſſis Hieroſolymis, eiectiſque à Syria in totum Chriſtianis, qui ex Equitibus ſancti Sepulchri ſupererant, in Italiam remigrantes partim Perugiæ conſederunt, Rhodianæ

4 Militiæ, nunc Melitenſi, iuſſu Innocentij VIII. adſcripti ſunt, ſicque in totum eſſe deſierunt, præter paucos, qui adhuc per Belgium conſeruantur.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Militari Auis in Portugalia agentes.*

2 *Equites de Auis, vbi & à quo inſtituti?*

3 *Vexillum equitum Auiſienſium quale?*

4 *Commenda quot habent hi equites de Auis.*

5 *Auiſienſis Militia gaudet omnibus priuilegiis Militiarum S. Iacobi, & de Calatraua, & de Alcantara in Regnis Caſtellæ, & Legionis.*

6 *Adminiſtratores perpetui Militiæ Auiſienſis nunc ſunt Portugaliæ Reges.*

Equites de Auis, apud Luſitanos.

Collect. CCCV.

DE his Auiſienſis Militiæ Equitibus agunt Regij Hiſtoriographi Luſitani, præcipuè
1 Oduardos Nunez do Leño, Petrus Marizius, & Antonius de Vaſconcellos *in Rege Alphonſo I.* Andræas de Reſende *in libello de inſtitutione Ordinis Auiſij*, Franciſcus de Anellar *in libello de inſtitutione, & origine huius Militiæ*, quem edidit Fr. Emman *in ſue tom. 1. quæſt. Regul.* Idem Fr. Emman. *eod. tom. 1. quæſtion.* 54. *art.* 12. Renat Choppin. *lib. 1. monaſt. tit. 1. num* 25. Arnold. *de ligno vitæ lib. 1. cap.* 73. Fr. Athanaſius Lobera *in vita ſancti Froilani ca.* 19. Mennen. *in delit. equeſtr. tit. de Militia Auiſienſi*, Argote *de Molina de nobilit. Betbica lib. 1. ca.* 32. Rades de Andrada *in chronica Calatraua cap.* 19. Fr. Bernard. de Brito *in chronica Ciſtercienſi lib 5. cap.* 11. Fr. Anton. Blandin. *in monarchia Luſit p 3. lib. 11 cap. 1.* Aubert. Miræus *de origine Ciſtercienſ. lib. 1. cap.* 9. Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ cap. 15. num. 3.* Flaui. Cherub. *in ſchol. ad Conſtit. 32. Gregorij XIII. ſchol 1 & 2.* Azorit. *inſtit. moral p 1. lib. 13 cap. 5. propè fin verſ. alij ſunt Milites*, Gabriel Pereira *de manu Regia p. 2. cap 38. num.* 18. Ioan. de Carualho *de vna & altera quarta ad cap. Raynaldus, de teſtam p. 1. num.* 351. Lezana *in ſumm. qq. Regul. tom. 2. c. 5. n.* 96. Tamburin. *de iure Abbatum to. 2 diſp. 24. quæſt. 5 num.* 72. Hieron Roderic. *in compendio quæſt Regul. reſol. 123. n.* 46. Emman. de Faria *en el epithome de las hiſtorias Portugueſas pag. 4. c.* 12. Ioſeph. Micheli *en el theſoro militar de Caualleria fol.* 25. Ioan. Machado *en ſu perfetto Confeſſor to 2. lib. 5. p. 4. tract. 2. docum. 5. n* 2. nouiſſimè Fr. Archangel. Mantique *in annalib. Ciſtercienſib. anno Chriſti* 1162. *ca. 2 pag.* 358. *cum ſeqq. to.* 2 vbi in fine refert ſeriem magiſtrorum huius militiæ.

2 Eqnites militaris Ordinis de Auis in Luſitania ſic dicti ab oppido Auis in tractu Tranſtagano, triginta millia paſſuum ab Euora ſeptentrionem verſus ſeiuncto, vbi primarium huius Militiæ domicilium, inſtituti fuere ab Alphonſo Henriquez primo Luſitaniæ Rege anno 1146. Pontifice Eugenio III. Imperatorib. Occidētis Cōrado III. Orientis Emmanuele Comneno. Eorum Ordo ſub regula S. Benedicti confirmatus primum ab Alexandro III. anno 1162. viuēte adhuc Alphōſo Rege fundatore. Dicti ſunt aliquando hi Equites Eborenſes, quod primum Eboræ ſint inſtituti, in-

déq;

déq; Auisium trãsisti ope & donatione Alphonsi Regis hoc nomine secundi, primi Alphonsi ex filio Sancio Rege nepotis anno 1181. demum hanc militiam approbauit etiam Cælestinus Papa anno 1204.

3 Equitum militaris Ordinis de Auis tessera est Crux viridis liliata in veste candida. Vexillum verò Militare effomatur ex castello quodam aureo in campo rubro, cui adiunctæ sunt compedes duæ, quæ castellum ambiunt, & aquilæ item duæ vna à dextro, altera à sinistro castelli latere. Castellum vexillare illud reddit quod Eboræ à magno Alphonso Equites primo donatione accepere, vbi domicilium suum tunc temporis collocarunt: in compedibus fit allusio ad Ordinem Calatrauæ, nam compedes Lusitanis sunt *trauas*, cuius filiationi (sic vocant Religiosi) Auisiensis Militia se submisit, Aquilæ duæ, siue duo aquilarum pulli duos illos demonstrant, qui in situ siue tupe, vbi nunc Auisium cernitur, in nido aquilę inuenti sunt, à quibus fortè sibi nomen oppidum datum: nam auis retracto accentu ab vltima in penultimam, idem ferè Lusitanis sonat atque auis Latinis, auium verò regina aquila est sumpto idiomate.

4 Equites hi Auisiensis militiæ in Regno Portugaliæ Commendas 42. habent quarum redditus ad summam 770; 50. ducatorum ascendunt, vt refert Ioseph Micheli citato loco. Eas consequi valent si per quinquennium militauerint aduersus hæreticos, aut infideles. *Paulus V. constit. 14. incip. Mateſtatis 21. Iulij 1606.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 208.*

5 Equites militares Ordinis de Auis perfruuntur omnibus priuilegiis concessis & concedendis Equitibus sancti Iacobi de Spatha, de Calatraua, & de Alcantara, *Gregorius XIII constit. 32. incip. Ex Apostolica de anno 1575.* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag 398.*

6 Equitum de Auis Ordo Militaris per plures annos à Magnis illius Magistris gubernatus fuit, quorum vltimus fuit D. Georgius Ioannis Regij II. filius, post cuius obitum Portugaliæ Reges ea concessione Iulij III. administrationem susceperunt, quæ Coronæ Regiæ deinde perpetuò vnita remansit, Dixi supra collect. 2. num. 1. Et pro huius Militiæ Religiosis in Conimbricensi academia Collegium ereait *Paulus V. constit. 5. incip. Ex munilo 23. Augusti 1605.* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag 208.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Militia Calatrauensi agentes.*

2 *Equites Ordinis militaris de Calatraua à quo & quando instituti?*

3 *Habitus Equitum de Calatraua qualis olim, & hodie sit?*

4 *Reges Hispaniæ sunt perpetui administratores Militiæ Calatrauensis.*

5 *Castitatem coniugalem à quo tempore voueant Equites Calatrauenses.*

6 *Dignitates quinque sunt in Ordine Calatrauensi.*

7 *Commendæ Calatrauenses quot numero sint, & ad quam summam ascendant?*

8 *Equites Calatrauenses fruuntur omnibus priuilegiis* Barbos. Apost. Decis. Sum, *Ordinis Cisterciensis.*

9 *Equitum Calatrauensium testandi facultas.*

Equites de Calatraua apud Hispanos.

COLLECT. CCCVI.

1 DE his Cassan *in catal. gloriæ mundi p. 9. consid. 8.* Polyd. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 7. cap. 5.* Roder. Archiep. Toletan. *lib. 7. de rebus Hispaniæ cap. 14.* Franciscus Caro de Torres *en la historia de las tres Ordenes lib. 2. fol. 49.* Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 4. cap. 5.* Syluest. Maurol. *in Occeano Relig. lib. 3. pag. 226.* Petr. Mathæ. *in sum. constitut. Pontif. sub Pio IV num. 12.* Gualter. *in tabul. seculo 12. anno 1160.* Illescas *in histor. Pontific. p. 2. lib. 5. cap. vlt.* Hieron Roman. *de Republ. Christ. lib. 7. cap. 5.* Martin de Viciana *in chronica Valentiæ p. 3. tit. de Calatraua.* S[illegible] *de origine Equitum lib. [illegible] tit de Calatraua.* Mennenius *in delit. Equest. sub eod. tit.* L[illegible]bert. *in vita S. Froilani ca. 19.* Mariana *de rebus Hispaniæ lib. 11 cap. 6.* Aubert. Miræ. *de origine Cist. [illegible] lib. [illegible] cap. 4.* Bernab Montaluo *in chronica Cistercien. tom. 1. lib. 2. cap. 21.* Bernard. de B[illegible] *in eadem Chronica Cisterciens. tom. 1. lib. 5. cap.* Carol. T[illegible] *in [illegible] Cod. de sacrosanct. Eccles. verbo monasteria capit.* [illegible] Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. quæst. art. 2.* Iuè Rades de Andrada *in speciali chronica horum Militiæ.* [illegible] *institut. moral. p. 1. lib. 13. cap. 5. quæst. vers. sunt & Milites Calatraua.* Argote de Molina *de la nobleza de Andaluzia lib. 1 cap. 32. fol. 23.* Yepes *en la Chronica de san Benito tom. 7. cent. 7. pag. 475. ad fin.* Tarrafa *de Regibus Hispaniæ fol. [illegible]7.* Sanchez *de rebus Hispaniæ lib. 4. capit. 20.* Hic o[illegible] Roderic *in compendio quæst. Regul. resol. 123. num. 43.* Ascan Tamburin. *de iure Abbatum tom. [illegible] disp. 24 quæst. 5. numer. 73.* Ioann. de Caruallo *de vna & altera quarta ad cap. Raynaldus, de testament. p. 1. numer. 349* Ioseph Micheli *en el thesoro militar de Caualleria fol 26. cum seqq.* R. P. Angel. Manrique *in annalib. Cisterciens. anno Christi 1158 cap. 2. num. 7. & 8. anno 1166. capit. 5. num. 1. cum seqq.* me citato Ioann. Machado *en su perfetto Confessor tom. 2. lib. 4. p. 4. tractat. 2. documento 3.*

2 Equites Calatrauenses à S. Raymundo Fiterij in Castella Abbate Cisterciensis Ordinis anno 1158. instituti, Pontifice Adriano IV. Rege Castellæ Sanctio cognomento Desiderato, Imperatoribus Occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emmanuele Comneno: quorum Ordo ab Alexandro III. anno 1164. confirmatus, & ab Innocentio III approbatus extitit.

3 Equitum Calatrauensium habitus, fuit insignea principio fuit Scapulare Cisterciense cum Cruce rubra liliata, sed scapulare postea ademptum, tempore Benedicti XII. (quem pro vero Pontifice Castellani tunc colebant) Crux tantum pectori affixa est. Vexillum bellicum ea vna parte eadem Cruce insignitur, additis duabus compedibus, quibus in stabulis equorum pedes ligantur, Hispani dicunt, *trauas*, facta allusione ad oppidum Calatraua, vbi primum, & præcipuum Militiæ domicilium est: ex altera verò imaginem diuæ Virginis, cuius sub patrocinio Militia stabilitur, sub filiatione vt vocant. Huius militiæ olim fuit Auisiensis in Lusitania,

sed beneficio nostrorum Regum ab ea se exemit.

4 Equitum Calatrauensium vltimus magister num.26. fuit Garcia Lopez de Padilla electus anno 1481. & deinde Regiæ Coronæ Castellæ Magisterium hoc vnitum fuit, & Reges Hispaniæ perpetui huius Ordinis administratores creati ex concessione *Adriani VI constit.1. incip. Dum intra 4. Non. Maij* 1522. apud Laërt. Cherubin. *in Bullario tom.1. pagina* 546. Vide supra *collect.* 12. *numer.* 1.

5 Equites Calatrauenses castitatem tantum coniugalem vouent à tempore *Pauli III* ille enim *in sua constitut. sub Dat. Romæ apud S. Marcum* 3. *Augusti* 1540 concessit Militibus Calatrauæ, vt nuptias possent legitimè contrahere, castitatem coniugalem seruando, vt habetur etiam in definit. dicti Ordinis editis Vallisoleti 1603 pag.31.dummodò id facerent de licentia expressa Magistri, & cum vxore calificata,& puri sanguinis,vt disponitur in *eisdem definit. titul.* 29 *capit.* 2. *pagin.*371. notant Azeued. *l.* 7. *numer.* 50. *titul.* 5. *lib.*5. *noua Recop.* Gutier. *pract. lib.*2. *quæstion.* 111. *numer.* 1. Cenall. *commun. contra commun. tom.* 3. *quæst.* 796. *numero* 30.

6 Equitum Calatrauensium in ordine sunt præter Magisterij dignitatem, aliæ quinque, vt Commendatarius maior, qui loco Magistri gubernat Ordinem. Secunda est, quæ Hispano idiomate dicitur, *Clauero maior*, hic custodiam habet arcis Calatrauæ quando in ea magister residebat. Tertia dignitas est Prioris sacri Conuentus Calatrauæ, ad quem rerum spiritualium Ordinis cura pertinet,in quo maior est Parochus, & iura Episcopalia in Ordines Equites, & subiectos exercet. Quarta est maioris Sacristæ,cuius administrator Reliquias,& antea sacra vasa seruat,atque custodit. Quinta est maioris operarij, qui præest omnibus operariis Conuentus Calatrauæ, licet hac dignitate insignitus hodie actu non seruiat.

7 Equitum Calatrauensium Commendæ sunt LXXXV. quorum redditus vsque ad 1270. ducata monetæ Hispaniæ ascendunt, vt refert Aldan. *in compendio canon. resolut. lib.* 1. *titul.* 19. *de Relig. num.* 31.

8 Equites Calatrauenses fruuntur omnibus priuilegiis Ordinis Cisterciensis. *Iulius II.constit.* 15. *incip. Romani Kalend. Aprilis* 1508.apud Laert. Cherubin *in Bullario tom.1 p.*351. Et tenebantur vestiti & cincti dormire,sed circa hoc dispensati fuerunt à *Clemen.VII. constit.*18. *Apostolica* 17. *Kalend. Aprilis* 1526.apud Laert.Cherubin.*tom* 1.*p.*187.

9 Equitibus de Calatraua facultatem testandi reuocauerat *Pius V. constit.* 73. postmodum *Gregorius XIII.* Philippi Hispaniarum Regis precibus dictam facultatem reintegrauit, eorumque testamenta, quorum causa integra est,plenarium effectum sortiri decreuit, *constitut.* 30. incip. *Romani Pont. de anno* 1575. apud Laërt. Cherubin. *tom.* 2. *pag.*396.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus Aleæ agentes.*
2 *Equites Aleæ à quo & quando instituti.*
3 *Equites Aleæ sub regula Cisterciensi, id est S. Benedicti militarunt.*
4 *Habitus Equitum Aleæ qualis.*

Equites Aleæ in Lusitania.

COLLECT. CCCVII.

1 DE his late Fr. Bernardus de Britto *in Chronica Cisterciensi tom.* 1. *lib.*5. *cap.*18. & 19. Fr. Anton. Brandon. *in monarchia Lusitana p.*3. *lib.*11. *cap.* 12. Ioseph Michelt *en el thesoro militar de Cauallería fol.* 55. latè R.P. Angel. Manrique *in annalib. Cisterciensib. tom.*2. *anno Christi* 1167.*c.*8.

2 Equites Aleæ instituti fuerunt ab Alphonso I. Lusitaniæ Rege sub tutela & numine Sancti Archangeli Michaelis, atque Angeli eiusdem Regis Custodis anno 1165. Pontifice Alexandro III. Imperatoribus Occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emmanuele Conneno.

3 Equites Aleæ militarunt sub regula Cisterciensi, id est sancti Benedicti,sed breui periete, vt eleganter exprimit Angel. Manrique d.c. 8.in fine, dum ait quod Equitum huiusmodi sancti Michaelis pennata societas, velut ocyus volans,,cito pertransiit, vix aliam sui memoriam post se relinquens,quam suæ institutionis instrumentum, quod ipsi, & Bernardus de Britto referunt.

4 Equitum huiusmodi symbolum,siue tessera ala Sancti Michaelis (alatus depingi passim solet) purpurea intermicantibus radiis aureis supra sinistrum latus, ab eaque militiæ nomen inditum, refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Relig. num.* 53.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus Alcantara agentes.*
2 *Equites Alcantara quando, & à quo instituti.*
3 *Priuilegiis omnibus, gratiis concessis, & concedendis Ordini Cisterciensi perfruuntur Equites de Alcantara.*
4 *Equites de Alcantara de bonis suis testari, & disponere possunt.*
5 *Tessera, insigne militare, siue vexillum Equitum de Alcantara quale?*
6 *Alcantara Equites cur dicti.*
7 *Castellam quando Equites Alcantara reliquerunt, & Crucem quam portant assumpserunt?*
8 *Reges Hispaniarum sunt perpetui administratores Militaris Ordinis de Alcantara.*

Equites de Alcantara apud Hispanos.

COLLECT. CCCVIII.

1 DE his Cassan. *in catal. gloriæ mundi p.*5. *consid.* 9. Polid. Virgil. *de inuentor. rerum lib.*7. *cap.*5. Ioa. Petr. Gutier. *in trac. de origine Militiæ de Alcántara,* Sáfouin. *de origine Equitü,li.*2.*tit. Alcátara,*Paul. Morigia

rigia *de origine Relig lib.4.c.6.* Silueft. Marul. *in occeano Relig.lib.3.pag* 227. Rades de Andrada *in chronica Alcantara*, Mennen. *in delit. equestrib.tit. Alcãtara.* Ioan de Mariana *in historia Hispania li 17. c.11.* Hieronym. Roman. *de Republic. Christiana lib.7.capit. 9.* Martin. de Viriana *in chronica Valentia, p. 3. tit. de Alcantara*, Fr. Emman. *quaestio. Regular. tom. 1. quaest.5. art.4.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi, Codic de sacrosanct Eccles. verbo monasteria, cap. 50.* Azori. *instit. moral part.1. lib.13. cap.5. quaest.3 vers. Sunt item Milites Alcantara.* Fr. Bernard. de Britto *in chronica Cisterciensi tom. 1. lib. 5 capit. 3.* Hieron. Rodeic. *in compendio quaest. Regul. resolut.123. numer.* 44. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disput. 24. quaest. 5. numer. 76.* Ioann. de Caruallo *de vna & altera quarta ad cap. Raynardus de testament. part.1. num. 149.* Ioseph. Micheli *en el thesoro Militar de Caualleria fol.* 20. vbi etiam de qualitatibus, quibus praediti esse debent, qui huius militiae esse cupiunt, & de forma dandi habitum, me citato Ioann. Machado *en su perfetto Confessor tom.2. lib.5. p.4. tract. 2 docum.2.*

2 Equites Alcantarae instituti primum fuere in oppido (quod nunc ad Lusitanos, & ad dioecesim Lamacensem pertinet, tunc verò ad Ciuitatensem spectabat) ad ripam Cnç sitn ea parte qua septentrionem versus Lusitania cum Castella connectitur, appellant nostrates, *Pereiro.* sub patrocinio S. Iuliani, & regula Cisterciensi, id est sancti Benedicti, à nobili quodam equite Legionési D. Soerio anno 1176. (alij nonnisi 1156. institutos contendunt, lege Bernard. de Britto d.c.33) Pontifice Alexandro III. Imperatoribus Occidentis Henrico Aenobardo, Orientis Emmanuele Conneno, regnantibus in Legione & Gallia Ferdinando II. in Castella Alphonso VIII. cognomento Biceno in Lusitania Alphonso antiquez Regum nostrorum primo, & maximo.

3 Equites Alcantarae perfruuntur omnibus gratiis, & priuilegiis concessis, & concedendis Ordini Cisterciénsi S Benedicti *Leo X constitu.* 44. Incip. *in Apostolica* 10 *Kalend. Iulij* 521. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1. pag* 543.

4 Equitibus de Alcantara facultatem testandi reuocauerat *Pius V. constitut.* 71. postea *Gregorius XIII.* Philippi Hispaniarum Regis precibus dictam facultatem reintegrauit, eorumque testamenta, quorum causa integra est plenarium effectum sortiri decernit, *constitut.* 30. incip. *Romani Pont. 6. Octobris* 1575. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pagina* 543.

5 Equitibus de Alcantara prima tessera fuit cucullus Cisterciensis, & rubra fascia, insigne vero militare, siue vexillum prius Viridanti ramorum suppellectili conspicienda in aequore siue campo aureo facta allusione ad oppidum, *Pereira*, vbi tunc primae Militiae sedes, vide Ioan. de Mariana *histor. Hisp. lib. 12. cap.3.* Caeterum anno Domini 1288. Nonio Fernandez sancti Iuliani Magistro translatum est huius militiae dimidium Alcantaram oppidum prope Tagum, pontem egregij operis satis notum, donantibus Martino Fernandez de Quintano duodecimo Calatranae Magistro & Equitibus eiusdem Ordinis, sub conditionibus, quas ea Radis de Andrada refert Azori. *instit moral. p.1. lib.13. cap.5. quaest. 3. vers. Sunt item Milites Alcantara*, ab Alcantara suppresso priori nomine S. Iuliani de Pereiro dicti sunt imposterum Equites Alcantarenses; qui etiam beneficio & venia Benedicti XIII. quem vt verum
7 Pontificem colebant Castellani 1411. cucullam & nigram fasciam reliquerunt, assumpta Cruce Viridi & liliata in veste candida, cui aliqui in maiori stipite assutam primò credunt (nunc certe non est) pirum in memoriam prioris domicilij S. Iuliani *de Pereiro*.

Equitum de Alcantara Magisterium vnitum fuit Regiae Coronae Castellae, & Reges Hispaniae perpetui huius Ordinis administratores fuerunt creati à summo Pont. *Adriano VI. constitut.* 7. Incip. *Dum intra 4. Non. Maij* 1522. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1. pag.* 546. Vide supra *collect. 12. numero primo.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus Christi apud Lusitanos agentes.*
2 *Equites Christi quando & à quo instituti.*
3 *Equites Christi habent domicilium suum in oppido de Tomar*
4 *Bona qua habebant Templarij applicata fuerunt Militibus Christi.*
5 *Crux & tessera his equitibus qualis.*
6 *Commendas plures magnis redditibus abundantes habet Militaris hic Ordo.*
7 *Dignitates plurima in hoc ordine equitum Christi reperiuntur.*
8 *Reges Portugaliae sunt perpetui administratores Militaris Ordinis Christi.*

Equites Christi apud Lusitanos.

Collect. CCCIX.

1 DE his Lusitani historiographi *in vita Regis Dionysij*; videlicet Galuanus, Pina, Odoardos Nunez do Leano, Petrus Marizius, Bernardus de Britto, & Antonius de Vasconcellos, Cassan. *in Catalogo gloria mundi p. 9. consider.* 8. Polyd. Virgil. *de inuentor. rerum lib.7. cap. 5.* Illescas *in histor. Pontif p.1. lib.6. cap.1.* Platina *in Ioanne XXII.* Petr. Math. *in sum. constitut Pontif sub Pio IV. num. 2.* Gualter. *in tabul chronolog. saeculo 14. anno* 1325. Hieronym. Roman *de Republ. Christiana lib. 7. cap. 13.* Petr. Mazizius *in dialog. de varia historia dial.3. pagin.* 90. Lobera *in Vita Sancti Froylani cap. 9.* Martin. Cartillo *in annaleb. chronolog lib. 4. sub anno* 1319. Bernab. Montaluo *in chronica Cisterciensi lib.2. cap.* 18. Iacob. Bossi *in historia Melitensi tom.2. lib. 1. anno* 1316. Siluest Marul. *in occeano Relig. lib.3. pagin.* 125. Sansonin. *de origine Equitum lib.2. tit. Ordo Christi.* Paul. Morigia *de origine Relig. lib.4. capit.4.* Aubert Mirae. *de origine Relig. Cisterciens. lib.2. ca. 30. & de origine monast. lib.5 cap.9.* Aluod. *in lygno vita li 1. cap.91.* Llamas *in methodo p.1 cap.21.* Gabed. *de patrona. Regia Corona cap.15. à num.1.* Menen. *de delitiis equest. tit. Equitum Christi Ordo*, Carol. Tapia *in auth. ingressi Codic. de sacrosanct. Eccles. verbo monasteria capit.52.* Azori. *institu. moral. p. 1. lib. 13. capit. 5. quaestio. 3. vers. in Lusitania tres quoque Ordines,*

Marta *de iurisd.p.1 cap 32.num.14.* Ioan. de Carualho *de vna & altera quarta ad cap. Raynaldus de testam p. 1. num 352.* Emman. de Faria *y Sosa en el epithome de las historias Portuguesas p.4 ca.12.* Ascan Tamburin. *de iure Abbatum tom 2. disp.24 q.5 n.84* Ioseph. Michelis *en el thesoro Militar. de Cauallerìa fol. 63.* Ioann. Machado *en su perfetto Confessor to. 2. lib.5.p. 4. tract. 2.docum 5. n 1.*

2 Equites Christi apud Lusitanos instituti fuerunt sub regula Cisterciensi idest S. Benedicti à Dionysio Lusitaniæ Rege sanctæ Elisabethæ Reginæ marito anno 1316. alias 1320. Pontifice & cõfirmante Ioanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludouico IV. Orientis Andronico I. & licèt Sanson. & Paul. Morigia locis citatis scribentes lingua Italica crediderint erectum hunc Ordinem, vt Belgium à Mauris oppugnatum propugnaretur, hoc dictum per errorem fuisse apparet, nam Belgia pro Bethica posuerunt, sua vel librariorum incuria ipsi curent.

3 Equitum Christi, & illorum Ordinis caput esse noscitur nobilissimum illud cœnobium apud oppidum de Thomar nullius diœcesis inter Conimbricam, & Vlyssiponem æquali itinere, quod translatum est ex oppido de Castro Marin Sylnensis diœcesis in Regno Algarbiorum, vbi nascens primanouit initia, vt refert Ald. *in compendio Canonic. resol lib tit 19 de Relig. n.55.*

4 Equitibus Christi, eorumque Ordini fuerunt addicta bona quæ Templarij in Regno Portugaliæ possidebant, vt referunt Garibai *tom 4. compend. histor Hispan. lib.3 . cap 24* Illescas *in historia Pontif in vita Ioannis XXII cap. 2.* Ioan. Petrus Maffeius *lib 1 histor. Indic.* Ioan. de Mariana *lib 5 de rebus Hispania. cap 16.* Camill. Borrel. *de præstantia Regis Cathol cap 4. nu. 48* Anton. de Vasconcellos *in vita Dionysij I Portugaliæ Regis VI num. 10 pag 85* Fr. Ferdinand Camargo *in epith. histor. Eccles militant. anno Christi 1319.* Carrillo *en sus annales chronolog lib.4. anno 1319. in princip.* Emman. de Faria *en el epithome de las historias Portuguesas part 3 cap. 7 numer 13 pag. 405.* D. Rhoder. à Cunia *in historia ecclesiastic. Episcop. Portugalens. part. 2. capit. 15. pag. 127. in fine.*

5 Equitibus Christi tessera Crux rubra est, cuius quatuor brachia linea candida interlecat, formata pariter alia Cruce candida, vt binæ Cruces appareant, rubra, & candida, ex Aldano *d. titul. 19. de Relig n 55.*

6 Equites Christi plures, & ditissimas per Lusitaniam Commendas possident; lege lata cautum est, vt ad illas admittendi per triennium saltim in Africania præsidiis Ceptæ, Tingiæ, & Masagani, inter frequentes Maurorum occursus & excursus virtutum specimen ferant: appellabant Lusitani *formar Commendas*, id est tantum temporis esse, & militando insumere, quantum lex, vel Regis dispositio exposcit ad Commendam consequendum. Nullus vt plurimum in hunc Ordinem cooptatur, quem non Maiorum nobilitas commendet, & sua & proauorum rebus gestis domi, militiæve admitti dignus sit. Religiosos huius Ordinis, qui sub clausura viuunt, appellamus, *Frades de Thomar*, sumpto nomine ab oppido, vbi insigne, & amplissimum habent monasterium.

7 Equitum Christi in ordine sunt plurimæ dignitates præter magnum Magistrum, videlicet Commendator maximus, Clauicularius, & alij.

8 Equitum Christi Magisterium vnitum fuit Regiæ Coronæ Portugaliæ, & Reges illius Regni perpetui administratores esse cœperunt à tempore Alphonsi V. vt refert Cabed *de patron. Regiæ Corona cap. 15. numer. 4. in princ.* et vide supra *collect. 12. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur, qui de Montesia Equitibus agunt.*

2 *Montesiæ Equites à quo & quando instituti? & cur ita dicti?*

3 *Ordo sancti Georgij de Alfana Montesiæ vnitus.*

4 *Confirmatio Ordinis Montesiæ à Ioann. XXII. facta.*

5 *Templariorum bona, & redditus applicata fuerunt in Regno Valentiæ Equitibus de Montesia.*

6 *Priuilegiis, & indultis concessis, & concedendis Militibus S. Iacobi, & Calatrauæ, gaudent Equites Montesiæ.*

Equites Montesiæ apud Valentinos.

COLLECT. CCCX.

1 DE his Cassan. *in catal. gloria mundi p. 9. consid. 9.* Polyd Virgil. *de inuentor. rerum lib 7. c. 4.* Siluest. Marul *in oceano Relig. lib. 4.* Paulus Morigia *de origine Relig. lib 4. cap 4.* Argote de Molina *lib. 1 sua histor. cap. 52.* Illescas *in histor Pontif part. 2 lib. 6. cap. 2.* Zurita *lib. 6. annal. Aragon. cap 26* Garib. *in compend. histor. lib 32. cap 11.* Rades de Andrada *in chronico Calatraua cap. 16.* Liberà *in vita sancti Froylani cap. 19.* Barnab Montaluo *in chronica Cisterciensi tom. 1 lib. 2. cap. 7.* Martin. de Viciana *part. 3 Chronica Valentia.* Gaspar. Escolan. *in historia Valentia decad. 1. lib 5. cap. 13. numer. 4. & lib. 8. cap. 7. & lib. 9 cap. 6. & 7.* Petr. Andr. æ Beuter. *lib 2. chronic Hispaniar. cap. 22.* Franc. Hieronym *Leo Valent decisio. 89. numer. 25. lib. 1.* Llamas *in methodo p. 1. capit. 11. §. 10.* Carol. Tapia *in auth ingressi Cod. de sacrosanct. eccles. verbo manasterìa capit 51.* Ioann. de Mariana *de rebus Hispan. lib . capit. 15.* Ioseph. Micheli *en el thesoro Militar de Cauallerìa fol. 72.* Azori *instit. moral. p. 1. lib. 13. capit. 5. quæstio. 3. vers porro in Valentino*, Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst 5. numer. 82.* Hieronym. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol. 123. nume 48.* Ioann. de Carualho *de vna & altera quarta ad cap. Raynaldus, de testamen. part. 1. numer 354.* Machado *en su perfetto Confessor. tom. 2. lib. 5. part. 4. tractat. 3. docum 4.*

2 Equites Montesiæ instituti fuerunt sub regula Cisterciensi, id est sancti Benedicti & Virginis Mariæ patrocinio à Iacobo huius nominis II. Aragoniæ, & Valentiæ Rege anno 1319. Pontifice Ioanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludouico IV Orientis Andronico I. dictus fuit hic Ordo Montesiæ à Montesa oppido diœcesis Valentinæ, vbi primum, & præcipuum huius

huius Militiæ domicilium erectum est. Vtuntor Cruce rubra plana super vestem candidam.

3 Equitum de Montesa Ordini vnitus est alius qui sancti Georgij de Alfama (est Alfama arx, castrum, aut castellum, situm in littore maris Baleonatici in Principatu Cathaloniæ diœcesis Dertucensis, inter ostium Iberi fluminis, & collem Balaguerij, est hodie Prioratus huius Ordinis Montesiæ) dicebatur, leges passim apud Scriptores Hispanos: erectus dicitur fuisse institutam à Petro hoc nomine II. Aragoniæ Rege anno 1201. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Philippo, Orientis Balduino Belga, verum confirmatam non inuenio ante annum 1363. quo à Benedicto XIII. approbationem accepit anno 1369. & Montesianæ vnita est ab eodem Benedicto, quem pro vero Pontifice coluisse Aragonios non semel monui.

4 Equitum de Montesa Ordo approbatus fuit à Ioanne XXII. successore *Clementis V. per eius Bullam sub Dat. Auenioni 4. Id Iunij Pontificatus sui anno primo*, quæ inserta est in principio Definitionum dicti Ordinis impressarum Valentiæ de anno 1573. sub instituto Ordinis Calatrauæ, vt per Menchaq. *de success. progress. vol. 1 lib. 3. p. 3. §. 30. limit. 14. num. 300.* Camill. Borrel *de præstantia Regis Catholici cap. 74. n. 56.* Carol. de Tapia *d. verbo monasteria c. 51 n 2.*

5 Equitibus de Montesia multa bona Templariorum applicata fuerunt, nam Iacobus præfatus huius nominis II. Aragoniæ & Valentiæ Rex recusauit quod bona quæ in eius Dominiis Templarij habuerant, Militiæ S. Ioan. Hierosol. applicarentur, tandemque ab eodem Pontifice Ioanne XXII obtinuit quod applicaris Equitibus S. Ioannis bonis quæ fuerunt Templariorum in dictis dominiis extra Regnum Valentiæ, quæ erant in dicto Regno, exceptis domo & Ecclesia, censibus, & redditibus quos habebant, in ciuitate Valentiæ & eius territorio per dimidiam leucam castrum, & villam de Torrent, applicarentur dictæ Militiæ Montesiæ, vt refert Zurita *annal. Regni Aragon. p. 2 lib 6. cap 26. fol. 2. & seqq.* Illescas *in Vita Ioannis XXII. c 2 fol mihi 12.* Gaspar Escolanus *d. lib. 5. c. 13 n 6.* Carill. *in suis annal. chronolog. lib. 4 anno 1317.*

6 Equites de Montesia gaudent priuilegiis, & indultis concessis, & concedendis Militibus sancti Iacobi, & Calatrauæ etiam super nuptiis contrahendis, vt ipsorum liberi ex matrimonio concepti, legitimi essent, succederentque tam ex testamento quam ab intestato in eorum bonis, de quibus etiam testari possent, fruerenturque aliis immunitatibus, & prærogatiuis dictorum Ordinum, præsertim Calatrauæ, *Paulus III. in sua constit. sub Dat. 4. Augusti 1540. Gregorius XIII. in alia sub Dat. 6. Decembris 1588.* prosequitur Menchaq. *d §. 30. num. 300. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de militari Ordine S. Stephani agentes.*
2 *Equites S. Stephani à quo & quando instituti.*
3 *Equitum S. Stephani Magistri sunt magni Etruriæ Duces.*
4 *Equitum institutum quod?*
5 *Tessera siue Crux quæ?*

6 *Pensiones ducatorum 400. retinendi priuilegium habent Equites S. Stephani.*

Equites Sancti Stephani apud Florentinos.

Collect. CCCXI.

1 De his Goalter. *in tab. sæculo 16. pag. 745. anno 1562.* Illescas *in historia Pontif. p. 2. l. 6 c. 31* Santorin. *de origine Relig. lib. 4. cap. 8.* Schueft. Marol. *in occeano Relig lib. 5.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 53.* Alphons. Narbona *ad l. 29. glos. 7 n. 3. tit. 6. lib. 1. Recop.* Ioan. de Caruallho *de vna & altera quarta ad cap. Raynaldus de testam. p. 1. n. 357.* Ascan Tamburin. *de iure Abbatum tom 2 disp. 24. quæst 5. n. 81.* Ioseph. Micheli *en el thesoro militar de Caualleria fol 55.*

2 Equites S. Stephani Papæ & mart. instituti fuerunt à Cosmo Medices magno Etruriæ Duce, atque hoc nomine I. sub regula Sancti Benedicti, ac nomine Sancti Stephani Papæ hoc nomine primi Florentiæ patroni anno 1561. Pontifice Pio IV. qui sequenti anno Ordinem confirmauit, *sua Consil. 60. incip. His quæ pro Religione Kalend. Februarij 1562.* Imperatore Occidentis Ferdinando I. 1562. anno Orientis Solymano: designatus est in familiæ Magistrum ipse Cosmus Medices, atque eius in posterum successores Etruriæ duces. Præcipuè & amplissima huius familiæ sedes totius Ordinis caput, vna cum Gubernatore familiæ Magni Ducis vices gerente, Pisis sita est. Et iuxta dictam *Consil. 60. Pij IV.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 76* eius Equites sunt exempti ab Ordinariorum iurisdictione & à solutione decimarum, & aliorum onerum.

4 Equitum S. Stephani institutum, est Mauros
5 & Turcas à Tirreno mare longe arcere. Tessera Crux rubra cum limbo aureo forma & specie omnino Melitensi simili super vestem caodidam ex serico vndulato. Sunt apud eos (quemadmodum apud nostrates Ausij, S. Iacobi & Christi Equites) Sacerdotes, itemque seruientes, vt appellant, & Donati aliquo tamen discrimine: Donati enim non quadrimembrem sed trimembrem præferunt Crucem abscisso superiore stipite; Melitensium lege instituto viuunt, sed castitatem tantum coniugalem profitentur, paupertatis verò loco charitatem, vt refert Aldan. *in compend. Canon. resol. lib. 1. tit. 19 de Relig n. 57.*

6 Equites S. Stephani licet olim possent retinere pensiones pro summa ducentorum ducatorum, vt colligitur ex Seraph. *decis. 758. num.* hodie retinent vsque ad summam 400. ducatorum de Camara non obstante matrimonio contracto, & bigamia, *Paulus V. constit. 46. incip. Dum generosa 14. Kalend. Iuly 1608.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 237.* cuius memini *de Iure eccles. vniuerso lib. 3. cap. 11. num. 34.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus Sancti Mauritij agentes.*
2 *Equites S. Mauritij à quo, & quando instituti: & sub qua tutela?*

3 *Inſtitutum, & Crux Equitum. S. Mauritij qualis?*
4 *Domicilia præcipua Equitum S. Mauritij duo.*
5 *Equitum S. Mauritij Ordo auctus eſt Ordine S. Lazari Hieroſolymitani.*
6 *Penſiones ducatorum 400. auri de Camara retinent Equites S. Mauritij.*

Equites Sancti Mauritij apud Sabaudos.

Collect. CCCXII.

1 DE his Mathæus Borboius *in hiſtoria Ludouic. XI. Regis Galliæ lib.* 3. Petrus Belloius *in orig. equeſt cap.* 20. Mennen. *in delit equit tit* Ordo Equitum *S. Mauritij*, Paulus Morigia *de origine Relig lib.* 4. *cap.* 7. Silueſt. Marul. *in Oceana Relig lib.* 3. *pag.* 207. Aubert. Miræ. *de origine Benedict lib* 12. *cap.* 32. Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 24. *queſt.* 5. *n.* 86. Ioſeph. Micheli *en el theſoro militar de Cauallería fol.* 49.

2 Equites S. Mauritij ſub regula Ciſtercienſi, ideſt S. Benedicti, inſtituti fuerunt à Duce Sabaudiæ Emmanuele Philiberto, Emmanuelis Regis Luſitaniæ ex filia Catharina nepote, ſub tutela, & patrocinio ſancti Mauritij ducis Thebeæ Legionis, quem Domus Sabaudica impensè colit; incidit eius & Sociorum Solemnitas die 22 Septembris anno 1572. Pontifice Gregorio XIII. Imperatore Occidentis Maximiliano II. Orientis tyranno Solymano. Confirmauit & deſignauit Emmanuelem Philibertum, & ſubſequentes Duces Sabaudiæ perpetuos Ordinis Magiſtros idem *Gregorius XIII. ſua conſtit* 6 *incip Chriſtiani populi* 16 *Kalend. Octobris* 1572. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 2. *pag.* 365.

3 Equitum S. Mauritij inſigne ſiue teſſera Crux alba, cuſpidibus in flores deſinentibus appellant Galli florigeram ſuper veſtem holoſericam ex rabino vndato coloris purpurei, ſiue carmeſini. Duo ſunt præcipua Ordinis domicilia, vnum Niceæ, vulgo *Niſa de prouenca*, ad littus Tyrrenum in confinio Galliæ, vrbis pulchræ, & ſatis munitæ; alterum Auguſtæ Taurinorum Ducis Sabaudiæ Regiæ.

5 Equitum ſancti Mauritij Ordo, auctus eſt Ordine S. Lazari Hieroſolymitani, quem *Gregorius XIII. conſtit.* 7. incip. *Pro commiſſa Idib. Nouembris* 1572. apud Laert. Cherubin. *tom* 2. *pag.* 367. vniuit, & ex illis vnam Militiam conſtituit, declarato vtriuſque ſiue vnius ex vtroque perpetuò magno Magiſtro & adminiſtratore eodem Emmanuele, & ſubſequentibus Sabaudiæ Ducibus. Dicuntur nunc Milites S. Mauritij & S. Lazari, ferunt vtriuſque Ordinis teſſeram, nimirum intra Crucem viridem ſancti Lazari, Crucem candidam ſancti Mauritij, extantibus eius ramis ad angulos, vbi ſtipites Crucis viridis inter ſe connectuntur.

6 Equites huiuſmodi SS. Mauritij & Lazari etiamſi contrahant matrimonium cum vnica, & virgine remanent capaces retinendi penſiones vſque ad ſummam ducatorum 400. auri de Camara ex peculiari priuilegio ad fauorem dictæ Religionis indulto per *Clementem VIII. Conſtit.* 101. §. 13. incip. *Decet 9. Septembris* 1603. apud Laert. Cherub. *in Bullarij tom.* 3. *pag*..... cuius priuilegij meminit Rota *in Romana pecuniaria* 26. *Maij* 1627. *coram Card. Virili*, quam refero *de iure eccleſ. vniuerſo lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 33. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus ſancti Lazari agentes.*
2 *Equites S. Lazari quando inſtituti.*
3 *Militia ſancti Lazari penitus extincta reuiuiſcit per Pium IV. multis priuilegiis adaucta.*
4 *Arma quæcunque deferre poſſunt Equites S. Lazari, & quæ poſſit eorum magnus Magiſter?*
5 *Ordo ſancti Lazari vnitur Ordini S. Mauritij, & mancipantur ſic vniti poteſtati Sereniſſimorum Ducum Sabaudiæ.*

Equites ſancti Lazari.

Collect. CCCXIII.

1 DE his agunt quotquot pro Ordine S. Mauritij *collect. præcedenti num.* 1. citaui, Franciſc. Meneni. *in delit. Equeſtrib. tit. de Equitibus S. Lazari*, Sanſouin. *de origine Equitum tit. de Equitibus S. Lazari*, Paul. Morigia *de origine Relig lib.* 3. *cap.* 7. Silueſt. Marul. *in Occeano Relig. lib.* 3. *pag* 207. Petrus Belloius Tholoſ. *in libello de Equeſtribus Ordinib. tit. de Equitibus S. Lazari*, Aubert. Miræ. *in origine Auguſt. lib.* 1. *cap.* 31. Carol. Tapia *in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. verba monaſteria cap.* 38. Alphonſ. Narbona *in l.* 29. *glaſ.* 7. *num* 1 *tit* 6. *lib.* 1. *Recap.* Lezana *in ſum quæſt. Regul. tom* 2. *cap* 5. *num.* 57. Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 24 *quæſt.* 4. *num.* 89. Ioſeph. Micheli *en el theſoro militar de Cauallería fol.* 48.

2 Equitum S. Lazari Ordinem aliàs de anno 361. inſtitutum confirmauit Honorius III. de anno 1220. & Gregorius IX. qui ſimul regulam S Auguſtini his Equitibus ſeruandam tradidit, ſeu vt verius videtur Alexander IV. eundem Ordinem ſub eadem regula propiùs approbauit, *conſtit.* 1. incip. *Cùm à nobis*, 11. *Aprilis* 1257. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 80. Auxere multis priuilegiis Nicolaus III. Clemens IV. Ioannes XXII. Gregorius X. Ditarunt multis poſſeſſionibus in Gallia (vbi Boniaci ſedes magni Magiſtri poſt expulſos à Syria Chriſtianos) Philippus Auguſtus, S. Ludouicus, Philippus Pulcher, Philippus Longus, Ioannes, Carolus VII. Ludouicus XI. Carolus VIII. Ludouicus XII. Franciſcus I. Henricus II. & III. Galliæ Reges.

3 Equitum S. Lazari militia extincta penè erat Pontificatu *Pij IV.* tum quia confuſa partim fuerat cum Melitenſi ex decreto Innocentij VIII. de anno 1490. tum etiam quia paulatim defierat, vt ferè euenit rebus omnibus, illam tamen in priſtinum ſplendorem reducere conatus anno 1565. eius Magiſtrum creauit Ianottum Caſtellionem Mediolanenſem virum & natalibus, & rerum geſtarum gloria inſignem, confirmatis omnibus prædeceſſorum ſuorum priuilegiis, *conſtit. ſua* 95. incip. *Inter aſſiduas*, 4. *Non. Maij* 1565. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 137. vbi inter alia concedit, vt ſint exempti tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus à iuriſdictione Ordinariorum & à ſolutione decimarum, aliorumque onerum, & ab iis omnibus, à quibus Concilium Trid. Milites S. Ioannis Hieroſolymitani eximit: & quod poſſint à quocunque Antiſtite Ordines recipere

pere, & quod gaudeant priuilegiis hospitalis S. Spiritus in Saxia de Vrbe; & quod extra Conuentum habitum suscipientes infra annum in Conuentu comparere debeant; & quod loca illorum non comprehendantur sub reseruationibus Apost. & per magnum Magistrum, & non alium conferri debeant, & quod eorum beneficia obtinentes infra sex menses habitum Religionis suscipere & professionem emittere debeant. Et quod Capellani eorum confessiones audire, & Sacramenta illis administrare valeant.

4 Equites S. Lazari quæcunque arma deferre possunt, & eorum magnus Magister potest instituere quæcunque simplicia beneficia de iurepatronatus Laycorum in commendas, & de eis personis idoneis prouidere. *Pius V. constit.* 28. incip. *Sicuti* 7. *Kalend. Februarij* 1567. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 205.

5 Equitum S. Lazari Ordo mortuo Castellione vnitus est Ordini S. Mauritij, vt in collect. præcedenti n. 5. Item per Gallias Ordini S. Mariæ de monte Carmelo adiungitur iubente Paulo V. vt refert Aldan. *in compendio Canonic. resol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Relig. n.* 54.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus Melitensibus agentes.*

2 *Equites Melitenses à quo & quando instituti, & quot nominibus appellentur?*

3 *Rhodienses cur appellentur Equites Melitenses?*

4 *Equites Melitenses sunt sub protectione Sedis Apost. & ad alios Ordines transire prohibentur.*

5 *Beneficiorum collatio & causarum cognitio pertinet ad magnum Magistrum Melitensem.*

6 *Exempti sunt Equites Melitenses à iurisdictione Ordinariorum, & a solutione decimarum.*

7 *Bona Equitum Melitensium vbique decedentium, etiam ex illicita negotiatione acquisita ad eorum hospitalia spectant.*

8 *Parochiales Ecclesias Religionis Melitensis quoad animarum curam, & Sacramentorum administrationem Episcopi visitare possunt.*

9 *Præceptoriæ Ordinis Melitensis vacant per promotionem ad Episcopatum.*

10 *Assassinij criminis reos Equites Melitenses non possunt Iudices laici declarare.*

11 *Priuilegia, indulta, facultates, exemptiones, &c. Equitum Melitens. confirmauit Vrbanus VIII.*

12 *Electione Magni Magistri quas ordinationes, & leges obseruare debeant Equites Melitenses.*

13 *Const. Gregorij XV. Conseruat. non afficit Equites Melitenses.*

14 *Meritorum ratio magis quàm antianitatis respectu temporis habetur inter Equites Melitenses in promotione ad magnam Crucem.*

15 *Annum probationis debent facere Equites Melitenses antequam professionem emittant.*

16 *Equites Melitenses ex peculiari ipsorum statuto comprehenduntur sub decreto Trid.* sess. 25. de Regul. cap. 1. *& sub decreto eod.* sess. 25. de Regul. cap. 19. *Et sub decreto, quo Regularibus prohibetur accessus ad Monasteria Monialium.*

17 *Episcopus potest præcipere vt declaretur Eques Melitensis, qui incidit in excommunicationem ob violentas manus in Clericum iniectas.*

18 *Ordinarij non possunt se interponere ad visitandum Equites Hierosol. vbi habent iurisdictionem specialem, & temporalem.*

19 *Religiosi verè & propriè sunt Equites Melitenses.*

20 *Familia Ordinis Melitensis in quot linguas, & officia diuidatur.*

Equites Sancti Ioannis Hierosolymitani.

COLLECT. CCCXIV.

1 DE his Ioan. Anton. Viperanus *de bello Melitensi*, Ioannes Augustinus de Funes *in chronica huius sacræ Relig. sex libris diuisa*, Iacobus Bossius *in historia Melitensi tribus tomis distincta*, Cassan. *in catal. gloria mundi part.* 9. *consid.* 4. Polydor Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 7. *c.* 9. Gualter *in tabul. chronograph. seculo* 10. *anno* 1119. Illesc. *in historia Pontif. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 18. Iacob. de Vetriaco *historia Orient cap.* 64. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 7. *cap.* 1. Venero *en su enchiridion de los tiempos fol.* 102. *in impressione de anno* 1641. Paulus Morigia *de origine Relig. lib.* 2. *cap.* 1. S. Ioest. Marul. *in oceano Relig lib.* 3. *pag* 219. Menneo. *in delit. equestr tit. de Hierosolymit.* Aubert Miræus *de origine Equitum lib.* 1. *cap.* 1. Fr. Emman. *quæst. Regul tom.* 1. *q.* 6. *art.* 2. Azori. *instit moral part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *q.* 2. Anton. Scap. *de iure non scripto lib.* 2. *cap* 11. Marc. *de iurisd. part.* 2. *cap.* 32. *num.* 1. *cum seqq.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 123. *n.* 42. Carol. de Tapia *ad auth ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap.* 34. Alphons. de Narbona *l.* 29. *glos.* 8. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* Ioan. de Carualho *de vna & altera quarta ad cap. Raynaldus de testam. part.* 1. *num.* 348. Carrillo *en sus annales Chronologicos lib.* 4. *anno* 1104. *fol.* 116. *& lib* 5. *ann.* 1522. *fol* 457. *cum seqq.* Ioseph Micheli *en el thesoro militar de Canalleria fol.* 39. Ioan. Machado. *en su perfetto Confessor tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 4. *tract.* 2. *docum.* 6. Fr. Ferdinand. de Camarg. *in epith. historiali Ecclesiæ militantis anno* 1104 *fol.* 228.

2 Equites S. Ioannis Hierosolymitani siue Melitensis instituti fuerunt sub regula sancti Augustini Hierosolymis prope Templum Christi resurgentis in Caluarij monte à Gerardo erectore hospitalis S. Ioannis Baptistæ anno 1099. Pontifice Paschali II. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno, quorum Ordo confirmatus anno 1120. à Calixto II. & Honorio II. anno 1125. deinde à subsequentibus Pontificibus multis priuilegiis donatus, vt ex infra dicendis apparebit.

3 Equites huius sacræ militiæ, vocantur nonnunquam S. Ioannis, quod in hospitali sancto Ioanni sacro instituti sint. Nonnunquam Rhodienses, quod Rhodum insulam vi armorum Turcis eripuerint anno 1308. quam per annos 214. retinuerunt vsque ad 25. Decembris 1522. qua die post longam multorum mensium obsidionem eam iterum Turcæ recuperarunt. Interdum Melitenses quod in insulam Melitam dono Caroli V. Imp. commigrarint, eiecti à Rhodo, vbi nunc sunt.

4 Equites Melitenses, eorumque hospitale sub Sedis Apost protectione suscepit, & ad alios Ordines transire prohibuit *Anastasius IV. constit.* 2. *incip. Christiana* 12. *Kal. Nouembris* 1154. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 22. Comprehenduntur

in decreto Concilij etiam vbi de eis non fit expressa mentio. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminit *Carol. Maranta tom. 2. resp 9. num. 57.*

5 Equitum Melitensium ad magnum Magistrum spectat beneficiorum collatio,& causarum cognitio: habet enim iurisdictionem meri & mixti imperij in personas, & bona militiæ, & eius litteris quoad professionis omissionem creditur. *Pius IV. constit.* 9. incip. *Circumspecta Kalend. Iulij* 1560. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 9.

6 Equites Melitenses sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum,& à solutione decimarum,& aliorum onerum; & mortuos in eorum Ecclesiis sepelire possunt, ac eorum Capellani eiusdem militiæ Parochialibus deseruire valent. *Pius IV. in d. Constit.* 9.

7 Equitum Melitensium vbique decedentium bona etiam ex illicita negotiatione acquisita vti spolia non ad cameram Apost. sed ad eius hospitale spectant, *Pius IV. constit.* 29. incip. *Romani* 24. *Martij* 1561. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 48.

8 Equitum Melitensium Parochiales Ecclesias quoad animarum curam & administrationem Sacramentorum Episcopi visitare possunt. *Gregorius XIII. constit.* 67. incip *Circumspecta* 25. *Nouembris* 1580. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 448. Et sic Rectores, seu Parochi in Ecclesiis S. Ioannis Hierosol. curam animarum secularium exercentes, subsunt in omnibus visitationi, correctioni, & iurisdictioni Episcopi in iis, vt dixi, quæ concernunt curam,& Sacramentorum administrationem, qui potest ratione visitationis procurationes exigere, nisi in contrarium adsit consuetudo. *Sacra Cong. Conc. in Augustana* 26. *Iunij* 1617. teste Sellio *in select. Canon. c.* 92. *n.* 10. Aliæ verò Ecclesiæ præter has Curatas, à visitatione Episcoporum exemptæ sunt. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminerunt Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de Visit. l.* 5. §. 2. *n.* 6. Lezana *in sum quæst. Regul. tom.* 2. *c.* 5. *n.* 52.

9 Equitum Melitensium Præceptoriæ vacant per promotionem ad Episcopatum. *Gregorius XIII. constit.* 82. incip. *Controuersia* 3. *Kalend. Maij* 1583. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 166.

10 Equites Melitenses assassinij criminis reos non possunt Iudices laici declarare, sed eius cognitio spectat ad Superiores militiæ, iuncto Episcopo loci: *Clemens VIII. constit.* 37. incip. *Æqua de anno* 1595. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 52. de qua Scort *in select. as summor. Pont. Constit. epit* 59.

11 Equitum Melitensium priuilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates & alias gratias illis concessas confirmauit *Vrbanus VIII. constit.* 15. incip. *Vniuersalis* 19 *Martij* 1614. Et eorum Religioni non est deneganda facultas in forma iuxta decretum de non alienandis in bonorum alienatione, quæ eis obueniunt per successionem militum defunctorum. *Sacra Cong. Conc. in Meleuitana* 22. *Ianuarij* 1622. penes Sellium *in select. Canon. cap.* 24. *num.* 8.

12 Equites Melitenses quas ordinationes & leges obseruare debeant in electione Magni Magistri. *Vrbanus VIII. constit.* 89. incip. *In specula* 3. *Iuly* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 4. *Bullarij pag.* 100. Et cæremoniale pro huiusmodi electione præscribit idem *Vrbanus VIII. constit.* 24. aliàs 134. incip. *Militantis* 21. *Octobris* 1634. apud Angel. Mariam Cherub. *d. tom.* 4 *pag* 41.

13 Equites Melitenses non afficit Constitutio *Gregorij XV. de Conseruatoribus* edita nisi quoad iudices conseruatores, eorumque Religioni ad hæc ius eiusmodi Iudices Conseruatores eligendi competit. Idem *Vrbanus VIII. constit.* 78. incip. *Exponi* 17. *Februarij* 1628. apud eundem Angel. Mariam Cherub. *d. tom.* 4. *pag.* 91. Et sic non afficiuntur hac Constitutione nisi quoad Conseruatores,& non quoad Iudices Ordinarios habentes ordinariam iurisdictionem intra limites suorum Prioratuum. *Sacra Cong. Conc. in Meleuitana* 6. *Februarij* 1627. quam referunt Lanteut. de Franchis *de controu. inter Episcop. & Regul pag.* 178. R. P. D. Alexander Sperell. *in decis. fori eccles. decis.* 21. *num.* 59.

14 Equitum Melitensium in promotione ad magnam Crucem habetur ratio meritorum magis quàm antianitatis respectu temporis. *Paulus V. constit.* 30. incip. *Accepimus de anno* 1606. apud Laert. Cherub *tom* 3. *pag* 217.

15 Equites Melitenses debent antequam professionem emittant per annum in probatione manere. S. *Cong Concil.* referente Ouiedo *in praxi Regul. p.* 1. *tract.* 6 *cap.* 1. *quæst.* 1. *num* 2.

16 Equites Melitenses ex peculiari ipsorum statuto comprehenduntur sub decreto *Concil Trid. sess.* 25. *de Regul cap.* 15. *Sacra Congr. Concil.* cuius meminerunt Flamin. Paril. *de resign. benef. lib.* 6. *quæst.* 8. *num.* 120. Armendar. *d. l.* 7. *de Relig num.* 16. quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 101. *num.* 8 Et comprehenduntur alio decreto eiusdem *sess.* 25 *de Regul. cap* 9. Eadem *Sacra Congr. Conc.* de qua Gonzal. *ad reg* 8 *Cancel. glos* 8. *num.* 61. Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 18. *l* 7. *de Relig num* 51. R. P. D. Sperell. *d decis.* 21. *num.* 54. Carol. Maranta *tom.* 2. *resp.* 6. Ego *de appellatione verborum vtriusque Iuris signif. appell* 133. *num.* 13. Et denique comprehenduntur sub decreto quo Regularibus prohibetur accessus ad monasterium Monialium. *S. Cong. Episcop. & Regul in Tranen.* 28 *Ianuar.* 1603. cuius meminit *de Iure eccles. vniu. lib.* 1 *cap.* 44 *n.* 157.

17 Eques Melitensis licet publicè suum Parochianum percuteret, minimè potest Ordinarius in eum exercere iurisdictionem, neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia priuilegio exemptus est, vt *in Conc. sess.* 24. *cap* 11. tamen ex quo ipse ob talem percussionem incidit in excommunicationem can. si quis suadente diabolo, potest Episcopus præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, ac aliis Rectoribus, & Sacerdotibus ne eum admittant intra Ecclesias ipsi Episcopo subiectas. *Sacra Cong. Concil.* referente me citato, Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 39.

18 Equites Melitenses vbi habent iurisdictionem spiritualem & temporalem, ibi Ordinarij non possunt se interponere ad visitandum. *Sacra Cong. Conc.* teste Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de visitat. l* 2. § 1. *n.* 94. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 74. *num.* 26. *in fine.*

19 Equites Melitenses verè & propriè esse Religiosos docent plures, quos refert & sequitur Sanch. *in præcepta Decalog tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 11. quibus addo Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. Ciened. *in tract. de paupert. Relig. dub.* 60. *num.* 12. *cum*

cum seqq. Nouar. *lib.* 1. *quæst. forens. cap.* 42. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. p.* 4. *resol.* 170. & citatos per me *in tract. de appellatiua verbor. vtriusque Iuris signif. appel.* 233. *num.* 6. *& de Iure eccles. vniuerso lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 19. in tantum quod huiusmodi Equites confiteri possunt cum Sacerdote Regulari non approbato ad Ordinario, sicut possunt alij Regulares, Ioan. Sanci. *in suis practic. disput. cap.* 49. *num.* 11. *&* 13. Aloys. Ricc. *d. resol.* 170. *num.* 2. Nouar. *in tract. de elect. & variat. fori quæst.* 69. *num.* 23. *sect.* 2. *in vlt. impress.*

20 Equitum Melitensium familia diuisa est in octo linguas, siue Nationes, viginti Prioratus, 653. Commendas, siue Præceptorias. Officia sunt Magnus Magister, Magnus Commendatarius, Mariscalcus, Hospitalarius, Thesaurarius, Magnus Baiuliuus, Cancellarius, Prior Ecclesiæ Ordinis, vt refert Claudius Robertus in Gallia Christiana tit. de Generalibus Ordinum.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus S. Mariæ Theutonicorum agentes.*
2 *Equites S. Mariæ Theutonicorum à quo & quando instituti?*
3 *Confirmatio Ordinis Militaris Theutonic. à Cælestino III. habita.*
4 *Tessera Militum & Magni Magistri Ordinis militaris Theutonicorum quæ?*
5 *Theutonici Milites postremo in qua parte sedem habeant?*
6 *Theutonici Equites plures Commendas habent in Germania, extra illam ferè nullas.*

Equites S. Mariæ Theutonicorum.

COLLECT. CCCXV.

1 DE his Cassan. *in catalogo gloriæ mundi pag.* 9. *consid.* 6. Polydor. Virgil. *de inuentorib. rerum lib.* 7. *cap.* 5 Gualter. *in tabul. chronograph. sæculo* 10. *anno* 1119. Paulus Morigia *in origine Relig. lib.* 4. *cap.* 3. Siluest. Marul. *in Occeano Relig. lib.* 2. *p.* 213 Mennen. *in delit. equestr. tit. de Theutonicis*, Tyrius *in sua historia lib.* 3. *fol.* 8. Illescas *in historia Pontificali lib.* 6. *cap.* 1. Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap.* 35. Alphons. de Narbona *l.* 19. *glos.* 7. *num.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop.* Iacob. Bossi. *in historia Melitensi tom.* 1. *lib.* 12. *anno* 1192. Azori. *instit. moral p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 5. *quæst.* 3. *vers. Sunt & alij qui dicuntur Theutonici*, Iosephus Micheli *en el thesoro militar de Caualleria fol.* 37.

2 Equites S. Mariæ Theutonicorum sic dicti quod sub patrocinio Beatissimæ Virginis à Theutonicis & pro natione Theutonica instituti fuit sub regula S. Augustini à quodam viro nobili Theutonico, cuius nomen nullus Scriptorum, quem legerim, prodit, anno Domini 1119. Calixto II. Pontifice, Imperatore Occidentis Henrico V. Orientis Alexio Comneno; primum sub sodalitij speciem ad recreandos peregrinos gentis Germanicæ. Decursu verò temporis ad tuendum eosdem ab incursionibus barbarorum sumpto ab Hospitalariis, siue Ioannitis, nunc Melitensibus exemplo. Captia Hierosolymis à Saladino Ægypti Sultano anno 1187. abireque iussis cum reli-

3 qua Christianorum turba Theutonicis, Acone siue Ptolemaide consedere, quandiu non ea etiam Vrbs à Sarracenis capta est; vbi dum erant confirmatus Ordo est à Cælestino III.

4 anno 1192. dataque pro tessera Militibus in veste candida Crux nigra cum limbo argenteo, quam & assutam pectori, & appensam è colo gestarent. Summi tamen Magistri insigne est Crux nigra, intersecante alia aurea.

5 Equites Theutonici capta Ptolemaide, variâque fortuna iactati, qui viui è barbarorum armis superetant, tandem in Europam commigrarunt, ibique contra Prusios, qui Masouiam armis infestabant à Conrado Masoniæ Duce euocati ea lege vt quidquid Prusiani agri occupassent eis cederet, feliciter Prusios debellarunt ductore Hermano Atza Ordinis Mag. stri spectatæ virtutis duca. Domiti deinde à Theutonicis Lithuani ac Tartari, qui vltra Vistulam fluuium erant, initaque pax cum Polonis, quibus non semel contra hostes egregiam nanarunt operam. Referunt multi ædificatam à Theutonicis trans Vistulam, Vrbem ex nomine sanctissimæ Virginis Mariæ appellatam, hanc in sedem Magni Magistri destinauerunt.

6 Equites Theutonici Commendas nullas, aut paucas extra Germaniam possident, in Germania multas, & amplissimorum redditutum; nullus fere in hunc Ordinem cooptatur nisi Germanus sit, & ex Germanica nobilitate, refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 19. *de Religion. num.* 58.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus S. Iacobi apud Hispanos agentes.*
2 *Equites S. Iacobi apud Hispanos à quibus & quando instituti?*
3 *Confirmatio Ordinis S. Iacobi apud Hispanos à quo habita?*
4 *Equitibus S. Iacobi concessum est vt primas, & secundas nuptias valeant contrahere, continentiam coniugalem seruando.*
5 *Equites S. Iacobi apud Hispanos de suis bonis testari, & disponere possunt.*
6 *Beneficiorum secularium & pensionum capaces sunt Equites S. Iacobi non emittentes tria vota substantialia Religionis.*
7 *Tessera siue Crux Equitum S. Iacobi apud Hispanos qualis?*
8 *Administratores perpetui Ordinis S. Iacobi apud Hispanos sunt Reges Hispaniarum.*
9 *Domicilia Ordinis S. Iacobi apud Hispanos duo sunt præcipua, & quot Officia & Commendas habeat? ostenditur.*

Equites Sancti Iacobi de Spatha apud Hispanos.

COLLECT. CCCXVI.

1 DE his Franciscus Rades de Andrada *in chronica Ordinis*, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.* 9. *consid.* 7. Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 7. *cap.* 5. Gualter. *in tabul. chronograph. sæculo* 12.

pag. 653. Silnest. Marul. *in Occeano Relig. lib. 3. pag.* 209. Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 4. cap.* 4. Mennen. *in delit. equestrib. tit. Ordo Equitum S. Iacobi*, Anton. Nebricensf. *lib. 2. decad. 1. cap.* 9. Franc. Caro de Torres *en la historia de la tres Ordenes Militares lib. 1. fol. 1.* Ioan. de Mariana *in historia Hispan. lib. 11. cap. 13.* Martin. Carrillo *in annalib. chronolog. lib. 4. sub anno* 1175. Iacob. Bossi *in historia Melitensi tom. 1. lib. 6. anno* 1160. *& tom. 3. lib. 1. anno* 1160. Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap.* 36. Azori. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 6. quaest. 2. vers. anno* 1175. *& cap. 5. quaest. 3. vers. sunt praeterea in Regno Castella*, Ioan. de Caruallo *de vna & altera quarta ad cap. Raynaldus, de testament. p. 1. numer.* 350. Lezana *in sum. quaestion. Regul. tom. 2. cap. 5. num.* 54. Inseph. Micheli *en el thesoro militar de Cauelleria fol.* 30. *cum seqq.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quaest. 4. num.* 94. me citato Ioan. Machado *en su perfetto Confessor. tom. 2. lib. 5. p. 4. tract. 2. docum.* 1.

2 Equites S. Iacobi de Spatha apud Hispanos instituti sub regula S. Augustini à quibusdam Hispanis Legionensibus & Gallecis qui bonis in commune collatis, se suaque deuouere tutandis Christianis à Maurorum incursionibus, iis maximè qui ad sanctum Iacobum Compostellanum peregrinarentur ope & cura Canonicorum Regularium sancti Eligij, cuius coenobium non longè distat à Compostella anno 1170. Pontifice Alexandro III. Alphonso IX. Castellae Rege, Imperatoribus Occidentis Federico Aenobarbo, Orientis Emmanuele Comneno. Vnde non videtur verum, quod tradunt Lucas Episcopus Tudensis, Vasaeus, Didacus Valeta, Ambrosius de Morales, Illescas *in historia Pontif. p. 1. lib. 4. cap.* 81 Fr. Emman. *quaest. Regul. tom. 1. q. 5. art. 5.* originem scilicet huius familiae deriuasse à Ranemiro hoc nomine I. qui paruus manu ingentes Maurorum copias fudit ad amnem, quem Hispani vocant *Clauyo*, ducente Christianorum copias sancto Iacobo, quem Rex ipse cum multis album premeutem equum, ac vexillum rubra Cruce distractum manu praeferentem ante acies conspicatus est.

3 Equitum sancti Iacobi militia confirmata est primùm à Iacintho Cardinale Alexandri III. per Hispaniam Legato, instituto in primum Ordinis magistrum Petro Fernandez, à Ponte Incalato. Secūda deinde adiecta confirmatio est ab eodem Alexandro III. à quo nonnulli huius militiae originem auspicantur, & sic dicitur ab eo approbata, vt apparet ex *sua Constit. 5.* incip. *Benedictus* 3. *Non. Iulij* 1175. apud Laert. Cherub. *in Bullaris tom. 1. pag.* 25. & Mottam *lib. 1. de origine & princip. Ordinum S. Iacobi pag. 66. cum seqq.*

4 Equites S. Iacobi ex Apostolica concessione primas, & secundas nuptias contrahere valent, adimpleantque votum, castitatem, seu continentiam coniugalem seruando. *Alexander III. d. sua constit. 5.* & habetur. *in defiait. Ordinis tit. 22. cap. 5. & tit. 37. t. 15.* Valenzuel. *consil. 115. n. 6. tom. 2.*

5 Equites S. Iacobi de suis bonis testari, & disponere possunt. *Clemens VII. constit.* 32. Incip. *Ex Apostolica de anno* 1531. apud. Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 601. *Gregor. XIII. constit.* 30. incip. *Romani 6. Octobris* 1575. apud eundem Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 396.

6 Equites S. Iacobi non emittentes omnia vota substantialia Religionis minimè sunt incapaces beneficiorum secularium siue simplicium, siue curatorum, nec etiam pensionum. *Sacra Congreg. Conc. sub die 10. Nouembris* 1600. teste Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p. 1. c. 4. n. 21. & 24.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 57. num.* 174.

7 Equites S. Iacobi vtuntur super vestem candidam Cruce rubra in formam gladij effigiata, capulo nimirum liliato, acie nuda, & inferius protensa, vt refert Aldan. *in compend. Canon. resolut lib. 1. tit. 19 de Ordinib. n.* 57.

8 Equitum S. Iacobi magisterium vnitum fuit Coronae Regiae Castellae, & Reges Hispaniae post mortem vltimi magistri Dnn Alphonsi de Cardenas, perpetui administratores huius Ordinis esse coeperunt, vt constat ex *Constit. 1. Adriani. VI.* incip. *Dum intra 4. Non Maij* 1522. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 546.

9 Equitum S. Iacobi apud Hispanos duo sunt domicilia in Ordine, alterum Velesij: in Castella, alterum Legione, primum omnium caput est, sedes olim magni magistri, sunt in Ordine duo magni Commendatores, vt vocant, Castellae, & Legionis: quadraginta fuisse magnos huius militiae magistros ex Francisco Rades de Andrada *in chronica Ordinis cap.* 48. refert Azor. *dict. p. 1. lib. 13. cap. 5. q. 3. vers. sunt praeterea in Regno Castella ad Regem vsque Catholicum Ferdinandum*, cui à Sede Apostol. delata est tum sibi, tum successoribus perpetua Ordinis administratio, quod tempore Adriani VI. & Caroli V. fuit ampliori manu per viam confirmationis praecedentis gratiae dispositum *in d. Constit.* incip. *Dum intra.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Sancti Iacobi apud Lusitanos agentes.*

2 *Equites S. Iacobi apud Lusitanos eadem habent initia, quae Sancti Iacobi militia habet apud Castellanos.*

3 *Equites S. Iacobi apud Lusitanos quando à Castellanis desciuerunt.*

4 *Magistrorum vltimus è Lusitanis quis fuerit, & quo tempore administratio Coronae Regiae vnita?*

5 *Ordinis S. Iacobi apud Lusitanos caput situm est in oppido Palmella.*

6 *Commendas in Regno Portugaliae existentes vt consequantur Equites Sancti Iacobi apud Lusitanos per quinquennium contra infideles militare debent.*

7 *Collegium pro Religiosis S. Iacobi Portugaliae erigitur in Conimbricensi academia.*

Equites Sancti Iacobi apud Lusitanos.

Collect. CCCXVII.

1 De his Oduard. Nouius do Leano, Petrus Mauzius, & Antonius de Vasconcellos *in Rege Dionysio*, Bernard. de Britto *in chronica Cisterciensi lib. 5. cap. 13.* Cabed. *de patronatib. Regia Coronae cap. 15. num. 2.* Emmanuel de Faria y Sosa *en e epithome de las historias Portuguesas part. 4. cap. 121* Ascan.

Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 95.* Ioseph. Micheli *en el thesoro militar de Caualleria fol. 45.* Ioan. Machado *en su perfetto Confessor. tom. 2. lib. 5. part. 4. docum. 5. num. 3.*

2 Equites S. Iacobi apud Lusitanos eadem habent initia quæ S. Iacobi Milites apud Castellanos habuerunt, eandem regulam, eundem habitum; in tessera verò nonnulla cernitur differentia: nam Crux rubra in Lusitanis aciem gladij quæ in Castellanis inferius protenditur, non refert, sed ex inferiori cuspide liliata etiam est, & cæteris æqualis.

3 Equitum S. Iacobi apud Lusitanos militia à Castellana desciuit, sub cuius Magistro erat, tempore Regis Dionysij, qui suorum libertam amabat maximè, vt referunt nostri Lusitani historiographi num. 1. citati.

4 Equitum S. Iacobi apud Lusitanos vltimus magister fuit d. Georgius Dux Conimbricensis & Auerij, Ioannis Regis hoc nomine secundi filius, accipiente Ioanne III. deinde successoribus perpetuam huius Ordinis administrationem vt supra *in Equitibus Auisiensibus collect. 305. numer. 6.* diximus.

5 Equitum S. Iacobi apud Lusitanos Ordinis caput situm est in oppido de *Palmella* pro quo externi fermè scriptores scribunt mendosè *Palmeria*, inter Vlyssiponem, & Setobrigam meridiem versus.

6 Equites S. Iacobi apud Lusitanos contra infideles per quinquennium militantes eiusdem militiæ Commendas in Regno Portugaliæ existentes consequi valent. *Paulus V. constit.* incipien. *Maiestati* 21. *Iulij* 1606. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 3. pag.* 207. Et pro huius militiæ Religiosis in Conimbricensi Academia Collegium fuit erectum *Paulus V. constit.* 8. incipien. *Ex iniuncto* 23. *Augustini* 1605. apud Laert. Cherubin. *d. tom. 3. pag.* 180.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus Montis Gaudy agentes.*

2 *Equites montis Gaudij cur sic dicti, & quo tempore instituti.*

3 *Equites Montis Gaudij in Hispania ad quibus nominibus fuerunt appellati.*

4 *Equites Montis Gaudij in Hispania, ad Calatrauenses transierunt.*

5 *Equites del Trugillo adscripti fuerunt Calatrauensi militiæ.*

Equites Montis Gaudij apud Hierosolymitanos.

Collect. CCCXVIII.

1 De his Barnabas de Montaluo *in chronica Cisterciensi lib. 2. cap. 15.* Rades de Andrada *in chronica Calatraua cap. 18.* Aubert. Miræus *lib 3. de origine Monaster vbi de Ordine Cisterciensi cap. 9.* Ioseph. Micheli *en el thesoro militar de Caualleria fol. 36.* Ascan Taburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 96.*

2 Equites M[illegible] Gaudij [illegible] *[illegible] Apost. Decis. Sum.*

Hierosolymitana mœnia, vbi primum eius domicilium erectum, Mons Gaudij appellatum, & videtur eorum Ordinē incœpisse eadem fere tempestate, qua Melitenses, Templarij, & Theutonici, confirmauit *Alexander. III. anno* 1180. vt refert Rades de Andrada, & Ioseph. Micheli *citatis locis*.

3 Equites montis Gaudij appellatunt Hispani Equites de Mousrac à præcipua in eo oppido eorum domo, in Catalonia, & Valentia Equites de Mongioa, quod idem est ac montis Gaudij.

4 Equites omnes huius militiæ, qui per Hispaniam errabant ad Calatrauenses transierunt, vt testantur idem Rades de Andrada, & Barnabas de Montaluo locis adductis n. 1. qui pariter meminere Equitum del Trugillo, quos in oppido eiusdem nominis sedem habuisse anno 1227. satis

5 constat, adscripti quoque ipsi militiæ Calatrauēsi.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus sancta Maria de Mercede apud Aragonios agentes.*

2 *Equites S. Mariæ de Mercede à quo & quando instituti? & sub quo superiore militauerint, ostenditur.*

3 *Equites sancta Maria de Mercede extincti verè nunc sunt.*

Equites sanctæ Mariæ de Mercede apud Aragonios.

Collect. CCCXIX

1 De his Ildefons. Remon. & Bernard. Vargas *in historia generali*, Siluester Marul. *in occeano Relig lib. 5. pag. 335.* Mennen. *in delit. equestrib. tit. Equites sanctæ Mariæ de Mercede*, Garibai *in compendio historiali lib. 12. cap. 6.* Illescas *in historia Pontific. lib. 5. cap. vlt.* Ioann. da Mariana *de rebus Hispaniæ, lib. 12. cap.* 8. Pineda *in monarchia ecclesi. lib. 12. cap. 23. §. 4.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi, C. de sacrosf. Eccles. verbo monasteria cap. 17.* Ioseph. Micheli *en el thesoro militar de Caualleria fol. 58.* Ascanius Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 77.*

2 Equites S. Mariæ de Mercede instituti à Iacobo huius nominis I. Argoniæ Rege sub regula sancti Augustini annò 1218. Pontifice Henrico III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Roberto. Eadem illorum est professio, idem habitus, qui Religiosis mercenatiis, de quibus infra collect.... Militarunt sub eodem mercenario Generali ex prima Gregorij IX. confirmatione anno 1230. Habuere tamen postea Generalem suum laicum, nec Sacris initiatum, sed eo iterum extincto ad Sacerdotem, & Religiosis Patribus præsidentem rediere decreto Clementis V. & Ioann. XXII. anno 1317. cuius auctoritate approbata fuit electio Generalatus in fauorem Fr. Raymundi Alberti, qui fuit primus Generalis Clericus, & octauus ab Ordinis institutione extincti..., vt verè sunt, scribit Siluest. Marul. *[illegible]*, non fine maximo captiuorum Fidelium damno.

X

pag. 653. Silueſt. Marul. *in Occeano Relig. lib. 3. pag. 209.* Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 4. cap. 4.* Mennen. *in delit. equeſtrib. tit. Orde Equitum S. Iacobi,* Anton. Nebricenſ. *lib. 2. decad. 1. cap. 9.* Franc. Caro de Torres *en la hiſtoria de la tres Ordenes Militares lib. 1. fol. 1.* Ioan. de Mariana *in hiſtoria Hiſpan. lib. 11. cap. 13.* Martin. Carrillo *in annalib. chronolog. lib. 4. ſub anno 1175.* Iacob. Boſſi *in hiſtoria Melitenſi tom. 1. lib. 6. anno 1160. & tom. 3. lib. 1. anno 1560.* Carol. de Tapia *in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo monaſteria cap. 36.* Azoti. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 6. quæſt. 2. verſ. anno 1175. & cap. 5. quæſt. 3. verſ. ſunt præterea in Regno Caſtellæ,* Ioan. de Caruallo *de vna & altera quarta ad cap. Raynaldus, de teſtament. p. 1. numer. 350.* Lazana *in ſum. quæſtion. Regul tom. 2. cap. 5. num. 54.* Ioſeph. Micheli *en el theſoro militar de Caualleria fol. 30. cum ſeqq.* Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. diſp. 24. quæſt. 4. num. 94.* me citato Ioan. Machado *en ſu perfetto Confeſſor. tom. 2. lib. 5. p. 4. tract. 2. docum. 1.*

2 Equites S. Iacobi de Spatha apud Hiſpanos inſtituti ſub regula S. Auguſtini à quibuſdam Hiſpanis Legionenſibus & Gallecis qui bonis in commune collatis, ſe ſuaque deuonere tutandis Chriſtianis à Maurorum incurſionibus, iis maximè qui ad ſanctum Iacobum Compoſtellanum peregrinarentur ope & cura Canonicorum Regularium ſancti Eligij, cuius cœnobium non longè diſtat à Compoſtella anno 1170. Pontifice Alexandro III. Alphonſo IX. Caſtellæ Rege, Imperatoribus Occidentis Federico Ænobarbo, Orientis Emmanuele Conneno. Vnde non videtur verum, quod tradunt Lucas Epiſcopus Tudenſis, Vaſæus, Didacus Valera, Ambroſius de Morales, Illeſcas *in hiſtoria Pontif. p. 1. lib. 4. cap.* 81 Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 5. art. 5.* originem ſcilicet huius familiæ deriuaſſe à Ranemiro hoc nomine I. qui parua manu ingentes Maurorum copias fudit ad amnem, quem Hiſpani vocant *Clauyo,* ducente Chriſtianorum copias ſancto Iacobo, quem Rex ipſe cum multis album prementem equum, ac vexillum rubra Cruce diſtinctum manu præferentem ante acies conſpicatus eſt.

3 Equitum ſancti Iacobi militia confirmata eſt primùm à Iacintho Cardinale Alexandri III. per Hiſpaniam Legato, inſtituto in primum Ordinis magiſtrum Petro Fernandez, à Ponte Incalato. Secūda deinde adiecta confirmatio eſt ab eodem Alexandro III. à quo nonnulli huius militiæ originem auſpicantur, & ſic dicitur ab eo approbata, vt apparet ex *ſua Conſtit.* 5. incip. *Benedictus* 3. *Non. Iuly* 1175. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 25.* & Mottam *lib. 2. de origine & princip. Ordinu S Iacobi pag. 66. cum ſeqq.*

4 Equites S. Iacobi ex Apoſtolica conceſſione primas, & ſecundas nuptias contrahere valent, adimplentque votum, caſtitatem, ſeu continentiam coniugalem ſeruando. *Alexander III. d. ſua conſtit.* 5. & habetur. in *deſinit. Ordinis tit. 22. cap. 5. & tit. 37. c. 15.* Valenzuel. *conſ. 115. n. 6. tom. 2.*

5 Equites S. Iacobi de ſuis bonis teſtati, & diſponere poſſunt. *Clemens VII. conſtit.* 31. incip. *Ex Apoſtolica de anno* 1531. apud. Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 601. Gregor. XIII. conſtit.* 30. incip. *Romani 6. Octobris* 1575. apud eundem Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 396.*

6 Equites S. Iacobi non emittentes omnia vota ſubſtantialia Religionis minimè ſunt Incapaces beneficiorum ſecularium ſiue ſimplicium, ſiue curatorum, nec etiam penſionum. *Sacra Congreg. Conc. ſub die 10. Nouembris* 1600. teſte Nicol. Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p. 1. c. 4. n. 22. & 24.* quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 57. num. 174.*

7 Equites S. Iacobi vtuntur ſuper veſtam candidam Cruce rubra in formam gladij effigiata, capulo nimirum liliato, acie nuda, & inferius protenſa, vt refert Aldan. *in compend. Canon. reſolut lib. 1. tit. 19 de Ordinib. n. 57.*

8 Equitum S. Iacobi magiſterium vnitum fuit Coronæ Regiæ Caſtellæ, & Reges Hiſpaniæ poſt mortem vltimi magiſtri Don Alphonſi de Cardenas, perpetui adminiſtratores huius Ordinis eſſe cœperunt, vt conſtat ex *Conſtit. 1. Adriani. VI.* incip. *Dum intra* 4. *Non Maij* 1522. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 646.*

9 Equitum S. Iacobi apud Hiſpanos duo ſunt domicilia in Ordine, alterum Veleſij: in Caſtella, alterum Legiona, primum omnium caput eſt, ſedesolim magni magiſtri, ſunt in Ordine duo magni Commendatores, vt vocant, Caſtellæ, & Legionis: quadraginta fuiſſe magnos huius militiæ magiſtros ex Franciſco Radea de Andrada *in chronica Ordinis cap.* 48. refert Azor. *dict. p. 1. lib. 13. cap. 5. q. 3. verſ. ſunt præterea in Regno Caſtellæ ad Regem vſque Catholicum Ferdinandum,* cui à Sede Apoſtol. delata eſt tum ſibi, tum ſucceſſoribus perpetua Ordinis adminiſtratio, quod tempore Adriani VI. & Caroli V. fuit ampliori manu per viam confirmationis præcedentis gratiæ diſpoſitum *in d. Conſtit.* incip. *Dum intra.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Sancti Iacobi apud Luſitanos agentes.*

2 *Equites S. Iacobi apud Luſitanos eadem habent initia, quæ Sancti Iacobi militia habet apud Caſtellanos.*

3 *Equites S. Iacobi apud Luſitanos quando à Caſtellanis deſciuerunt.*

4 *Magiſtrorum vltimus è Luſitanis quis fuerit, & quo tempore adminiſtratio Coronæ Regiæ vnita?*

5 *Ordinis S. Iacobi apud Luſitanos caput ſitum eſt in oppido Palmella.*

6 *Commendæ in Regno Portugalia exiſtentes vt conſequantur Equites Sancti Iacobi apud Luſitanos per quinquennium contra infideles militare debent.*

7 *Collegium pro Religioſis S. Iacobi Portugaliæ erigitur in Conimbricenſi academia.*

Equites Sancti Iacobi apud Luſitanos.

Collect. CCCXVII.

1 De his Oduard. Nonius do Leaõ, Petrus Mauzius, & Antonius de Vaſconcellos *in Rege Dionyſio*, Bernard. de Britto *in chronica Ciſtercienſi lib. 5 cap. 13.* Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ cap. 15. num. 2.* Emmanuel da Faria y Soſa *en o epithome de las hiſtorias Portugueſas part. 4. cap. 12 l* Aſcan.

Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disput.* 24. *q.* 4. *n.* 95. Ioseph. Micheli *en el thesoro militar de Cauallería fol.* 48. Ioan. Machado *en su perfetto Confessor. tom.* 2 *lib.* 5. *part.* 4. *docum* 5. *num.* 3.

2 Equites S. Iacobi apud Lusitanos eadem habent initia quæ S. Iacobi Milites apud Castellanos habuerunt, eandem regulam, eundem habitum; in tessera verò nonnulla cernitur differentia: nam Crux rubra in Lusitanis aciem gladij quæ in Castellanis inferius protenditur, non refert, sed ex inferiori cuspide liliata etiam est, & cæteris æqualis.

3 Equitum S. Iacobi apud Lusitanos militia à Castellana desciuit, sub cuius Magistro erat, tempore Regis Dionysij, qui suorum libertatem amabat maximè, vt referunt nostri Lusitani historiographi num. 1. citati.

4 Equitum S. Iacobi apud Lusitanos vltimus magister fuit d. Georgius Dux Conimbricensis & Auerij, Ioannis Regis hoc nomine secundi filius, accipiente Ioanne III. deinde successoribus perpetuam huius Ordinis administrationem vt supra *in Equitibus Auisiensibus collect.* 305. *numer.* 6. dictum est.

5 Equitum S. Iacobi apud Lusitanos Ordinis caput situm est in oppido de *Palmella* pro quo externi fermè scriptores scribunt mendosè *Palmera*, inter Vlyssiponem, & Setobrigam meridiem versus.

6 Equites S. Iacobi apud Lusitanos contra infideles per quinquennium militantes eiusdem militiæ Commendas in Regno Portugaliæ existentes consequi valent. *Paulus V. constit.* incipien. *Maiestati* 21. *Iulij* 1606. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 107. Et pro huius militiæ Religiosis in Conimbricensi Academia Collegium fuit erectum *Paulus V. constit.* 8. incipien. *Ex iniunctis* 23. *Augustini* 1605. apud Laert. Cherubin. *d. tom.* 3. *pag.* 180.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus Montis Gaudij agentes.*
2 *Equites montis Gaudij cur sic dicti, & quo tempore instituti.*
3 *Equites Montis Gaudij in Hispania ad quibus nominibus fuerunt appellati.*
4 *Equites Montis Gaudij in Hispania, ad Calatrauenses transierunt.*
5 *Equites del Trugillo adscripti fuerunt Calatrauensi militia.*

Equites Montis Gaudij apud Hierosolymitanos.

Collect. CCCXVIII.

1 De his Barnabas de Montaluo *in chronica Cisterciensi lib.* 2. *cap.* 15. Rades de Andrada *in chronica Calatraua cap.* 18. Aubert. Miræus *lib* 3. *de origine Monaster vbi de Ordine Cisterciensi cap.* 9. Ioseph. Micheli *en el thesoro militar de Cauallería fol.* 36. Ascan Taburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 4. *num.* 96.

2 Equites M[illegible] Gaudij [illegible] *[illegible] Apost. Decis. Sum.* Hierosolymitana mœnia, vbi primum eius domicilium erectum, Mons Gaudij appellatum, & videtur eorum Ordinè incepisse eadem fere tempestate, qua Melitenses, Templarij, & Theutonici, confirmauit *Alexander. III. anno* 1180. vt refert Rades de Andrada, & Ioseph. Micheli *citatis locis*.

3 Equites montis Gaudij appellantur Hispani Equites de Monfrac à præcipua in eo oppido eorum domo, in Catalonia, & Valentia Equites de Mongioa, quod idem est ac montis Gaudij.

4 Equites omnes huius militiæ, qui per Hispaniam extabant ad Calatrauenses transierunt, vt testantur idem Rades de Andrada, & Barnabas de Montaluo locis adductis n. 1. qui pariter meminere Equitum del Trugillo, quos in oppido e-
5 iusdem nominis sedem habuisse anno 1227. satis constat, adscripti quoque ipsi militiæ Calatrauēsi.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Equitibus sanctæ Mariæ de Mercede apud Aragonios agentes.*
2 *Equites S. Mariæ de Mercede à quo & quando instituti? & sub quo superiore militauerint, ostenditur.*
3 *Equites sanctæ Mariæ de Mercede extincti verè nunc sunt.*

Equites sanctæ Mariæ de Mercede apud Aragonios.

Collect. CCCXIX.

1 De his Ildefons. Remon. & Bernard. Vargas *in historia generali*, Siluester Marul. *in oceano Relig lib.* 5. *pag.* 335. Mennen. *in delit. equestrib. tit. Equites sancta Maria de Mercede*, Garibai *in compendio historiali lib.* 12. *cap.* 6. Illescas *in historia Pontific. lib.* 5. *cap. vlt.* Ioann. da Mariana *de rebus Hispaniæ, lib.* 12. *cap.* 8. Pineda *in monarchia ecclesi. lib.* 12. *cap.* 23. §. 4. Carol. de Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap.* 17. Ioseph. Micheli *en el thesoro militar de Cauallería fol.* 58. Ascanius Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 4. *num.* 77.

2 Equites S. Mariæ de Mercede instituti à Iacobo huius nominis I. Aragoniæ Rege sub regula sancti Augustini annó 1218. Pontifice Henrico III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Roberto. Eadem illorum est professio, idem habitus, qui Religiosis mercenariis, de quibus infra collect.... Militarunt sub eodem mercenario Generali ex prima Gregorij IX. confirmatione anno 1230. Habuere tamen postea Generalem suum laicum, nec Sacris initiatum, sed eo iterum extincto ad Sacerdotem, & Religiosis Patribus præsidentem rediere decreto Clementis V. & Ioann. XXII. anno 1317. cuius auctoritate approbata fuit electio Generalatus in fauorem Fr. Raymundi Alberti, qui fuit primus Generalis Clericus, & octauus ab Ordinis institutione extinct[illegible], vt verè sunt, scribit Siluest. Marul. *cit.* [illegible] *loco*, non sine maximo captiuorum Fidelium damno.

X

Equites S. Mariæ Gloriosæ apud Italos.

COLLECT. CCCXX.

1 De his Siluester Marul. *in occeano Relig. pag. 132. lib. 3.* Carol. Sigon. *de Episcopis Bononiens. lib. 3. & de Regno Italia lib. 17. & 19.* Cardin. Baron. *annal. Eccles. tom 13. anno Christi 1261. num. 12.* Iacob. Bossi *in historia Melitensi tom. 1. lib. 21. anno 1271.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 96.* Ioseph. Micheli *fol. 37.*

2 Equites S. Mariæ Gloriosæ apud Italos instituti fuerunt à Fr. Bartholomæo de Vinceoza Ordinis Prædicatorum, eius postea Vrbis Episcopo anno 1233. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Balduino II. Huius familiæ milites tunica alba, & subcinericia toga induuntur, Crucem purpuream in campo albo duabus suprapositis stellis præferunt vt viduarum ac pupillorum tutelam suscipetent, vt paci, & concordiæ inter homines inseruirent, vulgo *Fratres gaudentes*, appellati sunt, & per Italiam floret eorum institutum, maxime Bononiæ, & Mutinæ, sub nomine sanctæ Mariæ matris Domini.

Equites sanctæ Mariæ de Monte Carmelo apud Gallos.

COLLECT. CCCXXI.

1 De his Mennen. *in delit. equestrib. tit. de Equitibus S. Mariæ*, Aubert. Miræus *de origine Augustian. lib. 1. c. 32.* Marc Anton. Alegre de Cassanate *in paradiso Carmelitici decoris statu 5. ætate 18. cap. 100. pag. 458.*

2 Equites sanctæ Mariæ de Monte Carmelo instituti fuerunt à Paulo V. Summo Pont. sub regula sancti Augustini anno Christi 1609. regnante in Gallia Henrico IV. Impetatore Occidentis Rodulpho II. Orientis tyranno Amurate delectis ad id nobilibus Gallicæ nationis viris ingenio, sanguine, & moribus melioribus signatis: vt patet ex Constit. *eiusdem Pauli V. 14. incip. Romanus Kalend. Martij 1607.* apud Laert. Cherubini. *in Bullario tom. 3. pag. 229.* vbi eos exemit ab Ordinariorum iurisdictione, & illos obligatos esse vult, Fidei professionem emittere, sacrosanctam Eucharistiam suscipere, votum obedientiæ, & castitatis coniugalis emittere, contra S. R. E. hostes pugnare, Officium, siue Coronam B. Mariæ singulis diebus recitare, Festis & Sabbatis diebus Missam audire, & feria tertia ab esu carnium se abstinere. Eodē anno Parisiis institutus primus generalis Magister Philibertus Nerestanus, & in monasterio Suburbano sancti Lazari (nam huic Ordini incorporatus fuit sancti Lazari Ordo militaris per Galliam) Canonicorum Regularium sancti Augustini nonnullos Equites creauit, designata omnibus pro tessera Cruce violacea Virginis Mariæ effigie insigni ex collo pendente, paritetque clamidi affixa: cui in eodem magno Magisterio feliciter filius Ioannes Claudius de Nerestam, qui plures sanguinis nobili prosapia & virtutum splendore conspicuos Equites in hunc militarem Ordinem asciuit.

Equites S. Spiritus.

COLLECT. CCCXXII.

Equites sancti Spiritus in Gallia instituti fuerunt ab Henrico huius nominis Tertio, Franciæ & Poloniæ Rege, Kalend. Ianuarij, anno 1579. in signum grati erga Deum animi, quòd Ipso die Pentecostes, & in Regem Poloniæ electus, & Regni Franciæ successor factus sit. Quapropter statuit vt Equites Ordinis sancti Spiritus sacris cæremoniis interessent amicti pallio Holoserico liliis flammisque aureis atque argenteis distincto, cum magna torque aurea liliis similiter & flammis intertexta, appensâ cruce forma & specie Melitensi simili, in cuius medio columba appareret. Eorum Ordo sub regula S. Augustini confirmatur à Gregorio III.

Equites Militiæ Christianæ

COLLECT. CCCXXIII.

1 Equites militiæ Christianæ sub tit. Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ & regula sancti Francisci, ac protectione sancti Michaelis Archangeli, & sancti Basilij instituit Vrbanus VIII. cuius magnus Magister, & Militiæ caput vnus est, qui, & Capitulum generale possunt concedere Constitutiones, & statuta pro felici huius Militiæ directione, necnon mutare, corrigere, & denuo edere, approbanda semper à Sede Apost. Idem Equites nouitiatum in loco militiæ faciunt, votaque & professionem Fidei, ac iuramentum fidelitatis emittunt, contra infideles, & Fidei hostes militant, nobiles viri, & ingenuè nati etiam coniugati recipiuntur, & super beneficiis ecclesiasticis pensiones vsque ad scuta 400. habere possunt, quamuis sint bigami, vt patet ex eius Constit. *11. incip. Imperscrutabilis pridie Id. Februarij 1623.* apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. pag. 24.*

2 Equites Militiæ Christianæ gaudent fori priuilegio. *S. Congreg. Immunitatis in Mantuana 25. Septembris 1627.* teste R. P. D. Alex. Sperello *in decision. fori ecclesiast. decis. 1. n. 110.*

Eremitæ.

COLLECT. CCCXXIV.

1 De Eremitis, eorúmque obligationibus, & priuilegiis Boër. *de vita & statu Eremitarum*, Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 7.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 15. qu. 6.* Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regul. in quæst diuers. qu. 41.* Gutier. *de gabell. q. 95.* Hieron. Roderic. *in compend. quæst. Regul. resol. 61.* nouissimè Ricciul. *Ecclesiast. lucubr. lib. 3. de Eremitis.*

2 Eremitæ, qui à Statu seculari ad Eremum assumpto habitu, loco, & modo viuendi de licentia Episcopi transeunt, dicuntur personæ ecclesiasticæ. *Sacra Congreg. Episcopor. in Tundana 17. Ianuarij 1594.* cuius meminit nouissimè Anton. Ricciul. *ecclesiast. lucub. lib. 3. cap. 3. num. 1. vers. secundus, post med.*

3 [illegible] Viri eremiticam vitam ducentes non tolerentur [illegible] Ordinariis, [illegible]ptis

exceptis Camaldulen. & sancti Augustini *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Catanien.* 22. *Ianuarij* 1582. cuius meminit me citato Lezana *d. tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Eremitis Fratribus S. Augustini agentes.*

2 *Ordines duo Eremitarum scilicet, & Canonicorum Regularium instituti narrantur à sancto Augustino.*

3 *Ordo Eremitarum S. Augustini auctus est supplemento multorum aliorum.*

4 *Congregationes plures ex Eremitarum S. Augustini ordine orta sunt, quæ eandem S. Augustini regulam & habitum obseruant.*

5 *Priuilegio gaudent Fr. Eremitæ S. Augustini ne alij Religiosi mendicantes iuxta eorum Conuentus per spatium cannarum* 140. *noua loca erigant.*

6 *Priuilegiis concessis quatuor Ordinibus Mendicantium fruuntur fratres Eremitæ S. Augustini.*

7 *Sacristæ Capellæ palatij officium Fratribus Eremitis S. Augustini conceditur.*

8 *Absolui ab excommunicatione, suspensione, & interdicto, & super irregularitate dispensare possunt ingredientes Religionem Eremitarum S. Augustini.*

9 *Exemptus est Ordo S. Augustini à iurisdictione diœcesani.*

10 *Prior Generalis Eremitarum S. Augustini potest dare Mantellatis habitum.*

11 *Portionis Canonicæ à solutione exempti sunt Fratres Eremitani S. Augustini.*

12 *Assistentium Prioris generalis Eremitarum S. Augustini institutio, & officium.*

13 *Officia Eremitarũ S. Augustini ad triẽniũ redacta sunt.*

14 *Interdicti generalis tempore possunt Fratres Eremitani S. Augustini in eius vigilia & festo diuina celebrare.*

15 *Habitus Fratrum Eremitarum S. Augustini & Fratrum Prædicatorum definitur.*

16 *Altercationes super imaginem S. Augustini, & habitu prohibentur inter Canonicos & Fratres.*

17 *Habitus forma Fratrum Ioannis Boni Ordinis S. Augustini.*

18 *Fratres Eremitarum S. Augustini non possunt se transferre ad Ordines monasticos.*

19 *Reformatio Ordinis Eremitarum S. Augustini.*

20 *Prouincialatus in officio non possunt reeligi Fratres Eremitarum S. Augustini.*

21 *Generalatus Officium in ordine Eremitarum S. Augustini vltra triennium prorogari non potest.*

22 *Recursus ad tribunalia secularia prohibetur Fratribus Eremitarum S. Augustini.*

23 *Magisterij ad gradũ conuolantes Fratres Eremitarũ S. Augustini in Hispania, & Indiis examinãdi sunt.*

24 *Vota ex gratia in Capitulis Prouincialibus in quibus prouincius sublata fuerunt.*

25 *Corrigia S. Monicæ, & paniculorum S. Nicolai Tolentini distributio & benedictio ad quem pertineat.*

Eremitæ Fratres S. Augustini.

Collect. CCCXXV.

1 DE his Paulus Venetus *de ortu & progressu Ordinis*, Petrus Vena *de origine Ordinis*, Iordanus Barbos. Apost. Decis. Sum. de Saxonia *de vitis Fratrum*, *& in apologia Ordinis*, Ioannes à S. Ioseph. Lusitanus *in historia à sancto Augustino vsque ad nostra tempora*, Hieron. Setipand. *in commentario rerum Ordinis*, Ambros. Coriolan. *in defensorio*, Ludou. Hurtado *de incremento Ordinis in Indiis nouæ Hispaniæ*, Fr. Hieronymus Romanus, & Iosephus Pamphilius *in chronica Eremitarum*, Arnoldus de Dusco *in tract. de viris illustrib. Ordinis Eremitarum*, Nicolaus Conrenius *in monast. Augustiniano*. Fr. Ioannes Marquez *de origine Eremitarum sancti Augustini*, Nicol Plenenaubx *in libro, cui titulum fecit, Primas Augustinianus impresso Coloniæ* 1617. Ludouicus ab Angelis Lusit. *de vita & Laudibus sancti Augustini* Laurent. de Empoli *in suo Bullario Augustiniano* S Antonin. *p.* 3. *tit.* 24. *cap.* 21. Aluarus Pelag. Lusit *de planctu Ecclesiæ cap.* 23. *&c.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.* 4. *consid.* 71. Genebrard. *in chron. anno Christi* 1153. & 1216. Nauclet. *vol* 3. *generat.* 41. *anno Christi* 1215. Garibai *in compendio histor. lib.* 7 *cap* 57. *anno* 398. Venero *en el enchiridion de los tiempos fol.* 101. Nau. *Commento* 4 *de Regular.* Plato *de bono statu Relig. lib.* 2. *cap.* 22. Carol. de Tapia *ad auth. ingressi C. de sacros. Eccles verbo monasteria cap.* 18. Illescas *in histor. Pontif part.* 2. *lib.* 2. *c.* 8. Ioan. de sancta Maria *in chronica Carmelit. discalceat. tom* 1. *pag.* 2. *cap.* 54. Anton. Yepes *in chronica sancti Benedicti tom.* 3. *cent.* 4. *anno Christi* 617. *c.* 3. & *tom.* 4. *cent.* 4. *anno Christi* 850. Francisc. Magua *lib.* 5. *annal. Valentiæ cap.* 8. Escolan. *lib.* 9. *histor. Valentinæ cap.* 20. *num.* 2. Thom. de Iesu Carmel. *Discalceat. ad reg. Carmel. p.* 2 *dub.* 6. Petrus Marinus *in annot.* sancti Antonini *part.* 3. *tit.* 24. *c.* 14. §. 2. Cardin. Baron. *annal. Eccles. anno Christi* 563. & 564. Choppin. *lib.* 2. *monastic. tit.* 1. *num.* 32. Vincent. Belluac. *in speculo historiali lib.* 25. *cap.* 50. Fr. Petrus Caluo *in tract. defensa de las lagrimas de los Iustos p.* 2. *cap.* 12. Barnab. Montaluus *in chronica Cisterciensi lib.* 1. *cap.* 58. Fr Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 2. *art.* 4. Ioan. Azor. *instit. moral part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 23. *quæst.* 2. Fr. Ludou. Miranda. *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 6. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disput.* 24. *quæst.* 4. *num.* 1. Fr. Ferdinandus Camargo *in epith. historiali Ecclesiæ militantis pag.* 317. *cum seqq.* vbi plures refert huius Ordinis Religiosos sanctitate & litteris insignes, Franc. Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 9. *c.* 1. *cum seq.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 123. *num.* 34. Simplician. à sancto Martino *in vitis Sanctorum Ordinis*, Cornel. Lancellot *in vita sancti Augustini*, Georgius Maigret. *in sarculo sacro Augustiniano*, Baptista Alouisianus *de Viris illustribus Ordinis Eremitarum*, Felix Milensios de Laurino *in suo alphabeto de Monachis & Monasteriis Germaniæ, ac Sarmatiæ citerioris Ordinis Eremitarum anno* 1613. *Pragæ edito*, Anton. de Calancha *in historia prouinciæ Peruuinæ Eremitarum*, Anton. à Purificatione *in theatro triumphali edito anno* 1634. nouissimè Thom. de Herrera *in compendio Præsulum Ordinis Eremitici Matriti anno* 1643. *& in alphabeto Augustiniano in quo præclara Eremitici Ordinis germina, Virorum & fœminarum domicilia recensentur*, duobus tomis in folio editis Matriti hoc anno 1644.

2 Ab ipso Diuo Augustino instituti narrantur duo Ordines; eremitarum scilicet & Canonicorum Regularium, de anteriori autem ipsorũ institutione nõ satis liquet, Eremitæ ex vna, & Canonici ex alia parte acerrimè contendẽtes, pro cuius

controuersiæ resolutione Lectorem remitto ad Auctores citatos supra num.1. Dicitur autem S. Augustini Ordinem institutum anno 390. Summo Pontifice Cyriaco, Imperatoribus Occidentis Gratiano, Orientis Theodosio.

3 Eremitarum sancti Augustini Ordo auctus est supplemento multorum aliorum, qui nomine, habitu, & regula sancti Augustini circunferebantur sub Innoc. IV. anno 1243. vt de Eremitis S. Guillelmi in Tuscia, idem Innocentius IV. *constit.* 1. apud Empol. *pag.* 164. & *Alexandro IV. constit. sua* 6. incip. *Licet* 4. *Non. May* 1256. apud Laert. Cherubin. *in Bullario d. tom.* 1. *pag.* 84. Plures hinc ortæ sunt Congregationes quæ eandem Eremitarum sancti Augustini regulam, & habitum obseruant, videlicet Congregatio Lucetana, quam restaurauit, & ad normam reduxit Bartholomæus Venetus de anno 1387. vndecim tantum monasteria possident. Item congregatio Carbonariæ. quam in terra Laboris regni Neapolitani instituit Fr. Simon Cremonensis de anno 1339. Item Congregatio Perusina sanctæ Mariæ de Populo in Vmbria, quæ per aliquos Religiosos Augustinianos incepit de anno 1414. Item congregatio Lombardiæ, quæ initium sumpsit ab anno 1444. fundantibus R.P. Ioanne Rocco Papiensi, & Gregorio Cremonensi, possidet vsque ad 68. monasteria. Item congregatio Montis Ottonis, quam in Marcha Anchonitana instituit Fr. Simon de Camarino de anno 1460. tria tantum monasteria possidet. Item congregatio Baptistelorum siue Genuensis à Fratre Baptista Genuensi instituta de anno 1484. Item congregatio Pullensis siue Dulceta quam instituit Fr. Fælix Pulles de anno 1491. Alia vulgo dicta Zampana à Fr. Francisco Zampana instituta anno 1501. Alia sancti Augustini de Dalmacia in Esclauonia de eodem anno 1502. Alia sancti Pauli Eremitæ de anno 1550. possident in Italia monasteria quatuor.

5 Eremitæ Fratres sancti Augustini gaudent priuilegio ne alij Religiosi Mendicantes iuxta illorum Conuentus per spatium cannarū 140. noua loca erigant, *Bonifac. VIII. constit.* 2. incip. *Ad consequendum* 11. *Kalend. Martij* 1295. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1 *pag.* 140.

6 Eremitæ Fratres sancti Augustini fruuntur priuilegiis concessis quatuor Ordinibus Mendicantium, videlicet Minorum, Prædicatorum, Carmelitarum, & seruorum, *Iulius II. constit.* 18. incip. *Etsi* 17. *Iunij* 1508. apud Laert. Cherubin. *diel. tom.* 1. *pag.* 433.

7 Eremitis Fratribus sancti Augustini officium Sacristæ Capellæ Palatij Apost. concessit *Alexander VI. constit.* 5. incip. *Ad sacram, Idib. Octobris* 1497. quæ est constit. 3. in Bullario Empoli.

8 Eremitarum sancti Augustini Ordinem ingredientes absoluuntur ab excommunicatione, suspensione, & interdicto. *Alexander IV. constit.* incip. *Cum ex Apostolici* 7. *Kalend. Iuly* 1256. apud Empol. *in Bullario Eremitarum S. Augustini constit.* 4. vbi *constit* 8. addit quod si fuerint clerici possunt dispensari super irregularitate si censuris ligati celebrauerint, & *constit.* 15. quod Prior Generalis Canonicè electus potest Officium exercere etiam nondum confirmatus à Sede Apost. *constit.* 14. habitus forma præscribitur, & *constit.* 16. quod possunt Fratres tempore generalis interdicti Diuina facere ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis, & *constit.* 20. quod non soluunt decimas eorum, quæ propriis manibus colunt, & *constit.* 24. quod possunt celebrare Missam cum Altari portatili, decimas, & oblationes recipere, & *constit.* 25. quod non tenentur soluere decimas, & procurationes, quæ à diœcesanis imponuntur, nec impositas à nuntiis Apost. vt *constit. seq.*

9 Eremitarum Fratrum sancti Augustini Ordo exemptus est à iurisdictione diœcesani, contra quem sententiæ, & censuræ publicatæ nullæ sunt. *Bonifacius VIII. constit.* 5. incip. *Sacer Ordo* 12. *Kalend. Februarij* 1298. apud Empol. *in suo Bullario pag.* 44. & *constit.* 10. apud eundem *pag.* 52.

10 Eremitarum sancti Augustini Prior Generalis potest dare Pinzocheris, & Mantellatis habitum, sicut Fratres sancti Francisci, & sancti Dominici, *Bonifacius IX. constit.* 1. incip. *In finu* 7. *Id. Nouembris* 1401. apud Empol. *in suo Bullario pag.* 53.

11 Eremitarum sancti Augustini Fratres exempti sunt à solutione portionis Canonicæ eorum, quæ suis Ecclesiis relicta sunt pro earum fabrica, pro luminaribus, pro septimo, vigesimo, vel trigesimo. *Clemens IV. constit.* 1. incip. *Deuotionis* 10. *Kalend. Iulij* 1265. apud Empol. *in suo Bullario pag.* 61.

12 Eremitarum sancti Augustini Prioris Generalis Assistentium, institutio, & alia quædam ad Assistentes pertinentia. *Clemens VIII. constit.* 2. incip. *Admonet* 17. *Septembris* 1600. apud Empol. *in suo Bullario pag.* 75. Assistentium huiusmodi absolutorum Vltramontanorum exemptiones reuocantur, qui peracto officio ad suas prouincias destinantur. *Vrbanus VIII. constit.* 3. incip. *Romanus Pont.* 25. *Nouembris* 1626. apud Empol. *in Bullario pag.* 377. Et pro Officio duorum Assistentium Prioris Generalis à Clemente VIII. primum instituto plura ordinauit. *Paulus V. constit.* 6. incip. *Prouisionis* 27. *Nouembris* 1614. apud Empol *in suo Bullario pag.* 295. cum seqq. vbi hac de re aliæ Constitutiones referuntur.

13 Eremitarum sancti Augustini officia ad triennium redacta sunt, & in contrarium facultates obrentæ à Sede Apost. reuocantur. *Innocentius VIII. constit.* 1. incipien. *Ex dilecto filio* 17. *Martij* 1489. apud Empol. *in suo Bullario pag.* 190.

14 Eremitarum sancti Augustini Fratres possunt tempore generalis interdicti in Vigilia & festo sancti Augustini Diuina celebrare, excommunicatis esclusis, & nisi Fratres interdicto causam dederint, aut eis specialiter fuerit interdictum, *Honorius IV. constit.* 4. sub 10. *Kalend. Iuny* incip. *Pro reuerentia anni* 1286. apud Empol. *in suo Bullario pag.* 160.

15 Eremitarum sancti Augustini Fratrum, & Fratrum Prædicatorum Ordinis sancti Dominici habitus diffinitus, illisque omnibus præcipitur ne absque habitu nigro vtrique Ordini constituto ac propriæ professionis protestatiuo extra claustra & etiam in Ecclesiis dum Confessiones audiunt, Conciones, seu lectiones ad populum habent, præterquam in ædibus, & viridariis prædiorum suorum, vllo vnquam tempore aut prætextu sub pœna excommunicationis latæ sententiæ deambulare audeant. *Clem. VIII. const.* 9. incip. *Ex iniuncto* 2. *Octobris* 1603. apud Empol. *in suo Bullario pag.* 90. Et super habitu inter Canonicos Regulares, & Fra-

& Fratres Eremitas prohibentur altercationes, nec nun super imaginem S. Augustini. *Sixtus IV. cōstit.2.* incip. *Qui Apostolus Id. May* 1484. apud Empol. *in suo Bullario pag.321.* Et de forma habitus Fratrum Ioannis Boni Ordinis S. Ioannis Boni Ordinis S. Augustini, *Gregorius IX. constit.5.* incip *Dudum 9. Kalend. Aprilis* 1236. apud Empol *in suo Bullario pag.* 126.

18 Eremitarum S. Augustini Fratres non possunt se transferre ad Ordines monasticos sub pœna excommunicationis, Carthusiensi dumtaxat excepto. *Martinus V. constit.1.* incip. *Viam 4 Kalend. Augusti* 1418. apud Empol. *in suo Bullario pag.*249.

19 Eremitarum S. Augustini Ordinem in pluribus reformauit *Pius V. constit. vnica* incip. *Quoniam in reparanda tertio Kalend. May* 1570. apud Empol. *in suo Bullario pag* 3.1.

20 Eremitarum S. Augustini Fratres in officio Prouincialatus non possunt reeligi, biennio, vel triennio completo, nec ad eorum vitam in ipso remanere *Martinus V. constit.* incip. *Pro cunctorum 17. Kalend. Nouembris* 1418. apud Empol. *in suo Bullario pag.*

21 250. *& seq.* Et officium Generalatus vltra sexcennium prorogari non potest. *Sixtus V. constit.2.* incip. *Exigit 14. May* 1587. apud Empol. *in suo Bullario pag.*364.

22 Eremitarum sancti Augustini Fratribus recursus ad tribunalia secularia prohibetur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ & recursus forma præscribitur à Priore ad Prouincialem, ad Generalem, ad Protectorem, ad sanctam Sedem. *Clemens VIII. constit.5.* incip. *Quoniam, sub die 23 Nouembris* 1605. apud Empol. *in suo Bullario pag* 81. Recurrentes ad fauores seculares priuantur voce actiua & passiua. Superiores fauorum intuitu gratias concedentes sunt excommunicati. Idem *Clemens VIII. constit. 6.* incip. *Quoniam 1. Decembris* 1604. apud Empol. *in suo Bullario pag* 82.

23 Eremitarum S. Augustini Fratres ad Magisterij in Theologia gradus conuolantes in Hispania, & in Indiis, examinandi sunt ab examinatoribus deputandis in Capitulo generali à Priore Generali ad effectum vt Magistralibus exemptionibus, & dignitate gaudere possint *Vrbanus VIII. constit.6.* incip. *Romanus 24. Aprilis* 1625. apud Empol. *in suo Bullario pag.*380.

24 Eremitarum S. Augustini Fratrum vota ex gratia in Capitulis Prouincialibus in quibusdam prouinciis in Hispania, & Indiis sustulit Clemens VIII. cuius constitutionem extendit ad omnes prouincias Italiæ *Vrbanus VIII. constit. 7.* incipien. *Alias 23. Maij* 1628. apud Empol. *in suo Bullario pag.*382.

25 Eremitarum S. Augustini ad Superiores dumtaxat, non vero ad Confraternitates laicorum pertinet benedictio, & distributio Corrigiæ S. Monicæ, necnon Paniculorum S. Nicolai de Tolentino, *S. Cong. Episcop. & Regul. 17. Iulij* 1627. quam refert Empol. *in fine sui Bullarij pag* 386.

SVMMARIVM.

1 *Eremitarum discalceatorum S. Augustini alia congregatio a calceatis separata.*

2 *Congregationem Eremitarum discalceatorum S. Augustini confirmauit Clemens VIII. & multa illis concessit.*

3 *Eremitæ discalceati S. Augustini verè illius filij sunt, & Societates Corrigiatorum in suis Ecclesiis erigere possunt.*

4 *Constitutiones Eremitarum discalceatorum S. Augustini de Italia confirmauit Paulus V.*

5 *Diuisio prouinciæ Hispaniarum Ordinis Eremitarum sancti Augustini discalceatorum in quatuor prouincias.*

6 *Prouinciis Hispaniarum Ordinis Eremitarum discalceatorum sancti Augustini vnitæ fuerunt quadam Domus in Indiis occidentalibus.*

7 *Congregatio Discalceatorum S Augustini in Italia in quatuor prouincias diuiditur.*

8 *Generalis S. Augustini Calceatos & discalceatos sub se habet, sed discalceati habent suum Vicarium Generalem, qui eos totaliter gubernat.*

9 *Vicario Generali Congregationis Eremitarum discalceatorum S. Augustini non licet se nuncupare facere Generalem.*

10 *Eremitæ Discalceati S. Augustini in publicis processionibus sub Cruce calceatorum ire debent.*

11 *Imagines Sanctorum Augustini, Nicolai Tolentini, & aliorum Ordinis non possunt Eremitæ discalceati S. Augustini depingi facere cum habitu, quo ipsi vtuntur.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Eremitæ Fratres discalceati S. Augustini.

COLLECT. CCCXXVI.

1 ALia est Congregatio Eremitarum discalceatorum, siue recollectorum sancti Augustini, quorum Religiosi portant habitum nimirum nigrum cum corrigia, sed ex viliori panno, nec ita oblongis vestibus, vt portant Augustiniani calceati. Diuisa nunc est in duas, alia Italica, alia Hispanica, & earum quælibet stat sub gubernio sui Vicarij Generalis ab altero independentis.

2 Eremitarum discalceatorum S. Augustini congregationem confirmauit, & vt nouitios recipere posset, & vt eius Fratres ad alium quam Carthusianorum ordinem transire non valerent, Indulsit *Clemens VIII. constit.63.* incipien. *Decet. 5. Nouembris* 1599. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.3. pag.*89. aliàs *pag.*65. in nouiss. impress.

3 Eremitæ Fratres discalceati S. Augustini vere illius filij sunt, & societates Corrigiatorum in suis Ecclesiis erigere valent cum omnibus Indulgentiis, priuilegiis, & gratiis à Vicario eorum Generali solummodo habita facultate sicut aliæ Ecclesiæ eiusdem Ordinis habita à Patre Reuerendissimo possunt, & instituunt, & demum quod sint participes omnium priuilegiorum, & gratiarum, earum maximè, quibus Augustiniana gaudet Religio, declarauit Cardinalis Saulius Augustiniani Ordinis protector ex commissione Pauli V. & *Sacra Congregationis Regular. 12. Octobris* 1613. quam declarationem typis Vaticanis impressam vidi Romæ anno 1632.

4 Eremitarum Fratrum discalceatorum S. Augustini de Italia Constitutiones confirmauit *Paulus V constit.22.* incip. *Sacri Apostolatus 5. May* 1610. *in Bullario tom.4.* & Statuta Discalceatorum Ordinis in Regnis Hispaniarum confirmauit *Gregor. XV. const.4.* incip. *Ad sacram 31. Augusti* 1622. apud Empol. *in suo Bullario pag.*146.

5 Eremitarum Fratrum discalceatorū sancti Au-

gustini Hispanicæ Congregationis diuisionem in quatuor prouincias, ac electionem Vicarij generalis, multasque constitutiones, & ordinationes per dictos Fratres in capitulo ordinatas confirmauit *Gregor. X V. d. const. 56.* incip. *Ad sacram 31. August.* 1622. Et illis vniuit quasdam Domos Regni Granaten. seu Quiten. in Indiis Occidentalibus eorundem Fratrum discalceatorum prius sub gubernio Fratrum Calceatorum existentis. *Vrban. VIII. constit.* 102. incip. *Vniuersalis 16. Iulij* 1629. apud Angel. Mariam Cherubin. *tom.* 4. *pag.* 110. in nouiss. impress.

7 Eremitarum Fratrum discalceatorum S. Augustini Italicam congregationem in quatuor prouincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Ianuensem, & Siculam diuisit, & quatuor Prouinciales pro earum gubernio instituit idem *Vrbanus VIII. constit.* 58. incip. *Ad vberes 29. Augusti* 1626. apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. pag. 73.*

8 Eremitas Fratres calceatos & discalceatos sancti Augustini sub se habet Generalis sed discalceati habent suum Vicarium generalem, qui eos

9 totaliter gubernat, cui tamen non licet se nuncupari facere Generalem, sed tantum Vicarium Generalem. *Sacra Congr. Visitationis Apostolicæ 23. Maij* 1626. *&* 30. *Iunij* 1628 cuius meminit Sellius *in selectis Canonic. cap.* 18. *num.* 9. & Empol. *in fine sui Bullarij pag.* 387.

10 Eremitæ discalceati S. Augustini licet nouissime Conuentum in aliqua ciuitate obtinuerint, non sunt separandi à Fratribus Eremitanis Calceatis, sed debent ire in publicis processionibus sub eorum Cruce, prout seruatur in Vrbe. *S. Congr. Rit. in Panormitana* 10. *Maij* 1608. quam refert Sellius *d. c.* 18. *n.* 11.

11 Eremitæ Fratres discalceati S. Augustini non possunt facere depingi, vel imprimi imagines Sanctorum Augustini, Nicolai Tolentini, & aliorum Ordinis cum habitu, quo ipsi discalceati vtuntur, & sic depictæ vel impressæ aboleri iubentur. *Vrbanus VIII. constit. sua.* incip. *Exponi 23. Ianuary* 1638.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Eremitis Camaldulensibus agentes.*

2 *Camaldulenses à quo, & quando instituti, & confirmati*

3 *Camaldulensium Ordo regitur gubernatione aristocratica, & ab vno Generali, qui nunc ad triennium eligitur.*

4 *Camaldulenses in eremo degentes possunt recipere cuiuscunque Ordinis ac Religionis professos etiam Carthusienses petita, sed non obtenta licentia.*

5 *Congregationes duæ Camaldulensium in vnam vniuntur.*

6 *Capitulum Generale Camaldulensium habet facultatem condendi statuta.*

7 *Excommunicationis sententiam non incurrunt Camaldulenses nisi specialiter denuncietur.*

8 *Pecunias apud se retinere non possunt Camaldulenses.*

9 *Barbam deferre possunt Camaldulenses.*

10 *Congregatio S. Eremi, & S. Michaelis de Murano Camaldulen. Ordinis restauratur, & reformatur, ac multis priuilegiis condecoratur.*

11 *Priuilegia Camaldulensium confirmantur.*

12 *Abbates & Priores Camaldulenses minores Ordines suis Monachis conferre possunt.*

13 *Ambitus Camaldulensibus prohibitus.*

14 *Conuentus non autem hospitia prope ciuitates habere prohibitum est Camaldulensibus.*

15 *Eremitarum Camaldulensium Abbati conceditur facultas erigendi Societatem laicorum coronæ Domini.*

16 *Eremitarum Camaldulensium habitus.*

Eremitæ Ordinis Camaldulensis.

Collect. CCCXXVII.

1 De his Augustinus Florentinus *in historia Camaldulensi*, Syluanus Razzius *de sacra eremo Camaldulensi*, Ioannes Castagnizza *in historia sancti Romualdi*, S. Antonin. *part. 2. tit. 1. cap.* 15. Castan. *in catalogo gloriæ mundi. part. 4. consid.* 54. Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap.* 25. Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib. 2. pag.* 101. *cum seqq.* Plato *de bono statu Relig. lib. 2. cap.* 22. Gualter. *in tabul. chronograph. sæculo* 10. *anno* 967. Illescas *in historia Pontif. lib. 4. cap.* 75. Hieron. Roman. *de Repub. Christiana lib. 6. cap.* 9. Card Baron. *annalium Ecclesiæ anno Christi* 974. *&* 977. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 3. art.* 9. Flaui. Cherub. *in compendio Bullarij constit. 1. Alexandri II schol.* 1. Carol. de Tapia *ad auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap.* 40. Azor. *instit. moral. part. 2. lib* 12. *cap.* 21. Fr. Ludouic. Mirãda *in man. Prælator. tom. 1. quæst. 4. art.* 2. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 123. *num.* 13. Suar. *tom. 4. de Relig tract. 9. lib. 2. c* 3. *num.* 7. *cum seqq.* Ioseph Micheli *en el thesoro de Religiones fol.* 104. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disp* 24. *q.* 5. *num.* 15. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Camaldulenses.*

2 Eremitæ Camaldulenses sic dicti à Valle Camaldula in Tuscia non longè à Florentia inter Apennini iuga, instituti à sancto Romualdo monacho Benedictino (cuius obitus dies licet à Monachis celebretur die 19. Iunij, festum tamẽ translationis celebratur die 7. Februarij ex *Constit. Clementis VIII.* incip. *Pia mater Ecclesia 9. Iunij* 1595.) anno 967. Pontifice Ioanne XIII. Imperatoribus Occidentis Otthone, Orientis Nicephoro Phoia. Eorum Ordinem primus omnium approbauit *Alexander II. constit.* 1. incip. *Nulli 4. Kalend. Nouembris* 1072.

3 Eremitarum Camaldulensium Ordo regitur gubernatione aristocratica, Ascan. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. disp. 1. quæst. 2. num. 14. & ab vno Generali, qui vsque ad tempora Leonis X. perpetuus erat, exinde ad triennium eligitur. Idem *Leo X. constit. sua* 2. incip. *Etsi à summa 4. Non. Iunij* 1513. apud Laert. Cherubin. *tom. 1 pag.* 460. aliàs *pag.* 402.

4 Eremitæ Camaldulenses in eremo degentes possunt recipere cuiuscunque Ordinis, ac Religionis professos, etiam Carthusienses, petita, licet non obtenta licentia Superiorum. *Eugenius IV. constit.* 8. incip. *Illa qua 8. Kalend. Decembris* 1475. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag.* 274. & *Gregorius XIII. constit.* 86. incip. *Cum interna 7. Ianuary* 1584. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag* 471.

5 Eremitarum Camaldulensiũ Congregationes duas

duas in vnam vniuit Leo X. d. *constit.* 2. incip. *Etsi*
6 *à summo*, & ibidem statuit eorum Capitulum ge-
7 netale habere facultatem condendi statuta, & illos
8 non incurrete sententiam excommunicationis
9 nisi specialiter denuncietur. Et quod recipi non possunt præterquam à Capitulo eremi, & quod pecunias apud se retinere prohibentur, barbam
10 tamen deferre possunt. Demum erigit seu potius restaurat congregationem sacri Eremi, & sancti Michaelis de Murano Ordinis Camaldulen. & instituit decem & septem principalia loca, nec non alia vniuit, & reformauit, diuersorumque Pontificum, atque Imperatorum priuilegia, gratias, & exemptiones huic Congregationi condonauit.

11 Eremitarum Camaldulen. Ordinis priuilegia confirmauit, aliaque concessit *Gregorius XIII. constit.* 18. incip. *Superna* 12. *Iulij* 1574. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag* 381. *Et Gregorius XIV. sua constit.* incip. *Ex iniuncto sub die* 24. *Septembris* 1591. eadem confirmauit. Demum *Clemens VIII sua constit.* incip. *Officij nostri* 3. *Augusti* 1594. declarauit, & approbauit priuilegia huic Ordini concessa, & communicata; & eo maximè vt Abbates & Priores minores Ordines suis subditis Religiosis conferre possent.

13 Eremitis Camaldulensibus ambitum prohibuit *Clemens VIII. constit.* 43. incip. *Ambitiosam* 3. *Septembris* 1596. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Camaldulenses n.* 3.

14 Eremitis Camaldulensibus prohibetur habere Conuentus prope ciuitates, Carol. de Tapia d. *verbo monasteria cap.* 40. sed non est illis prohibitum habere prope ciuitates hospitia, Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de monaster. ædific. n.* 11.

15 Eremitarum Camaldulensium Abbati Generali conceditur facultas erigendi societatem laicorum Coronæ Domini adinstar Rosarij B. Mariæ in propriis sui Ordinis Ecclesiis. *Sacra Congr. Rit. in Camaldulen* 25. *Ianuarij* 1602. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 19. *de Religionib. n.* 59.

16 Eremitæ Camaldulenses vestiuntur albo colore, tunica, scapullario, & pallio: item galero albo, non egrediuntur Italiam, numerant monasteria 36. ita Aldan. *d. tit.* 19. *de Religionib. n.* 60.

SVMMARIVM.

1 *Eremitarum Camaldulensium reformata congregatio, quam appellant Montis Corona quando inceperit.*

2 *Eremitas Camaldulenses Montis Corona ab aliis separauit Paulus III.*

3 *Exemptionem à gabellis, datiis, & oneribus habent Eremitæ Camaldulenses Montis Corona.*

4 *Eremitæ Camaldulenses Montis Corona alios Religiosos recipere non possunt, & ad alium Ordinem etiam Eremi Camaldulen. transire nequeunt.*

Eremitæ Camaldulen. reformati Montis Coronæ.

Collect. CCCXXVIII.

1 ERemitæ Camaldulenses reformati, quos appellant Montis Coronæ, instituti fuerunt à nobili quodam Veneto Monacho Camaldulensi Paulo Iustiniano nuncuparo & illam alteri vniuit *Leo X. constit.* 2. incip. *Etsi* 4. *Non. Iulij* 1513. apud
2 Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 460. Sed hos Camaldulenses reformatos Montis Coronæ separauit ab aliis Eremi Camaldulen. & sancti Michaelis de Murano, *Paulus III. constit.* 1. incip. *Rationi* 3. *Non. Nouembris* 1534. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 610. aliàs *pag.* 508. in nouiss. impress.

3 Eremitæ Camaldulen. Montis Coronæ exempti sunt ab omnibus gabellis, datiis, & oneribus. *Clemens VII. constit.* 23. incip. *Vestrum* 27. *Iulij* 1528. apud Laert. Cherub *tom.* 1. *pag.* 591. aliàs *pag.* 498.

4 Eremitæ Camaldulen. Montis Coronæ alios Religiosos recipere non possunt & ad alium Ordinem etiam Eremi Camaldul. transire nequeunt. *Sixtus V. const.* 35. incip. *Ea est* 9. *Iulij* 1586. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 513. aliàs *pag.* 407.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Eremitis S. Hieronymi per Hispaniam agentes.*

2 *Eremitæ S. Hieronymi per Hispaniam à quo, & quando instituti?*

3 *Opiniones diuersæ circa auctorem & fundatorem Ordinis Eremitarum sancti Hieronymi per Hispaniam.*

4 *Institutum Ordinis Eremitarum S. Hieronymi per Hispaniam approbauit Gregorius XI.*

5 *Processionibus publicis interesse non tenentur Eremitæ S. Hieronymi per Hispaniam.*

6 *Habitus Eremitarum S. Hieronymi per Hispaniam qualis?*

7 *Monasterium S. Bartholomæi loci de Lupiana est caput Ordinis, & sedes Generalis.*

8 *Monasteria plura & pulchra habent Eremitæ S. Hieronymi in Hispania.*

Eremitæ S. Hieronymi per Hispaniam.

Collect. CCCXXIX.

1 DE his Fr. Iosephus de Siguença *in chronica huius Ordinis*, Siluest. Marul. *in Oceano Relig. lib.* 3. *pag.* 198. Platus *de bono status Relig. lib.* 2. *cap.* 22. Hieronymus Romanus *de Republ. Christiana lib.* 6. *cap.* 29. Venero *en su enchiridion de los tiempos fol.* 101. *in impress. de anno* 1641. Oduard. Nonius do Leaõ. *in chronica Regis Ferdinandi Lusitani*. Fr Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 5. *art.* 10. Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap.* 25 Azori. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 11. *quæst.* 8. *vers. Floret in Hispania*, Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat tom.* 1. *quæst.* 4. *art.* 1. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 123. *num.* 17. Suar. *de Religione tom.* 4. *tract.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 7. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 4. *num.* 39.

2 Eremitarum sancti Hieronymi per Hispaniam Ordo institutus, seu reformatus sub regula sancti Augustini, & patrocinio sancti Hieronymi à Domino Petro Fernandez nobili Castellano, Petri Regis Castellæ, quem crudelem appellant, intimo quondam & maiori cubiculario anno Domini 1370. Pontifice Vrbano V. Imperatore Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Alij fundatorem, seu potius reformatorem faciunt P. Lapum de

X 4

Olmedo Hispanum, qui Martio I V. temporibus quandam regulam ab operibus sancti Hieronymi collectam Fratribus obseruandam tradiderat, cui etsi summus Pontifex assensit, eius tamen voluntatem progredi non permiserunt aliqui ex Patribus Hispanis, qui ad hoc Romam venerunt, qua de causa in Italia remansit, aliamque Religionem ibi instituit, de qua sequenti collect. Alij Eusebium Cremonensem dicunt huius instituti auctorem, qui eiusdem B. Hieronymi discipulus fuit, cuius vestigia sequi credunt monachi B. Mariæ de Guadalupe apud Hispaniam. Alij quendam Fr. Thomam probatæ sanctitatis virum dicunt, cuius socij ex reuelatione Hispaniam venerunt anno Domini 1370.& in quodam deserto in diœcesi Toletana Lupiana vocato habitarunt.

4 Eremitarum sancti Hieronymi per Hispaniam institutum approbauit ex regula Eremitarum sancti Augustini desumptum Gregorius XI. anno 1375. vt refert Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 19. de Relig. n. 61.*

5 Eremitæ sancti Hieronymi per Hispaniam non tenentur accedere ad publicas processiones iuxta priuilegium Pij V. Sacra Congreg. Rit. in causa Ordinis Eremitarum sancti Hieronymi Hispaniarum 14. Ianuarij 1600. cuius meminit Sellius *in select. Canon. c. 78. n. 3.*

6 Eremitæ sancti Hieronymi per Hispaniam vtuntur tunica alba, scapulari, & caputio canusino, caputium strictum est, & rotundum ea parte, qua caput contegit, pallium item canusinum, crispatur, & vndulatur ad collum, eo vtuntur cum foras equites procedunt, nunquam enim pedites incedunt.

7 Eremitarum S. Hieronymi per Hispaniam familiæ totios caput est monasterium sancti Bartholomæi dicti loci de Lupiana, vbi Generalis residet, & illius Prior Conuentualis est; hic singulis tribus annis eligitur tertio Nonas Ma j ab Eremitis Religiosis dicti Monasterij Conuentualibus, & à Definitoribus & toto Ordine constitutis confirmatur: non diuiditur hic Ordo, qui Hispaniæ tantum fines comprehendit, in prouincias, sed ab vno tantum Generali regitur.

8 Eremitæ sancti Hieronymi per Hispaniam plura & pulchra monasteria habent, in Castella duo sunt principaliora, vnum sanctæ Mariæ de Guadalupe, ob miraculosissimam imaginem B. Virginis toto Orbe celeberrimum, & multis donariis, & pretiosissimis supellectilibus, ac pluribus redditibus abundans, alterum est sancti Laurentij del Escurial singularis architecturæ, nullique secundum; in Lusitania celebriora sunt Bethlemium, prope Vlyssiponem ad fauces Tagi, Peralonga, Peña, sanctus Marcus prope Coimbricam, Collegium Conimbricense, Vimarani cum de Costa, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Eremitis sancti Hieronymi per Italiam agentes.*
2 *Eremitæ S. Hieronymi per Italiam à quo & quando instituti?*
3 *P. Lupus de Olmeto Ordinis Sancti Hieronymi per Italiam resuscitator, & quare eius vitam scripsit P. Don Pius de Rubeis, & refertur inscriptio sua sepulturæ.*
4 *Habitus Eremitarum sancti Hieronymi per Italiam qualis?*

Eremitæ S. Hieronymi per Italiam.

Collect. CCCXXX.

1 De his Paol. Morigia *in origine Relig. lib. 1. cap. 46.* Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib. 5. pag. 366.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. verbo monasteria cap. 25. num 15.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 5. quæst. 8. vers. Frater quidam Petrus,* Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol. 108.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. num. 9.*

2 Eremitarum sancti Hieronymi per Italiam Ordo institutus, seu potius resuscitatus, siue reformatus à B. Lupo de Olmedo, familiæ sancti Hieronymi per Hispaniam Monacho sub regula sancti Hieronymi, quem ipse Olmetus decerpsit ex operibus ipsius summi Doctoris, anno 1380. Pontifice Vrbano VI. Imperatoribus Occidentis Vencislao,
3 Orientis Andronico III. Confirmationem regulæ, & multa priuilegia ad huius Ordinis fauorem obtinuit ipse Olmetus à Martino V. cum quo dum primum Salmanticæ studeret, maximam contraxerat amicitiam, & monasterium sancti Aleaij Romæ in Monte Auentino adeptus fuit; hic enim Olmetus qui Ordinem sancti Hieronymi in Hispania reformare cupiebat, cum sui voti compos non fieret, animum in Italiam applicuit. Eius vitam, qui sanctissimè vixit, scripsit, typisque mandauit P. Don Pius de Rubeis Placentinus huius Ordinis quondam Generalis: moritur Romæ R. P. Olmetus, & sepultus est in dicta Ecclesia S. Alexij, ac eius sepulchro apposita est inscriptio, quam Ego, dum Romæ essem, legi, & manu propria transcripsi. *Hic iacet Reuerendus in Christo Pater Lupus Olmetus natione Hispanus resuscitator, & reformator Eremitarum sancti Hieronymi, ac primus Generalis Præpositus, & obiit die 3. Aprilis 1433.*

4 Eremitæ S. Hieronymi per Italiam vtuntur eodem ferè habitu atque Hispani, nec extra Italiam extenduntur, in qua decem & septem tenent monasteria. Reguntur ab vno Generali, cuius administratio triennio finitur, & monasteriorum superiores Priores denominantur sine vlla ab Hispanis dependentia, refert Aldan. *in compendio Canonic. resol. lib. 1. tit. 19. de Religion. n. 62.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Eremitarum B. Petri de Pisis agentes.*
2 *Eremitæ B. Petri de Pisis à quo & quando instituti?*
3 *Monasterium caput Ordinis Eremitarum B. Petri de Pisis est apud Cessenam.*
4 *Professionem à Pio V. faciunt Eremitæ B. Petri de Pisis, & priuilegia Mendicantium gaudent.*
5 *Nouitiatus duos Venetiis & Neapoli habent Eremitæ B. Petri de Pisis.*
6 *Habitus Eremitarum Beati Petri de Pisis qualis.*

Eremitæ B. Petri de Pisis.

Collect. CCCXXXI.

1 De his Paulus Morigia *in origine Relig. lib. 1. c. 41.* Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib. 5. pag.* 343 Carol.

345. Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria c. 25. num. 17. cum seqq.* Fr. Emman. *quaest. Regul. tom. 1. q. 3. art. 9.* Azotl. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 11. q. 7. vers. anno salutis*, Hieron. Roderic. *in compendio quaest. Regul. resol. 123. n. 16.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. n. 12 circa fin.* Ascan. Tambuiin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 40.*

2 Eremitae B. Petri de Pisis instituti à nobili viro Pisano Petro Gambacutta sub regula sancti Augustini,& patrocinio sancti Hieronymi anno 1380. Pontifice Vrbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orientis Andronico III. Primum huius

3 Congregationis monasterium, caputque Ordinis est apud Cessenam in territorio Vrbini, appellant Montem bellum ob loci amoenitatem.

4 Eremitae B. Petri de Pisis ex sua institutione non erant veri Religiosi, nec vlla vota solemnia emittebant, nec regulam aliquam approbatam seruabant, & sie per multos annos permanserant, vsque ad tempora Pij V. qui eos professionem emittere iussit, ac priuilegiis Ordinum Mendicantium concessis perfrui voluit *in sua constit. 125.* incip. *Religionis* 30. *Martij* 1571. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 137.*

5 Eremitarum B. Petri de Pisis duos nouitiatus Venetiis, & Neapoli erexit illisque ambitum prohibuit *Clemens VIII. constit.* 70. incip. *Ordinis* 4. *Septembris* 1600.

6 Eremitae B. Petri de Pisis vtuntur tunica, scapulari, caputio, pallio canusino: reiieiebant ab humeris vittam siue ligulam eiusdem coloris, *bechetta* dictam, quam subtus pallium gerebant, cum irent foras, sed iam deposuerunt, nec ad praesens portant, ferè nullum habent monasterium extra Marchiam Anchonitanam, & Triosanam, refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 19. de Relig. num.* 63.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Religiosis S. Hieronymi de Fessulis agentes.*
2 *Eremita S. Hieronymi de Fessulis à quo, & quando instituti? & confirmati?*
3 *Eremita S. Hieronymi de Fessulis ab vno Generali reguntur, qui ad triennium eligitur.*
4 *Habitus Eremitarum S. Hieronymi de Fessulis qualis.*

Eremita S. Hieronymi de Fessulis.

Collect. CCCXXXII.

1 De his Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib. 7. cap. 3.* Roman. Vgolin. *huius Congregationis alumnus in historia Conuentus S. Mariae gratiarum Bixia*, Carolus Binonius *in chronicu Religionis M S.* Gualter. *in tabul. chronograph saeculo 15. pag. 717.* Silnest. Marul. *inoceeano Relig. lib. 4. pag. 327.* Paulus Morigia *in origine Relig lib. 1. cap. 42.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 25. n. 22. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 11. q. 8. vers. anno Domini* 1406. Iosepb. Michelien *el thesoro de Religiones fol. 107. verso*, Ascan. Tambutin. *de iure Abbatum tom. 2. disp 24. q. 4. n. 72.*

2 Eremitarum sancti Hieronymi in Fessulis ordo, sic dictus quod Fessulis nobili quondam Tusciae Vrbe, cuius nunc vestigia vix extant, non longe à Florentia incoeperit, Institutus à Carolo Romena Comite Montis Granelli, (Oppidum est ad radices Apennini quinque leucis distans à Cessena) sub regula sancti Augustini anno 1406. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Huius Congregationis regularem vitam approbauit Innocentius VII. & ad Religionem recipi posse decreuit Gregorius XII. constit. 5. incip. sacrum de anno 1415. apud Laert. Cherub. *tom. 1. Bullarij pag. 243.* Eam iterum approbauit sub regula sancti Augustini, multaque circa Capitulum generale, & Praelatorum electiones edixit *Eugenius IV. constit.* 21. incip. *super gregem* 7. *Kalend. Augusti* 1441. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 190.*

3 Eremitae S. Hieronymi de Fessulis ab vno Generali reguntur, qui primum eligebatur ad biennium, nunc verò ex concessione Gregorij XIII. ad triennium eligitur. Italiam non egrediuntur, vbi enumerant Conuentus 62. Vtuntur habitu

4 griseo, pallio ad collum rugato, vt refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 19. de Religion. n.* 64.

SVMMARIVM.

1 *Eremita Montis Senarij quando inceperint, & sub qua regula?*
2 *Eremus Montis Senarij gubernatur à Priore Fratrum seruorum Annunciata Florentia.*
3 *Carnibus nusquam vesci possunt Eremita Montis Senarij non infirmi.*
4 *Ieiunium in pane & aqua pro quarta feria mitigatur.*

Eremita Seruita Montis Senarij.

Collect. CCCXXXIII.

1 Eremitae Montis Senarij sub Ordine Seruitarum sunt, sed reformato, inceperunt anno 1593. & confirmationem obtinuerunt à Clemente VIII. de anno 1595. dicuntur Montis Senarij, quia in eo viuunt, qui distat à Florentia tertio tantum lapide, & in monasterio ibi aedificato sepulta sunt septem primorum Patrum fundatorum corpora in vno eodemque Altari, reguntur ab eodem Seruitarum Generali, vtuntur eodem habitu atque seruitio, sed viliori, incedunt nudis pedibus, Ascan.

2 Tambuiin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quaest. 4. nu.* 63. Eremus Montis Senarij gubernabatur à Priore Fratrum seruorum B. Mariae Domus Annunciatae in ciuitate Florentiae ex constit. 80. *Clementis VIII.* incip. *Decet* 22. *Octobris* 1593. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 126.* aliàs *pag.* 91.

3 Eremitae Montis Senarij non infirmi nunquam carnibus vesci possunt, & secunda, quarta, & sexta feriis ieiunant, & in quadragesima, & Aduentu pane & aqua: ab eremo nulla ex causa discedere possunt. *Clemens VIII. d. constit.* 80. incip. *Decet.*

4 Eremitarum Montis Senarij ieiunium in pane & aqua pro quarta feria mitigat, datque potestatem deputatis à Capitulo Conuentuali Eremi Montis Senarij nouitios recipiendi *Paulus V. constit.* 76. incip. *Sedis Apostolica de anno* 1612. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag.* 312. aliàs *pag.* 228.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Euangelio agentes.*
2 *Episcopo tantum osculandus porrigitur Euangelij textus.*
3 *Episcopo extra suam diœcesim deosculandus non debet porrigi Euangelij textus.*
4 *Textus Euangelij osculandus porrigi debet tantum Episcopo, vel in eius absentia celebranti.*
5 *Gubernatoribus ciuitatum osculandus non debet porrigi Euangelij textus.*
6 *Euangelium non traditur osculandum nisi Episcopis, Prælatis maioribus & Principibus magnis.*
7 *Epistolam & Euangelium cantare possunt Canonici quando aliqua Dignitas, & Canonicus celebrat.*

Euangelium.

COLLECT. CCCXXIV.

1 DE Euangelio Ioseph. Langius in *Polianthea.* Iodoch. Lorich. *in thesauro nouo Theolog.* Petr. Crespet. *in summ. Catholica Fides verbo Euangelium.* Azori. *instit moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 34. *quæst.* 9. Gauant. *in rub. Missalis p.* 1. *tit.* 10. *num.* 6. Simon Vsz Barbosa frater meus *in tract. de significatis mysteriosis Sacrificij Missæ cap.* 40. *de Euangelio.* Ego ipse *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 22. *de Sacrificio Missæ capite* 1. *num.* 15.

2 Euangelij textus vni tantum, & digniori, idest Episcopo, osculandus porrigitur. *Sacra Congreg. Rit. in Cæsaraugustana* 2. *Augusti* 1608. *& in nullius prouincia Baren.* 24. *Augusti* 1609. apud Aldsn. *in compendio Canonic. resol. lib.* 2. *tit.* 18. *num.* 23.

3 Euangelij textus non debet deosculandus porrigi Episcopo extra suam diœcesim. *Sacra Congreg. Rit. in Iadren.* 3. *Octobris* 1618. quam refert Aldsn. *d. lib.* 2. *tit.* 18. *num.* 25.

4 Euangelij textus osculandus porrigi debet tantum Episcopo, si præsens est, vel in eius absentia celebranti tantum, non autem domino loci, aut Commendatario, vel eius procuratori. *Sacra Congreg. Rit. in nullius Marrubij* 17. *Septembris* 1611. penes Aldan. *d. tit.* 18. *num.* 26. Gauant. *in rub. Missalis p.* 2. *tit.* 6. *num.* 5. *in fine,* vbi quod nec defertur osculandus Vicario Apost. ex *S. Congr. Episcop. & Regul.* 25. *&* 28. *Augusti* 1589.

5 Euangelij textus osculandus non debet porrigi gubernatoribus prouinciarum, nec in publicis, neque in priuatis Missis, sed à personis ecclesiasticis, & ab Episcopo tantùm, & eo absente à solo celebrante osculari debet. *Sacra Congreg. Rit. in Beneuentana* 4. *Septembris* 1592. *& in Lucerina* 10. *Decembris* 1601. *& in Cusentina* 17. *Iulij* 1604. *& in Strongolen.* 4. *Martij* 1606. *& in Tropien.* 3. *Iunij* 1617. quarum meminit Aldan. *d. tit.* 18. *n.* 27.

6 Euangelium non traditur osculandum nisi Episcopis, Prælatis maioribus, & Principibus magnis, non autem Gubernatoribus, & aliis ministris. *Sacra Congregat. Episcoporum & Regularium in Amelphitan.* 28. *Augusti* 1589. quam citat Aldan. *d. tit.* 18. *num.* 28.

7 Euangelium & Epistolam cantare possunt Canonici, quando dignitas, vel Canonicus celebrat. *Sacra Congr. Rit. in Neocastren.* 4. *Martij* 1606. teste Aldan. *d. tit.* 18. *num.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de sanctissima Eucharistia agentes.*
2 *Ecclesiæ præcepto satisfaciunt Eucharistiam sumentes infra octauam Paschatis Resurrectionis, aut in die Cœna Domini.*
3 *Renouandum est à Græcis singulis octo, aut quindecim diebus Eucharistiæ Sacramentum, quod pro infirmis asseruatur.*
4 *Fratres in die Paschatis non possunt administrare populo sanctissimam Eucharistiam.*
5 *In Parochiali Ecclesia quantumuis pauperi asseruari debet sanctissima Eucharistia.*
6 *Regulares sine causa ab Ordinario approbanda non possunt sanctissimam Eucharistiam publicè adorandam exponere.*
7 *Sacramentum Eucharistiæ non est singulis diebus exponendum supra Altare, sed in quibusdam tantum solemnitatibus.*
8 *Confraternitates laicorum non debent tenere ex consuetudine Sacramentum Eucharistiæ sine licentia Episcopi.*
9 *Canonici Cathedralis debent deferre sanctissimam Eucharistiam in eius festo.*
10 *Dignitas prima quatenus celebret, siue ea non celebrante dignitas, seu Canonicus, qui Missam celebrauit, debet in processionibus, absente Episcopo deferre sanctissimam Eucharistiam.*
11 *Sacramentum Eucharistiæ propriis manibus à celebrante deferatur, non obstante quacunque consuetudine contraria.*
12 *Genuflectere semper debent Canonici, & Clerus dum eleuatur SS. Eucharistia, siue in choro existant, siue processionaliter incedant.*
13 *Feria quinta in Cœna Domini asseruari debet SS. Eucharistia sub vnica tantum claue retinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturum.*
14 *Tertiariarum in Ecclesiis nullatenus teneri potest SS. Eucharistia, quando illæ solemnem professionem trium votorum non emittunt, nec in clausura viuunt.*
15 *Parasceue in die non est distribuenda aliis quàm infirmis SS. Eucharistia.*
16 *Ordinarius in Ecclesiis Regularium visitare non potest SS. Eucharistiam.*
17 *Eucharistia SS. ad ægrotum adoranda deferri non debet, si eam ob infirm, aut aliàs sumere non potest pro viatico.*

Eucharistia Sanctissima.

COLLECT. CCCXXXV.

1 DE Eucharistia Stanislaus Osius, Rabanus Maurus, Petrus Thyreus, Lucas Pinellus, B. Laurentius Iustinianus, Ludouicus de Aula, Ioannes Gropperus, Iosnnes Slotanus, Cælius Calcagninus, Christophorus Acorenus, Franciscus Costerius, Claudius Sainctes, Gregorius Nonius Coronel *de Repub stat. tom.* 1. *lib.* 1. Iodoc. Coccius *in thesauro Catholico tom* 2 *lib.* 6. Iosephus Liquianus *in eruditione Christiana discursu* 21. Petrus Aurstus *parad.* 29. *cum duobus seqq* Petrus Crespetius *in sum. Catholica Fidei verbo Eucharistia*, Thom. Bozz. *de signis Ecclesiæ tom.* 2. *lib.* 13. *&* 14. Cardinal. Bellarm. *in controuers.*

in controuerf. Cathol. lib. 2. de Euchar. Lancel. & Cuchus *sub eod. tit.* Henriq. *in sum. lib.* 8. Petrus Sotus *in lect. de Eucharistia*, Bartholomæus ab Angelo *in examine Confess. dial.* 4. Zanard. *in direct. Confess. part.* 1. Gregorius de Valentia *tom.* 4. *disp.* 6. Ioan. de la Cruz. *in direct. tract. de Eucharistia*, Suarez *tom.* 3. *disp.* 45. *cum seqq.* Petrus de Ochogauia *de sacramen. tract. de Eucharistia*, Gabr. Vasquez *in* 3. *part. S. Thomæ tom.* 3. *quæst.* 73. *disp.* 177. *cum seqq.* Petr. de Ledesma *in sum. part.* 1. Antonius Ragucius *in lucerna Parochor. tract. de Eucharistia*, Ludou. de san Iuan *in summ. p.* 1. *tract. de Eucharistia*, Ægid. de Couinck. *de Sacram. tom.* 1. *q.* 73 Molfes. *in sum. Theolog moralis tract.* 3. *c.* 1. *cum seqq* Fernandez *in examine Theol. moral. part.* 3. *c.* 4. Bonacin. *de Sacram. disp.* 4. *q.* 1. Filliuc. *in quæst. moral. tract.* 4. *de Eucharist.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 4. Hurtado *de Sacram. tom.* 1. Torreblanca *de iure spirit. lib.* 2. *cap.* 7. *cum seqq.* Eminentissimus Card. Ioann. de Lugo *tom.* 1 *de Venerabili Eucharistiæ Sacramento.*

2 Eucharistiam SS. sumentes infra octauam Paschatis Resurrectionis, aut in die Cœnæ Domini, præcepto Ecclesiæ satisfaciunt. *Eugenius IV. constit.* 2. incip. *dispositione tertio Id. Nouemb* 1431. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 270.

3 Eucharistia SS quæ pro infirmis asseruatur singulis octo, aut quindecim diebus est renouanda à Græcis. *Clemens VIII. constit.* 34. incip. *Sanctissimus* §. 2. *sub die* 31. *Augusti* 1595. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag* 47.

4 Eucharistiam SS. non possunt Fratres in die Paschatis administrare populo, stante quod in priuilegio Eugenij IV. hoc eis interdicitur expresè pro illa die. *Sacra Cong. Conc. sub die* 2. *Martij* 1619. cuius memini *de offi & potest. Parochi cap.* 20. *n.* 10. & me citato Lezana *in summ. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 1. *n.* 20. *& tom.* 3. *verbo Eucharistia n.* 2.

5 Eucharistia SS. asseruari debet in Ecclesia Parochiali quantumuis pauperi. *S Cong Conc. in Vrbinaten.* 22. *Martij* 1594. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap.* 1. *n.* 74.

6 Eucharistiam SS. publicè adorandam exponere non possunt Regulares sine causa ab Ordinario approbanda. *Sacra Congreg. Conc. in Neapolitana* 17. *Augusti* 1630. penes Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *c.* 1. *n.* 26. *& tom.* 3. *sub hoc verbo n.* 14. Et iterum Eucharistiam publice exponere neque Regularibus neque Confraternitatibus laicorũ quouis prætextu licet, absque speciali licentia proprij Ordinarij *Sacra Congr. Rit. sub die* 26. *Februarij* 1626. de qua Gauant. *in enchirid. Episcop. verbo Eucharistia n.* 55. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. sub eodem verbo n.* 3.

7 Eucharistia SS. non est singulis diebus exponenda super Altare, sed in quibusdam tantum solemnitatibus. *Sacra Cong. Rit. in Placentina prouincia Compostellana* 1. *Martij* 1606. apud Lezanam *d. tom.* 3. *verbo Eucharistia num.* 24.

8 Eucharistiam SS. ex consuetudine & priuilegio non decet teneri à laicorum Confraternitatibus sine licentia Episcopi. *Sacra Congr. Rit. in Isolan.* 10. *Iunij* 1604. de qua meminerunt Lezana *d. verbo Eucharistia sub n.* 24. Anton. Ricciul *ecclesiasticarum lucubrat. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 4. *&* 6. Eadem *Sacra Congreg. in Asculana* 3. *Aprilis* 1632. quam refert Bonfadin. *in in thesauro ecclesiast. decis. resol.* 3. *n.* 15.

9 Eucharistia SS in eius festo debet deferri à Canonicis Cathedralis. *Sacra Congr. Rit. in Tuscanen.* 19. *Augusti* 1616. quam adducit Sellius *d. c.* 1 *num.* 75.

10 Eucharistiam SS. in solemni eius festiuitate, & per octauam in processione deferre, absente, vel impedito Episcopo, ad primam dignitatem, vel ea impedita ad secundam, & successiuè ad tertiam, vel quartam, & omnibus dignitatibus absentibus, vel impeditis ad primum, vel secundum Canonicum pertinet. *Sacra Congr. Rit. in Baren.* 19. *Ianuarij* 1628 *& in Pisauren.* 21. *Martij* 1609. *& in Lamacen.* 11. *Nouembris* 1614. *& in Aretina* 30. *Ianuarij* 1610. quarum memini *in tract. de Canon. & dignit. cap.* 5. *num.* 43. vbi *n.* 44. eadem *Sacra Congr. in Iuuenacen. Maij* 1609. id procedere affirmo nisi ad alium pertineat absente Episcopo prædictam functionem facere iuxta Ecclesiæ Constitutiones, ac antiquam & immemorialem eiusdem Ecclesiæ consuetudinem.

11 Eucharistia SS. à celebrante propriis manibus deferatur, non obstante quauis contraria consuetudine. *Sacra Cong. Rit. in Syracusana Modica* 2. *Iunij* 1618. penes Lezana *dict. verbo Eucharistia n.* 24. *post med.*

12 Eucharistia SS. dum eleuatur Canonici & Clerus siue in choro existant, siue processionaliter incedant, semper debent genuflectere. *Sacra Congr. Rit. in Oscen.* 2. *Maij* 1620. quam citat Sellius *d. c.* 1. *num.* 76.

13 Eucharistia SS. feria quinta in Cœna Domini sub vnica tantum claue retinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturum asseruari debet, & nullo modo apud personas laicas, & seculares cuiuscunque status, gradus, & conditionis. *Sacra Congr. Rit. in Ciuitaten.* 22. *Nouembris* 1631. teste Lezana *d. verbo Eucharistia n.* 14. *in fine*; quam declarationem eadem *Sacra Congr. in Cauren.* 15. *Decembris* 1632. intellexit in omnibus Ecclesiis tam secularibus, quàm Regularibus quouis modo à iurisdictione Ordinariorum exemptis, non obstante consuetudine in contrarium, & illius memini *in tract. de Parocho c.* 20. *n.* 31. & nouissimè *sub die* 13. *Septembris* 1642. *in vna Calaguritana* Collegiatæ de Victoria, eadem sacra Cong. decretis antiquis inhærendo respondit clauem Tabernaculi, in quo sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum feria quinta in cœna Domini asseruatur nequaquam laicis etiam illustribus tradendam esse, sed potius Dignitati, vel Canonico in crastinum celebraturo. Vidi originale.

14 Eucharistia SS. in Ecclesiis Tertiariarum, quæ professionem solemnem trium votorum non emittunt, nec in clausura viuunt, nullatenus teneri potest. *Sacra Congr. Episcopor. & Regul die* 20. *Decembris* 1626. referentibus Gauant. *in enchirid. Episcop verbo Eucharistia num.* 5. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. sub eod. verbo n.* 2.

15 Eucharistia SS. non est distribuenda aliis quam infirmis in die Parasceue *S. Cong Rit. sub die* 19. *Februarij* 1642. de qua memini *in tract de offi. & potest. Parochi c.* 20. *n.* 16. Gauant. *in rub. Missal p.* 4. *tit.* 9 *n.* 26.

16 Eucharistiam SS. in Ecclesiis Regularium visitare non potest Ordinarius. *S. Cong. Episcop & Regul. in Nicote. de anno* 1593. quam refert Sellius *d c.* 1. *n.* 77.

17 Eucharistia SS. ad ægrotum adoranda deferri non debet si eam ob tussim, aut aliàs sumere non potest pro Viatico. *S. Cong. Conc.* testibus Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo Eucharist.* § 5. Ludouic. à S. Ioanne *de administ. Sacram tit.* 4. *de Commun n.* 30. quos refero *d. tract. de officio, & potest. Parochi c.* 20. *num.* 44.

S. Eulalia.

Collect. CCCXXXVI.

SAnctæ Eulaliæ Officium cum octaua vt possit celebrari in Ecclesia Barchinonen. etiamsi venerit in Quadragesima, iuxta antiquam consuetudinem conceditur. *Sacra Congr. Rit. in Barchinonen. 6. Decembris* 1608. cuius meminit Aldan. *in compendio Canonic. resol. lib. 1. tit. 18. de Sanctis n.* 70.

Eunuchus.

Collect. CCCXXXVII.

1 EVnuchorum, & spadonum vtroque testiculo carentium coniugia prohibuit, illosque ad ea contrahenda inhabiles declarauit, & de facto contracta inualida decreuit *Sixtus V. constit.* 59. incip. *Cum frequenter* 27. *Iunij* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 581. aliàs *pag.* 442. in nouiss. impress. Qua de re eruditè & eleganter Basil. Pontius *variarum disput. p.* 1. *q.* 5. *scholastica cap.* 7. *&* 8. disputat an matrimonium impotentium iure ecclesiastico sit validum, & quid de eunuchorum coniugiis spectato tantum iure naturæ, vbi *cap.* 9. dictam Constitutionem Sixti V. ad litteram refert.

S. Eutychius.

Collect. CCCXXXVIII.

SAncti Eurychij corpus in ciuitate Messanæ inuentum pro tali habendum esse declarauit *S. Congr. Rit. in Messanen.* 15. *&* 19. *Ianuarij* 1611. Et eius officium conceditur sub die 26. Februarij eiusdem anni, & harum decisionum meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis num.* 71.

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum examen instructio, seu inquisitio qualiter facienda?*
2 *Episcopi examen non est necessarium in beneficijs simplicibus, quæ non sunt de iurepatronatus, sed sunt ad collationem inferiorum.*
3 *Permutatione Parochialis cum beneficio simplici requiritur coram Episcopo examen nouum quoad Parochialem, sed absque concursu.*
4 *Canonicatus vacatione occurrente, si fiat accensus requiritur nouum examen.*
5 *Episcopus quomodo debeat admittere examen eius, qui est præsentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio coram eo controuertitur.*
6 *Præcedere debet examen requisitum a Concilio cap.* 13. *sess.* 7. *de reform. quia dicitur de forma.*
7 *Episcopus, cui directæ sunt Bullæ simplicis beneficij in forma Dignum, si prouidendus longe absit, aut ægrotet, potest delegare examen.*
8 *Vicariorum examen, & approbatio, qui ad curam animarum ponuntur in Ecclesiis vnitis Ordinis S. Ioannis Hierosol. ad Episcopum pertinet.*
9 *Cœpti beneficiati in quolibet ascensu examinandi de nouo sunt, & per Ordinarium approbandi.*
10 *Ordinem illum sacrum habentes, quem requirit Canonicatus, non sunt examinandi de litteratura si petant ad illum admitti.*
11 *Episcopus tam in visitatione quàm extra potest iterum examinare super doctrina & litteratura Parochos approbatos ab antecessore, tempore prouisionis Parochialium.*
12 *Idoneus repertus ad Canonicatum Cathedralis de quo fuerat à Sede Apost. prouisus, non debet ab Episcopo examinari ad suscipiendum Ordinem sacrum Canonicatus annexum.*
13 *Approbatus ad sacros Ordines à prædecessoribus Episcopis non comprehenditur sub decreto Conc. sess.* 14. *cap.* 3. *de reform.*
14 *Distributiones amittunt, qui absentes à choro detinentur in examinandis Confessoribus, vel ordinandis.*
15 *Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, examinare potest Episcopus.*
16 *Regulares ab Episcopo prædecessore præuio examine ad Confessiones approbati, possunt iterum à successore examinari.*

Examen. Examinare.

Collect. CCCXXXIX.

1 EXamen, instructio, seu inquisitio Episcoporum qualiter facienda in Curia, & extra. *Gregorius XV. const.* 6. incip. *Onus Apostolicæ Idib. Maij* 1591. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 691. & adest noua instructio, de qua Ego ipse *de officio & potestate Episcopi p.* 1. *cap.* 5. *post num.* 4.

2 Examen nouum quoad Parochialem, sed absque concursu, requiritur, in permutatione Parochialis cum beneficio simplici coram Ordinario. *S. Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p.* 9. *c.* 2. *n.* 162. quem refero *in collect. ad Trid. sess.* 7. *cap.* 13. *num.* 10.

3 Examen Episcopi non est necessarium in beneficiis simplicibus, quæ non sunt de iurepatronatus, sed sunt ad collationem inferiorum. *S. Cong. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *d. p* 9. *c.* 3. *num.* 19. & Stephan. D'Aluin. *de Episcop. & Abbatum potest. c.* 13. *n.* 7.

4 Examen nouum requiritur in quolibet ascensu, qui fit in aliquibus Ecclesiis occurrente vacatione Canonicatus, ad quem solet institui antiquior Portionarius, ad Portionem antiquior beneficiatus, ad beneficium antiquior expectans. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garç. *d. p.* 9. *c.* 3. *n.* 19. quem refero *in collect. ad Trid. sess.* 7. *cap.* 13 *num.* 4.

5 Examen eius, qui est præsentatus à patrono, de cuius patronatus validitate in petitorio controuertitur coram Episcopo, debet ipse admittere, facta tamen per ipsum Episcopum protestatione de iuribus suis, & sine eorum præiudicio, vel committere alteri Episcopo viciniori. *Sacra Cong. Conc.*, de qua Nicol. Garc. *d. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 19. quem refero *in collect. ad d. cap.* 13. *num.* 11.

6 Examen requisitum à *Concilio c.* 13. *sess.* 7. *de refor.* dicitur de forma, & debet præcedere. *Sacra Congr. Conc.* quam refert Sellius *in selectis Canon. cap.* 21. *n.* 70.

7 Examen delegari potest ab Episcopo, cui directæ sunt Bullæ alicuius simplicis beneficij conferendi clerico absenti in forma Dignum, præsertim si is longe absit, aut ægrotet. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Sellius *dicto cap.* 21. *num.* 70.

8 Examen & approbatio Vicariorum ad curam animarum positorum in Ecclesiis vnitis Ordini sancti Ioannis Hierosolymitani, ad Episcopum pertinet. *S. Cong. Conc. in August.* 4. *Decemb.* 1631 cuius meminit Bonfadin. *in thesau. eccles. decis. resol.* 43. *n.* 74.

9 Examinandi de nouo sunt, & per Ordinarium approbandi cœpti beneficiati in quolibet ascensu. *S. Cong. Conc.* referente Gon. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 54. *n.* 74.

10 Examinandi

10 Examinandi non sunt de litteratura illi, qui Diaconi, vel Subdiaconi, aut Presbyteri sunt, petuntque admitti ad Cathedralis Ecclesiæ Canonicatus, qui eum Ordinem sacrum, quem ipsi habent, requirunt sibi in forma dignum collatos; ij verò, qui sacros Ordines nondum susceperunt, examinandi sunt an illa habeant adiumenta doctrinæ, quæ ex præscripto sacri Concilij Trid. necessaria sunt illi sacro Ordini, qui Canonicatui, quem consequi volunt, erit annexus. *Sacra Cong Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic p.6. cap 2. n.23.* quem refero *de Canon. & dignit. c.13. n. 8.*

11 Examinare iterum potest Episcopus tam in visitatione, quàm extra super doctrina, & litteratura Parochos approbatos ab antecessoribus tempore prouisionis Parochialium. *S. Cong. Conc in Placentina 28. Augusti* 1628. apud Sellium *d c.21. n. 72.*

12 Examinatus in Curia, & idoneus repertus ad Canonicatum Cathedralis in partibus existentem, & de eo à Sede Apost. prouisus, si postea ad Ordinem sacrum eidem Canonicatui annexum promoueri voluerit, non debet ab Episcopo loci iterum examinari. *S. Cong. Conc. sub die 12 Februarij* 1598. penes Sellium *d. c. 21. n. 73.*

13 Examinati & approbati ad sacros Ordines à prædecessoribus Episcopis non comprehenduntur sub decreto Concilij *sess. 14. c. 3. de reform.* nisi noua causa post promotionem superueniat. *S. Cong. Conc.* de qua meminit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 4. n. 85.*

14 Examinatores si in examinandis Confessoribus vel ordinandis detenti à choro absunt, pro illo tempore distributiones quotidianas amittunt. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die 22. Martij* 1600: quam citat Sellius *d. cap. 21. n. 74.* Et iterum. Examinatores Canonici propter examen, nisi assistant Horis Canonicis, non lucrantur distributiones quotidianas. *Sacra Cong. Rit. in Pacen. 17. Martij* 1617. ex eodem Sellio *d. c. 21. n. 75.*

15 Examinare potest Episcopus Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt. *Sacra Congr. Conc. in Vgentin. 22. Ianuarij* 1628. referente Sellio *d c. 21. n. 76.*

16 Examinari rursus possunt ab Episcopo successore Regulares semel ab Episcopo antecessore præuio examine approbati etiam ad confessiones personarum secularium audiendas, iuxta constitutionem sanctæ mem. Pij V. quæ incip. Romani. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. sub die 23. Nouembris* 1629. Et *Sacra Cong. Conc. sub die 7. Ianuarij* 1630. quarum meminit Sellius *d c. 21. num 77.*

SVMMARIVM.

1 *Examen promouendorum ad Ecclesias Parochiales per concursum qua forma faciendum?*

2 *Parochialis Ecclesia quoties contigerit vacare, examen per concursum faciendum.*

3 *Concursus examen si vno die finiri non possit, debet in alia sessione terminari.*

4 *Cessio iurium in fauorem eius, qui prætendit habere ius, requirit examen per concursum.*

5 *Episcopus, seu eius Vicarius possunt accedere in concursu vbi vota sunt paria, vel singularia.*

6 *Vnus tantùm approbari & examinari potest si ille tantùm ad concursum comparuerit intra terminum.*

7 *Parochialium de iurepatronatus laicorum in vacatione examen per concursum requiritur, quando plures sunt præsentati inter ipsos tantùm.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Concursu non conferuntur:

8 *Prioratus Regulares curam animarum habentes Beneficia Regularia Curata commendari solita.*

9 *Dignitas, Parochialis accessoriè vnita.*

10 *Abbatia Parochialis perpetuo & accessoriè vnita.*

11 *Permutatio Ecclesiarum Parochialium.*

12 *Dignitas habens curam animarum in Collegiata.*

13 *Parochialis, quam quis acquirit per ingressum.*

14 *Parochialis iurispatronatus laicorum.*

15 *Præsentatus à patronis laicis ad Ecclesiam Parochialem de iurepatronatus laicorum sufficit examinari cum aliis examinatoribus non synodalibus.*

16 *Prouisiones à Sede Apost. factæ examen per concursum non requirunt.*

17 *Mansionariæ, vel hebdomadariæ in Cathedralibus, vel Collegiatis non requirunt examen per concursum.*

Examen concursus.

Collect. CCCXLI.

1 EXamen promouendorum ad Ecclesias Parochiales per concursum iuxta formam à Concilio Trid. traditam est faciendum. *Pius V. constit.* 33. incip. *In conferendis 15. Kalend. Aprilis* 1567. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 2. pag.* 219. aliàs *pag.* 165. in nouiss. impress. & apud me *de officio, & potest. Episcop part. 3 alleg 60. post num. 12.*

2 Examen per concursum faciendum est, quoties contigerit vacare Parochialis Ecclesia, nec ideo à decretis Concilij Trid. recedendum erit quod rixæ & tumultus oriantur, & alia forsan peiora sequantur. Quod verò ad propositionem edicti publicè attinet, hoc totum positum est arbitrio ipsius Episcopi faciat necne, nisi Prouincialis Synodus aliquid circa hoc præcise statuerit, quod obseruandum erit. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc *de benef. part. 9. cap. 2. num. 57.*

3 Examen concursus si vno die finiri non possit debet in alia sessione terminari, ac si aliqua sit suspicio habeatur quod examinandi secundo die possint notitiam habere dubiorum prima die propositorum, tunc poterunt cum nouis interrogationibus examinari. *S. Congr. Episcop. & Regul. sub die 20. Iulij* 1595. cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap. 1. num. 53.*

4 Examen per concursum, & expressio beneficiorum, aut valoris est necessaria in cessione iurium in fauorem eius, qui prætendit habere ius, si vera lis fuerit. *Sacra Cong. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. c. 2. n. 160.*

5 Examen est faciendum coram Episcopo, vel eius Vicario absque ipsorum voto decisiuo, & tantum illi possunt accedere, vbi vota sunt paria, vel singularia. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. cap. 2. num. 56.*

6 Examinari solum potest & approbari vnus si ille tantum ad concursum comparuerit intra terminum. *S. Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. num. 215.*

7 Examen per concursum requiritur in vacatione Parochialium de iurepatronatus laicorum quando plures sunt præsentati inter ipsos tantum,

& ex iis, qui facto examine idonei ab examinatoribus renunciati fuerint, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum indicauerit, atque illum, & non alium instituat, iuxta decretum *Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.* *Sacra Congr. Conc.* testibus Marescot. *var. lib. 1. cap. 52. n. 11.* Gonzal. *ad reg. 8. Concil. glos. 6. num. 138.* Nicol. Garcia *de benefic. p. 9. c. 2. n. 256.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 5. n. 18. vers. eueniente,* Moderno Hisp. *de protect. Regia tom. 1. p. 3. c. 9. n. 124.*

8 Examen per concursum non requiritur in Prioratibus Regularibus curam animarũ habentibus nec non in beneficiis Regularibus Curatis commendari solitis. *Sacra Cong. Conc. in Tudertina 3. Augusti 1600.* de qua Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo examen n. 1.* Et iterum, Examen per concursum non requiritur in Prioratibus Regularibus habentibus curam animarum solitis commendari secularibus. *Eadem Sacra Congreg. Conc. sub die 26. Iulij 1590.* referentibus Nicol. Garçia *d. part. 9. cap. 2. n. 199.* Ioan. Maria Nouar. *d. loco num. 2.*

9 Examen per concursum non est necessarium in Dignitate, quæ Parochialem perpetuo, & accessoriè vnitam habet. *Sacra Cong. Conc* penes Nicol. Garc. *de benefic. p 9. cap. 2. num. 193.*

10 Examen per concursum non desideratur in prouisione Abbatiæ, tametsi vnita sit ei Parochialis Ecclesia, dummodo hæc vnio auctoritate Sedis Apost. ac perpetuo, & accessoriè facta sit. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 195.*

11 Examen per concursum non requiritur in permutationibus Ecclesiarum Parochialium, si tamen adsit magna inæqualitas numeri Parochianorum, vel permutantes non fuissent examinati eo tempore, quo Parochiales adepti sunt, tunc illo examinandi erunt sed absque concursu; At si fiat permutatio cum beneficio simplici erit necessarium examen; sed non per concursum *Sacra Cong. Conc.* quam citat Nicol. Garcia *d. p. 9. c. 2. n. 195.*

12 Examen per concursum non est necessarium in Dignitatibus habentibus curam animarum in Collegiatis. *S. Cong. Conc.* de qua meminit Massobr. *in praxi habendi concursum requis. 1. dub. 16. n. 2.*

13 Examen per concursum non est necessarium in Parochialibus, quas quis acquirit per regressum si eam aliquando possedit. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. num. 168.*

14 Examen per concursum fieri non debet in vacatione Parochialium, quæ sunt iurispatronatus laicorum, sed sufficit quod deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, & idoneus iudicetur. *S. Cong. Conc.* testibus Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Parochia §. 7.* Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. n. 255.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 5. n. 18.* Moderno Hispano *de Regia protect. tom. 1. p. 3. c. 9. à n. 105.* quos cum aliis refero *de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 60. n. 8.* Et iterum. Examinari

15 coram aliis examinatoribus non Synodalibus sufficit præsentatum à patronis laicis ad Ecclesiam Parochialem de iurepatronatus laicorum. *Sacra Cong. Conc. sub die 19. Decembris 1620.* quam refert Seilius *in selectis Canon. cap. 24. num. 72.*

16 Examen per concursum non est necessarium, nec de iure fieri debet in prouisionibus à Sede Apost. factis, quia dum ex Papæ commissione, quis examinatus, & approbatus fuerit Romæ, debet haberi tanquam si fuisset examinatus, & approbatus per concursum. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p. 9. c. 2. num. 160.*

17 Examen per concursum non est necessarium in Dignitatibus, & Mansionariis, seu Hebdomadariis habentibus curam animarum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis. *Sacra Cong. Conc.* vt per Nicol. Garc. *dicta part. 9. capit. 2. num. 181.*

Vide in verbo *Concursus collect. 201.*

SVMMARIVM.

1 *Examinatores, qui ab Episcopo propositi fuerint, à Synodo tam per vota secreta quam aperta possunt probari.*

2 *Examinatores vt non possint esse pauciores quam tres statuit præcisè Concilium.*

3 *Examinatores plusquam tres potest Episcopus adhibere in concursu, sed non pauciores.*

4 *Examinatores Synodales in Synodo ad summam viginti eligi possunt.*

5 *Examinatores Synodales sunt eligendi, qui sint Magistri, seu Doctores, aut licentiati.*

6 *Dignitatis sub nomine non possunt eligi examinatores, sed tantum specialis persona.*

7 *Examinatores antiqui durant nisi in vltima Synodo sint electi noui.*

8 *Anno elapso si aliqui ex Synodalibus examinatoribus mortui fuerint, Officium omnium expirat.*

9 *Condemnati de adulterio, sententia transitum in rem iudicatam faciente, non sunt ad examen vocandi si fuerint Examinatores Synodales.*

10 *Episcopus anno elapso deputationis examinatorum non potest in loco demortuorum, vel legitimè impeditorum alios subrogare.*

11 *Examinatores omnes si intra annum deputationis mortui fuerint, quid agere debeat Episcopus, ostenditur.*

12 & 13 *Examinatores aliqui si intra annum suæ electionis mortui fuerint, quid agere debeat Episcopus.*

14 *Examinatoribus tribus stantibus vel pluribus Synodalibus in vltima Synodo ab annis 14. celebrata deputatis, quomodo examen concursus faciendum?*

15 *Approbatus dicitur in concursu qui vltra dimidiam vocum fuerit consequutus, quamuis alius omnia suffragia prospera reportauerit.*

16 *Episcopo renunciare debent Examinatores Synodales eos quos idoneos repererint.*

17 *Vota sua debent inter se palam examinatores Synodales conferre.*

18 *Relationem circa mores, ætatem, & reliqua debent facere examinatores Synod.*

19 *Approbatus, cuius mores sunt cogniti debet præferri alij doctiori, cuius mores ignorantur.*

20 *Vota sua dare debent Examinatores Synodales, sed Episcopus non debet ex collatione Votorum eligere.*

21 *Episcopo, non verò examinatoribus pertinet iudicare quis ex concurrentibus ad Parochialem sit magis idoneus.*

22 *Stipendium aliquod statuere non potest Ordinarius Examinatoribus deputatis in Synodo.*

Examinatores Synodales.

COLLECT. CCCXLI.

1 EXaminatores, qui ab Episcopo propositi fuerint à Synodo tam per vota secreta quàm aperta possunt probari, & Episcopus eum modum in probatione seruari faciat quem magis expadire

pedire indicauerit. *Sacra Cong Conc.* teste Plasec. *in praxi Episcop p.2 cap.2 num.4.*

2 Examinatores vt sint tres non statuit præcisè Concilium, sed quod non possint adesse pauciores quam tres, ita quod si tres sunt tantum examinatores, vota non possunt esse paria, sed singularia, quando singuli singulos approbant, & tres examinatores debent adhiberi in Parochialibus etiam modici valoris. & satisfactum erit decreto *Concilij sess. 24. cap. 18. de reform.* si tertius examinator examinauerit, & sit præsens in approbatione, licet votum suum non explicauerit. *Sacra Cong. Conc.* referente Nicol. Garcia *de benef. p.8. c.2. n.53.*

3 Examinatores plusquam tres potest Episcopus adhibere in concursu, sed non pauciores. *Sacra Congr. Conc.* attestantibus Nicol. Garcia *de benefic. p.5. cap. 9. num.52.* Massobr. *in praxi habendi concursum req. 12. dub.1.* Modern. Hisp. *de Regia potest. tom. 1. p.3. cap. 9. num.66.*

4 Examinatores Synodales in Synodo ad summum viginti eligi possunt. *Sacra Congr. Conc in Cæsaraugustana 13. Martij 1623.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 7. num. 18.*

5 Examinatores Synodales sunt eligendi qui sint Magistri, seu Doctores, aut licentiati in Theologia, vel Iure Canonico si extent, alioquin alij clerici sunt eligendi, qui ad id videbuntur magis idonei. *Sacra Congr. Conc. in Saonen. 19. Februarij 1628.* cuius meminit Massobr. *in praxi habendi concursum req. 11. dub 11. num.17.* Eadem *S Cong. in Turritana 10. Martij 1629.* de qua Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Examinatores n.1.* Ego *de officio, & potest. Parochi cap. 2. num.73.*

6 Examinatores non possunt eligi sub nomine Dignitatis, sed tantum specialis personæ. *Sacra Congr. Conc. in Sutrina*, de qua memini *d. tract. de officio, & potest. Parochi cap. 2. num. 56 in fine.*

7 Examinatores antiqui durant nisi in vltima Synodo sint electi noui. *Sacra Congr. Conc. in Monopolitana 13. Iulij 1630.* apud me *d cap. 2. num.67.*

8 Examinatores Synodales durant donec alij in Synodo deputati fuerint, verum si anno elapso, aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat. *Sacra Congr. Concil.* testibus Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo examinatores 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. cap. 2. in addit. num. 75.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 66. num. 17.* Massobr. *in praxi habendi concursum requis. 12. dub. 4. num.3.* quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi p.3. alleg. 60. num.48.* Nihilominus in casu occurrenti nouissimè sic censuit. Examinatores sex si adhuc supersint ex deputatis in vltima Synodo elapso anno à die eius celebrationis concursus coram eisdem habitus est validus. *Eadem sacra Congr. Conc. sub die 11. Maij 1631.* quam citat Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol. 12. num. 21.*

9 Examinatores Synodales qui fuerunt condemnati de adulterio, sententia transitum in rem iudicatam faciente, non sunt adhibendi, quia sunt infames. Si verò causa pendet per appellationem, possunt adhiberi, sed non est conueniens. *Sacra Congreg. Conc. in Vasionen. 13. Nouembris 1627.* quam cito *de officio & potest. Parochi cap. 2. num. 62.*

10 Examinatorum deputationis elapso anno non est Episcopo permissum iisdem absentibus, vel aliis legitimis impeditis alios in eorum loco subrogare, neque loco examinatorum vsque ad nouam Synodum. *Eadem Sacra Cong. Conc. in d. Vasionen.*

11 Examinatores Synodales quando omnes intra annum deputationis mortui fuerint, tunc Episcopus examinatoribus antiquis synodalibus, si fuerint, subroget alios non pauciores quàm sex & si non existant sex examinatores antiqui synodales, qui ad hunc numerum ascendant, tunc Episcopus eligat illos qui fuerint, & alios suppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo vsque ad numeri prædicti complementum: verum si nulli antiqui examinatores Synodales superstites fuerint, tunc Episcopus nouos examinatores probitate & scientia idoneos, qui à Capitulo approbati sint, non pauciores dicto numero substituat. Et veniente vacatione cuiuslibet Parochialis Ecclesiæ, Episcopus debebit ex prædictis examinatoribus eligere tres, qui cum eo examen iuxta decretum Conc. cap. 18 sess. 24. de reform. perficiant. Officium autem prædictorum omnium examinatorum subrogatorum expirat cùm primùm aduenerit tempus, nouam synodum celebrandi iuxta *cap. 2. sess 24. de reform. Sacra Cong. Conc. in Panormitana*, ex declaratione sanctæ memor. Clementis VIII. quam commemorat Aldan. *d. lib. 3. tit. 7. num. 9.*

12 Examinatorum aliqui si intra annum suæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi vnà cum Episcopo ad superstites, etiamsi vnus tantùm superesset, spectare debet eo anno durante, sed in locum demortuorum eligendi alij cum approbatione Capituli. *Sacra Cong. Conc* penes Nicol. Garc. *d.p 9 c.2.n 8* Massobr. *d. requis. 12. dub. 2.* Moder. Hisp. *d.c.9.n 70. cum seqq.*

13 Examinatores si omnes decedant, vel in longinquas partes recedant, Episcopus intra annum ad celebrandam synodum ex antiquis, qui fuerint sex non pauciores, subrogare debet, & si non extabunt tot antiqui, eligere potest illos, qui extabunt, & alios supplere de nouo approbatos à Capitulo vsque ad sex, quod si nulli antiqui extiterint, nouos tunc à Capitulo probandos non pauciores sex deputare debet vsque ad futuram synodum in fine anni à postrema synodo celebrandam. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d.p. 9. c. 2. n 73.* Massobr. *d. requis. 12. dub. 3.* Modern. Hisp *d.c. 9. n. 71.*

14 Examinatoribus tribus stantibus, vel pluribus synodalibus in vltima synodo ab annis 14. vel circiter celebrata deputatis, & stante obseruantia dictæ vltimæ synodi in ea diœcesi, concursus & examen cuiusdam Parochialis factum ab aliis examinatorib. ab Ordinario, vel eius Vicario deputatis, non interueniente in dicto examine nisi vno dictorum examinatorum synodalium in dicta Synodo deputatorum, est factum contra formam Concilij, collatio est nulla, ac ex constitutione sanctæ mem. Pij V. Sedi Apost. reseruata *S. Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *d.p. 9. cap. 2. n. 82. & 84.*

15 Examinatis pluribus si aliqui vltra dimidiam vocum fuerint consequuti, & vnus omnia suffragia prospera reportault, Episcopus facta per examinatores relatione potest postposito illo, in quem omnia suffragia confluxerunt, alium ex eis eligere, qui vltra dimidiam vocum habuerint, cùm omnes approbati dicantur. *S. Cong Conc.* referente Nicol. Garc. *d.p. 9. c. 2. n. 109.*

16 Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renunciare Episcopo, quos

idoneos repererint. *Sacra Cong. Conc.* attestantibus Nicol. Garc *d.p 9.cap. 2 n.*104. Modern. Hisp. *de Regia protect. tom.1. p.3.cap 9.num.*79.

17 Examinatorum vota licet Concilium non expresserit an palam, vel secretè fieri debeant, magis tamen expedit, vt examinatores palam inter se sua vota conferant, deindenotario iubeant vt in actis suis simpliciter scribat Titium approbatum idoneum, Seium verò reprobatum, vt Romæ fit. *Sacra Congreg. Conc.* penes Nicol. Garc. *d.p. 9.cap.2. num.*107.

18 Examinatores tenentur facere relationem etiam circa mores, ætatem, reliqua, & debent renunciare quotquot idonei iudicati fuerint, Episcopus verò debet ex iis qui renunciati fuerint, magis idoneum eligere. *Sacra Congreg. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benef p.5 c.7.n.*11.*& p.6.c.2. n.* 137. *& p.9.cap.2 n.*108.

19 Examinatoribus approbantibus aliquem tanquam magis idoneum in scientia, cuius tamen mores ignorantur, & habentibus alium non tam doctum, sed ab eis cognitum, & approbatum, in omnibus hic vltimus est præferendus. *Sacra Congreg. Conc.* de qua Nicol. Garc. *d. pag. 9. cap. 2. num.* 111.

20 Examinatores debent vota sua dare, sed Episcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, potest tamen cui maluerit ex approbatis beneficium conferre, non habita ratione calculorum ipsorum votorum, at debet expectare vt examinatores renuntient quos iudicauerint idoneos. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Massobr. *in praxi habendi concursum req 4 dub.*4.

21 Examinatoribus non pertinet, sed solum Episcopo iudicare quis ex concurrentibus ad Parochialem vacantem sit magis idoneus. *Sacra Congr. Conc* testibus Zerola *in praxi Episcop. p.1. verbo Parochia* §. 2. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1.tit.*18 *l.*7.*num.*58.

22 Examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu Parochialium non potest Ordinarius statuere aliquod stipendium etiam minimum: & si Synodus diœcesana secus statuerit, decretum esset irritum, & nullum. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc *d p.9. c.2.n* 374 Massob. *in d praxi requis.* 15. *dub.* 1. quos cum aliis refero *d p.5. alleg.* 60.n 53.

SVMMARIVM.

1 *Executor in ferenda sententia excommunicationis non tenetur seruare formam decreti Conc. & quando datur facultas in litteris Apost. excommunicandi morosum in solutione pensionis.*

2 *Capellanum Fratrem Religionis Hierosolymitanæ quando excommunicare possit Episcopus?*

3 *Regulares excommunicari possunt per Episcopos in casibus, in quibus illis subsunt.*

4 *Excommunicationes ad finem reuelationis in Abbatiis nullius diœcesis conceduntur à Sede Apost.*

5 *Excommunicatus quando ecclesiastica sepultura tradendus sit?*

Excommunicare Excommunicatio.

COLLECT. CCCXLII.

1 EXcommunicandi morosum in solutione pensionis quando datur facultas in litteris Apost. non tenetur executor in ferenda sententia excommunicationis seruare formam decreti. *Concilij sess. 25.cap.3. de reform.* nec huiusmodi facultas censetur data in subsidium. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef part. 1.cap.5.num.*587.

2 Excommunicare potest Episcopus Fratrem Capellanum Religionis Hierosolymitanæ, qui administrauit redditus Parochialis secularis, citatum ab Episcopo in visitatione ad reddendam rationem, & non comparentem. *Sacra Congr. Conc. in Vulturarien.* 7. *Septembris* 1630. penes Leanuam *in summ. quæst. Regul tom. 1. cap. 5.num.*49.

3 Excommunicari possunt Regulares per Episcopos locorum Ordinarios in casibus, in quibus illis subsunt, si contra faciant. *Sacra Congr. Conc. in Nebbien.* 7. *Februarij* 1633. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo excommunicare num.* 1.

4 Excommunicationes ad finem reuelationis in Abbatiis nullius diœcesis à nemine, neque à vicinis Episcopis, præterquam à Sede Apost. decerni possunt. *Sacra Congr. Conc. in Theatina Kalend. Februarij* 1572. apud. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.*8. *num* 95.

5 Excommunicatus si in mortis articulo dicit, *Confessione Madona santissima aiuta me* ecclesiasticæ sepulturæ tradi debet. *Sacra Congr. Episcop & Regul in Nolana* 19. *Iulij* 1619. quam refert Seilius *in select. Canon. cap.*37.*num.*14.

Excommissæ.

COLLECT. CCCXLIII.

1 EXcommissæ circa electionem, vitam, & mortem Papæ, ac electionem Cardinalium, vbique prohibentur, & quicquid earum causa datum, acceptum, promissum, & solui mandatum fuerit, piis locis, vbi illæ fiunt, statim acquiritur, siue aliqua compositione, vel transactione, *Gregorius XIV. constit.* 8. incip. *Cogit* 12. *Kalend. Aprilis* 1591. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.2.pag.* 688. *aliàs pag* 527. in nouiss impress. & illius meminere Zerola *in praxi Episcop. part. 2. verbo Excommissa*, Bonacina *de legitima summi Pontificis electione disp. 2. q.1.in princip.* Ego ipse *de iure ecclesiastico vniuerso lib.1. c.1.n* 67.

Excusatum subsidium, vide in verbo *subsidium collect.* 687. *n.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalium, & leprosariorum aduersus administratores condemnatorum ipsum Ordinarium spectat.*

2 *Episcopi sunt executores piarum dispositionum cumulatiuè ad alios inferiores.*

3 *Episcopo, seu eius Officialibus pro causa laboris nihil dare debent executores vltimarum voluntatum.*

Executio

Executio, Executores.

COLLECT. CCCXLIV.

1 EXecutio aduersus administratores hospitalium, & leprosariorum condemnatos iuxta decretum *Concilij sess. 21. de reform. cap.* 8. siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue vnà cum aliis deputatis, ad ipsum Ordinarium spectat. *Sacra Cong. Conc.* teste Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarr. lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 2. de hospital. num.* 4.

2 Executoras piarum dispositionum sunt Episcopi cumulatiuè ad alios inferiores. *Sacra Congr. Concil.* penes Armandar. *in addit. ad recop. leg Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episc. n. 76.*

3 Executores vltimarum voluntatum nihil dare debent Episcopo, seu eius officialibus pro causa laboris in recipienda ratione administrationis bonorum testatoris, nec illi quicquam exigere possunt etiam stante consuetudine exigendi quatuor denarios pro singulo scuto. *Sacra Congr. Conc. in Barchinon. & Gerunden.* 1. *Decembris* 1618 quarum meminit Sellius *in select. Canon. cap* 21. *num* 53.

SVMMARIVM.

1 *Subsidij triennalis à solutione exemptio nemini suffragatur, & concessa reuocatur.*
2 *Cameralium onerum à solutione quacunque exemptiones reuocantur.*
3 *Visitare vt teneatur Episcopus per se ipsum debet probari exemptio Ecclesia non per immemorialem, sed per scripturas.*
4 *Canonicis non sunt concedenda exemptiones nisi prius constet an deceat.*
5 *Clerici Regulares scholarum piarum habent exemptionem a processionibus, & aliis actibus publicis.*
6 *Bona per Ecclesiasticos possessa quando sunt exempta ab impositionibus, & oneribus.*
7 *Episcopum ad Pontificalia exercenda in eorum Ecclesiis tenentur admittere exempti ab eius iurisdictione.*
8 *Seminarij a contributione quis censeatur exemptus.*
9 *Excommunicati publice denuntiari possunt ab Episcopo exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt.*

Exemptio. Exemptus.

COLLECT. CCCXLV.

1 EXemptio à solutione subsidij triennalis nemini suffragatur. *Paulus III. constit.* 39. incip. *Decens de anno* 1543. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 678. Et concessam reuocat *Paulus IV. constit.* 20. incip. *Cupientes de anno* 1559. apud eundam Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag.* 741. aliàs *pag.* 604. in nouiss. impress.

2 Exemptionas quascunque à solutione onerum Cameralium reuocauit *Sixtus V. constit.* 2. incip. *Inter varias de anno* 1585. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 487. aliàs *pag.* 370. in nouiss. impress.

3 Exemptio Ecclesiæ debet probari non per immemorialem, sed per scripturas, & instrumenta legitima, ad hoc vt Episcopus teneatur visitare

Barbos. Apost. Decis. Sum.

per se ipsum, interea verò poterit visitare per alium. *Sacra Cong. Conc. in Placentina* teste Aldano *in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 1. n.* 25.

4 Examptiones Canonicis non sunt concedendæ, nisi prius constet an deceat, & conueniat. *Sacra Cong. Rit. in Mediolanen.* 28. *Septembris* 1602. penes Aldan. *d. lib. 3 tit. 1. num.* 27.

5 Exemptio à processionibus, & alius actibus publicis conceditur Clericis Regularibus pauparum Matris Dei scholarum piarum. *Vrbanus VIII. constit.* 100. incip. *Debitum Kalend. Iunij* 1629. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 108.

6 Exemptionibus à quibuscunque impositionibus, & oneribus, quæ non sunt copulatiuè certa realia, & inuariabilia iuxta decisionem in Brundusina gabellæ coram bonæ mem. Peña, nec non ab impositionibus Cameralibus etiam comprehensiuis ecclesiasticorum, quando ecclesiastici libartatem, ea non soluendi præscripserunt iuxta decretum anni 1600. tempora sanctæ mem. Clementis VIII. editum gaudent bona per ecclesiasticos possessa. *Sacra Congr. controuersiis iurisdictionalibus praposita sub die* 21. *Aprilis* 1640. quam refert Laurent. da Peyrinis *de priuilegiis Regul. tom.* 3. *in fine, vbi de decretis nouiss. Sacra Congreg. decrete* 18. *pag.* 170.

7 Exempti à iurisdictione Episcopi tenentur & cogi possunt eum ad Pontificalia exercenda in eorum Ecclesiis admittera, eique primum locum, & omnes præeminentias concedere. *Sacra Cong Conc. Rit in Tullen.* 6 *Decembris* 1613. quam refert Aldan. *d. lib. 3. tit. 1. num.* 29.

8 Exemptus nullus intelligitur à contributione saminarij nisi qui nominatim excipiuntur ab hoc per Concilium Trid. ita tamen vt Cardinales etiam cogi possint ad contribuendum seminario de fructibus beneficiorum, quæ habent in diœcesi, in qua est saminarium. *Sacra Congr. Conc. in Comen.* quam adducit Aldan. *d. tit. 1. n.* 27.

9 Exempti, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, possunt ab Episcopo publicè denunciari excommunicari. *Sacra Congr. Episcop. & Regular.* 24. *Maij* 1611. cuius memini *de Iure ecclesiast. vniuers. lib. 1. cap. 43. n.* 155.

Vide in verbo *clericus quoad immunitatem & exemptionem collect.* 158, & in verbo *Immunitas collect.* 417.

Expectatiuæ.

COLLECT. CCCXLVI.

1 EXpectatiuæ sunt omnino sublatæ, etiamsi illæ factæ sint de consensu Ordinariorum. *S. Cong. Conc.* referentibus Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. §.* 1. *proœm. n.* 63. Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resolut.* 43. *n.* 3. metipso *in collectan. ad Concil. Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 19.

Exequiæ Cardinalium.

COLLECT. CCCXLVII.

1 EXequiæ Cardinalium defunctorum sunt celebrandæ in Capella, & post mortem alicuius Cardinalis, quamprimum Cardinales Episcopi, & Presbyteri pro eius anima vnam Missam priuatè celebrent, & Diaconi Cardinales Offi-

referunt Sellius *in selectis Canon. cap. 16. num. 74.* Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 34. num. 18.*

Expensa litis.

Collect. CCCXLVIII.

1 Expensæ, quæ fiunt ad sustinendas lites Capitulum tangentes, & ad tuenda iura Ecclesiæ, extrahendæ sunt à communi massa omnium reddituum Canonicorum, tam ratione distributionum quam Præbendarum. *Sacra Cong. Concil. sub die 15. Aprilis 1628.* cuius memini *in tract. de Canon. & Dignitat. cap. 14. num. 24.*

2 Expensis litis, quæ pro Collegio fiunt, omnes de Collegio contribuere tenentur. *Sacra Congr. Rit. in Hispalen. 11. Decembris 1604.* penes Selltum *in selectis Canon. cap. 21. n. 14.*

Exploratio voluntatis.

Collect. CCCXLIX.

1 Exploratio voluntatis puellarum profiteri volentium iuxta decretum Concilij sess. 25. de Regular. cap. 17. vtroque tempore, scilicet ingressus & professionis facienda ad Episcopum pertinet, quamuis monasterium ab eius iurisdictione exemptum existat. *Sacra Cong. Conc.* testibus Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. n. 55. vers. explorare.* Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7 de Relig. n. 37.* Ita quod valeat Episcopus censuris ecclesiasticis, vel aliis pœnis prohibere contra Superiores Regulares Monialium ne vlla puella professionem emittat, nisi ab ipso fuerit prius eius voluntas explorata. *Sacra Cong. Conc. in Burgen. 4. Decembris 1627.* penes Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regular. verbo exploratio n. 5.*

2 Exploratio voluntatis Tertiariarum in domibus propriis degentium, non debet ab Episcopo fieri si ibidem votum cœlibatus emittant. *Sacra Congreg. Concil. sub die 8. Nouembris 1610.* cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *dict. verbo exploratio num. 7.*

3 Explorationem, seu examen voluntatis Episcopus intra viginti quinque dies postquam monitus fuerit, tenetur perficere, itaut ipsis elapsis amplius de eo non se debent intermittere. *Sacra Cong. Conc.* testibus Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 44.* Campan. *in diuers. Iuris Canonici rub. 12. c. 16. n. 10.* Ezcara *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo Episcopus quoad Regulares num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia duæ conformes faciunt rem iudicatam ad fauorem fabricæ sancti Petri.*

2 *Deputati fabricæ sancti Petri qualiter habeant facultatem exequendi omnia legata pia ? ostenditur.*

3 *Fabrica Sancti Petri quomodo se intromittat in legatis relictis Fratribus Sancti Francisci de Obseruantia remissiue.*

4 *Visitare fabricam solus Episcopus potest.*

5 *Episcopus fabricarum redditus pro suo arbitrio expendere potest.*

6 *Ratio de sumptibus fabricæ cuiusuis Ecclesiæ Ordinario reddenda est nisi in institutione aliter statutum sit.*

Fabrica.

Collect. CCCL.

1 Fabrica sancti Petri gaudet priuilegio vt duæ sententiæ conformes faciant rem iudicatam. *Pius V. constit. 95.* incip. *Etsi Kalend. Ianuarij 1569.* apud Laert. Cherub. *in Ballario tom. 2. pag. 297.* aliàs *pag. 223.* in nouiss. impress. Et eius deputati 2 habent facultatem exequendi omnia legata pia infra triennia non adimpleta, & reuidendi quascunque alienationes rerum Ecclesiæ perperam factas cum applicatione fructuum indebitè perceptorum dictæ fabricæ, & cognoscendi de causis ac litibus tam motis super alienationibus bonorum ecclesiasticorum perperam factis, & eas ad se auocandi, & dandi in emphyteusim, aut aliter bona pro locis piis recuperata, vel pro perceptis fructibus componendi, & possunt cogere quoscunque ac præsertim Notarios ad reuelandum bona, confinia, census, redditus, iura, ac instrumenta concernentia interesse dictæ fabricæ. *Pius V. constit. 97.* incip. *Exigit 11. Kalend. Ianuarij 1569.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 298.* aliàs *pag 224.* in nouiss. impress.

3 Fabrica sancti Petri quomodo se intromittat in legatis relictis Fratribus sancti Francisci de Obseruantia. Vide *in verbo legatum collect. 446. num. 4.*

4 Fabricam solus Episcopus visitare potest. *Sacra Congreg. Concil.* teste Nicol. Garc. *de benefic. pag. 3. cap. 2. num. 198.*

5 Fabricarum redditus potest Episcopus expendere pro suo arbitrio. *Sacra Congr. Concil.* penes Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 2 a. 198. in fine.*

6 Fabricæ cuiusuis Ecclesiæ de sumptibus ratio reddenda est Episcopo Ordinario, nisi in institutione eiusdem Ecclesiæ circa fabricam aliter caueatur. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. n. 78. vers. item & rationem.*

SVMMARIVM.

1 *Expectatiuas, & reseruationes beneficiorum dandi, eaque vnendi, vel supprimendi, testandi, ac disponendi de bonis Ecclesiæ facultates Militibus concessæ reuocantur.*

2 *Confessarium eligendi facultas concessa in Bulla Cruciata, & aliis Indultis Regularibus non suffragantur.*

3 *Promouendi à quocunque facultatem habens à Papa, non potest promoueri ab Episcopo in aliena diœcesi.*

4 *Episcopo tributa facultas decreto Conc. sess. 24. de reform. cap. 6. an Sede Episcopali vacante ad Capitulam, eiusque Vicarium pertineat.*

5 *Clausuram Monialium etiam Regularibus subiectarum visitandi facultas Episcopo tributa transit in Vicarium generalem non habentem ad id speciale mandatum.*

Facultas.

Facultas.

Collect. CCCLI.

1 FAcultates concessæ Militiis dandi expectatiuas, & reseruationes beneficiorum, eaque vniendi, vel supprimendi, testandi, ac disponendi de bonis Ecclesiæ, & fructibus reuocatæ sunt à *Pio V. constitut.* 73. incip. *Sacrosanctum* 5. *Id. Septembris* 1568. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pagin.* 269. aliàs *pagin.* 202. in nouissima impress.

2 Facultas eligendi Confessarium concessa in Bulla Cruciatæ, & aliis indultis non suffragatur Regularibus. *Clement VIII constit*, 64. incip. *Romani* 23. *Nouembris* 1599. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3 *pag.* 89 aliàs *pag.* 65. in nouiss. impress.

3 Facultatem habens à Papa promouendi à quocunque, non potest promoueri ab Episcopo in aliena diœcesi sine licentia episcopi illius diœcesis *per cap.* 11. *sess* 7. nisi episcopus illius diœcesis constituerit suum Vicarium illum Episcopum externum, vt pro se promoueat, sicut non sufficit simplex licentia, sed constitutio in sui locum requiritur, vt probatur *ex d. cap.* 11. ibi, *vel ab eo quod pro eo*, &c. *Sacra Congregat.. Concil* quam refert Sellius *in selectis Canonic. cap.* 23. *numero secundo.*

4 Facultas decreto *Concilij cap* 6. *sess.* 24. *de reform.* Episcopu tributa an Sede Episcopali vacante ad Capitulum Cathedralis, eiusque Vicarium pertineat, adhuc sub Iudice lis est; nam *sub die* 20. *Iunij* 1602. fuit conclusum Pontificem esse consulendum, plures Doctores in vtramque partem refero *de officio*, & *potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 39. *numer.* 16.

5 Facultas visitandi clausuram Monialium etiam Regularibus subiectarum tributa Episcopo transit in Vicarium generalem non habentem ad id speciale mandatum. *Sacra Congregat. Conc. sub die* 13. *Maij* 1628. cuius meminit Sellius *dict. cap.* 23. *num.* 4.

Vide in verbo *licentia collect.* 449.

Familia.

Collect. CCCLII.

1 FAmiliæ Episcopi appellatione quoad priuilegium fori, & immunitatem ab oneribus personalibus veniunt barriselli, nuncij, cursores, Notarij, Fiscalis, & cæteri Episcopi ministri & Officiales. Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub die 25. Aprilis & 11 Decembris 1614. cuius meminit Aurel. August. Taurel. apud me de iure ecclesi. vniuerso lib. 1. cap. 39. §. 4. numer. 34.

2 Familiam suam armatam licet episcopo augere, dum tamen circa numerum, & qualitatem eorum, quos sibi duxerit assumendos, prudenter, & moderate se gerat. Sacra Congr. Conc. in Agrigentina 4. Decembris 1627. quam refert Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 3. numer. 15.

SVMMARIVM.

1 *Papæ Familiares, & Prælati domestici, & continui commensales qui dicantur?*

2 *Auditores Rotæ, Referendarij, & alij officiales ex Palatio Apost. panem habentes sunt familiares Papæ.*

3 *Cantores Capellæ Pontificiæ sunt familiares Papæ.*

4 *Auditor confidentiarum est Papæ familiaris.*

5 *Cardinalium familiares actu seruientes sunt ab Ordinariorum iurisdictione exempti.*

6 *Cardinalium familiares coram Auditore Cameræ conueniuntur.*

7 *Stipendia non conuenta familiares Cardinalium ab eorum hæredibus petere non possunt.*

8 *Seruitores Prælatorum Romanæ Curiæ salarium pro biennio tantum & infra annum à die obitus illorum petere possunt.*

9 *Fori priuilegio gaudent episcopi familiares etiam laici.*

10 *Canonicos duos siue de Cathedrali, siue de Collegiata & non plures pro seruitio suæ diœcesis assumere potest Episcopus.*

11 *Fructus integros suæ Præbendæ lucratur Canonicus in absentia quem declarauit Episcopus velle pro suo seruitio quamuis non fecerit primam residentiam.*

12 & 13 *Ordinare potest Episcopus familiarem suum triennalem aliàs habilem conferendo ei statim re ipsa beneficium, quamuis illud possideat in alia diœcesi.*

14 *Pensionis ad titulum potest Episcopus ordinare familiarem suum triennalem si pro necessitate vel vtilitate suæ Ecclesiæ iudicat ordinandum.*

15 *Patrimonij ad titulum potest Episcopus ordinare suum familiarem si pro necessitate vel vtilitate suæ Ecclesiæ iudicat ordinandum.*

16 *Dispensare Episcopus non potest in interstitiis cum familiari suo triennali sibi aliter non subdito.*

17 *Triennium familiaritatis sufficit vt incipiat antequam fuisset Episcopus.*

18 *Religiosis Confessoribus approbationem tantum Prælati Regularis obtinentibus confiteri possunt familiares, qui sunt verè de familia, & perpetui commensales monasterij.*

Familiares.

Collect. CCCLIII.

1 FAmiliares Papæ, & Prælati domestici & cōtinui commensales sunt qui solum ratione personæ, & non alicuius offic. pro tempore obtenti ex Palatio Apost. panem quotidie habere possunt, & in posterum habere poterunt, licet in Palatio non habitent vel alia victui necessaria nō habeant, & collationem beneficiorum omnium quæ illi pro tempore habebunt, Sedi Apost. reseruantur. *Paulus III constit.* 21 incip *Sanctissimus de anno* 1553. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pagin.* 714.

Familiares Papæ sunt Auditores Rotæ, Refe-
2 rendarij, & alij Officiales ex palatio Apostol. panem habentes. Idem *Paulus III. constitut.* 3. incip.

Sanctissimus de anno 1534. apud Laert. Cherub. *tom.* 1.*pag.* 615. aliàs *pag.* 512. in nouiss. impress.

3 Familiares Papæ sunt Cantores Capellæ Pontificiæ. *Sixtus V. constit.* 38. incip. *In suprema Kalend. Septembris* 1586. apud Laert. Cherub, *in Bullario to.* 2.*pag* 540.

4 Familiaris Papæ est Auditor confidentiarum. Idem *Sixtus V. constit.* 47. incip. *Diuina Kalend Nouembris* 1586. apud Laert. Cherubin. *d. tom.* 2.*pag.* 556. aliàs *pag.* 423.

Familiares Cardinalium actu seruientes sunt ab Ordinariorum iurisdictione exempti. *Leo X. constitut.* 10. incip. *Regimini* 4. *Non. Maij* 1512. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1.*pag.* 481. aliàs *pag.* 112. in nouiss. impress.

6 Familiares Cardinalium coram Auditore Cameræ conueniuntur. *Iulius II. constitut.* 28. incipien. *Decet* 5. *Kalend. Aprilis* 1512. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pagin.* 448. aliàs *pagin.* 387.

7 Familiaribus Cardinalium stipendia non conuenta ab hæredibus Cardinalium petere prohibuit *Pius V. constitut.* 15. incip. *Sanctissimus* 6. *Septembris* 1566. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1.*pagin.* 196. aliàs *pag.* 146. in nouiss. impress.

8 Familiares & seruitores Prælatorum Romanæ Curiæ salarium, & stipendium pro biennio tantum & infrà annum à die obitus illorum petere possunt *Paulus III. constitut.* 43. incip. *Cum sicut de anno* 1545. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pagin.* 681.

9 Familiares etiam laici Episcopi fori priuilegio gaudent. *Sacra Cong Episcop. & Regul. in Regien.* 14. *Februar.* 158 . *& in Turritana* 18. *Maij* 1603. penes Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom.* 3. *verbo gabella nu.* 11. Et in Familiaribus Episcopi titulatis, vel eius, qui renuntiasset loco, sed non dignitati id ipsum declarauit *S. Congr. controuersiis iurisdictionalibus præposita die* 17. *Ianuarij* 1628. teste Sellio *in select. Canon. c.* 29 *n.* 80.

10 Familiares duos Canonicos siue de Cathedrali siue de Collegiata, & non plures pro seruitio suæ diœcesis assumere potest Episcopus *Sacra Congregat. Concil. in Colonien.* 9. *Septembris* 1628. Cuius memini *de Canonicis & Dignitat. cap.* 25. *numer.* 8.

11 Familiaris Episcopi Canonicus, quem ille declarauit velle pro seruitio suo retinere, lucratur integros fructus suæ Præbendæ, quamuis nunquam accesserit ad Ecclesiam, nec primam residentiam à statuto illius Ecclesiæ requisitam fecerit. *Sacra Congreg. Concil. in Compostellana* 2. *Iulij* 1633. quam refero *d. tract. de Canonic. cap.* 25 *sub numer.* 5.

12 Familiarem suum triennalem aliàs habilem potest Episcopus ordinare conferendo ei statim te ipsa beneficium quacunque fraude cessante. *Sacra Cong. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcop. n.* 45. *&* 51. quem cum aliis refero *de officio. & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 5. *n.* 15.

13 Familiarem suum ordinare non potest Episcopus si illi non contulit beneficium, quamuis possideat aliquod in alia diœcesi. *Sacra Congr. Conc. sub die* 22. *Aprilis* 1617. quam citat Sellius *d. cap.* 29. *num.* 81.

14 Familiarem suum triennalem potest Episcopus ordinare ad titulum pensionis, si pro necessitate, vel vtilitate suarum Ecclesiarum iudicat ordinandum. *Sacra Congregat. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benef p.* 2. *c.* 5. *num.* 81. Armendar *dict. lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de episcopis num.* 46. *& lib.* 2. *tit.* 8. *de patrim. clericor n.* 7. *in fine, & numer.* 20. quos refero *dict. alleg.* 5. *num.* 13.

15 Familiarem suum triennalem potest episcopus ordinare ad titulum patrimonij si pro necessitate, vel vtilitate suarum ecclesiarum iudicat ordinandum. *Sacra Congregation. Concil.* apud Nicol. Garc. *dict. cap.* 5. *num.* 81. *&* 82. Armendar. *d. l.* 7. *de Episcopis numer.* 47. quos retuli *dict. alleg.* 5. *numer.* 12.

16 Familiarem suum triennalem sibi aliter non subditum quamuis episcopus ordinare possit, ac illi dimissorias dare, vt à quocunque ordinetur, dispensare tamen non potest in interstitiis, de quibus cap. 13. & 14. sess. 23. de reformat. nisi pro Ecclesiæ suæ vtilitate, *Sacra Congreg. Conc.* cuius meminit Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *cap.* 5. *numer.* 97.

17 Familiaritatis triennium sufficit ex identitate rationis, vt incipiat antequam fuisset Episcopus. *S. Congr. Conc.* de qua Nicol. Garcia *de benef. p.* 2. *c.* 5. *n.* 83.

18 Familiares, qui sunt vere de familia, & perpetui commensales monasterij alicuius possunt confiteri Religiosis Confessoribus approbationem tantum Prælati Regularis obtinentibus, *S. Congreg. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 28. *l.* 1. *de confitendo semel in anno num.* 10. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p* 2. *alleg.* 2 . *n.* 65.

B. Felix de Cantalicio.

Collect. CCCLIV.

BEati Felicis de Cantalicio Officium, & Missa de eo tanquam de communi Confessorum non Pont. die eius obitus concessit Capuccinis *Vrbanus VIII. constitut.* 48. incip. *Nuper nomine, sub die* 9. *Aprilis* 1626. apud Angel. Mariam Cherubin. in Bullario tom. 4. pag 63. Extensio indulti recitandi Officium & celebrandi Missam de B. Felice in eius festo ad omnes Sacerdotes ad Ecclesias eiusdem Ordinis confluentes: idem *Vrbanus VIII. constitut.* 86. incip. *Alias nomine* 15. *Maij* 1628. apud eundem Angel. Mariam Cherub. *dict. tom.* 4 *pag* 98.

Feria quinta in Cœna Domini, Vide *in collect.* 152. *n* 3. *& collect.* 191. *n.* 5.

Festiuitates solemnes sunt, Vide *collect. sequ. num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Sanctorum festa celebrari solent in die eorum obitus.*

2 *Mobilia festa in die Epiphania publicare solet Canonicus iunior.*

3 *Dies festos & ieiunia in suis Ecclesiis annuntiare non prohibentur Regulares.*

4 *Kalendarij Romana festa non potest Episcopus ad nobiliorem ritum eleuare.*

5 *Trāsferri facilè possunt festa priuata vnius loci tantū.*

6 *Nouum*

6 *Nouum festum non potest cogi populus seruare.*

7 *Noua festa de praecepto seruanda non possunt institui inuito populo.*

8 *Sanctorum festa, quae de praecepto non seruantur, si populus sponte voluerit seruare non est prohibendus.*

9 *Dominica dies venit appellatione festi nouem lectionum.*

10 *Solemnes festiuitates per annum quae sint, ostenditur.*

11 *Solemnia festa quae intelligantur, in quibus Episcopus cum cappa celebrare, vel Diuinis interesse potest.*

12 *Patroni festum si occurrat in Dominicis Aduentus & Quadragesimae, quando de eo fieri debeat ostenditur.*

13 Celebratio *festi sancti Patroni ciuitatis ad episcopum pertinet, & eo impedito ad primam Dignitatem.*

14 *Regulares censuris compellere potest episcopus ad obseruantiam festorum per ipsum cum approbatione populi indictorum.*

15 *Regulares seruare tenentur festos dies, quos in sua diœcesi Episcopus seruandos praeceperit.*

16 *Regularium ritus quoad Missas celebrandas, & caetera diuina Officia festis diebus permanere debent.*

17 *Mercatus, prophanasque negotiationes festis diebus fieri prohibentur.*

18 *Diebus festis licet dare operam rebus ad vitam necessariis ac tempore perituris.*

19 *Necessaria ad victum humanum etiam ante concionem vendi possunt festis diebus.*

Festum in communi

Collect. CCCLV.

1 FEstum Sanctorum celebrari solet in die eorum obitus. *Paulus IV. constitut. 15. incip. Gloriosus 6. Id. Augusti* 1558. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 734.

2 Festa mobilia in die Epiphaniae publicare debet Canonicus iunior, iuxta formam libri Caeremonialis, nisi alios ex consuetudine ecclesiae sit assignatus. *S. Cong. Rit. in Asculana* 16. *Ianuarij* 1617. cuius memini *in tract. de Canonic. & Dignit.* 18. *numer.* 25.

3 Festos dies & ieiunia in suis ecclesiis annuntiare non prohibentur Regulares. *Sacra Congreg. Conc. sub die* 1. *Iulij* 1620. testibus Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 2. *constit.* 7. *Pius V. num.* 13. *vers. ad primum pag.* 193. Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo festus numer.* 6. Lezana *in summ. quaestion. Regular. tom.* 1. *cap.* 12. *numer.* 41. *vers. ad* 1. *& tom.* 3. *verbo festi dies numer.* 5. quorum aliquos refero *de officio, & potest. Parochi cap.* 16. *in fine.*

4 Festa Kalendarij Romani non potest episcopus, nec Regulares ad nobiliorem ritum eleuare, puta à semiduplici ad duplicem, sine licentia Sedis Apost. *Sacra Cong. Rit. sub die* 23. *Octobris* 1628. *in resp. ad* 1. de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo festus num.* 7. Ego *dicto tract. de officio, & potest. Parochi* 1. to. *num.* 13.

Festa priuata vnius loci tantum possunt facilè transferri. *Sacra Cong. Rit. in Andrien.* 23. *Nouembris* 1602. quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 2. *numere* 72.

6 Festum nouum non potest cogi populus seruare quàm indicta ab ecclesia, & si nouum institui petitur, supplicet populus. *Sacra Congr. Rit. in Pacen.* 20. *Aprilis* 1602. me citato penes Lezan. *in sum. quaest. Regul. tom.* 1. *c.* 12. *n.* 20. *&* 33. *tom.* 3. *verbo festi dies n.* 7.

7 Festa noua de praecepto seruanda non possunt institui inuito populo. *Sacra Congregat. Rit. in Brundusina* 2. *Martij* 1602. *& in Hispalen.* 21. *Augusti* 1604. quos citat Sellius *dict. cap.* 3. *numer.* 73.

8 Festa Sanctorum, quae de praecepto non seruantur, si populus sponte voluerit obseruare non est prohibendus, sed nullus est sub poena cogendus vt illa die ab operibus abstineat. *Sacra Congreg. Rit. in Brundusina Massagna* 21. *Augusti* 1604. apud Lezanam *dict. tom.* 3. *verbo festi dies numer.* 7.

6 Festi nouem Lectionum appellatione venit Dominica dies. *Sacra Congregat. Rit. in Conchen.* 12. *Martij* 1618. quam citat Sellius *dict. cap.* 3. *num.* 75.

10 Festa siue festiuitates solemnes per annum sunt festum Paschatis, Resurrectionis D. N. Iesv Christi; Feria V. in Coena Domini, festum Ascensionis D. N. festum Pentecostes, festum SS. Apostolorum Petri & Pauli, festum Annuntiationis, festum Assumptionis B. Mariae, festum omnium Sanctorum, festum Natiuitatis D. N. & festum Epiphaniae. *Sacra Congreg. Rit. sub die* 17. *Nouembris* 1607. *& die* 2. *Decembris* 1631. cuius memini *in tract. de Canon. & Dignitat. c.* 32. *n.* 11. & Gauant. *in rub. Missal. p.* 1. *titul.* 2. *c. prope fin. vers. secundum.*

11 Festa solemnia quae intelligantur in quibus Episcopus cum cappa celebrare vel Diuinis assistere debet: vide *Caeremoniale, lib.* 2. *cap.* 1. *& cap.* 64. quod seruari mandauit *Sacra Congregat. Rit. in Lamacen.* 17. *Martij* 1617. quam citat Sellius *dict. cap.* 3. *num.* 76.

12 Festum S. Patroni si occurrat in Dominica secunda, tertia, & quarta Aduentus & secunda, tertia, quarta & quinta Quadragesimae, Officium fieri debet de Dominica, nisi sit festum solemne Titularis illius ecclesiae. *Sacra Congreg. Rit. in Vlixbonen.* 1. *Septembris* 1612. penes Sellium *dict. cap.* 3. *num.* 77.

13 Festi sancti Patroni ciuitatis, etiam de solemnioribus iuxta dispositionem Caeremonialis, celebratio ad Episcopum, & eo absente vel impedito ad primam Dignitatem, pertinet. *Sacra Congregat. Rit. in Collon.* 28. *Septembris* 1619. referente Sellio *d. c.* 3. *n.* 78. & festum Patroni principalis loci tenentur omnes etiam Regulares cum Officio de eodem celebrare, non autem Octauam Regulares. *Sacra Congregat. Rit. die* 27. *Maij* 1628. referente Gauant. *in rub. Breuiar. sect.* 1. *cap.* 5. *titul.* 2. *num.* 6.

14 Festorum ad obseruantiam per Episcopum cum approbatione populi indictorum potest ipse censuris Regulares compellere, *Sacra Congregat. Concil. in Hostunen.* 31. *Iulij* 1627. apud Ioann. Mariam Nouar. *in lucerna Regul. verbo festum num.* 1. Lezana *in sum. quaest. Regular. tom.* 3. *verbo festi dies numer.* 2.

15 Feſtos dies quamuis Regulares ſeruare teneantur,
16 quos in ſua diœceſi Episcopus ſeruandos præceperit, ritus tamen eorum quoad Miſſas celebrandas, & cætera diuina Officia tam publicè quàm priuatim ab ipſis Regularibus in eorum eccleſiis perſoluenda illis feſtis permanere debent, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquo modo quicquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poteſt: quod ſi de facto præceperint Regulares, nequaquam ipſis Epiſcopis obedire tenentur. Verùm quoad conciones & lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debent ſe conformare Euangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſecularis vtitur illis diebus feſtis. *Sacra* Congr. *Conc.* teſtibus Quarant, *in ſum Bullarij verbo priuilegia Regularium*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2.cap.3. num.47. verſ. dies feſtos*, Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.1. conſtit.28. Leonis X. numer.2.* Ioann. Maria Nouar. *verbo feſtus numer.2. cum ſeqq.* metipſo *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg.105. nu. 34. & 35.*

17 Feſta obſeruari iuſſit, eorumque diebus nundinas, mercatus, profanaſque negotiationes fieri prohibuit, ac feſta de conſuetudine locorum celebrari ſolita, obſeruari præcepit *Pius V. conſtitut.* 15. incipien. *Cùm primùm, Kalend. Aprilis* 1566. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pagin.* Cæterum his diebus feſtis licet agazonibus, ac aliis iumentorum vectoribus, ſeu mercium cõductoribus, baiulis, & aliis huiuſmodi ſeruientibus, ac miniſtris ſarcinas, & onera nundinarum exonerare, & deponere, incœptúmque iter, Miſſa prius audita tranſeundo proſequi, & continuare: non autem debent ſarcinas componere, & iumẽta onerare ad iter denuò incipiendum, neq; mercatoribus, aut aliis etiam Viatoribus iis diebus etiam clauſis apothecis merces vendere, emere, aut aſportare licet, niſi tantum ad victum neceſſaria, aut alia minuſcula, & modici valoris, & momenti, opera iam conflata atque laborata pro tranſeuntium hoſpitum aduenarum, & cæterorum, vrgenti & præſentanea neceſſitate, & opportunitate, in quo partes erunt Epiſcopi propoſitis edictis prouidere, vt ipſi dies feſti debita obſeruatione colantur, ſimulque populorum eò confluentium neceſſitatibus quantum ſine dicta offenſione fieri poteſt, conſulatur. Quoad iudicia autem quæ dominicis, & feſtis diebus ſilere debent, id obſeruari poterit quod iure communi permittitur in quibuſdam vrgẽtibus caſibus, qui moram, & dilationem non patiuntur, in quibus, & aliis iuriſdictionem cenſuum nundinis propoſitorum concernentibus conſtitutiones, & Summorum Pontificum, ſi quæ habent priuilegia, & allegatum Breue felicis recordationis Pij V. ſeruandum eſt. *Sacra Congr. Rit. in Recanaten. 9. Decembris 1600.* referente Sellio *in ſelectis Canonic. cap.29. num.51.*

18 Feſtis diebus licet dare operam rebus ad vitam neceſſariis, ac tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum, & meſſium, ac recollectionis fructuum, vel vbi neceſſitas vrgeat, & ſuadeat pietas, ad Ordinarij cuiuſcunque iudicium & cenſuram. *Sacra Congreg. Conc.* referentibus Quaranta *in ſum. Bullarum verbo dies feſti*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. c.3. n.23.*

19 Feſtis diebus poſſunt vendi neceſſaria ad victum humanum etiam ante concionem, & Miſſæ Conuentualis celebrationem. *S. Cong. Rit. in Vlixbonen. 30. Martij 1621.* quam adducit Sellius *d. cap.3. num.79.*

Plura vide in verbo *Dies feſti, collect. 251. & in verbo tranſlationes Sanctorum, & feſtorum collect. 706.*

SVMMARIVM.

1 *S. Annæ feſtum quando inſtitutum.*
2 *Annunciationis feſtum non licet celebrare in hebdomada ſancta.*
3 *Sancti Benedicti feſtum vt de præcepto ſeruetur à ſubditis Monachorum eiuſdem Ordinis in Regno Portugaliæ conceditur.*
4 *S. Bernardi feſtum colendum in ciuitate Panormitana conceditur.*
5 *S. Caroli Borromæi feſtum die 4. Nouembris celebrari mandatur.*
6 *Cathedræ ſancti Petri feſtum Romæ reſtituitur.*
7 *Conceptionis Sanctiſſimæ feſtum celebrandum die 8. Decembris.*
8 *Corporis Chriſti feſtum feria quinta poſt octauam Pentecoſtes celebrandum.*
9 *Dedicationis Eccleſiæ feſtum celebrari poteſt, licet non conſtet de die certo.*
10 *Dedicationis eccleſiæ Cathedralis feſtum ſub ritu duplici cum octaua pro ciuitate & diœceſi conceditur, pro aliis Eccleſiis diœceſis ritu duplici ſine octaua.*
11 *S. Dominici feſtum die 5. Auguſti celebrari conſuetum ad diem 4. eiuſdem menſis transfertur.*
12 *B. Felicis de Cantalicio feſtum à Monialibus Capuccinis celebrari conceditur.*
13 *S. Gundiſlai feſtum vt celebrari poſſit in Inſulis Canaria & Tanariffæ conceditur.*
14 *S. Iacobi Salomonij feſtum vt Venetiis celebrari poſſit conceditur.*
15 *S. Ioſephi feſtum de præcepto ſeruandum per totum Orbem inſtituitur.*
16 *SS. Iuſti & Paſtoris tranſlationis feſtum à die 7. Martij ad diem 5. Maij transfertur.*
17 *S. Ludouici Regis Gallorum feſtum in Regno & dominio talis Regis de præcepto ſub ritu duplici celebrari poſſe conceditur.*
18 *B. Mariæ Triſeruaten. feſtum vt poſſit transferri conceditur.*
19 *Beatæ Mariæ de Emparo feſtum, vt tanquam feſtiuum colatur in Parochia, vbi ſita eſt, conceditur.*
20 *S. Mariæ de Victoria feſtum die 7. Octobris celebrandum inſtituitur.*
21 *Sancti Martini Epiſcopi Turonen. feſtum vt ſub ritu duplici celebretur in ciuitate Limana conceditur.*
22 *S. Mauri feſtum vt in diœceſi Valentina obſeruetur fuit conceſſum.*
23 *S. Norberti feſtum, quod die 6. Iunij celebratur, in eius Religionem transfertur ad diem 11. Iulij.*
24 *Purificationis B. Mariæ feſtum ſi venerit in Dominica Sexageſima celebrandum eſt cum commemoratione Dominicæ.*
25 *S. Raymundi feſtum ex præcepto Synodali celebratur in principatu Cathaloniæ.*
26 *S. Rochi feſtum cum officio quibus Eccleſiis conceſſum fuerit, oſtenditur.*
27 *S. Ruperti feſtum vt ex die 27. Martij transferatur in 2.*

in 2. *Maij in Ecclesia Salzburgen. conceditur.*

28 *S. Sixti festum in ciuitate Alatrina quomodo celebrandum? remissiue.*

29 *S. Thomæ mart. Ordinis Carmel. festum vt possit ad primam Dominicam post Epiphaniam transferri in ciuitate Bononien. conceditur.*

30 *S. Stanislai festum ex die 8. Maij transfertur ad diem 7. eiusdem mensis.*

31 *Festum S. Vbaldi die 16. Maij agi posse.*

32 *Festum S. Vincentij & Officium ritu dupl. pro eccles. Maioricen conceditur.*

33 *Visitationis beatæ Mariæ festum instituit Bonifacius IX.*

34 *Translationis S. Domus Lauretanæ festum cum Officio, & Missa recitare posse conceditur in prouincia Marchiæ.*

35 *Transferri non possunt festa Sanctorum certa die adscripta in Kalendario vel martyrologio.*

Festa propria.

Collect. CCCLVI.

1 FEstum sanctæ Annæ Matris B. Virginis Mariæ institutum à *Gregorio XIII. constitut.* 87 incip. *Sancta mater Kalend Maij* 1584. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 471. aliàs *pag* 354. in nouiss. impress. Vide suprà *collect.* 26.

2 Festum Annunciationis B. Virginis non licet celebrare in maiori hebdomada, dum Ecclesia celebrat Passionem Domini *Sacra Cong Rit in Spoletana* 15. *Martij* 1614. teste Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis n.* 103.

3 Festum S. Benedicti vt de præcepto seruetur à subditis Monachorum eiusdem Ordinis in Regno Portugaliæ conceditur. *Sacra Cong. Rit. in Portugalen.* 23. *Nouembris* 1602. quam citat Aldan. *d. tit.* 18 *num.* 101.

4 Festum S. Bernardi in ciuitata Panormitana colendum conceditur *Sacra Congregat. Rit. in Panormitana* 17. *Maij* 1600. quam refert Sellius *in selectis Canon. c.* 75. *n.* 16.

5 Festum S. Caroli Borromæi celebrandum esse die 4. Nouembris declarauit *Sacra Congregat. Rit. in sancti Caroli Borremæi* 9. *Octobris* 1610. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 18 *de Sanctis n* 106.

6 Festum Cathedræ S. Petri Romæ restituit *Paulus IV. constitut.* 13. incip. *Ineffabilis* 8. *Id. Ianuarij* 1558. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 730. aliàs *pag* 597. in nouiss. impress.

7 Festum Conceptionis sanctissimæ à Societate erecta in Ecclesia Annunciationis terræ Argentiæ Agathen. diœcesis, & à Fratribus sancti Augustini eiusdem terræ celebrari debere die octaua Decembris declarauit. *Sacra Congr. Rit. in Agathen.* 29. *Februarij* 1618. referente Aldano *d. tit.* 18. *numero* 104.

8 Festum Corporis Christi feria quinta post octauam Pentecostes celebrari iussit *Vrbanus IV. constitut.* 1. incip. *Transiturus de anno* 1262. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 94. aliàs *pagin.* 118. in nouiss. impress. Vide plura supra *collect.* 211.

9 Festum dedicationis Ecclesiæ celebrari potest, licet non constet de die certo. *S. Congr. Rit. in Cæsaraugustana* 7. *Decembris* 1601. attestante Aldan. *dict. tit.* 18. *num.* 105.

10 Festum Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis sub ritu duplici cum octaua conceditur pro Ecclesia, & ciuitate, pro aliis verò Ecclesiis diœcesis sub ritu duplici sine octaua. *Sacra Congregat. Rit. in Conchen.* 2. *Maij* 1619. de qua mentionem fecit Sellius *d. c.* 75. *n.* 18.

11 Festum sancti Dominici die 5. Augusti celebrari consuetum, ad diem 4. eiusdem mensis transtulit *Paulus IV. constit.* 15. incip. *Gloriosus* 6. *Id. Augusti* 1558. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 734.

12 Festum B. Felicis de Centalicio à Monialibus Capuccinis celebrari posse censuit *Sacra Congregat. Rit.* 3. *Aprilis* 1632. quam citat Bonfadin. *in thesauro eccles. decision. resolut.* 10. *numero* 16.

13 Festum sancti Gundisalui vt celebrari possit in Insula Canarien. sicut in insulis Tanariffæ conceditur. *Sacra Congregat. Rit. in Canarien.* 23. *Nouembris* 1602. penes Aldan. *dict. titul.* 18. *numer.* 107.

14 Festum S. Iacobi Salomonij, vt Venetiis celebrari possit conceditur à *Sacra Congr. Rit. in Venetiarum* 3. *Iunij* & 23 *Octobris* 1617. teste Aldan. *dict. tit.* 18. *num* 108.

Festum S. Ianuarij Episcopi & mart. renouauit *Sixtus V. constit.* 23. incip. *Pia Kalend. Februarij* 1586. apud Laert. Cherub *tom.* 2 *pag* 516.

15 Festum S. Iosephi de præcepto seruandum per totum orbem instituitur. *S. Congr. Rit.* 8. *May* 1621. & *in Angren.* 15 *Decembris* 1638. quarum meminit Bonfadin. *d. resol.* 10. *n* 17.

16 Festum translationis SS. Iusti, & Pastoris à die 7. Martij ad diem 5. Maij posse transferri declaratur attentis narratis. *S. Cong Rit. in Compluten.* 21. *Martij* 1609. quam adducit Aldan. *dict. tit.* 18. *numer.* 109.

17 Festum S. Ludouici Regis Gallorum vt de præcepto sub ritu duplici seruari & celebrari possit in Regno, & dominio Regis Gallorum concedi posse censuit *S. Congr Rit. in Galliarum* 15. *Martij* 1608. teste Sellio *d. c.* 75. *n.* 19.

18 Festum B Mariæ Tiphernaten. vt celebrari possit cum Officio de communi vnius Virg. & cum Missa in Ecclesia, vbi eius Corpus sepultum est, indulsit *S. Congr. Rit. in Tiphernaten.* 24. *Augusti* 1609. & vt idem festum possit transferri iuxta regulas & rubricas Breuiarij si venerit in aliquo die impedito, concessit S. Congreg. Rit. *in Tiphernaten.* 28. *Nouembris* 1609. quam commemorat Aldan. *d. tit.* 18 *num.* 111.

19 Festum B. Mariæ do Emparo vt tanquam festiuũ colatur in Parochia vbi sita est, indulgetur. *Sacra Congr. Rit. in Conchen.* 23. *Nouembris* 1602. penes Aldan. *d. tit.* 18 *n.* 112.

20 Festum S. Mariæ de Victoria die 7. Octobris celebrandum instituit *Gregorius XIII. constit.* 11. incip. *Monet Apostolus* 1. *Aprilis* 1573. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 373. aliàs *pag.* 281. in nouiss. impress.

21 Festum sancti Martini Episcopi Turonen. vt sub duplici celebretur in ciuitate Liman. in Indiis Occidentalibus, sicut celebratur Romæ conceditur. *S. Cong. Rit. in Liman. in Indiis,* quam refert Aldan *d. tit.* 18. *n.* 113.

22 Festum S. Mauri vt in diœcesi Valẽtina obseruetur, concessum fuit à *S. Congr. Rit. in Valentina* 8. *Martij* 1600. penes Sellium *d. c.* 75. *n.* 20.

23 Festum S. Norberti quod sub die 6. Iulij celebratur, in eius Religione transtulit ad diem 11. mensis Iulij *Vrbanus VIII.* per suas litteras in forma Breuis *sub die 14. Aprilis* 1625.

24 Festum Purificationis B. Mariæ si venerit in Dominica Sexagesimæ celebrandum est cum commemoratione Dominicæ. *Sacra Congreg. Rit. sub die 25. Ianuarij* 1603. ex quo de dicto anno festum Purificationis venit in Sexagesima, citat Sellius *d.c.75.n.21.* Et Præsentationis eiusdem B. Mariæ festum ab antiquissimis vsque temporibus vbique gentium summa cum veneratione obseruatum die 21. Nouembris duplici officio quotannis agi iubet *Sixtus V. sua constit. 7. incip. Intemerata Kalend. Septembris* 1585. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom. 2 pag.* 494.

25 Festum S. Raymundi ex præcepto synodali seruatur in Principatu Cathaloniæ *Sacra Congregat. Rit. in Terraconen. 23. Nouembris* 1602. referente Aldan. *d. tit. 18. n. 115.*

26 Festum S. Rochi cum officio conceditur Communitati terræ Solaroli Fauentinæ diœcesis, & pro vna vice tantum Missa solemnis votiua in eius honorem in capella eius nomini dicata vt celebrari possit, conceditur, non obstante quod in dicta terra non adsit Ecclesia in eius honorem dicata. *Sacra Congreg. Rit. in Fauentina 9. Aprilis* 1633. quam refert Bonfadin. *d. resol. 10. num.* 19. Et huius Sancti officium & Missa de communi Confess. non Pont. conceditur in iis tantum locis vbi adsunt Ecclesiæ in eius honorem ædificatæ, & seruatis rubricis Breuiarij. *Eadem sacra Congr. Rit. sub die 30 Iulij* 1629. refert Castellin. *de dilat. canonizat. Sanctorum pag.* 81.

27 Festum sancti Ruperti vt ex die 27. Martij transferatur in 2. Maij in Ecclesia Salisburgen. conceditur. *Sacra Congregat. Rit. in Salisburgen. 19. Ianuarij* cuius meminit Aldan. *dict. titul* 18. *numero* 117.

28 Festum S. Sixti in ciuitate Alatrina quomodo celebrandum declarauit *S. Congreg Rit in Alatrina. 25. Ianuarij* 1603. quam adducit Aldan. *dict. tit.* 18. *num.* 120.

29 Festum sancti Thomæ mart Ordinis Carmelitarum vt possit ad primam Dominicam post Epiphaniam transferri in ciuitate Bononiensi conceditur à *Sacra Congreg Rit. in Bononien. 10. Decembris* 1614. penes Sellium *in selectis Canonic. cap. 75. numer.* 13.

30 Festum sancti Stanislai die 8. mensis Maij celebrandum ad diem 7. eiusdem mensis transtulit *Clemens VIII. constitut.* 33. incip. *Quæ ad Sanctorum 4. Iulij* 1594. apud Laert. Cherubin. *tom. 3. pag.* 46.

31 Festum S. Vbaldi die 16. Maij agi posse iussit, & de eodem vti Pontifice & Confessore commemorationem tanquam de festo simplici in vniuerso Orbe fieri posse censuit. *S. Congr. Rit. in Eugubina 24. Septemb.* 1605. *Paulus V. constit.* 7. incip. *Ex iniuncto 26. Octobris* 1605. apud Laert. Cherub. *tom. 3. p.* 183.

32 Festum sancti Vincentij & officium ritu duplici pro Ecclesia Maioricen. conceditur à *Sacra Congreg. Rit. in Maioricen. 25. Ianuarij* 1601. Et pro Ecclesia, & diœcesi Oscen. *Eadem S. Congr. 26. Februarij* 1611 Et pro Clericis Regularibus S. Pauli Cremonen. *Eadem S. Congr. in Cremonen. 18. Martij* 1617. quas refert Aldan. *d. tit. 18. n.* 122.

33 Festum visitationis B. Mariæ Virginis instituit *Bonifacius IX. constitut.* 1. incip. *Superni 5. Id. Nouembris* 1390. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag.* 229.

34 Festum translationis S. Domus Lauretanæ cum officio, & Missa recitari conceditur in prouincia Marchiæ ad instar recitari in ipsa domo Lauretana. *Sacra Congregat. Rit. sub die 29. Nouemb.* 1632. teste Bonfad. *d. resol. 10. n* 17.

35 Festa Sanctorum certa die adscripta in Kalendario, vel Martyrologio non possunt transferri. *S. Congr. Rit. in Albin. 14. Nouembris* 1620. referente Aldano *d. tit. 18. n.* 181.

Fidei professio, vide *in verbo Professio Fidei collect.* 611.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales creari non possunt, filios, filiasve habentes.*

2 *Pœna vltimi supplicij plectuntur filiam, vel matrem nefario coitu cognoscentes.*

3 *Ordinari potest filius legitimus ab Episcopo originis paterna.*

4 *Pensionem super beneficio paterno habere non obstat filio legitimo Sacerdoti.*

5 *Beneficium patruum vt immediatè obtinere possit filius legitimus, eget dispensatione.*

6 *Beneficium de iurepatronatus, quod obtinuit pater, non potest obtinere filius legitimus immediatè absque dispensatione, etiamsi in fundatione vocati sint proximiores de genere.*

7 *Fori priuilegio gaudet filius legitimus Clerici, durante vita sui patris.*

8 *Missam celebrare in eadem Ecclesia non prohibentur pater & filius, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea.*

9 *Processionaliter incedere insimul possunt pater & filius, vnus tanquam capellanus, & alter tanquam beneficiatus diuersarum ecclesiarum.*

10 *Beneficij possessionem si quis per procuratorem accepit, tunc eius filius non potest habere aliud in eadem Ecclesia.*

11 *Beneficium resignare cogendus est filius, quod obtinet in illa Ecclesia in qua pater obtinuit.*

12 *Naturales filij comprehenduntur sub dispositione Concil cap 15. sess 25. de reform.*

13 *Ecclesia receptitia clericus esse non potest filius illegitimus, in qua similiter eius pater clericus extitit.*

14 *Pater si solam sedem in choro habuit, inibi beneficium obtinere non potest filius illegitimus.*

15 *Episcopatum nuper erectum ex parte diœcesis, in qua eius pater fuit Archiepiscopus, prohibetur obtinere filius illegitimus.*

16 *Missas etiam deuotionis gratia celebrare prohibetur filius illegitimus in Ecclesia in qua eius pater beneficium obtinet.*

17 *Beneficium obtinere prohibetur filius illegitimus in Ecclesia, in qua pater vt cantor musica tantum cantat.*

18 *Beneficium obtinere non potest filius illegitimus quod olim pater suus absque legitimo titulo, & minus pacificè aliquandiu possedit.*

19 *Beneficium obtinere non potest filius illegitimus in eadem Ecclesia in qua pater, Capellaniam obtinuit,*

obtinuit, & postea illa dimissa, habituque seculari assumpto vxorem duxit.

20 Habitare cum patribus nō prohibentur filij illegitimi.

21 Pensionem obtinere non prohibetur filius illegitimus, quam pater legitima facultate suffultus in eum transtulit.

22 Beneficium obtinere potest filius illegitimus in Ecclesia, in qua eius pater tanquam capellanus amouibilis inseruiuit.

23 Ecclesiam filialem & dependentem an obtinere possit filius illegitimus, si eius pater fuit Rector Ecclesiæ Matricis.

24 Filij Presbyterorum ex fornicatione nati beneficia ecclesiastica per eorum patres obtenta mediatè, vel immediatè impetrare non possunt.

Filius.

Collect. CCCLVII.

1 Filios, filiasue habentes non possunt Cardinales creari *Sixtus V. constit. 50. incip. Postquam 3. Non. Decembris 1586.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 564.* aliàs *pag 427.* in nouiss. impress.

2 Filium, & matrem nefario coitu cognoscentes vltimi supplicij pœna plectuntur. *Sixtus V. constit. 54. incip. Volentes 3. Non. Decembris 1586.* apud Laert. Cherubin. *d. tom. 2 pag 570.* aliàs *pag 435.* in nouiss. impress.

3 Filius legitimus potest ab Episcopo originis paternæ legitime ordinari, tametsi pater tempore natiuitatis ipsius filij ad aliam diœcesim iam transtulisset domicilium. *S. Cong. Conc. sub die 6. Decembr. 1599.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 36. n. 12.*

4 Filio legitimo Sacerdotis non obstat habere pensionem super beneficio paterno. *S. Cong. Conc. sub die 11. Ianuarij 1601.* testibus Nicol Garc. *de benefic. part. 7. cap. 3. num. 3.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. titul. 19. l. 1. de filiis Presbyt. num. 9.*

5 Filius quamuis legitimus eget dispensatione ad obtinendum immediatè beneficium paternum. *Sacra Congreg. Concil.* penes Armendar. *d. l. 1. de filiis Presbyt. n. 4.*

6 Filius ex legitimo matrimonio natus eget dispensatione aliàs ex gratia concedenda vt possit immediate obtinere beneficium de iurepatronatus, quod obtinuit pater, ad quod beneficium in fundatione sunt vocati proximiores de genere. *S. Congr. Conc. 23. Augusti 1631.* quam citat Bonfadin. *in thesauro Canon. decis. resol. 11. nu. 25.*

7 Filius legitimus clerici ante clericatum susceptus gaudet priuilegio fori durante vita eius patris. *S. Cong. Immunitatis in Callien. 18. Martij 1631.* cuius meminit Bonfadin *d. resol. 11. n. 26.*

8 Filius & pater non prohibentur quin possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero deuotionis gratia ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus. *S. Congr. Conc.* testibus Nicol Garc. *de benef. p. 7. cap. 3. num 73.* Armendar. *d. l. 1. de filiis presbyt. num 33.* Campan. *in diuers. Iuris Canon rub. 1. cap. 12. num 67. in fine* Sigism. à Bononia *de elect. Regul. dub. 73. num. 7. in princ.* Vnde non est molestia exhibenda illegitimo Presbytero celebranti Missam ob quoddam legatum in eadem Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus à Concilio. *Eadem Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. c. 3. n. 71.* Armendar. *d. l. 1. de filiis Presbyt. num. 34.* Campan. *loco proximè citato.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

9 Filius & pater possunt insimul processionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus & alter tanquam Capellanus diuersarum Ecclesiarum. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. cap. 5. num. 56. in 3. declar.* Armendar. *d. l. 1. de filiis Presbyt. num. 30.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 65. numer. 22.*

10 Filius eius qui tantum per procuratorem cepit beneficij possessionem, non potest habere aliud in eadem Ecclesia, secus si illius pater nunquam per se, vel procuratorem beneficij possessionem obtinuisset aut super eo litteras Apost. non expediuisset, si eius collatio ad Sedem Apostol. spectabat *S Congr Conc.* referentibus Nicol. Garc. *d p. 7. cap. 3 nu 56 declar. 44.* Iulio Lauorio *var. lucubrat. tom. 1 tit. 4. c. 16. nu 51.* Armendar. *d l. 1. de filiis Presbyt. n. 11.* Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub. 11. c. 13 nu. 67. vers sed his.*

11 Filius omnino cogendus est resignare beneficium, quod obtinet in illa Ecclesia, in qua pater obtinuit, quia filius semper repræsentat incontinentiam patris, hoc tamen moderatum quando que fuit de consensu Ordinariorum, si pater resignasset sua sponte suum beneficium. *S. Congr. Conc.* de qua Nicol. Garcia *d p. 7. c. 3. nu. 75.*

12 Filij naturales procreati tempore, quo eorum parentes nondum erant effecti clerici, comprehenduntur sub dispositione *Concilij cap. 15. sess. 25. de reform. Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p. 7. c. 3 num 15.* Armendar. *d. l. 1. de filiis Presbyt num. 7.* Sigism. à Bononia *dict. tract. de elect. Regul. dub. 73. num 2.*

13 Filio illegitimo obstat *Concilium c. 15. sess. 25. de reform.* quominus in Clericum Ecclesiæ receptitiæ, in qua recepti absque alia prouisione Diuinis inseruiunt, & massæ communis participes esse consueuerunt, admitti queat, propterea quod eius pater duodecim ab hinc annis defunctus in ipsa Ecclesia receptitia in Clericum admissus & ipse fuit Diuinisque inibi inseruiuit, atque emolumenta consueta percepit, quia receptitius dicitur beneficiatus. *Sacra Congr. Conc. sub die 2. Decembris 1605.* quam citat Aldan. *d tit. 36. n. 15.*

14 Filius illegitimus per *Concil sess 25. c. 15. de reform.* excluditur ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione Dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat. *Sacra Congreg. Conc.* apud Nicol. Garc. *d p. 7. cap. 3. num 66.*

15 Filius illegitimus decreto *Concilij cap. 15. sess. 25. de reform.* non prohibetur obtinere Episcopatum nuper erectum ex parte diœcesis, in qua eius pater fuit Archiepiscopus, quia Concilium strictè est intelligendum in casu odioso, & loquitur io Ecclesia. *S. Cong. Conc. sub die 12. February 1598.* quam adducit Aldan. *d. tit. 36. n. 16.*

16 Filius illegitimus prohibetur etiam deuotionis gratia Missas celebrare in Ecclesia, in qua eius pater beneficium obtinet, vel obtinuit, vt censuerūt Cardinales sancti Marcelli, de Camerino, Sanctorum quatuor, Blanchettus, Manuca, Vicecomes, & Olattus; Ex altera parte fuerunt Cardinales de Montelparo, Iustinianus, à Monte, Paraucinus, &

Z

Plattus, *ſub die* 22. *Ianuarij* 1602. de qua Aldan. *d. tit.* 36. *n.* 17.

17 Filius illegitimus prohibetur beneficium obtinere in Eccleſia, in qua pater vt cantor muſicæ tantum cantat, quia Concilium dicit, *nec in dictis Eccleſiis quoquo modo miniſtrare*, &c. Eadem enim eſt ratio ſiue miniſtret in officio, ſiue in beneficio. *S. Cong. Conc.* teſtibus Nicol. Garc. *d. p.* 7. *c.* 3. *nu.* 68. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 19. *l.* 1. *de filiis Presbyt. num.* 19. Campanan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 13 *num.* 67. *verſ. & quia*, quos cum aliis refero *de officio & poteſt. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 65. *numer.* 21

18 Filius illegitimus non poteſt obtinere beneficium, quod olim pater ſuus abſque legitimo titulo, & minus pacificè aliquandiu poſſedit, *S. Congr. Conc.* penes Nicol Garc. *d. p.* 7. *c.* 3. *nu.* 59. Armend. *d. l.* 1. *de filiis Presbyt. n.* 23.

19 Filius illegitimus, cuius pater cùm eſſet Clericus primæ Tonſuræ, Capellaniam Cathedralis obtinuit, & deinde tam Capellania, quàm Tonſura dimiſſa, habituque ſeculari aſſumpto, huiuſmodi filium ſuſcepit, ac demũ vxorem duxit, illaque defuncta aliam accepit, in eoque ſtatu poſtea ſemper perſeuerauit, prohibetur decreto *Concilij c.* 15. *ſeſſ.* 25. *de reform* in eadem Eccleſia beneficium obtinere. *S. Congr. Conc ſub die* 24. *Ianuarij* 1602. apud Aldan. *d. tit.* 36. *nu.* 18.

20 Filij illegitimi Clericorum non prohibentur *decreto Concilij ſeſſ.* 25. *c* 15. *de reform.* cum patribus habitare, nec de iure adeſt talis prohibitio, quamuis aliqui Epiſcopi, ſeu Ordinarij id prohibeant ſiue cauſa. *S. Cong. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *p.* 7. *c.* 7. *num.* 85. Armendar. *d. l.* 1. *de filiis Presbyt num.* 35. Sigiſm. à Bononia *de elect. Regul. dub.* 75. *num.* 7. *verſ. ſeptimo*, Iul. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 16. *numer.* 55. quos cum aliis citaui *dict. part.* 3. *alleg.* 65. *num.* 14.

21 Filius illegitimus non prohibetur obtinere penſionem ſuper beneficio, quam pater à ſe obtentam legitima facultate ſuffultus tranſtulit poſtea in eundem filium. *S. Congr. Conc.* quam refert Aldan *d. lib* 2. *tit.* 5. *n.* 11.

22 Filius illegitimus ex decreto Conc. ſeſſ. 25. c. 15. de reform. non prohibetur quominus tanquam Capellanus amouibilis deſeruire poſſit, atque obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium eccleſiaſticum, licet pro Capellano amouibili inſeruierit dictæ Eccleſiæ. *S. Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p.* 7. *c.* 3. *nu.* 71. Armendar. *d. l.* 1. *de filiis Presbyt. num.* 32. Stephan. Gratian. *diſcept forenſ. cap.* 397. *num.* 24. *cum ſeqq.* quos cum aliis refero *d. alleg.* 65. *num.* 5.

23 Filius illegitimus, cuius pater fuit Rector Eccleſiæ Matricis poteſt Eccleſiam filialem obtinere, dependentem, ſeu aliàs illi vnitam, in qua eadem Matrix habet etiam quædam iura Parochialia, modò vnio facta ſit acceſſoriè, & per viam ſubiectionis Eccleſiæ Matrici, & pater in ea non miniſtrauerit, vnitam verò æquè principaliter, ita vt intitulatus in vna, cenſeatur in vtraque intitulatus, aut ſi in vtraque pater miniſtrauit, obtinere non poteſt, ſicut etiamſi obtinens Eccleſiam vnitá teneretur miniſtrare in principali. *S. Congr. Conc.* teſtibus Nicol. Garc. *d. p.* 7. *c.* 3. *nu* 62. Armend. *d. l.* 1. *de filiis Presbyt. num.* 24. Campan. *d. cap.* 13. *num.* 67. *verſ. cum vero.*

24 Filij Presbyterorum ex fornicatione nati beneficia eccleſiaſtica per eorum patres obtenta nullo vnquam tempore mediatè & immediatè impetrare poſſunt. *Clemens VII. conſtit.* 30. aliàs 36 incip. *Ad Canonum, de anno* 1530. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 499. in nouiſſ. impreſſ. de qua Scortia *in ſelectas Summorum Pontificum conſtitutiones epith.* 59. *Clemens VIII. conſtit.* 30. incip. *Illa qua* 8. *Nouembris* 1594. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 44.

SS Firmus, & Ruſticus.

Collect. CCCLVIII.

SAncti Firmi, & S. Ruſtici Lectiones pro Eccleſia Bergomen. approbantur à *S. Congr. Rit. in Bergomen.* 17. *Nouembris* 1611. cuius meminit Aldan. *in compendio Canonicarum reſolut. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis num.* 125.

S. Flauia.

Collect. CCCLIX.

SAnctæ Flauiæ corpus Meſſanæ inuentum pro tali habendum eſſe declaratur à *Sacra Congr. Rit. in Meſſanen.* 15. & 19. *Ianuarij* 1611. Et eius Officium conceditur ab eadem *Sacra Congreg. die* 26. *Ianuarij eiuſdem anni*, quas refert Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis n.* 126.

Floriacenſes Monachi, vide in verbo *Monachi Floriacenſes collect.* 497.

SVMMARIVM.

1 *Fori priuilegio gaudet, & ad perſonalia ciuitatis munia minimè tenetur Fiſcalis Curia Epiſcopalis.*

2 *Familiarium Epiſcopi appellatione venit Fiſcalis Curia Epiſcopalis.*

3 *Pœnarum criminalium pars aliqua fiſcali aſſignari poteſt.*

4 *Epiſcopus, & Notarij de pœnis criminalibus nullo modo participare debent.*

5 *Viſitatione perſonarum Cathedralis Eccleſiæ in criminibus Canonicorum reorum poteſt Epiſcopus aſſumere fiſcalem ſuum.*

Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis.

Collect. CCCLX.

1 FIſcalis, quem Epiſcopus habet in ciuitate, ſeu in aliquo caſtro, in quo temporalem, ſpiritualemque iuriſdictionem exercet, gaudet priuilegio fori, & ad perſonalia ciuitatis munia minimè tenetur. *Sacra Congr Epiſcop. & Regul. in Vaſion.* 11. *Decembris* 1614. teſte Sellio *in ſelect. Canon. cap.* 7. *num.* 72.

2 Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis comprehenditur appellatione familiarium Epiſcopi. *Eadem S. Congr. Epiſcop. & Regul. in dicta Vaſionen.* cuius meminit Aurel. Auguſt Taurell. apud me *de Iure eccleſ vnius lib.* 1. *c.* 39. § 4. *n.* 34.

3 Fiſcali aſſignari poteſt pars aliqua pœnarum
4 criminalium. Sed Epiſcopus, & Notarij nullo modo

modo ex illis participare debent. *S. Congr. Episcop. & Regular. in Ciuitatis Castelli 4. Septembris 1595.* quam citat Sellius *d c.7.n.73.*

5 Fiscalem suum, qui interuenire solet in criminibus Canonicorum reorum, vel alium quem magis voluerit, potest assumere Episcopus in visitatione personarum Cathedralis Ecclesiæ, non tenetur tamen ad sumendum Capellanum de choro. *Sacra Cong. Conc* penes Armendar. *in addit ad recop legum Nauarræ lib.1.tit.18.l.7. de Episcopis num.91. in fine, & num.92.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 7. num.8.*

Floriacenses Monachi, vide in verbo *Monachi Floriacenses, collect. 497.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus vt gaudere possit priuilegio fori copulatiuè tria requisita debent concurrere.*

2 *Clericus qui ante delictum inseruire Ecclesiæ consueuit, etiam interruptè, & absque Episcopi mandato fori priuilegio gaudet.*

3 *Clericus in minoribus, incedens in habitu & Tonsura, & Ecclesiæ inseruiens, licet nulli esset adscriptus, fori priuilegio gaudet.*

4 *Clericus in minoribus incedens in habitu & Tonsura, Ecclesiæ deseruiens non tamen de mandato Episcopi fori priuilegio gaudet.*

5 *Enormitatibus se immiscens clericus quando sine monitione censeatur priuilegio clericali renunciare, ostenditur.*

6 *Clerici in habitu, & Tonsura non incedentes quamuis priuilegio fori non gaudeant possunt nihilominus ab Episcopo puniri, si praeuenerit.*

7 *Pensionem ecclesiasticam obtinens habetur pro clerico, & gaudet priuilegio fori.*

8 *Characterem & habitum clericalem assumens post delictum commissum quando possit coram seculari Iudice conueniri?*

9 *Promotus ad Ordines cum collatione vnius beneficij redditus duorum scutorum annuorum, gaudet fori priuilegio.*

10 *Subdiaconus, qui in vim Apost dispensationis cum vidua Matrimonium contraxit, & dispensationes ecclesiasticas obtinet, gaudet fori priuilegio.*

11 *Protonotary honorary etiamsi Ecclesiæ non inseruiãt, nec seruitio alicuius Ecclesiæ adscripti sint, dummodo in habitu clericali incedant, fori priuilegio gaudent.*

12 *Clericus in minoribus recusans frequentare scholas & Ecclesiam, si tamen esset probabilis spes profectus, priuilegio fori priuari non potest.*

13 *Clericus incedens in habitu & Tonsura & in catalogo Clericorum Synodi diœcesanæ descriptus, quamuis de mandato Episcopi Ecclesiæ non inseruiat, fori priuilegio gaudet.*

14 *Clerici qui gaudeant fori priuilegio.*

15 *Filius legitimus Clerici ante clericatum susceptus gaudet fori priuilegio durante vita eius patris.*

16 *Clericus, qui ante carcerationem reassumpsit habitum gaudet fori priuilegio.*

17 *Laicus de præsenti gaudet fori priuilegio pro tempore, quo fuit Clericus.*

18 *Clerici coniugati in ciuilibus an fori priuilegio gaudeant?*

19 *Seruientes in accendendis lampadibus, & in aperiendis portis Ecclesiæ non gaudent fori priuilegio.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Fori priuilegium.

COLLECT. CCCLXI.

1 FOri priuilegio vt Clericus gaudere possit, debent concurrere copulatiuè tria requisita, videlicet quod gestauerit habitum, & Tonsuram clericalem, & Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruierit. *S. Congr. super controuers. iurisd in Ariminen. 21. Ianuary, & 28. Aprilis. 1626.* vbi mandatum fuit Episcopo vt Clericum remitteret ad Præsidem Prouinciæ, nisi docuerit de clericatu, & requisitis à Concilio refert R. P. D. Alexand. Sperel. *in decis. fori eccles decis. 26. n. 4.*

2 Fori priuilegio gaudet Clericus, qui ante delictum, Ecclesiæ inseruire consueuit etiam interruptè, & absque mandato Episcopi: *Sacra Congr. super controuersiis iurisd. in Baren. seu Minoricen. 6. Decembris 1607.* quam citat idem D. Sperel. *d. decis. 26. num.30.*

3 Fori priuilegio gaudet Clericus in minoribus incedens in habitu & Tonsura, & Ecclesiæ inseruiens, licet nulli esset adscriptus. *Sacra Congr. Conc. 30 Iunij 1609.* cuius meminere D. Sperel. *d. decis. 26. num 31* Torreblanc. *de iure spirit. lib 15. cap. 5. num. 58.* Ego *de iure eccles. vniuerso lib. 1. cap. 39. §. 2. numero 36.*

4 Fori priuilegio gaudet Clericus in minoribus habitum & Tonsuram deferens, & Ecclesiæ deseruiens non tamen ex mandato Episcopi. *S. Congr. Conc. in Valentina 29. Iunij 1618.* penes me *d. lib. 1. c. 39. §. 1. n. 34.*

5 Fori & Priuilegio clericali absque monitione aliqua videtur renuntiare clericus, qui in habitu, & Tonsura se immiscet enormitatibus, & vicibus pluribus, secus si in habitu laicali hæc perpetrasset, quia tunc requiritur monitio. *S. Congr. Conc. in Montalen. 1. Febru. 1610.* de qua memini *d. lib. 1. c. 39. §. 2. num. 75. in fine.*

6 Fori priuilegio licet non gaudeant clerici in habitu & Tonsura non incedentes, nihilominus nõ impeditur Episcopus quominus si præuenerit, eosdem clericos punire possit. *S. Congr. Concil. in Isernien. 6. Martij 1606. & in Valentina 20. Martij 1607. Sacra Congr. controuersiis iurisdictionalibus præposita in Neapolitana 22. Iunij 1628. & in Parmen. 9. Nouembris eiusdem anni, & 26. Iunij 1629.* quam meminit R. P. D. Alex. Sperell. *in decision fori eccles. decis. 17. num. 33.*

7 Fori priuilegio gaudet ille, cui reseruata fuit pensio ecclesiastica, cum ad hunc effectum pensionem obtinens habeatur pro clerico. *S. Congr. Conc.* teste Didaco Narbona *de ætate ad humanos actus requis ann. 14. quæst. 59 nu. 10.* & Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 19. de foro comp. n. 3. & 7.* etiamsi non incedat in habitu & Tonsura, eadem sacra Congr. apud Nicol. Garc. *de benef. part. 3. cap. 5. num. 70.* & nouissimè *eadem sacra Congr. Conc. in Portugalen. 10. Aprilis 1622.* quam refero *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 57. numer. 151.*

8 Fori priuilegio gaudet clericus, qui characterẽ, & habitum clericalem assumpsit post delictum, processum, & fideiussionem de se repræsentando coram iudice laico, & sic à iurisdictione Iudicis laici est liberatus quoad personam scilicet. Quod si fraus subsit (quam Iudex ecclesiasticus inspicere debet) poterit Iudex secularis processum finem

imponere contra illum quoad bona procedendo. *S.Cong.Conc.in Papien.sub die 23.May 1626.* quam sequuta fuit *S Congr.Immunitatis in Ciuitatis Castellane 18 Februarij 1631.* cuius memini *d.tract. de Iure eccles.lib.1.c.39. §.2.n.89.*

9 Fori priuilegio gaudet promotus ad Ordines cum collatione vnius beneficij redditus duorum scutorum annuorum, qui incedens in habitu laicali cum armis dum caperetur à birruariis vnum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit. *S.Congr.Conc.in Ianuen.18. Martij* 1628. cuius meminit *d.lib.1.cap.39 §.2.n 17.*

10 Fori priuilegio gaudet Subdiaconus, qui in vim Apost. dispensationis cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones ecclesiasticas obtinet. *Sacra Congr. Concil. sub die 24. Martij & 17. Septembris* 1618. quam refert Sellius *in selectis eccles. cap.16. numer.71.*

11 Fori priuilegio gaudent Protonotarij honorarij, etiamsi Ecclesiæ non inseruiant: *S.Congr.Concil. sub die 9. Iuly* 1626. nec seruitio alicuius Ecclesiæ adscripti sint, dummodo in habitu clericali incedant. *S.Congr.in Toletana 27. Martij* 1632. quam adducit Bonfadin. *in thesauro ecclesiastic. decis. resol.* 17. *num.20.*

12 Fori priuilegio priuari non potest clericus in minoribus Ordinibus constitutus recusans frequentare scholas, & Ecclesiam, si tamen esset probabilis spes profectus. *S.Cong Conc.in Materanen.2. Augusti* 1631. quam refert Bonfadin. *dicta resol.* 17. *num.21.*

13 Fori priuilegio gaudet clericus incedens in habitu, & Tonsura descriptus in catalogo clericorũ, qui in Synodo diœcesana obedientiam præstitit Ordinario, & per paucas vices in choro, & in processionibus interfuit attentis circunstantiis, quamuis alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non inseruiat, vel beneficium ecclesiasticum non habeat, *S.Cong.Conc.in nullius 28.Martij* 1628. penes Dianam *moral.resolut.p.4 tract.1. resol.2. in fine,* & metipsum *d.lib.1.c.39.§.2.n.35.*

14 Fori priuilegio gaudent clerici in Sacris constituti, Beneficiati, Pensionarij, Protonotarij, & alia similia officia obtinentes. Illi qui per modicũ tempus habitum dimiserunt, etiamsi tempore capturæ fuerint reperti in habitu seculari, & illi clerici in minoribus constituti non habentes qualitates *Concilij c.6. sess.23. de reform.* quando Iudex ecclesiasticus præuenit. *S.Cong.Conc.in Leodien. 9.Nouembris* 1630. attestante Bonfadin. *d.resol.*17. *num.22.*

15 Fori priuilegio gaudet filius legitimus clerici ante clericatum susceptus, durante vita eius patris. *S.Cong Immunitatis in Callien.18.Martij 16.* de qua Bonfadin. *d.resol.17.n.23.*

16 Fori priuilegio gaudet clericus, qui ante carcerationem reassumpserat habitum. *S.Congr.Immunitatis in Rossanen.18. Martij* 1631. apud Bonfadin. *d. resol.17.nu.24.*

17 Fori priuilegio gaudet de præsenti laicus pro tempore, quo fuit clericus. *S.Congr.Immunitatis in nullius Garopoli 9.Septembris* 1631. teste Bonfadin. *d. resol.17.n.25.*

18 Fori priuilegio non gaudent in ciuilibus clerici coniugati tam Constitutione Bonifacij VIII. quam decreto Concilij Trid. nisi vbi de crimine etiam ciuiliter ageretur. *S.Congr.Conc. sub die 13. Februarij* 1610. Et *Sacra Cong.Episcop.& Regul. sub die 10. Februarij* 1618. Sed eos gaudere fori priuilegio in ciuilibus præsertim in Regno Neapolitano, in quo adest consuetudo, censuit *Sacra Congr. Immunitatis 27.Februarij* 1630. penes Bonfadin. *d.resol.*17. *num.26.*

19 Fori priuilegio non gaudent illi, qui in accendendis lampadibus, & aperiendis Ecclesiæ portis deseruiunt. *S.Congr.Episc. & Regul.sub die 28. Ianuarij* 1603. quam citat Sellius *d.c.16.n.72.*

Fori priuilegio an & quando gaudeat Oblatus. Vide *in verbo Oblatus collect.*529.

Fori priuilegio gaudent Equites Ordinum Militarium, vide in verbo *Eques Regularis collect.* 303. *num.4.*

Vide in verbo *Clericus quoad forum collect.*157.

SVMMARIVM.

1 *Canonizationem sanctæ Franciscæ Romanæ fecit Paulus V.*

2 *Lectiones recitandæ in Officio S. Franciscæ Romanæ approbantur pro Monachis Oliuetanis, & Monialibus turris speculorum.*

3 *Officium S Franciscæ Romanæ in Breuario monastico S.Benedicti sub ritu duplici celebrandum inseritur.*

4 *Officium S.Franciscæ Romanæ sub ritu semiduplici in Vrbe ad libitum recitari posse conceditur.*

S.Francisca Romana.

Collect. CCCLXII.

1 SAnctam Franciscam Romanam canonizauit, & eius festum die 9. Martij celebrari iussit *Paulus V.constit.* 45. incip. *Calestis 4. Kalend. Iunij* 1608. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.3.pag.*233. alias *pag.*171. in nouiss impress.

2 S.Franciscæ Romanæ lectiones recitandæ in eius Officio approbãtur pro Monachis Oliuetanis, & Monialibus turris Speculorum. *S.Congr.Rit.in Vrbis S Franciscæ 24.Aprilis* 1610. quam refert Aldan. *in compendio ecclesiast. resolut lib.1. tit.18. de Sanctis numer.*130.

3 S.Franciscæ Romanæ Officium in Breuario monastico sancti Benedicti & kalendario eiusdẽ sub duplici ritu & Missa cum propriis lectionibus iam approbatis inserendum & celebrandum conceditur ab eadem *S.Congr.Rit in Oliuetana 24. Ianuarij* 1615. teste Aldan. *dict. titul.18. de Sanctis numer.*131.

4 S.Franciscæ Romanæ Officium quod possit sub ritu semiduplici in Vrbe ad libitum recitari concessit eadem *Congr.Rit. in Vrbis 13.Martij* 1632. cuius meminit Bonfadin. *in thesauro eccles. decis.resol.1. numer.*55.

SVMMARIVM.

1 *Canonizationem S.Francisci Assisiensis edixit, & eius festum die 4 Octobris agi iussit Gregorius IX. & de præcepto obseruandum statuit Sixtus IV.*

2 *Officium S.Francisci Assisien. vt possit à Conuentualibus singulis mensibus prima die non impedita celebrari, fuit concessum.*

3 *Canonizationem S.Francisci de Paula fecit, & eius festum die 2. Aprilis celebrari iussit Leo X.*

4 Officium

4 *Officium & Missam sancti Francisci de Paula approbauit Clemens VII.*

5 *Indulgentiam plenariam visitantibus Ecclesias Ordinis Minimorum in die S. Francisci de Paula concessit Gregorius XIII.*

6 *Festum diem sancti Francisci de Paula sub ritu duplici celebrari posse, & debere declarauit Paulus V.*

7 *Canonizationem S. Francisci Xauerij è Societate Iesu fecit Gregorius XV.*

8 *Officium & Missa B. Francisci Borgiæ conceduntur omnibus in familiæ Borgiæ ditionibus commorantibus & Sacerdotibus quoad Missas ad Ecclesias Societatis Iesu confluentibus.*

S. Franciscus.

Collect. CCCLXIII.

1 SAnctum Franciscum Assisien. canonizauit, & eius festum die 4. Octobris agi iussit *Gregorius IX. constit. 2.* incip. *Mira, 14. Kalend. Augusti* 1228. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 51. aliàs pag 84.* Et de præcepto obseruandum statuit. *Sixtus IV. constit. 3.* incip. *Preclara, 5. Non. Octobris* 1472. apud Laert. Cherubin *d tom. 1. pag. 333.* quam constit. non fuisse moribus vtentium approbatam refert Siluest. verbo Dominica n. 3. vers sextum, sed rursus præcepit vbique obseruari *S. Congr. Rit. die 3 Ianuar.* 1622. quam citat Gauant. *in Rub. Breuarij sect. 7. cap. 12. num. 4.*

2 S. Francisci Assisien. Officium vt possit à Conuentualibus singulis mensibus prima de non impedita festo nouem lectionum celebrari conceditur *à S. Congr. Rit. sub die 18. & 20. Februarij* 1617. quam refert Aldan. *in compendio Canon resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis num. 126.* aliàs *pag. 302.* in nouiss. impress.

S. Francisci stygmata vide in verbo *Stygmata collect. 681.*

3 S Franciscum de Paula canonizauit, & eius festum die 2. Aprilis celebrari iussit *Leo X. constit. 38.* incip. *Excelsus 1. Maij* 1519. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 528.* aliàs *pag. 446.* & duplici officio venerari in Religione mandauit *Sixtus V. constit. 8.* incipien. *In cæli throno de anno* 1585. apud Laert. Cherub. *tom. 2. in dicto Bullario pag. 495.* aliàs *pag. 576.* & apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. constit. 1. Sixti V.*

4 Sancti Francisci de Paula Officium & Missam approbat, & ea certa scientia confirmat. Indulgentiasque illud recitantibus, & Missam propriam celebrantibus concedit *Clemens VII. constit sua* incip. *Libenter 17. Maij* 1528. apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. constit. 2. illius Pont. pag. 211.*
5 Indulgentiam plenariam visitantibus Ecclesias Ordinis Minimorum in die S. Francisci concedit *Gregorius XIII. sua constit.* incip. *Ad augendam 1. Aprilis* 1579 apud Laurent. de Peyrinis *constit. 4. illius*
6 *Pont. pag. 292.* Et per vniuersum Orbem ab omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus eius festum diem sub ritu duplici celebrari posse & debere declarauit *Paulus V. constit. sua* incipien. *Nomen. 4. Maij* 1613. apud Laurent. de Peyrinis *const. 3 illius Pont. pag. 312 in vltima impress. Placentina.*

7 S. Franciscum Xauerium è Societate IESV Indiarum Apostolum canonizauit Gregorius XV. die 12. Martij 1622. cum S. Isidoro agricola, Ignatio Loiola, Philippo Nerio Confessoribus, ac Teresia Virgine, sed morte præuentus Constitutionem canonizationis expedire non potuit, quam tamen cum institutione eius festiuitatis die 2. mensis Decembris expediri iussit *Vrbanus VIII. constit. 1. alias 4. in appendice* incip. *Rationi congruit Idib. Augusti* 1623. apud Angel. Mariam Cherub. *post tom. 4. Bullarij pag 1.* De vita S. Francisci Xauerij, deque rebus ipso viuente à Patribus Societatis IESV in India orientali gestis, eleganter Ioannes de Lucena ex eadem Societate nobilissimus scriptor.

8 B. Francisci Borgiæ Officium & Missa conceditur omnibus in familiæ Borgiæ ditionibus commorantibus; & Sacerdotibus quoad Missam in Ecclesias Societatis IESV confluentibus. *Vrbanus VIII, constit. 46.* incip. *Alias à nobis 2. Septemb.* 1625. apud Angel. Mariam Cherub *to. 4. Bullarij pag 62.*

Frater.

Collect. CCCLXIV.

1 FRater in ingressu sororis ad Monasterium se obligans ad alimenta & ad alia scuta centum quotiescunque soror non emittat professionem, si soror non vult emittere professionem, frater non tenetur ad centum promissa. *Sacra Cong. Conc. sub die 12. Augusti* 1617. teste Aldán. *in compendio Canon. resol. lib. 2. tit. 25. num. 10.* quem refero *in collect. ad Trident. sess. 25. de Regul. cap. 16. nu. 47. in fine.*

2 Fratres duo germani Cardinales esse non possunt. *Iulius III. constit. 22.* incip. *Sanctissimus, 26. Ianuar.* 1554. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom. 1. pag 715.* aliàs *pag 716.* & *Sixtus V constitut. 50.* incip. *Postquam, 3. Non. Decemb.* 1586. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 560.* aliàs *pag. 584.* in nouiss. impress.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria Religiosorum ingredi mulieribus prohibetur.*

2 *Parochorum officio fungi possunt Fratres Religiosi in partibus Indiarum.*

3 *Numerus religiosorum in singulis locis est instituendus, qui ibidem sustentari valeant.*

4 *Confessiones secularium Fratres cuiuscunque Ordinis audire prohibentur nisi prævio examine fuerint à locorum Ordinariis approbati.*

5 *Delinquentes Fratres si ab eorum superioribus non puniuntur, ab Ordinariis locorum vbi deliquerunt, puniri possunt.*

6 *Inquisitores hæretica prauitatis solum punire valent Religiosos in iis, quæ spectant ad Officium sanctæ Inquisitionis.*

7 *Præcedere debent Regulares antiquiores in loco aliis Fratribus eiusdem loci.*

8 *Processionibus publicis consuetis interesse cogi possunt Religiosi, nec cum Clero mixtim incedere debent.*

9 *Processionem facere cum Sanctissimo sacramento non licet Religiosis feria quinta in Cæna Domini, & in festo Corporis Christi.*

10 *Cadauerum in associatione qualiter Fratres Religiosi se gerere debeant?*

11 *Episcopus prohibere non potest Religiosis ne administrent sacramenta Pænitentiæ, & Confirmationis à die Palmarum vsque ad octauam Paschatis Resurrectionis.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

12 *Communionem sanctißimam non possunt Religiosi administrare populo in die Paschatis.*

13 *Fratres Religiosi discalceati non sunt molestandi nec impediri possunt in quaestuatione Eleemosynarum.*

Fratres Religiosi in communi.

Collect. CCCLXV.

1 FRatrum Religiosorum quorumcunq; monasteria ingredi mulieribus prohibuit Pius V. *constit.* 20. incip. *Regularium* 14 *Octobris* 1566. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 198. cuius memini *de officio, & potest. Episcop. p.* 3 *alleg.* 102. *n.* 92. vbi post Fr. Emman. Roderic. Fr. Ioa. de la Crux, Suar. Sanchez & alios, teneo sub hac constitutione non comprehendi Imperatrices, Reginas, infantes, & ancillas.

2 Fratres Religiosi in partibus Indiarum ob defectum Presbyterorum officio Parochi fungi possunt, *Pius V. constit.* 34. incip. *Exponi.* 24. *Martij* 1567. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 220. innouata per *Gregoriũ XIV. sub die* 16. *Septembris* 1591 quorum mentionem faciunt Fr. Emman. Rodriq. *quaest. Regul. tom.* 1. *quaest.* 35. *art.* 1. *& in sum p.* 2. *cap.* 9. *concl.* 6. Fr. Ioan. Bapt. *in aduert. Confess. Indic. in tab. p.* 1. *verbo Religiosos, in fine. & p.* 2 *fol.* 172. *vers. his suppositis*, Fr. Alphons. Ferdin. *in historia eccles. nostri temp. pag.* 182. Fr. Anton. Remesal. *in historia Guathemal. lib.* 10. *cap.* 22. *&* 23. vbi probare contendit Regulares virtute dictae Const. Pianae administrare posse, & debere dictas Doctrinas & Curata quemadmodum ante Concil. Trid. latè Ioann. Solorzan. *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 16 *n.* 10. *cum multis seqq* & praecipuè *à n.* 17.

3 Fratrum Religiosorum ille numerus in singulis locis est constituendus, qui ibidem sustentari valeant. *Paulus V. constit.* 9. incip. *Sanctißimus* 4. *Decembris* 1605. apud Laert. Cherub. *in Bullario* 3. *pagin.* 187.

4 Fratres Religiosi cuiuscunque Ordinis secularium Confessiones audire prohibentur, nisi fuerunt à locorum Ordinariis praevio examine approbati. *Pius V. constit.* 133. incip. *Romani* 8. *Idib. Augusti* 1571. apud. Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 345.

5 Fratres Religiosi cuiuscunque Ordinis si ab eorum Superioribus non puniuntur, ab Ordinariis locorum, in quorum locis deliquerunt, puniri possunt. *Clemens VIII. constit.* 39. incip. *Susceptis* 17. *Kalend. Martij* 1596. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag* 53.

6 Fratres Religiosi cuiuscunque Ordinis in iis, quae spectant ad Officium sanctae Inquisitionis, ab eorum Superioribus puniri non possunt, sed Inquisitoribus cõtra haereticam prauitatem sunt denunciandi. *Paulus V constitut.* 26. incip. *Romanus Pontifex Kalend. Septembris* 1606. apud Laert. Cherubin. *to.* 3. *pag.* 210. & eam refert Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regulares pag.* 122, *Vrbanus VIII. sua const. Cum sicut* 5. *Nouẽb.* 1631. apud Ang. Mariã Cherub. *in appendice Bullar. to.* 4. *pag.* 17. vbi statuit Constitutiones Apost. in concernentibus Fidem Catholicam, & sanctae Inquisitionis Officium hactenus editas & imposterum edandas comprehendere omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos, nisi illi in edendis specialiter excipiantur, de quibus Lezana *in sum. quaestion. Regul. tom.* 3. *verbo accusare num.* 7.

7 Fratres Religiosi antiquiores in loco aliis Fratribus eiusdem loci praecedere debent, iuxta formam Bullae Gregorij XIII. *S. Congreg. Rit. in Vgentin* 23. *Maij* 1603. teste Sellio *in select. Canonici. cap.* 9. *num* 17.

8 Fratres Religiosi cogi possunt vt accedant ad publicas consuetas processiones nec cum clero mixtim incedere debent. *S. Congr. Rit. in Legionen.* 24. *Septembris* 1605. referente Sellio *dict. cap.* 9 *numer.* 18.

9 Fratribus Religiosis non licet feria quinta in Coena Domini, neque in festo Corporis Christi facere processionem cum sanctissimo Sacramento post Vesperas extra eorum Parochiam. *S Cong. Rit. in Aretina* 11. *Decembris* 1613. quam refert Selli. *d. c.* 9. *n.* 19.

10 Fratres Religiosi cum alicui funeri conuocari contigerit, ad Parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum Parocho ad domum ex qua cadauer extrahendum est, se conferre debent, casu autem quo dictum cadauer in aliqua Ecclesia deponi contingat, ad eandem Ecclesiam, vbi depositum erit, conuenire debent. *Sacra Congre. Episcop. & Regular. in Senogalien.* 26. *Augusti* 1616. penes Sellium *d. c.* 9. *n* 22.

11 Fratres Religiosi ne à die Palmarum vsque ad octauam Paschatis Resurrectionis ministrent Sacramentum Poenitentiae & Communionis minimè prohibere potest Episcopus, praeterquam in die Paschatis quoad Communionem tantum. *S. Cong Conc. sub die* 2. *Septembris* 1617. de qua Selli. *d. c.* 9. *n.* 21.

12 Fratres Religiosi non possunt administrare populo sanctissimam Eucharistiam in die Paschatis, stante quod in priuilegio Eugenij IV. hoc eis interdicitur expressè pro illa die. *S. Congr. Conc.* 2. *Martij* 1619. cuius memini *de officio & potest. Parochi cap.* 20 *n* 10.

13 Fratres Religiosi discalceati non sunt molestãdi, nec impediri possunt in quaestuatione eleemosynarum, non obstante quod alij Fratres Mendicantes eodem die eleemosynas quaerere soleãt, qua isti quaerunt. *S. Congr. Episcop. & Regul.* 9. *Ianuar.* 1608. quam refert Flaui. Cherub *in cõpendio Bullar. ad constit.* 73. *Gregorij XIII.* incip. *Romani Pont. schol.* 1.

SVMMARIVM.

Auctores referuntur de Carmelitis Religiosis agentes.

2 *Carmelitae à quo instituti, confirmata, & approbata eorum regula.*

3 *Cappa alba Carmelitas vti iussit Bonifacius VIII.*

4 *Ordo Carmelitarum est vnus de quatuor Ordinibus Mendicantibus.*

5 *Praecedunt Carmelitae Fratribus B. Mariae de Mercede.*

6 *Carmelitae Calceati de obseruantia in Belgio & Sicilia non possunt portare habitum per discalceatos portari solitum.*

7 *Facultas data in Bulla Cruciata eligendi Confessorem non suffragatur Carmelitis.*

8 *Exemptionem a quarta funeralium habent Carmelitae.*

9 *Officium Sanctae Theresiae conceditur Ordini Carmelitarum*

10 *Habitus Fratrum Carmelitarum, quis?*

11 Concordia

11 *Concordia super erectione Confraternitatum B. Mariæ de Monte Carmelo.*

12 *Preeminentias quot habeat Religio Carmelitana.*

Fratres Carmelitæ.

COLLECT. CCCLXVI.

1 DE his Arnaldus Bostius, & Baptista Stispalinlus *de Illustribus viris huius Religionis*, Baptista Ferrariensis *in chronica Ordinis*, Laurentius Borellus etiam *de Viris Illustribus Ordinis*, Martin. Italus *de Sanctis, & Doctoribus Ordinis*, Petrus Carmelita *in catalogo scriptorum Ordinis*, Fr. Emman. Roman. *de antiquitate Carmelitarum* Ioann. Trithem. *de laudibus ordinum Fratrum Carmelitarum*, Fray Iuen de la Plata *en el defensorio por la antequedad, legislatores y Santos de la orden del Carmen* Pedro de Quesada *en la informacion sumaria de la antequedad, reglas, y Santos del Carmen*. Ioan. Cartagena *in homil. de laudibus Carmelit.* Fr. Thomas de Aquino *de Patriarchatu Eliæ*. Franc. Camill. *in summar. antiquit. Carmelit.* Fr. Ioan. Pinto *in hyerarch. Carmel.* Villeg. *in vita Eliæ Prophetæ*, Petrus Cencius *de ortu Relig. Carmelit.* Thom. de Scerpe *in tract. de orig. Relig. Carmel.* Ioan. de S. Maria *in chron. Carmel.* Thom. de Iesu *super reg. Carmel. Ioannis Patriarchæ Hierosol.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p. 4. consid. 7.* Polydor. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 7. c. 3.* Panuin. *in chronic. anno* 1441. Nancler. *vol. 2. generat. 41. anno Christi* 1215. Genebrar. *sub Innocentio III.* Illescas *in historia Pontificali lib. 5. cap. 32.* Card. Baroni. *annal. Eccles. tom. 12. anno Christi* 1218. Platus *de bono statu Relig. lib. 2. cap. 22.* Iacob. Gualter. *in tabul. chronograph. sæculo 10. pag. 651.* Iacob. Salian. *tom. 4. annal. legis veteris anno Mundi* 3239. *num.* 16. Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap. 30.* Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib. 4. pag. 279.* Pancirola *in thesauro Vrbis Romanæ Ital. in Regione Montium Ecclesia* 17. Ioan. Marques *de vera origine Eremitar. S. Augustini cap. 14. § 9.* Carol. Tepia *in auth. ingressi C. de sacrosf. Eccles. verbo monasteria cap. 17.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 4. art. 6.* Mich. Muñoz *in propugnaculo Eliæ, & propaginis Carmelitica*, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 23.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælator. tom. 1. quæst. 4. art. 7.* Hieron. Rodet. *in compendio quæst. Regul. resol. 123. num. 35.* Suar. *tom. 3. de Relig. tract. 7. lib. 3. cap. 1. & 2. & tom. 4. tract. 9. lib. 2. c. vlt.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 7. num. 4.* Ioan. Mariæ Nouar. *in lucerna Regul. verbo Carmelita.*

2 Fratres Carmelitæ, licet quandoque (vt aliquibus visum fuit) sub regula sancti Basilij militauerint, vltimam tamen, quam nunc seruant, regulam, acceperunt ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano in Monte Carmelo, antequam Vrbs Hierosolymæ caperetur à Saladino Ægypti Sultano, anno Domini, plus minusue, 1171. Confirmata est regula Carmelitanæ vnà cum Religione ab Alexandro III. anno 1180. ab Innocentio III. anno 1199. approbauit Honorius III. vt in eius constit. 8. incip. *Vt viuendi* Idib. Ianuarij 1171. apud Laert. Cherubin. in Bullario tom. 1. pag. 50. Moderata est regula quoad ieiunia, esum carnium, clausuram, & alia nonnulla ab *Innocentio* III. vt in eius *Constit.* 6. incip. *Quæ honorem* de anno 1247. & *Eugenius* IV. *constit.* 3. incip. *Romani* 15. *Kalend. Martij* 1431. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 171.*

3 Fratres Carmelitas cappis albis vti iussit *Bonifacius* VIII. *constit.* 3. incip. *Iusta* 7. *Kalend. Decembris* 1295. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 140. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Carmelita n. 3.*

4 Fratrum Carmelitarum Ordo est vnus de quatuor Ordinibus Mendicantibus, eorumque gratiis gaudet, *Pius V. constit.* 44. incip. *Romanus.* 1. *Octobris* 1567. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 240. & illius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Carmelita num. 1.*

5 Fratres Carmelitæ præcedunt Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum. *Clemens VIII. constit.* 95. incipien. *Decet* 15. *Nouembris* 1602. apud Laert. Cherubin. *tom. 3. pag.* 141. Et declarauit *S. Congr. Rit. in causa Carmelit. & Merced.* 21. *Augusti* 1604. quam referunt Ioann. Anton. Nouat. *in summ. Bullar. tit. de præcedent. in process. numer.* 12. Ioan. Maria Nouar. eius frater *dict. verbo Carmelita num. 6.*

6 Fratres Carmelitæ Calceati de obseruantiæ in Belgio, & Siciliæ prouinciis non possunt gestare habitum per Fratres eiusdem Congregationis Discalceatorum gestari solitum, nec se Fratres Carmelitas reformatos sanctæ Theresiæ vocifarare, aut subscribere. *Vrbanus VIII. constit.* 15. alias 115. incip. *Romanus Pont.* 1. *Decembris* 1632. apud Angel. Mariam Cherubin. *tom. 4. Bullar. in appendice pag. 27.*

7 Fratribus Carmelitis non suffragatur facultas date in Bulla Cruciatæ eligendi Confessorem. *Clemens VIII. const.* 64. incip. *Romani* 23. *Nouemb.* 1599. apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 89.*

8 Fratres Carmelitæ habent exemptionem à quarta funeralium. *Paulus V. constit.* 4. incip. *Decet* 20. *Augusti* 1605. apud Laert. Cherubin. *tom. 3. pag.* 179. & Ioann. Mariam Nouar. *dict. verbo Carmelita numer. 4.*

9 Fratrum Carmelitarum Ordini conceditur officium sanctæ Theresiæ, *Gregorius XV. constit.* 20. §. 23. incipien. *Omnipotens sermo* 4. *Id. Martij* 1621.

10 Fratrum Carmelitarum habitus est tunica, & scapulare coloris canusini, pallium album, corrigie nisi fibuleta præcingitur. Generalis durat ad sexennium, habet sub se prouincias 33. refert Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 19. de Religion. n. 64.*

11 Fratres Carmelitæ Calceati, & Discalceati sub Apostolicæ Sedis beneplacito deuenerunt ad concordiam super erectione Confraternitatum B. M. Virginis, & concessione sacri Scapularis. *Paulus V. constit. sua* incip. *Ad ea per quæ* 14. *Aprilis* 1617. apud Ildefons. de Iesu Maria *de priuilegiis Carmelitarum Discalceat. pag.* 274. cum seqq. vbi etiam refertur instrumentum concordiæ.

12 Fratrum Carmelitarum Ordo hodierna die prouincias 35. enumerat. Primam Terræ sanctæ, quæ quondam latissime erat. Secundam sancti Alberti Siculam vocatam. Tertiam Anglicam iam deperditam, & omnino ab hæreticis deuastatam. Quartam Narbonensem. Quintam Romanam. Sextam Gallicam. Septimam Alemaniæ inferioris. Octauam Lombardicam. Nonam Aquitanicam. Decimam Castellæ nouæ, hoc est Hispanicam. Vndecimam Hibernicam. Duodecimam prouinciam Prouinciæ. Tertiamdecimam Scotiæ XIV. Tuscam. XV. Venetam, seu Bononiæ. XVI. Tholosæ XVII. Cathaloniæ. XVIII. Alemaniæ Supe-

rioris. XIX. Vaſconiæ. XX. Turoniæ. XXI. Saxoniæ. XXII. Aragoniæ. XXIII. Neapolis. XXIV. Portugaliæ, continens ſub ſe Braſilienſem Vicariam. XXV Romandiolæ. XXVI. Daciæ XXVII. Sancti Angeli XXVIII. Bethicam. XXIX. Bohemiæ. XXX. Poloniæ. XXXI. Apuliæ XXXII. Calabriæ XXXIII. Belgicæ. XXXIV. Abrucij XXXV. Veteris Caſtellæ. Habet etiam Mantuanam congregationem, & Sardiniam Vicariam. Refert Marcus Anton. Alegre de Caſanate *in paradiſo Carmelitici decoris praamb. 29. n. 2.*

Huius Sanctæ Carmelitanæ familiæ felix & fauſta proles, ac Matritenſis Conuentus alumnus fuit Antonius de Acoſta frater meus, promptiſſimi ac perſpicaciſſimi ingenij iuuenis, qui cũ nondum vigeſimum octauũ annum euaſiſſet, præreptus è viuis diſceſſit Matriti anno 1630. Heu quanta ſpes in Antonio intercidit! Liceat fratri laudare fratrem laude digniſſimum, & dolere de immatura eius morte, quem vt fratrem & amicum amabam; fuerat namque in ea ætate inſignis & ſubtiliſſimus Theologus, & in declamandis diuinis eloquiis inſignis, ex quo in publicis concluſionibus defendẽdis, & in ſolemnib. litterariis actis pro ingenio arguendis in magnam ſui ſpem omnium animos excitauerat. Dicerem cum Dauide Rege *lib. 2. Regum cap. 1. Doleo ſuper te mi frater, doleo ſuper te, decoris valde, & amabilis ſuper amorem mulierum.*

SVMMARIVM.

1 *Congregatio Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum approbatur cum pluribus priuilegiis & gratiis.*
2 *Congregatio Carmelitarum Diſcalceatorum deſciuit à reliquo corpore Ordinis cum proprio Generali.*
3 *Italiæ Congregatio Carmelitarum Diſcalceatorum ſeparatur ab Hiſpania, cum duobus Generalibus.*
4 *Ordo Carmelitarum Diſcalceatorum eſt vnus de quatuor Ordinibus Mendicantium.*
5 *Proceſſionibus intereſſe non coguntur Carmelitæ Diſcalceati.*
6 *Monaſteria de ſola Ordinarij licentia Carmelitæ Diſcalceati vbique erigere poſſunt.*
7 *Feſtiuitates ſpeciales B. Virginis celebrare indulgetur Carmelitis Diſcalceatis.*
8 *Mitigatos vel alterius Ordinis non tenentur recipere Carmelitæ Diſcalceati.*
9 *Erectio Congregationis Carmelitarum Diſcalceatorum in Regnis Hiſpaniarum.*
10 *Prouinciales Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum reeligi prohibentur.*
11 *Carmelitæ Diſcalceati à Mitigatis totaliter ſeparãtur.*
12 *Carmelitæ Diſcalceati, Moniales, & monaſteria potiri debent omnibus priuilegiis, quibus gaudent Calceati.*
13 *Proceſſionibus publicis intereſſe non tenentur Carmelitæ Diſcalceati.*
14 *Quarta funeralis à ſolutione eximuntur Carmelitæ Diſcalceati.*
15 *Præcedentiam cedunt Fratres B. Mariæ de Mercede Carmelitis Diſcalceatis.*
16 *Monaſteria erigere de cuius licentia valeant Carmelitæ Diſcalceati.*
17 *Tranſitum ad alium Ordinem non poſſunt facere Carmelitæ Diſcalceati etiam Donati profeſſi.*
18 *Tranſire ad Camaldulenſes prohibentur Carmelitæ Diſcalceati.*
19 *Eremũ Carmelitarum Diſcalceatorum prohibentur mulieres ingredi.*
20 *Eleemoſynarum in quæſtuatione impediri non poſſunt Carmelitæ Diſcalceati.*
21 *Familiares Laici Carmelitarum Diſcalceatorum an in monaſterio eorum ſatisfacere valeant præcepto Eccleſiæ.*

Fratres Carmelitæ Diſcalceati.

COLLECT. CCCLXVII.

1 FRatrum Carmelitarum Diſcalceatorum Congregatio in Regnis Hiſpaniarum ad inſtantiam Philippi Secundi incœpit à Sancta Thereſia (de cuius vita Fr. Didacus de Yepes, Doctor Franciſcus Ribera è Societate Ieſu, & Fr. Ioannes de Ieſu Maria Carmelita Diſcalceatus, & Fr. Franciſcus de ſancta Maria eiuſdem Ordinis in illius chronica) & approbata fuit à Sede Apoſtol. ac illius Religioſi exempti & ſeparati à iuriſdictione priorum Carmelitarum, qui mitigati dicuntur, perindeque illis conceſſum vt gratiis & priuilegiis aliorum Carmelitarum, & ad ſolos Carthuſianos tranſire poſſint, *Gregorius XIII. conſtit. 64.* incip. *Pia conſideratione 22. Iunij* 1580. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag.* 444.

2 Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum Congregatio deſciuit à reliquo corpore Religionis cum proprio Generali à *Clemente VIII.* ſibi dato, vt conſtat ex eius *conſtitut. 71. ſub dat. Romæ 20. Septembris* 1595 cuius meminit Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Carmelita n. 7.*

3 Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum congregatio in Italia ab Hiſpania ſeparatur, & Italicæ congregationi conceduntur priuilegia conceſſa & concedenda quomodocunque Hiſpanicæ congregat. & eidem Italicæ conceditur facultas Conuentus extra Hiſpaniam vbique erigere, & quæcunque bona ſibi relicta recipere, & ad habitum admittere, eique conceditur erectio Confraternitatis laicorum ſub denominatione B. Mariæ de monte Carmelo, ſed illi prohibetur cura quarumcunque Monialium præterquam monaſterij de Ieſu Mariæ Ianuenſis. *Clemens VIII. conſtitut. 71.* Incip. *In Apoſtolica* 13. *Nouembris* 1600. apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag.* 101. & de illa mentionem facit Ioan. Maria Nouar. *dict. verbo Carmelita numer.* 8. Generales igitur iam duo ſunt Italus, & Hiſpanus, ſub Hiſpano, qui ad ſexcennium durat, ſunt prouinciæ octo, in quibus pluſquam centum monaſteria numerantur: ſub Italo qui triennium non excedit, ſunt Prouinciæ decem, in quibus ingens monaſteriorum numerus, reguntur gubernatione ariſtocratica, Aſcan. Tambusin. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 1. quæſt. 2. ſub n.* 10. Caſanate *in paradiſo Carmelitici decoris praamb. 29. n. 3.*

4 Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum Ordo vnus eſt de quatuor Ordinibus Mendicantium eorumque gratiis omnibus perfruitur; eius Religioſi ad proceſſiones accedere non coguntur; & ſi quando humilitatis cauſa locum & præeminentiam ante alias Religiones in proceſſionibus prætermittunt, nulla præſcriptione ſuis priuilegiis derogant. *Clemens VIII. conſtit.* 101. incip. *Romanum.* 20. *Auguſti* 1603. apud Laert. Cherubin. *tom. 3. pagin.* 847.

6 Fratrum Carmelitarum diſcalceatorum erectionis, & ſeparationis prouinciæ eorum per Gregorium

goriom X I I I. fa✝æ confirmatio, cum facultate recitandi diuinum Officium iuxta ritum S.R.E. & in Romana Curia procuratorem habendi. *Sixtus V. constit. sua* incip. *Quæ à prædecessoribus* 20. *Septembris* 1586. apud Ildefonsum à Iesu Maria *in priuilegiis Fratrum discalceatorum B. Mariæ de Monte Carmeli impressis Vrtesa de anno* 1624. *pagina* 541.

7 Fratribus Carmelitis discalceatis indulgetur celebrare posse quasdam speciales festiuitates in honorem B. Mariæ, & aliorum Sanctorum, seruata tamen forma in Horis Canonicis recitandis, ac etiam in celebratione Missarum, quæ in libello dictarum festiuitatum per quosdam Cardinales correcto & approbato continetur. Idem *Sixtus V. constit. sua* incip. *Eximium* 27. *Iunij* 1587. apud Ildefons. à Iesu Maria *citato loco pag.* 147.

8 Fratres Carmelitæ discalceati non tenentur recipere mitigatos, vel alterius Ordinis Religiosos, nec à se semel eiectos, ipsi verò exire à propria Congregatione, vel ad aliam nisi Carthusianorum transire sine licentia expressa Romani Pont. non possunt. Idem *Sixtus V. constit. sua* incip. *Decet Romanum Pont.* 27. *Iunij* 1587. apud Ildefons. à Iesu Maria *loco allegato pag.* 149.

9 Fratrum Carmelitarum discalceatorum vnius Congregationis erectio, & diuisio prouinciarum in Regnis Hispaniarum sub vno Vicario generali. Idem *Sixtus V. constit. sua* incip. *Cum de statu* 10. *Iulij* 1587. apud Ildefons. à Iesu Maria *vbi supra pag.* 156.

10 Fratrum Carmelitarum discalceatorum Priores Prouinciales reeligi prohibentur, & absoluta Monialium cura in suos Prouinciales transfertur. *Gregorius XIV. constit. sua* incip. *Quoniam ignoramus* 25. *Aprilis* 1591. apud Ildefons. à Iesu Maria *d. loco pag.* 169.

11 Fratres Carmelitas discalceatos à Mitigatis totaliter separat eosque Sedi Apost. immediatè subiicit; nomen Vicarij abrogat, & Præpositum Generalem discalceatorum constituit, cui sex consultores adiungit cum voto decisiuo: præcipit vt ex vnaquaque prouincia vnus eligatur definitor, non excedendo senarium numerum, qui sit ex Conuentualibus illius prouinciæ, vel habeat officium pro ea, aut pro vniuerso Ordine, qui durante Capitulo, diffinitoris, extra verò consiliarij, siue Assistentis nomine vocabitur; qui omnes diffinitores in eodem Conuentu simul cum Præposito Generali degant, ipsorum autem consessio, congregatio, vel consulta appellabitur. *Clemens VIII. const. sua* incip. *Pastoralis Decembris* 1593. apud Ildefons. à Iesu Maria *citato loco pag.* 175.

12 Fratres Carmelitæ discalceati, Moniales, Domus, & monasteria tam virorum quàm mulierum vti & potiri debent omnibus priuilegiis, quibus gaudent Fratres Mitigati Carmelitæ tam principaliter quam per communicationem, & priuilegia omnium Ordinum etiam Mendicantium, Confraternitatum, & piorum locorum Fratribus discalceatis Carmelitis communicantur. *Clemens VIII. constit. sua* incip. *Cum dudum* 23. *Martij* 1594. apud Ildefons. à Iesu Maria *vbi supra pag.* 183.

13 Fratres Carmelitæ discalceati non sunt compellendi vt ad publicas processiones accedant. *Clemens VIII. constit. sua* incip. *Religiosorum* 8. *Maij* 1590. apud Ildefons. à Iesu Maria *vbi supra pag.* 191. Paulus V. *constit.* incip. *Ex iniuncto* 24. *Septembris* 1605.

14 Fratres Carmelitæ discalceati in contradictorio iudicio à solutione quartæ funeralis eximuntur. *Clemens VIII. constit. sua* incip. *Quod semel.* 24. *Martij* 1597. apud Ildefons. à Iesu Maria *dicto loco pag.* 198.

15 Fratres Carmelitæ discalceati vbique locorum præcedunt Fratribus B. Mariæ de Mercede, *Clemens VIII. constit. sua* incip. *ad Romanum Pontif.* 20. *Septembris* 1604. apud Ildefons. à Iesu Maria *allegato loco pag.* 235.

16 Fratribus Carmelitis discalceatis eorumque Superioribus indulgetur vt vbique locorum in suo quisque districtu monasteria erigere valeat, de sola Ordinariorum licentia, nullo alio Regularium requisito consensu. *Paulus V. constit.* 10. incip. *Ad Ecclesiæ* 12. *Decembris* 1605. apud Laert Cherub. *in Bullario pag.* 188. Et extendit etiamsi fundationes sint intra 120. cannas proximè aliis Conuentibus, *Gregorius XV. constit. sua* incip. *Alias* 8. *Nouembris* 1621. apud Ildefons. à Iesu Maria *d. loco pag.* 304 Sed huiusmodi licentias, quæ nondum effectum sunt sortitæ, reuocauit *Vrbanus VIII. constit.* 25. incip. *Romanus Pont.* 28. *Augusti* 1624. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Carmelita num.* 11.

17 Fratres Carmelitæ discalceati ad Fratres B. Mariæ de Mercede & ad alios Ordines transire prohibentur. *Paulus V. constit. sua* incip. *Cum sicut* 20. *Nouembris* 1608. apud Ildefons. à Iesu Maria *citato loco pag.* 145. Et extendit ad Donatos professos *Gregorius XV. constit. sua* incip. *Alias* 29. *Octobris anno eius primo.*

18 Fratres Carmelitæ discalceati prohibentur transire ad Camaldulenses. *Paulus V. constit. sua* incip. *Alias nos* 16. *Martij* 1616. apud Ildefon. à Iesu Maria *vbi supra pag.* 266.

19 Fratrum Carmelitarum discalceatorum eremum ingredi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ prohibentur mulieres, quam censuram incurrunt etiam illas introducentes *Gregorius XV. constit.* sua incip. *Exponi* 23. *Iulij* 1622. apud Ildefon. à Iesu Maria *pag.* 306.

20 Fratres Carmelitæ discalceati non sunt molestandi, neque impediri possunt in quæstuatione eleemosynarum non obstante quod alij Fratres Mendicantes eadem die eleemosynas quærere soleant, qua isti quærunt. *S. Cong. Episcop. & Regul.* 9. *Ianuarij* 1608. quam refert Ildefon. à Iesu Maria *citato loco pag.* 293.

21 Fratrum Carmelitarum discalceatorum familiares laici intra claustra illis seruientes cum habitu seculari, si verè familiares, & continui eorum commensales sunt, eisque actu inseruiunt, cum eis eodem iure sunt censendi, vt scilicet ad Superiores Regulares, & non ad Episcopos pertineat exquirere ab eis an præcepto Ecclesiæ satisfecerint. *Sacra Cong. Conc.* quam adducit Ildef. à Iesu Maria *pag.* 299.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine sancti Antonij Abbatis agentes.*

2 *Religiosi S. Antonij Vienen à quo, & quando instituti.*

3 *Ordo S. Antonij Vienen. sine aliquo ecclesiastico titulo permansit sub magistrorum seu dominorum regimine annos ferè ducentos.*

4 *Ordo S. Antonij Vienen. annorum spatio circiter 333. mansit sub Abbatum obedientia & gubernio.*

5 *Reformatio Ordinis S. Antonij Vienen. conceditur, per eam extinguuntur omnes beneficiorum tituli,*

Superiores triennales inſtituuntur, & conceditur communicatio priuilegiorum omnium aliarum Religionum.

Fratres S. Antonij Vienen.

Collect. CCCLXVIII.

1 DE his Caſſan. *in catal. gloria mundi p. 4. conſid.* 65. Guali. *in tab. chronol ſaculo* 11. *anno* 1095. *pag.* 631. Silueſt. Marul. *in occeano Relig. lib.* 1. *p.* 53. Card. Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 1 *anno Christi* 1095. *num. vlt.* Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 11. *q* 8 Ludou. Miranda *in man Prælat. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 14. Claudius Robertus *in Gallia Chriſtiana tit. de Abbatib lit. A, verbo Antonius.* Aubertus Miræ *de ſtatu Relig. Chriſtiana lib.* 1. *c.* 24. *& de origine Monaſt. lib.* 1. *cap.* 3.

2 Cùm nobiliſſimi viri Gaſto & Girinus ſiue Glrondus eiuſdem Gaſtonis filius oriundi ex oppido Mota Vienen. diœceſis in Gallia, quod hodie S. Antonij dicitur à corpore huius Sancti ex Conſtantinopoli eò allato, illius meritis ex periculoſiſſima infirmitate fuiſſent liberati, ſtatuerunt pro conſequutæ ſaluris beneficio ſe totos Sancti Antonij deuouere famulatui, ſuaque omnia bona libentiſſimè illi obtulerunt, quæ (ſicut ab eodem Sancto per viſionem acceperant) in alendos pauperes igne ſacro ſiue gehennali, tunc in occiduis partibus crudeliter ſæuiente contractos inſumpſerunt, quibus alij viri pij ſeſe adiunxerunt, proque eiſdem operibus ſanctis adimplendis piiſſimam inter ſe ſocietatem, & fraternitatem inierunt; ſicque fuit origo Antoniani Ordinis anno 1095. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Conneno, quæ ſub
3 habitu ſeculari, & ſine eccleſiaſtico titulo permanſit ſub magiſtrorum, ſeu dominorum regimine annos ferè ducentos, donec *Bonifacius VIII.* eiſdem hoſpitalaribus extinctis magiſtrorum, ſeu dominorum nominibus, Abbatem generalem præfecit, eoſque tam Abbatem quàm alios in Religioſos, ſub nomine Sancti Antonij, & ſub regula Sancti Auguſtini inſtituit, vt in eius conſtit. 5. incip. *In diſpoſitione* 15. *Kalend. Iunij* 1297. in qua etiam illis ſtrictè præcipit ſignum Tau ſiue potentiam iuxta mo-
4 rem ſolitum ipſorum hoſpitalarium. Manſit hic Ordo ſub Abbatum, & obedientiæ gubernio an-
5 norum ſpatio circiter 331. ſed vt ab eo omnimoda peculiaritas eradicaretur, perfectaque rerum communitas induceretur, introducta fuit reformatio à Gregorio XV. conſtit. ſua ſub dat. Romæ 15 Kalend. Auguſti 1621. confirmata ab Vrbano VIII. ſub dat. 8. Id. Iunij 1624. per quam extincti fuerunt omnes beneficiorum tituli, & Superiores triennales inſtituti, & illis omnium Regularium Mendicantium, & non Mendicantium priuilegiorum communicatio, refert Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 1. *tit.* 19. *de Religion n.* 64.

6 Fratribus S. Antonij Vienen. reſtituitur quæſtuandi priuilegium quoad ea tantum, quæ ſunt in vſu, & Concilij Trid. decretis non repugnant. *Pius IV. conſtit.* 100. incip. *Ex debito de anno* 1565. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 54.

SVMMARIVM.

Auctores referuntur de Ordine Sancti Spiritus in Saxia agentes.

2 *Fratres ſancti Spiritus in Saxia, quando inſtituti?*

3 *Religioſi veri ſunt Fratres S Spiritus in Saxia, & eorum Ordo non diuiditur in Prouincias*

4 *Fratres ſancti Spiritus in Saxia ad Religionem alios ſuſcipere valent.*

5 *Exempti ſunt a iuriſdictione omnium Ordinariorum Fratres ſancti Spiritus in Saxia, & gaudent priuilegijs Monachorum Caſsinenſium.*

6 *Præceptoris Hoſpitalis ſancti Spiritus iuriſdictioni ſubſunt Religioſi illius Ordinis.*

7 *Habitus Fratrum ſancti Spiritus in Saxia qualis?*

8 *Priuilegia, gratiæ, & exemptiones Fratrum ſancti Spiritus confirmantur.*

Fratres S. Spiritus in Saxia.

Collect. CCCLXIX.

1 DE his Albertus Baſſanus *de origine huius Religionis,* Paulus Morigia *in origine Relig. lib.* 1. *cap.* 59. Silueſt. Marul. *in occeano Relig. lib.* 1. *pag.* 233. Tarragnota *in hiſtoria vniuerſ. p.* 2. *lib.* 13. Gualter. *in tabul. chronol. ſaculo* 13. *anno* 1201. Platus *de bono ſtatu Relig. lib.* 2. *cap.* 22. Carol. de Tapia *ad authent. ingreſſi, C. de ſacroſan.t. Eccleſ. verbo monaſteria cap.* 6. Lezana *in ſumma quæſt Regul. tom.* 2. *c.* 4. *ſub n.* 5. Ioſeph. Micheli *en el theſoro de Ordenes fol.* 61. *verſo.* Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *diſp* 24. *q.* 4. *n.* 35.

2 Fratres Sancti Spiritus in Saxia ſie dicti quod ſanctum Spiritum habeant protitelari in Saxia, eo quia Romæ eo loco, vbi ſitum eſt monaſterium, & Hoſpitale huius Congregationis caput. Saxones Germaniæ populi olim habitarunt, inſtituti ab Innocentio III. anno 1198. Imperatoribus Occidentis Henrico VI. Orientis Alexio Angelo.

3 Fratres S. Spiritus in Saxia curant hoſpitalitatem, & inſeruiunt, ægrotis, tria emittunt ſolemnia vota, & veri ſunt Religioſi, habent plura hoſpitalia per Italiam, & alibi, quorum caput eſt Romanum tam amplum ac diues, vt vix credantur eius redditus annui. Eorum Religio non diuiditur in Prouincias, ſed domus, quos Prioratus vocant haber 648. refert Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Relig. num.* 66.

4 Fratres S. Spiritus in Saxia ad Religionem alios ſuſcipere valent, *Innocentius III. conſt.* 7. incip. *Inter opera* 13. *Kalend. Iulij* 1204. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 38.

5 Fratres S. Spiritus in Saxia exempti ſunt ab omni onere ratione fructuum & locorum & gabellarum, & à iuriſdictione omnium ordinariorum, & gaudent omnibus priuilegijs Monachorum Caſſinenſium. *Sixtus IV. conſtit.* 22. Incip. Religionis *Zelus* 8. *Id Februarij* 1476. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *Bullarij pag.* 368.

6 Fratres S. Spiritus in Saxia ſubſunt iuriſdictioni Præceptoris hoſpitalis ſancti Spiritus quem Summus Pont. deſignat, & illis tantum loca ſancti Spiritus hoſpitalis intitulata conferri poſſunt. *Sixtus IV. conſtit.* 12. Incip. *Etſi vniuerſis* 10. *Kalend. Februarij* 1476. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 349.

7 Fratres S. Spiritus in Saxia vtuntur habitu nigro ſacerdotali, ferunt Crucem in pectore ex holoſerico albo, & forma, qua illam portant Equites S. Ioannis Hieroſolymitani, præterquam quod haſtile magnum duo habet ligna tráſuerſa, atque duplicem efformat Crucẽ quarũ Superior minor ſit, inferior maior, refert Aldã. dict. tit. 19. de Reli. n. 66.

8 Fratrum S. Spiritus Archihoſpitali ſiue eius Præceptori, & ab eo Archihoſpitali depēdentibus Præceptoriis, Priorat ibus, Eccleſiis, Oratoriis, capellis, capellanis, membris, grangiis, & locis, nec non illorum reſpectiuè miniſtris, & officialibus conceſſa priuilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, Indulgentias, & peccatorum remiſſiones confirmat & innouat *Sixtus V. conſtit. ſua incip. Exigit 13. Auguſti* 1586.

SVMMARIVM.

1 *Ordines ſacros etiam extra tempora tribus diebus feſtiuis à quocunque Catholico Antiſtite ſuſcipere poſſunt Fratres capellani S. Ioannis Hieroſol.*

2 *Seminarij Cathedratici & ſubſidij à contributione eximuntur Fratres S. Ioannis Hieroſ. & ſimiles perſonæ in beneficiis huius Religionis quomodolibet exiſtentes.*

3 *Proceſſionibus intereſſe debent Fratres & Sacerdotes Eccleſiis Ordinis S. Ioannis Hieroſol. inſeruientes.*

4 *Viſitationi, correctioni & iuriſdictioni Epiſcopi ſubſunt Fratres, ſiue Rectores aut Parochi in Eccleſiis Sancti Ioannis Hieroſol. curam animarum ſecularium exercentes in iis, quæ concernunt ipſam curam, & ſacramentorum adminiſtrationem.*

5 *Redditus Parochialis ſecularis adminiſtrans, Frater Capellanus S. Ioannis Hieroſol. citatus ab Epiſcopo ad rationem reddendam & non comparens, poteſt ab eo excommunicari.*

Fratres Capellani S. Ioannis Hieroſolymitani.

Collect. CCCLXX.

1 FRatres Capellani S. Ioannis Hieroſolymitani poſſunt à quocunque Catholico Antiſtite ſub Romanæ Sedis obedientia conſtituto ſacros Ordines etiam extra tempora à iure ſtatuta tribus diebus feſtiuis ſuſcipere, & in quibuſuis tam ſecularium quàm Regularium Eccleſiis abſque alicuius licentia etiam Altari portatili celebrare, *Pius V. conſtitutione ſua*, incip. *Circumſpecta* 24. *Maij* 1561. cuius memini *de officio, & poteſtate Epiſcopi parte 2. allegatione 4. numero 69.*

2 Fratres ſancti Ioannis Hieroſolymitani omneſque & ſingulæ perſonæ in beneficiis huius Religionis quomodolibet exiſtentes à ſeminarij clericorum contributione in qualibet ciuitate iuxta ſacri Concilij decretum erecti, ſeu erigendi eximuntur per Conſtit. Gregorij XIII. incip. Quo magis ſub die 23. Martij 1580. relatam inter priuilegia Religionis pag. 57. Et iidem Fratres, ſiue eorum Vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, & ab eis dependentibus non tenentur, neque compelli poſſunt ad contributionem ſeminarij, neque ad ſolutionem cathedratici, ſynodatici, ſiue ſubſidij charitatiui, vt cenſuit *Sacra Congr. Concil. in Auguſtana* 14. *Decembris* 1630. teſte Sellio *in ſelect. Canon. cap.* 10. *num.* 20. quem refero *in collect. ad Trid. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 18. *num.* 31. me citato Lezana *in ſum. quæſt. Regular. tom.* 2. *cap.* 5. *n* 53.

3 Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani ſiue Sacerdotes, huius Religionis Eccleſiis inſeruientes nollis immunitatibus ſe tueri poſſunt quamuis vocari debeant ad proceſſiones, ac niſi accedāt, compelli valeant. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminerunt Armeodar *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit.* 14. *l.* 24. §. 31. *de proceſſion. n.* 5. Modern. Hiſpan. *de poteſt. Regia tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 9. *num.* 103. quos refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p* 3. *alleg.* 78. *num.* 11. & nouiſſimè Carol. Maranta *tom.* 2. *reſp.* 6. *num.* 26.

4 Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani, ſiue Rectores, aut Parochi in Eccleſiis eiuſdem Religionis curam animarum ſecularium exercentes ſubſunt in omnibus viſitationi, correctioni, & iuriſdictioni Epiſcopi in iis, quæ concernunt curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, qui poteſt ratione viſitationis procurationem exigere, niſi in contrarium adſit conſuetudo. *Sacra Congr. Conc. in Auguſtana* 26. *Iulij* 1627. teſte Sellio *d. cap.* 10. *n.* 22.

5 Frater Capellanus S. Ioannis Hieroſolymitani, qui adminiſtrauit redditus Parochialis ſecularis, citatus ab Epiſcopo in viſitatione ad reddendam rationem, & non comparens, poteſt ab eodem Epiſcopo excōmunicari *S. Cong. Conc. in Vulturarien.* 7. *Septembris* 1630. penes Sellium *d. cap.* 10. *numero* 24.

Fratres de Pœnitentia S. Demetrij.

Collect. CCCLXXI.

FRatres de Pœnitentia S. Demetrij instituti fuerunt à viris quibuſdam piis in Germaniæ, & Poloniæ partibus anno 1200. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Philippo, Orientis Balduino Belga. Habitum portant ſubrubrum, nimirum cucullam, & ſcapulare, cui intexitur cor cum Cruce eiuſdem coloris. Deſiiſſe pene hanc familiam, illam tamen Pauli V. Pontificatu renouatam, & de nouo approbatam ſub regula ſancti Auguſtini, & obedientia Epiſcoporum, in quorum eſſent diœceſibus, ſcribit Nicolaus Cruſenus *in monaſtico Auguſtiniano p.* 3. *cap.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Fratrum Prædicatorum agentes.*

2 *Fratres Prædicatores S. Dominici à quo, & quando inſtituti?*

3 *Priuilegia Fratrum Prædicatorum interpretari non poſſunt Prælati.*

4 *Conuentui reſignare tenentur Fratres Prædicatores omnia quæ ab Ordine habent cum ad Dignitates fuerint aſſumpti.*

5 *Appellare non poſſunt Fratres Prædicatores à correctionibus, ſiue punitionibus ſuorum Prælatorum.*

6 *Exemptionem ab Ordinariorum iuriſdictione, & à decimarum ſolutione obtinēt Fratres Prædicatores.*

7 *Fratres Prædicatores in temporalibus ſuccedunt acſi eſſent in ſæculo.*

8 *Mendicantes verè & propriè ſunt Fratres Prædicatores.*

9 *Præcedentiam obtinent Fratres Prædicatores ante omnes Religioſos cuiuſcunque Ordinis Mendicantium.*

10 *Nouitij Fratrum Prædicatorum in articulo mortis ante tempus regulam profiteri poſſunt.*

11 *Libros etiam manuſcriptos à bibliothecis Fratrum Prædicatorum extrahentes, excōmunicationem, & priuationē vocis actiuæ, & paſſiuæ eo ipſo incurrūt.*

12 *Proceſſionem ſanctiſſimi Sacramenti in Dominica infra octauam Corporis Chriſti facere poſſunt Fratres Prædicatores per vicos, plateas, & loca ſemel electa.*

13 *Parochus non poteſt, nec debet impediri à Fratribus*

Prædicatoribus in ſua ſolita proceſſione in Dominica infra octauam Corporis Chriſti.

14 *Fratres Prædicatores in partibus Indiarum exiſtentes non poſſunt viuere, ſeu manere extra clauſtra locorum.*

15 *Fratrum Prædicatorum nullus poteſt in Curia Romana tractare negotium per ſe vel per alium, niſi per procuratorem generalem Ordinis.*

16 *Habitus Fratrum Prædicatorum qualis? Et Generalis totius Ordinis ad vitam durat.*

Fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici.

Collect. CCCLXXII.

1 De his Conſtantinus Fabricenſis, Felix à Caſtro, Franciſcus Galuanus Geraldus Frãchettus, Hieronymus Albertuccius *in annalibus Fratrum Ordinis, & tab. de Generalibus Ordinis, item de viris illuſtribus Ordin*, Vmbertus Heduus *de vitis primorum Patrum Dominicani Ordinis*, Bernardus Guidonis *de geſtis Prædicatorum*, Hieronymus de Bononia *in chronica Ordinis*, Iacobus Suzatus *in chronic. & priuileg. Ordin.* Ioannes Garzonius *de viris illuſtribus Ordinis*, Leander Albertus *eod. tract.* Ferdinandus del Caſtillo *in chronica S. Dominici*, Ludouicus de Souſa *in hiſtoria prouincia Luſitaniæ*, Venero *en ſu enchiridion de los tiempos fol* 100. *in impreſſione de anno* 1641. Caſſan. *in Catalog. gloriæ mundi, p. 4. conſid.* 68. Polydor. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 7. cap. 3.* Carol. de Tapia *in auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo monaſteria cap.* 19. Hieron. Roman. *de Repub. Chriſtiana lib. 6. cap. 26.* Platus *de bono ſtatu Religionis lib. 2. cap.* 21. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 2. art. 2.* Azori. *inſtit. moral p. 1. lib. 12. c. 33. & lib. 13 cap. 11. q. 8.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 4. art.* Suar. *de Relig. tom. 4 tract. 9. lib 2. cap. 6. per tot.* vbi plura, & præclara, Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regul. reſol.* 123. *n.* 27. Ioſephus Micheli *en el theſoro de Religiones fol.* 106. Aſcan. Tambuin. *de iure Abbatum tom. 2. diſp. 24. q. 4. num.* 56.

2 Fratres Ordinis Prædicatorum inſtituti fuerunt à ſancto Dominico Hiſpano Canonico Regulari ſancti Auguſtini, & ſub eius regula anno 1205. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Philippo, Orientis Baldouino Belga, eorum Ordo approbatus ſolemniter fuit ab *Honorio III.* anno 1216. vt apparet in eius *conſtit. 11. incip. Religioſam 2. Kalend. Ianuarij* 1216. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 44.

3 Fratrum Prædicatorum priuilegia Prælatos omnes interpretari prohibuit *Clemens IV. conſtit* 12. incip. *Ordinis Non. Iulij* 1628. apud Laert. Cherub. *eod. tom. 1. pag.* 119.

4 Fratres Prædicatores ad dignitates ex Ordine aſſumpti, omnia, quæ ab Ordine habent, Conuentui reſignare tenentur. *Clemens IV. conſt.* 11. incip. *Prouidentia 5. Id. Iunij* 1268. apud Laert. Cherub. *eod. tom. 1. pag.* 119.

5 Fratres Prædicatores appellare non poſſunt à correctionibus ſiue punitionibus Prælatorum ſuorum. *Bonifacius VIII. conſt.* 4. incip. *Ad augmentum 6. Id. Maij* 1296. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 140.

6 Fratres Prædicatores habẽt priuilegium exemptionis à decimarum ſolutione, & ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum *Gregorius XI. conſt.* 7. incip. *Virtute 2. Non. Martij* 1374. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 223.

7 Fratres Prædicatores in temporalibus ſuccedunt acſi eſſent in ſæculo. *Clemens IV. conſt.* 1. incip. *Obtentu 2. Id. Februarij.* 1264. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 106.

8 Fratres Prædicatores verè, & propriè ſunt Mendicantes. *Pius V conſt.* 44 incip. *Romanus* 1. *Octobris* 1563. apud Laert. Cherubin *in Bullario to. 2. p.* 44.

9 Fratres Prædicatores præcedunt aliis Religioſis cuiuſcunque Ordinis Mendicantium. *Pius V. conſt.* 71. incip. *Diuina* 27. *Auguſti* 1566. apud Laert. Cherub. *to. 2. pag.* 267. cuius meminere Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 15. num.* 66. Fr. Emman. *quæſt. Regul. to. 3. quæſt. 37. art.* 1. D. meus Centelor. *de præcedent. nu. 8. cum ſeqq.* Modern. Hiſpan. *de protect. Regia p. 2. cap. 9. n.* 33. Mich. Ferrus *de præcedent. eccleſ. quæſt. 45. n.* 9.

10 Fratrum Prædicatorum nouitij in articulo mortis in manibus Prælatorum ante tempus regulam profiteri poſſunt. *Pius V. conſt.* 104. incip. *Summi.* 25. *Auguſt.* 1570. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 315. cuius meminit me citato Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Nouitius num.* 2.

11 Fratres Prædicatores extrahentes, ſeu permittentes vt extrahantur libri etiam manuſcripti ab eorum bibliothecis, excommunicationem, & priuationem vocis actiuæ & paſſiuæ eo ipſo incurrunt *Vrbanus VIII. conſtit.* 54. incip. *Cum ſicut* 23. *Martij* 1626.

12 Fratres Prædicatores poſſunt facere proceſſionem ſanctiſſimi Sacramenti in Dominica infra octauam Corporis Chriſti per vicos, plateas, & loca, quæ tamen ſemel electa mutare non poſſunt, iuxta litteras Clementis VIII. *S. Cong. Rituum in Piſauren.* 14. *Nouembris* 615. *& in Materanen.* 10. *Iulij* 1629. quarum meminit Sellius *in ſelect. Canon. c. 25 num.* 3. & in illarum vltima fuit deciſum non licere Fratribus Dominicanis ciuitatis Materæ in proceſſione ſanctiſſimi Sacramenti, quam faciunt in Dominica infra octauam Corporis Chriſti mutare, aut variare vias, & loca ſemel ab eis electa ſed incedere debere per eaſdemmet vias per quas proceſſionaliter prima vice inceſſerunt, quando dictam proceſſionem facere cœperunt, refero de officio, & poteſt. Parochi c. 12. n. 14. Parochus tamen non poteſt nec debet impediri ab his Fratribus Dominicanis in ſua ſolita proceſſione in Dominica infra octauam Corporis Chriſti, quia Breue Clementis VIII. non afficit Parochos. *Sacra Cong. Rit. in Materanen.* 15 *Martij* 1632. penes Sellium *d. cap. 25. n.* 5.

14 Fratres Prædicatores in partibus Indiarum exiſtentes non poſſunt viuere, ſeu manere extra clauſtra locorum ſub pœna excommunicationis, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, abſque S. Sedis, & Superiorum licentia. *Vrbanus VIII. in conſtit. ſua* incip. *Iniunctum* 8. *Nouembris* 1634.

15 Fratrum Prædicatorum nullus poteſt in Curia Romana tractare negotium per ſe, vel per alium niſi per procuratorem generalem Ordinis, vel de eius ſcitu. Idem *Vrbanus VIII. conſtit. ſua* incip. *Exponi 3. Decembris* 1635.

16 Fratrum Prædicatorum habitus vbique notiſſimus eſt nimirum tunica & ſcapulare candidum, cum pallio nigro. *Clemens VIII. conſtit.* 104. incip. *Ex iniuncto de anno* 1604. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 3. pag.* 104. vbi ponit differentiam inter pallium Prædicatorum, & Eremitarum ſancti Auguſtini, ad euitandam habitus vtriuſque confuſionem Vnus toti Congregationi Generalis præficitur, isque ad totam vitam durat, & ſtatim poſt

electionem

electionem liberè gubernat, Aldan. *in compendio Canon.resol.lib. 1.tit. 19. de Religion. num. 66.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine S. Pauli primi Eremitæ agentes.*
2 *Fratres S. Pauli primi Eremitæ à quo, & quando instituti, & confirmati?*
3 *Ordo sancti Pauli primi Eremitæ in Vngaria & Boëmia floruit, & nonnisi Vngarus in eo recipiebatur.*
4 *Ordo S. Pauli primi Eremitæ ad nihilum hodie redactus est.*

Fratres S. Pauli primi Eremitæ apud Vngaros.

COLLECT. CCCLXXIII.

1 DE his Paulus Morigja *in origine Relig. lib. 1. cap. 54.* Silvest. Maru l. *in occeano Relig. li. 1.* Gualter. *in tabul. chronog. sæcula 15. anno 1215.* Cardin. Baroni. *annal. Eccles. tom. 13. anno 1216. n. 3.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria ca. 14.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 11. quæst* 8. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 24. quæst. 4. numer. 52.*

2 Fratres S. Pauli primi Eremitæ instituti fuere à B. Eusebio Strigoniensi in Regno Vngariæ prope vrbem Patach anno 1215. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Friderico II. Orientis Henrico VII. Confirmauit Religionem sub regula sancti Augustini Fr. Gentilis de Monte florum Cardinalis familiæ Franciscanæ, Clementis V. apud Vngaros legatus anno 1308. deinde Ioannes XXII. Clementis successor etiam confirmauit, ac illam sub protectione S. R. E. recepit.

3 Fratrum S. Pauli Ordo floruit in Vngaria & Boëmia, & nullus fere huius familiæ erat nisi Vngarus, induebantur albo panno, scapulari integros humeros contegente, cappa eiusdem coloris, sed quæ medias tibias vix attingat. Sed proh dolor Vngaria & Boëmia à Turcis vastatis, & occupatis ad nihilum Ordo iste est redactus, propter quod monasterium quod in Monte Cœlio eius Religiosi possidebant cum Ecclesia S. Stephani rotundi dereliquerunt, eamq; Gregorius XIII. munificentissimus & diligentissimus Pontifex Collegio Germanorum cum redditibus applicauit.

Fratres S. Pauli Eremitæ Montis Ossæ apud Lusitanos.

COLLECT. CCCLXXIV.

1 HIc Ordo initium à quibusdam habuit Anachoretis, qui segregatim viuebant, huic initium dedit quidam Benedictus ciuis Romanus, de tempore autem non constat, & propter Maurorum inuasiones, & dum ab illis Lusitania nostra occupabatur, vitam in solitudine agebant, singulique in eremo in paruis cellulis morabantur: septem tantum in domo Serrę de Ossa habitabãt Hanc viuendi modum Gregorij XI. iussu anno 1577. Episcopus Conimbricensis, & alij reformarunt, qui eos quaternos simul viuere præceperunt. Gregorius autem XII. iterum eos iussit reformari, & non minus decem in qualibet Domo viuere, & multis priuilegijs honestauit, Cum verò numerus Religiosorum creuisset sancti Pauli primi eremitę Religioni coniungere se decreuerunt huius Congregationis Patres, qui deinum propositum exequentes Prouincialem creauerunt, & sic Ordini illi fuerunt incorporati: sed quoniam ob itineris longitudinem maximos labores patiebantur, amplius ad Capitula generalia non accedere decreuerunt, & à suo regebantur Prouinciali, vsque quo *Gregorio XIII.* sedente cõfirmarionem Ordinis sub regula sancti Augustini obtinuerunt 8. *Kalend. Octobris* 1578. & sic ab vno Prouinciali Generalis vice gubernantur. Induuntur tunica & cappa canusina, scapulari nigro, habent in Portugalia, cuius fines non egrediuntur, monasteria aliqua, non ignobilia. Vide Carol. de Tapia *ad auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 14. nu. 3. & 4.* Ascani. Tamb. *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 24. q. 4. n. 74.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de ordine B. Mariæ de Mercede agentes.*
2 *Fratres Beatæ Mariæ de Mercede à quo instituti & quando?*
3 *Confirmationem Ordinis Fratres B. Mariæ de Mercede quando obtinuerunt?*
4 *Legata, quæ incertis personis relinquuntur, pro redemptione captiuorum exhiberi iussit Nicolaus IV.*
5 *Mendicantium ad Ordines transire non possunt Fratres B. Mariæ de Mercede.*
6 *Exemptionem à decimis habent Fratres B. Mariæ de Mercede.*
7 *Fratres minores de obseruantia ad suum Ordinem recipere non possunt Fratres beatæ Mariæ de Mercede.*
8 *Capuccinos recipere non possunt Fratres B Mariæ de Mercede.*
9 *Officium B. Mariæ ad Niues recitare possunt Fratres de Mercede in Dominica proximiori K alend. Augusti, in reliquis se conformare debent cum officio & Breuiario Romano.*
10 *Priuilegia & indulta Ordini B. Mariæ de Mercede concessa confirmantur.*
11 *Redemptionis ministerium ad Fratres B. Mariæ de Mercede calceatos spectat tantum.*
12 *Habitus Fratrum B. Mariæ de Mercede qualis?*

Fratres B. Mariæ de Mercede. Redemptionis captiuorum.

COLLECT. CCCLXXV.

1 DE his Franciscus Zumel, *in constitut. & ritus Generalium,* Phillippus de Guzmetan. Nadal de Gauer, Bernardus de Vargas, Franciscus de Salazar, & Alphonsus Ramon. *in chronic. Ordinis,* Ioann Martinez etiam *in Chronic. Ordinis & de perfectione sui quarti voti,* Franciscus de Vera *de fundatione Ordinis,* Hieronym. Gratian. *de redemption.*

captiuor. P1ᵗconidot. Bactan. *de antiqu. Ordinis Carmel lib.3.cap.13.* Didacus Tonca *de Indulgent. Ordinis,* Ludou. de Apatticio *in centuria ſanctorum Martyrum & Confeſſ huius Ordinis,* Franciſcus Tarapha *de origine, & rebus geſtis Regum Hiſpaniæ in vita Henrici* I. Hieron Zurita *in ſuis annal. lib. 2 cap.71. anno* 1218. Illeſcas *in hiſtoria Pontif. lib. 5. c. vlt.* Bernardin. Gomez Medea *en ſu hiſtoria del Rey Don Iayme libro ſecundo, capite* 9. Vincentius Dominic. *en ſu hiſtoria general de los Sanctos de Cataluña lib.2. fol.* 70. *cum ſeqq.* Morillo *de las excelencias de Saragoça tract,* 2. *cap* 38. Eſteban. de Corbera *en la vida de doña Maria de Cernelon cap* 22. *cum ſeqq.* Carrillo *en los annales chronologicos anno* 1358. *in princip. & anno* 1418. Garibai *in chronica generali Hiſpaniæ lib.12. c.51.* Ioan. de Mariana *de rebus Hiſpaniæ lib.11. cap.8.* Ferdin. de Caſtillo *lib.2. chron. Ordinis Prædicator. cap* 17. Francif. Peña *Rotæ Auditor in vita S. Raymundi de Penafort. cap* 37. Venero *en ſu enchiridion de los tiempos fol.* 101. *in nouiſſ impreſſ* F. Ferd. Camargo *in chronologia ſacra Eccleſ. militan ſub ann* 1218. *fol.* 252. *& ſub anno* 1409 *fol.* 277. *cum ſeq.* Ioan. Boter. *in ſuis relat li.3. circa fin.* Arnold. Vuion. *in ligno vitæ lib.1. c.* 49. Silueſt. Marul. *in occeano Relig lib.5. pag.* 328. Thom. Bozz. *de ſignis Eccleſiæ tom.1. lib 9 lit.* B. Fr. Emman. *quæſt. Regul. to.1. quæſt.3 art.13.* Pineda *in monarchia eccleſiaſt. part. 2 lib.22 c.23. § 4* Azor. *inſtit moral. p.1. lib.13. ca.11. q 8. verſ ipſo anno.* Fr. Ludou. Miranda *in man Prælator. tom 1. qu. 4 art* 9. Hieronym. Roderic. *in compendio quæſtio. Regular. reſolut.* 123. *numer.* 20. Tambuſin. *de iure Abbatum, tom.2. diſput. 24. quæſtion. 4. numer.* 58.

2 Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum Ordo, quem beatiſſima Cœlorum Regina ad captiuorum in infidelium partibus miſerè ſeruientium redemptionem ſancto Raymundo de Penafort, & claræ mem. Iacobo Aragonum Regi, necnon quondam Petro Nolaſco primo illius profeſſori, dum vitam ducerent in humanis, ſingulari quodam miſerationis affectu ſibi fore chariſſimum reuelauerat, fuit inſtitutus anno 1218. Pontifice Honorio III Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Roberto in ciuitate Barchinonen. ab eodem Iacobo Rege in die feſto ſancti Laurentij martyris ſub inuocatione B. Mariæ de Mercede, & redemptione captiuorum nuncupatæ, & à Gregorio IX. Honorij ſucceſſore confirmatus die 18.
3 Ianuarij tam à reuelatione prædicta anno 12. referentibus Bernardo de Vargas *lib.1 cap.19.* Alphonſo Ramon *lib.1. cap.8.* Corbeta *cap.29. citat. in locu,* & regulam ſancti Auguſtini profiteri voluit idem *Gregorius IX. conſtit. 9. incip. Deuotionis* 16. *Kalend. Februarij* 1235. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1 pag.57.* aliàs *pag.83.* in nouiſſ. impreſſ. Addunt Religioſi in profeſſione quartum votum, quod in Sarracenorum poteſtate in pignus (ſi neceſſe fuerit ad redemptionem Chriſti fidelium detenti manebunt, ſunt concepta profeſſionis verba, vt inuenies apud Baronium *annalium Eccleſiæ tom.13. anno Chriſti* 1223. *n.10.*

4 Fratribus B. Mariæ de Mercede omnia legata quæ incertis perſonis relinquuntur pro redemptione captiuorum exhibere iuſſit Nicolaus IV. conſtit.6. incip. Ex parte. Non. Auguſti 1291. apud. Laert. Cherubin. in Bullario to.1. p.155. aliàs *p.*152. in nouiſſ. impreſſ.

5 Fratres B. Mariæ de Mercede ad Ordines mendicantium tranſire non poſſunt, *Calixtus III. conſtit.* 3. incip. *Super, pridie Kalend. Nouembris* 1457. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1. pag.*321. aliàs *pag.*185. in nouiſſ. impreſſ.

6 Fratribus B. Mariæ de Mercede exemptionem à decimis conceſſit *Gregorius XI. conſtit.3.* incip. *Dum ſalubria* 16. *Kalend Iunij* 1323. apud Laert. Cherub. *tom.1. pag* 217. in nouiſſ. impreſſ.

7 Fratres B. Mariæ de Mercede ad ſuum Ordinem recipere non poſſunt Fratres Minores de obſeruantia. *Clemens VIII. conſtitut.* 46. incip. *Nuper* 24. *Decembris* 1596. apud Laert. Cherubin. *in Bullario to.3. pag* 61. aliàs *pag* 46. Nec Capuccinos *Paul.*
8 *V. conſtitut* 50. incip. *Nuper* 7. *Iulij* 1608. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.3. pag.*242. aliàs *pag.* 177. in nouiſſ. impreſſ.

9 Fratres B. Mariæ de Mercede debent ſe in omnibus conformare cum Officio & Breuiario Romano; poſſunt tamen in Dominica proximiori Kalendis Auguſti qua celebratur feſtum B. Mariæ de Mercede, recitare officium B. Mariæ iuxta formam eiuſdem Breuiarij, prout recitatur in feſto dedicationis B. Mariæ ad niues. *Sacra Congregatio. Rit. in cauſa beatiſſimæ Mariæ de Mercede* 4. *Aprilis* 1615. cuius meminit Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.1. cap.18 de ſanctis, nume.* 4.

10 Fratrum B. Mariæ de Mercede Ordini conceſſa priuilegia, & indulta, dummodo ſint in vſu, nec reuocata, vel ſacris Canonibus, Concilij, Trident. decretis, aut Conſtitutionibus Apoſtol. non ſint repugnantia, confirmauit *Vrbanus VIII. conſtit.* 94. incip. *Ex Clementis 7. Id. Octobris* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullar. to.4. pag.* 105. in nouiſſ. impreſſ.

11 Fratribus Beat. Mariæ de Mercede calceatis ſpectat duntaxat miniſterium redemptionis captiuorum, & nullatenus ad diſcalceatos. *Vrbanus VIII. conſtitut. ſua,* incip. *Exponi nobis* 5. *Februarij* 1640. quam refert. Laurent. de Peyrinis *de priuileg Regul tom.3. in fine, vbi de conſtit. nouiſſim. Vrbani VIII. pag* 555.

12 Fratres B. Mariæ de Mercede vtuntur alba tunica cum caputio, & ſcapulari candido itemque cappa alba; ferunt præterea ante pectus arma Regni Aragoniæ, nimirum in clypeo rubras, croceaſque virgas ſiue lamellas, cui ſuperimponunt Crucem candidam ſanctæ Eulaliæ Virginis, & Mart. quam Barcino impensè colit, cuiuſque ſanctiſſimum corpus in Templo maximo apud ſe retinet. Vigent maximè per Hiſpaniam & Indias Occidentales, refert Aldan. *d. lib.1. cap.19. de Relig. num.* 68.

SVMMARIVM.

1 *Fratres beatæ Mariæ de Mercede diſcalceati à quo & quando inſtituti?*

2 *Reformationem Fratrum B. Mariæ de Mercede confirmauit Paulus V.*

3 *Reformatos Fratres beatæ Mariæ de Mercede à Calceatis totaliter ſeparauit, & Vicarium Generalem pro his Reformatis creauit Gregorius XV.*

4 Vicarius

4 *Vicarius Generalis Fratrum Reformatorum B. Mariæ de Mercede quomodo confirmationem suæ electionis à Generali petere debeat?*

5 *Fratres calceati B. Mariæ de Mercede transeuntes ad Reformatos, debent admitti per vota secreta ad annum approbationis, & ad nouam professionem.*

6 *Fratres Reformati B. Mariæ de Mercede non possunt transire ad Fratres calceatos absque expressa licentia Papæ.*

7 *Officium & Missam de communi Conf. non Pont. vt recitare possint Fratres Reformati B. Mariæ de Mercede de sancto Raymundo Nonnat, conceditur.*

8 *Prouincias quot habeat Reformatio Ordinis B. Mariæ de Mercede.*

Fratres Reformati B. Mariæ de Mercede.

Collect. CCCLXXVI.

1 FRatrum Reformatorum seu Discalceatorum B. Mariæ de Mercede Redemptionie
captiuorum congregatio Initium habuit anno
1603. solicitante R. P. Ioanne Baptista à sanctiss. Sacramento, eiusdem Ordinis calceatorum
Religioso, huic enim & aliis quatuor religiosissimis Viris concessit P. Magister Ildephonsus de
Montoy Ordinis Generalem, vt reformationem
Fratrum discalceatorum B. Mariæ de Mercede
inducerent, quæ primùm radices egit Madriti in
capella Beatissimæ Virginis de Remediis nuncupata, in Monasterio Fratrum discalceatorum Ordinis sita eodem anno 1603. in festo Apparitionis
sancti Michaelis Archangeli die 8. Maij, quo anno in eundem diem incidit festum Ascensionis
Domini nostri Iesu Christi. Hanc reformatio-
2 nem confirmauit *Paulus V. sua constitut.* incip. *Inter omnes* 10. *Kalend. Septembris* 1606.

3 Fratres Reformatos B. Mariæ de Mercede motu proprio, & ex certa scientia à Calceatis totaliter separauit, & Vicarium Generalem pro his Reformatis creauit *Gregorius XV. constitut. sua*, Incipien. *Apostolici muneris solicitudo* 26. *Nouembris* 1621.

4 Fratrum Reformatorum B. Mariæ de Mercede Vicarius Generalis pro tempore electus in signum solius præeminentiæ Magistro Generali Fratrum calceatorum infra tres mensea à die electionis suæ tenetur eandem electionem præsentare dicto Magistro Generali, qui illam absque aliqua contradictione & cognitione confirmare debeat. Si verò id facere recusauerit, vel confirmationem prædictam à die præsentationis, electionis vltra quindecim dies dare distulerit, id efficere poterit Nuncius Apost. in Hispaniarũ partibus degens. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Commissi nobis, sub Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem die* 5. *Nouembris* 1630.

5 Fratres calceati B. Mariæ de Mercede transeuntes ad Reformatos, debent admitti per vota secreta ad annum probationis, & ad nouam professionem. Gregorius XV. in quadam sua Constit. sub Dat. 10. Augusti 1622.

6 Fratres Reformati B. Mariæ de Mercede non possunt transire ad Fratres calceatos eiusdem Ordinis absque Romani Pont. expressa licentia. *Vrbanus VIII. constitut.* 77. incip. *Iniuncti* 19. *Ianuarij* 1628. apud Angel. Mariam Cherubin. in Bullario *tom.* 4. *pag.* 91.

7 Fratribus Reformatis B. Mariæ de Mercede concessum fuit vt Officium, & Missam de Communi Conf. non Pont. recitare possent de sancto Raymondo Nonnat eiusdem Ordinis dum vixit Professore & Procuratore Generali, ac S. R. E. Cardinale in die suæ festiuitatis. *Vrbanus VIII. const.* 52. incip. *Saluatoris*, 5. *Nouembris* 1625. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 4. *pag.* 91.

8 Fratrum Reformatorum B. Mariæ de Mercede Congregatio habet prouincias tres, primam S. Iosephi in regnis Castellæ, vbi sunt octo Fratrum monastaria; secundam Conceptionis in Bethica, vbi duodecim monasteria Fratrum, & quatuor Monialium discalceatarum sunt; tertiam S. Raymundi Nonnat in Regno Siciliæ, vbi septem sunt Fratrum monasteria, refert Aldan. *in compendio canon. resol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Relig. n.* 68.

Fratres vallis scholariorum.

Collect. CCCLXXVII.

1 FRatrum vallis scholariorum Ordo institutus à B. Guilhelmo natione Anglo, qui Parisiis scholaris fuerat, sub regula sancti Augustini anno 1218. Pontifice Honorio II. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Roberto. De eo agunt Siluest. Marul. *in Occeano Relig. lib.* 3. Aubert. Miræ. *in politica Christiana lib.* 1. *cap.* 29. Claud. Robert. *in Gallia Christiana tit. de Abbatiis lit. V. verbo Vallis scholariorum*, Ascan. Tambur. *de iure Abbatum, to.* 2. *disp.* 24. *q.* 4. *n.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur qui de Ordine Seruorum B. Mariæ agunt.*

2 *Fratres Seruitæ à quibus, & quando instituti?*

3 *Prior generalis Seruorum B. Virginis eligi non potest, qui non steterit in Ordine saltim per viginti annos.*

4 *Exemptionem à præstatione quorumcunque onerum, & ab Ordinariorum iurisdictione consequuntur Fratres Seruitæ.*

5 *Proprietatem Fratribus Seruitis prohibuit, & reformationem illis edixit, ac in communi eos viuere iussit Pius V.*

6 *Scholas exercere prohibuit Clemens VIII. Fratribus Seruitis.*

7 *Habitus Seruorum B. Virginis qualis?*

Fratres Seruitæ B. Virginis.

Collect. CCCLXXVIII.

1 DE his Laurentius Bononiensis, Ioannes Saxonus, Michael Poulaolcus, Raphael Massæi *in historia Ordinis, & de viris illustribus*, Iacob Florentinus *de vita B. Philippi institutoris*, Augustinus Florentinus, & Iacobus Laudofilæns *in chronico Seruorum B. Mariæ*, Archangelus Gianius

Florentinus *in libello de origine Seruorū B. Mariæ*, Paulus Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap. 35.* Silueſt. Marul. *in occeano Relig. lib. 4 cap. 30.* Gualter. *in tab. chronog. ſeculo 13. anno 1252. pag. 679.* Polyd. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 7. cap. 4.* Illeſcas *in hiſtoria Pontif. lib. 5. cap 45.* Platus *de bono ſtatu Relig. lib. 2. c. 22.* Bozz. *de ſignis Eccleſ. lib. 9. c 8.* Cæſ. Franccioti *de eccleſiis Lucenſibus in eccleſia S. Mariæ Seruitarum pagin. 562.* Cardin Baron *annal. Eccleſ tom. 13 anno Chriſti 1231. numer. 6.* Fr. Emman. *quaeſt Regul tom. 1 quaeſt. 5. art. 6.* Azorl. *inſtit. moral p. 1. lib. 13. cap. 11. quaeſt. 8. verſ. Sexdecim annis*, Carol. Tapia *in auth. ingreſſi C. de ſacroſanct. Eccleſ. verbo monaſteria cap. 21.* Ioſeph. Micheli *en el theſoro de Religiones, fol. 106.* Aſcan. Tamburio. *de iure Abbatum, tom. 2 diſp. 24. quaeſt. 4. num. 62.* vbi *nu. 64.* de Congregatione Seruorum B. Mariæ reformatorum, & num 65. de congregatione Fratrum & ſororum tertij Ordinis Seruorum B. Mariæ Et de Seruitis albi mantelli, alij ab his, de quibus nunc agimus, & quos extinxit Concil Lugdunenſe II. ſub Gregorio X. Vide Aubert. Miræ. *de origine Auguſt. lib. 1. cap. 19.* Cruſſeo. *in monaſterio Auguſtiniano p. 3. cap 3.*

2 Fratres Seruorum B. Virginis ſic dicti eo quod Virgini peculiaribus obſequiis addicti ſint, instituti ſub regula ſancti Auguſtini à ſeptem nobilibus Florentinis, Patre Buonfilio de Monaldis, P. Amideo. P. Bonaiuncta P. Maneto, P. Alexo de Falconariis, P. Soſtoneo. P. Vgozinio anno 1233. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis B. Idouino, II. Ordinem approbauit *Benedictus XI. conſtitut. 1.* Incip. *Dum leuamus 3. Id. February* 1303. apud Laert. Cherubin. *in Bullar. tom. 1. pag. 162.*

3 Fratrum Seruorum B. Virginis Prior Generalis eligi non poteſt, qui non ſteterit in Ordine ſaltim per viginti annos. Et Prioris Conuentualis officium triennio expletur, *Clemens VI. conſtitut. 2.* incip. *Regimini 10. Kalend. Aprilis* 1346. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 318.* aliàs *pag. 211.* in nouiſſ. impreſſ.

4 Fratres Seruorum B Virginis à præſtatione quorumcunque onerum. & ab Ordinariorum iuriſdictione exemit, & ſub Sedis Apoſt. protectione ſuſcepit *Vrbanus VI. conſtit. 2.* incip. *Sacroſancta 7. Id. Aprilis* 1379. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pagin. 218.* aliàs *pag. 522.* in nouiſſ. impreſſ.

5 Fratribus ſeruorum B. Virginis proprietatem vetuit, reformationem adixit, eos in communi viuere iuſſit, & aliis extra Ordinem confiteri prohibuit, & ne vltra biennium in eodem Conuentu morentur, ſtatuit *Pius V. conſtit* 103. incip. *Poſtquam 3. Kalend. Iunij* 1570. apud Laert. Cherubin. *tom 2. pag. 307.*

6 Fratres Seruorum B. Virginis ſcholas exercere prohibuit *Clemens VIII. conſtit. 60.* incip. *Nullius* §. 38. *ſub die 30. Auguſti* 1604. apud Laërt. Cherubin. *tom. 3. pagin.* 80. aliàs *pag.* 61. in nouiſſ. impreſſ.

7 Fratres Seruorum B. Virginis induuntur nigris veſtibus vt Benedictini præter cucullam, ſiue clamydem, quam non portant, ſed tunicam tantum cum ſcapulari & pallio, refert Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib. 1. titul. 19. de Religion. numero 68.*

De Ordine reformato ſiue Montis Senarij, vide in verbo *Eremita Montis Senarij collect. 33.*

SVMMARIVM.

1 *Ordo Cruciferorum per Germaniam, Belgium & Galliam à quo inſtitutus?*

2 *Cœnobium Ordinis Cruciferorum caput, ſitum eſt in diœceſi Leodienſi.*

3 *Religio Cruciferorum per Italiam antiquiſſima eſt, ſed collabentem inſtaurauit Innocentius III. anno 1215.*

4 *Cruciferos per Italiam reformauit, & habitum ceruleum quo nunc vtuntur, & Crucem argenteam manibus portare ſtatuit Pius II.*

5 *Cruciferorum Religio per Italiam in quinque diuiditur prouincias.*

Fratres Cruciferi.

COLLECT. CCCLXXIX.

1 FRatrum Cruciferorum per Germaniam, Belgium & Galliam Ordo inſtitutus à Viris quinque admodum piis Ordinis eccleſiaſtici, opem ferente Vgone de ſancto Charo familiæ Dominicanæ Cardinale tunc temporis per Germaniam Legato anno 1246. Pontifice Innocent. IV. atque Ordinem ſub a. regula ſancti Auguſtini
2 confirmante. Cœnobium totius familiæ caput ſitum eſt in oppido Huis ad Moſam fluuium in diœceſi Leodienſi, vbi Præfectus Ordinis reſidet; plura habet per Germaniam, Belgium, & Galliam monaſteria, de quibus nonnulla Aubert. Miræ. *in origine Auguſtin. lib. 1 cap. 14.*

3 Fratrum Cruciferorum per Italiam alius eſt Ordo, qui etiam ſub diui Auguſtini militat regula, cæteris antiquior eſt ortu, non quidem auctoritate, ſed traditione: dicunt enim à B. Cleto III. poſt ſanctum Petrum Chriſti Vicarium inſtitutum fuiſſe vt hoſpitali, quod peregrinis recipiendis conſtitutum erat, ipſi præeſſent, ſic ennque per cœleſtem nuntium præceptum illi fuerat, quod anno contigit à Natiuitate Domini 81. ſub Tito & Veſpaſiano. Hunc Ordinem, vt accidere ſolet, bellis & tempore iam pene extinctum ſuſcitauit B Cyriacus Hieroſolymitanus Patriarcha ſub Melchiade ſummo Pont. & Conſtantino magno Imper. anno 315. Sed hunc Cyriacum cum fratribus ſuis occidit peſſimus Iulianus apoſtata, qua de re cum iterum eſſet Ordo ad nihilum redactus, Innocentius Papa III. Religionum valdè parens, inſtaurauit, & ſic Cruciferorum Ordinem in lucem prodire fecit anno 1215. Et Pius II. eos
4 denuo reformauit, & habitum cæruleum, quo nunc vtuntur, & Crucem argenteam manibus portare ſtatuit, vt ex eius diplomate conſtat. quos demum Pius V. reformauit. Et hic Ordo
5 Italiam non egreditur ſed commodioris regiminis gratia in quinque diuiditur prouincias, Bononienſem ſcilicet, Venetam, Romanam, Mediolanenſem, atque Neapolitanam. Vide Carol. de Tapia, à quo hæc deſumpſimus *in auth. ingreſſi Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. verbo monaſteria cap. 25.* Aſcan. Tamburin *de iure Abbatum, tom 2. diſp 24. quaeſt. 4. n. 22. & 34.*

Fratres

Fratres Pœnitentiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ.

COLLECT. CCCLXXX.

1 FRatrum Pœnitentiæ S. Mariæ Magdalenæ Ordo institutus seu potius renouatus à Beltramo viro Gallo, ac diœcesis Massiliensis, vbi primum monasterium huius Ordinis fundauit sub regula S. Augustini anno 1277. Pontifice Nicolao III. Imperatoribus Occidentis Rodulpho I. Orientis Michaele Paleologo scribit Crusenius *in monast. Augustin. p.3. cap.5.* durare hodie per Germaniam, Galliam & Hispaniam hunc Ordinem habitu parum à Capuccinis differente, nisi quod Zonis præcinguntur. Idem Baltramus huius Ordinis auctor Lutetiæ Parisiorum, & sub regula sancti Augustini instituit seu potius renouauit alium Ordinem Mulierum pœnitentium anno 1278. Nicolao III. Imperatoribus Occidentis Rodulpho I. Orientis Michaela Paleologo; est hæc familia quasi asylum & portus earum mulierum, quæ suis abutebantur corporibus, & meretriceos quæstus faciebant, in quem post diuturnam voluptatum tempestatem recipiuntur. induuntur albis vestibus, quibus virginitas passim apud Superos Apocalyps. 7. n. 9. insignitur vt intelligant tantum se pœnitentiæ consequi posse, vt Virginum merita si non aureolam adæquent. Vide Crusen. *in monast. Augustinians part.5. cap 5.* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatum to. 2. disp. 24. q. 4. n. 66.*

Fratres charitatis S. Mariæ.

COLLECT. CCCLXXXI.

1 FRatrum charitatis sanctæ Mariæ Ordo institutus est à Guidone Ianuillano domino sancti Georgij in diœcesi Catalaunensi in prouincia Campaniæ Regni Gallicani sub regula S. Augustini anno 1290. Pontifice Nicolao IV. Imperatoribus Occidentis Rodulpho I. Orientis Michaele Paleologo. Primum huius Congregationis monasterium sub patrocinio, & tutela sancti Ludouici Regis Galliæ ædificatum est in agro Bucheraumont territorio Ianuillæ prædictæ diœcesis, quod hodie viginti sub se habet domicilia teste Auber. Miræo lib. 5. de origine monast. cap. 21. Colunt hi Religiosi ex instituto suo hospitalitatem, atque domibus suis pauperes colligunt, & alunt. Vide Crusen. *in monast. Augustin. p. 3. cap. 10.*

Fratres Alexiani.

COLLECT. CCCLXXXII.

FRatrum Alexianorum Ordo sic dictus quod sanctum Alexium sibi in patronum delegerit, à piis quibusdam hominibus, quorum nomina Auctores non produnt institutus anno Domini 1309. Pontifice Clemente V. Imperatoribus Occidentis Henrico VII. Orientis Andronico I. Vtuntur nigris vestibus. & oblonga cuculla, cum ad tumulanda mortuorum cadauera (quæ est ipsorum institutio) procedunt. Hos regulæ sancti Augustini adiunxit Henricus Surdemanus ex familia Eremitica S. Augustini, vt scribit Crusen. In monast. August. p. 3. cap. 11. vbi subdit eos quoque dici vespillones ab officio sepeliendi mortuos, & nullis Sacris initiari. Vide Aubert. Miræ. *de origine Ordinis sancti Augustini lib. 1. cap. 28.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 24. quæst. 4. num. 79.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de ordine Iesuatorum S. Hieronymi agentes.*
2 *Iesuati à quo & quando instituti & approbati.*
3 *Iesuatos appellari hos Religiosos iussit Alexander VI. & quare?*
4 *Regulam S. Augustini profitentur Iesuati.*
5 *Mendicantes sunt Iesuati, eorumque omnibus priuilegiis fruuntur.*
6 *Iesuati Sacris non initiabantur, nec Horas Canonicas recitabant: hodie verò sic.*
7 *Confessiones audire posse Iesuatos in suis Monasteriis concessit Gregorius XV.*
8 *Nouitiatus pro Fratribus Iesuatis erigitur.*
9 *Caputio albi coloris abiecto, quod hactenus super humeros gestarunt Fratres Iesuati, eis conceditur gestare aliud vt cæteri Fratres Mendicantes gestant.*
10 *Ordo Iesuatorum præter S. Augustini regulas, habet proprias sibi Constitutiones, & quot possideat Monasteria. & sub quo capite regitur.*

Fratres Iesuati sancti Hieronymi.

COLLECT. CCCLXXXIII.

DE his Paulus Morigia huius Ordinis Religiosus, in chronica iesuatorum, *& de origine Religionum lib. 1 cap. 38.* Siluest. Matulus *in occeano Relig. li. 5. pag. 149.* Illescas *in historia Pontific p. 2. li. 6. c 6* Gualter. *in tab. chronolog. sæculo 14. pag. 701.* Platus *de bono status Relig. lib. 2. cap. 22.* Carol. de Tapia *in authent. ingress. C. de sacros. Eccles. verbo Monasteria ca. 28.* Carrillo *in sus annalib. chronol anno 1367. in fine,* Hieron. Roman *de Republ. Christiana lib. 6. ca. 22.* Azor. *institut. moral p. 1. lib. 13 cap. 11. q. 8. vers. anno partus Virginei* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. nu. 12.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resolut. 123. num. 38.* Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones, fol. 107.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 2. disput. 24. quæst. 4. num. 68.* Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. Fratres, n. 40.*

2 Fratrum Iesuatorum Ordo institutus est à sancto Ioanne Columbino, Senensi cuius festum celebratur 31. Iulij, sub regula sancti Augustini, & patrocinio sancti Hieronymi anno 1354. Pontifice Innocentio VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne: illum approbauit *Martinus V. constitut. 11. incip. Pia postulatio 11. Kalend. Nouembris* 1428. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 262.* aliàs *pag. 147.*

3 Fratres Iesuatos sic appellari posse iussit *Alexander VI. constitut. 9.* incip. *Ad sacrum, 11. Kalend. Septembris* 1499. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 398.*

Et creditur hoc illis nomen fuiſſe inditum vel quod ita à lactentibus pueris in primordiis Religionis vocari ſolerent, non ſine miraculi ſuſpicione, vel quod frequens eſſet in ore primorum Patrum fundatorum IESVS nomen, à quo Ieſuati dicti ſunt.

4 Fratres Ieſuati regulam S. Auguſtini profitentur, & fruuntur omnibus priuilegiis, & gratiis conceſſis Fratribus Eremitis ſancti Auguſtini. *Clemens VII. conſtit. 16. incip. Sacra prædit Kalend. Februarij* 1532. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 604. aliàs *pag* 503.

5 Fratres Ieſuati ſunt Mendicantes eorumque priuilegiis omnibus fruuntur. *Pius V conſtit.* 50. incip *Romanum* 18. *Nouembris* 1567. apud Laert. Cherub. *tom* 245. aliàs *pag* 85.

6 Fratres Ieſuatos, qui ex antiquiſſimo eorum ſtatuto Sacris initiari non conſueuerunt, ad ſacros Ordines promoueri indulſit, & his Sacris initiatis aquarum diſtillationem prohibuit, & idoneos ac habiles ad Horarum recitationem teneri ſtatuit *Paulus V. conſtit.* 16. incip. *Religioſos*, 18. *Februarij* 1606. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 195. aliàs *pag.* 144. in omiſſ. impreſſ.

7 Fratres Ieſuati à locorum Ordinariis approbati poſſunt in Parochialibus Eccleſiis Domorum Regularium ipſius Congregationis duntaxat, Parochianorum confeſſiones audire. *Gregorius XV. conſtitut.* 33. incipien. *Ex iniuncto*, 30. *Auguſti* 1622. apud Angel. Mariam Cherubin. *tom.* 4 *pag.* 319. in omiſſ. imp.

8 Fratrum Ieſuatorum Nouitiarum in domo SS. Ioannis & Pauli de Vrbe ſub gubernio Congregationis Regularium Theatinorum erexit, & confirmauit *Gregorius XV. conſtitut.* 50. incip. *Inter multiplices*, 12. *Aprilis* 623.

9 Fratres Ieſuati vtuntur alba tunica, ſcapulari, & pallio canuſino, vnà cum caputio eiuſdem albi coloris, quod à ceruice ligulam ſiue faſciam ad ſcapulas demittit, ſed quod abiecto dicto caputio, quod hactenus ſuper humeros geſtarunt, aliud coloris eorum habitus, eaque forma, qua cæteri Mendicantes vtuntur, deinceps geſtare valeant, indulſit *Vrbanus VIII conſtitut* 31. incip. *Onerosa*, 19 *Nouembris* 1624. apud Angel Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4 *pag* 51.

10 Fratrum Ieſuatorum familia præter ſancti Auguſtini Regulas, habet proprias ſibi conſtitutiones, quas accepit à D. Ioanne de Toſſignano Epiſcopo Ferrarienſi eiuſdem Ordinis Religioſo. Illius Religioſi poſſident per Italiam ad 33. Monaſteria, in quibus 600. ferè Religioſi habitare dicuntur. Religio caput vnum non habet, gubernatur duplici Viſitatore, Tuſciæ vno, Inſubriæ altero, refert Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Religio. n.* 69.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine ſancta Brigita agentes.*

2 *Ordo S. Brigita à quo & quando inſtitutus?*

3 *Monaſteria Ordinis S Brigita in multis locis ſunt duplicia, virorum ſcilicet, & fæminarum.*

4 *Habitus virorum & fæminarum Ordinis S. Brigita qualis?*

Fratres Ordinis S. Brigitæ.

COLLECT. CCCLXXXIV.

1 DE his Polyd. Virgil *de inuentorib. rerum lib.* 7 *cap.* 4. Paulus Morigia *de origine Religionum, lib.* 1. *cap.* 55. Silueſt. Maurol. *in occeano Relig lib.* 5 *pag.* 319. Naucler. *vol.* 2 *generat.* 46. Alphonſ. Mendoça *in quodlibet. q.* 5. Carol. de Tapia *in auth. ingreſſ Co. de ſacroſ. eccleſ. verbo monaſteria cap.* 32. Gonçal. Durantes *in reuelat. S. Brigita li.* 4. *c.* 49. *in notis, & in proem. ad reg.* 5. *S. Brigita*, Ioſeph. Micheli *en el theſore de Religiones fol.* 110. *verbo in princip.*

2 Fratres S. Brigitæ inſtituti ab eadem ſancta ſub regula ſancti Auguſtini, & Conſtitutionibus propriis, quas à Chriſto Domino accepit anno 1368. Pontifice Vrbano V. Imperatoribus Occidentis Carolo, Orientis Calo Ioanne. Monaſte-
3 ria huius Ordinis in multis locis ſunt duplicia, id eſt virorum, & fæminarum, interdicto aſſatu, & aſpectu murorum ſepto, ne ſit tranſitus ab vno in aliud clauſtrum: eadem vtuntur Eccleſia fœminæ ſuperiori choro, & regione Sacelli maioris, viri inferiori, id eſt, eo, qui poſt Altare maius collocatur. Omnibus vna imperat Abbatiſſa.

4 Fratrum S. Brigitæ Sacerdotum habitus canuſinus cum Cruce rubra in pectora, in medio cuius ſit alba Hoſtia, Diaconorum eiuſdem coloris cum circulo in pectore ex albo panno, quatuor vittis, ſiue ligulis intermediis ex rubro, laicorum pileum canuſinum cum Cruce alba: Virginum, ſiue Monialium velum nigrum ſuperpoſita corona ex artificio vt in ea appareant quinque Chriſti vulnera: ferunt præterea annulum in digito vt veræ Chriſti ſponſæ. Ita Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 1. *titul.* 19. *de Religionibus, numero* 70.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Fratrum B. Ioannis Dei agentes.*

2 *Fratres B. Ioannis Dei à quo & quando inſtituti.*

3 *Regulam S. Auguſtini profitentur Fratres B. Ioannis Dei.*

4 *Habitum panni Sayal nuncupati cum ſcapulari vſque ad genua cinericij coloris portant Fratres B. Ioannis Dei.*

5 *Eleemoſynas colligendi facultatem habent Fratres beati Ioannis Dei pro ſubuentione infirmorum.*

6 *Fratres B. Ioannis Dei de adminiſtratione hoſpitalium rationem ordinario reddere tenentur.*

7 *Fratribus B. Ioannis Dei facultas conceditur vniendi Congregationem, Capitulum congregandi, & Generalem eligendi.*

8 *Fratribus B. Ioannis Dei conceditur facultas emittendi profeſſionem, & votum inſeruiendi hoſpitalibus ſub obedientia Ordinariorum.*

9 *Fratrum B. Ioannis Dei vnus pro qualibet domo ad ſacros Ordines promoueri poteſt, ſed nullum officium exercere valet.*

10 *Vota tria ſubſtantialia cum quarto de inſeruiendis infirmis emittere valeat Fratres B. Ioannis Dei in Hiſpania.*

11 *Religio*

11 *Religiosi veri fiunt Fratres B. Ioannis Dei.*

12 *Hospitalibus singulis duo Fratres Presbyteri ad Sacramentorum administrationem conceduntur, & quibus qualitatibus & scientia præditi sint, ostenditur num. 15.*

13 *Administratio ad Ordinarios spectabit eorum locorum, quos habent Fratres B. Ioannis Dei, si cessaret hospitalitas inibi.*

14 *Hospitalia seu Conuentus Fratrum B. Ioannis Dei, in quibus 12. Religiosi non existunt, non comprehenduntur decreto subiiciente huiusmodi Conuentus omnimodæ iurisdictioni Ordinarij loci.*

15 *Presbyteri duo, qui pro qualibet domo Regulari Fratrum B. Ioannis Dei ad Sacramentorum administrationem promoueri possunt, debent prius decem annos professionis peragere, & assumi de Fratris Maioris, & Definitorum consensu.*

16 *Presbyteri in Religione B. Ioannis Dei ad dignitates & officia in Congregatione obtinenda inhabiles sunt.*

17 *Ordinarij locorum volentes procedere contra aliquem Fratrem B. Ioannis Dei extra claustra notoriè delinquentem, tenentur obseruare formam decreti Clementis VIII.*

18 *Fratres B. Ioannis Dei vocantur per Italiam* fate ben fratelli, *quod his vocibus vti soleant in colligendis eleemosynis.*

19 *Pallium Fratrum B. Ioannis Dei debet esse coloris habitus, cum banaro nigri coloris, & latitudinis sex digitorum, & non potest per eos portari per oppida & ciuitates, sed in itinere duntaxat.*

20 *Congregatio tota Fratrum B. Ioannis Dei diuisa est in duas, Hispanicam scilicet, & Italicam.*

21 *Conseruatores eligunt Fratres beati Ioannis Dei, & Protectorem apud Sedem Apost.*

22 *Ioannes Dei Lusitanus beatus pronunciatur à S. D. N. Vrbano VIII.*

23 *Priuilegia Fratribus beati Ioannis Dei concessa confirmantur, & alia de nouo communicantur.*

24 *Præcedentia inter Congregationem B. Ioannis Dei, & Ordines Mendicantium quomodo decidenda.*

25 *Ordinarius Hospitalia B. Ioannis Dei visitantibus, aut eorum rationes exigentibus nihil soluendum.*

26 *Processiones publicas, & solemnes associare non tenentur Fratres B. Ioannis Dei.*

27 *Eleemosynas petere, & colligere absque Ordinarij licentia possunt Fratres B. Ioannis Dei.*

28 *Chirurgici Fratres B. Ioannis Dei non possunt curare extra eorum hospitalia.*

Fratres hospitalitatis B. Ioannis Dei Lusitani.

Collect. CCCLXXXV.

1 DE his Fr. Antonius de Gouuea *in vita B. Ioannis Dei*, Silnest. Marnl. *in occeano Relig. lib.* 5. *pag.* 430. Carol. de Tapia *ad auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap.* 32. *per tot.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. 11. & 14. Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones pag. vlt.* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *quæst.* 4. *num.* 13.

Fratrum hospitalitatis, & infirmis seruientium Beati Ioannis Dei Lusitani Ordo ab eodem institutus sub regula sancti Augustini anno 1538. Pontifice Paulo III. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymano, illum confirmauit Pius V. constit. 145. incip. *Licet ex debito*, de anno 1572. apud Laert. Cherub. in Bullario tom. 2.

3 pag. 353. qui dat illis regulam sancti Augustini, & habitum panni sayal omnenpeti cum scapulari vsque ad genua cinericij coloris concedit, necnon

4 largitur facultatem colligendi eleemosynas pro

5 subuentione infirmorum in hospitali degentium, & insuper præcipit ab illis reddendam esse ratio-

6 nem Ordinario de administratione hospitalium, & eos correctioni illius supponit.

7 Fratres B. Ioannis Dei in vnam Congregationem sic nuncupandam vniuit, Capitulumque generale in Vrbe cogendi, Prouinciasque distinguendi, ac vnum Generalem eligendi, auctoritatem tribuit *Sixtus V. die* 1. *Octobris* 1586. & *Clemens VIII. die* 9. *Septembris* 1596.

8 Fratribus B. Ioannis Dei conceditur facultas emittendi professionem, & suscipiendi sacros Ordines, ac exemptio à iurisdictione Ordinariorum confirmatur, & votum inseruiendi hospitalibus sub obedientia Ordinariorum emitti indulgetur, Maioritque electio, & munus præfinitur. *Clemens VIII constit.* 44. incip. *Romani Pont. de anno* 1596. apud Laert. Cherub *in Bullario tom.* 3. *pag.* 59. *aliàs pag* 48. Iterum hæc Congregatio ab omnimoda Ordinariorum iurisdictione eximitur per *Paulum V. constit.* 15. *die.* 16. *Martij* 1619. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 32.

9 Fratrum B. Ioannis Dei vnus pro qualibet Domo ad titulum hospitalitatis ad sacros Ordines promoueri potest, dummodò ab eo nullum deinceps Officium exerceator, & à Congregatione eiectus ob demerita à sacrorum Ordinum exercitio suspensus habeatur. *Paulus V. constit.* 55. incip. *Inter aliàs de anno* 1609. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 244. *aliàs pag.* 179. in nouiss impress.

10 Fratribus B. Ioannis Dei vt in Hispaniis tria vota substantialia emittere valeant, cum quarto

11 de iuuandis infirmis, facultas conceditur, & sic professos verè esse Religiosos declaratur; eos autem ad habitum, & professionem, qui pro numero infirmorum necessarij sunt, admitti præcipitur: in singulis hospitalibus duo Fratres Pres-

12 byteri ad Sacramentorum administrationem permittuntur, omnes Ordinariorum iurisdictioni, &

13 correctioni supponuntur. Et si cessaret hospitalitas illorum locorum, administratio ad Ordinarios spectare decernitur, & durante hospitalitate quotannis locorum Ordinarijs rationem reddere iubentur. Idem *Paulus V. constit.* 69. incip. *Romanus Pontifex de anno* 1611. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 261. Et hanc Congregationem veram esse Religionem declarauit *Paulus V. constit.* sua incip. *Romanus Pont.* 13. *Februarij* 1617.

14 Fratrum B. Ioannis Dei hospitalia, seu Conuentus, in quibus erunt duodecim Religiosi Episcoporum iurisdictioni nullatenus subsint, quoad illos verò Conuentus, seu hospitalia in quibus erit minor Religiosorum numerus idem Episcopi possunt insimul cum Prouinciali, vel alio maiore eiusdem Congregationis Superiore ad reuisionem computorum administrationis eorundem hospitalium procedere, ita tamen vt contra personas in nihilo procedere se immisceant. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Cum sicut* 9. *Iulij* 1638.

15 Fratrum B. Ioannis Dei in qualibet Domo Regulari duo ad sacros etiam Presbyteratus Ordines promoueri valent pro Sacramentorum admi-

nistratione necessaria, cum prius decem annos professionis in hac Congregatione peregerint, & ab examinatoribus Synodalibus non solum ad Ordines prædictos, verum etiam ad sacras Confessiones audiendas examinati, & idonei reperti fuerint, ac de Fratris Maioris, & Definitorum consensu ad prædictum effectum dumtaxat præstando. Idem *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Circumspecta sub Dat. Romæ 18. Aprilis* 1628.

16 Fratres B. Ioannis Dei Sacerdotes ad dignitates & officia in Congregatione obtinenda inhabiles sunt, imposita pœna contra eligentes & electos. Idem *Vrban. VIII. in alia sua Constit.* incip. *Alias felicis record. 17. Iunij* 1628.

17 Fratres B. Ioannis Dei ita sunt habendi pro veris Religiosis, vt si locorum Ordinarij voluerint procedere contra aliquem illorum intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, vt populo scandalo sit, teneantur obseruare formam decreti sanctæ mem. Clementis VIII. hac de re editi. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. Romæ 2. Octobris* 1637 refert Laurent. da Peyrinis *de priuil. Regular. tom. 3. in fine, vbi de decretis nouissimis Sacræ Congr. decreto 12. pag.* 568.

18 Fratres B. Ioannis Dei vocantur per Italiam, *fatte ben fratelli*, quod his vocibus vti soleant in colligendis eleemosynis, vt refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 19. de Religionib. n.* 71.

19 Fratres B. Ioannis Dei per ciuitates, & oppida pallium deferre non possunt, sed in itinere dumtaxat ipsi pallio cum pileo nigro vti possunt, dummodo pallium huiusmodi sit coloris babitus, & habeat bauarum nigri coloris, & latitudinis sex digitorum, eique sporta semper superferatur. Ita *Sacra Congr. Regular. sub die 15. Iulij* 1606. in controuersia orta inter Fratres Ordinis Minorum de Obseruantia, & Fratres huius Religionis, de qua meminit Aldan. *d. num.* 1.

20 Fratrum B. Ioannis Dei tota Congregatio, diuisa est in duas, Hispanam vnam, Italicam alteram, vtraque habet Generalem suum triennalem independenter, ita Aldan. *d. tit. 19. de Religion. num.* 72.

21 Fratres B. Ioannis Dei possunt in vim Constitutionis Gregorij XV. quandocunque sibi libuerit eligere seu assumere Conseruatores, & donec eos elegerint, possunt coram Ordinariis, in quorum diœcesibus existunt, conueniri. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Exponi nobis, sub die 3. Martij* 1640. Et apud Sedem Apost. habere Protectorem, *Gregorius XIV. constit.* incip. *Cupientes 8. Maij* 1591.

22 Fratrum B. Ioannis Dei fundator & primus parens sic appellatus Lusitanus fuit ab oppido de Montemor ô nouo Elboren. diœcesis oriundus, illum S.D.N. Vrbanus VIII. voluit in posterum beatum nuncupari, ac de eodem ab omnibus Congregationis huiusmodi Regularibus vbique existentibus, quotannis in die eius obitus, hoc est 8. Martij, officium & Missam celebrari de communi Confess. non Pont. ritu duplici maiori per annum iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani, & quoad Missam etiam per alios Regulares & seculares Sacerdotes ad eorum Ecclesias confluentes; in ciuitate etiam Granatensi, nempe in Ecclesia, vbi eius sacrum Corpus requiescit, & in terra nuncupata Montemor ô nouo, vbi natus est in omnibus Ecclesiis tam Regularium quàm secularium Officium & Missam ritu duplici minori recitari & celebrari posse concessit, idem S. D. *Vrbanus VIII constit. sua sub dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem die 21. Septembris* 1630.

23 Fratribus B. Ioannis Dei concessa priuilegia confirmat, aliaque de nouo eis communicat, quæ aliis Ordinibus Fratrum Mendicantium, & Clericorum infirmis ministrantium concessa reperiuntur. *Vrbanus VIII. constit.* 8. incip. *Sacrosanctum 10. Iunij* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. fol.* 214.

24 Fratres B. Ioannis Dei, & Ordines Mendicantium seruare debent constitutionem *Gregorij XIII sub die 5 Iulij* 1583. vt præcedentia inter eos constituatur, à tempore tamen quo dicti Fratres declarati fuerunt Religiosi *Vrbanus VIII.* 76. incip. *Commissi 26. Nouembris* 1627. apud. Laert. Cherub. *in Bullario pag.* 447.

25 Fratres B. Ioannis Dei nihil ordinariis visitantibus soluere tenentur, aut pro rationibus exigendis quicquam eis dare. *Sacra Cong. Conc. 2. Ianuarij* 1624. penes Aldan. *d. tit. 19. num.* 75.

26 Fratres B. Ioannis Dei non tenentur ad publicas, vel solemnes processiones accedere, vt magis infirmis assistere possint. *Gregorius XIV. die 21. Septembris* 1591. *Vrbanus VIII. die 30. Iunij* 1624.

27 Fratres B. Ioannis Dei possunt absque ordinarij licentia eleemosynas petere & colligere. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. die 18. Septembris* 1618. referente Aldano *d. titul. 19. num.* 77.

28 Fratres B. Ioannis Dei chirurgici tenentur venientes ad sua hospitalia gratis & amore Dei curare, extra quæ aliquam curare prohibentur. *Vrban. VIII. die 1. Iunij.* 1636. & iterum id strictius prohibet additque sub pœna excommunicationis Sedi Apost. reseruatæ Fratribus earumdem & Superioribus ad eandem licentiam concedentibus ne extra eorum hospitalia ad curandos infirmos, nisi in articulo mortis constituti sint, exeant. Idem *Vrbanus VIII die 7. Augusti*, 1642.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine S. Francisci ex communi agentes.*

2 *Ordo S. Francisci à quo & quando institutus.*

3 *Ordo Franciscanus in quatuor Congregationes diuisus est.*

4 *Conuentuales Fratres Sancti Francisci cur ita dicantur?*

5 *Conuentuales Fratres vt bona ex communi possiderent, impetrarent indultum ab Innocentio IV.*

6 *Conuentuales Fratres S. Francisci in temporalibus succedunt acsi essent in seculo.*

7 *Conuentuales Fratres S. Francisci vltra biennium in eodem Conuentu manere non possunt, nisi sint sexagenarij.*

8 *Officium de sancto Francisco sicut in die eius festo semel in mense prima die non impedita recitare possunt Fratres Claustrales.*

9 *Ambitus interdicitur Fratribus Claustralibus Sancti Francisci & eorum Superioribus.*

10 *Constitutiones Vrbana Fratrum Claustral. S. Francisci confirmantur.*

11 *Missarum reductio primo Capitulo conceditur ad rationem 60. iulatorum pro qualibet Missa quotidiana.*

12 Generalis

12 *Generalis Fratrum Conuentualium S. Francisci ad sexcennium eligitur, & illis conceditur licentia supprimendi & extinguendi Conuentus pauperes.*

13 *Guardiani Conuentualium S. Francisci quomodo eligantur, & quot Prouincias habeant.*

14 *Auctores referuntur qui de Fratribus Conuentualibus S. Francisci in specie agunt.*

15 *Reformati minores Conuentualium approbantur, sed recipere non possunt alios Fratres Minores.*

16 *Caputium siue habitum simile Capuccinis deferre non possunt Fratres Reformati Conuentuales.*

17 *Monasteria & bona Fratrum Minorum discalceatorum in Italia vniuntur Fratribus Minoribus Conuentualium reformatis.*

18 *Obseruantes Fratres S. Francisci ex pluribus reformationibus originem sumpserunt.*

19 *Reformationes plures fuerunt antiquis temporibus in Ordine S. Francisci, & ab earum Auctoribus vnaquaque nomen sibi sumpsit.*

Reformati diuersi in Ordine S. Francisci:
- 20 Casarini.
- 21 Clareni.
- 22 Capitanati.
- 23 De S. Euangelio.
- 24 Coletani.
- 25 Amadai.
- 26 Caperolani.

27 *Obseruantes S. Francisci à Conuentualibus seiuncti Generalem Ministrum diuersum obtinuerunt.*

28 *Pracedentia datur Obseruantibus in processionibus, & aliis actibus publicis.*

29 *Amadai & Clareni Fratres vniti fuerunt Conuentualibus à Pio V.*

30 *Officium sanctissimi Corporis Christi feria quinta recitare possunt Fratres Obseruantes, non tamen in illis de Aduentu, & Quadragesima, aut officio duplici impeditis.*

31 *Ambitus Obseruantibus, & eorum Superioribus interdicitur.*

32 *Paternitates, seu pracedentias Obseruantibus concessas prater Constitutiones reuocauit Gregorius XV.*

33 *Minister Generalis Obseruantium Fratrum quali titulo & sigillo vti possit.*

34 *Obseruantium familia quot prouincias, Vicarias, Conuentus, & Religiosos habeat.*

35 *Auctores referuntur de Fratribus Obseruantibus S. Francisci agentes.*

36 *Reformati, seu recollecti discalceati Obseruantes sunt plures.*

37 *Reformatorum obseruantium qualitates, & obseruantias edixit late Gregorius XV.*

38 *Fratres de familia liberè & in quocunque tempore ad reformationem transire valent: & qualiter primi probari debeant.*

39 *Sacra Congregatio adiri debet ad faciendam assignationem aliquorum Conuentuum obseruantium de familia Fratribus reformates.*

40 *Nouitij inter reformatos Obseruantium non sunt recipiendi extra Capitula.*

41 *Minister Prouincialis Reformatorum Obseruantium eligi potest ex familia, vel ex reformatione.*

42 *Custos ex reformatione non eligatur quando Minister Prouincialis eligitur ex Fratribus reformatis.*

43 *Procurator Fratrum reformatorum S. Francisci in Curia nominatur à Generali.*

44 *Reformati sub obedientia Ministri Generalis Minorum de obseruantia degere debent.*

45 *Hospitium S Isidori de Vrbe pro prouinciis Reformatorum discalceatorum Hispania & Indiarum erigitur.*

46 *Reformatorum S. Francisci nulli ius pracedendi siue honoratioris loci competit, exceptis quibusdam.*

47 *Lectorum iubilatorum titulos non habent Fratres discalceati S. Francisci de obseruantia in Regnis Hispaniarum, nec exemptione Patris gaudent.*

48 *Tertiarij de Pœnitentia nuncupati cur ita dicuntur, & quando instituti?*

49 *Tertiarij, seu tertius Ordo sancti Francisci quando cœperit facere vota solemnia in communitate.*

50 *Habitus tertij Ordinis de Pœnitentia qualis?*

51 *Fratres & sorores tertij Ordinis quando fuerunt constituti sub Generali & Prouincialibus Ordinis de Obseruantia, & quando Generalem proprium & Prouinciales habere cœperunt.*

52 *Confraternitates Cordigerorum erigendi facultas conceditur Generali tertij Ordinis Pœnitentia.*

53 *Prouincias & Conuentus quot habeant Fratres Tertij Ordinis S. Francisci de Pœnitentia.*

54 *Auctores referuntur de Tertio Ordine S. Francisci agentes.*

55 *Reformati in Gallia sunt alij ex Tertiariis de Pœnitentia.*

56 *Capuccini cur sic dicti à quibus, & quando instituti, & confirmati?*

57 *Nomen & habitum Capuccinorum nullus Regularium qui non sit ex Capuccinis, potest sibi vsurpare.*

58 *Capuccini sunt verè Minores S. Francisci fratres.*

59 *Capuccinus prohibitus est transitus ad alium Ordinem sine licentia Sedis Apost. ad Carthusienses verò nisi cum licentia Ministri Generalis in scriptis.*

60 *Laici professi Capuccinorum inter eundum, & sedendum vbique nouitiis pracedunt.*

61 *Crucem propriam in publicis processionibus erigendi facultas conceditur Capuccinis.*

62 *Crucis Capuccinorum erectio fuit concessa in iis tantum locis, in quibus iam sub propria Cruce incedebant.*

63 *Fratres Capuccini quibus pracedentiam tribuere debeant in processionibus.*

64 *Fratres Capuccini in Ciuitate Salernitana possunt propriam crucem erigere in processionibus.*

65 *Fratres Capuccini indultum habent celebrandi officium de S. Conrado.*

66 *Gaudent priuilegiis monachorum Camaldulensium, & Fratrum Minorum.*

67 *Fratres Capuccini in Hispania noua loca recipere possunt.*

68 *Fratres Capuccini in Capitulo generali tantum deputatè Confessiones audire possunt.*

69 *Fratres Capuccini comprehenduntur sub decreto, quo cauetur vt nulli recipiantur conuentus Regularium, nisi prater alia ad id requisita duodecim saltem fratres in eis degere valeant.*

70 *Generalis Capuccinorum ad sexcennium eligitur, & quot Prouincias, Conuentus, & Religiosos habeant, ostenditur.*

71 *Auctores referuntur de Capuccinis agentes.*

Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci Assisinatis.

Collect. CCCLXXXVI.

1 De his in communi Fr. Marcus Vlissiponensis Episcopus Portugalensis, Antonius Daza, Ludouicus Reboledo, Bernardinus de Bessa, Petrus Rodulphus, Peregrinus Bononiens.

in Chronicis generalibus Minorum, Iuo Magiſter *in manipulo Fratrum Minorum*, Ioan. Hilton. *de ſtatu Ordinis ſui*. Philipp. Peruſinus *de hiſtoria Religionis ſui temporis*. Philipp. Bartolus *de hiſtoria ſanctæ Mariæ de Portiuncula*, Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus, & Fr. Ludouicus Waddingus Hibernus *in annalibus Minorum tribus tomis*, Caſtan. *in catalogo gloriæ mundi part. 4. conſid.* 69. Venero *en el enchiridion de los tiempos fol.* 100. in nouiſſima impreſſ. Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib. 7. cap.* 4. Paul. Morig. *de origine Relig. lib. 1. c. 33. & 34.* Silueſt. Marul. *in occeano Relig. lib. 4. pag. 247. & 262.* Piatus *de bono ſtatus Religion. lib. 2. cap. 21.* Illeſcas *in hiſtoria Pontif. lib. 5. c. 23. & 32.* Hieron. Roman, *de Republ. Chriſt. lib. 6. cap. 20.* Gualter *in tab. chronograph. ſæculo 13. pag.* 677. Fr. Emman. *quæſtion. Regul. tom. 2. quæſt. 2. art. 3.* Marquez *de origine Eremitar. ſancti Auguſtini cap 23. §. 5. cum ſeqq.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. q. 4. art. 4.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib 12. cap. 23.* Carol. de Tapia *ad auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo monaſteria cap. 54.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 7.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regul. reſol. 123. num.* 28. *cum ſeqq.* Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. diſp. 24. q. 6. à princip. & tom. 3. diſp. 1. q. 2. n. 7.* vbi quod militantes ſub regula ſancti Franciſci democratia reguntur, Ioann. Maria Nouar. in lucerna Regul. verbo Fratres num. 1. cum ſeqq. quo loco, me non citato, plura ea nobis mutuatus eſt.

2 Fratres Minores S.Franciſci Aſſiſinatis ſub re-
gula propria ab eodem inſtituti anno 1208. ætatis
ſuæ 27. & conuerſionis 2. Innocentio III. Ponti-
fice, Imperatoribus Occidentis Othone IV.
Orientis Roberto. Diuiſus eſt totus Ordo Fran-
3 ciſcanus in quatuor Congregationes, Conuen-
tualium ſcilicet, Obſeruantium, Tertiariorum de
Pœnitentia, & Capuccinorum; vnaquæque ha-
bet ſuum Generalem diſtinctum ab alia indepen-
dentem, præterquam quod multi ex Tertiariis
per Hiſpaniam, & Italiam viuunt adhuc ſub Ge-
nerali Obſeruantia.

Conuentuales.

Conuentuales Fratres ſic dicti à magnificis, &
4 ſumptuoſis Conuentibus, & amplis ædificiis, ac
clauſtris erectis, vnde quandoque Clauſtrales
appellabantur, Ordinis ſtatum & modum primi-
5 tiuum Religionis in ſumma paupertate prætar-
euntes, magnas poſſeſſiones, & redditus, ac-
quirere cœperunt, ſed vt ea bona in communi
poſſidere poſſent, impetrarunt indultum ab In-
nocentio IV. anno 1244. trigeſimoquinto poſt in-
ſtitutum Ordinem, & profiteri exinde cœperunt
regulam cum limitationa priuilegiorum inuen-
tam & approbatam, vt dicit Rodulphius *lib. 2.
hiſtoria Seraphica fol. 157. col. 2.*

6 Fratres Conuentuales S. Franciſci in temporalibus iam ſuccedunt ac ſi eſſent in ſæculo, *Clemens IV. conſtit. 2. incip. Obtentu 2. Idib. Februarij* 1265. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 106. Sed ipſos vt ſingulos nihil proprium habere poſſe ſtatuit *Pius V. conſtit. 61. incip. Ad extirpandos Idib. Iunij* 1566. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 257.

7 Fratres Conuentuales S. Franciſci vltra biennium in eodem Conuentu manere non poſſunt, niſi ſint ſexagenarij. *Pius V. conſtit.* 67. incip. *Illa*, cuius meminit Thom. Zerola *in praxi Epiſcop. p. 2. verbo Mendicantes* §. 2.

8 Fratres Conuentuales ſancti Franciſci recitare poſſunt ſemel in menſe prima die non impedita alio feſto nouem lectionum officium de ipſo ſancto Franciſco, prout recitatur in die feſto eiuſdem, *Paulus V. conſtit.* 4. incip. *Domini noſtri 20. Martij 1617.*

9 Fratribus Conuentualibus S. Franciſci, eorumque Superioribus ambitum interdixit idem *Paulus V. conſtit.* 18. incip. *Admonemur 4. Septembris 1619.* apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom. 4 pag.....*

10 Fratrum Clauſtralium S.Franciſci Conſtitutiones Vrbanas à Capitulo Generali anni 1625. pro feliciori ipſius Ordinis progreſſu editas confirmauit, *Vrbanus VIII. conſtit.* 87. incip. *Militantis ſub die 15. Maij 1628.*

11 Fratribus Clauſtralibus S.Franciſci conceditur, vt in Conuentibus, in quibus non eſt facta reductio Miſſarum, fieri poſſit in primo Capitulo talis reductio ad rationem ſexaginta ſcutorum pro qualibet Miſſa quotidiana. *Vrbanus VIII. ſua Conſtit.* incip. *Cum Nos 6. Auguſti 1639.*

12 Fratrum Conuentualium S. Franciſci Genera-
lis ad ſexannium eligitur. Et illi conceditur fa-
cultas ſupprimendi & extinguendi Conuentus
pauperes, *Vrbanus Octauus, conſtitution. ſua* incipient.
13 *Cum ſicut 3. Octobris* 1635. Miniſtri Conuentuum ſiue
Guardiani eliguntur à Capitulo Prouinciali per
annum, qui tamen ſunt de menſa Magiſtri Gene-
ralis, triennio durant, ab ipſóque Magiſtro Ge-
nerali eliguntur. Sunt Prouinciæ illorum 31. in
quibus Vicariæ ſeptem, cuſtodiæ 108.

14 De his Conuentualibus, qui plura in ſpecie ſcire cupit, videat Rodulphium *in hiſtoria Seraphica Relig. lib. 2.* Fr. Ludou. Miranda *d. to. 1. quæſt. 12. art. 1. concl. 3.* Suar. *d. cap. 7. n. 6.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 123. num. 30.* vbi *num. 31.* dicit quod Philippo II. inſtante in Hiſpania omninò extincta eſt Conuentualitas iuſſu Pij V. anno Domini 1566.

Conuentuales Reformati.

15 Fratres Minores Conuentualium Reformati ex merè Conuentualibus prodierunt, quos approbauit, eoſque ſui priuilegiis, & gratiis Fratrum Minorum Conuentualium voluit, ac alios Fratres Minores cuiuſcunque Ordinis S. Franciſci recipere prohibuit *Sixtus V. conſtit.* 68. incip. *Apoſtolici Idib. Octobris* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 597.

16 Fratres Minores Conuentuales reformati caputium, ſiue habitum ſimilem Capucinis deferre, ac Capuccinos recipere non poſſunt. *Gregorius XIV. conſtit.* 11. incip. *Beati 6. Iulij* 1591. apud Laert. Cherub. *in Bull. tom 2. p. 609.*

17 Fratribus Minoribus Conuentualibus Reformatis vniuit loca & bona Fratrum Minorum diſcalceatorum per Italiam degentium, & ad eos tranſire indulſit, *Sixtus V. conſtit.* 99. incip. *Cum ſicuti 20. Octobris* 1589. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag* 669. Habent Conuentus aliquot, qui plurimum valent per Italiam, ſed nonnulli extincti iam ſunt.

Obſeruantes.

18 Fratres Obſeruantes ex pluribus reformationibus originem ſumpſerunt; nam cum præclaris

hic

19 hic Ordo aliqua ex parte collapsus esset, incœpe-
runt plures reformationes, & primum Cæsa-
20 rini dicti sunt de anno 1244. Alia huius Ordinis
cœpit reformatio anno 1294. sub Cælestino V. à
21 duobus fratribus Angelo scilicet Antelignano &
Angelo de Cingulo, qui Clareni ex eo dicti sunt
quod primum in monte Claro habitare cœpe-
runt. Apud nostros Lusitanos de anno 1398. cœpit
alia Regularis obseruantiæ institutio à Fr. Didaco
Arias, & Gundisalno Marino, & aliis Castella-
nis, & Gallecis Patribus. Et triginta annis post
incœptam reformationem à Fr. Paulo de Trincis
in prouincia S. Angeli ex Regno Neapolitano,
22 quæ dicitur Capitanata, arctissima cœpit refor-
23 matio sub B. P. Ioanne à Stronconcomio, & Fr.
Thoma Florentino professione laico, qui Patres
24 de sancto Euangelio fuerunt appellati. Coletano-
rum alia fuit reformatio à Coleta muliere illa
piissima (quæ Clarissas reformauit sorores) sic
25 dicti, quæ incœpit anno 1410. Et Amadæi, qui Me-
diolani à B. Amadæo Lusitano viro sanctissimo,
26 & nobilissimo instituti nomen habuerunt anno
1460. cœperunt. Denique Ordinem in Italia Fr.
Petrus Caperolus reformauit, qui & Caperolanis
Fratribus nomen dedit anno 1477. Hi omnes, qui
à propriis regebantur Vicariis sub Generalis Con-
uentualium Ministri obedientia Fratribus de Ob-
seruantia adhæsere, qui de Obseruantia Ordo à
B. Bernardino de Senis, & B. Ioanne de Capistra-
no sanctissimis viris nimium & in Italia, & in
Gallia, Germania, ac Polonia auctus, & restitutus
fuit anno 1440. Eugenio IV summo Pont.

27 Fratres Obseruantes à Conuentualibus se-
iunxit, & eorum Ministrum Generalem ad sex annos eligi posse statuit *Leo X constit.* 23. incip. *Ite* 4. *Kalend. Iunij* 1517. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1 *pag.* 511.

28 Fratres Obseruantes in processionibus, & aliis actibus publicis Fratribus Conuentualibus præcedere voluit idem *Leo X. constit.* 26. incip. *Licet* 6. *Decembris* 1517. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1 *pag.* 620.

29 Fratribus Obseruantibus demum vniti fuerunt Fratres Amadæi, & Clareni à *Pio V. constit.* 13. incip. *Beatus* 10. *Kalend. Februarij* 1568. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 247.

30 Fratres Obseruantes recitare possunt feria quinta Officium sanctissimi Corporis Christi non tamen in illis de Aduentu, & Quadragesima, aut Officio duplici impeditis, Idem *Pius V. constit.* 52. incip. *Expon.* 8. *Ianuarij* 1568. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 247.

31 Fratribus Obseruantibus, eorumque Superioribus ambitum interdixit *Paulus V. tom.* 4. *Bullarij constit.* 16. incip. *Admonemur* 8. *Aprilis* 1619.

32 Fratribus de Obseruantia quascunque præcedentias, seu paternitates concessas præter Constitutiones Ordinis auctoritate Apost. confirmatas reuocauit *Gregorius XV. constit.* 41. incip. *Pastoralis* 3. *Februarij* 1623.

33 Fratrum de Obseruantia Minister Generalis qui sexcennio durat, sicut in præteritum visus est, ita in præsentiarum vti potest titulo & sigillo cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, vt contra Conuentuales huiusmodi titulum reformari contendentes censuit *Sacra Congr. Rit. sub die* 22. *Mart.* 1631. refert me citato Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Generalis num.* 4.

34 Fratres de Obseruantia habent sub se prouincias 93. Custodias quinque, Vicarias 24. Conuentus 2300. Religiosos centum sexaginta tria millia nongentos, refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Religion. num.* 70.

35 De Obseruantibus qui plura scire cupit videat Suar. *d. cap.* 7. *num.* 6. Ascan. Tamburin. *d. q.* 6. *n.* 3. Hieron. Roderic. *d. resol.* 123. *num.* 31. vbi quod Hispaniæ cœpit Obseruantia tempore Regum Catholicorum Ferdinandi, & Isabellæ ad eorum instantiam.

Reformati, Recollecti, seu Discalceati Obseruantium.

36 Ex Fratribus de Obseruantia prodierunt Re-
formati Obseruantes, quos nunc Recollectos,
Discalceatos, seu aliàs Reformatos appellamus,
quòd in puritate sua paupertatem, & regulam B.
Francisci nitantur obseruare. Plures Constitutio-
nes pro feliciori eorum gubernio editæ sunt. Im-
primis *Gregorius XV. constit.* 8. incip. *Onerosa* 1. *Sep-
tembris* 1621. *in Bullario tom.* 3. apud Angel. Mariam
37 Cherubin. *p.* 287. statuit vt Reformati huiusmodi
teneantur seruare disposita in Constitutionibus
Gregorij XIII. & Clementis VIII. Et quod non
possint accedere ad Capitulum Prouinciale, sed
solum ipsorum Custos, qui habet tantum vo-
cem actiuam, & quod non possint habere inter
Obseruantes, seu de familia aliquam dignita-
tem, seu officium, & quod non possint prædicare,
& eleemosynam petere intra limites Conuen-
tuum Obseruantium de familia, nisi Prouincialis
facultate obtenta in scriptis, & è conuerso, &
quod non possint peregrinari nisi litteris obedien-
tialibus prius registratis à Superiore subscriptis
cum annotatione diei discessus, & determinatio-
ne redditus: & demum quod eorum Superior in
quolibet Conuentu debet habere clauem, qua
cellas subditorum aperire & visitare possit ad li-
bitum saltem cum duobus. Deinde *S. Cong. Episcop.*
38 *& Regular.* 14. *Iunij* 1628. apud Angel. Mariam
Cherub. *tom.* 4. *Bullarij pag.* 68. censuit Fratres de
familia liberè ad reformationem transire posse in
quocunque tempore etiam extra Capitulum &
Congregationem, & ad reformationem transeun-
tes annum vnum à die suæ receptionis compu-
tandum ad deliberandum habere debere an in illo
statu velit remanere, quo anno expleto Superior
Reformatorum, Custos videlicet, vel Prouincia-
lis ad Conuentum, in quo dictus Frater de fami-
lia commoratur, se transferat, ibique informatio-
nem simplicem capiat per seipsum aut substitu-
tum, qui non sit de familia illius Conuentus, in
quo Frater in reformatione incorporandus repe-
39 ritur. Censuit item & declarauit eadem S. Cong.
ad eam esse recurrendum in facienda assignatione
aliquorum Conuentuum Obseruantium de fa-
40 milia Fratribus Reformatis: necnon nouitios
41 inter reformatos non esse recipiendos extra Capi-
tula, vel Congregationes Capitulares Ministrum-
que Prouincialem eligi posse ex familia vel ex re-
formatione iuxta antiquam consuetudinem Reli-
gionis. Itaut quando Minister Prouincialis eligi-
tur ex Fratribus Reformatis, Custos reformatio-
42 nis non eligatur, sed ipsemet Minister ipsam re-
formationem regat & moderetur, & quando Mi-

nister Prouincialis fuerit Reformatus, tunc Cu-
stos mittendus ad Comitia generalia eligatur ex
Patribus de familia,& vice versa. Et quod procu-
43 rator Patrum reformatorum in Curia nomine-
tur à Generali. item *Vrbanus VIII. constitut.* 13. incip.
Romanus Pont. 7. *Martij* 1624. apud Angel. Mariam
Cherub. *tom.* 4 *pag.* 27. statuit Fratres Reformatos
44 sub obedientia Ministri Generalis Minorum de
Obseruantia degere debere prout degebant, &
viuebant ante dictam Constitutionem Gregorij
45 XV. necnon hospitium sancti Isidori de Vrbe pro
prouincia Reformatorum discalceatorum His-
paniæ & Indiarum dicto Ministro Generali subti-
ci, qui pro sua prudentia Religiosis ex illis pro-
uinciis ad Romanam Curiam venientibus pro-
dere debebit. itē idē *Vrbanus VIII. const.* 23. *aliàs* 135.
incip. *Inter grauissimas* 23. *August.* 1634. apud Ang.
46 Mariam Cherub. *in Bullario to.* 4. *pag.* 49. Ordinauit
q̄ nulli Reformatorum ius præcedendi siue hono-
rarioris loci competit nisi Ministro, Cōmissario,
Vicario, & Procuratori Generali, ministris Prouin-
cialibus, Commissariis, & Vicariis Prouincialib.,
si fuerint ex Reformatis, Custodibus reforma-
tionum, Commissariis, Visitatoribus, Guardianis,
Præsidentibus, seu Commissariis, & Vicariis lo-
calibus, qui tamen expletis eorum officiis ad lo-
cum & præcedentiam Ordinis redibunt tam ij,
qui iam habitum per dictos Fratres Reformatos
gestari solitum susceperunt, & de cætero susci-
pient, quam ij, qui se à Fratribus de Obseruantia
ad Fratres Reformatos huiusmodi canonicè tran-
stulerunt, & transferent, exceptis tamen iis, qui
officio Ministri Generalis Cismontanæ familiæ
functi sunt, vel fungentur, qui post Superiores a-
47 ctuales immediatè locum habeant. Deniq; idem
Vrbanus VIII. constitut. 32. *aliàs* 142. incip. *Religiosos
viros* 3. *Decembris* 1635. apud Angel. Mariam Cheru-
bin. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 54. mandauit quod in
prouinciis Hispaniarum, & Indiarum Fratrum
discalceatorum sancti Francisci de Obseruantia
amplius non sint, nec habeantur tituli lectorum
iubilatorum, nec exemptione Patris gaudeant,
nisi qui Minister Prouincialis fuerit.

Tertiarij de Pœnitentia.

48 Tertiarij de Pœnitentia nuncupati ita dicun-
tur, quia postquam sanctus Franciscus primum
Ordinem anno 1208. & secundum S. Claræ, siue
Damianitarum anno 1212. instituerat, tandem anno
1221. in oppido Canarij, quod ab Assisio quatuor
milliaribus distat, idem Gloriosus Sanctus amore
Iesu Christi maximè flagrans, & omnium salutem
ardenti desiderio anhelans, alium ordinem insti-
tuit, qui præcedentium respectu dicitur tertius,
eumque de Pœnitentia nominauit, fortassis, vt
placet S. Bonauenturæ, quia sicut pœnitentia est
via communis ad cœlum, sic ordo iste omnes cu-
iuscunque status & sexus, clericos, & laicos, virgi-
nes, viduas, & coniugatas amplectitur, neminem
excludit, omnesq; hunc ordinem ingredi, illum-
que profiteri possunt. Quem quidem ordinem
nedum coniugatis vtriusque sexus, verumetiam
Fratribus, & Monialibus in communi viuenti-
bus, ac tria vota substantialia solemniter emit-
tentib. florere iam diu cœpisse refert *Clemens VII.*
49 *sua constit.* incip. *Ad vberes, Idib. Martij* 1526. & vt ha-
betur *in Chronicis p.* 3 *lib.* 1. *c.* 38. videtur quod de an-
no 1421. Fulgineæ sub auspiciis B. Angelinæ de
Theramo ciuitatis Aprutij Comitissæ incœpe-
rit tertius Ordo de pœnitētia facere vota solem-
nia de cōmunitate, imo horum Fratrū in commu-
ni viuentium sub tribus votis essentialibus. *Leo X.
constit* 42. incip. *Inter cætera*, 20. *Ianuarij* 1521. apud
Laert. Cherub *in Bullario tom.* 1 *pag* 541. Illis multa
priuilegia, indulta, & gratias concesserunt, & con-
firmarunt Summi Pontifices, quæ in vnum col-
legit R.P. Antonius de Sillis Bergomens. Et in
processionibus; aut debent incedere sub Cruce
Obseruantium, aut si vellent propriam Crucem
habere, debent seruare constitutionem Gregorij
XIII. *Sacra Congregat. Rit. in Neapolitana* 23. *Martij*
1602. quam refert Sellius *in select. Canon. c.* 81. *n.* 10.
50 Fratres Tertij Ordinis S. Francisci de Pœniten-
tia habitum portare debent, qui conficiatur ex
quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ & ex v-
na lanæ albæ. *Clemens VIII. in constitut. sua* incip. *Vt
ea, sub dat.* 27. *Aprilis* 1600. Et illud distinctum à co-
lore habitus Fratrum Minimorum S. Francisci de
Paula gestare tenentur. *Paulus V. constitut.* 68. incip.
Inter graues, 14. *Augusti* 1610. apud Laert. Cherub. *in
Bullario tom.* 3. *pag.* 255.
51 Fratres Tertij Ordinis de Pœnitentia iam diu
proprium Generalem ad triennium duraturum
obtinuerunt à tempore, quo cœperunt in com-
munitate viuere, & vota solemnia emittere, quem
licet Pius V. constit. sua incip. Ea est, 5. Non. Iulij
1568. extinxerit, volueritque vt vniuersi & singuli
Fratres & Sorores Tertij Ordinis vbilibet consti-
tuti Generalem, & Prouinciales Ministros Ordi-
nis Fratrum Minorum de Obseruantia tanquam
Patres, & Superiores suos, eorumque monita &
mandata humiliter & deuotè acceperint, & com-
munem eis Protectorem cōstituerit, nihilominus
tamen *Sixtus V. sua constitut.* incip. *Romani Pontificis*
29 *Martij* 1586. restituit tertium Ordinem in pristi-
num, vt possit, sicut prius, Generalem per trien-
nium creare, immo & illum ad aliud triennium
confirmare, non tamen Commissarium Genera-
lem: qui Generalis intra duos menses confirma-
tionem à Generali de obseruantia petere tenea-
52 tur, litteris Pij V. quoad Protectoris deputatio-
nem in suo robore permanentibus. Generali hu-
iusmodi facultatem tribuit Gregorius XV. Con-
fraternitates Cordigerorum erigendi, & institu-
tas Archiconfraternitati Ecclesię S. Francisci Fra-
trum Minorū Assisien. aggregandi in domorum,
& locorum Regularium tertij Ordinis Ecclesiis,
vbi Minorum Conuentualium, ac de Obseruan-
tia Domus, seu Conuentus non existant, vt *in eius
constit* incip. *Aliàs, sub die* 27. *Iunij* 1622.
Fratres tertij Ordinis de Pœnitentia habent
53 per Italiam, Siciliam, & Dalmatiam prouincias
18 Conuentus 150. qui subduntur suo Generali,
computatis verò illis, qui in Italia & extra illam
subduntur Generali de Obseruantia, numerātur
Conuentus 327. & Religiosi tria millia nongenti
& nonaginta, refert Aldan. *in compendio Canon. re-
sol lib.* 1. *tit.* 29. *de Relig n.* 71.
De his Tertiariis qui plura scire cupit, legat
54 Ioannem de Capistrano in defensorio tertij Ordi-
nis B. Francisci, Dionysium Carthus. in tertiam S.
Francisci regulam, Bernardin de Bosto *de imitatio-
ne Christi per assumptionem status tertij Ordinis de Pœ-
nitentia*, Carol. de Tapia *in d. auth. ingressi. verbo mo-
nasteria, c.* 54. *num.* 6. *cum seqq.* latè Anton. de Sillis *in
libro*,

libro, cui titulus est, Studia, originem, prouectum, atque complementum tertij Ordinis de Pœnitentia S. Francisci concernentia, Neapoli 1622. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resolut.* 136. Ascan. Tamburin. *d. tom. 1. disp.* 14 *q.* 2. *n.* 7.

Reformati Tertiariorum de Pœnitentia.

55 Ex Fratribus Tertiariis sunt alij Reformati, qui cœperunt in Gallia anno Domini 1595. nam extincta ferè memoria Regularis obseruantiæ tertij Ordinis ob hæreticorum prauitatem, & bella ciuilia illic grassantia, R. P. Vincentius Mussart Parisiensis Prædicator Regius, & vir admodum spectatæ probitatis, vnà cum B. Francisco Mussart germano suo, ascitis etiam nonnullis aliis piis ac religiosis viris, prædicto anno reformationi huiusmodi cum auctoritate Clementis VIII. ita sollicitè incubuere, vt vsque hodiernum diem quamplura antiqua Monasteria restaurauerint, nouaque erexerint in diuersis Galliæ prouinciis, necnon in Lotharingia, & Burgundia, in quibus habent etiam sub tegimine suo diuersa Monialium Monasteria sub eodem instituto, & reformatione militantium; gaudent multis priuilegiis sibi per diuersos Summos Pontifices concessis, & præcipuè *per Paulum V. constit. sua* incip. *Quæ pro augenda*, 14. *Martij* 1613. Vacant prædicationibus, conferentiis, & controuersiis in hæreticos, confessionibus infirmorum, visitationibus, & cæteris pietatis officiis, vt refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 19. de Religion n.* 72.

Capuccini.

56 Fratres Capuccini sic dicti à caputio oblongo & acuminato, quod gerunt ad imitationem sancti Francisci, cuius fuisse illum habitum contendunt, initium sumpserunt à quibusdam Fratribus Minoribus anno 1525. quorum Congregationem approbauit *Clemens VII. constit.* 21. incip. *Religionis Zelus* 3. *Non. Iulij* 1528. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 589. vbi concedit quod possint barbam deferre, & habitum cum caputio quadrato gestare teneantur à nobis mutuatus est Ioan. Maria Nouar *in lucerna Regul. verbo Capuccini num.* 1.

57 Fratrum Capuccinorum nomen & habitum, aliumque ei consimilem nulli deferre licet, *Paulus III. constit.* 11. incip. *Exponi* 8. *Kalend. Septembris* 1536. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag* 652. *Gregorius XIV. constit.* 11. incip. *Beati Francisci* 6. *Iulij* 1591. & *Gregorius XV. constit.* 15. incip. *Ex iniuncto* 9. *Decembris* 1621. vbi confirmat & innouat Constitutiones Pauli III. & Gregorij XIV. super prohibitione delationis habitus Fratrum Capuccinorum, vel consimilis habitus per alios Regulares; necnon commendat, & mandat Ordinariis locorum Regnorum Hispaniæ, Franciæ, aliorumque Regnorum, & prouinciarum Italiæ ne aliis quibusuis Religiosis cuiuscunque Ordinis, Societatis, & Instituti Regularibus sub quouis prætextu in posterum nomen, vel habitum ipsorum Fratrum Capuccinorum sibi vindicare, vel vsurpare permittant, sed ipsas editas Constitutiones per ecclesiasticas censuras, & pœnas obseruari faciant.

58 Fratres Capuccini sunt Minores sancti Francisci Fratres, & trahunt originem vere ex linea non intermissa sancti Francisci. *Vrbanus VIII.* *constit.* 68. incip. *Saluatoris* 28. *Iunij* 1627. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Capuccini num.* 3. Et quod sunt verè Fratres Minores S. Francisci, & eorum Constitutiones sunt consentaneæ regulæ S. Francisci. *Paulus V. constit.* 50. Incip. *Nuper* 7. *Iulij* 1608. apud Laert. Cherub. *tom 3. pag* 242. & *Vrbanus VIII. constit.* 68. §. 2. & 4. incip. *Saluatoris* 18. *Iunij* 1627 apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4 pag.* 85.

59 Fratribus Capuccinis prohibitus est transitus ad alium Ordinem seu Congregationem sine licentia Sedis Apostolicæ. Ad Carthusienses verò nisi cum licentia Ministri Generalis in scriptis ex quauis causa. *Vrbanus VIII. constit.* 91. §. 2. incip. *Iniuncti* 9. *August.* 1628. cuius meminit Nouar. *d. loco num.* 4. Vnde Fratres B. Mariæ de Mercede Capuccinos non recipiunt. *Paul. V constit.* 50. incip. *Nuper* 7. *Iulij* 1608. apud Laert. Cherub. *tom* 3. *pag.* 242. Nec Fratres Conuentuales eos recipere possunt. *Gregorius XIV constit.* 1. incip *Beati Francisci* 6. *Iulij* 1591. apud Laert. Cherub *tom. 1. pag* 696. Nec Fratres Minimi sancti Francisci de Paula. *Pius IV. constit.* 45. incip. *Quamuis Kalend. Ianuar.* 1562. apud Laert. Cherub. *tom. 2 pag.* 60. Superiores Capuccinorum admittentes Fratres Minores de Obseruantia sine requisitis excommunicantur, & Officio priuantur. *Sixtus V. constit.* 20. incip. *Pro ea* 28. *Ianuarij* 1586. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 514.

60 Fratrum Capuccinorum laici professi inter eundum, & sedendum, & in publicis, & priuatis actionibus, & vbique nouitiis clericis nondum professis præcedere possunt, & debent. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Nuper* 7. *Maij* 1631.

61 Fratribus Capuccinis conceditur facultas propriam Crucem in publicis processionibus erigendi ad formam Constitutionis felicis record. Gregorij XIII. incip. Exposcit Pastoralis officij, & etiam vbique locorum. *Paulus V. tom.* 4. *Bullarij constit.* 9. incip. *Pastoralis* 12. *Octobris* 1617. *Sacra Congr. Rit. in causa Capuccinorum* 21. *Maij* 1618. Postea verò *sub die* 10. *Iulij* 1621. *Eadem Sacra Congreg.* declarauit erectionem Crucis fuisse concessam Capuccinis in iis tantum locis in quibus iam sub propria Cruce, seu in proprio loco sub Cruce Cleri in processionibus ante huiusmodi concessionem incedebant, eundem locum retinere debere, meminit Ioan. Maria Nouar *citato loco num* 11.

63 Fratres Capuccini debent tribuere præcedentiam in processionibus iis Regularibus, qui sub propria Cruce, & in proprio loco incedebant antequam ipsi Crucem propriam deferrent. *S. Cong. Rit. in causa Capuccinorum* 23. *Mart.* 1619. de quo Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Capuccini num.* 12.

64 Fratres Capuccini in ciuitate Salernitana possunt propriam Crucem erigere in processionibus, licet prius incederent sub Cruce Conuentualium, vt declarauit *Sacra Congr. Rit. in Salernitana* 30. *Aprilis* 1616 quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 22. *num.* 18.

65 Fratres Capuccini indultum habent celebrandi Officium de sancto Conrado tertij Ordinis S. Francisci *Vrbanus VIII. constit.* 47. §. 1. incip. *Domini* 12. *Septembris* 1625. penes Ioan. Mariam Nouar. *citato loco num.* 10.

66 Fratres Capuccini gaudent priuilegiis Monachorum Camaldulensium, & Fratrum Minorum. *Clemens VIII. constit.* 21. incip. *Quæ ad prosperam* 24. *Aprilis* 1596. apud Laert. Cherub *tom* 2. *pag.* 26.

& de illa Ioan. Maria Nouar. *dicto loco num* 9.

67 Fratres Capuccini in Hispania noua loca recipere possunt. *Paulus V. constit.* 27. incip *Ad vberes* 5. *Septembris* 1606. apud Laert. Cherub *tom.* 3. *pag.* 211.

68 Fratres Capuccini in Capitulo generali tantum deputati Confessiones audire possunt. *Clemens VIII. constit.* 82. incip. *Alias* 5. *Februarij* 1601. apud Laert. Cherub *tom.* 3. *pag* 129.

69 Fratres Capuccini comprehenduntur sub decreto, quo cauetur vt nulli recipiantur Conuentus Regularium, nisi præter alia ad id requisita duodecim saltim Fratres in eis degere & competenter sustentari valeant, itaut alioquin subsint iurisdictioni Ordinarij. *Sacra Cong. Conc super decretũ de celebrat. Missarum dub.* 18. *de anno* 1626. post meum tract. *de officio & potest. Episcopi pag.* 11. & illius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Capuccini num.* 7.

70 Fratrum Capuccinorum Generalis vsque ad annum 1625. durabat per quinquennium, nunc ad sexennium eligitur. Habent sub se prouincias 42. Conuentos 1240. Religiosos septemdecim millis ducentos quinque, vt refert Aldan. *in compendio Canonic resolut lib.* 1. *tit.* 19 *de Religion. n.* 72.

71 De Capuccinis qui plura scire cupit, consulat Iosephum Zarlinum *de origine Capuccinor.* Paul. Morig. *de origine Relig. lib.* 1. *c.* 52. Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib.* 5. *pag.* 375. Carol. Tapia *in d. auth. ingressi verbo monasteria cap.* 54. *num.* 14. *cum seqq.* Suar. *d. c.* 7. *n* 6. *in fine*, Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 123 *num.* 32. Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol.* 109. Ascanios Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 6. *num.* 9. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Capuccini*, quo loco plura à nobis tacite mutuatus est.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur, qui de ordine sanctissima Trinitatis agunt.*

2 *Fratres Ordinis Sanctissima Trinitatis à quibus, & quando instituti, & confirmati?*

3 *Fratres Ordinis Sanctissima Trinitatis occupantur in redimendis captiuis.*

4 *Priuilegia gratia, & indulta tam spiritualia quam temporalia Ordini Sanctissima Trinitatis concessa confirmantur.*

5 *Fratres Sanctissima Trinitatis Regni Portugalia gaudent omnibus gratijs, & priuilegijs concessis Fratribus eiusdem Ordinis prouincia Castella.*

6 *Fratres Ordinis Sanctissima Trinitatis ad partes infidelium pro redimendis captiuis se transferentes, quam facultatem absoluendi, & dispensandi cum eis habeat ostenditur.*

7 *Confraternitas Misericordia in Regno Portugalia emanauit ex Ordine Sanctissima Trinitatis.*

8 *Habitus Fratrum ordinis Sanctissima Trinitatis qualis, quot prouincias, & monasteria habeant.*

Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis.

COLLECT. CCCLXXXVII.

1 DE his S. Antonin. *in sum. p.* 3. *tit.* 16. *c.* 1. *§.* 2. *& p.* 2. *histor. cap.* 1. *§.* 3. Cassan. *in catalogo gloria mundi p.* 4 *consid.* 61 Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 7 *cap.* 41. Genebrard. *in chronog lib* 1. *anno à Christo nato* 1199. Garibai *in compend. histor. Hispan. lib.* 12. *cap* 28 Pineda *in monarchia Ecclesiast. lib* 22. *cap.* 13 Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 6. *cap.* 18. *& in chronicis Ordinis Eremitar. sancti Augustini cent.* 8. *ad annum Christi* 1163. Tarcagnota *in historia vniuers. p.* 2. *lib.* 3. Fr. Petrus Lopez de Altuna *en la* 1. *p. de la Chronica general de la Orden de la sanctissima Trinidad. Redempcion de Cautiuos impressa en Segouea* 1637. Emman. Reinoso *en el libro de la Concepçion purissima de Maria sanctissima en el discurso proemial*, Fr. Emman. de Lemos *Lusit. en el tratado de la institucion de la Orden*, Petr. Mariz *in dialog. varia histor. lib.* 2. *cap.* 10. Fr. Lodouic. Osor. *de viris illustrib. & sanctis huius Relig.* Fr. Francisc. Barba *in lib. de origine illius*, Gualter. *in tabul. chronog. anno* 1208. Illescas *in historia Pontific. libr.* 5. *cap.* 32. Marquez *de origine eremitar. S. Augustini cap.* 3. *§.* 2. Renat. Chopin *lib.* 1. *monast. cap.* 1. *num.* 17. *& cap.* 10. *num.* 41. Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib.* 3. Paul. Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 63. Azor. *instit. moral p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 1. *quæst.* 8. Aubert. Miræ *lib.* 1. *de statu Ecclesia Cathol. cap.* 24. *& de origine monast lib.* 1. *cap.* 8. Carol. de Tapia *ad auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria c.* 22. Carillo *in analib. chronolog lib.* 4. *anno* 1198 *pag.* 343. Venero *en su enchirid. de los tiempos fol.* 101. *in nouiss. impress.* Valenzuel. *consil.* 1. *num.* 13. *&* 14. Fr. Ferdinand. de Camargo *in epitome histor. Ecclesiast. sub anno* 1198. *fol.* 247. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul resol.* 123. *num.* 19. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24 *quæst.* 4. *num.* 57. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Fratres num.* 15.

2 Fratres Sanctissimæ Trinitatis instituti sub regula propria data sanctis viris Ioanni Mattæ, & Felici Anachoretis Gallis anno 1198. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Henrico VI. Orientis Alexio Conneno; approbatus ab eodem *Innocentio constit.* 9. incip. *Operante* 14. *Kalend. Iulij* 1209. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *p.* 40. *alias pag.* 76. in nouiss. impress. Dicitur etiam hæc familia in Bullis Apost. Cerui frigidi à primo monasterio, & capite familiæ prope fontem Cerui frigidi erecto non longe ab Vrbe Meldensi Archiepiscopo Senonensi suffraganea. Hunc eundem Ordinem confirmasse Honorium III. Gregorium IX. Cælestinum IV. Innocentium IV. Alexandrum IV. Vrbanum IV. Clementem IV. Gregorium X. Clementem V. & VI. Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. Paulum III. Iulium III. Paulum IV. & Pium V. testatur Gregorius X. *sua Constit.* incip. *Regiminis militantis* 19. *Martij* 1575.

3 Fratres sanctissimæ Trinitatis ex Instituto suo occupantur in redimendis captiuis è seruitio infidelium, vnde eleemosynas pro dicto opere quærere possunt, & non sunt quæstores, sed veri Religiosi. *Clemens VII. constit.* 7. incip *Gratum* 15. *Kalend. Maij* 1514 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 570. alias *pag* 479.

4 Fratribus sanctissimæ Trinitatis concessa priuilegia, gratias, & indulta tam spiritualia quam temporalia confirmauit *Gregorius XV. constit.* 21. incip. *Iniuncti* 18. *Aprilis* 1622. apud Angel. Mariam Cherub. *tom* 3. *pag.* 509. in nouiss. impress.

5 Fratres sanctissimæ Trinitatis in nostro Portugaliæ Regno existentes gaudent omnibus gratijs, &

& priuilegiis concessis Fratribus eiusdem Ordinis existentibus in Prouincia Castellæ, Leonis & Bethicæ. *Paul. III. constit.* 2. incip. *Inter curas Idib. Nouembris* 1534. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 614. aliàs *pag.* 511. in nouiss. impress.

6 Fratribus Ordinis sanctissimæ Trinitatis ad partes Infidelium se transferentibus pro redimendis captiuis conceditur facultas audiendi Confessiones ibi degentium, eosque absoluendi, Presbyterosque super irregularitate dispensandi, captiuos à votis absoluendi, bona incerta per eosdem male parta condonandi, paramenta, & ornamenta ecclesiastica benedicendi. Conceditur etiam quod Religiosi, & alij Presbyteri etiam captiui certis horis Missam in Altari Portatili illis partibus celebrent, & Sacramenta ecclesiastica certo modo ad Christi fideles deferant; permittiturque dictis Fratribus bona eis data impendere in eorum, & captiuorum vsum, redemptionemque eorundem, Missarumque celebratio pro animarum à Purgatorio liberatione; itemque indulgetur plena Indulgentia Christi fidelibus in illis partibus degentibus statis diebus confessis, & Sacra Communione refectis. *Paulus V. constit.* 40. incip. *Ex omnibus de anno* 1608. Apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 228. aliàs *pag.* 167. in nouiss. impress.

7 Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis ex congregatione emanauit in Regno Portugaliæ Confraternitas Misericordiæ operibus pietatis plena anno 1498. à quodam Fr. Michaele de Contreras Sacræ Theologiæ Magistro, & à Confessionibus Reginæ Leonoræ vxoris Emmanuelis Regis Portugaliæ, qui primiui fuerunt Confratres cum aliis ex Regia progenie oriundis, de qua Confraternitate vbique terrarum celeberrima, & de illius institutione agunt per me citati *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 75. *n.* 17.

8 Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis vtuntur vestibus candidis, portant in pectore Crucem ex rubro & cæruleo colore, omnes ab vno reguntur Generali, cui administratio eius vita durante conceditur, qui in Capitulo generali eligitur. Habet Ordo prouincias 18. monasteria 145. in quibus sunt circiter 4. millia Religiosorum. Generalium seriem vsque ad annum 1620. enumerat Claudius Robert. in sua Gallia Christiana tit. de Generalib

---

SVMMARIVM.

1 *Discalceati sanctissimæ Trinitatis à quo, & quando instituti?*

2 *Prouincias duas ex Conuentibus Ordinis sanctissimæ Trinitatis reformati in Hispania sub gubernio vnius Vicarij erigi mandauit Paulus V.*

3 *Reformationem Ordinis SS. Trinitatis inter cæteros Ordines Mendicantes adscribi voluit idem Paulus V.*

4 *Reformati Fratres Ordinis sanctissimæ Trinitatis vltra tria vota substantialia quartum aliud emittere debent.*

5 *Donatorum ad habitum personas seculares recipere non possunt Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis.*

6 *Officium sanctissimæ Trinitatis, & SS. Sacramenti eodem modo & iisdem diebus recitare possunt Reformati SS. Trinitatis, quibus Fratres non Reformati recitant.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

7 *Officia duo vnum de sanctissima Trinitate, & alterum de sanctissimo Sacramento duobus diebus non impeditis officio nouem lectionum singulis hebdomadis recitare possunt Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis.*

8 *Reformati SS. Trinitatis iam professi ad nullum alium Ordinem se transferre possunt nisi obtenta licentia suorum Superiorum, excepto Ordine Carthusianorum.*

9 *Oratio mentalis per duas horas qualibet die facienda est à Reformatis Ordinis sanctissimæ Trinitatis.*

10 *Indultum habent Fratres Reformati Ordinis Sanctissimæ Trinitatis quærendi, petendi, recipiendi eleemosynas, oblationes, & legata pro redemptione captiuorum relicta.*

11 *Celebrare super Altare portatili possunt Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis in Africa, & aliis Turcarum partibus.*

12 *Exemptionem à iurisdictione, obedientia, & superioritate Ministri Generalis Calceatorum obtinuerunt Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis.*

13 *Transitus non conceditur Patribus Reformatis ad quoscunque Ordines etiam Minimorum.*

14 *Electio & confirmatio Ministri Generalis Fratrum Reformatorum Congregationis Hispaniarum Ordinis sanctissimæ Trinitatis quomodo facienda.*

Fratres Reformati Discalceati Ordinis sanctissimæ Trinitatis.

COLLECT. CCCLXXXVIII.

1 CONgregatio, quam appellant Fratrum Reformatorum discalceatorũ Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorũ, instituta & fundata fuit à P. Ioanne Baptista, qui considerans Ordinem temporum iniuria, hominum stupiditate à primi eius instituti regularis Obseruantia deflexisse, diuina inspirante gratia arctioris vitæ zelo ductus primum huius Ordinis institutum imitari cupiens à Clemente VIII. reformationem obtinuit, in qua primitiua regula à Fratribus Reformatis, seu Discalceatis obseruaretur, vt constat ex eius *Constit.* 62. incip. *Ad militantis Ecclesiæ* 20. *Augusti* 1595. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 63. in nouiss. impress.

2 Fratrum Reformatorum Ordinis sanctissimæ Trinitatis ex Conuentibus erectus, in Hispaniæ Regnis Prouincias duas instituit sub gubernio vnius Vicarij Generalis, qui Ministro generali totius Ordinis tantùm subesset, *Paulus V. constit.* 59. incip. *Ex debito de anno* 1609. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag* 247. aliàs *pag.* 180.

3 Fratrum sanctissimæ Trinitatis reformationem inter cæteras Religiones Mendicantes adscribi voluit, *Paulus V. constit.* 60. incip *Ecclesia Catholica* 15. *Decembris* 1609. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 248. aliàs *pag.* 181. in nouiss. impress.

4 Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis tempore suæ professionis vltra tria vota substantialia, quartum aliud emittere debent, non prætendendi scilicet nec per se nec per alios directè, vel indirectè Prælaturam vllam nec intra, nec extra Religionem. *Paulus V. constit.* 61. *aliàs* 39. incip. *Quapiè* 10. *Februarij* 1610. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 3. *pag.* 249. aliàs *pag.* 181. in nouiss. impress.

5 Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis recipere non possunt parsones seculares ad habitum Donatorum sub pœna priuationis Officiorum, & perpetuæ inhabilitatis sed tantum duo genera Religiosorum, vnum videlicet clericorum Ecclesiæ ministeriis vacantium, & alterum laicorum ad eleemosynas colligendas, & alia ministeriorum seruitia attendentium *Vrbanus VIII. constit. 25. aliàs 135.* Incip. *Cum sicut 29. Octobris 1634.* apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. Bullarij in appendice pag. 44.*

6 Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis, & sanctissimi Sacramenti eodam modo, & iisdem diebus, & temporibus, quibus Fratres eiusdem Ordinis non reformati ex priuilegio Clementis VIII. recitant, illisque in omnibus circa huiusmodi Officia se conformant vt censuit *Sacra Congreg. Rit. in causa sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum 14. Februarij 1615.* cuius meminit Sallius *in select. Canon. cap. 25. num. 8.*

7 Fratribus Reformatis Ordinis sanctissimæ Trinitatis licet recitare duobus diebus singularum hebdomadarum Officium, vno scilicet de Sanctissima Trinitate, altero de sanctissimo Sacramento sub ritu semiduplici, dummodò hi duo dies non sint impediti festo nouem lectionum. *Eadem Sacra Congreg. Rit. in causa sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum 9. Nouembris 1632.* teste Sellio *d. c. 25. num. 9.*

8 Fratres iam professi inter Reformatos Ordinis sanctissimæ Trinitatis ad nullum alium Ordinem sub apostasiæ, & perpetuæ infamiæ nota se transferre possunt (excepto dumtaxat Ordine Carthusianorum, petita tamen prius, & obtenta licentia suorum Superiorum) *Vrbanus VIII. in Constit. sua incip. Commissi sub dat. 9. Augusti 1624.* declarans professiones talium se transferentium irritas, & inefficaces, ac nullius esse valoris, & præcipiens Superioribus aliorum Ordinum vt statim ac fuerint requisiti, tales translatos ad suam primam Religionem sub excommunicationis, ac priuationis suorum officiorum pœna remittere debeant.

9 Fratribus Reformatis Ordinis sanctissimæ Trinitatis præcipitur vt in singulis diebus ad minus per duas horas communis fieret ad Deum mentalis Oratio. *Vrbanus VIII. in Constit. sua sub Dat. Romæ 7. Kalend. Octobris 1631.* vbi etiam illis concedit suum maiorem ac Generalem Ministrum, cuius electio facienda esset de sexennio in sexennium.

10 Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis habent indultum quærendi, petendi, & recipiendi eleemosynas, oblationes, & legata, ac alia quæcunque subsidia pro redemptione captiuorum talicta. *Vrbanus VIII. constit.* Incip. *Ex incumbenti 5. Iunij 1631.* apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. in appendice pag. 13.*

11 Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis possunt in Africa, & aliis Turcarum partibus celebrare super Altare portatile, & antequam illucescat dies, aceriam absoluere fideles à casibus reseruatis, necnon eisdem Indulgentias impertiri. *Vrbanus VIII. sua Constit* Incip. *Cum sicut 20. Ianuar. 1626.* apud Angel. Mariam Cherub. *in appendice tom. 4. pag. 10.*

12 Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis exemptionem obtinuerunt à iurisdictione, obedientia, & superioritate Ministri Generalis calceatorum. *Vrbanus VIII. constit. 33. aliàs 143.* incip. *Ex quo, pridie Kalend. Martij 1636.* apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. Bullarij in appendice pag. 55.*

13 Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis post emissam professionem transire non possunt sub quouis prætextu ad alios quoscunque Ordines etiam Fratrum Minimorum sancti Francisci de Paula, excepto Carthusianorum Ordine. *Vrbanus VIII. constit.* incip. *Alias à nobis 4. Aprilis 1637.* apud Angel. Mariam Cherubin. *in appendice tom. 4. pag. 9.*

14 Fratres Reformati discalceati Congregationis Hispaniarum Ordinis sanctissimæ Trinitatis quomodo eligere valeant suum Ministrum generalem, & de eius confirmatione. *Vrbanus VIII. constit. 36. aliàs 146.* incip. *Exponi nobis 3. Decembris 1636* apud Angel. Mariam Cherubin. *tom. 4 Bullar. in appendice pag. 59.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Minimorum S. Francisci de Paula agentes.*

2 *Fratres Minimi à quo & quando instituti?*

3 *Fratres Minimi dicuntur apud Gallos boni homines, & apud Hispanos Fratres Victoriæ.*

4 *Regulam primam approbat Alexander VI. & mutat nomen Eremitarum in nomen Minimorum.*

5 *Eucharistiam etiam in die Paschatis, & extremam vnctionem Tertiariis administrare possunt Fratres Minimi.*

6 *Minimi assumpti ad Episcopatum, seu alias Dignitates extra Ordinem, resignare debent omnia, quæ tempore assumptionis habere continget.*

7 *Famuli seruientes in monasteriis Minimorum in habitu seculari possunt à Religiosis illius recipere Eucharistiam etiam in tempore Paschatis.*

8 *Interdicti tempore ordinaria auctoritate appositi possunt Minimi apertis ianuis Diuina celebrare.*

9 *Exemptionem à decimis & quarta funerali habent Fratres Minimi.*

10 *Confessiones audire possunt Minimi, & sub Sedis Apost. protectione suscipiuntur.*

11 *Votum quartum de abstinentia quadragesimali emittunt Minimi.*

12 *Descendentes ex genere Iudæorum, & hæreticorum in Ordine Minimorum recipiuntur.*

13 *Indulgentiæ plures conceduntur visitantibus Ecclesias Minimorum.*

14 *Mendicantes sunt Minimi, & inter Ordines Mendicantes numeratur eorum Religio.*

15 *Superiores Minimorum, qui fauores extra suum Ordinem attendentes, Officia, dignitates, & gratias concedunt, quas pœnas incurrunt?*

16 *Libri ex bibliotheca Genuensi Ordinis Minimorum extrahi non possunt sub pœna excommunicationis.*

17 *Generalis Minimorum potest supprimere Conuentus tenues, eorumque bona in Conuentus maiores transferre cum oneribus annexis.*

18 *Laici Ordinis Minimorum possunt vna cum Sacerdotibus suffragium ferre pro acceptatione nouitiorum.*

19 *Generalis Minimorum post expletum suum officium potest votum consultiuum, decisiuum & electiuum in omnibus Capitulis Generalibus, Prouincialibus, & intermediis habere.*

20 *Priuilegia*

20 *Priuilegia Minimorum, immunitates, gratia, & indulta confirmantur ab Vrbano VIII.*

21 *Capitulum generale Ordinis Minimorum quolibet sexcennio celebrari debet.*

22 *Habitus Fratrum Minimorum qualis?*

23 *Fratrum Minimorum tota congregatio vni paret Generali, qui ad sexcennium durat, quot prouincias, domicilia, & Religiosos habeat.*

Fratres Minimi Sancti Francisci de Paula.

Collect. CCCLXXXIX.

1 DE his Fr. Lucas de Monteyo *in chronica huius Relig.* Gaulter *in tab.chronograph sæculo 15. anno* 1473. Laurent. de Peyrinis *de priuilegiis Regular. huius Ordinis*, Petrus Opiner. *in opere chronog. tom.* 1. *anno* 14,8. *pag.* 418. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib 6. cap.* 31 Illescas *in historia Pontifical p.* 2. *lib.* 6. *c.*26. Platus *de bono status Relig. lib.* 2. *cap.* 22. & 37. Paul. Morigia *de origine Relig li.* 1. *c* 49. Siluest. Marul. *in occeano Relig lib.* 5. *pag* 360. Fr. Emman *qu. Regul to.* 1. *q.* 2. *art.* 7. Carol. de Tapia *in auth ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap* 55. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom* 1. *q.* 4. *art* 11. Azori. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13 *cap.* 1. *q.* 13. Venero *en su euchiridion de las tiempos fol.* 102. *in nouiss impress.* Castillo *in annalib. chronolog. lib.* 5 *anno* 1473. *in princip. & anno* 1507. referens plures huius Religionis viros sanctitate florentes, Hieron. Roderic. in compendio quæst. Regular. resol. 123. num. 37. Claudius Robertus in Gallia Christiana tit. de Generalibus, Fr. Ferdinand. de Camargo in epitome historiali Eccles. milit. sub anno 1506. fol. 290. cum seq.

4 Ioseph. Michelit en el thesoro de Religiones fol. 109. Ascan. Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 7. num. 10. Ioann. Maria Nouar. in lucerna Regul. verbo Fratres num. 11. cum seqq.

2 Fratrum Minimorum sancti Francisci de Paula Ordo institutus à sancto Francisco de Paula (est Paula parua vrbs in Calabria Regni Neapolitani) anno 1436. Pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Sigismundo, Orientis Ioanne Paleologo sub propria regula. Dicuntur eius Religiosi

3 apud Gallos *boni homines*, apud Hispanos *Fratres Victoriæ*, quod in hanc prouinciam ingressi sunt eo die, quo Rex Ferdinandus Catholicus victoriam de Mauris adeptus est, illorum precibus adeptam, & vaticinio prænunciatam.

4 Fratrum Minimorum primam regulam approbat, & mutat nomen Eremitarum in nomen Minimorum *Alexander VI. constit sua* incip. *meritis* 4. *Kalend. Martij* 1492. apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. constit. eiusdem Pontificis pag.* 47. *in nouissima impress.* Placentiæ in folio, & constit. 2 apud

5 eundem concedit quod Tertiarii possint Religiosi Eucharistiam etiam in die Paschæ, & Extremam vnctionem ministrare: & constit. 3 apud

6 eundem mandat, quod ad Episcopatum, seu alias dignitates extra Ordinem assumpti resignent omnia, quæ tempore assumptionis habere contingat, Superioribus Ordinis. *Leo X. constit. sua* incip. *In qua Non Iulij* 1513. confirmat priuilegia omnia concessa à suis prædecessoribus, & approbat de nouo regulas Fratrum, Sororum, & tertij Ordinis, ac

7 concedit quod famulis inseruientibus in monasteriis huius Ordinis in habitu seculari possint à Religiosis illius recipere Eucharistiam etiam tempore Paschatis, & in articulo mortis, & in suis

8 Ecclesiis sepeliri, apud Laurent. de Peyrinis *constit.* 4. *pag.* 246. & *constit.* 1. *apud eundem* concedit quod tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi possint ianuis apertis Diuina celebrare, & *constit.* 16. apud eundem agitur de canonizatione S. Francisci de Paula.

9 Fratrum Minimorum regulam approbauit, & exemptionem à decimis, & quarta funerali concessit, Sacramenta ecclesiastica eis ministrare posse statuit, & eorum gratias communicauit Monialibus eiusdem Ordinis, *Iulius II. constit.* 10. incip. *Dudum* 5. *Kalend. Augusti* 1506. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 360. in nouiss. impress.

10 Fratres Minimi Confessiones audire possunt, & sub Apostolicæ Sedis protectione suscipiuntur. *Sixtus V. constit.* 5. incip. *Sedes Apostolica Kalend. Iunij* 1474. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 335.

11 Fratres Minimi emittunt votum quartum de abstinentia quadragesimali, idest de non edendo extra infirmitatem & necessitatem per totam vitam ea, quæ in quadragesima vetantur, referunt Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12 *c.* 6 *q.* 6. Sanch. *in præcepta Decalogi tom* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 6. Suar. *de Relig tom.* 4. *tract.* 8. *lib* 2 *c* 17. *num* 8.

12 Fratres Minimi possunt esse descendentes ex genere Iudæorum, & hæreticorum, *Gregorius XIII. constit.* incip. *Muneris nostri* 1. *Augusti* 1583. apud Laurent. de Peyrinis *constit.* 3. *pag.* 291.

13 Fratrum Minimorũ Ecclesias visitantibus singulis primis sextis feriis cuiuslibet mensis, plenaria Indulgentia conceditur, & visitantibus easdem Ecclesias singulis aliis sextis feriis totius anni septem anni, & totidem quadragenæ de iniunctis pœnitentiis elargiuntur, *Paulus V. constit sua* incip. *Aliàs ad augendum* 8. *Augusti* 1615. apud Laurent. de Peyrinis *constit* 2. *pag* 311.

14 Fratres Minimos Mendicantes esse declarauit *Pius V. constit.* 49. incip. *Apostolica Sedis benignitas* 9. *Nouembris* 1567. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 224. aliàs *pag.* 184. in nouiss. impress.

15 Fratrum Minimorum Superiores, qui fauores extra suum Ordinem attendentes officia, dignitates, & gratias concedunt, ac Fratres dictos fauores conquirentes pœnas incurrunt. *Paulus V. tom.* 4. *Bullarij constit.* 19. incip. *Admonemur* 6. *Septembris* 1619.

16 Fratrum Minimorum ex bibliotheca Genuensis Conuentus libros quomodolibet extrahentes excommunicationis, & priuationis vocis actiuæ & passiuæ pœnam incurrunt *Vrbanus VIII. constit.* 4. apud Laurent. de Peyrinis *pag.* 365.

17 Fratrum Minimorum Generali conceditur facultas supprimendi Conuentus tenues, eorumque bona in Conuentus maiores transferendi cum oneribus anneais. *Vrbanus VIII. in sua Constit.* incip. *Cum sicut* 23. *Iunij* 1633. apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg Regul. tom.* 3. *in addit. pag.* 505.

18 Fratres laici Ordinis Minimorum possunt vna cum sacerdotibus suffragium ferre pro acceptatione nouitiorum. *Vrbanus VIII. in constit. sua* incip. *Exponi* 22. *Martij* 1641.

19 Fratrum Minimorum Generali, & cæteris in perpetuum futuris Generalibus post expletum Generalatus officiũ votum consultiuum, decisiuũ,

& electiuum in omnibus Capitulis generalibus, Prouincialibus,& intermediis habent, possuntque eligere aliquem Conuentum à quo non possint amoueri, nec non vnum Fratrem eiusdem Ordinis oblatum siue laicum arbitrio suo in suum socium. *Vrbanus VIII, constit. sua* incip. *Cum rationi* 30. *Maij* 1642.

20 Fratrum Minimorum priuilegia, immunitates, gratiæ, & indulta tam spiritualia quam temporalia, quatenus sunt in vsu nec reuocata, confirmantur etiam per modum communicationis, & extensionis. *Vrbanus VIII. constit.* 19. incip. *Immensis* 28. *Iunij* 1624. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *pag.* 36. in nouiss. impress.

21 Fratrum Minimorum Capitulum generale quolibet sexennio celebrari potest, in eoque Correctoꝛ Generalis, eiusque collegæ, & procurator Generalis ad sexennium, aliique Officiales prouinciales, eorumque collegæ ad triennium eligi possunt. *Paulus V. constit.* 6. incip. *Cum sicut* 1. *Octobris* 1605. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 182. aliàs *pag.* 134. in nouiss. impress.

22 Fratrum Minimorum habitus parum distat in signis ab eo, quem gestant Eremitæ sancti Augustini mutato colore nigro in canosinum, capucium tamen, cum descendit ad pectus, rotundum est, cum vero ad scapulas non acuminatum, sed obtusum ea forma sed latiori qua caperonem portant nouitij S. Francisci Assisinatis, deinde cingulo laneo canusino præcinguntur nodis quibusdam distinguentibus Sacerdotes à non Sacerdotibus, refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Religiosis. num.* 72.

23 Fratrum Minimorum tota Congregatio vni paret Generali, qui per sexennium durat, habet sub se sexdecim prouincias, in illis centum quadraginta domicilia, Religiosos tria millia, vt refert Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 11. *quæst.* 13.

Fratres S. Augustini, vide in verbo *Eremita Fratres S. Augustini collect.* 325. & seqq.

Fratres S. Hieronymi per Hispaniam & per Italiam, vide in verbo *Eremita Fratres S. Hieronymi collect.* 328. *& seqq.*

Fratres Seruitæ Montis Senarij, vide in verbo *Eremita Fratres Montis Senarij collect.* 333.

SVMMARIVM.

1 *Cameræ Apost. reseruantur fructus beneficiorum Italiæ reseruatorum, seu affectorum pro rata temporis, quo vacauerint.*
2 *Lite pendente inter prouisos de beneficio in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata, illius fructus deponendi penes personam idoneam.*
3 *Cameræ Apost. reseruantur fructus beneficiorum Regni Neapolis tempore obitus eorum, qui cum Camera super spolio transegerunt, pendentes, vel non exacti.*
4 *Beneficiorum fructus tempore obitus beneficiatorum quamuis maturi, sed non exacti non spectant ad eorum hæredes, sed ad successores in beneficiis.*
5 *Facultates transferendi pensiones fructuum beneficiorum vltra medietatem sunt reuocatæ.*
6 *Restitutio debita fructuum malè perceptorum non potest componi cum obtinentibus Bullam Cruciatæ, vel vigore aliorum priuilegiorum.*
7 *Parochorum non residentium fructus fabricæ Ecclesiæ applicare debet Episcopus.*
8 *Parochus tenetur promoueri, & curam exercere licet fructus sui beneficij reseruati sint in fauorem alterius.*
9 *Canonicus legendo in Vniuersitate Theologiam cum licentia claustri percipit fructus quamuis non habeat cathedram, nec salarium.*
10 *Præbendæ fructus illius, qui abfuit vltra tres menses, applicandi sunt in vsum Ecclesiæ, & vtilitatem illius.*

Fructus.

COLLECT. CCCXC.

1 FRuctus beneficiorum Italiæ Sedi Apost. reseruatorum seu affectorum aliter quam per cessum vacantium, applicantur, & reseruantur Cameræ Apost. pro rata temporis quo vacauerint, & Collectori spoliorum datur facultas hos fructus colligendi. *Pius IV, constit.* 32. incip. *Cupientes*, apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. secundo, pag.* 46. aliàs *pag.* 35.

2 Fructus beneficiorum litigiosorum lite pendente inter prouisos de beneficio in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, & Capitulum ac Canonicos, deponendi sunt penes personam fide, ac facultatibus idoneam à Iudice eligendam. *Pius V. constit.* 57. incip. *Cum de anno* 1568. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 232. aliàs *pag.* 190. in nouiss. impress.

3 Fructus Beneficiorum Regni Neapolis tempore obitus eorum, qui cum Camera super spolio transegerunt pendentes, vel non exacti ad Cameram spectant. *Sixtus V. const.* 90. incip. *Cum sicut* 1. *Ianuarij* 1598. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 650. aliàs *pag.* 493. in nouiss. impress.

4 Fructus beneficiorum ecclesiasticorum tempore obitus beneficiatorum quamuis maturi, sed non exacti, cum effectu etiam sponte oblati, non spectant ad eorum hæredes, sed ad successores in beneficiis. *Iulius III. constit.* 7. incip. *Cum sicut de anno* 1550. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 697. Et emanauit huius Constitutionis confirmatio ab *Vrbano VIII. constit.* 80. incip. *Æternus rerum conditor* 5. *Aprilis* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 4. *pag.* 93. & illarum meminit R. P. D. Alexand. Sperell. *in decis. fori eccles. decis.* 82. *numero vndecimo cum seqq.*

5 Fructuum beneficiorum vltra medietatem pensiones transferendi facultates, & vniones beneficiorum effectum non sortitæ, sunt reuocatæ. *Vrbanus VIII. constit.* 69. *in proœmio*, incip. *Sanctissimus* 20. *Iulij* 1627. apud Angel. Mari. Cherub. *tom.* 4. *pag.* 86.

6 Fructus non residentium amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abest sine licentia, nec potest componi restitutio debita fructuum malè perceptorum cum obtinentibus Bullam Cruciatæ, vel vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum obtentarum per Concilium, *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef. part. tertia, cap. secundo, num.* 26.

7. Fructus non residentium, de quibus in decreto Concilij sess. 23. cap. 1. de reform. debet Episcopus Ordinarius applicare fabricæ Ecclesiæ Parochialis, etiamsi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ potest tamen in dies indigere quoad ornamenta. *Sacra Congreg. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 51.

8 Fructus licet sint reseruari in fauorem alterius, non tamen reseruata administratione, reseruatio minimè tollit curam & administrationem, vnde tenetur promoueri, & curam exercere, *S. Congr. Conc.* referente Nicol. Garcia *de benefic part. 11. c. 5. n. 127.*

9 Fructus sui Canonicatus in absentia percipit Canonicus legendo in Vniuersitate Theologiam cum licentia claustri, etiamsi non habeat cathedram nec salarium. *S. Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benef. p. 2. c. 5. n. 61.*

10 Fructus Præbendæ, quibus Canonici, qui abfuerint à seruitio Ecclesiæ vltra tres menses priuandi sunt *ex cap. 12. sess. 24. de reformat.* applicandi sunt in vsum Ecclesiæ, & vtilitatem illius, potest tamen Episcopus hanc pœnam ante sententiam minuere, vel augere, sed non in totum tollere. *S. Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefis. p. 3. cap. 2. n. 146. & 150.*

SVMMARIVM.

1 *Dignitas prima quas functiones Episcopales absente Episcopo facere debeat, ostenditur.*

2 *Episcopus non potest alteri delegare functiones Episcopales & missas solemnes, eo absente, vel impedito quàm digniori de Capitulo ordine successiuo.*

3 *Digniori de Capitulo non autem ad hebdomadarium spectant functiones solemnes Episcopo absente, vel impedito.*

4 *Manutenendus est in possessione exercendi functiones suas ille, qui per decennium præteritum eas exercuit.*

Functiones Parochiales sunt:
- 5 *Candelarum benedictio in die Purificationis.*
- 6 *Delationes sanctissimi Sacramenti.*
- 7 *Missa celebratio feria quinta in Cœna Domini.*
- 8 *Cinerum benedictio.*
- 9 *Palmarum benedictio.*
- 10 *Domorum benedictio in sabbato sancto.*
- 11 *Processio per Parochiam.*

Functiones Episcopales, & Parochiales.

Collect. CCCXCI.

1 Functiones Episcopales, quas prima dignitas absente Episcopo facere debet, dicuntur benedictio Candelarum, Palmarum, cinerũ, fontium, absolutio mortuorum in die commemorationis omnium defunctorum, & delatio Sanctissimi Sacramenti. *Sacra Congreg. Rit. in Aretina 30. Ianuarij 1610.* teste Sellio *in selectis Canon. c. 11. numer. 125.*

2 Functiones Episcopales, & Missas solemnes, absente, vel impedito Episcopo ad digniorem de Capitulo ordine successiuo spectant, neque potest Episcopus alteri delegare. *Sacra Congr. Rit. in Marturanen. 14. Februarij 1612.* quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resolut. 7. numero 14.*

3 Functiones solemnes, quas si Episcopus præsens esset, obiret, Episcopo absente, vel impedito spectant ad digniorem de Capitulo, non autem ad hebdomadarium. *Sacra Conc. Rit. in Pennen. 15. Februarij 1633.* quam citat Bonfadin. *dict. resolut. 7. num. 15.*

Vide plura in verbo *Prima dignitas collect. 253. n. 14. cum seqq.*

4 Functiones suas exercendi in possessione manutenendus est ille, qui per decennium præteritum illas exercuit. *Sacra Congregat. Rit. in Asten. 16. Iulij 1601.* apud Sellium *dict. cap. 11. numero 26.*

5 Functiones Parochiales sunt candelarum benedictio in die Purificationis B. Virginis. & earum dispensatio, ita vt hæc ad proprios Parochos semper spectent. *Sacra Congregat. Rit. in Alatrina 5. Martij 1633.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap. 12. n. 4.*

6 Functiones Parochiales sunt delationes Sanctissimi Sacramenti, & celebrationes Missarum feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbati sancti aspersiones domorum, quadraginta horarum orationes, & aliæ Presbyterales functiones, quæ populum, 7 & animarum curam quoquomodo concernere videntur, ita vt non ad Capellanos, seu Sacristam Ecclesiarum ab eisdem locis deputatos, sed ad Parochos spectare debeant. *Sacra Cong. Rit. die 18. Maij 1602.* teste Marchino *de Sacram. Ordinis p. 3. c. 8. nu. 6.* quem refero *de officio, & potest. Parochi c. 11. sub n. 50.*

8 Functiones inter Parochiales connumeratur Cinerum benedictio, quæ solet fieri prima die quadragesimæ. *Sacra Congregat. Rit. in dict. Alatrina 5. Mart. 1633.* penes me *dict. cap. 12. numer. 8.*

9 Functionum Parochialium nomine comprehenditur Palmarum benedictio, quæ à Curatis in eorum Ecclesiis Parochialibus peragi debet. *Eadem Sacra Cong. in d. Alatrina* de qua Ego ipse *d. ca. 12. n. 10.*

10 Functionum Parochialium appellatione venit domorum benedictio in Sabbato sancto, cum hoc sit munus Parochi. *Sacra Congr. Conc. in Bononien. 4. Iulij 1620.* quam citat Lezana *in sum. quæst. Regul. c. 11. n. 41. vers. ad quartumdecimum,* quem refero *d. c. 12. n. 12.*

11 Functiones ad Parochiales spectat processiones facere per Parochiam. *Sacra Congregat. Rit. in Hispalen. 26. Februarij 1628. & in Liman. 15. Decembris 1631. Sacra Congregat. Concil. in Bononien. 2. Iulij 1620.* quarum meminit *dict. capit. 12. numero 13.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vt obtinere valeat minor 14. annorum si in fundatione statutum fuerit, illi standum erit.*

2 *Ordinarium an possit excludere fundator ab administratione, cura, & visitatione Capellaniarum, seu beneficiorum.*

3 *Fundatoris nomen exprimi non debet in collecta, quamuis in fundatione de hoc sit lex.*

Fundatio. Fundator.

Collect. CCC XCII.

1 FVndationi statuenti vt minor etiam quatuordecim annorum adipisci valeat standum est, cum ei derogatum non fuisset per Concilium sess. 23. cap. 6. de reform. *Sacra Congr. Conc.* testibus Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5.* num. 91. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 2. in fine*, Nouar. *in singularib. Iuris Canon. concl. 13. num. 5.* Massobr *in sua praxi habendi concursum req. 7. dub. 12. & req. 10. dub. 11. num* 30. Alphons. de Leone, *de officio Capellani q. 4 praxi 6. num. 36.* Ciarlin *controuers forens. lib. 1. ca. 53. num* 51. quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg* 60. n. 77.

2 Fundator ab administratione, cura, & visitatione Capellaniarum perpetuarum etiam collatiuarum excludere potest Ordinarium, nisi in casu negligentiæ. Ita ex mente Pauli V. *Sacra Congreg.* vt refert Nicol. Gare. *de benef p. 1. cap. 2, num.* 98. Et iterum. Si in fundatione hospitalis sit dictum quod Ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, non poterit illud visitare. *Sacra Congregat. Concil.* referente Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tital. 6. l. 5. §. 2. numer. 66.* & per sanctam Sedem sic rescriptum fuisse asserit Carol. de Grassis *de effectib clerical. effect. 1. num. 610.* quem citaui *dict p. 3. alleg. 75. numer. 9.* vbi intellexi præsoppposito Episcopi in fundatione consensu.

3 Fundator alicuius monasterij non potest legem imponere Fratribus illius, vt in collecta, quæ pro Rege dicitur, etiam ipsius fundatoris nomen exprimatur. *Sacra Congr. Rit. in causa Carmelitarum Discalceatorum* 28. *Ianuarij* 1606. quam refert Sellius *in select. Canon. c. 17. n. 20.*

SVMMARIVM.

Parochus debet funerale ducere & prosequi vsque ad Ecclesiam Regularium si in ea defunctus sepeliri debeat.

2 *Officium mortuorum & alia necessaria circa cadauer peragere postquam in Ecclesia Regularium introductum fuerit, ad eos spectat, & non ad Parochum.*

3 *Parochus ad funerale vocare potest quoscunque Presbyteros inuitis viciniorib. nisi aliter disponatur ab hæredibus.*

4 *Crux vnica in funeralibus deferenda est.*

5 *Funus comitantes in Parochiali conueniri debent; & per vias expectari non est permittendum, contraria consuetudine non obstante.*

Funerale. Funus.

Collect. CCCXCIII.

1 FVnerale ducere & prosequi debet Parochus vsque ad Ecclesiam Regularium si in ea defunctus sepeliri debeat, in eisdem autem Ecclesiis ad eosdem Regulares dumtaxat spectat officium

2 mortuorum, & alia necessaria circa cadauer peragere, nisi contraria adsit consuetudo. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Bruten.* 18. *Iunij* 1591. *& in Nicoteren.* 5. *Iunij* 1615. de qua Lezana *in summa quæstion. Regul. tom. 3. verbo defunctus numer.* 4. Ioann. Maria Nouar. *in Lucerna Regular. verbo defunctus etiam num.* 4.

Vide alia in verbo *Officium defunctorum collect.* 533.

3 Funeralibus vocari possunt à Parocho quicunque Presbyteri, etiam inuitis vicinioribus, nisi aliter disponatur ab hæredibus defuncti. *Sacra Congregat. Rit. in Ferrarien 7. Septembris* 1613. quam refert Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 2. titul. 22. numer.* 4. Vide infra in verbo *Hæres collect.* 406.

4 Funeralibus est deferenda vnica tantum Crux illius Ecclesiæ, ad quam cadauer transfertur, post quam sequantur immediatè personæ illius Ecclesiæ, & deinde cæteri secundum antianitatem. *Sacra Congr. Rit in Narnien. 30. Septembr.* 1614. cum aliis allegatis supra *verbo Crux collect. 234. n. 3.*

Vide alia *in verbo Defunctus collect.* 145.

5 Funus comitantes in Parochiali Ecclesia, vel in alia iuxta loci consuetudinem omnino conuenire debent. *Sacra Congregat. Rit. in Tropien. 8. Februarij* 1631. penes Lezanam *in sum. quæst. Regul tom. 1. c. 12. num* 41. *vers ad* 4. metipsum *de iure ecclesiast. vniu. li. 3 cap. 10. num* 63. Et nullo modo permittendum expectari per vias, vel ad domum defuncti, non obstante contraria consuetudine expectandi per vias, vel ad domum defuncti. *Eadem Sacra Cong. Rit in Thelesina 12. Februarij* 1633. & *in Liman.* 15. *Decembris* 1632. cuius meminit *dict. lib. 3. cap. 10. num.* 64.

B. Gaietanus Thienæus.

Collect. CCCXCIV.

BEati Gaietani Thienæi Officium, & Missam de communi Confess. non Pont. Clericis Regularibus Theatinis vbilibet, & Sacerdotibus quibuscunq; quoad Missam in die eius obitus confluentibus in eorum Ecclesiam in ciuitate Vicentina, vbi natus est, & in Neapolitana, vbi eius corpus quiescit. concessit *Vrbanus VIII. constit.* tuę incip. *In sede 7 Octobr.* 1629. apud Ang. Mariam Cherub. *in Bullario to. 4. pag.* 110. & illius meminit Aldan. *in compendio Canon resol. lib. 1. tit. 18. de Sanctis num.* 127.

S. Geltrudis.

Collect. CCCXCV.

1 SAnctæ Geltrudis Officium & festum vt celebrari, & recitari possit à Monialibus sancti Ioannis Euangelistæ ciuitatis Lucien. de consensu & licentia Episcopi concedi posse censuit *Sacra Cong Rit. in Lucien. 7. Octobris* 1606. quam citat Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 18. de sanctis, numer.* 129.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Generalibus Religionum agentes.*

2 *Nouitiorum in receptionibus debent Generales præcipere*

cipere vt aliqui semper ex variis Nationibus & linguis admittantur.

3 *Suspendere à Confessionibus audiendis suos subditos quando possit Generalis Ordinis*

4 *Confessiones Monialium sui Ordinis non licet Generali audire absque Episcopi speciali deputatione.*

5 *Vicarius Generalis potest dum absens est, alium suo loco subrogare.*

6 *Visitare Fratres, & loca Congregationis Lombardiæ per se ipsum licet Generali Priori Fratrum Eremitarum sancti Augustini.*

Generalis Ordinis.

Collect. CCCXCVI.

1 DE Generalibus Religionum vide Ioann. Mariam Nouar. *in lucerna Regul. verbo Generalis*, Laurent. de Portel. *in dubiis Regul. sub eodem verbo.*, Lezana *in summ. quæstion. Regular. tom 3. eodem verbo.*

2 Generales omnes admonet Sacra Congregatio de propaganda Fide habita die 13. Decembris 1624. annuente S. D. N. Papa vt præter studia linguarum aliàs à sacra Congr. Regularibus indicta, speciali sub decreto præcipiant, vt in nouitiorum receptionibus in posterum faciendis aliqui semper ex variis Nationibus & linguis pro modulo tamen suarum Religionum vna cum aliis, qui hactenus recipi consueuerũt, ad habitum assumantur, qui peracto studiorum cursu, & in simplici Sacerdotio constituti, & Episcopali dignitate ornati ad eorum prouincias propagandæ Fidei gratia mitti possint, refert Laurent. de Peyrinis *depriuil. Regular. ad constitut. 2. Sixti V. numero 11.*

3 Generalis Religionis potest suos subditos ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extraiudicialiter à Confessionibus audiendis suspendere Sacra Congreg. Conc. testibus Pereg. *in Constit. Cleric. Regul. p. 1. ca. 5. lit. D. in fine.* Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Generalis nu. 1.* Lezana *d. tom. verbo Confessarius, nu. 2. in fine.*

4 Generali audire non licet Confessiones Monialium sui Ordinis absque Episcopi speciali deputatione. *S. Cong. Conc. sub die 13. Nouembris* 1627. quam refert Sellius *in select. Canonic. cap. 3. numero 46.*

5 Generalis siue Vicarius Generalis potest dum absens est alium suo loco subrogare qui omnimoda eius potestate, & iurisdictione vbique locorum (illa tantum excepta prouincia in qua ipse Generalis pro tempore reperietur) fungatur, & potiatur. *S. Congregat. Apostolicæ Visitationis 26. Maij* 1626. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario to. 4. pag.* 74.

6 Generalis Prior Fratrum Eremitarum sancti Augustini per se ipsum visitat Fratres, & loca Congregationis Lombardiæ, simul cum vno ex Visitatoribus dictæ Congregationis, honorarique debet vt caput totius Ordinis. Visitator, aut Vicarius Generalis assistit, & votum solummodo consultiuum habet; Assistentesque Ordinis conuiari debent Priorem Generalem in dicta Visitatione, & absque eorum consilio Prior præfatus nihil decernat. *Clemens VIII. constitut.* 117. *incip. Ex iniuncto de anno* 1604. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3 pag. 169.*

Generales Abbates vide in verbo *Abbas Generalis collect. 3.*

S. Geminianus.

Collect. CCCXCVII.

SAncti Geminiani Officium pro diœcesi Mutinen. concessit *Sacra Congreg. Rit. in Mutinen. 24. Iunij* 1621. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 18. de Sanctis n. 130.*

SVMMARIVM.

1 *Processiones etiam dum fiunt per Ecclesiam, & quocunque tempore semper est genuflectendum ab omnibus transeuntibus ante sanctissimum Sacramentum.*

2 *Genuflectendum non est ad orationes in Missa solemni, in qua dicitur Gloria, & Credo.*

3 *Canonici & Dignitates ad benedictionem Episcopi genuflectere non tenentur, sed tantum caput inclinare.*

4 *Dignitates & Canonici assistentes, vel aliquo mode Episcopo solemniter celebranti inseruientes genuflectere non tenentur.*

Genuflectere.

Collect. CCCXCVIII.

1 GEnuflectendum est semper ab omnibus transeuntibus ante sanctissimum Sacramentum, etiam dum fiunt processiones per Ecclesiam, & contraria consuetudo declaratur abusus. *Sacra Cong. Rit. in Pacen. 14. Decembr.* 1602. quam refert Sellius *in selectis canon. c. 17. n. 48.*

2 Genuflectendum non est ad Orationes in Missa solemni in qua dicitur *Gloria & Credo. Sacra Cong. Rit in Placentina 19. Maij* 1607. *in resp. ad dub.* 14. penes Sellium *d. c. 17. n. 49.*

3 Genuflectere non tenentur Canonici & Dignitates ad benedictionem Episcopi, sed tantum caput inclinare, nec debent genuflectere quando Episcopum celebrantem thurificant. *Sacra Congr. Rit. in Oscen. 4. Maij* 1615. cuius memini *in tract. de Canonicis & Dignit. c. 35. n. 29.*

4 Genuflectere nullo modo tenentur Dignitates, & Canonici assistantes, vel aliquo modo Episcopo solemniter celebranti inseruientes. *Sacra Cong. Rit. in Monopolitana 15. Decembris* 1632. apud me *d. c. 35. n. 30.*

De Genuflexione *Gauant. in rub. Missalis p. 1. tit. 16. n. 1.*

Gilbertini Monachi. Vide in verbo *Monach Gilbertini collect.* 494.

Gloria in excelsis Deo.

Collect. CCCXCIX.

1 GLoria in excelsis Deo dicitur in Missis votiuis B. Virginis tam in Sabbatis per annũ

qoam in Sabbatis Aduentus. *Sacra Congr. Rit. in Placentina 19. May 1607. in resp ad dub.* 11. de qua Lezana *in sum. quaest. Regul. tom.* 1. *cap.* 21. *n.* 27. Licet ipsa die Officiom oon fiat de B. Maria. *Eadem Sacra Congreg. Rit. in Segoben.* 29. *Iulij* 1609. quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 6. *num.* 53.

2 Gloria in excelsis Deo & Credo absqoe dobio dici poterit in Missis votiuis pro re graui, quando scilicet ab Episcopo, & vniuerso clero, & ciuitate Missa votiua solemniter celebratur cum interuento Magistratus, & populi, excepto tantum quando Missa celebratur cum paramentis violaceis, vt pro infirmis, vel aliqoo actu simili moestitiae, vel poenitentiae, quia tunc oon dicitur *Gloria nec Credo. Sacra Congr. Rit. in dicta Placentina in resp. ad dub.* 14. cuius meminit Sellius *d. cap.* 6. *num.* 54.

De hoc hymno Angelico Gaoant. *in Rub. Missalis p.* 1. *tit.* 8. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Ritus Graecorum qui tolerandi?*

2 *Baptizatos Chrismate in fronte consignare non debent Graeci Presbyteri.*

3 *Dies festos Latinorum obseruare tenentur Graeci inter eos existentes.*

4 *Suspensi sunt Graeci ad sacros Ordines promoti sine litteris dimissoriis Episcopi Latini dioecesani, & si in illis ministrauerint, efficiuntur irregulares.*

5 *Missas & diuina Officia Latino ritu Graeci celebrare non possunt.*

6 *Ordinariorum iurisdictioni in quibus subiiciantur Graeci.*

7 *Licentia recitandi Officium Latino ritu conceditur clericis Graecis habentibus dignitatem in Ecclesia, quae ritum Latinum accepit.*

Graecus.

Collect. CCCC.

1 GRaecorum ritus, qui substantialibus Sacramentorum noo aduersantur, ab Ecclesia Romana toleranti sunt, & Graeci Ordines secundom morem Ecclesiae Romanae conferre debent. *Innocentius IV. constit.* 14. incip. *Sub Catholica* 2. *Non. Martij* 1253. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 76.

2 Graeci Presbyteri baptizatos chrismate in fronte non consignent, in casu necessitatis Latinos absoluere possont, inter Latinos existentes eo-
3 rum dies festos obseruare tenentur: Sine litteris dimissoriis Episcopi Latini dioecesani ad sacros
4 Ordines promoti suspensi suot, & si in illis ministrauerint, efficiuntur irregulares & Latinus maritus vxoris Graecae ritom non sequitor, sed benè vxor Graeca seqoitur ritum mariti Latini. *Clemens VIII. constit.* 34. incip. *Sanctissimus* 31. *Augusti* 1595. apod Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 47. Vide infra *collect.* 659. *numero* 3. & 4.

5 Graecos Latino ritu Missas, & diuina Officia celebrare posse vetuit *Pius V. constit.* 12. incip. *Prouidentia Kalend. Septembris* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *Bullarij pag.* 192. aliàs *pag.* 145. in nouiss. impress.

6 Graeci subiiciontur iurisdictioni Ordinariorom circa ea, quae ad Dei cultum, & Sacramentorom pertinent administrationem. *Pius IV. constit.* 74. incip. *Romanus Pont.* 16. *Februarij* 1564. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 105. Scottia *in selectas summorum Pontificum Constitutiones epit.* 79.

7 Graecis Clericis habentibus dignitatem in Ecclesia, quae ritum Latinum accepit, conceditur licentia recitandi Officiom Latino ritu. *S. Congr. Rit. in Altamura nullius* 29. *Ianuarij* 1605. cuius meminit Sellius *in selectis Canon. cap.* 8. *num.* 17.

Graecis matrimonia coottahere &c. vide *collect.* 465. *num.* 2 & 3.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus ciuitatis sub nomine non comprehenditur Gubernator.*

2 *Euangelij textus non debet osculandus porrigi Gubernatori prouinciae.*

3 *Vicario generali praecedit Gubernator ciuitatis Lauretanae iuxta consuetudinem.*

4 *Magistratus & Gubernator recusantes contra solitum accedere ad Cathedralem debitis remediis cogendi sunt vt accedant.*

5 *Sedem seu locum in choro nec supra, nec inter Canonicos habere debet Gubernator ciuitatis.*

6 *Sedem pro audienda Concione apud Episcopum debet habere Gubernator ciuitatis.*

7 *Sedes solita cum strato in Ecclesia paranda Gubernatori Praelato.*

8 *Pacem habere debet, & thurificandus est ante Vicarium Episcopi Gubernator ciuitatis, quae est caput prouinciae.*

9 *Thurificandus est Gubernator Status ante Barones, & Curatos Ecclesiarum.*

10 *Thurificandus est ante Canonicos immediatè post Episcopum Gubernator Protonotarius cum habitu praelatitio.*

11 *Thurificandus est ante Canonicos etiam paratos Gubernator dignissimus, & perpetuus.*

12 *Thurificandus est immediatè post Canonicos assistentes Gubernator ciuitatis etiam non Praelatus.*

13 *Thurificandi sunt post Episcopum, & assistentes ante Canonicos, Gubernatores ciuitatum Sedis Apost. quando sunt Referendarij.*

14 *Thurificari debet Gubernator post Dignitates & Canonicos Cathedralis, & Collegiatae.*

15 *Thurificandus est duplici non triplici ductu thuribuli Gubernator ciuitatis.*

16 *Decano & Canonicis aliis ipsis dignioribus non debent praecedere Gubernatores Capitulares electi à Capitulo Sede vacante.*

Gubernator.

Collect. CCCCI.

1 GVbernator oon compreheoditur sob nomine Magistratos Ciuitatis. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608 *in* 4. *dubio*, teste Sellio *in selectis Canon. cap* 27. *num.* 18.

2 Gubernatori prouinciae ooo debet textus Euangelij osculandus porrigi. *Sacra Congr. Rit. in Cusentina* 17. *Iulij* 1614. & *in Tropien.* 3. *Iulij* 1617. vbi

qood

quod nec etiam debet in processionibus simul cum Episcopo incedere, quas refert Sellius *d.c.27. num.30.*

3 Gubernator Ciuitatis Laoretanæ præcedit iuxta consuetudinem Vicario Generali. *Sacra Congr. Rit. in Lauretana 9 Maij* 1609. quam citat Sellius *d. c.27.n.41.*

4 Gubernator & Magistratus recusantes conitsa solitum accedere ad Ecclesiam Cathedralem, debitis remediis cogendi sunt, vt accedant. *Sacra Congr. Rit. in Fanen 1. Septembris* 1607. penes Antonin. Dianam *moral. resol. p.5. in fine in collec declarat. n.* 49. Lezanam *in sum quæst. Regul. tom. 3. verbo Ecclesia. nu. 18.*

5 Gubernator Ciuitatis non debet habere sedem, seu locum in choro, nec supra, nec inter Canonicos, sed omnino extra chorum in loco decenti. *S. Cong. Rit. in Signina 4 Iulij* 1615. referente Sellio *d.c. 27.n.42.*

6 Gubernator Ciuitatis debet habere sedem pro audienda Concione apud Episcopum, quę tamen non sit maior, nec pulchrior sede ipsius Episcopi, & neutra sit coloris rubri. *Sacra Congrega. Rit. de Perusina 3. Octobris* 1615. cuius meminit Aldan. *in compendio* Canonic. *resolut. libr. 1. titul. 16. numero 59.*

7 Gubernatori Prælato solita sedes cum strato in Ecclesia paranda est. *Sacra Congreg. Rit. in Fulginaten. 30. Ianuarij* 1610. apud Aldan. *dict. titul* 16. *num.71.*

8 Gubernator ciuitatis, quæ est caput prouinciæ thurificandus est, & pacem habere debet ante Vicarium Episcopi etiam absente Episcopo; in aliis verò minoribus ciuitatibus post Episcopum thurificari, & pacem habere debet, sed absente Episcopo ei præfertur Vicarius. *S Congr. Episcop. & Regul. sub die 30. Iunij* 1592. quam adducit Alda. *d. tit. 16 nu.62.*

9 Gubernator Status vbi viget consuetudo thurificandus est ante Barones, & Curatos Ecclesiarum. *S. Cong. Rit. in Gotian. in Sardinia 5. Iulij* 1613. teste Aldan. *d. tit.16.n.63.*

10 Gubernator Protonotarius cum habitu prælatitio, id est rochetto, & mantelleto diuinis assistens, thurificandus est ante Canonicos immediatè post Episcopum. *Sacra Congreg. Rit. in Fauentina 5. Iulij* 1603. attestante Aldano *dict. titul. 16. numero 64.*

11 Gubernator dignissimus, & perpetuus thurificandus est immediatè post Episcopum, & ante Canonicos etiam paratos. *S. Congr. Rit. in Alexandrina 15 Martij* 1608. *in resp ad 4. dub.* penes Sellium *d c.27.n 34.*

12 Gubernator Ciuitatis etiam non Prælatus thurificandus est immediatè post Canonicos assistentes ante alios Canonicos: absente vero Episcupo immediatè post Vicarium Generalem. *Sacra Cong. Rit. in Fauentina 9. Maij* 1606. *& in Fanen. 1. Septembris.* 1607. apud Sellium *d.c.27.n.35.* etiamsi Gubernator sit vxoratus. *Eadem Sacra Cong in Fauentina* 17. *Nouembris* 1607. cuius meminit idem Sellius *d cap. 27.n.36.*

13 Gubernatores ciuitatum Sedis Apost. quando sunt Refrendarij; & Prælati, & vtuntur rochetto post Episcopum, & assistentes ante Canonicos iuxta consuetudinem thurificandi sunt. *Sacra Cong. Rit. in Casenaten. 7. Decembris* 1601. quam refert Aldan. *d. tit. 16 n.65.*

14 Gubernator thurificari debet post Dignitates & Canonicus tam Ecclesiæ Cathedralis, quàm Collegiatæ. *Sacra Congreg. Rit. in Camplen. 28. Ianuarij* 1612. quam citat Aldan. *dict. titul. 16. numer.66.*

15 Gubernator ciuitatis thurificandus est duplici non triplici ductu thuribuli. *Sacra Congr. Rit. in ciuitatis Ducalis* 11. *Nouembris* 1614. apud Sellium *d.c. 27.n.38.*

16 Gubernatores Capitulares electi à Capitulo Sede vacante non debent præcedere Decano, & Canonicis aliis ipsis dignioribus. *S. Cong. Rit. in Elboren. 25. Ianuarij* 1603. de qua Sellius *d.c.27.nu.39.* Licet ad ipsos tantùm, & non ad Decanum, & alios Canonicos non electos pertineat decidere, & votare in iis, quæ pertinent ad curam eis commissam. *Eadem S. Congr. in d. Elboren. 5. Iulij* 1603. penes Sellium *d.c.27.n 30.*

B Guillelmus Aquitaniæ Dux.

Collect. CCCCII.

1 BEati Guillelmi Aquitaniæ Ducis Ordinis S. Augustini officium pro monasterio regali sancti Laurentij in Hispania conceditur à *Sacra Congr. Rit. in causa Hispaniarum 17. Martij* 1600. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 18. de Sanctis n.130.* Et de Monachis sancti Guillelmi Ducis Aquitaniæ, vide in verbo *Monachi collect.49.*

Guilelmitæ Monachi, vide in verbo *Monachi Guilelmitæ collect.491.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici beneficiati habitum & Tonsuram deferre tenentur, & sub quibus pœnis?*

2 *Pensiones seu fructus ex beneficiis ecclesiasticis percipientes quem habitum deferre teneantur, ostenditur.*

3 *Clericalem habitum dimittens potest illum iterum reassumere non obstante irregularitate superueniente, & Ordinarij prohibitione.*

4 *Canonici Regulares ad Episcopatum assumpti possunt vti habitu Clericorum secularium qui in Episcopos creantur.*

5 *Regulares ad Cardinalatum euecti deferunt habitum suorum Ordinum.*

6 *Fratrum Mendicantium habitum osculantibus Indulgentias concessit Ioannes XXIII.*

7 *Tunicam oblongam cum vel sine mantello nulli absque Superiorum Religionis Minorum de Obseruantia, deferre permittitur.*

8 *Monachis, seu Regularibus sancti Augustini conceditur vt deferre possint habitum nigrum tum in monasterio quam extra.*

9 *Nouitio exeunti non est restituendus habitus Religionis, sed illius pretium.*

10 *Guardianus si propter habitus concessionem à se factam præmonerit cadauer decedentium cum eo, in Ecclesiis eiusdem Religionis sepultura tradendi sunt.*

& de illa Ioan. Maria Nouar. *dicto loco num 9.*

67 Fratres Capuccini in Hiſpania noua loca recipere poſſunt. *Paulus V. conſtit.* 27. incip *Ad vberes* 5. *Septembris* 1606. apud Laert. Cherub *tom. 3. pag.* 116.

68 Fratres Capuccini in Capitulo generali tantum deputati Confeſſiones audire poſſunt. *Clemens VIII. conſtit.* 82. incip. *Altas* 3. *Februarij* 1602. apud Laert. Cherub *tom. 3. pag* 119.

69 Fratres Capuccini comprehenduntur ſub decreto, quo cauetur vt nulli recipiantur Conuentus Regularium, niſi præter alia ad id requiſita duodecim ſaltim Fratres in eis degere & competenter ſuſtentari valeant, ita vt alioquin ſubſint iuriſdictioni Ordinarij. *Sacra Cong. Conc ſuper decretis de celebrat. Miſſarum dub.* 18. *de anno* 1626. poſt meum tract. *de officio & poteſt. Epiſcopi pag.* 11. & illius meminit Ioan. Maria Nouat. *d. verbo Capuccini num.* 7.

70 Fratrum Capuccinorum Generalis vſque ad annum 1625. durabat per quinquennium, nunc ad ſexcennium eligitur. Habent ſub ſe prouincias 42. Conuentus 1240. Religioſos ſeptendecim millia ducentos quinque, vt refert Aldan. *in compendio Canonic reſolut lib. 1. tit.* 19 *de Religion. n.* 72.

71 De Capuccinis qui plura ſcire cupit, conſulat Ioſephum Zarlinum *de origine Capuccinor.* Paul. Morig. *de origine Relig. lib. 1. c.* 52. Silueſt. Marul. *in acceano Relig. lib.* 5. *pag.* 375. Carol. Tapia in *d. auth. ingreſſi verbo monaſteria cap.* 54. *num.* 14. *cum ſeqq.* Suar. *d. c.* 7. *n.* 6. *in fine*, Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regul. reſol.* 123 *num.* 32. Ioſeph. Micheli *en el theſoro de Religiones fol.* 109. Aſcanius Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 24. *q.* 6. *num.* 9. Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regul. verbo Capuccini*, quo loco plura à nobis tacite mutuatus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur, qui de ordine ſanctiſſimæ Trinitatis agunt.*

2 *Fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis à quibus, & quando inſtituti, & confirmati?*

3 *Fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis occupantur in redimendis captiuis.*

4 *Priuilegia gratiæ, & indulta tam ſpiritualia quam temporalia Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis conceſſa confirmantur.*

5 *Fratres Sanctiſſimæ Trinitatis Regni Portugaliæ gaudent omnibus gratiis, & priuilegiis conceſſis Fratribus eiuſdem Ordinis prouinciæ Caſtellæ.*

6 *Fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis ad partes infidelium pro redimendis captiuis ſe transferentes, quam facultatem abſoluendi, & diſpenſandi cum eis habeat oſtenditur.*

7 *Confraternitas Miſericordiæ in Regno Portugaliæ emanauit ex Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis.*

8 *Habitus Fratrum ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis qualis, quot prouincias, & monaſteria habeant.*

Fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis.

COLLECT. CCCLXXXVII.

1 DE his S. Antonin. *in ſum. p.* 3. *tit.* 16. *c.* 1. §. 2. *& p.* 2. *hiſtor. cap.* 1. §. 3. Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi p.* 4. *conſid.* 63. Polydor. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 7 *cap.* 41. Genebrard. *in chronog lib* 2. *anno à Christo nato* 1199. Garibai *in compend. hiſtor. Hiſpan. lib.* 12. *cap.* 28. Pineda *in monarchia Eccleſiaſt. lib* 22. *cap.* 13 Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 6. *cap.* 18. *& in chronicis Ordinis Eremitar. ſancti Auguſtini cent.* 8. *ad annum Christi* 1163. Tarcagnota *in hiſtoria vniuerſ. p.* 2. *lib.* 3. Fr. Petrus Lopez de Altuna *en la* 1. *p. de la Chronica general de la Orden de la ſanctiſſima Trinidad. Redempcion de Cautiuos impreſſa en Segouea* 1637. Emman. Reinoſo *en el libro de la Concepcion puriſſima de Maria ſanctiſſima en el diſcurſo proemial*, Fr. Emman. de Lemos *Luſit. en el tratado de la inſtitucion de la Orden*, Petr. Mariz *in dialog. varia hiſtor. lib.* 2. *cap.* 10. Fr. Ludouic. Oſor. *de viris illuſtrib. & ſanctis huius Relig.* Fr. Franciſc. Barba *in lib. de origine illius*, Gualter. *in tabul. chronog. anno* 1208. Illeſcas *in hiſtoria Pontific. libr.* 5. *cap.* 32. Marquez *de origine eremitar. S. Auguſtini cap.* 3. §. 2. Renat. Chopin *lib.* 1. *monaſt. cap.* 1. *num.* 17. *& cap.* 10. *num.* 41. Silueſt. Marul. *in occeano Relig. lib.* 3. Paul. Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 63. Azor. *inſtit. moral p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 11. *quæſt.* 8. Aubert. Miræ *lib.* 1. *de ſtatu Eccleſiæ Cathol. cap.* 24. *& de origine monaſt lib.* 1. *cap.* 8. Carol. de Tapia *ad auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo monaſteria c.* 22. Carillo *in analib. chronolog lib.* 4. *anno* 1198 *pag.* 343. Venero *en ſu enchirid. de los tiempos fol.* 101. *in nouiſſ. impreſſ.* Valenzuel. *conſ.* 1. *num.* 13. *&* 14. Fr. Ferdinand. de Camargo *in epithome hiſtor. Eccleſ. milit. ſub anno* 1198. *fol.* 247. Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regul reſol.* 123. *num.* 19. Aſcan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 24 *quæſt.* 4. *num.* 57. Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regul. verbo Fratres num.* 15.

2 Fratres Sanctiſſimæ Trinitatis inſtituti ſub regula propria data ſanctis viris Ioanni Mattæ, & Felici Anachoretis Gallis anno 1198. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Henrico VI. Orientis Alexio Comneno; approbatus ab eodem *Innocentio conſtit.* 9. Incip. *Operante* 14. *Kalend. Iulij* 1209. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *p.* 40. alias *pag.* 76. in nouiſſ. impreſſ. Dicitur etiam hæc familia in Bullis Apoſt. Cerui frigidi à primo monaſterio, & capite familiæ prope fontem Cerui frigidi erecto non longe ab Vrbe Meldenſi Archiepiſcopo Senonenſi ſuffraganea. Hunc eundem Ordinem confirmaſſe Honorium III. Gregorium IX. Cæleſtinum IV. Innocentium IV. Alexandrum IV. Vrbanum IV. Clementem IV. Gregorium X. Clementem V. & VI. Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. Paulum III. Iulium III Paulum IV. & Pium V. teſtatur Gregorius X. *ſua Conſtit.* incip. *Regiminis militantis* 19. *Martij* 1575.

3 Fratres ſanctiſſimæ Trinitatis ex inſtituto ſuo occupantur in redimendis captiuis è ſeruitio infidelium, vnde eleemoſynas pro dicto opere quærere poſſunt, & non ſunt quæſtores, ſed veri Religioſi. *Clemens VII. conſtit.* 7. incip *Gratum* 15. *Kalend. Maij* 1524 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 570. aliàs *pag.* 479.

4 Fratribus ſanctiſſimæ Trinitatis conceſſa priuilegia, gratias, & indulta tam ſpiritualia quam temporalia confirmauit *Gregorius XV. conſtit.* 22. Incip. *Inuncti* 18. *Aprilis* 1622. apud Angel. Mariam Cherub. *tom* 3. *pag.* 409. in nouiſſ. impreſſ.

5 Fratres ſanctiſſimæ Trinitatis in noſtro Portugaliæ Regno exiſtentes gaudent omnibus gratiis,

&

& priuilegiis concessis Fratribus eiusdem Ordinis existentibus in Prouincia Castellæ, Leonis & Bethicæ. *Paul. III. constit. 2. incip. Inter curas Idib. Nouembris* 1534. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 614. aliàs *pag.* 511. in nouiss. impress.

6 Fratribus Ordinis sanctissimæ Trinitatis ad partes Infidelium se transferentibus pro redimendis captiuis conceditur facultas audiendi Confessiones ibi degentium, eosque absoluendi, Presbyterosque super irregularitate dispensandi, captiuos à votis absoluendi, bona incerta per eosdem male parta condonandi, paramenta, & ornamenta ecclesiastica benedicendi. Conceditur etiam quod Religiosi, & alij Presbyteri etiam captiui certis horis Missam in Altari Portatili illis partibus celebrent, & Sacramenta ecclesiastica certo modo ad Christi fideles deferant; permittiturque dictis Fratribus bona eis data impendere in eorum, & captiuorum vsum, redemptionemque eorundem, Missarumque celebratio pro animarum à Purgatorio liberatione; itemque indulgetur plena Indulgentia Christi fidelibus in illis partibus degentibus statis diebus confessis, & Sacra Communione refectis. *Paulus V. constit.* 40. incip. *Ex omnibus de anno* 1608. Apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 228. aliàs *pag.* 167. in nouiss. impress.

7 Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis ex congregatione emanauit in Regno Portugaliæ Confraternitas Misericordiæ operibus pietatis plena anno 1498. à quodam Fr. Michaele de Conterras Sacræ Theologiæ Magistro, & à Confessionibus Reginæ Leonoræ vxoris Emmanuelis Regis Portugaliæ, qui primitiui fuerunt Confratres cum aliis ex Regia progenie oriundis, de qua Confraternitate vbique terrarum celebratissima, & de illius institutione agunt per me citati *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 75. *n.* 17.

8 Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis vtuntur vestibus candidis, portant in pectore Crucem ex rubro & cæruleo colore, omnes ab vno reguntur Generali, cui administratio ainsvita durante conceditur, qui in Capitulo generali eligitur. Habet Ordo prouincias 18. monasteria 145. in quibus sunt circiter 4. millia Religiosorum. Generalium seriem vsque ad annum 1610. enumerat Claudius Robert. in sua Gallia Christiana tit. de Generalib

SVMMARIVM.

1 *Discalceati sanctissimæ Trinitatis à quo, & quando instituti?*

2 *Prouincias duas ex Conuentibus Ordinis sanctissimæ Trinitatis reformati in Hispania sub gubernio vnius Vicarij erigi mandauit Paulus V.*

3 *Reformationem Ordinis SS. Trinitatis inter cæteros Ordines Mendicantes adscribi voluit idem Paulus V.*

4 *Reformati Fratres Ordinis sanctissimæ Trinitatis vltra tria vota substantialia quartum aliud emittere debent.*

5 *Donatorum ad habitum personas seculares recipere non possunt Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis.*

6 *Officium sanctissimæ Trinitatis, & SS. Sacramenti eodem modo & iisdem diebus recitare possunt Reformati SS. Trinitatis, quibus Fratres non Reformati recitant.*

7 *Officia duo vnum de sanctissima Trinitate, & alterum de sanctissimo Sacramento duobus diebus non impeditis officio nouem lectionum singulis hebdomadis recitare possunt Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis.*

8 *Reformati SS. Trinitatis iam professi ad nullum alium Ordinem se transferre possunt nisi obtenta licentia suorum Superiorum, excepto Ordine Carthusianorum.*

9 *Oratio mentalis per duas horas qualibet die facienda est à Reformatis Ordinis sanctissimæ Trinitatis.*

10 *Indultum habent Fratres Reformati Ordinis Sanctissimæ Trinitatis quærendi, petendi, recipiendi eleemosynas, oblationes, & legata pro redemptione captiuorum relicta.*

11 *Celebrare super Altare portatili possunt Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis in Africa, & aliis Turcarum partibus.*

12 *Exemptionem à iurisdictione, obedientia, & superioritate Ministri Generalis Calceatorum obtinuerunt Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis.*

13 *Transitus non conceditur Patribus Reformatis ad quascunque Ordines etiam Minimorum.*

14 *Electio & confirmatio Ministri Generalis Fratrum Reformatorum Congregationis Hispaniarum Ordinis sanctissimæ Trinitatis quomodo facienda.*

Fratres Reformati Discalceati Ordinis sanctissimæ Trinitatis.

Collect. CCCLXXXVIII.

1 Congregatio, quam appellant Fratrum Reformatorum discalceatorũ Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorũ, instituta & fundata fuit à P. Ioanne Baptista, qui considerans Ordinem temporum iniuria, hominum stupiditate à primi eius instituti regularis Obseruantia deflexisse, diuina inspirante gratia arctioris vitæ zelo ductus primum huius Ordinis institutum imitari cupiens à Clemente VIII. reformationem obtinuit, in qua primitiua regula à Fratribus Reformatis, seu Discalceatis obseruaretur, vt constat ex eius *Constit.* 62. incip. *Ad militantis Ecclesiæ* 20. *Augusti* 1595. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 63. in nouiss. impress.

2 Fratrum Reformatorum Ordinis sanctissimæ Trinitatis ex Conuentibus erectus, in Hispaniæ Regnis Prouincias duas instituit sub gubernio vnius Vicarij Generalis, qui Ministro generali totius Ordinis tantùm subesset, *Paulus V. constit.* 59. incip. *Ex debito de anno* 1609. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag* 247. aliàs *pag.* 180.

3 Fratrum sanctissimæ Trinitatis reformationem inter cæteras Religiones Mendicantes adscribi voluit, *Paulus V. constit.* 60. incip. *Ecclesiæ Catholicæ* 15. *Decembris* 1609. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 248. aliàs *pag.* 181. in nouiss. impress.

4 Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis tempore suæ professionis vltra tria vota substantialia, quartum aliud emittere debent, non prætendendi scilicet nec per se nec per alios directè, vel indirectè Prælat[illegible]m vllam nec intra, nec extra Religionem. *Paulus V. constit.* 61. aliàs 39. incip. *Quapiè* 10. *Februarij* 1610. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 3. *pag.* 249. aliàs *pag.* 181. in nouiss. impress.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

5 Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis recipere non possunt personas seculares ad habitum Donatorum sub pœna priuationis Officiorum, & perpetuæ inhabilitatis sed tantum duo genera Religiosorum, vnum videlicet clericorum Ecclesiæ ministeriis vacantium, & alterum laicorum ad eleemosynas colligendas, & alia ministeriorum seruitia attendentium *Vrbanus VIII. constit. 25. aliàs 135.* incip. *Cum sicut 29. Octobris 1634.* apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. Bullarij in appendice pag. 44.*

6 Fratres Reformati sanctissimæ Trinitatis, & sanctissimi Sacramenti eodem modo, & iisdem diebus, & temporibus, quibus Fratres eiusdem Ordinis non reformati ex priuilegio Clementis VIII. recitant, illisque in omnibus circa huiusmodi Officia se conformant vt censuit *Sacra Congreg. Rit. in causa sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum 14. Februarij 1615.* cuius meminit Sallius *in select. Canon. cap. 25. num. 8.*

7 Fratribus Reformatis Ordinis sanctissimæ Trinitatis licet recitare duobus diebus singularum hebdomadarum Officium, vno scilicet de Sanctissima Trinitate, altero de sanctissimo Sacramento sub ritu semiduplici, dummodò hi duo dies non sint impediti festo nouem lectionum. *Eadem Sacra Congreg. Rit. in causa sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum 9. Nouembris 1632.* teste Sellio *d. c. 25. num. 9.*

8 Fratres iam professi inter Reformatos Ordinis sanctissimæ Trinitatis ad nullum alium Ordinem sub apostasiæ, & perpetuæ infamiæ nota se transferre possunt (excepto dumtaxat Ordine Carthusianorum, petita tamen prius, & obtenta licentia suorum Superiorum) *Vrbanus VIII. in Constit. sua* incip. *Commissi sub dat. 9. Augusti 1624.* declarans professiones talium se transferentium irritas, & inefficaces, ac nullius esse valoris, & præcipiens Superioribus aliorum Ordinum vt statim ac fuerint requisiti, tales translatos ad suam primam Religionem sub excommunicationis, ac priuationis suorum officiorum pœna remittere debeant.

9 Fratribus Reformatis Ordinis sanctissimæ Trinitatis præcipitur vt in singulis diebus ad minus per duas horas communis fieret ad Deum mentalis Oratio. *Vrbanus VIII. in Constit. sua sub Dat. Romæ 7. Kalend. Octobris 1631.* vbi etiam illis concedit suum maiorem ac Generalem Ministrum, cuius electio facienda esset de sexennio in sexennium.

10 Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis habent indultum quærendi, petendi, & recipiendi eleemosynas, oblationes, & legata, ac alia quæcunque subsidia pro redemptione captiuorum relicta. *Vrbanus VIII. constit.* incip. *Ex incumbenti 5. Iunij 1631.* apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. in appendice pag. 13.*

11 Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis possunt in Africa, & aliis Turcarum partibus celebrare super Altare portatile, & antequam illucescat dies, ac etiam absoluere fideles à casibus reseruatis, necnon eisdem Indulgentias impertiri. *Vrbanus VIII. sua Constit* incip. *Cum sicut 20. Ianuar. 1626.* apud Angel. Mariam Cherub. *in appendice tom. 4. pag. 10.*

12 Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis exemptionem obtinuerunt à iurisdictione, obedientia, & superioritate Ministri Generalis calceatorum. *Vrbanus VIII. constit. 33. aliàs 143.* incip. *Ex quo, pridie Kalend Martij 1636.* apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. Bullarij in appendice pag. 55.*

13 Fratres Reformati Ordinis sanctissimæ Trinitatis post emissam professionem transire non possunt sub quouis prætextu ad alios quoscunque Ordines etiam Fratrum Minimorum sancti Francisci de Paula, excepto Carthusianorum Ordine. *Vrbanus VIII. constit.* incip. *Alias à nobis 4. Aprilis 1637.* apud Angel Mariam Cherubin. *in appendice tom. 4. pag. 9.*

14 Fratres Reformati discalceati Congregationis Hispaniarum Ordinis sanctissimæ Trinitatis quomodo eligere valeant suum Ministrum generalem, & de eius confirmatione. *Vrbanus VIII. constit. 36. aliàs 146.* incip. *Exposuit nobis 3. Decembris 1636.* apud Angel. Mariam Cherubin. *tom. 4 Bullar. in appendice pag. 59.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referantur de Ordine Minimorum S. Francisci de Paula agentes.*

2 *Fratres Minimi à quo & quando instituti?*

3 *Fratres Minimi dicuntur apud Gallos boni homines, & apud Hispanos Fratres Victoriæ.*

4 *Regulam primam approbat Alexander VI. & mutat nomen Eremitarum in nomen Minimorum.*

5 *Eucharistiam etiam in die Paschatis, & extremam vnctionem Tertiariis administrare possunt Fratres Minimi.*

6 *Minimi assumpti ad Episcopatum, seu alias Dignitates extra Ordinem, resignare debent omnia, quæ tempore assumptionis habere contiget.*

7 *Famuli seruientes in monasteriis Minimorum in habitu seculari possunt à Religiosis illius recipere Eucharistiam etiam in tempore Paschatis.*

8 *Interdicti tempore ordinaria auctoritate appositi possunt Minimi apertis ianuis Diuina celebrare.*

9 *Exemptionem à decimis & quarta funerali habent Fratres Minimi.*

10 *Confessiones audire possunt Minimi, & sub Sedis Apost. protectione suscipiuntur.*

11 *Votum quartum de abstinentia quadragesimali emittunt Minimi.*

12 *Descendentes ex genere Iudæorum, & hæreticorum in Ordine Minimorum recipiuntur.*

13 *Indulgentiæ plures conceduntur visitantibus Ecclesias Minimorum.*

14 *Mendicantes sunt Minimi, & inter Ordines Mendicantes numeratur eorum Religio.*

15 *Superiores Minimorum, qui fauores extra suum Ordinem attendentes, Officia, dignitates, & gratias concedunt, quas pœnas incurrunt?*

16 *Libri ex bibliotheca Genuensi Ordinis Minimorum extrahi non possunt sub pœna excommunicationis.*

17 *Generalis Minimorum potest supprimere Conuentus tenues, eorumque bona in Conuentus maiores transferre cum oneribus annexis.*

18 *Laici Ordinis Minimorum possunt vna cum Sacerdotibus suffragium ferre pro acceptatione nouitiorum.*

19 *Generalis Minimorum post expletum suum officium potest votum consultiuum, decisiuum & electiuum in omnibus Capitulis Generalibus, Prouincialibus, & intermediis habere.*

20 *Priuilegia Minimorum, immunitates, gratia, & indulta confirmantur ab Vrbano VIII.*

21 *Capitulum generale Ordinis Minimorum quolibet sexcennio celebrari debet.*

22 *Habitus Fratrum Minimorum qualis?*

23 *Fratrum Minimorum tota congregatio vni paret Generali, qui ad sexcennium durat, quot prouincias, domicilia, & Religiosos habeat.*

Fratres Minimi Sancti Francisci de Paula.

Collect. CCCLXXXIX.

1 De his Fr. Lucas de Monteya *in chronica huius Relig.* Gaulter *in tab. chronograph saculo 15. anno* 1473. Laurent. de Peyrinis *de priuilegiis Regular. huius Ordinis*, Petrus Opiner. *in opere chronog. tom.* 1. *anno* 1458. *pag.* 418. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib 6. cap.* 31 Illescas *in historia Pontificali p.* 2. *lib.* 6. *c.* 16. Platus *de bono statu Relig. lib.* 2. *cap.* 22. & 37. Paul. Motigia *de origine Relig li.* 1. *c.* 49. Siluest. Marul. *in occeano Relig lib.* 5. *pag* 360. Fr. Emman. *qu. Regul to.* 1. *q.* 2. *art.* 7. Carol. de Tapia *in auth ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap* 55. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom* 1. *q.* 4. *art* 11. Azorl. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 13 *cap.* 1. *q.* 13. Venero *en su enchiridion de los tiempos fol.* 102. *in nouiss impress.* Castillo *in annalib. chronolog. lib.* 5 *anno* 1473. *in princip. & anno* 1507. referens plures huius Religionis viros sanctitate florentes, Hieron. Roderic. in compendio quæst. Regular. resol. 123. num. 37. Claudius Robertus in Gallia Christiana tit. de Generalibus, Fr. Ferdinand. de Camargo in epitome historiali Eccles. milit. sub anno 1506. fol. 290. cum seq. Ioseph. Micheli en el thesoro de Religiones fol. 109. Ascan. Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 7. num. 10. Ioann. Maria Nouar. in lucerna Regul. verbo Fratres num. 11. cum seqq.

2 Fratrum Minimorum sancti Francisci de Paula Ordo institutus à sancto Francisco de Paula (est Paula patria vrbs in Calabria Regni Neapolitani) anno 1436. Pontifice Eugenio IV. Imperatoribus Occidentis Sigismundo, Orientis Ioanne Paleo-
3 logo sub propria regula. Dicuntur eius Religiosi apud Gallos *bom homines*, apud Hispanos *Fratres Victoriæ*, quod in hanc prouinciam ingressi sunt eo die, quo Rex Ferdinandus Catholicus victoriam de Mauris adeptus est, illorum precibus adeptam, & vaticinio prænunciatam.

4 Fratrum Minimorum primam regulam approbat, & mutat nomen Eremitarum in nomen Minimorum *Alexander VI. constit sua* incip. *meritis* 4. *Kalend. Martij* 1492 apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. constit. eiusdem Pontificis pag.* 47. *in nouissima impress* Placentiæ in folio, & constit. 2 apud
5 eundem concedit quod Tertiarii possint Religiosi Eucharistiam etiam in die Paschæ, & Extremam vnctionem ministrare: & constit. 5 apud
6 eundem mandat, quod ad Episcopatum, seu alias dignitates extra Ordinem assumpti resignent omnia, quæ tempore assumptionis habere continget, Superioribus Ordinis. *Leo X. constit. sua* incip. *Iusquæ Non Iulij* 1513. confirmat priuilegia omnia concessa à suis prædecessoribus, & approbat de nouo regulas Fratrum, Sororum, & tertij Ordinis, ac
7 concedit quod famulis inseruientibus in monaste-

Barbos. Apost. Decis. Sum.

riis huius Ordinis in habitu seculari possint à Religiosis illius recipere Eucharistiam etiam tempore Paschalis, & in articulo mortis, & in suis
8 Ecclesiis sepeliri, apud Laurent. de Peyrinis *constit.* 4. *pag.* 146. & *constit.* 1. *apud eundem* concedit quod tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi possint ianuis apertis Diuina celebrare, & *constit.* 16. apud eundem agitur de canonizatione S. Francisci de Paula.

9 Fratrum Minimorum regulam approbauit, & exemptionem à decimis, & quarta funerali concessit, Sacramenta ecclesiastica eos ministrare posse statuit, & eorum gratias communicauit Monialibus eiusdem Ordinis, *Iulius II. constit.* 10. incip. *Dudum* 5. *Kalend. Augusti* 1506. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 360. in nouiss. impress.

10 Fratres Minimi Confessiones audire possunt, & sub Apostolicæ Sedis protectione suscipiuntur. *Sixtus V. constit.* 5. incip. *Sedes Apostolica Kalend. Iunij* 1474. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 335.

11 Fratres Minimi emittunt votum quartum de abstinentia quadragesimali, idest de non edendo extra infirmitatem & necessitatem per totam vitam ea, quæ in quadragesima vetantur, referunt Azor. *d. p.* 1. *lib.* 12 *c.* 6 *q.* 6. Sanch. *in præcepta Decalogi tom* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 6. Suar. *de Relig tom.* 4. *tract.* 8. *lib* 3. *c.* 17. *num.* 8.

12 Fratres Minimi possunt esse descendentes ex genere Iudæorum, & hæreticorum, *Gregorius XIII. constit.* incip. *Muneris nostri* 1. *Augusti* 1583. apud Laurent. de Peyrinis *constit.* 3. *pag.* 291.

13 Fratrum Minimorũ Ecclesias visitantibus singulis primis sextis feriis cuiuslibet mensis, plenaria Indulgentia conceditur, & visitantibus easdem Ecclesias singulis aliis sextis feriis totius anni septem anni, & totidem quadragenæ de iniunctis pœnitentiis elargiuntur, *Paulus V. constit sua* incip. *Aliàs ad augendum* 8. *Augusti* 1615. apud Laurent. de Peyrinis *constit* 2. *pag* 311.

14 Fratres Minimos Mendicantes esse declarauit *Pius V. constit.* 49. incip. *Apostolicæ Sedis benignitate* 9. *Nouembris* 1567. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 224. aliàs *pag.* 184. in nouiss. impress.

15 Fratrum Minimorum Superiores, qui fauores extra suum Ordinem attendentes officia, dignitates, & gratias concedunt, ac Fratres dictos fauores conquirentes pœnas incurrunt. *Paulus V. tom.* 4. *Bullarij constit.* 19. incip. *Admonemur* 6. *Septembris* 1619.

16 Fratrum Minimorum ex bibliotheca Genuensis Conuentus libros quomodolibet extrahentes excommunicationis, & priuationis vocis actiuæ & passiuæ pœnam incurrunt *Vrbanus VIII. constit.* 4. apud Laurent. de Peyrinis *pag.* 365.

17 Fratrum Minimorum Generali conceditur facultas supprimendi Conuentus tenues, eorumque bona in Conuentus maiores transferendi cum oneribus annexis. *Vrbanus VIII. in sua Constit.* incip. *Cum sicut* 23. *Iunij* 1633. apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg Regul. tom.* 3. *in addit. pag.* 505.

18 Fratres laici Ordinis Minimorum possunt vna cum sacerdotibus suffragium ferre pro acceptatione nouitiorum. *Vrbanus VIII. in constit. sua* incip. *Exponi* 22. *Martij* 1641.

19 Fratrum Minimorum Generali, & cæteris in perpetuum futuris Generalibus post expletum Generalatus officiũ votum consultiuum, decisiuũ,

& electiuum in omnibus Capitulis generalibus, Prouincialibus, & intermediis habent, poſſuntque eligere aliquem Conuentum à quo non poſſint amoueri, nec non vnum Fratrem eiuſdem Ordinis oblatum ſiue laicum arbitrio ſuo in ſuum ſocium. *Vrbanus VIII. conſtit. ſua* incip. *Cum rationi* 30. *Maij* 1642.

20 Fratrum Minimorum priuilegia, immunitates, gratiæ, & indulta tam ſpiritualia quam temporalia, quatenus ſunt in vſu nec reuocata, confirmantur etiam per modum communicationis, & extenſionis. *Vrbanus VIII. conſtit.* 19. incip. *Iniuncti* 28. *Iunij* 1624. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *pag.* 36. in nouiſſ. impreſſ.

21 Fratrum Minimorum Capitulum generale quolibet ſexcennio celebrari poteſt, in eoque Correctot Generalis, eiuſque collegæ, & procurator Generalis ad ſexcennium, aliique Officiales prouinciales, eorumque collegæ ad triennium eligi poſſunt. *Paulus V. conſtit.* 6. incip. *Cum ſicut* 1. *Octobris* 1605. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 182. aliàs *pag.* 134. in nouiſſ. impreſſ.

22 Fratrum Minimorum habitus parum diſtat in figura ab eo, quem geſtant Eremitæ ſancti Auguſtini mutato colore nigro in canuſinum, caputium tamen, cum deſcendit ad pectus, rotundum eſt, cum vato ad ſcapulas non acuminatum, ſed obtuſum ea forma ſed latiori qua caperonem portant nouitij S. Franciſci Aſſiſſinatis, deinde cingulo laneo canuſino præcinguntur nodis quibuſdam diſtinguentibus Sacerdotes à non Sacerdotibus, refert Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Religioſib. num.* 72.

23 Fratrum Minimorum tota Congregatio vni paret Generali, qui per ſexcennium durat, habet ſub ſe ſexdecim prouincias, in illis centum quadraginta domicilia, Religioſos tria millia, vt refert Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 11. *quæſt.* 13.

Fratres S. Auguſtini, vide in verbo *Eremitæ Fratres S. Auguſtini collect.* 325. & ſeqq.

Fratres S. Hieronymi per Hiſpaniam & per Italiam, vide in verbo *Eremita Fratres S. Hieronymi collect.* 328. *& ſeqq.*

Fratres Seruitæ Montis Senarij, vide in verbo *Eremita Fratres Montis Senarij collect.* 333.

SVMMARIVM.

1 *Cameræ Apoſt. reſeruantur fructus beneficiorum Italiæ reſeruatorum, ſeu affectorum pro rata temporis, quo vacauerint.*

2 *Lite pendente inter prouiſos de beneficio in Eccleſia Cathedrali vel Collegiata, illius fructus deponendi penes perſonam idoneam.*

3 *Cameræ Apoſt. reſeruantur fructus beneficiorum Regni Neapolis tempore obitus eorum, qui cum Camera ſuper ſpolio transfegerunt, pendentes, vel non exacti.*

4 *Beneficiorum fructus tempore obitus beneficiatorum quamuis maturi, ſed non exacti non ſpectant ad eorum hæredes, ſed ad ſucceſſores in beneficiis.*

5 *Facultates transferendi penſiones fructuum beneficiorum vltra medietatem ſunt reuocatæ.*

6 *Reſtitutio debita fructuum malè perceptorum non poteſt componi cum obtinentibus Bullam Cruciatæ, vel vigore aliorum priuilegiorum.*

7 *Parochorum non reſidentium fructus fabricæ Eccleſiæ applicare debet Epiſcopus.*

8 *Parochus tenetur promoueri, & curam exercere licet fructus ſui beneficij reſeruati ſint in fauorem alterius.*

9 *Canonicus legendo in Vniuerſitate Theologiam cum licentia clauſtri percipit fructus quamuis non habeat cathedram, nec ſalarium.*

10 *Præbendæ fructus illius, qui abſuit vltra tres menſes, applicandi ſunt in vſum Eccleſiæ, & vtilitatem illius.*

Fructus.

COLLECT. CCCXC.

1 FRuctus beneficiorum Italiæ Sedi Apoſt. reſeruatorum ſeu affectorum aliter quam per ceſſum vacantium, applicantur, & reſeruantur Cameræ Apoſt. pro rata temporis quo vacauerint, & Collectori ſpoliorum datur facultas hos fructus colligendi. *Pius IV. conſtit.* 32. incip. *Cupientes*, apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. ſecundo, pag.* 46. aliàs *pag.* 35.

2 Fructus beneficiorum litigioſorum lite pendente inter prouiſos de beneficio in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, & Capitulum ac Canonicos, deponendi ſunt penes perſonam fida, ac facultatibus idoneam à Iudice eligendam. *Pius V. conſtit.* 57. incip. *Cordi de anno* 1568. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 232. aliàs *pag.* 190. in nouiſſ. impreſſ.

3 Fructus Beneficiorum Regni Neapolis tempore obitus eorum, qui cum Camera ſuper ſpolio transfegerunt pendentes, vel non exacti ad Cameram ſpectant. *Sixtus V. conſt.* 90. incip. *Cum ſicut.* 1. *Ianuarij* 1598. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 650. aliàs *pag.* 493. in nouiſſ. impreſſ.

4 Fructus beneficiorum eccleſiaſticorum tempore obitus beneficiatorum quamuis maturi, ſed non exacti, cum effectu etiam ſponte oblati, non ſpectant ad eorum hæredes, ſed ad ſucceſſores in beneficiis. *Iulius III. conſtit.* 7. incip. *Cum ſicut de anno* 1550. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 697. Et emanauit huius Conſtitutionis confirmatio ab *Vrbano VIII. conſtit.* 80. incip. *Æternus rerum conditor* 5. *Aprilis* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 4. *pag.* 93. & illarum meminit R. P. D. Alexand. Sperell. *in deciſ. fori eccleſ. deciſ.* 82. *numero vndecimo cum ſeqq.*

5 Fructuum beneficiorum vltra medietatem penſiones transferendi facultates, & vniones beneficiorum effectum non ſortitæ, ſunt reuocatæ. *Vrbanus VIII. conſtit.* 69. *in proœmio*, incip. *Sanctiſſimus* 20. *Iulij* 1627. apud Angel. Mari. Cherub. *tom.* 4. *pag.* 86.

6 Fructus non reſidentium amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abeſt ſine licentia, nec poteſt componi reſtitutio debita fructuum malè perceptorum cum obtinentibus Bullam Cruciatæ, vel vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum obtentarum per Concilium. *Sacra Congr. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de benef. part. tertia, cap. ſecundo, num.* 26.

7. Fructus non reſidentium, de quibus in decreto Concilij ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. debet Epiſcopus Ordinarius applicare fabricæ Eccleſiæ Parochialis, etiamſi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ poteſt tamen in dies indigere quoad ornamenta. *Sacra Congreg. Conc.* prucs Nicol. Garc. *d. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 31.

8 Fructus licet sint reseruati in fauorem alterius, non tamen reseruata administratione, reseruatio minimè tollit curam & administrationem, vnde tenetur promoueri, & curam exercere, *S. Congr. Conc.* referente Nicol. Garcia *de benefic part. 11.c.5.n.127.*

9 Fructus sui Canonicatus in absentia percipit Canonicus legendo in Vniuersitate Theologiam cum licentia claustri, etiamsi non haberet cathedram nec salarium. *S. Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benef.p.2.c.5.n.61.*

10 Fructus Præbendæ, quibus Canonici, qui abfuerint à seruitio Ecclesiæ vltra tres menses priuandi sunt *ex cap.12.sess. 24. de reformat.* applicandi sunt in vsum Ecclesiæ, & vtilitatem illius, potest tamen Episcopus hanc pœnam ante sententiam minuere, vel augere, sed non in totum tollere. *S. Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic.p.3. cap.2. n.146. & 150.*

SVMMARIVM.

1 *Dignitas prima quas functiones Episcopales absente Episcopo facere debeat, ostenditur.*

2 *Episcopus non potest alteri delegare functiones Episcopales & missas solemnes, eo absente, vel impedito quàm digniori de Capitulo ordine successiuo.*

3 *Digniori de Capitulo non autem ad hebdomadarium spectant functiones solemnes Episcopo absente, vel impedito.*

4 *Manutenendus est in possessione exercendi functiones suas ille, qui per decennium præteritum eas exercuit.*

Functiones Parochiales sunt
- 5 *Candelarum benedictio in die Purificationis.*
- 6 *Delationes sanctissimi Sacramenti.*
- 7 *Missa celebratio feria quinta in Cœna Domini.*
- 8 *Cinerum benedictio.*
- 9 *Palmarum benedictio.*
- 10 *Domorum benedictio in sabbato sancto.*
- 11 *Processio per Parochiam.*

Functiones Episcopales, & Parochiales.

Collect. CCCXCI.

1 FVnctiones Episcopales, quas prima dignitas absente Episcopo facere debet, dicuntur benedictio Candelarum, Palmarum, cinerũ, fontium, absolutio mortuorum in die commemorationis omnium defunctorum, & delatio Sanctissimi Sacramenti. *Sacra Congreg. Rit. in Aretina 30. Ianuarij 1610.* teste Sellio *in select. in Canon.c.11. numer.185.*

2 Functiones Episcopales, & Missas solemnes, absente, vel impedito Episcopo ad digniorem de Capitulo ordine successiuo spectant, neque potest Episcopus alteri delegare. *Sacra Congr. Rit. in Marturanen. 14. Februarij 1632.* quam refert Bousadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resolut. 7. numero 14.*

3 Functiones solemnes, quas si Episcopus præsens esset, obiret, Episcopo absente, vel impedito spectant ad digniorem de Capitulo, non autem ad hebdomadarium. *Sacra Conc. Rit. in Pennen. 15. Februarij 1633.* quam citat Bousadin. *dict. resolut. 7. num. 15.*

Vide plura in verbo *Prima dignitas collect. 253.n. 14. cum seqq.*

4 Functiones suas exercendi in possessione manutenendus est ille, qui per decennium præteritum illas exercuit. *Sacra Congregat. Rit. in Asten. 16. Iuly 1601.* apud Sellium *dict. cap. 11. numero 16.*

5 Functiones Parochiales sunt candelarum benedictio in die Purificationis B. Virginis, & earum dispensatio, ita vt hæc ad proprios Parochos semper spectent. *Sacra Congregat. Rit. in Alatrina 5. Martij 1633.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap.12.n.4.*

6 Functiones Parochiales sunt delationes Sanctissimi Sacramenti, & celebrationes Missarum feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbati sancti aspersiones domorum, quadraginta horarum ora-
7 tiones, & aliæ Presbyterales functiones, quæ populum, & animarum curam quoquomodo cernere videntur, ita vt non ad Capellanos, seu Sacristam Ecclesiarum ab eisdem locis deputatos, sed ad Parochos spectare debeant. *Sacra Cong. Rit. die 18. Maij 1602.* teste Marchino *de Sacram. Ordinis p.3.c.8.nn.6.* quem refero *de officio, & potest. Parochi c. 12. sub n. 50.*

8 Functiones inter Parochiales connumeratur Cinerum benedictio, quæ solet fieri prima die quadragesimæ. *Sacra Congregat. Rit. in dict. Alatrina 5. Mart. 1633.* penes me *dict. cap. 12. numer. 8.*

9 Functionum Parochialium nomine comprehenditur Palmarum benedictio, quæ à Curatis in eorum Ecclesiis Parochialibus peragi debet. *Eadem Sacra Cong. in d. Alatrina* de qua Ego ipse *d. ca. 12.n.10.*

10 Functionum Parochialium appellatione venit domorum benedictio in Sabbato sancto, cum hoc sit munus Parochi. *Sacra Congr. Conc. in Bononien. 4. Iulij 1610.* quam citat Lezana *in sum. quæst. Regul c.11.n. 41. vers. ad quartumdecimum,* quem refero *d c.12.n.11.*

11 Functiones ad Parochiales spectat processiones facere per Parochiam. *Sacra Congregat. Rit. in Hispalen. 26. Februarij 1628. & in Liman. 15. Decembris 1631. Sacra Congregat. Concil. in Bononien. 2. Iulij 1610.* quarum meminit *dict. capit. 12. numero 13.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vt obtinere valeat minor 14. annorum si in fundatione statutum fuerit, illi standum erit.*

2 *Ordinarium an possit excludere fundator ab administratione, cura, & visitatione Capellaniarum, seu beneficiorum.*

3 *Fundatoris nomen exprimi non debet in collecta, quamuis in fundatione de hoc sit lex.*

Fundatio. Fundator.

Collect. CCCXCII.

1 FVndationi statuenti vt minor etiam quatuordecim annorum adipisci valeat standum ait, cum ei derogatum non fuisset per Concilium sess. 23. cap. 6. de reform. *Sacra Congr. Conc.* testibus Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. num. 91.* Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 2. in fine*, Nouar. *in singularib. Iuris Canon. concl. 13. num. 5.* Massobr *in sua praxi habendi concursum req. 7. dub. 12. & req. 10. dub. 11. num 30.* Alphons. de Leone *de officio Capellani q. 4 praxi 6. num. 36.* Ciarlin *controuers forens. lib. 1. ca. 53. num 51.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg 60. n. 77.*

2 Fundator ab administratione, cure, & visitatione Capellaniarum perpetuarum etiem collatiuarum excludere potest Ordinarium, nisi in casu negligentiæ. Ita ex mente Pauli V. *Sacra Congreg.* vt refert Nicol. Garc. *de benef p. 1. cap. 2, num. 98.* Et iterum. Si in fundatione hospitalis sit dictum quod Ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, non potest illud visitare. *Sacra Congregat. Concil.* referente Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. titul. 6. l. 5. §. 2. numer. 66.* & per sanctam Sedem sic rescriptum fuisse asserit Carol. de Grassis *de effectib clerical. effect. 1. num. 610.* quem citaui *dict p. 3. alleg. 75. numer. 9.* vbi intellexi præsupposito Episcopi in fundatione consensu.

3 Fundator alicuius monasterij non potest legem imponere Fratribus illius, vt in collecta, quæ pro Rege dicitur, etiam ipsius fundatoris nomen exprimatur. *Sacra Congr. Rit. in causa Carmelitarum Discalceatorum 28. Ianuarij 1606.* quam refert Sellius *in select. Canon. c. 17. n. 20.*

SVMMARIVM.

Parochus debet funerale ducere & prosequi vsque ad Ecclesiam Regularium si in ea defunctus sepeliri debeat.

2 *Officium mortuorum & alia necessaria circa cadauer peragere postquam in Ecclesia Regularium introductum fuerit, ad eos spectat, & non ad Parochum.*

3 *Parochus ad funerale vocare potest quoscunque Presbyteros inuitis viciniorib. nisi aliter disponatur ab hæredibus.*

4 *Crux vnica in funeralibus deferenda est.*

5 *Funus comitantes in Parochiali conueniri debent, & per vias expectari non est permittendum, contraria consuetudine non obstante.*

Funerale. Funus.

Collect. CCCXCIII.

1 FVnerale ducere & prosequi debet Parochus vsque ad Ecclesiam Regularium si in ea defunctus sepeliri debeat, in eisdem autem Ecclesiis ad eosdem Regulares dumtaxat spectat officium

2 mortuorum, & alia necessaria circa cadauer peragere, nisi contraria adsit consuetudo. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Briuten. 18. Iunij 1591. & in Nicoteren. 5. Iunij 1615.* de qua Lezana *in summa quæstion. Regul. tom. 3. verbo defunctus numer. 4.* Ioann. Maria Nouar. *in Lucerna Regular. verbo defunctus etiam num. 4.*

Vide etia in verbo *Officium defunctorum collect. 533.*

3 Funeralibus vocari possunt à Parocho quicunque Presbyteri, etiam inuitis viciniorib., nisi aliter disponatur ab hæredibus defuncti. *Sacra Congregat. Rit. in Ferrarien 7. Septembris 1613.* quam refert Aldan *in compendio Canonic. resolut. lib. 2. titul. 22. numer. 4.* Vide infra in verbo *Hæres collect. 406.*

4 Funeralibus est deferenda vnica tantum Crux illius Ecclesiæ, ad quam cadauer transfertur, post quam sequantur immediatè personæ illius Ecclesiæ, & deinde cæteri secundum antianitatem. *Sacra Congr. Rit in Narnien. 30. Septembr. 1614.* cum aliis allegatis supra *verbo Crux collect. 234. n. 3.*

Vide etia *in verbo Defunctus collect. 245.*

5 Funus comitantes in Parochiali Ecclesia, vel in alia iuxta loci consuetudinem omnino conuenire debent. *Sacra Congregat. Rit. in Tropien. 8. Februarij 1631.* penes Lezanam *in sum. quæst. Regul tom. 1. c. 12. num 41. vers. ad 4.* metipsum *de iure ecclesiast. vniu. li. 3 cap. 10. num 63.* Et nullo modo permittendum expectari per vias, vel ad domum defuncti, non obstante contraria consuetudine expectandi per vias, vel ad domum defuncti. *Eadem Sacra Cong. Rit. in Thelesina 12. Februarij 1633. & in Liman. 15. Decembris 1632.* cuius meminit *dict. lib. 3. cap. 10. num. 64.*

B. Gaietanus Thienæus.

Collect. CCCXCIV.

BEati Gaietani Thienæi Officium, & Missam de communi Confess. non Pont. Clericis Regularibus Theatinis vbilibet, & Sacerdotibus quibuscunq; quoad Missam in die eius obitus confluentibus in eorum Ecclesiam in ciuitate Vicentina, vbi natus est, & in Neapolitana, vbi eius corpus quiescit, concessit *Vrbanus VIII. constit. 103. incip. In sede 7 Octobr. 1629.* apud Ang. Mariam Cherub. *in Bullario to. 4. pag. 110.* & illius meminit Aldan. *in compendio Canon resol. lib. 1. tit. 18. de Sanctis num. 127.*

S. Geltrudis.

Collect. CCCXCV.

1 SAnctæ Geltrudis Officium & festum vt celebrari, & recitari possit à Monialibus sancti Ioannis Euangelistæ ciuitatis Licien. de consensu & licentia Episcopi concedi posse censuit *Sacra Cong Rit. in Licien. 7. Octobris 1606.* quam citat Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 18. de sanctis, numer. 129.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Generalibus Religionum agentes.*

2 *Nouitiorum in receptionibus debent Generales præ-*

cipere

cipere vt aliqui semper ex variis Nationibus & linguis admittantur.

3 Suspendere à Confessionibus audiendis suos subditos quando possit Generalis Ordinis.

4 Confessiones Monialium sui Ordinis non licet Generali audire absque Episcopi speciali deputatione.

5 Vicarius Generalis potest dum absens est, alium suo loco subrogare.

6 Visitare Fratres, & loca Congregationis Lombardiæ per se ipsum licet Generali Priori Fratrum Eremitarum sancti Augustini.

Generalis Ordinis.

Collect. CCCXCVI.

1 De Generalibus Religionum vide Ioann. Mariam Nouat. *in lucerna Regul. verbo Generalis*, Laurent. de Portel. *in dubiis Regul. sub eodem verbo.*, Lezana *in summ. quæstion. Regular. tom 3. eodem verbo.*

2 Generales omnes admonet Sacra Congregatio de propaganda Fide habita die 13. Decembris 1624. annuente S. D. N. Papa vt præter studia linguarum aliàs à sacra Congr. Regularibus indicta, specialis sub decreto præcipiant, vt in nouitiorum receptionibus in posterum faciendis aliqui semper ex variis Nationibus & linguis pro modulo tamen suarum Religionum vna cum aliis, qui hactenus recipi consueuerūt, ad habitum assumantur, qui peracto studiorum cursu, & in simplici Sacerdotio constituti, & Episcopali dignitate ornati ad eorum prouincias propagandæ Fidei gratia mitti possint, refert Lantent. de Peyrinis *depriuil. Regular ad constitut. 2. Sixti V. numero 11.*

3 Generalis Religionis potest suos subditos ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extraiudicialiter à Confessionibus audiendis suspendere Sacra Congreg. Conc. testibus Pereg. *in Constit. Cleric. Regul. p. 1. ca. 5. lit. D. in fine.* Ioann. Maria Nouat. *in lucerna Regular. verbo Generalis nu. 1.* Lezana *d. tom. verbo Confessarius, nu. 2. in fine.*

4 Generali audire non licet Confessiones Monialium sui Ordinis absque Episcopi speciali deputatione. *S. Cong. Conc. sub die 13. Nouembris 1617.* quam refert Sellius *in select. Canonic. cap. 3. numero 46.*

5 Generalis siue Vicarius Generalis potest dum absens est alium suo loco subrogare qui omnimoda eius potestate, & iurisdictione vbique locorum (illa tantum excepta prouincia in qua ipse Generalis pro tempore reperietur) fungatur, & potiatur. *S. Congregat. Apostolica Visitationis 16. Maij* 1616. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario to. 4 pag. 74.*

6 Generalis Prior Fratrum Eremitarum sancti Augustini per se ipsum visitat Fratres, & loca Congregationis Lombardiæ, simul cum vno ex Visitatoribus dictæ Congregationis, honoratique debet vt caput totius Ordinis. Visitator, aut Vicarius Generalis assistit. & votum solummodo consultiuum habet; Assistentesque Ordinis comitari debent Priorem Generalem in dicta Visitatione, & absque eorum consilio Prior præfatus nihil decernat. *Clemens VIII. constitut. 17. incip. Ex iniuncto de anno* 1604. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3 pag. 169.*

Generales Abbates vide in verbo *Abbas Generalis collect. 3.*

S. Geminianus.

Collect. CCCXCVII.

Sancti Geminiani Officium pro diœcesi Mutinen. concessit *Sacra Congreg Rit. in Mutinen. 21. Iunij 1621.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol lib. 1. tit. 18. de Sanctis n. 130.*

SVMMARIVM.

1 Processiones etiam dum fiunt per Ecclesiam, & quocunque tempore semper est genuflectendum ab omnibus transeuntibus ante sanctissimum Sacramentum.

2 Genuflectendum non est ad orationes in Missa solemni, in qua dicitur Gloria, & Credo.

3 Canonici & Dignitates ad benedictionem Episcopi genuflectere non tenentur, sed tantum caput inclinare.

4 Dignitates & Canonici assistentes, vel aliquo modo Episcopo solemniter celebranti inseruientes genuflectere non tenentur.

Genuflectere.

Collect. CCCXCVIII.

1 Genuflectendum est semper ab omnibus transeuntibus ante sanctissimum Sacramentum, etiam dum fiunt processiones per Ecclesiam, & contraria consuetudo declaratur abusus. *Sacra Cong. Rit. in Pacen. 14. Decembr. 1602.* quam refert Sellius *in selectis canon c. 17. n. 48.*

2 Genuflectendum non est ad Orationes in Missa solemni in qua dicitur *Gloria & Credo. Sacra Cong. Rit in Placentina 19. Maij 1607. in resp. ad dub. 14.* penes Sellium *d. c. 17. n. 49.*

3 Genuflectere non tenentur Canonici & Dignitates ad benedictionem Episcopi, sed tantum caput inclinare, nec debent genuflectere quando Episcopum celebrantem thurificant. *Sacra Congr. Rit. in Oscen. 4. Maij 1613.* cuius memini *in tract. de Canonicis & Dignit. c. 35. n. 29.*

4 Genuflectere nullo modo tenentur Dignitates, & Canonici assistentes, vel aliquo modo Episcopo solemniter celebranti inseruientes. *Sacra Cong. Rit. in Monopolitana 15. Decembris 1632.* apud me *d. c. 35. n. 30.*

De Genuflexione *Gauant. in rub. Missalis p. 1. tit. 16. n. 1.*

Gilbertini Monachi, Vide in verbo *Monachi Gilbertini collect. 494.*

Gloria in excelsis Deo.

Collect. CCCXCIX.

1 Gloria in excelsis Deo dicitur in Missis votiuis B. Virginis tam in Sabbatis per annū

quam in Sabbatis Aduentus. *Sacra Congr. Rit. in Placentina 19. Maij 1607. in resp ad dub. 11.* de qua Lezana in *sum. quæst. Regul. tom. 1. cap. 21. n. 27.* Licet ipsa die Officium non fiat de B. Maria. *Eadem Sacra Congreg. Rit. in Segobien. 29. Iulij* 1609. quam refert Sellius *in select. Canon. cap. 6. num. 53.*

2 Gloria in excelsis Deo & Credo absque dubio dici poterit in Missis votiuis pro re graui, quando scilicet ab Episcopo, & vniuerso clero, & ciuitate Missa votiua solemniter celebratur cum interuentu Magistratus, & populi, excepto tantum quando Missa celebratur cum paramentis violaceis, vt pro infirmis, vel aliquo actu simili mœstitiæ, vel pœnitentiæ, quia tunc non dicitur *Gloria nec Credo. Sacra Congr. Rit. in dicta Placentina in resp. ad dub. 14.* cuius meminit Sellius *d. cap. 6. num. 54.*

De hoc hymno Angelico Gauant. *in Rub. Missalis p. 1. tit. 8. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Ritus Græcorum qui tolerandi?*

2 *Baptizatos Chrismate in fronte consignare non debent Græci Presbyteri.*

3 *Dies festos Latinorum obseruare tenentur Græci inter eos existentes.*

4 *Suspensi sunt Græci ad sacros Ordines promoti sine litteris dimissorijs Episcopi Latini diœcesani, & si in illis ministrauerint, efficiuntur irregulares.*

5 *Missas & diuina Officia Latino ritu Græci celebrare non possunt.*

6 *Ordinariorum iurisdictioni in quibus subiiciantur Græci.*

7 *Licentia recitandi Officium Latino ritu conceditur clericis Græcis habentibus dignitatem in Ecclesia, quæ ritum Latinum accepit.*

Græcus.

Collect. CCCC.

1 GRæcorum ritus, qui substantialibus Sacramentorum non aduersantur, ab Ecclesia Romana tolerandi sunt, & Græci Ordines secundum morem Ecclesiæ Romanæ conferre debent. *Innocentius IV. constit. 14.* incip. *Sub Catholicæ 2. Non. Martij* 1253. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 76.*

2 Græci Presbyteri baptizatos chrismate in fronte non consignent, in casu necessitatis Latinos absoluere possunt, inter Latinos existentes eorum dies festos obseruare tenentur: Sine litteris dimissorijs Episcopi Latini diœcesani ad sacros

4 Ordines promoti suspensi sunt, & si in illis ministrauerunt, efficiuntur irregulares & Latinus maritus vxoris Græcæ ritum non sequitur, sed benè vxor Græca sequitur ritum mariti Latini. *Clemens VIII. constit. 34.* incip. *Sanctissimus 31. Augusti* 1595. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 47.* Vide infra *collect. 659. numero 3. & 4.*

5 Græcos Latino ritu Missas, & diuina Officia celebrare posse vetuit *Pius V. constit. 12.* incip. *Prouidentia Kalend. Septembris* 1566. apud Laert. Cherub. *tom. 2. Bullarij pag. 192.* aliàs *pag. 145.* in nouiss. impress.

6 Græci subiiciuntur iurisdictioni Ordinariorum circa ea, quæ ad Dei cultum, & Sacramentorum pertinent administrationem. *Pius IV. constit. 74.* incip. *Romanus Pont. 16. Februarij* 1564. apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag. 105.* Scortia *in selectas summorum Pontificum Constitutiones epit. 79.*

7 Græcis Clericis habentibus dignitatem in Ecclesia, quæ ritum Latinum accepit, conceditur licentia recitandi Officium Latino ritu. *S. Congr. Rit. in Altamura nullius 29. Ianuarij* 1605. cuius meminit Sellius *in selectis Canon. cap. 8. num. 17.*

Græcis matrimonia contrahere &c. vide *collect. 465. num. 2 & 3.*

SVMMARIVM.

1 *Magistratus ciuitatis sub nomine non comprehenditur Gubernator.*

2 *Euangelij textus non debet osculandus porrigi Gubernatori prouinciæ.*

3 *Vicario generali præcedit Gubernator ciuitatis Lauretanæ iuxta consuetudinem.*

4 *Magistratus & Gubernator recusantes contra solitum accedere ad Cathedralem debitis remedijs cogendi sunt vt accedant.*

5 *Sedem seu locum in choro nec supra, nec inter Canonicos habere debet Gubernator ciuitatis.*

6 *Sedem pro audienda Concione apud Episcopum debet habere Gubernator ciuitatis.*

7 *Sedes solita cum strato in Ecclesia paranda Gubernatori Prælato.*

8 *Pacem habere debet, & thurificandus est ante Vicarium Episcopi Gubernator ciuitatis, quæ est caput prouinciæ.*

9 *Thurificandus est Gubernator Status ante Barones, & Curatos Ecclesiarum.*

10 *Thurificandus est ante Canonicos immediatè post Episcopum Gubernator Protonotarius cum habitu prælatitio.*

11 *Thurificandus est ante Canonicos etiam paratos Gubernator dignissimus, & perpetuus.*

12 *Thurificandus est immediatè post Canonicos assistentes Gubernator ciuitatis etiam non Prælatus.*

13 *Thurificandi sunt post Episcopum, & assistentes ante Canonicos, Gubernatores ciuitatum Sedis Apost. quando sunt Referendarij.*

14 *Thurificari debet Gubernator post Dignitates & Canonicos Cathedralis, & Collegiatæ.*

15 *Thurificandus est duplici non triplici ductu thuribuli Gubernator ciuitatis.*

16 *Decano & Canonicis alijs ipsis dignioribus non debent præcedere Gubernatores Capitulares electi à Capitulo Sede vacante.*

Gubernator.

Collect. CCCCI.

1 GVbernator non comprehenditur sub nomine Magistratus Ciuitatis. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina 15. Martij 1608 in 4. dubio*, teste Sellio *in selectis Canon. cap 27. num. 18.*

2 Gubernatori prouinciæ non debet textus Euangelij osculandus porrigi. *Sacra Congr. Rit. in Cusentina 17. Iulij 1614. & in Tropien. 3. Iulij* 1617. vbi quod

quod nec etiam debet in processionibus simul cum Episcopo incedere, quas refert Sellios *d.c.27. num.30.*

3 Gubernator Ciuitatis Lauretanæ præcedit iuxta consuetudinem Vicario Generali. *Sacra Congr. Rit. in Lauretana 9 Maij* 1609. quam citat Sellius *d. c.27.n.31.*

4 Gubernator & Magistratus recusantes contra solitum accedere ad Ecclesiam Cathedralem, debitis remediis cogendi sunt, vt accedant. *Sacra Congr. Rit. in Fanen.1. Septembris* 1607. penes Antonin. Dianam *moral.resol.p.5.in fine in collec declarat.n.* 49. Lezanam *in sum.quæst. Regul.tom.3. verbo Ecclesia.nu.18.*

5 Gubernator Ciuitatis non debet habere sedem, seu locum in choro, nec supra, nec inter Canonicos, sed omnino extra chorum in loco decenti. *S. Cong. Rit.in Signina 4 Iulij* 1615. referente Sellio *d.c. 27.n.42.*

6 Gubernator Ciuitatis debet habere sedem pro audienda Concione apud Episcopum, quę tamen non sit maior, nec pulchrior sede ipsius Episcopi, & neotra sit coloris rubri. *Sacra Congrega. Rit. de Perusina 3. Octobris* 1615. cuius meminit Aldan. *in compendio* Canonic. *resolut. libr.1. titul.16. numero* 59.

7 Gubernatori Prælato solita sedes cum strato in Ecclesia paranda est. *Sacra Congreg.Rit. in Fulginaten.30.Ianuarij* 1610. apud Aldan. *dict. titul* 16. *num.71.*

8 Gubernator ciuitatis, quæ est caput prouinciæ thurificandus est, & pacem habere debet ante Vicarium Episcopi etiam absente Episcopo; in aliis verò minoribus ciuitatibus post Episcopum thurificari, & pacem habere debet, sed absente Episcopo ei præfertur Vicarius. S *Congr. Episcop.& Regul.sub die* 30. *Iunij* 1592. quam adducit Alda.*d.tit.* 16 *nu.62.*

9 Gubernator Status vbi viget consuetudo thurificandus est ante Barones, & Custos Ecclesiarum. *S.Cong. Rit.in Gsilan.in Sardinia* 5. *Iulij* 1613. teste Aldan. *d.tit.16.n.63.*

10 Gubernator Protonotarius cum habitu prælatitio, id est rochetto, & mantelleto diuinis assistens, thurificandus est ante Canonicos immediatè post Episcopum. *Sacra Congreg. Rit. in Fauentina* 5. *Iulij* 1603. attestante Aldano *dict. titul.* 16. *numero* 64.

11 Gubernator dignissimos, & perpetuos thurificandus est immediatè post Episcopum, & ante Canonicos etiam paratos. *S.Congr. Rit.in Alexandrina 15 Martij* 1608. *in resp ad* 4.*dub.* penes Sellium *d c.27.n* 34.

12 Gubernator Ciuitatis etiam non Prælatus thurificandus est immediatè post Canonicos assistentes ante alios Canonicos: absente vero Episcopo immediatè post Vicarium Generalem. *Sacra Cong. Rit.in Fauentina 9 Maij* 1606.*& in Fanen.1.Septembris.* 1607. apud Sellium *d.c.27.n.35.* etiamsi Gubernator sit vxoratus. *Eadem Sacra Cong in Fauentina* 17. *Nouembris* 1607. cuius meminit idem Sellius *d cap.* 27.*n.36.*

13 Gubernatores ciuitatum Sedis Apost. quando sunt Referendarij, & Prælati, & vtuntur rochero post Episcopum, & assistentes ante Canonicos iuxta consuetudinem thurificandi sunt. *Sacra Cong. Rit.in Casenaten.7.Decembris* 1601. quam refert Aldan.*d.tit.16 n.65.*

14 Gubernator thurificari debet post Dignitates & Canonicos tam Ecclesiæ Cathedralis, quàm Collegiatæ. *Sacra Congreg. Rit. in Camplen.* 28. *Ianuarij* 1612. quam citat Aldan. *dict. titul.16. numer.66.*

15 Gubernator ciuitatis thurificandus est duplici non triplici ductu thuribuli. *Sacra Congr.Rit. in ciuitatis Ducalis* 11. *Nouembris* 1614. apud Sellium *d.c. 27.n.38.*

16 Gubernatores Capitolares electi à Capitulo Sede vacante non debent præcedere Decano, & Canonicis aliis ipsis dignioribus. *S.Cong.Rit. in Eboren.25.Ianuarij* 1603. de qua Sellius *d.c.27.nu.39.* Licet ad ipsos tantùm, & non ad Decanum, & alios Canonicos non electos pertineat decidere, & vonire in iis, quæ pertinent ad curam eis commissam. *Eadem S.Congr.ind.Eboren.5.Iulij* 1603. penes Sellium *d.c.27.n.30.*

B Guillelmus Aquitaniæ Dux.

COLLECT. CCCCII.

1 BEati Guillelmi Aquitaniæ Ducis Ordinis S. Augustini officium pro monasterio regali sancti Laurentij in Hispania conceditur à *Sacra Congr. Rit. in causa Hispaniarum* 17.*Martij* 1600. cuius meminit Aldan.*in compendio Canon resol.lib.1.tit.* 18.*de Sanctis n.*130. Et de Monachis sancti Guillelmi Ducis Aquitaniæ, vide in verbo *Monachi collect.49.*

Guillelmitæ Monachi, vide in verbo *Monachi Guillelmitæ collect.491.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici beneficiati habitum & Tonsuram deferre tenentur, & sub quibus pœnis?*

2 *Pensiones seu fructus ex beneficiis ecclesiasticis percipientes quem habitum deferre teneantur, ostenditur.*

3 *Clericalem habitum dimittens potest illum iterum reassumere non obstante irregularitate superueniente, & Ordinarij prohibitione.*

4 *Canonici Regulares ad Episcopatum assumpti possunt vti habitu Clericorum secularium qui in Episcopos creantur.*

5 *Regulares ad Cardinalatum euecti deferunt habitum suorum Ordinum.*

6 *Fratrum Mendicantium habitum osculantibus Indulgentias concessit Ioannes XXIII.*

7 *Tunicam oblongam cum vel sine mantello nulli absque Superiorum Religionis Minorum de Obseruantia, deferre permittitur.*

8 *Monachis, seu Regularibus sancti Augustini conceditur vt deferre possint habitum nigrum tum in monasteriis quam extra.*

9 *Nouitio exeunti non est restituendus habitus Religionis, sed illius pretium.*

10 *Guardianus si propter habitus concessionem à se factam præmonuerit cadauer decedentium cum eo, in Ecclesia eiusdem Religionis sepulturæ tradendi sunt.*

11 *Habitum nouitiorum per multos anno gestans, si postea illum dimittat, tenetur reuertere ad Religionem, & postmodum videndum de validitate professionis.*

Habitus.

Collect. CCCCHI.

1 HAbitum & Tonsuram deferre tenentur clerici beneficiati non solum in Sacris constituti sed etiam in minoribus & clericali Tonsura insigniti sub pœna priuationis ipso facto, ipsoque iure beneficiorum, & pensionum absque vlla monitione, ac Iudicis decreto sed beneficia ipsa liberè aliis conferri possunt, & pensiones cassatæ, & extractæ dicantur. *Sixtus V. constitut* 92. incipien. *Cum sacrosanctam* 5. *Id. Ianuarij* 1589. apud Laert. Cherubin. *in Bullaris tomo secundo, pag* 653. aliàs *pagin* 495. in nouiss. impress. de cuius Constit. materia Quarant. *in summ. Bullarij verbo habitus clericalis*, Iacob. de Graffis *in aurea decis. p. 1. lib. 4. cap. 5.* vbi dictam Constit. interpretatur. Scortia *in selectas summorum Pont Constitutiones, epit.* 148. & 149. D. Sperell. *in decis fori eccles. decis.* 66. *num.* 1. 17. *cum seqq* Ioann. Anton. Nouar. *in summ Bullarum sub. tit. de habitu clericali.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcop. p. 2. alleg* 9. *numer.* 16. *cum seqq.*

2 Habitum decentem atque vestem talarem deferre tenentur percipientes fructus, vel pensiones ex beneficiis ecclesiasticis excedentes valorem 60 ducatorum auri de Camara. Item Sixtus V. *ind. constitut.* 92.

3 Habitum dimittens clericalem, potest illum iterum reassumere non obstante irregularitate superueniente, & Ordinarij prohibitione. *Sacra Congregat.* Concil. *in Mazarien.* 17. *Iunij* 1630. quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resolut.* 16. *num.* 2.

4 Habitu clericorum secularium qui in Episcopos creantur, vti possunt Canonici Regulares ad Episcopatum assumpti. *Leo X. constitut* 34. incipien. *Dudum* 1. *Septembris* 1519. apud Laert. Cherubin. *in Bullaris, tomo primo, pagin.* 525. aliàs *pag.* 443.

5 Habitum suorum Ordinum deferunt Regulares ad Cardinalatum euecti *Gregor. XIV. const.* 9. incip. *Sanctissimus* 16. *Aprilis* 1591. apud Laert. Cherub *in Bullaris tom* 2 *pag* 696. & illius meminit Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo habitus numero* 7.

6 Habitum Fratrum Mendicantium osculantibus concessit Ioannes XXIII. quinque annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentiis, quæ numerata per dies faciunt dies 2075. vt referunt Casarrub. *verbo Indulgentia quoad seculares* 6. *numeratione*, Fr. Emman. *quæstion. Regular. tomo secundo, quæstion,* 76. *articul.* 10. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. ad constitut.* 3. *Sixti IV.* §. 2. *num.* 5.

7 Habitum hoc est tunicam oblongam, cum vel sine mantello absque Superiorum Religionis Minorum de Obseruantia, & cuiusuis instituti seu Congregationis Ordinis sancti Francisci licentia in scriptis obtenta nulli deferre permittant omnes & singuli locorum Ordinarij, & sanctæ Sedis Apostol. vbiuis terrarum degentes, vtque si aliquem præmissorum transgressorem reperierint, illum carceri mancipandum, tali habitu cauendum, & arbitrariis pœnis mulctandum, irremissibiliter curent, & præterea nemini licitum faciant, etiamsi prædictæ Religionis Minorum de Obseruantia, & cuiusvis instituti præfati Superiorum, scripta, seu quouis alio prætextu roborata licentia desuper accesserit, vt habitum huiusmodi cum prædicto caputio, tunica, vel mantello, vt præfertur consuto deferant, sublata, &c. Refert Laurent. de Peyrinis *de priuilegiis Regular. tomo tertio, in fine in Constitut. nouiss. Vrbani VIII. pagin.* 550.

8 Habitus niger tam in monasterio quam extra vt à Monachis, seu Regularibus sancti Augustini deferri possit conceditur, licet solerent vti in monasterio habitu albo, attento simili vsu aliorum Religiosorum in eadem prouincia. *Sacra Congregat. Rit in Tullen.* 8. *Maij* 1608. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo habitus numero* 4.

9 Habitus Religionis Nouitio exeunti non est restituendus sed illius pretium ei solui debet. *Sacra Congreg Concil* penes Lezanam *in summ. quæstion. Regular. tom.* 1. *cap.* 25. *numer.* 38. *vers. pro eisdem, in fine.* Ioann. Maria Nouar. *dict verbo habitus, numer.* 6. meipsum *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 101. *num.* 49.

10 Habitum Religionis suscipientes à Guardiano, vel ab alio, cui ille committendum duxerit, & cum eo decedentes, in Ecclesiis eiusdem Religionis ecclesiasticæ sepulturæ sunt tradendi, si Guardianus propter habitus concessionem præmonerit eorum cadauera. *Sacra Congregat. Episcop. & Regular. in Nepesina* 11. *Decembris* 1615. *in resp. ad* 2. quam refert Sellius *in select. Canonic. cap.* 22. *numer.* 7.

11 Habitum per Fratres nouitios Ordinis sancti Dominici gestari solitum à professorum habitu distinctum per multos annos intra & extra claustra gestans si postea illum dimittat, tenetur reuerti ad Religionem, & postmodum videndum de validitate professionis. *Sacra Congregat. Conc. in Rhedonen.* 1. *Aprilis* 1628. apud Ioann. Mariam Nouar. *d. verbo habitus, nu* 5.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus iunior debet iuxta consuetudinem Ecclesiæ supplere Vices hebdomadarij absentis.*

2 *Missarum & Officiorum celebrationem, quæ ad primam Dignitatem pertinent, non potest prætendere Hebdomadarius.*

3 *Sedere debet in primo loco Hebdomadarius, quando est paratus, si verò non sit paratus debet sedere in proprio stallo, nisi alia sit consuetudo.*

4 *Officium faciens Hebdomadarius quo loco stare debeat ostenditur.*

5 *Canonicis celebrantibus assistentiam facere tenentur Hebdomadarij iuxta statutum Ecclesiæ.*

Hebdomadarius

Hebdomadarius.

Collect. CCCCIV.

1 HEbdomadarij absentis Vices supplere debet Canonicus iunior, iuxta consuetudinem Ecclesiæ. *Sacra Congreg. Rit. in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. cuius memini *in tract. de Canon. & dignit. cap.* 18 *n.* 15.

2 Hebdomadarius non potest prætendere celebrationem Missarum, & Officiorum, quæ ad primam Dignitatem pertinent, ea verò absente, vel impedita, tunc secunda Dignitas debet illa celebrare. *Sacra Congreg. Rit. in Andrien.* 15. *Martij* 1608. quam citat Sellius *in select. Canon. cap.* 22. *num.* 9.

3 Hebdomadarius quando est paratus debet sedere in primo loco, quando verò non est paratus debet sedere in proprio stallo. Sacra Congr. Rit. in Perusina 20. Decembris 1601. Si verò est consuetudo vt quando non est paratus, præcedat aliis Canonicis, aut Dignitatibus seruanda est. *Eadem S. Congr. in Andrien. d. die.* 20. *Decembr* 1601. penes Sellium *d. c.* 22 *n.* 10.

4 Hebdomadarius Officium faciens primum locum habere debet supra omnes Canonicos & Dignitates, si ipse est Canonicus, vel Dignitas, maximè quando fauet consuetudo: si verò est Clericus debet accedere in medio chori. *S. Cong. Rit. in Brundisina* 17. *Iunij* 1616. apud Sellium *d. c.* 22. *num.* 11.

5 Hebdomadarij tenentur assistentiam facere Canonicis celebrantibus iuxta statutum Ecclesiæ. *S. Congr. Rit. in Aeernonen.* 24 *Martij* 1612. quam citat Sellius *d. c.* 22. *n.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Festorum ad obseruantiam, quæ seruat Ecclesia, obligantur in Vrbe Hebræi.*
2 *Habitare in vno loco debent omnes Hebræi.*
3 *Colorem in birreto a masculis, & in signo supra caput à mulieribus deferre debent Hebræi.*
4 *Meretricum domos intrare non possunt Hebræi.*
5 *Medici Hebræi, aut aliàs infideles ad curandos Christianos infirmos admitti non debent.*
6 *Verbum Dei qualibet hebdomada Hebræis est prædicandum.*
7 *Arte sola straccíaria, seu cienciaria contenti esse debent Hebræi.*
8 *Eucharistia Sanctißima non est deferenda per plateas Hebræorum.*
9 *Monialium ad monasteria non debet permitti accessus Hebræorum ad colloquendum cum illis.*
10 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem quando Hebræos punire valeant? remissiuè.*

Hebræus.

Collect. CCCCV.

1 HEbræi in Vrbe obligantur ad obseruationem festorum, quæ seruat Ecclesia. *Paulus IV. constit.* 3. incip. *Cum nimis absurdum,* §. 2. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 720. aliàs *pag.* 589. in nouiss. impress.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

2 Hebræi omnes debent habitare in vno eodemque loco, & si ille capax non fuerit, in duobus, vel tribus, aut quot satis sint contigui, ad quos vnicus tantum ingressus pateat, & quibus vnus detur exitus. *Paulus IV. in d. constitut.* 3. *Pius V. constit.* 6. incip. *Romanus Pontifex* apud Laert. Cherub *in Bullario to.* 2. *pag.* 181. aliàs pag. 136. in nouiss. impress.

3 Hebræi vtriusque sexus qualitate habitus à Christianis discerni debent, ita vt masculi biretum, fœminæ vero aliud signum patens quod nullo modo celari aut abscondi possit, palam deferre teneantur, nec super non delatione bireti, aut alterius signi huiusmodi cuiusuis eorum gradus, vel præeminentiæ, vel tolerantiæ causa excusari, aut per Camerarium, vel Sedis Apost. Legatos absolui possint. *Paulus IV. d. constit.* 3. *& Pius V. d. constit.* 6.

4 Hebræi ne de cætero auderent quouis prætextu, & quæsito colore etiam emptionis & venditionis bonorum ingredi domos meretricum, & si quid ab eis habere prætenderent, & ob id eas alloqui vellent, id in portis & ianuis domorum earundem mulierum apertis facerent, & non intra easdem domos facere liceret, neve dictas mulieres ad eos pro similibus negotiis emptionis, & venditionis accedentes permitterent domos, & apothecas suas ingredi, sed tantum in illarum portis, ianuis & foribus apertis, cum eis alloqui & tractare possent sub pœna priuationis à Synagoga, & grauis pecuniariæ, præcepit *Pius V.* mediante eius Vicario *sub die* 20. *Maij* 1566.

5 Hebræi medici aut aliàs infideles ne ad curandos Christianos infirmos admittantur, imposita Christianis pœna subtractionis Sacramentorum, & sepulturæ ecclesiasticæ, prohibuit *Gregorius XIII. constit.* 68. incip. *Alias pia memoriæ,* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2 *pag.* 449. & de illa meminit Scortia *in selectis summorum Pont. Constit. epit.* 131.

Hebræis qualibet hebdomada Verbum Dei est prædicandum, & id curent Prælati in terris vbi sunt eorum Synagogæ (non tamen in loco sacro, vel vbi sacra confici solent) per aliquem Magistrum in Theologia, aut alium idoneum virum Hebraicæ si fieri potest linguæ peritum, qui scripturas veteris Testamenti exponat. *Gregorius XIII. constitut.* 92. incip. *Sancta mater de anno* 1584. apud Laërt. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 479. aliàs *pag.* 360. in nouiss. impress. & illius meminit Scortia *in selectis Summorum Pont. Constit. epit.* 136.

7 Hebræi sola arte Stracciariæ, seu cienciariæ contenti esse debent ad tollendam quantum fieri potest occasionem familiaritatis inter illos & Christianos. *Paulus IV. in d. constitut.* 3. § 1.

8 Hebræorum per plateas non est deferenda Sanctissima Eucharistia. *Sacra Cong. Rit. in Anconitana* 12. *Februarij* 1593. cuius memini *in tract. de Officio, & potest. Parochi c.* 20. *n.* 33.

9 Hebræorum accessus ad monasteria Monialium nullo modo permitti debet ad alloquendum cum illis. *S. Cong. Episcop. & Regul. in Rauennaten.* 28. *Aprilis* 1594. teste Sell. *in select. Canon. c.* 26. *n.* 18.

10 Hebræi quando ab Inquisitoribus contra hæreticam prauitatem puniri valeant? Vide *in verbo Inquisitores, collect.* 442.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas hæredis seruanda est circa funera defuncti.*
2 *Ceræ numerum sibi bene visum ad cadauer ad sepulturam associandum administrare debent defunctorum hæredes.*
3 *Religiosorum numerum in deferendis cadaueribus ad Ecclesiam sibi bene visum vocare possunt hæredes defunctorum.*
4 *Electio & numerus Religiosorum pro associandis cadaueribus ad libitum hæredum defunctorum spectat.*

Hæres.

COLLECT. CCCCVI.

1 HÆredis voluntas seruanda est circa funera defuncti. *S. Cong. Rit. in Ferrarien. 7. Septembris 1613.* quam refert Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 2. tit. 8. n. 26.*

2 Hæredes defunctorum pro illis ad sepulturam associandis numerum ceræ sibi bene Visum, quolibet contrario prætextu per Parochum deducto non obstante, subministrare valent. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Cassan. 5. May 1617.* penes Aldan. *d. tit. 8. n. 27.*

3 Hæredes defunctorum possunt vocare numerum Religiosorum sibi bene visum in deferendis cadaueribus ad Ecclesias. *S. Congr. Rit. in Camerinen. 21. Nouembris 1627.* quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom. 3. in fine, vbi de decretis nouiss. Sacra Congreg. decreto 10. ad 1. pag. 567.* Et eadem *S. Congregatio sub die 14. Ianuarij 1640.* respondit

4 electionem & numerum Religiosorum pro associandis cadaueribus ad libitum hæredum defunctorum spectare & pertinere, refert Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo defunctus sub num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Crimen hæresis cæteris omnibus atrocius est.*
2 *Hæresi quam citissimè occurrendum ne diutius serpat.*
3 *Cognitio hæresis spectat ad forum Ecclesiasticum.*
4 *Regulares à crimine hæresis absolui nequeunt per eorum Prælatos.*
5 *Ius cognoscendi de crimine hæresis ad Episcopos tantum Ordinarios, & ad Inquisitores delegatos spectat.*

Hæresis.

COLLECT. CCCCVII.

1 HÆresis crimen cæteris omnibus atrocius est. *Innocentius IV. constit. 1.* incip. *Cum aduersus 24. Februarij 1243* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 60.*

2 Hæresi quàm citissimè occurrendum ne diutius serpat. *Clemens VII. constit. 27.* incip. *Cùm sicut 15. Ianuarij 1530.* apud Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag. 596.* de cuius materia Gutier. *Canon. lib. 1. c. 11.* Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum sub titul. de hæresi super Bullam Clementis VII.*

3 Hæresis cognitio totaliter spectat ad forum ecclesiasticum, *Gregorius XIV. constit. 7.* incip. *Cum aliàs §. 6. Non. Kalend. Iunij 1591.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 964.* aliàs *pag. 532.* in nouiss. edit.

4 Hæresis à crimine Regulares absolui nequeunt ab eorum Prælatis. *Vrbanus VIII. in decreto die 17. Nouembris 1628* cuius meminit Ioan. Maria Nouar.

5 *in lucerna Regul. verbo hæresis num. 6.* Nam ad Episcopos tantum Ordinarios, & ad Inquisitores delegatos spectat ius cognoscendi de hoc crimine, nec licet Superioribus Regularibus iudicare suos subditos in hæresis causa. *Sacra Congr. Conc.* teste Ioano. Maria Nouar. *dict. verbo hæresis numer. 3. & 4.*

Hæresis in causa Regulares Episcopo & Inquisitoribus subsunt. Vide in verbo *Regularis, collect. 633. n. 6. cum seqq.*

S. Hieronymi Eremitæ Fratres per Hispaniam & Italiam, vide in verbo *Eremita, collect. 329. & 330.*

S. Hieronymi de Fessulis Eremitæ Fratres, vide in verbo *Eremita, collect. 332.*

Hispaniæ Regnum.

COLLECT. CCCCVIII.

1 HIspaniæ Regno quæ concessa sunt, non intelliguntur concessa Regno Portugaliæ. *S. Congr. Rit. in Vrsin. 11. Iunij 1605.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 30. n. 2.*

Hispaniarum Rex, vide in verbo *Rex Hispaniarum, collect. 653.*

S. Homobonus. Vide in verbo *Canonizatio, collect. 117. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Officia & dignitates habere non possunt, nec testimonium ferre homicida damnati.*
2 *Maiores sunt iudicandi homicida attingentes annum 20.*
3 *Hæredes occisi vbi degunt, non remittendi homicida nisi habita pace.*
4 *Irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, non incurrit mandãs homicidium committi in personam vnius si committatur in personam alterius.*
5 *Casuale homicidium quod verè dicatur.*
6 *Membri mutilatio non venit appellatione homicidij.*
7 *Immunitate ecclesiastica non gaudet committens veneno homicidium.*
8 *Homicidium commissum à laico, qui postea effectus est clericus, non punitur quoad personam, nisi à Iudice ecclesiastico.*

Homicida, Homicidium.

COLLECT. CCCCIX.

1 HOmicidæ damnati, siue diffamati quamuis remissi fuerint, non possunt habere Officia, dignitates, nec testimonium ferre. *Pius II. constit. 8.* incip. *Ad retinendas 5. Kalend. Februarij 1461.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 320.* aliàs *pag. 292.* in nouiss. impress.

2 Homicidæ

2 Homicidæ attingentes annum 20. pro maioribus habendi,& non sunt audiendi nisi in carceribus se constituant. *Iulius II.constit.*14. incip. *Fide digna* 19.*Decembris* 1510. apud Laert.Cherub. *d.tom.* 1.*pag* 440.al as *pag.*381.in nouiss.impress.

3 Homicidæ non remittendi in loco, vbi degunt hæredes occisi, nisi habita pace. *Pius IV. constit.* 52. incip. *Etsi cuncta* 10. *Aprilis* 1561. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom.*2. *pag.*67. & illius meminit Zerol *in praxi Episcop. p.* 2.*verbo homicida* §.3.

4 Homicidium committi mandans in personam vnius, si committatur in personam alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario. *S.Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc.*de benefic.p.*7.*cap.*11.*num.*44. Armendar.*in addit.ad recopil.legum Nauarra lib.*1.*tit.*18.*l.*7. *de irregul. n.*4.Campan.*in diuersorio Iuris Canon.rub.*11. *cap.*13.*n.* 84.Aloys.Ricc.*in praxi aurea resol.* 412.

5 Homicidium verè casuale cum nulla penitus admissa fuerit culpa, & in quo non dabatur opera rei illicitæ, non facit quem irregularem. *Sacra Cong.Conc.* penes Armendar. *d.l.*7.*de irregul. num.*7.

6 Homicidij appellatione non venit mutilatio membri. *S.Congr. Conc.* apud Nicol.Garc. *d.p* 7.*c.*11. *nu.*32. me citato Lezanam *in sum.quæst.Regul tom* 3. *verbo Irregularitas n.*76.

7 Homicidium committens veneno non gaudet immunitate ecclesiastica. *Sacra Congr. Concil. sub die* 3.*Decembris* 1631.quam citat Sellius *in select. Canon.c.*32.*n.*10.per doctrinam Alex. *cons.*145.*n.*6.*lib.* 7.Boer. *decis.*109.*n* 5.*vers.secundo in eo.*

8 Homicidium commissum à laico, qui postea effectus est clericus,non punitur quoad personam nisi à Iudice ecclesiastico. *S Congr. Immunitatis sub die* 7.*Decembris* 1632. quam refert Bonfadin. *in thesauro eccles.decis.resol.*10.*n.*24.

Hora Canonicæ.

Collect. CCCCX.

1 Horas Canonicas recitare tenentur singulis diebus,qui beneficia ecclesiastica obtinent, & sub quibus pœnis. *Pius V.constit.*135.incip. *ex proximo* 11 *Kalend. Octobris* 1571.apud Laert.Cherubin. *in Bullario tom.*2. *pag.*347. de cuius materia Ioann. Anton.Nouat. *in sum. Bullarum tit.de Horis Canon.* Trullench *in decalog. lib.*1.*c.*7. *dub.*24. Ego *de officio, & potest Parochi,c.*10.

Horas Canonicas,& alia diuina Officia anticipatis, vel postpositis horis Auditoribus Rotæ Rom.recitare indulsit *Clemens VII. constit.*13. incip. *Conuenit Non Augusti* 1525.apud Laert.Cherub.*tom.*1. *pag.*577.& Referendariis vtriusque Signaturæ idē concessit *Paulus III. constit.*23. incip. *Debita* 30. *Iulij* 1540.apud Laert.Cherub.*tom.*1.*p.*647.

SVMMARIVM.

1 *Visitare,corrigere, & reformare potest Episcopus hospitalia omnia etiamsi priuata sint.*

2 *Episcopi virtute Conc sess.*22.*de reform. c* 8. *non solum ius habent visitandi in ipso actu Visitationis, sed etiam extra Visitationem, hospitalia, & pia loca omnia.*

3 *Visitari debent ab Ordinariis hospitalia etiam vnita in quibus Ecclesiæ sunt.*

4 *Iudices seculares possunt etiam visitare hospitalia & pia loca, si hoc eis aliàs legitimè competat.*

5 *Visitare,corrigere,& reformare potest Ordinarius hospitale priuatum in iis tantùm, quæ ad obseruandam voluntatem testatorum pertinent.*

6 *Visitare non potest Ordinarius hospitale, in cuius fundatione dictum fuerit quod ille, in eius Visitatione se intromittere non possit.*

7 *Exceptionis cognitio quod hospitale sub immediata Regum protectione existat, pertinet ad ipsum Episcopum.*

8 *Hospitalia sub immediata Regum protectione existentia quæ dicantur.*

9 *Seminario diœcesis in qua existit beneficium illi annexum,tenetur contribuere hospitale.*

10 *Seminarij ad contributionem non tenentur hospitalia,quæ administrantur à laicis,& in quibus sunt bona laicorum.*

11 *Computa hospitalis stante consuetudine,Episcopus vnà cum Magistro prædicti hospitalis recognoscere tenetur.*

12 *Hospitalia administrata à Fratribus B. Ioannis Dei non sunt exempta à iurisdictione Ordinarij,nisi solum quoad Regularem obseruantiam.*

Hospitale.

Collect. CCCCXI.

1 Hospitalia omnia & pia loca quocunque nomine nuncupentur, etiamsi priuata sint laicorum, potest Episcopus Visitare,corrigere, & reformare in casibus à Iure concessis, scilicet ob negligentiam, vel ob dilapidationem bonorum, vtque testatoris voluntas seruetur. *Sacra Congreg. Conc.* testibus Armend. *in addit.ad recop.legum Nauarra lib.*1.*tit.*6.*de Visitat.num.*74. Marta *de Iurisdict. p.*2.*cap.*18.*num.*5.Lezana *in sum quæst. Regul.tom.*2.*cap.* 6.*num.*11.

2 Hospitalia & pia loca omnia quomodocunque nuncupentur,Episcopi virtute Concilij sess.22.de reform.c.8.non solum ius habent Visitandi in ipso actu Visitationis,sed etiam extra visitationem, & in casibus à Iure non expressis. *S.Congr.Conc.* teste Bellet.*disquisit.clerical.p.*1.*tit.de bonis clerical* §.12.*n.*6. quem refero *de officio, & potest.Episcopi p.*3 .*alleg.*75. *num.*14.

3 Hospitalia etiam vnita, in quibus Ecclesiæ sunt,vbi assiduè diuina Officia celebrantur & bona eorum non sunt distincta,debent ab Ordinariis visitari. *Sacra Congr.Conc.* referente Lezana *in sum. quæst Regul.tom.*2.*c.*6.*n.*11.*vers.quarta.*

4 Hospitalia, & cætera pia loca visitat Episcopus vigore Concilij sess.22.cap.8. de reform. sed non inde prohibentur quin & Iudices seculares eadem visitare possint, si hoc eis aliàs legitimè competit. *Sacra Congr. Concil.* penes Armendar. *d.tit.*6. *de Visitat. num.* 65. quem refero *dict alleg.*75. *num.*15.& illius meminit Lezana *d.tom.*2.*cap.*6.*n.*11. *vers quinta.*

5 Hospitale priuatum potest Ordinarius Visitare,corrigere, & reformare in iis tantùm, quæ ad obseruandum voluntatem fundatorum pertinent, & ex decreto Concilij sess. 22. cap. 9. de reform. exigendi rationem ab administratoribus ipsius hospitalis, vnà tamen cum illis deputatis,quibus

ex conſuetudine ratio reddenda eſt. *S.Cong.Conc.* apud Armendar.*d.lib.1.tit.6.de Viſitat.n.67.*

6 Hoſpitalis in fundatione ſi ſit dictum quod Ordinarius non poſſit ſe intromittere in eius viſitatione, non poteſt illam viſitare. *S.Cong.Conc.* de qua meminere Armendar. *d.titul.6. de Viſitat. num.66.* Weyms *ad conſtit.24. à Iure antiquo deſumptas & per Concilium Trid.innouatas conſtit.16.n.23.*

7 Hoſpitale aliquod viſitare volenti ſi opponatur exceptio quod ſub immediata Regum protectione exiſtat, non ad ſecularem Iudicem, ſed ad ipſum Epiſcopum talis exceptionis cognitio, & definitio pertinet. *S.Congr.Conc.* teſtibus Armendar. *d.tit.6 de Viſitat.n.72.* Marta *d.cap.18.num.5.* Lezana *d.tom.2.cap.6.num.11. verſ. ſecunda,* Stephan. Weyms *dict. loco numer.16.* metipſo *dict. alleg. 75. num.20.*

8 Hoſpitalium ſub immediata Regum protectione exiſtentium nomine non comprehenduntur, niſi ea quæ expreſsè reperiuntur ſub immediata Regum protectione. *S.Congr.Conc.* referentibus Armendar. *d.tit.6.de Viſitat.n.72.* Marta *d.cap.18.num.4.* Lezana *d.c.6.num.11.verſ.tertia,* Stephan. Weyms *citato loco n.23.poſt.med.*

9 Hoſpitale vnius diœceſis habens beneficium annexum, quod eſt alterius diœceſis, tenetur contribuere pro rata fructuum beneficij annexi ſeminario, quod eſt in diœceſi in qua ſitum eſt beneficium. *S.Congr.Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.4.tit.29. l.1.§.2. de hoſpital. num.15.*

10 Hoſpitalia ad contributionem ſeminarij non tenentur, & ſic Conc.ſeſſ.23.c.18. de reform. non comprehendit hoſpitalia, quæ adminiſtrantur à laicis, & in quibus ſunt bona laicorum. *S. Congr. Concil. ſub die 11.Ianuary 1601.* quam refert Sellius *in ſelect. Canon.cap.16.n.45.*

11 Hoſpitalis computa ſtante conſuetudine Epiſcopus vna cum Magiſtro prædicti hoſpitalis recognoſcere tenetur. *S.Congr.Concil.in Agathen.19. Nouembris 1616.* vt atteſtatur Lezana *d.tom.2.cap.6. n.11.verſ.ſexta.*

12 Hoſpitalia adminiſtrata à Fratribus B. Ioannis Dei non ſunt exempta à iuriſdictione Ordinarij, niſi ſolùm quoad Regularem obſeruantiam *Sacra Cong.Conc.in Auellina 12.Ianuarij 1630.* penes Ioann. Mariam Nouar. *in lucerna Regul. verbo hoſpitalia n.1.* & metipſum *de iure eccleſ. vniuerſo lib.2. cap.11. numer.51.*

Hoſpitalium adminiſtrator, vide in verbo *Adminiſtrator collect.13. n.6. cum ſeqq.* Hoſpitalitatis B. Ioannis Dei Fratres, vide in verbo *Fratres hoſpitalitatis collect. 385.*

S. Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani canonizatio, Vide in verbo *Canonizatio collect.117. ſub num.27.*

Humiliati Monachi, vide in verbo *Monachi Humiliati collect.496.*

S.Hyacinthi Ordinis Prædicatorum canonizatio, Vide in verbo *Canonizatio collect.117.n.28.*

SVMMARIVM.

1 *Hymnus terminandus eſt cum Verſiculo conueniente Officio, quod celebratur.*

2 *Monialibus S.Laurentij in Pane & Perna de Vrbe conceditur Hymnus in Laudem S.Laurentij.*

3 *Hymnus S.Auguſtini incip. Magne Pater Auguſtine, quomodo recitandus.*

Hymnus.

COLLECT. CCCCXII.

1 Hymnus terminandus eſt cum verſiculo conueniente Officio, quod celebratur, licet in ſabbato celebretur Officium de B. Maria ſub ritu ſemiduplici, vel de ea fiat commemoratio. *Sacra Congr. Rit. in Salernitana 23. Nouembris 1602.* quam citat Sellius *in ſelectis Canon.cap.28.n.16.*

Hymnus *Aue Regina,* dicitur in fine Completorij Purificationis B.Virginis. *S.Congr.Rit die 27.Iulij 1624.* apud Gauant. *in rub. Breuiarij ſect.5. cap.22. num 8.*

2 Hymnus in Laudem ſancti Laurentij compoſitus, & recognitus, & à Sacra Cong. approbatus conceditur Monialibus ſancti Laurentij in Pane, & Perna de Vrbe, vt illum poſſint decantare iuxta Horas Canonicas. *S. Congr. Rit. in Vrbis ſub Hymno 21.February 1604.* penes Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regul verbo Hymnus n.1.*

3 Hymnus S.Auguſtini incip. Magne pater Auguſtine, tam à Canonicis Regularibus Lateranenſibus, quam ab Eremitanis S.Auguſtini in choro ſancti Petri in Cælo aureo ciuitatis Papiæ, iuxta veterem vſum, dici & cantari debet. *Tu de vita clericorum,* non autem. *Tu de vita Monachorum,* nec licet Eremitanis præfatis quicquam immutare. *S.Congr. Rit. ſub die 21. Martij 1620.* cuius meminit Ioann.Maria Nouar. *d. verbo Hymnus n.1.*

De Hymnis Gauant. *in Rub. Breuiarij ſect. 5. cap.6.*

SVMMARIVM.

1 *Sacellum S.Iacobi in Compoſtella non poſſunt mulieres ingredi tempore, quo diuina Officia celebrantur.*

2 *Scamna vel ſedes in Sacello S.Iacobi in Compoſtella poni non poſſunt pro viris quamtumuis illuſtribus, excepto Gubernatore Regni Gallicia, & Iudicibus Audientia.*

3 *Officium S.Iacobi in Eccleſia Metrop.Compoſtella, recitari poteſt ſingulis ſecundis ferijs non impeditis, excepto tempore Quadrageſima, Aduentus, & Vigilijs.*

4 *Officium & feſtum S.Iacobi Salamonij pro ciuitate Venetiarum conceditur.*

5 *Miſſam & Officium B.Iacobi de Marchia recitari poſſe conceditur in Eccleſia S.Maria de la Noua Neapolis, & ab omnibus Fratribus S.Franciſci de Obſeruantia.*

S.Iacobus.

COLLECT. CCCCXIII.

1 Sancti Iacobi in Compoſtella ſacellum non
2 poſſunt mulieres ingredi tempore, quo Diuina Officia celebrantur; nec in eo ſcamna, vel ſedes pro viris quantumuis illuſtribus, excepto Gubernatore Regni Galleciæ, & Iudicibus Audientiæ, poni poſſunt. *Sacra Congr.Rit. in Compoſtellana 7.Iulij*

7. Iulij 1612. penea Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis n. 131.*

3 S. Iacobi Officium vt singulis secundis feriis non Impeditis festo nouem lectionum, excepto tempore Quadragesimæ, Aduentus, & vigiliis in Ecclesia Metropolitana Compostellana recitari posse conceditur ab eadem *S. Congr. Compostellana 4. Septembr.* 1621. quam refert Aldan. *d. tit. 18. de Sanctis n. 133.*

4 S. Iacobi Salamonij festum, & Officium pro ciuitate Venetiarum conceditur *à S. Congr. Rit. in causa Venetiarum 13. Iunij, & 23 Octobris* 1617. quam citat Aldan. *d. tit. 18 de Sanctis n. 134.*

5 B. Iacobum de Marchia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Obseruantia beatum dici posse, & officium ac Missam de communi Confessorum non Pont. recitari posse in Ecclesia S. Mariæ della Noua Neapolis, vbi eius corpus requiescit. *Vrbanus VIII. constit.* 22. incip. *In sede Principis Apostolorum sub die 12. Augusti* 1624. Cuius concessionis extensionem ad omnes Fratres dicti Ordinis vbique existentes fecit idem *Vrbanus VIII. constit. seqq.* incip. *Nuper sub die 23. Octobris* 1624.

S. Ianuarij Episcopi & mart. festum, vide in verbo *festa propria collect. 356 post n. 14.*

Ieiunium.

Collect. CCCCXIV.

Ieiunia in suis Ecclesiis publicare non est prohibitum Regularibus. *S. Congr. Conc. sub die 2. Iulij* 1620. vt referunt Laurent. de Peyrinis *in Constit. sui Ordinis Minimor. tom. 2. constit. 7. Pij V. n. 13. vers. ad primam,* Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo ieiunia n. 1.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo ieiunium n. 13.* Ego ipse *in collect. ad Trid. sess. 22. cap. 8. num. 33.*

Iesuati vide suprà *collect. 388.*

Iesuiti vide suprà *collect. 169.*

S. Ignatius Loiola.

Collect. CCCCXIV.

1 Ignatius Loiola fundator Societaria Iesu beatus declaratur, & conceditur, vt de eo possit recitari Officium & Missa ab omnibus Religiosis Societatis Iesu in die eius obitus vltima Iulij, & in Vrbe in Ecclesia, vbi eius corpus requiescit, ab omnibus Presbyteris Regularibus, & secularibus. *S. Cong. Rit. in Vrbis B. Ignatij Loiola 27. Iulij* 1609. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis n. 136.*

2 B. Ignatij Loiola Officium pro loco Alpeytia Pampilonen. diœcesis conceditur ab *eadem S. Cong. Rit. in Pampilonen 7. Septembris* 1618. cuius meminit Aldan. *d. lib. 1. tit. 18. de Sanctis n. 137.*

3 S. Ignatium Loiola canonizauit Gregorius XV. sed quia ipse morte præoccupatus canonizationis litteras desuper expedire non potuit, ideo illas edidit, & publicauit *Vrbanus VIII. constit.* 3. incip. *Rationi congruit 8. Id. Augusti* 1623. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. pag. 8. cum seqq.*

4 De vita S. Ignatij Loiola Ioannes Petrus Maffæus, Paulus Bombinus, Petrus Ribadenera in vitis trium Generalium, & plures per me citati suprà *collect.* 169.

Summarium.

1. *Abbatissa sine dispensatione Apost. eligi non potest illa, quæ non fuerit legitima.*
2. *Beneficia ecclesiastica absque Canonica dispensatione illegitimi obtinere non possunt.*
3. *Equites sancti Ioannis Hierosolym. non possunt esse illegitimi.*
4. *Clericorum in bonis patrimonialibus non succedunt illegitimi.*
5. *Parentum vitia & incontinentiam vt plurimum imitari solent illegitimi.*
6. *Cardinales creari nequeunt illegitimi etiam per subsequens matrimonium legitimati.*
7. *Valentiæ Regni beneficia illegitimis conferri nequeunt.*
8. *Relicta illegitimis deueniunt vti spolia ad Cameram Apost.*
9. *Religionem ingredi non possunt patre viuente illegitimi, quam ipse pater ante vel post natiuitatem professus est.*
10. *Canonicatum in Ecclesia in qua pater, non potest habere illegitimus ex Canonico, & deinde legitimatus per subsequens matrimonium.*
11. *Generalis in sua Religione eligi non potest Illegitimus Regularis sed ad instantiam patris legitimatus in infantia vigore facultatum dominorum de Campegiis.*

Illegitima, Illegitimus.

Collect. CCCCXV.

1 Illegitima in Abbatissam eligi nó potest absque dispensatione Apost. *S. Congr. Episcop. & Regul. in Sarzanen. 15. Iulij* 1616. teste Sellio *in selectis Canonic. cap. 21. num. 72.* Et *Sacra Congreg. Concil sub die 27. Aprilis* 1630. cuius memini *de Iure eccles. vniu. lib. 1. c. 44. n. 11.*

2 Illegitimi absque dispensatione Canonica, ad ecclesiastica beneficia, Officia, Dignitates, & Personatus sunt penitus inhabiles. *Gregorius XI. constit.* 8. incip. *Etsi à sacris 3. Id. Nouembris* 1374. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 220.* in nouiss. impress. de qua Ioan. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de illegitimis inhabilibus.*

3 Illegitimi non admittuntur in Equites S. Ioannis Hierosolymitani. *Pius IV. constit. 9. § 54.* incip. *Circumspecta Kalend. Iulij* 1560. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag 13.* de qua Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo illegitimus n. 3.*

4 Illegitimi non succedunt in bonis patrimonialibus clericorum tam mobilibus quàm immobilibus, & quicquid illis ab ecclesiasticis relinquitur quocunque titulo, vendicatur Sedi Apost. aut successoribus beneficiorum. *Pius V. constit.* 117. incip. *Quæ Ordini Kalend. Februarij* 1571. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag* 225. aliàs *pag.* 244. de cuius materia Ioann. Anton. Nouar. *in summa Bullarum titul. de illegitimis inhabilibus ad successionem clericorum.*

5 Illegitimi vt plurimum parentum vitia, & incontinentiam imitari solent. *Sixtus V. constit.* 71. incip. *Cum de omnibus 6. Kalend. Decembris* 1587. apud Laert. Cherub *in Bullario tom. 2. pag.* 610. & Scott. *in selectas summorum Pont. Constit. epit.* 150. vbi prohibet illegitimos ex incestu, vel sacrilegio ad professionem Regularem admitti, aliosque

illegitimos certo modo admitti permittit, sed non ad Ordinis dignitates. Sed *Gregorius XIV. constit.* 3. incip. *Circumspecta, infra citanda* declarat illegitimos admitti posse, ita tamen vt ij illegitimi recipi possint, quorum tot sint merita vt natalium suppleāt defectum, & eorum receptio Religioni profutura videatur; & sic Generalibus Ordinum dat facultatem dispensandi illegitimos eorum suffragantibus meritis, & non aliàs ad dignitates, iuxta eorum priuilegia.

6 Illegitimi etiam per subsequens Matrimonium legitimati, aut super defectu natalium dispensati, Cardinales creari nequeunt. *Sixtus V. constit.* 50. incip. *Postquam 3. Non. Decembris* 1586. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 160. aliàs *pag.* 427.

7 Illegitimis beneficia Regni Valentiæ conferri nequeunt. *Sixtus V. constit.* 84. incip. *Cum cælestis* 22. *Augusti* 1588. apud Laert. Cherubin. *d. tom.* 2. *pag.* 639. aliàs *pag.* 484.

8 Illegitimis relicta perueniunt vti spolia ad Cameram Apost. *Sixtus V. constit.* 100. incip. *In conferendis* §. 15. *sub dat.* 15. *Kalend. Febru.* 1590. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 670. aliàs *pag.* 509. in nouiss. impress.

9 Illegitimi non possunt patre viuente eam ingredi Religionem quam pater ante, vel post natiuitatem professus est. *Gregorius XIV. constit.* 3. incip. *Circumspecta Idib. Martij* 1591. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1 *pag.* 687. aliàs *pag.* 527.

10 Illegitimus ex Canonico, deinde legitimatus per subsequens matrimonium, non potest habere Canonicatum in Ecclesia, in qua pater. *S. Congr. Conc. sub die* 17. *Augusti* 1626. quam refert Sellius *in selectis Canon. c.* 28. *n.* 16.

11 Illegitimus Regularis, sed ad instantiam patris legitimatus in infantia per legitimationem amplissimam vigore facultatum dominorum de Cāpegiis, non potest eligi Generalis in sua Religione. *S. Congr. Concil. sub die* 11. *Mart.* 1629. cuius meminit Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo illegitimus n.* 1.

Illegitimus filius, vide *in verbo filius collect.* 357. *à n.* 13. *vsque ad n.* 24.

Imago.

COLLECT. CCCCXVI.

1 IMaginis in translatione ex vno loco Ecclesiæ ad alium locum eiusdem Ecclesiæ non habet locum *Concilij Trid. sess.* 21. *de reform. cap.* 7. *S. Congr. Conc. in Burgi sancti Donnini* 4. *Decembr.* 1632. quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol* 12. *n.* 15.

2 Imagines sancti Augustini, & sancti Nicolai de Tolentino, ac aliorum sanctorum Ordinis sancti Augustini à Fratribus discalceatis impressæ, vel depictæ cum habitu, quo ipsi discalceati vtuntur, suspenduntur & abolentur. *Vrban. VIII. sua constit.* incip. *Exponi nobis* 23. *Ianuarij* 1638. apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in additam. siue Const. nouissim pag.* 546.

3 Imagines quorumnis hominum cum sanctitatis, vel martyrij fama defunctorum quatenus appendi, seu affigi debeant? Vide infra *in verbo Tabella, collect.* 691.

Immemorialis consuetudo, vide infra in verbo *Consuetudo immemorialis collect.* 222.

Immemorialis possessio, vide in verbo *Possessio immemorialis collect.* 587.

SVMMARIVM.

1 *Latrones publici, viarumque grassatores, depopulatores agrorum, assassinij, ac rei hæresis seu læsæ maiestatis immunitate ecclesiastica non gaudent.*
2 *Armis prohibitis ad Ecclesiam se recipientes, gaudent ecclesiastica immunitate.*
3 *Clerici, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt extra casus in Bulla Gregorij XIV. gaudent ecclesiastica immunitate.*
4 *Debitores ad Ecclesiam confugientes gaudent ecclesiastica immunitate.*
5 *Capellæ priuatorum palatiorum non gaudent ecclesiastica immunitate.*
6 *Coloni aut affictuarij, vel partiarij, bonorum ecclesiasticorum pro portione colonica gaudent immunitate à collectis.*
7 *Clerici patrimonium gaudet immunitate ab omnibus exactionibus, & tributis secularibus.*
8 *Clericos inseruientes Ecclesiis non potest Ordinarius priuare immunitate à gabellis & aliis oneribus laicalibus.*
9 *Mater occidens filiū infantem nō gaudet immunitate.*
10 *Homicidium veneno committens non gaudet immunitate Ecclesiarum.*
11 *Abortum malis medicamentis mulier procurans non gaudet immunitate.*
12 *Strigia inferentes in Ecclesia gaudent priuilegio immunitatis.*
13 *Furans in Ecclesia nō gaudet Ecclesiarum immunitate.*
14 *Capana Ecclesia an & quando gaudeat immunitate?*

Immunitas.

COLLECT. CCCCXVII.

1 IMmunitas ecclesiastica seruari præcipitur, excipiuntur tamen publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, vt depopulatores agrorum, homicidiaque in Ecclesiis, & cæmeteriis perpetrantes, & qui proditoriè aliquem occidunt, assassinij, seu hæresis, aut læsæ maiestatis rei. *Gregorius XIV. in sua constit.* 7. incip. *Cùm aliàs,* 9. *Kalend. Iunij* 1591. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 964. de cuius materia Quaranta *in sum. Bullarij verbo reuerentia diuinorum Officiorum & Ecclesiarum.* Piasec *in praxi Episcop p.* 2. *c.* 4. *nu.* 55. Erasm. à Cochler. *de iurisdict. Ordin. in exemptos p.* 4. *q.* 65. Carol. Maranta *tom.* 2. *resp.* 36. *cum seqq.* Scortia *in selectas summorum Pont. Constit. epit.* 152. Ioan. Anton. Nouar. *in summ. Bullarum tit. de immun. Eccles.*

2 Immunitate ecclesiastica gaudent, qui cum armis prohibitis in Ecclesia se recipiunt. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Salernitana,* 30. *Septembris* 1616. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 28. *n.* 12.

3 Immunitate ecclesiastica gaudere debent clerici, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt extra casus in Bulla Gregorij XIV comprehensos, cùm in hoc casu Abbatis opinio communiter sit reprobata. *Eadem S. Congr. Conc Episcop & Reg. in Tropien,* 24. *Ianuar.* 1617. *& sub die* 17. *Augusti* 1618. testib. Lexana *in sum. qu. Regul. tom.* 1. *verbo Immunitas Ecclesiarum n.* 6. Diana *p.* 6 *tract.* 1. *resol.* 26. *qu.* 10. Carol. Maranta *tom.* 2. *resp.* 50. *nu.* 6. vbi attestatur sic fuisse

responsum

responsum Episcopo *Neocastren. de an.* 1618. & Episcopo Auersæ *de an.* 1633.

4 Immunitate ecclesiastica gaudet pro debito ciuili ad Ecclesiam confugiens. *Sacra Congr. Episcop. Regular. in Cotronen.* 21. *Iulij* 1617. *& in Beneuentana* 10. *Maij* 1619. *& in Senogallien.* 22. *Nouembris eiusdem anni*, quarum meminit Lezana *d. tom.* 3. *verbo immunitas. n.* 16. Ego ipse *de iure eccles. vniu. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 46.

5 Immunitate ecclesiastica non gaudent capellæ priuatorum palatiorum. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Marsicen.* 17. *Nouembris* 1617. *& Sacra Cong. Immunitatis in Perusina extractionis* 9. *Decembris* 1631. penes Lezanam *d. tom.* 3. *verbo Immunitas n.* 4. & illius memini *d. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 68.

6 Immunitate à collectis tam Ordinariis quàm extraordinariis gaudent coloni, aut affictuarij, vel partiarij bonorum ecclesiasticorum pro portione colonica. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Oppiden.* 18. *Septembris* 1618. de qua Ioan Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Immunitas n.* 1.

7 Immunitate ab omnibus exactionibus, & tributis secularibus gaudet clerici patrimonium, ad cuius titulum quis fuit ordinatus *Sacra Cong Episcop. & Regul. in Catacen.* 3. *Augusti* 1592. quam citat Aldan. *d. lib.* 1 *tit.* 28. *num.* 13.

8 Immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus priuare non potest Ordinarius clericos inseruientes Ecclesiis, sed iidem Clerici, nisi vt supra inseruiant, ac habitum & Tonsuram clericalem deferant, aut beneficium ecclesiasticum obtineant priuilegio fori non gaudent. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. sub die* 14. *Ianuarij* 1631. quam adducit Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 18. *num.* 20.

9 Immunitate ecclesiastica non gaudet mater occidens filium infantem. *Sacra Congregat. Conc. sub die* 3. *Decembris* 1632. penes Lezanam *d. tom.* 3. *verbo immunitas n.* 12. per doctrinam Franc. Leon. *in thesauro fori eccles. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 25.

10 Immunitate ecclesiastica non gaudet, qui veneno committit homicidium. *Sacra Congr. Conc. sub die* 3. *Decembris* 1632. attestante Sellio *in select. Canon. cap.* 32. *n.* 10. per doctrinam Alex. *cons.* 145. *n.* 6. *lib.* 7. & Boer. *decis.* 109. *n.* 5. *vers. secundo in eo.*

11 Immunitate non gaudet mulier, quæ malis medicamentis procurat abortum. *Sacra Cong. Conc. sub die* 3. *Decembris* 1632. referente Sellio *d. c.* 32. *n.* 12. per Fario. *de immunit. num.* 142. *ad fin.*

12 Immunitatis priuilegio gaudent inferentes strigia in Ecclesia. *Sacra Cong. Episcop. & Regular. sub die* 16. *Nouembris* 1618. de qua memini *d. tract. de iure eccles. lib* 2. *cap* 3. *n.* 132.

13 Immunitate ecclesiastica non gaudet furans in Ecclesia. *Sacra Congreg. Immunitatis in Squillacen.* 18. *Martij* 1631. penes Lezanam *d. tom.* 3. *verbo immunitas eccles. n.* 11. *in fine.*

14 Immunitate gaudet artiga, siue capana Ecclesiæ ab ea tamen distans, sed intra triginta passus, quæ solummodo inseruit pro seruitio Ecclesiæ. *Sacra Cong. Immunitatis, sub die* 7. *Decembris* 1632. apud Bonfadin. *d. resol.* 18. *num.* 14. per Farin. *de immun. n.* 289. Decian. *in tract. crimin lib.* 6. *c.* 25. *n.* 12. *&* 15.

Vide in verbo *Clericus quoad immunitatem*, *collect.* 158.

Immemorialis possessio, vide in verbo *Possessio immemorialis, collect.* 587.

Impedimentum affinitatis, vide in verbo *Affinitatis impedimentum, collect.* 16.

Impedimentum cognationis spiritualis. vide in verbo *Cognatio, collect.* 177.

Incestus.

Collect. CCCCXVIII.

1 INcestus crimé detestabile vltimo supplicio punitur in viro, qui scienter matrem & filiam, aut duas germanas inter se sorores carnaliter cognoscente, aut cum earum altera in locis ditionis S. R. E. se matrimonio coniungente: item in muliere peccante cum eo, cum quo scit matrem, aut filiam, aut sororem suam rem habuisse, & in muliere cum patre & filio, vel duobus fratribus scienter peccante: & in viro sciente eius patrem, aut filium, aut fratrem cum muliere peccasse, & tamen cum ea peccante. *Sixtus V. constit.* 54. incip. *Volentes de anno* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 570. aliàs *pag.* 433. in nouiss. impress.

2 Incestum committentes inter se contrahere Matrimonium postmodum prohibentur etiam habita dispensatione Apost. super consanguinitate, vel affinitate, nisi in ea copulæ carnalis præcedentis expressa fiat mentio, aliàs enim subreptitia erit dicta dispensatio. *Sacra Congr Conc.* cuius meminernnt additio *ad Nauar. cons.* 9. *de consang. & affin. in nonis*, Quarant. *in sum. Bullarij verbo Matrimoniales dispensationes n.* 13. *vers. quibus expletis*, Nicol. Garc. *de benefic. p.* 8. *cap.* 3. *n.* 66. Rebell. *de obligat. Iustit. p.* 2. *lib.* 4. *in declar. Sacra Cong. numer.* 122. *&* 149. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 25. *num.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 25. *n.* 7. Hurtado *eod. tract. disp.* 26. *num.* 22. Ego ipse *in votis decisiuis Canon. lib.* 2. *voto* 17. *n.* 59.

Indiarum missiones, vide in verbo *Regulares quoad missiones Indiarum collect.* 658.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Indulgentiis agentes.*
2 *Quæstuandi facultatem continentes Indulgentiæ reuocantur.*
3 *Indulgentiæ ad quæstum publicari prohibentur.*
4 *Regularibus Indulgentiæ plures conceduntur.*
5 *Coadiutor Episcopi non habet facultatem largiendi Indulgentias.*
6 *Indulgentiæ plenariæ concessæ in die festo non extenduntur per totam octauam, secus si non sunt plenariæ.*
7 *Reliquiarum sacrarum in ostensione non solent concedi Indulgentiæ.*
8 *Præpositus licet habeat vsum Mitræ, & Baculi non potest concedere Indulgentias post solemnem benedictionem datam.*
9 *Indulgentia aliqua concedi poterit illis, qui in Ecclesia, vbi oratur pro commemoratione Passionis Dominica feria sexta interfuerint.*
10 *Indulgentiæ pro manibus adiutricibus Ecclesiæ S. Mariæ de Monteserrato ex gratia fuerunt concessæ.*
11 *Cruciata Bulla non est necessaria ad consequendas Indulgentias Iubilæi.*

Indulgentia.

Collect. CCCCXIX.

1 DE Indulgentiis Isidorus Valteranus, Petrus Franciscus Zinus Ital. Antonius Roselus *to.*

14.tra.3.Doctor folio 47. Ludoo. Bolognin. *ibidem fol.* 141. Thomas de Vio Caietanus, Martinus Nauarrus, Cardin. Bellarminus, Antonius Cordubensis Gaspar Sciopius, Isidorus Valseranus, Iacobus Nanclantus, Ioannes Baprista Panlianus, Felinus Sandæus de Indulgentia plenaria, Valentious Laureotius *de Indulgentiis generalibus controuersia.* Inllus Lauorius *de Indulg. & Iobileo*, Boetius Epoo *de iure Iubilei, & Indulg.* Ioan. Bonder. *in compendio errorum tit.* 17. Petrus Crespet. *in sum Catholica Fidei verbo Indulgentia*, Iodochus Lotichius *in thesauro nooo Theolog.* Ioannes de Fano contra Lutherum, Alphons. Aluarez Guertero *in speculo Iuris Pontif. cap.* 28 Corduba *de Indulgent.* Henriq. *in summ. lib. 7. de Indulgent.* Frane. Leo *in thesauro fori eccles. p. 1. cap.* 7. Suarez *tom. 4. disp.* 50. Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Indulgentia*, Lautent. de Portel. *in dubiis Regul. eod. verbo*, Petrus Soto *in lect. de Indulgent.* Balduinus Iunior *super opera controuers. Bellarmini p. 1. lib. 6. de Indulgent.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp.* 12. Vgolin. *de officio Episcopi cap.* 14. Lezana *in summ quæst. Regul. tom. 3. verbo Indulgentia*, Torreblanca *de iure spirituali lib. 14. cap. 13. & 14.* Ego *de officio & potest. Episcopi. p. 3. alleg.* 88.

2 Indulgentias quibuscunque concessas facoltatem quæstuandi continentes reuocauit *Pius V. constit.* 30. incip. *Et si 6. Id. Februarij* 1567. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag* 214. aliàs *pag.* 151. in nouiss. impress.

3 Indulgentias ad quæstum publicari prohiboit *Pius V. constit.* 99. incip. *Quam plenum 4. Non. Ianuarij* 1570. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 304. aliàs *pag.* 298.

4 Indulgentiæ sequentes omnibus Regularibus cuiuscunque Ordinis intra claostra vel extra cum licentia suorum Superiorum degentibus coneeduntur: plenaria habitum suscipientibos verè pœnitentibus confessis, & sacra Communione refectis, vel simili modo legitimè professionem emittentibus, vel in festo principali sui Ordinis Confessis, & sacra Communione refectis, vel Missam eelebrantibus, & certo modo orantibus, vel in mortis articulo confessis, & Sacra Communione refectis, aot si noo potuerint ore, vel corde nomen Iesu deuotè inuocantibus, & aliæ Indulgentiæ antea à summis Pont. concessæ reuocantur. *Paulus V. constit.* 21. incip. *Romanus Pont. de anno* 1606. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag.* 202. & apud Laurent. de Peytinis *de priuileg. Regul. ad const. S. Pauli V.* vbi eam refert, & declarat.

5 Indulgentias largiendi facultatem oon habet coadiutor Archiepiscopi; & sic illæ Archiepiscopi nomine, si quas Archiepiscopus concedere voloerit, sunt publicandæ. *Sacra Congr. Rit. nomine Cardinalium Paleo:hi & Veronen. sub die* 31. *Ianuarij* 1561. *in resp. ad 8. dub.* testibus Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. in sum. Bullarij verbo Archiepisc. auctoritas auctor. 13. n. 12. in fine.* Piasec *in praxi Episcop. p. 1. c. 1. n. 10.* Campan. *in diuers. Iuris Canon rub. 7. c. 6. n.* 107.

6 Indulgentiæ plenariæ concessæ in die festo non extenduntur per totam octauam, secus si oon sunt plenariæ; ita iussit Sanctissimus ad petitionem Monialium sancti Iosephi Ordinis Carmelitarum ciuitatis Hispalen. responderi à *Sacra Congr. Rit. in Hispalen. 6. Martij* 1606. qoam refert Sellius *in selectis Canon. c. 7. n.* 71.

7 Indulgentiæ noo soleni concedi in ostensiooe sacrarum Reliquiarum. *Sacra Congregat. Rit. in Perusina* 1. *Aprilis* 1606. quam citat Sellius *d. c. 7. n.* 73.

8 Indulgentias non potest concedere Præposita post solemnem benedictionem datam licet habeat vsum Mitræ, & Baculi. *Sacra Congr. Rit. in Praten. 4. Martij* 1606. cuius meminit Sellius *d. c. 7. n.* 74.

9 Indulgentiam aliquam illis, qui in Ecclesiis vbi oratur pro commemoratione Passionis D. N. I E s v Christi fena sexta interfuerint, concedi posse censuit *Sacra Cong. Rit. 12. Nouembris* 1614. referente Sellio *d. c. 7. num.* 75.

10 Indulgentiæ pro maioibus adiutricibus Ecclesiæ S. Mariæ de Moote Serrato concedi possunt ex gratia ad supplicationem Oratoris Regis Hispaniarum. *Sacra Congr. Conc. in Montis Serrati 13. Iulij* 1630. penes Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 19. *n.* 8.

11 Indulgentias Iubilæi, quæ à summis Pont. pro tempore concedi consueuerunt, vt quis consequi valeat in Regnis Hispaniarum, non est necessarium Bullam Cruciatæ ante, vel post suscipere. Ita ad instantiam Collectoris Portugaliæ censuit *Sacra Congr. S. R. E. Cardinalium negotiis Indulgentiarum præfecta sub die 8. Februarij* 1631. apud Bonfadin. *d. resol. 19. num.* 10.

Infirmus, vide in verbo *Medicus collect.* 467.

Inimicitia.

Collect. CCCCXX.

1 INimicitiarum ex causa potest Canonicus vltra tres menses abesse si post obtentum Canonicatum inimicitiæ superueoeriot. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num.* 323.

2 Inimicitiæ ex facto Principis temporalis ortæ sufficientes sunt pro tempore sex mensium vt Capitulum ad integras distributiones ei assignandas cogi possit, ad effectum, vt interim cuter Canonicatus resignare, permutare, aut rationem aliquam inire, qua & sibi & suæ Ecclesiæ indemnitati cōsultum sit. *Sacra Congr. Conc. 7. Septembris* 1616. cuius memini *de iure eccles. vniuerso lib. 3. cap. 18. num.* 65.

3 Inimicitiarum capitalium ex causa non licet Parochis abesse nisi ex licentia. *Sacra Congreg. Episcoporum & Regularium causis proposita*, & ipsamet declarauit *in Botanen* 15. *Februarij* 1619. quam refero *de officio & potest. Parochi, cap. 8. n.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Regulares recurrentes ad officium SS. Inquisitionis, pro quocunque Fidei negotio non possunt per quinquennium à suis Superioribus molestari.*

2 *Ministros, officiales, & accusatores in causis SS. Inquisitionis verberans, siue scripturas, aliaue instrumenta comburentes quas pœnas incurrant.*

3 *Causæ & negotia Sanctissimæ Inquisitionis gratis expedienda.*

4 *Secretarij, & Notarij pro scripturis, quas mittunt ad Vniuersalem Inquisitionē Rom. nihil exigere valēt.*

Inquisitionis SS. Officium.

Collect. CCCCXXI.

1 INquisitionis SS. ad Officium recurrentes Regulares quorumuis Ordinum etiam Mendicantium

cantium pro quocunque Fidei negotio, vel in eo testimonium perhibentes veritatis, nequaquam à suis Superioribus per quinquennium continuum à die recursus, seu depositionis huiusmodi molestari, vel ex quacunque causa, seu excessibus prætensis, & de debitis propterea pœnis, seu pœnitentiis eisdem imponendis, possunt, nisi ipsi DD. Cardinales Inquisitores generales certiores facti fuerint, vel illis clarè notificatum, & ab ipsis Cardinalibus desuper responsum fuerit. *Pius V. in decreto* apud Lauret. de Franchis *in controuers. inter Episcop. & Regular. pag.* 131.

2 Inquisitionis sanctissimæ ministros, Officiales, accusatores, denunciatores, aut testes in causa Fidei quomodocunque productos, & euocatos occidens, verberans, eiiciens, vel perterrefaciens, seu bona quæuis dicti Officij, aut ministrorum expugnans, incendens, seu expilans, siue scripturas, aliaue instrumenta comburens, aut diripiens, in anathema, & pœnam criminis læsæ maiestatis ac alias incurrit. *Pius V. constit.* 82. incip. *Si de protegendis de anno* 1579. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag* 279. Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.* 106.

3 Inquisitionis sanctissimæ in causis, & negotiis pro examine testium, seu principalium reorum, pro sportulis sententiarum, pro quouis decreto, seu actu, vel quacunque expeditione, nihil omninò exigant, & recipiant etiam à sponte dantibus, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, ac quiuis Ecclesiarum Prælati, seu inferiores Ordinarij, eorumque Vicarij, & Officiales, sed gratis omnia expediant. Similiter in eisdem causis & negotiis eorum secretarij, cancellarij, & notarij pro scripturis processuum, informationum, seu repetitionis testium fisci, quas mittunt ad sanctam, & Vniuersalem Inquisitionem Romanam, nihil penitus exigant, sed gratis illas mittant. *Clemens VIII. in decreto in generali Congr. S. R. & Vniuersalis Inquisitionis facto nonis Ianuarij* 1601. quod refert Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regul. pag.* 133. *cum seqq.*

Inquisitionis sanctissimæ Congregatio, vide in verbo *Congregatio sanctissimæ Inquisitionis collect.* 210.

SVMMARIVM.

1 *Scripturas ad Officium SS. Inquisitionis spectantes exhiberi compellunt Inquisitores.*

2 *Prælatis suorum Ordinum obedire non tenentur Inquisitores Ordinum Prædicatorum & Minorum in concernentibus Officium SS. Inquisitionis.*

3 *Excommunicari, suspendi, vel interdici non possunt Inquisitores, & eorum Notarij à quolibet Officiali Sedis Apost. absque eiusdem Sedis expressa licentia.*

4 *Sententiæ Inquisitorum, executioni mandari debent à Magistratibus sæcularibus absque processuum remissione.*

5 *Testium dicta contra hæreticos publicare non tenentur Inquisitores.*

6 *Notariatus in causis sanctæ Fidei ad Officium vnum vel plures eligere possunt Inquisitores.*

7 *Cardinales generales Inquisitores habent facultatem procedendi contra hæreticos etiam Episcopali, vel Cardinalitia dignitate praditos.*

8 *Hebræos punire, & contra eos procedere possunt Inquisitores in certis casibus hic numeratis.*

9 *Inquisitores nihil soluunt pro examine testium, aliisque actibus iudiciariis.*

10 *Officium Inquisitoris etiam maioris non excusat Episcopum à residentia in propria diœcesi.*

11 *Parochum à residentia non excusat Inquisitoris Officium.*

12 *Distributiones quotidianas an & quando percipere possint Inquisitores Prebendati.*

13 *Exempti subsunt in causis Fidei Inquisitoribus hæretica prauitatis.*

14 *Religiosos quomodolibet priuilegiatos comprehendunt Constitutiones Apostol. in concernentibus Fidem Catholicam, & sanctæ Inquisitionis Officium.*

15 *Saracenos puniunt, contra eosque procedunt Inquisitores si ad Christi fidem conuersi ad Saracenorum sectam redierint.*

16 *Maleficos puniunt contra eosque procedunt Inquisitores.*

17 *Falsum in causis Fidei deponentes possunt Inquisitores Curiæ sæculari tradere.*

18 *Christianos ad Iudæorum ritus transeuntes, & Iudæos conuersos ad illum redeuntes puniunt Inquisitores.*

19 *Hæreticos iudicialiter confessos, & obstinatos etiam illorum diœcesanis irrequisitis puniunt Inquisitores.*

20 *Hæreticos, eorumque fautores, & negotio Inquisitionis se opponentes puniunt Inquisitores.*

21 *Prædicatores prædicantes, aut proponentes scandalosas propositiones, vel à Fide discrepantes puniunt Inquisitores.*

22 *Missam celebrantes nondum ad Presbyteratus Ordinem promoti puniunt Inquisitores.*

23 *Astrologi iudiciarij subsunt Inquisitoribus.*

24 *Astrologi, qui de statu Reip. Christianæ, vel Sedis Apost. seu vita Romani Pont. aut eius consanguineorum iudicia faciunt, Inquisitoribus subsunt.*

25 *Sacerdotes, qui mulieres pœnitentes in actu Confessionis ad actus inhonestos solicitant subsunt Inquisitoribus.*

26 *Asserentes Beatissimam Virginem fuisse conceptam in peccato originali subsunt Inquisitorū iurisdictioni.*

27 *Malefici, & sortilegi cum diabolo pactum facientes, à Fideque apostatando alios lædentes subsunt Inquisitoribus.*

Inquisitores contra hæreticam prauitatem.

Collect. CCCCXXII.

1 INquisitores compellunt quoscunque ad sibi exhibendum scripturas ad Officium sanctæ Inquisitionis spectantes. *Alexāder IV. constit.* 18. incip. *Cupientes* 4. *Non. Martij* 1259. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag* 92. *aliàs pag.* 117.

2 Inquisitores Ordinum Fratrum Prædicatorum, & Minorum non tenentur obedire Prælatis suorum Ordinum in concernentibus Officium sanctæ Inquisitionis. *Alexander IV. constit.* 23. incip. *Catholica* 3. *Id. Decembris* 1260. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pa.* 94. aliàs *pag.* 118. in nouiss. impr.

3 Inquisitores, & eorum Notarij à quolibet Officiali Sedis Apost. absque dictæ Sedis expressa licentia excommunicari, suspendi, vel interdici non possunt, *Vrbanus IV. constitut.* 4. incip. *Ne inquisitionis* 2. *Non. Augusti* 1262. apud Laert. Cherubin. *dict. tom.* 1. *pag.* 99. aliàs *pag.* 128. in nouiss. impress.

4 Inquiſitorum ſententiæ contra hæreticos promulgatæ à Magiſtratibus ſecularibus executioni demandari debent abſque proceſſuum reuiſione. *Innocentius VIII. conſtitut.* 10. incip. *Dilectus* 30. *Septembris* 1486. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 381. *Leo X. conſt.* 43. incip. *Honeſtis* 15. *Februarij* 1521. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 543. de cuius materia Scottia *in ſelectas ſummorum Pont. Conſt. epit.* 58.

5 Inquiſitores non tenentur publicare dicta teſtium contra hæreticos &c. examinatorum, vel rationes reddere de proceſſibus alteri quam Romano Pont. aut Inquiſitoribus almæ Vrbis. *Pius IV. conſtit.* 40. incip. *Cum ſicut.* 1. *Nouembris* 1561. apud Laert. Cherub *in Bullario tom.* 2. *pag.* 54. aliàs *pag.* 40.

6 Inquiſitoribus omnibus datur facultas vnum, vel plures etiam clericos ſeculares, vel quorumuis Ordinum Regulares in cauſis ſanctæ Fidei, & Inquiſitionis in Notarios eligendi, & ad officium Notariatus cauſarum huiuſmodi deputandi. *Pius IV. conſtit.* 36. incip. *Paſtoralis*, apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 51.

7 Inquiſitoribus generalibus S. R. E. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem in vrbe reſidentibus datur facultas contra quoſcunque etiam Epiſcopali, aut alia quacunque etiam Cardinalatus auctoritate præditos hæreticos procedendi. *Pius IV. conſtit.* 67. incip. *Romanus*, apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 96.

8 Inquiſitores liberè contra Hebræos procedere poſſunt in ſequentibus caſibus. Si negauerint quæ circa Fidem communia ſunt cum Chriſtianis. Si dæmones inuocauerint, aut eis immolauerint. Si quem Chriſtianum hæc docuerint, vel ad ea perduxerint. Si hæreticas blaſphemias dixerint. Si Chriſtianum à Fide deuiauerint. Si infideles ad Fidem Chriſti tranſire impedierint. Si hæreticum ſcienter receptauerint. Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos tenuerint. Si Hoſtiam ſalutarem, aut Crucem, & ſimilia, vel Chriſtianos deriſerint. Si nutrices Chriſtianas retinuerint, vel eaſdem ab hac die, qua Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, lac in latrinas effundere coëgerint, *Gregorius XIII. conſtit.* 70. incip. *Antiqua Iudaeorum de anno* 1581. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2 *pag.* 42. & de illius materia Scottia *in ſelectas ſummorum Pont. Conſt. epit.* 132. Vide *Conſtit.* 20 *Clementis VIII.* incip. *Cum Hebraeorum malitia de anno* 1593. apud Laert. Cherubin. *tom.* 3. *pag.* 25.

9 Inquiſitores nihil ſoluunt pro examine teſtium aliiſque actibus iudiciariis. *Clemens VIII. conſtit.* 76. incip. *Sanctiſsimus Non. Ianuarij* 1601. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 113. aliàs *p.* 81. in nouiſſ. impr.

10 Inquiſitoris etiam maioris Officium non excuſat Epiſcopum à reſidentia in propria diœceſi. *S. Cong Conc.* teſte Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gloſſ.* 43.
11 *nu.* 164. Et etiam non excuſat Parochum à reſidentia, eadem *S. Cong Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *ca.* 2. *nu.* 42. quem cum aliis refero *de officio, & poteſt. Parochi c.* 8. *num.* 26. Diana *moral. reſol. p.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 71.

12 Inquiſitoribus minimè ius eſt percipiendi diſtributiones quotidianas Canonicatuum, Dignitatum, aut aliorum beneficiorum eo tempore, quo beneficiis prædictis non inſeruiunt : niſi ſpecialibus priuilegiis aut indultis Apoſt. Inquiſitoribus huiuſmodi, ſeu aliis ſancti Officij miniſtris fuerit conceſſum, vt quotidianas diſtributiones quamtumuis abſentes lucrentur. *S. Cong. Conc.* teſtibus Nicol. Garc. *de benefic p.* 3. *cap.* 2. *num.* 256. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 6. *de Viſitat. nu.* 72. quos refero *in tract. de Canon. & Dignitat. cap.* 24. *num.* 2. vbi dixi ex Apoſtolicis priuilegiis hoc iam illis concedi.

13 Inquiſitores contra quoſcunque etiam exemptos in cauſis Fidei procedere poſſunt. *Alexander IV. conſt.* 22. incip. *Ne commiſſa Idib. Octobris* 1260. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 93. *Pius IV. conſt.* 51. incip. *Paſtoris* 1. *Aprilis* 1562. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 66. *Paulus V. conſt.* 26. incip. *Romanus. Kalend Septembris* 1606 apud Laert Cherub *tom.* 3. *pag.* 210. vbi reuocat facultates Superioribus quorumcumque Ordinum conceſſas cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum ad Officium ſanctæ Inquiſitionis quomodolibet pertinentes, refert etiam Laurei. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. pag.* 122. Vnde Conſtitutiones Apoſtolicæ in
14 concernentibus Fidem Catholicam, & ſanctæ Inquiſitionis Officium hactenus editæ, & in poſterum edendæ comprehendunt omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos, niſi illi in edendis ſpecialiter excipiantur. *Vrbanus VIII. conſt. ſua* incip. *Cum ſicut* 5. *Nouembris* 1631. apud Angel. Mariam Cherub. *in appendice tom.* 4. *pag.* 17. cuius meminit Lezana *in ſum. quaſt Regul. verbo accuſare n.* 7.

15 Inquiſitores procedunt contra Saracenos, qui ad Chriſti Fidem conuerſi ad Saracenorum ſectam redierunt. *Gregorius II. conſtit.* 2. incip. *Admodum.* 3. *Non. Augusti* 1372. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 220.

16 Inquiſitores contra maleficos procedunt. *Innocentius VIII. conſt.* 2. incip. *Summis* 9. *Decembris* 1484. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 371. aliàs *pag.* 330. in nouiſſ. impreſſ.

17 Inquiſitores procedunt contra teſtes falſum in cauſis Fidei deponentes, eoſque Curiæ ſeculari tradere poſſunt. *Leo X. conſt.* 29. incip. *Intelleximus* 14. *Decemb.* 1518. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 521. aliàs *pag.* 440. in nouiſſ impreſſ.

18 Inquiſitores procedunt contra Chriſtianos ad Iudæorum ritus tranſeuntes, & Iudæos conuerſos ad illum redeuntes. *Nicolaus IV. conſt.* 1. incip. *Turbato Non. Septembris* 1288. apud Laert. Cherub. *d tom.* 1. *pa.* 126. aliàs *pag.* 148. Diana *moral reſol p* 4. *tract.* 7.

19 Inquiſitores procedunt contra hæreticos iudicialiter confeſſos & obſtinatos etiam illorum diœceſanis irrequiſitis. *Alexander IV. conſt.* 9. incip. *Ad capiendum.* 3. *Id. Ianuarij* 1256. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 87. alias *pag.* 113. in nouiſſ. impreſſ.

20 Inquiſitores procedunt contra hæreticos, eorumque fautores, & negotio Inquiſitionis ſe opponentes. *Innocentius IV. conſt.* 16. incip *Quia* 15. *Kalend. Aprilis* 1254. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 78. aliàs *pag.* 05. in nouiſſ impreſſ.

21 Inquiſitores procedunt contra Prædicatores prædicantes, aut proponentes ſcandaloſas propoſitiones, vel à Fide diſcrepantes. *Paulus III. conſt.* 30. incip. *In Apoſtolicis*, 14. *Ianuarij* 1541. apud Laert. Cherub *d tom.* 1. *pag.* 619. aliàs *pag.* 543.

22 Inquiſitores procedunt contra eos, qui ad Presbyteratus ordinem non promoti Miſſas celebrant, vel eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrant. *Gregorius XIII. conſt.* 21. incip. *Officij* 9. *Augusti* 1574. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 387. *Clemens VIII. conſt.* 82. incip. *Etſi aliàs* 2. *Decembris* 1601. apud Laert.

Cherub.

Cherub, *tom. 3. pag. 128. aliàs pag. 93.* in nouiss. impress. & Laurent. de Peyrinis *ad constit. 9. Pauli V. n. 12.* & apud Quarant. *in sum. Bullar. verbo Ordo, pag. 387.* & de ea meminerunt Moura *de incantat. & ensalmis opusc. 1. sect. 3. c. 3. n. 9.* Sanctarel. *de hæresi cap. 42. dub. vnico num 5.* Souza *in opusc. de solicitant. tract. 1. c. 9.* Diana *moral. resol. pag. 4. tract. 7. resol. 11. & 12.* *Vrbanus Octauus const. 79.* incip. *Apostolatus 23. Martij 1628.*

23 Inquisitores procedunt contra Astrologos iudiciarios *Sixtus V. const. 17.* incip. *Cæli & terræ creator, Non. Ianuar. 1585.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 510.* aliàs *pag. 338.* in nouiss. impress. & apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. regul. ad const. 9. Pauli V n. 23.* & de ea Antonin. Diana *moral. resolut. p. 4. tract. 8. resol. 107. & resolut. 122. & resol. 17. tract. 7.* vide supra verbo *Astrologia collect.* 48.

24 Inquisitores procedunt contra eosdem Astrologos qui de statu Reip. Christianæ, vel Sedis Apost. seu vita Romani Pont. aut eius consanguineorum iudicia facere, necnon contra eos, qui illos desuper consulere præsumpserint cum innouatione dictæ Constitutionis Sixti V. *Vrbanus VIII. const.* incip. *Inscrutabilis Kalend. Aprilis 1631.* de qua suprà *d. collect. 48. n. 6.*

25 Inquisitores procedunt contra Sacerdotes qui mulieres pœnitentes in actu confessionis ad actus inhonestos solicitant. *Pius IV. const. 31.* incip. *Cum sicut 16. Aprilis 1561.* apud Laert. Cherub. *in Bullario to. 2. p. 46.* *Gregorius XV. const. sua* incip. *Vniuersi 30. Augusti 1622.* quas refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 105. sub n. 60.* & infrà latè *in verbo solicitantes. collect. 675.*

26 Inquisitores procedunt contra omnes etiam Regulares audentes in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscunque actibus publicis asserere quod Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali. *Sacra Cong. S. R. & vniuersalis Inquisitionis in Palatio Apost. coram Paulo V. sub die 31. Augusti 1617.* quod postea ad audentes asserere idem in sermonibus & scriptis priuatis extendit *Eadem Sacra Cong. coram Gregorio XV. sub die 24. Maij 1622.* quarum memini *de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 105. num. 58.* & suprà verbo *Conceptio B. Virginis collect. 194.*

27 Inquisitores procedunt contra maleficos, & sortilegos cum diabolo pactum facientes à Fideque apostatando alios lædentes. *Gregorius XV. const. 46.* incip. *Omnipotens Dei. 20. Martij 1633.* cuius meminit Diana *moral. resol. p. 4. tract. 7. resol. 10.*

Inquisitus.

Collect. CCCCXXIII.

1 INquisitus à Curia Episcopali si aufugiat à carceribus habens recursum ad Metropolitanum, à quo obtinuit præceptum pro transmissione actorum, & ob non transmissionem in termino præfixo à Sacra Cong. Conc. obtinuit declarari non esse molestandum, Episcopus adhuc non prohibetur ad vlteriora procedere, & sic est significandum Archiepiscopo vt causam & personam Episcopo remittat. *S. Cong. Conc. in Hipporegien. 4. Decembr. 1632.* cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 51. numero 16.*

Insignia.

Collect. CCCCXXIV.

1 INsignia concedere Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, vel concessa mutare non potest Episcopus inconsulta Sede Apost. *S. Cong. Rit. in Hydruntina 1. Septembris 1612.* cuius memini *in tract. de Canonicis & Dignit. c. 8. n. 27.*

2 Insignia Archipresbyteri non debent apponi in valuis Ecclesiæ cùm in festiuitatibus ornantur, nisi sit consuetudo immemorialis. *Sacra Congr. Rit. in Perusina 13. Martij 1602.* quam refert Sellius *in selectis Canon. cap. 29. num. 48.*

3 Insignia noua præter solitum in processionibus deferre non licet. *Sacra Congr. Rit. in Adrien. 21. Augusti 1604.* penes Sellium *d. cap. 29. num. 10.*

Instigator.

Collect. CCCCXXV.

1 INstigator volens prosequi causam suæ appellationis debet præstare cautionem de reficiendis expensis cuiuslibet instantiæ. *Paulus V. const. 71. § 17.* incip. *Vniuersi de anno 1611.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 264.* aliàs *pag. 198.* in nouiss. impr.

2 Instigator qui falsa narrauit, condemnatur in expensis. *Sacra Congr. Rit. in Saonen. 21. Augusti 1604.* quam citat Sellius *in selectis Canon. cap. 46. num. 81.*

Institutio.

Collect. CCCCXXVI.

1 INstitutio ad Parochiales Ecclesias, quæ iurispatronatus ecclesiastici sint, vbi facienda erit à Papa, quia fortasse in mensibus reseruatis vacauerunt, ius eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinet, qui transmittere debet attestationem examinis facti & concursus, quot in eo approbati, & quem ex approbatis vti digniorem, cui Sanctitas sua gratiam faciat nominari. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. cap. 2. num. 273.* Modern. Hisp. *de Regia protect. tom. 1. p. 3. cap. 9. num. 99.*

2 Institutio si legitimè pertinet ad inferiorem, ita ut non dependeat ab aliquo iurepatronatus, quod per Concilium sublatum est cap. 9. sess. 25. de reform. præsentatio soli Episcopo facienda est ad effectum examinis dumtaxat, non attenta quacunque consuetudine immemoriali in contrarium. *S. Cong. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. cap. 3. num. 19.*

3 Institutiones Archidiaconis, & aliis inferioribus ex Immemoriali competentes non sunt per Concilium sublatæ. *Sacra Congregat. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p. 9. cap. 3. num. 19. ad 1.*

Interdictum.

Collect. CCCCXXVII.

1 INterdicto in ciuitate supposita nõ possunt Regulares in vim priuilegiorum ante Concilium Tridentinum concessorum in diebus Sanctorum suorum Ordinum, & aliquot aliis diuina Officia celebrare alta voce, ianuis apertis, pulsatis campanis, & interdictis admissis *Sacra Congreg. Conc.* apud Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo interdictum,* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disput. 16. quæst. 4.* meipsum *de officio, & potestate Episcopi p. 3. allegat. 105. numero 4.* Lezana *in summ. quæst. Regular. tom. 3. verbo interdictum quoad Regulares num 29.*

Interessentia

Collect. CCCCXXVIII.

1 INteressentia de qua in *cap. 12. sess. 24. de reform.* debet esse in omnibus diebus & horis, Officiis diuinis interessendo, & inseruiendo, præterquam in tribus mensibus singulorum annorum, nisi Ecclesiæ Constitutiones longius seruitij tempus requirant. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc *de benefic p. 3. cap. 2 num. 321 in 1. declarat.* Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib. 1. tit. 23. de residentia sub. an Canonici &c. n. 47.*

2 Interessentia ita debet esse in choro à Canonicis ibi existentibus vt nullus inde etiam Officio expleto egredi valeat, nisi audeat antequam finis signum per Archidiaconum detur; neque etiam ex illis in choro existentibus sub quouis prætextu exinde exire valeant plures quam duo pro qualibet vice, & in ingressu & regressu Archidiacono reuerentiam exhibeant, eorum egressus causam notam facientes, vt in pleno Capitulo an sit iusta, vel ne discuti valeat, & contrafaciens ponctetur. Dum diuina Officia celebrantur nemo extra chorum cum cotta, vel sine permaneat nec in choro actus à diuinorum Officiorum recitatione differentes, vt puta scripturas legere, scribere, aut aliud id generis gerere valeat, alioquin tanquā absens punctetur. *S. Cong. Episcop & Regul. in Theatina* 18. *April.* 1617. quem refero *in tract. de Canon. & Dignitat. c. 34. n. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Interstitia non sunt mathematicè computanda, sed ecclesiasticè.*

2 *Capitulum Sede vacante, seu eius Vicarius vbi potest concedere licentiam Ordinando, poterit cum eo dispensare in interstitiis.*

3 *Episcopus qui ordinat familiarem suum triennalem sibi non subditum, non potest cum eo in interstitiis dispensare.*

4 *Dispensare in interstitiis cum Regularibus spectat ad Episcopum Ordinantem, non verò ad Prælatum Regularem.*

5 *Ordines minores & sacros interstitiis etiam non seruatis possunt suscipere Fratres S. Augustini discalceati Hispaniarum in Occidentalibus Indiis degentes à quocunque Catholico Antistite.*

6 *Episcopus Ordinator cum non diœcesano dispensare in interstitiis non potest nisi in dimissoriis hoc illi concedatur.*

Interstitia.

Collect. CCCCXXIX.

1 INterstitia non sunt mathematicè computanda, sed ecclesiasticè, & iuxta ritum Ecclesiæ. Videlicet ab vna Quadragesima, ad aliam, à Pentecoste ad Pentecostem, quamuis inter primam, & secundam Pentecostes festiuitatem, eodem sint elapsi duodecim menses. *Sacra Congregat. Conc.* teste Prosp. de Augustino *in addit. ad Quarant. in summ. Bullarij verbo Ordo prope fin. pag.* 302. quem refero *de officio. & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 18. *n.* 1.

2 Interstitia remittendi facultas concessa Episcopis ex causis comprehensis *sess.* 23. *de reform. c.* 11. & 13. transit in Capitulum, seu eius Vicarium Sede vacante, quando tamen ex decretis eiusdem Concilij potest concedere licentiam ordinando. *Sacra Cong. Conc.* referentibus Quarant. *in sum Bullarij verb. Capitulum Sede vac. quæst.* 10. *vers. & refertur*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis num.* 57. Maria *de iurisdict. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 13. metipso *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 18. *n.* 5. me citato Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 3. *verbo interstitia num.* 2.

3 Interstitia remittendi facultatem non habet Episcopus, qui ordinare potest familiarem suum triennalem, aliàs sibi non subditum, conferendo ei statim beneficium. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 5. *n.* 89. Armendar. *d. l.* 7. *de Episcop. n.* 48. Galet. *in margarita casuum conscientia verba Ordo pag.* 194. *col.* 1. quos cum aliis refero *d. c.* 2. *alleg.* 5. *num.* 15.

4 Interstitiis dispensare cum Regularibus spectat ad Episcopum ordinantem, non verò ad Prælatum Regularem, nisi exorando Episcopum vt id faciat. *S. Cong. Conc.* cuius meminerunt Henriq. *in sum. lib.* 10. *cap.* 23. §. 4. *in commento lit. l*, Piasec. *in praxi Episcop. part. 1. cap.* 1. *n.* 50. Tamburin *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 12. Laurent. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regulares pag.* 5. *vers. ad secundum*, Lezana *d. tom.* 3. *verbo Interstitia, num.* 1. Ego *d p.* 2. *alleg.* 18. *n.* 10. quorum plures ex declaratione eiusdem sacræ Congr. addunt Dominos Episcopos debere se conformare cum supplicatione Superiorum Regularium quoad hoc cum ipsi sciant vtilitatem, vel necessitatem suorum monasteriorum.

5 Interstitiis etiam non seruatis minores, & sacros Ordines suscipere possunt Fratres S. Augustini Discalceati Hispaniarum in Philippinis, & Occidentalibus Indiis degentes à quouis Catholico Episcopo communionem Sedis Apost. habēte. *Vrbanus VIII. const.* 18 *aliàs* 128. incip. *Cum sicut.* 9. *Iulij* 1633. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *in appendice pag.* 32.

6 Interstitiis dispensare non potest Episcopus ordinator cum non diœcesano, nisi in dimissoriis hoc illi concedatur. *S. Cong. Conc.* penes Piasec. *in praxi Episcop. p.* 1. *c.* 1. *n.* 11. quem refero *d. alleg.* 18. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Processione sanctissimi Sacramenti deferri possunt intorsitia accensa tam à laicis quam à clericis.*

2 *Quarta funeralis Parocho non debetur ex intorsitiis seu cereis Confraternitatum secularium funera associantium.*

3 *Intorsitia, cerei, & candela, quæ per viam deferuntur circa cadauera quomodo diuidenda cum aliis Ecclesiis, in quibus sepeliuntur, & proprio Parocho?*

Intorsitia.

Collect. CCCCXXX.

1 INtorsitia accensa deferri possunt tam à laicis quàm à clericis in processione sanctissimi Sacramenti. *Sacra Congr. Rit. in Andrien* 12. *Aprilis* 1603. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 29. *num.* 2.

2 Intorsitiorum seu cereorum Confraternitatum secularium

seculariu funera associantium quarta funeralis Parocho non debetur. *S.Congr. Episcop. & Regul.in Firmana 5.Martij 1616.* teste Aldan.*d.tit.29.nu.5.*

3 Intorstitia, cerei, & candelæ, quæ per viam deferuntur circa cadauera in quibuscunque priuatis Ecclesiis diuidenda sunt pro æquali portione inter ipsos Parochos & ministros aliarum Ecclesiarum quaruncunque, etiam Regularium; & Nationaliũ, in quibus sepeliuntur; ac propterea quando huiusmodi intorstitia, seu cerei, & candelæ in præfatis Ecclesiis pro celebrandis diuinis Officiis præsenti corpore accenduntur, finito Officio extinguenda, & enique medietas consignanda est. *Congregatio RR. DD. Præfectorum Vrbis, S. D. N. Vrbano VIII. approbante sub die 21.Martij 1629.* quam citat Aldan.*d.tit.29.n.7.*

S. Ioachimus.

Collect. CCCCXXXI.

1 SAncti Ioachimi parentis Beatissimæ Virginis festiuitatis institutio sub duplici officio die Martij quotannis celebrandæ, & in Breuiario, Missali, & Kalendariis impostetum imprimendis describendæ. *Gregorius XV. constit.39.* incip. *Apostolatus officium die 2. Decembris 1622.* de qua Gauant. *in rub.Breu.sect.7.c.5.n.20.*

2 Beati Ioachimi Senensis officium, vt à tota Religione Ordinis Seruorum recitari possit de communi vnius Confess. non Pont. cum propriis lectionibus de vita approbatis, atque vt eius nomen in noua Martyrologij impressione ponatur, concessit *S.Congr.Rit.in Senen. & Foroliuien. 21. Martij* 1609. quam refert Aldan. *in compendio Canon.resol. lib.1.tit.18.de Sanctis n.138.*

Ioannes.

Collect. CCCCXXXII.

1 SAncti Ioannis Baptistæ vigilia si incidat in diẽ solemnitatis corporis Christi, anticipandum ieiunium die præcedenti ne abstineatur à carnibus in dicto festo solemnitatis Corporis Christi, vt factum fuit de anno 1639. *S.Cong.Rit.sub die 24. Septembris 1638. Vrbanus VIII.in sua constit.* incip. *Cum euenire 13.Octobris 1638.* apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom.3. in fine pag.* 550. secundum nouissimam impressam Placentinam.

2 B.Ioannis Sahagun Missam, & Officium pro ciuitate Salamantina concessit *S. Congr.Rit. in Salamantina 24.Augusti* 1600. quam refert Aldan. *in compendio Canon.resolut. lib.1.titul.18. de sanctis numer.139.*

3 B.Ioannis à S.Facundo Officium diuinum, & Missam celebrare possunt vbique terrarum Fratres Eremitæ sancti Augustini. *Clemens VIII. constit. 7.* incip. *Beatorum 15.Octobris 1603.* apud Empol. *in Bullario Augustiniano pag.83.* & de procedendo ad vlteriora in eius canonizatione decretum emulganit. *Sacra Congreg. Rit. in Salamantina 10. Decembris 1619.* testa Aldan. *dict. titul. 18. de Sanctis num.140.*

4 B.Ioannis de Capistrano Ordinis Minorum de Obseruantia Officium sub ritu duplici de communi Confessoris non Pont. die 23. Octobris re-

Barbos.Apost.Decis.Sum.

citari posse ab omnibus tam Fratribus quam Monialibus dicti Ordinis, & Missam per quoscunque etiam seculares in Ecclesiis Fratrum sancti Francisci celebrari posse concessit. *S.Congr.Rit. sub die 19.Iulij 1622.* penes Aldan. *d.tit.18. de Sanctis num.141.*

5 Ioannes de Deo Lusitanus beatus denunciatur, & conceditur vt de eodem ab omnibus Congregationis suæ Regularibus vbique existentibus quotannis die eius obitus 8.Martij possit Officium & Missa celebrari de communi Confessoris non Pont. ritu duplici maiori per annum iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani: & quod Missam etiam per alios Regulares, & seculares Sacerdotes ad eorum Ecclesias confluentes: in ciuitate vero Granaten. nempe in Ecclesia, vbi eius sacrũ Corpus requiescit, & in oppido nuncupato, Montémor o nouo in Lusitania, vbi natus est in omnibus Ecclesiis tam secularium quam Regularium clericorum Officium & Missa ritu duplici minori recitari, & celebrari possit. *S.Congr.Rit. sub die 21. Septembris 1630.* cuius meminit Aldan. *d.tit.18. de Sanctis n.142.*

S. Iosephus.

Collect. CCCCXXXIII.

1 SAncti Iosephi dies festus sub obseruantia, & præcepto comprehendi, cunctosque Christi fideles vbique terrarum ab omni opere seruili eo die abstinere, & cessare debere censuit. *S.Congr. Rit.sub die 8.Maij 1621.* penes Gauant. *in rub. Breu. sect.7.c.4.n.19. & in Angren.15. Decembris 1632.* quarum meminit Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol.19.n.15.* De Sancto Iosepho Sponso Mariæ Virginis sanctus Bernardinus *tom.3.* Hieronymus Gratianus Hisp. Ioannes de Auila etiam Hisp. & Italicè per Franciscum Soto, Isidorus de Isolanis, Laurentius Massela *de B.Virgine lib.2.*

Irregularitas.

Collect. CCCCXXXIV.

1 IRregularitatem non incurrit is, qui omni diligentia vt præcaueret adhibita, dum operam rei licitæ daret, solo casu fortuito homicidium commisit. *S.Congr.Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef.p.7. cap.11.num.53. in 1. & 2.declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.1. titul.18. l.7. de irregular.n.6.& 7.* addentes *Concilium Tridentinum.sess.14. c.7.de reform.* loqui de eo, qui fuit in aliqua culpa & indigebat dispensatione.

2 Irregularitatem non incurrit mandans aliquem baculo verberari eo expresso ne occideretur, si mandatarius armis percusserit, & occiderit. *Sacra Congreg. Concil. sub die 2. Septembris 1604.* quam refert Sellius *in selectis Canon.cap.49. num.18.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Iubilæo agentes.*

2 *Religiosis non licet cõtra Religionẽ confiteri etiã vigore*

Priuilegij concedentis facultatem vt tam seculares quam Regulares possint quemcunque idoneum Confessorem eligere.

3 *Cruciata sancta Bulla vt quis in Regnis Hispaniæ Iubilæi Indulgentias consequi valeat.*

4 *Facultas data in Iubilæis vt pœnitentes possint eligere quemlibet Confessorem ex approbatis ab Ordinario, intelligenda de Ordinario loci.*

Iubilæum.

COLLECT. CCCCXXXV.

1 DE Iubilæo Angelus Renriuus, & Cæsar Bottonus Ital. Petrus Franciscus Zynus etiam Ital. Sebastianus Fabrinus, Martinus Nauarrus, Hieronymus Gratianus, Ioannes Baptista Paulianus, Thomas Zerola, Rutilius Benzonius, Andræas Victorellus Antonius Sanctarellus, Boetius Epo *de Iubilæi iure*, Iodochus Lotichius *in thesauro nouo Theolog.* Petrus Creipetius *in summa Cathol. Fidei verbo Iubilæum*, Gaspar Cioppius *in annot. ad Iubilæi indictionis Bullam Clement. VIII.* Decius Caracciolus *in Iubilæi anno conuocatio ad Vrbem*, Alphonsus Leo *de Iubilæo*, Angel. Bossius *de suspensione Indulgentiarum tempore Iubilæi*, Lezana *in sum, quæst. Regul. tom. 3 verbo Iubilæum.*

2 Iubilæum licet concedatur cum facultate vt tam seculares quam Regulares possint quencunque idoneum Confessorem eligere, non per hoc licebit Religiosis extra Religionem confiteri. *Clemens VIII. constit sua* incip. *Romani 23. Nouembris* 1599. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Iubilæum.*

3 Iubilæi Indulgentias, quæ à Summis Pont. pro tempore concedi consueuerunt, vt quis consequi valeat in Regnis Hispaniarum, non est necessarium Bullam Cruciatæ ante vel post suscipere; ita ad instantiam Collectoris Portugaliæ censuit Sacra Congr. S.R.E. Cardinalium negotiis Indulgentiarum præfecta, S.D.N. Vrbano VIII. approbante *sub die 8. Februarij 1631.* penes Lezanam *in sum quæst. Regular. tom. 3. verbo Bulla Cruciatæ num. 41. in fine.*

4 Iubilæis dum datur facultas vt pœnitentes possint eligere quemlibet Confessorem ex approbatis ab Ordinario, illa est intelligenda de Ordinario loci *Sacra Cong. Conc. in Liman. 19. Ianuarij 1633.* apud Lezanam *dict. tom. 3. verbo Iubilæum num. 16. in princ.* Licet oppositum colligatur ex alia asserta declaratione, quam referunt Suarez *tom. 4. de Pœnit. disp. 28 sect. 6.* Laurent. *de Portel. in dub. Regular. verbo Confessoris approbatio in addit. n. 4.*

Iudæus vide in verbo *Hebræus collect. 405.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficia impetrare non possunt Iudices qui eorum priuationis sententiam ferunt, nec illorum propinqui, seu familiares.*

2 *Declaratio in crimine assassinij contra personas ecclesiasticas spectat ad Iudicem ecclesiasticum.*

3 *Actionem iniuriarum nolens dimittere proximo suo non est arcendus ab Ecclesia.*

4 *Locum in choro habere non debent Iudices ecclesiastici nisi sint Vicarij generales.*

5 *Concubinarios laicos aliqua pœna pecuniaria punire possunt Iudices ecclesiastici in 1. 2. vel 3. monitione.*

6 *Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ qui sit doctor, non potest eligi Iudex Synodalis.*

7 *Nominatio Iudicum Synodalium spectat principaliter ad Episcopum, non tamen priuatiue quoad Capitulum.*

8 *Laicus Iudex non potest contra personam clerici primæ Tonsuræ procedere, qui post dimissum habitum & Tonsuram deliquit, & deinde eo reassumpto Ecclesiæ inseruire cœpit.*

9 *Laici Iudices possunt pœnas imponere contra non obseruantes dies festos.*

Iudex.

COLLECT. CCCCXXXVI.

1 IVdices qui ferunt sententias priuationis beneficiorum, non possunt ea impetrare, sicut neque eorum propinqui, vel familiares. *Pius IV. constit. 14.* incip. *Cupientes de anno* 1560. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 23. aliàs pag. 18.*

2 Iudici ecclesiastico spectat declaratio in crimine assassinij contra personas ecclesiasticas, & contra Milites, aliásque personas Conuentuum, & hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, antequam Iudices seculares aliquam declarationem desuper ferant, vel ad pœnarum executionem deueniant. *Clemens VIII. constit. 37.* Incip. *Æqua 18. Decembris 1595.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 52. alias pag. 38.*, & apud Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop & Regul pag. 41.*

3 Iudex ecclesiasticus non potest arcere aliquem ab Ecclesia eo quod nolit dimittere actionem iniuriarum proximo suo, nam satisfacit hominis Christiani officio, si intimum odium ac rancorem quis deponat. *S. Congr. Conc.* teste Zerola *in praxi Episcop p. 1. verbo citatio § 2.*

4 Iudices ecclesiastici in aliqua Ecclesia deputati, nisi sint Vicarij generales, non debent habere locum in choro, neque præsente, neque absente Episcopo. *Sacra Congreg. Rit. in Compostellana 10. Iunij 1600.* quam refert Sellius *in selectis Canon c. 80. n. 3.*

5 Iudices ecclesiastici possunt in prima, secunda, vel tertia monitione laicos concubinarios punire aliqua pœna pecuniaria piis locis vel apparitoribus applicanda, stante præsertim consuetudine illius Ecclesiæ. *S. Congr. Concil.* penes Sellium *d. cap. 80. n. 4.*

6 Iudex Synodalis non potest eligi Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ qui sit doctor, etiamsi non extent in Cathedrali Doctores saltim ita idonei. *S. Congr. Conc.* cuius meminere Massobr. *de Synodo Episcopi cap. 4. dub. 10. n. 15.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit. 5. Gregorij XV. n. 19.*

7 Iudicum Synodalium nominatio spectat principaliter ad Episcopum, non tamen priuatiuè quoad Capitulum. *S. Cong. Conc. in Saonen. 18. Martij 1628.* de qua Sellius *d. c. 80. n. 6.*

8 Iudex laicus non potest contra personam clerici primæ Tonsuræ procedere, qui post dimissum habitum, & Tonsuram clericalem deliquit, & pro delicto in Curia seculari citatus fuit, & deinde reassumpto habitu cum Tonsura Ecclesiæ inseruire cœpit. *S. Congr. Concil. sub die 10. Decembris 1596.* de qua memini *in tract. de iure ecclesiast. vniuerso lib. 1. cap. 39. § 2. n. 88.*

9 Iudices

9 Indices laici possunt pœnas imponere contra non obseruantes dies festos, verum si Episcopus dederit licentiam alicui laboranti in die festo non possunt propterea dicti Indices laici illum punire vt transgressorem festorum, stante licentia obtenta ab Episcopo. *S. Congreg. Conc. sub die 9. Nouembris* 1619. quam citat Sellius *d. cap. 80. n. 5.*

S. Iulianus.

Collect. CCCCXXXVII.

1 SAncti Iuliani officium pro diœcesi Burgen. concessit. *Sacra Congreg. Rit. in Burgen. 10. Iulij* 1600. Et pro ciuitate Conchen. *eadem Sacra Congr. in Conchen. 10. Decembr.* 1610. quarum meminit Aldan. *in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis, n. 143.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest cogere Canonicos vt præstent iuramentum de fideliter punctando in choro.*
2 *Beneficium resignare iurans si ad eius titulum promotus fuit pœnitentia imposita absoluendus est ne resignet.*
3 *Ordines exercere & Sacramenta administrare non est impeditus iurans de leui.*
4 *Damnosa & illicita contra libertatem Ecclesiæ iurare facientes, vel iurantes quas pœnas incurrant.*
5 *Episcopus in ingressu ad suum Episcopatum non tenetur iurare statuta Sacris Canonibus contraria.*

Iuramentum.

Collect. CCCCXXXVIII.

1 IVramentum de fideliter punctando in choro potest Episcopus cogere Canonicos vt præstent. *S. Cong. Conc. sub die 17. Martij* 1619. me citato refert Lezana *in sum. quæst. Regul. tom 3. verbo Iuramentum, n. 13.*

2 Iurans resignare beneficium, ad cuius titulum fuit promotus, vel procuratorem constitutum ad resignandum non reuocare, pœnitentia imposita absoluendus est ne resignet, & vt procuratorem possit reuocare. *S. Cong. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benef. p. 2. cap 5. n. 232. in 1. & 2. declar.* Armendar. *in addit ad recop legum Nauarræ lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrim. n. 19.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 19 n. 46.*

3 Iurans de leui non est impeditus exercere omnes Ordines, & Sacramenta ministrare, ac fidelium etiam secularium Confessiones audire, secus in abiurante de vehementi. Sacra Congr. generalis Inquisitionis *sub die 6. Martij* 1596. penes Laurent. de Franchis *de controu. inter Episcop. & Regul. pag. 079. in resp. ad 4.* quem refero *de officio & potest. Episcop. p. 2 alleg. 05. n. 57. in fine.*

4 Iurantes, & iurare facientes damnosa & illicita contra libertatem Ecclesiæ, & contra Concilium Trid. excommunicantur, interdicuntur, suspenduntur, & inhabilitantur, ac priuantur vsu graue, & solus Papa absoluit, & relaxat. *Gregorius XIII. const. sua* incip. *Inter Apostolicas de anno* 1584. quam citat, & de illius materia agit Scottia *in selectas summorum* *Pont. Constitutiones epist. 137.*

5 Iurare non tenetur Episcopus in ingressu ad suum Episcopatum, statuta, quæ Sacris Canonibus, & sancti Concilij decretis, Apostolicisue Cōstitutionibus sunt contraria, nisi à Sede Apostol. ex certa scientia confirmata existant. *S. Congr. Conc. in Oriolen. 27. Martij* 1632. cuius meminit Lezana *in summ. qu. Regular. tom. 3. verbo Iuramentum numer. 18. in med.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

Iurati Messanenses.

Collect. CCCCXXXIX.

IVrati ciuitatis Messanen. non debent eodem tempore cum Episcopo incensari, & à celebrante antequam ad Altare accedat, salutari. *S. Congr. Rit. in Messanen. 7. Decembr.* 1601. quam citat Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 3. n. 55.*

SVMMARIVM.

1 *Officia & dignitates administrationem iurisdictionis habentia si quis ambiat, quam pœnam incurrat.*
2 *Episcopo sibi inter extraneos fuit reseruata iurisdictio, quæ Capitulo ante Concilium competebat cognoscendi causas criminales beneficiatorum Cathedralis.*
3 *Officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum Officium offendentes, quacunque exemptione non obstante, ab Episcopo puniri possunt.*
4 *Ordinario quando competat iurisdictio in Oblatos carentes qualitatibus.*
5 *Monasterium in quo Generalis sedem ordinariam principalem habet non subiacet visitationi Episcopi etiam quantum ad ipsam curam, & Sacramentorum administrationem personarum secularium.*
6 *Episcopus etiam sub censuris ecclesiasticis compellere potest Regulares, vbi in eos iurisdictio illi tribuitur.*

Iurisdictio.

Collect. CCCCXXXIX.

1 IVrisdictionis administrationem habentia Officia & dignitates ambientes, & possidentes pretio, vel promissione incurrunt cum complicibus pœnas confiscationis bonorum, degradationis, amissionis doctoratus, & quorumcunque officiorum sæcularium, & Ecclesiasticorum *Pius V. constit. sua* incip. *Cum nuper de anno* 1572. de cuius materia agit Scottia *in selectas summorum Pont. Constit. epist. 118. & 119*

2 Iurisdictio, quæ Capitulo ante Concilium competebat cognoscendi causas criminales eorum, qui beneficia in Cathedrali obtinent, fuit inter extraneos reseruata soli Episcopo per decretum *sess. 25. de reform c. 6. §. qui verò. Sacra Congr. Conc. sub die 16. Maij* 1592. quam refert Sellius *in selectis Canon. c. 01. n. 39.*

3 Iurisdictionem Episcopi impedientes, vel Officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum Officium offendentes, quacunque exemptione non obstante, ab Episcopo coerceri, & puniri

possunt. *Sacra Congr. Concil. in Panormitana* referente Aldano *in Compendio Canon. resolut. lib. 2. titul. 2 numer. 3.*

4 Iurisdictio quæ vigore Concilij sess. 24. cap. 11. de reform. competit Ordinario in Oblatos carentes qualitatibus expressis ibidem in vers. exceptis, eidem Ordinario tributa est cumulatiuè non priuatiuè ad Superiores Regulares, & in criminalibus tantum, non autem in ciuilibus *Sacra Congreg. Conc.* penes Aldan. *d. tit. 2. num* 10.

5 Iurisdictioni Ordinarij eiusque Visitationi subiectæ non sunt personæ etiam seculares curam animarum exercentes in monasterio, in quo Generalis alicuius Religionis Regularium sedem ordinariam principalem habeat, quamuis ad ipsam curam, & Sacramentorum administrationem spectat. *Sacra Congr. Conc.* apud Lezanam *in sum. quæst Regular. tom. 1. cap. 11. num. 9.*

6 Iurisdictio in iis, in quibus Episcopo tribuitur à Iure communi, & Concilio Trid. ac Constitutionibus Apost. in Regulares, potest illos Episcopus etiam sub censuris Ecclesiasticis compellere. *Sacra Congr. Conc. in Nebien.* 7. *Februarij* 1633. quam citat Bonfadin. *in thesauro eccles. decision. resol.* 30. *numer.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Iuris pro declaratione ad Papam recurrere non decet vbi ius disponit.*
2 *Capitulo datum ius præsentandi quando censeatur ex priuilegio concessum.*
3 *Consuetudines laudabiles in honorem Dei & ministrorum eius sunt conseruandæ.*
4 *Excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis quis decernat in locis exemptis ostenditur.*
5 *Cadaueris humatio prohiberi non potest ob non solutum ius sepulturæ.*

Ius.

COLLECT. CCCCXL.

1 IVs vbi disponit non decet pro Iuris declaratione ad Papam recurrere. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic p. 3. cap. 2. num.* 179. *in* 24. *declarat.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. titul. 23. l. 2. §. 2. de resident. numer.* 151. *in fine.*

2 Ius præsentandi datum Capitulo censendum est ex priuilegio quando Capitulum non fundauit, nec dotauit, nec habet immemorialem, ideo sublatum est decreto *Conc. c. 9. sess. 25. de reform. Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef p. 5. cap. 9. numer.* 141.

3 Iura Ecclesiæ, & laudabilea consuetudines in honorem Dei, & ministrorum eius sunt tuenda & conseruanda. *S. Cong. Rit.* 16. *Iunij* 1605. quam refert Sellius *in select. canon. cap. 32. n. 8.*

4 Ius decernendi excommunicationes, quæ ad finem reuelationis pro rebus deperditis vel subtractis ferri solent quoad subditos Abbatis exempti, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentis, non pertinet ad Episcopum diœcesanum, sed hac de causa adeunda est Sedes Aposto. nisi Abbas haberet iurisdictionem priuatiuè ad Episcopum in certa parte diœcesis, & appellationes ab eo ad eundem Episcopum interponerentur, dummodo priuilegia non obstent. *S. Congreg. Conc sub die* 15. *Ianua.* 562. penes Selliũ *d. ca.* 32. *n.* 15.

5 Iuris sepulturæ occasione prohiberi non potest cadaueris humatio, cum nulla ratio patiatur, Christianæque pietati repugnans videatur, maximè vero ob pecuniarium interesse, cadauer insepultum remanere. *S. Congreg. Episcop. & Regul. in Cotronen.* 17. *Septembris* 1617. da qua meminit Sellius *d. c. 32. n. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Disceptatio iurispatronatus spectat ad Episcopum quamuis institutio pertineat ad Capitulum.*
2 *Patroni beneficiorum ad illa apostatas præsentantes priuantur iurepatronatus.*
3 *Dos debet assignari ante & non post fundationem ad iurispatronatus acquisitionem.*
4 *Dotans insufficienter non acquirit iuspatronatus.*
5 *Probatio iurispatronatus fieri valet ex multiplicatis præsentationibus a tempore immemoriali factis.*
6 *Probatio iurispatronatus ex fundatione & dotatione resultat ex solis præsentationibus continuis vltra hominum memoriam.*
7 *Titulus iurispatronatus ad formam* ca. 9. in princ. sess. 25. de reform. *non probatur sufficienter per solam confessionem supplicantis.*
8 *Fundationis solo documento si probetur iuspatronatus absque aliqua præsentatione non tollitur* à Concil. cap. 9. sess. 25. de reform.
9 *Enunciatiua antiqua cum quasi possessione præsentandi non probant iuspatronatus in potente.*
10 *Iuspatronatus in potente quomodo probandum.*
11 *Scriptura authentica ad probandam fundationem, & dotationem iurispatronatus in personis suspectis, quæ dicantur.*
12 *Immemorialis nihil prodest in probando iurepatronatus quando constat de origine priuilegij.*
13 *Iuspatronatus acquisitum per augmentum tertiæ partis quomodo examinandum?*
14 *Ecclesiis receptitiis locum habet* Conc. 9. sess. 25. de reform. *in personis suspectis.*
15 *Possessio centenaria prodesse non potest vt constat de titulo ex priuilegio inualido.*
16 *Priuilegium iurispatronatus in ipso limine fundationis, vel dotationis an sit sublatum, & quomodo probandum?*
17 *Concursu confertur iuspatronatus laicale deuolutum ad Ordinarium pro illa tantum vice.*
18 *Clericus quicunque si ad iuspatronatus in eius erectione præsentari mandetur, non debet esse minor 14. annorum.*
19 *Abbas, qui temporalem in loco iurisdictionem habet, non indiget ad probationem iurispatronatus sui, illis probationibus quas Concil. exposcit in personis suspectis.*
20 *Patronus potest de consensu Ordinarij augere iuspatronatus cum nouis oneribus Missarum.*

Iuspatronatus.

COLLECT. CCCCXLI.

1 IVrispatronatus, & patronorũ disceptatio spectat ad Episcopũ, quamuis institutio pertinet ad Capi-

ad Capitulum *S.Congr. Conc. in Lucen.* teste Stephano de Aluin. *de Episcop. Abbatum, & Abbatiss. potest. cap.13.n.8.in princ.*

2 Iurepatronatus beneficiorum priuantur patroni, qui ad ea apostatas præsentauerint. *Paulus IV. constit.14.* incip. *Pastquam 13. Kalend. Augusti 1558.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1.pag.372.*

3 Iurispatronatus ad acquisitionem dos debet assignari tempore fundationis, & non post, nisi quando ex necessitate populi construitur Ecclesia. *S.Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p.5.cap.9.num.58.*

4 Iuspatronatus non acquirit dotans insufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, sed dicitur benefactor. *S.Congreg. Concil.* penes Nicol. Garc. *d. p.5.c.9.n.52.*

5 Iurispatronatus probatio ex multiplicatis præsentationibus à tempore immemoriali, valet, licet neque per instrumenta præsentationum, neque per testes de immemoriali deponentes vlla fiat enunciatio, nec mentio de fundatione, vel dotatione. *S.Congr.Concil.* referente Gonzal. *ad reg.8. Cancel.glos.18 n.46.*

6 Iuspatronatus ex solis præsentationibus continuis vltra hominum memoriam probatur ex fundatione, & dotatione, licet in eis nulla facta fuerit mentio de fundatione, vel dotatione. *Sacra Congr.Conc.* de qua Nicol. Garc. *d.p.5.c.9.nu.141.*

7 Iurispatronatus titulus ad formam *c. 9. in princ. sess.25. de reform.* non probatur sufficienter per solam confessionem supplicantis, & narratiuam, quod beneficium est iurispatronatus alicuius ex fundatione, & dotatione. *Sacra Congreg. Concil.* quam citat Nicol. Garc. *de benefic.part.12.cap.2.num.275.*

8 Iuspatronatus, quod probatum est solo documento fundationis, &c. absque aliqua præsentatione, non tollitur *à Conc. d.cap.9.* nisi tantum temporis præterisset quantum iure requiritur ad præscribendam Ecclesiæ libertatem. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminit Nicol. Garc. *de benefic p.5.cap.9.n.141.*

9 Iuspatronatus in potente non probatur ex enunciatiuis antiquis cum quasi possessione præsentandi, quia obseruanda est forma tradita à Conc.d.cap.9. æquipollens non sufficit. *S. Congr. Conc.* teste Rota *in Lucen. Parochiam 27. Iunij 1603. coram Card. Pamphilio sen.*

10 Iuspatronatus in potente debet probari ex vero titulo fundationis, vel dotationis, quæ ex authentico documento ostendatur, vel ex immemoriali cum præsentationibus continuatis spatio quinquaginta annorum, quæ omnes effectum sortitæ sint, & authenticis scripturis probentur, & aliter facta probatio non suffragatur. *S.Congr. Conc.* apud Rot. *in Serana iurispatronatus 28. Aprilis 1603. coram Card. Pamphilio sen.*

11 Iurispatronatus fundatio, & dotatio vbi est probanda in personis suspectis de vsurpatione, tunc Conc.d cap.9 requirens authenticum instrumentum, intelligitur per authenticas scripturas tantum, & non sufficiunt testes, præsumptiones, & probationes à iure. *S.Congr.Concil. in Panormitana 4. Decembris* 1632. quam refert Bonfadin. *in thesaura eccles. decis resol.35.num.8.* Et iterum Iurispatronatus personæ potentis, seu Communitatis, vel Vniuersitatis tituli probatio ex fundatione, vel dotatione facienda est per instrumenta, seu scripturas authenticas, nec probatio per testes, per præsumptiones, & similes admittenda est. *Eadem S.Congr. Conc. in d. Panormitana 19. Februarij* 1633. attestante Bonfadin. *d.resol.35 n.9.*

Barbos. Apost. Decis. Sum.

12 Iuspatronatus vbi præsumitur ex priuilegio, vel constat de origine priuilegij, & adest immemorialis, illa nihil potest. *S.Cong.Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef. p.5.c.9.n.* 119.

13 Iuspatronatus acquisitum per augmentum tertiæ partis dotis ante 40. annos à die confirmationis Concilij numerandos est validum: si verò est acquisitum infra annos 40. Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis delegatus illud examinare debet, & quod non in euidentem vtilitatem factum inuenerit, reuocabit, restitui tamen debet patrono id, quod hoc nomine ab eis datum fuit, prout in fine decreti c 9.sess.25. de reform. statutum est: & isti quadraginta anni numerandi sunt à die confirmati Concilij: nam licet à die quo vellet Ordinarius inquirere super validitate iurispatronatus, essent transacti quadraginta anni, hoc nihil obstat examini, interim tamen dum fit examen, nullus est in sua quasi possessione turbandus. *S.Congr.Conc* de qua Nicol Garc. *dict.p.5.cap.9. num.124.*

14 Iurispatronatus quoad probationem in personis suspectis habet locum Concil.d.c.9.in Ecclesiis receptitiis. *S.Congr.Conc in Calaguritana 13. Septembris* 1631. de qua Bonfadin. *d.resolut.35.nu.10.*

15 Iuspatronatus per decretum *Concilij sess.25. de reform.cap.9.* sublatum est si constiterit de titulo ex priuilegio inualido, licet per 140. annos in pacifica possessione fuerint præsentati. *S.Congreg.Conc.* quam commemorat Nicol. Garcia *dict p.5. cap.9. num.* 128.

16 Iuspatronatus, quod in ipso limine fundationis, vel dotationis Apostolico priuilegio fuit concessum, non est sublatum. Patronatus verò reliqui in Conuentualibus Ecclesiis quocunque priuilegio concessi post fundationem & dotationem censentur abrogati. Et ad probandum tale priuilegiũ in limine fundationis concessum non sufficit immemorialis, iunctis multiplicatis præsentationibus, nisi probata fama talis priuilegij, aliisq; concurrentibus requisitis, secundùm tutis dispositionem. *Sacra Congr.Conc.* teste Nicol. Garcia *d.c.9.nu.141.* Patronatus omnes ex priuilegio sublati sunt quamuis contineant clausulas quod habeantur, & regulentur perinde ac si competerent ex vera fundatione & dotatione. *Sacra.Cong. Conc.* referente Gonzal. *ad reg. 8.Cancel.gloss.18.numer.97.*

17 Iuspatronatus laicale deuolutum ad Ordinarium confertur per concursum pro illa vice *Sacra Cong. Conc.* referentibus Galet. *in margarita casuum conscient. verbo Iuspatronatus* t. Modern. Hisp. *de Regia potest. tom 1.p.3.c.11. num.* 89. quos refero *de officio, & potest. episcopi p. 3. alleg.60.n.18.in fine, & de officio Parochi c.2.n.131.*

18 Iurispatronatus in erectione si cautum sit vt prouideatur de eo quicunque clericus, non potest huiusmodi clerico conferri qui sit minor quatuordecim annorum. *Sacra Congr. Conc. sub die 4. Augusti* 1619. quam refert Sellius *in select. canon. c.29 n.11.*

19 Iurepatronatus Abbatis temporalem iurisdictionem habentis non requiruntur ampliores illæ

probationes, quas Concilium exposcit in iis personis, quibus præsumitur vsurpatio. *S. Congr. Conc. in Sublacen. 12. Septembris* 1621. cuius memini *de iure eccles. vniu. lib. 3. c. 12. n. 152.*

20 Iurispatronatus in Parochiali potest de consensu Ordinarij augeri à patrono cum nouis oneribus Missarum. *S. Congr. Conc. in Bononien. 12. Martij* 1633. penes Bonfadin. *d. resol. 35. n. 11.*

Iurispatronatus vsurpatio. Vide in verbo *Vsurpatio, collect.* 731.

Vide infrà verbo *Patronus, collect.* 564.

SVMMARIVM.

1 *Choro stare vel sedere inter Canonicos non debent laici dum Diuina celebrantur.*
2 *Loca laicorum in Ecclesia distincta esse debent à locis Canonicorum.*
3 *Stalla Dignitatum & Canonicorum non debent occupare laici etiam illustres, & de Magistratu.*
4 *Laici simul cum Episcopo maximè in processionibus incedere non debent.*
5 *Testes in causa pendente coram Iudice ecclesiastico subornare tentans laicus, potest per Episcopum puniri.*
6 *Episcopus non potest vocare laicos ad Synodum, quamuis illorum consilio vti velit.*
7 *Edictum generale possunt cogi laici vt declarent, quod neque Ecclesia neque clerici eo ligentur.*

Laicus.

Collect. CCCCXLII.

1 Laici dum diuina celebrantur, non debent inter Canonicos, & alios Ecclesiæ Præbendatos in choro stare, vel sedere. *S. Congr. Rit. in Compostellana 4. Februarij* 1600. cuius memini *in tract. de Canon. & Dignitat. c. 34. sub n. 22.*

2 Laicorum loca in Ecclesia distincta, & separata esse debent à locis Canonicorum, & Ministrorum in Diuinis inseruientium. *S. Congr. Rit. in Elboren. 8. Ianuar.* 1605. de qua memini *d. c. 34. n. 22.*

3 Laici non debent occupare stalla, seu loca Dignitatum, Canonicorum, & Præbendatorum in choro, vel presbyterio, etiamsi sint illustres, & de Magistratu *S. Congr. Rit. in Compostellana 21. Februarij* 1604. *& in Granaten. 24. Octobris* 1609. quam refert Sellius *in selectis Canon c. 11. n. 47.*

4 Laici simul cum Episcopo maximè in processionibus incedere non debent. *S. Cong Rit. in Trapien. 3. Iunij* 1617. penes Sellium *d. c. 11. n. 49.*

5 Laicus, qui subornare tentauit testes in causa pendente coram Iudice ecclesiastico potest per Episcopum puniri. *S. Congr. Immunitatis in Regien. 18. Martij* 1631. quam citat Bonfadin. *in thesau. o eccles. decis. resol. 11. n. 16.*

6 Laicos ad synodum vocare non potest Episcopus quamuis illorum consilio vti velit. *S. Cong. Conc. in Ortolen. 27. Martij 1632. in resp ad 6.* apud Bonfadin. *d. resol 11. n. 19.*

7 Laici possunt cogi ad declarandum eorum edictum generale, quod scilicet ea lege neque Ecclesia, neque clerici ligentur. *S. Congr. Immunitatis sub die 7. Decemb.* 1652. per Felin *in cap. Ecclesia S. Mariæ nu. 81. de constit.* Anchar. *cons.* 155. Hieron. Gabr. *cons* 37. *n. 3. lib. 2.*

Laicis & clericis licet deferre funalia, & candelas accensas in processione sanctissimi Sacramenti. Vide in verbo *Interstitia collect.* 430. *n. 1.*

Lapis Altaris prophanatus potest licitè vendi. Vide in verbo *Altare collect.* 21. *n.* 7.

Largitio munerum, vide in verbo *Munerum largitio collect.* 520.

Latinus, vide in verbo *Græcus collect.* 400.

S. Laurentius.

Collect. CCCCXLIII.

1 Sanctum Laurentium Archiepiscopum Dublinen. canonizauit, & eius festum die 14. Nouembris celebrari iussit *Honorius III. constit. 7. incip. Ineffabilis 3 Id. Decembris* 1225. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 49. cuius vitam & miracula scripsit Surius *de Sanctorum historia sub die* 14. *Nouembris.*

2 B. Laurentij Iustiniani decretum de procedendo ad vlteriora in examine processuum pro canonizatione edidit *S. Congr. Rit. in Venetiarum 7. Septembris* 1613. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut lib. 1. tit. 18. de Sanctis n.* 144.

SVMMARIVM.

1 *Matutinum quando solemniter celebratur ab Episcopo, cantandæ sunt duæ penultimæ lectiones à duobus Canonicis hinc inde Episcopo assistentibus.*
2 *Lamentationes & lectiones deficientibus cantoribus cantandæ sunt à Canonicis incipiẽdo à iunioribus.*

Lectiones approbantur SS.:

3 *Alexandri & Theodori pro Monachis Ottembura.*
4 *Andreæ & Benedicti Conf. pro Camaldul.*
5 *Brixien Ecclesiæ Sanctorum.*
6 *Casimiri.*
7 *Conradi pro ciuitate Nettina.*
8 *Crucis inuentionis pro Ecclesia Gadicen.*
9 *Danielis pro Monialibus Venet.*
10 *Firmi & Rustici pro Eccles. Bergomen.*
11 *Franciscæ Romanæ 2 nocturni.*
12 *Homoboni pro ciuitate Cremonen.*
13 *Ioachimi & Peregrini pro Seruitis.*
14 *Leonardi pro ciuitate de Buza Gaudicen.*
15 *Ludouici Regis Galliæ.*
16 *Magni pro Benedict monach. Iuessen.*
17 *Mariæ ad Niues pro Fratr de Mercede.*
18 *Mariæ Purificationis pro Octaua.*
19 *Mariæ Visitationis pro Octaua pro Eccles. Materana.*
20 *Mariæ Visitationis pro Virginibus Hala.*
21 *Margaritæ pro Theatinis ciuit. Mantuana.*
22 *Margaritæ ciuit. Castelli pro fratrib. sui Ord.*
23 *Martini pro diœcesi Ipren.*
24 *Mauri mart. pro diœcesi Valentina.*
25 *Petri Chrysologi pro Clero Imolen.*
26 *Placentinæ Ecclesiæ Sanctorum.*
27 *Reliquiarum monasterij S. Laurent. de Escurial.*
28 *Secundi & Germani pro diœcesi Gaudicen.*
29 *Simbaniæ pro Monial S Thomæ Ianuen.*
30 *Vbaldi Episc. & Conf. ff.*
31 *Victoris mart. pro oppido Rocellæ Heracen.*

Lectiones

Lectiones pro Officiis Sanctorum.

Collect. CCCCXLIV.

1 Lectiones duæ penultimæ quando ab Episcopo Matutinum solemniter celebratur sunt cantandæ à duobus Canonicis, qui hinc inde assistunt Episcopo, siue sint Dignitates, siue Canonici etiam vltimi, non obstante consuetudine. *Sacra Cong. Rit. in Brundusina* 18. *Martij* 1617. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 18. *nu.* 145.

2 Lectiones & lamentationes deficientibus cantoribus cantandæ sunt à Canonicis, incipiendo à iunioribus *Sacra Congr. Rit. in Conuersana* 4. *Aprilis* 1620. quam citat Aldan. *d. tit.* 18. *num.* 146.

3 Alexandri & Theodori Lectiones pro Monachis monasterij ciuitatis Ottemburæ approbantur. *Sacra Cong. Rit. in Augustana* 15. *Iulij* 1617. de qua Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis num.* 147.

4 Andreæ & Benedicti Confess. Eremitarum Camaldulensium Lectiones pro Monachis Camaldulens. approbantur. *Sacra Congreg. Rit. in Camaldulen.* 18. *Martij* 1617. penes Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 148.

5 Brixien Ecclesiæ Sanctorum Lectiones approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Brixien.* 10. *Aprilis* 1604. apud Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis num.* 149.

6 Casimiri Lectiones approbantur. *Sacra Congr. Rit. in causa Polonia* 7. *Augusti* 1621. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 150.

7 Conradi lectiones pro ciuitate Netina approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Netin* 15. *Maij* 1614. quam commemorat Aldan. *dict. titul.* 18. *de Sanctis numer.* 151.

8 Crucis inuentionis lectiones pro Ecclesia Gadicen. approbantur. *Sacra Cong Rit. in Gadicen.* 21. *Martij* 1610. de qua Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 152.

9 Danielis lectiones in eius festo, & per octauam pro Monialibus S. Danielis Venetiis approbantur. *Sacra Congr. Rit. in causa Venetiarum pro Officio S. Danielis* 9. *Octobris* 1610. penes Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 153.

10 Firmi & Rustici lectiones pro Ecclesia Bergomen. approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Bergomen.* 17. *Septembris* 1611. apud Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 154.

11 Franciscæ Romanæ lectiones secundi nocturni pro Monachis Oliuetanis, & Monialibus turris speculorum vrbis, approbantur. *Sacra Congr Rit. in Vrbis S. Francisca* 24. *Aprilis* 1610. Et posse eius Officium sub ritu duplici in Vrbe recitari ad libitum censuit eadem *Sacra Cong Rit. sub die* 13. *Martij* 1632. teste Bonsad. *in thesauro Ecclesiast. decis ref.* 3. *n.* 10.

12 Homoboni Lectiones pro Ciuitate Cremonen. approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Cremonen.* 18. *Februarij* 1617. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 155.

13 Ioachimi & Peregrini Ordinis Seruorum lectiones secundi nocturni approbantur. *Sacra Congreg. Rit. in Senen. & Foroliuien.* 21. *Martij* 1609. de qua attestatur Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 156.

14 Leonardi Abbatis lectiones pro ciuitate de Buza Gadicen. diœcesis approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Gadicen.* 23. *Martij* 1619. referente Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 157.

15 Ludouici Regis Galliæ lectiones approbantur. *Sacra Congr. Rit. in causa Galliæ* 23. *Februarij* 1619. quam refert. Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 158.

16 Magni Lectiones pro Monachis S. Benedicti in oppido Iuessen. approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Augustana* 31. *Martij* 1618. teste Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 159.

17 Mariæ ad Niues lectiones secundi Nocturni pro Fratribus sanctæ Mariæ de Mercede approbantur. *S. Cong Rit. in causa B. Mariæ de Mercede* 30. *Aprilis* 1616. penes Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis num.* 160.

18 Mariæ pro octaua Purificationis lectiones pro Ecclesia B. Mariæ de Scala eidem Purificationi dicata approbantur. *Sacra Cong. in causa Vrbis S. Mariæ de Scala* 11. *Decembris* 1609. quam citat Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis num.* 161.

19 Mariæ pro octaua Visitationis lectiones secundi & tertij nocturni pro Ecclesia Materana approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Materan.* 23. *Augusti* 1614. teste Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis num.* 162.

20 Mariæ Visitationis lectiones pro Virginibus Halæ, exceptis tribus secundi nocturni approbantur. *Sacra Congr. Rit. in causa Virginum Halæ sub die* 12. *Martij* 1616. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 163.

21 Margaritæ Virgin. & mart. lectiones pro clericis Theatinis S. Margaritæ in ciuitate Mantuana approbantur. *Sacra Cong. Rit. in Mantuana sub die* 15. *Maij* 1610. apud Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis num.* 164.

22 Margaritæ ciuitatis Castelli lectiones tres pro Fratribus sui Ordinis approbantur. *Sacra Congreg. Rit. in Tiphernaten.* 28. *Nouembris* 1609. penes Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis n.* 165.

23 Martini lectiones pro diœcesi Ipren. approbantur. *Sacra Cong. Rit. in Ipren.* 4. *Iulij* 1615. referente Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis num.* 166.

24 Mauri mart. lectiones secundi nocturni pro Ecclesia & diœcesi Valentina approbantur. *Sacra Cong Rit. in Valentina* 30. *Ianuarij* 1610. de qua Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 167.

25 Petri Chrysologi lectiones pro Clero Imolen. approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Imolen.* 19. *Augusti.* 1617. quam citat Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 168.

26 Placentinæ Ecclesiæ Sanctorum lectiones approbantur. *Sacra Congr. Rit. in Placentina* 18. *Octobris* 1609. attestante Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 169.

27 Reliquiarum monasterij S. Laurentij del Escurial in Hispania Lectiones approbantur. *Sacra Congreg. Rit. in causa Hispaniarum sancti Laurentij in Escuriali* 22. *Augusti* 1620 quam refert Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 170.

28 Secundi & Germani martyrum Lectiones pro diœcesi Gadicen. approbantur. *Sacra Congreg. Rit. in Gadicen.* 21. *Martij* 1620. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 171.

29 Simbaniæ Lectiones tres de eius vita pro monialibus S. Thomæ in ciuitate Iannensi approbantur. *Sacra Cong Rit. in Iannen. B. Simbania* 6. *Decembris* 1608. apud Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 172.

30 Vbaldi Episcopi & Confessoris Lectiones duæ recitandæ ab omnibus in officio, & ponendæ in Breuiario Romano approbantur. *Sacra Cong. Rit. in Eugubina* 17. *Decembris* 1605. penes Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis n.* 173.

31 Victoria mart. Lectiones cum oratione pro oppido Roccellæ sancti Victoris Hieracen. diœcesis approbantur. *Sacra Cong. Rit. in Hieracen. Roccellæ sancti Victoris* 6. *Decembris* 1608. de qua Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis num.* 174.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteriis Religioſorum lectio ſacra Scriptura caſuum Conſcientia quibus diebus habenda.*

2 *Canonici, & cæteri Presbyteri Eccleſiæ Cathedralis lectionem ſacra Scriptura audire tenentur.*

3 *Epiſcopus poterit cogere Presbyteros ſua Eccleſia ſub pœna pecuniaria vt accedant ad congregationem caſuum Conſcientia.*

4 *Legere quo tempore, hora, & ſuper qua materia debeat lector ſacra Scriptura, remittitur arbitrio Ordinarij.*

5 *Menſibus tribus poteſt lector S. Scriptura vacare à lectione.*

6 *Subſtitutum ponere non cogitur lector S. Scriptura propter cauſam infirmitatis ſanabilis.*

7 *Electio ſubſtituendi loco lectoris S. Scriptura perpetuo impediti ſpectat ad Epiſcopum.*

8 *Licentia ad ſex menſes fuit conceſſa Canonico Theologali vt ſibi liceret legere per ſubſtitutum ſtante impedimento infirmitatis.*

9 *Diſtributiones quotidiana ex gratia debentur lectori S. Scriptura pro tota die qua legit.*

10 *Emolumenta omnia intereſſentibus dari ſolita ſunt tribuenda Lectori S. Scriptura pro tota die qua legit, etiamſi choro non inſeruiat.*

11 *Examinare ſeu approbare de vita, moribus & ſcientia non poteſt Ordinarius lectoris S. Scripturæ in Conuentibus Regularium.*

Lectio. Lector Sacra Scripturæ.

Collect. CCCCXLV.

1 LEctio Sacræ Scripturæ, vel caſuum Conſcientiæ bis in hebdomada præſcriptis diebus, in ſingulis monaſteriis, & Conuentibus habeatur, ad quam Fratres omnes conueniant, eaque abſoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam ſeſe vtiliter exerceant. **Clemens VIII.** *in decretis pro reſor. Regul. qua habentur inter Bullas huius Pont. tom. 3. conſtit.* 60. apud Lezanam. *in ſum. quaſt. Regul. tom.* 1. *c.* 10. *n.* 20.

2 Lectionem Sacræ Scripturæ audire tenentur Canonici & cæteri Presbyteri Eccleſiæ Cathedralis. *Sacra Cong. Conc.* 11 *Auguſti* 1618. cuius memini *in tract. de Canon. & Dignitat. c.* 27. *nu.* 28. Et ad hoc eos cogere poterit Epiſcopus ſicut in caſu minus vrgenti eos compellere valet, ſub pœna pecuniaria, vt accedant ad congregationem caſuum Conſcientiæ: *eadem Sacra Congr.* 11. *Iulij* 1610. quam refert Sellius *in ſelectis Canon. cap.* 38. *n.* 43.

4 Lector ſacræ Scripturæ quo tempore, & hora, & ſuper qua materia legere debeat, arbitrio Ordinarij remittitur. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Sellius *d. cap.* 38. *num.* 44.

5 Lector S. Scripturæ poteſt vacare à lectione tribus menſibus, Iulij ſcilicet, Auguſti, & Septembris. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Nicol. Garc. *de beneſic. p.* 5. *c.* 4. *n.* 157. & aliis citatis per me *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg* 56. *n.* 7. *& in tract. de Canon. & Dignitat. c.* 27. *n.* 27.

6 Lector ſacræ Scripturæ non poteſt compelli ad ponendum ſubſtitutum, quando propter cauſam infirmitatis ſanabilis impeditur quominus per ſe ipſum legere valeat: eo vero caſu quo quis eſt ſub-

7 ſtituendus, electio ſubſtituendi ad Epiſcopum pertinet. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 5. *c.* 4. *n.* 159. quem refero *d. tract. de Canon. c.*

8 27. *n.* 32. Et ideo cum quidam Canonicus Theologalis inſtaret ſibi licere legere per ſubſtitutum ſtante impedimento infirmitatis, fuit illi conceſſa licentia ad ſex menſes. *Sacra Congreg. Conc. ſub die* 13. *Nouembris* 1627. cuius memini *d. c.* 27. *n.* 32.

9 Lectori ſacræ Scripturæ non debentur diſtributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit ex diſpoſitione iuris communis Doct. per gloſſ. vlt. in cap. quia nonnulli, de magiſtr. tamen S. mē. Gregorius XIII. audita relatione Sacræ Congreg. ex gratia illas deberi eis voluit non modo pro illis horis, vt ſi manè legant pro horis Matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed pro tota die. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 3. *c.* 2. *n.* 118.

10 Lectori Sacræ Scripturæ non ſolum tribuendæ ſunt diſtributiones quotidianæ omnium horarum illius diei, qua legerit, ſed etiam emolumenta quæcunque perſonaliter intereſſentibus dari ſolita, etiamſi choro non inſeruiat. *Sacra Congreg. Conc. in Orsolen.* 12. *Auguſti* 1628. cuius memini *d. tract. de Canonicis cap.* 27. *n.* 45.

11 Lectores Sacræ Scripturæ in Conuentibus Regularium, vel in clauſtro Monachorum non poteſt Ordinarius examinare, ſeu approbare de vita, moribus, & ſcientia. *Sacra Congr. Conc.* penes Sellium *d. c.* 38. *n.* 47.

SVMMARIVM.

1 *Solutioni legati facti puellæ ad effectum nubendi locus erit, ſi ipſa Monialis effecta fuerit.*

2 *Legati etiam tenuis pro moderatione onerum recurrendum eſt ad Sedem Apoſt.*

3 *Miſſa de Roſario loco, quando cum onere illam celebrandi aliquod legatum relinquitur, celebranda eſt Miſſa votiua B. Virginis de tempore.*

4 *Fratres S. Franciſci de Obſeruantia an poſſint recipere tuta conſcientia legatum relictum ad eorum fauorem cum onere Miſſarum? oſtenditur.*

Legatum.

Collect. CCCCXLVI.

1 LEgatum factum puellæ ad effectum nubendi, ſi ipſa effecta fuerit Monialis, dicti legati ſolutioni locus erit. *Sacra Cong. Conc. in Piſaurien.* 26. *Auguſti* 1616. quam refert Sellius *in ſelectis canon. c.* 46. *n.* 16.

2 Legatum quamuis ſit adeo tenue, vt non ſit qui velit onus illi iniunctum ſubire, & ſi recurrendum foret ad Sedem Apoſtoli. pro moderatione onerum, totum, aut ferè totum inſumendum eſſet pro expenſis ad id neceſſariis, nihilominus pro reductione talis oneris, ab iis ad quos pertinet, Sedes Apoſt. eſt adeunda, quæ abſque vlla impenſa ſtatuet quod magis in Domino conuenire iudicauerit. *Sacra Congr. Conc. ſuper decretis de celebrat. Miſſar. q.* 1. *de anno* 1626. apud me *in fine tract. de offic io & poteſt. Epiſcopi.*

3 Legatum pium quando relinquitur cum onere celebrandi peculiarem Miſſam de Roſario, loco Miſſæ de Roſario celebranda eſt Miſſa votiua B. Virginis de tempore. *Sacra Cong. Rit. in Polignanen.*

31. *Iulij*

31. *Iulij* 1632. cuius memini *de officio, & potest. Parochi, cap.* 11. *num.* 33.

4 Legatum relictum ad fauorem Fratrum S. Francisci Minorum de Obseruantia cum onere Missarum seu Officiorum an possit per eos recipi tuta conscientia quatenus hæres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in eleemosynam, & committere Fratribus dictas Missas, & Officia? *Sacra Congr. fabrica Principu Apostolorum de Vrbe sub die* 14. *Februarij* 1633. censuit huiusmodi legata per debitores, vel hæredes extingui, vel reduci non posse per compositionem cum ministris fabricæ faciendam, vel alio quouis modo, sed illorum capitale, siue sortem principalem, vel proprietatem absque aliqua diminutione conseruandam esse semper, & perpetuò ad effectum vt in vsus Romano Pont. pro tempore existenti benè visos applicentur, ita tamen vt quandiu applicationem specialem auctoritate Apost. fieri non contigerit, hæredes, vel debitores possint liberè si velint, dictis Fratribus dare dicta annua legata per eosdem Fratres recipienda in eleemosynam, non autem per eos exigenda, & quod quælibet extinctio, reductio, seu diminutio capitalis, seu proprietatis aliter absque speciali Romani Pontifi. permissione facta eo ipso nulla sit, nec debitoribus, aut aliis quibuscunque suffragetur. Et quod nolentibus dictis hæredibus, vel debitoribus dare supradictis Fratribus dictas eleemosynas, seu annuas præstationes, siue legata vt supra soluere, vel illa, seu illas non soluentibus, tunc & eo casu lapsis duobus annis à die Obitus testatoris, si fuerit maturatum legatum, vel à die maturatæ illius solutionis, eadem fabrica, & illius commissarij, & ministri id totum, quod solutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen in qua fuerit, vt supra elapsum biennium, vel vltrà possit, & valeat annuas præstationes huiusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium, iuxta suas facultates, & priuilegia, saluo semper capitali, seu proprietate vt suprà ad effectum, quod hæredes vel debitores (dummodo de eis per Romanum Pontif. pro tempore existentem aliter non fuerit dispositum, nec prædicta legata in alios vsus eius auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) possint, si velint, etiam quandocunque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum dare dictis Fratribus dicta annua legata in eleemosynam vt suprà, nec fabrica eosdem hæredes, vel debitores molestari possit, & valeat toties, & quoties casus contigerit, nisi de præterito, & tunc in aliis terminis tantùm, post quorum maturationem fuerit elapsum biennium, & vltrà vel suprà, salua semper erectione beneficiorum, & applicatione legatorum, seu quorumcunque bonorum, & redditnum, &c. refert Alphons. de Leone *de officio Capellani q.* 5. *sect. vlt. n.* 440. & illius meminit, ac materiam optimè exponit Carol. Maranta *tom.* 1. *resp.* 41. *in fine.*

Legatus.

Collect. CCCCXLVII.

1 Legatus potest cumulatiuè visitare Ecclesias exemptas, quas possunt Ordinarij ex decretis Concilij. *Sacra Cong. Conc. in Lotharing.* 16. *Ianuarij* 1597. teste Sellio *in selectis canonic. c.* 2. *n.* 82.

2 Legato præsente in ciuitate Episcopus non potest populo benedicere, nec vti mozzetta, vel rochetto discooperto. Intrà verò propriam Ecclesiam potest, si ibi non sit præsens Legatus, vel eo annuente. *Sacra Congr. Conc. in Perusina sub die* 20. *Octobris* 1601. quam refert Sellius *d. c.* 2. *n.* 83.

Vide in verbo *Nuncius Apost collect.* 527.

S. Leonardi Officium & lectiones. vide suprà *collect.* 444. *n.* 14.

S. Leopoldi canonizatio. Vide suprà *collect.* 117. *num.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Lectio, retentio, & vsus librorum prohibitorum quibus concessus, & prohibitus?*
2 *Imprimi non possunt libri nisi prius examinentur.*
3 *Hæreticorum libros legentes, vel tenentes quas pœnas incurrant?*
4 *Licentia legendi, habendive libros prohibitos reuocata.*
5 *Miracula gesta vel reuelationes alicuius libri continentes, imprimi non possunt nisi prius à Sede Apost. examinentur.*
6 *Romana Vrbe habitantes non possunt libros aliò deferre vel mittere imprimendos, nisi in ea prius examinentur & approbentur.*

Liber.

Collect. CCCCXLVIII.

1 Librorum prohibitorum lectio, retentio, & vsus conceditur S. R. E. Cardinalibus Inquisitoribus, cæteris autem absque Inquisitorum licentia interdicitur. *Pius IV. constit. Cum inter*, apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 112. aliàs *pag.* 84. in nouiss. impress.

2 Libri cuiuscunque generis tam in Vrbe quam extra imprimi non possunt nisi præuio diligenti examine. *Leo X. constit.* 18. incip. *Inter* 4. *Nonas Maij* 1515. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 485. aliàs *pag* 414. de cuius materia Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.* 56. Ioan Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de librorum impressione.*

3 Libros hæreticorum legentes vel tenentes excommunicantur, mortaliter verò peccant, & Episcoporum arbitrio puniuntur, qui legunt libros comprehensos in indice librorum prohibitorum. *Pius IV. constit.* 77. incip. *Dominici* 24. *Martij* 1564. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 106. aliàs *pag.* 196. de cuius materia Scortia *in selectas summorum Pont. Constitut. epit.* 80.

4 Libros prohibitos, habendi, legendive licentiæ omnes reuocatæ sunt, & sola Congregatio sancti Officij illas concedit. *Gregorius XV. constit.* 40. incip. *Apostolatus* 30. *Decembris* 1622. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 354. in nouiss. impress. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Apostolatus Officium* 2. *Aprilis* 1631. cuius meminerunt Laorent. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regul. pag.* 298. *cum seqq.* Ioan. Anton. Nouar. *in sum Bullarum tit de libris prohibitis*, Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in additament. c.* 12. *pag.* 498. Ego ipse *de officio, & potest Episcop. p.* 3. *alleg.* 90. *n.* 6.

5 Libri imprimi non possunt eorundem hominum, qui Sanctitatis, siue martyrij fama vel opinione, vt præfertur, celebres è vita migrauerint, gesta miracula, vel reuelationes, seu quæcunque

beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, & approbatione Ordinarij qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, ac deinde negotium instructum ad Sedem Apost. transmittat, eiusque responsum expectet. *Vrbanus VIII. in decreto* incip. *Sanctißimus* §. 2. *sub die 13. Martij 1625. tom. 4. Bullarij* apud Angel. Mariam Cherub. *pag. 55. constitut.* 37. in nouiss. impress.

6 Libros de quauis materia tractantes, & vbicunque compositos nemo in statu Sedi Apost. mediatè, vel immediatè subiecto audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Eminentissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis S. D. N. Vicarij, & Magistri sacri Palatij si in Vrbe, si verò extra Vrbem existat, sine Ordinarij, & Inquisitoris loci illius, siue ab iis deputatorum facultate, & licentia operi præfigenda, libros autem quos contra huius decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio suæ Sanctitatis infligendas absque alia declaratione ex nunc prohibet, & pro expressè prohibitis haberi vult, & mandat. *Sacra Congr. S. R. & Vniuersalis Inquisitionis sub die 18. Septembris 1625. in Bullario tom.* 4. refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 2. *in additam. cap. 10. num. 64.*

SVMMARIVM.

1 *Testandi licentiam à Sede Apost. habentes ecclesiastica persona tenentur decimam partem locis piis relinquere.*

2 *Ædificandi noua Monasteria licentiam concedere non valet Vicarius generalis absque speciali mandato.*

3 *Regularium noua loca erigendi licentia concessa reuocantur.*

4 *Campanella vt collocari possit super vno capitello in Oratorio seu capella erecta in villa priuata ad conuocandum populum licentia conceditur.*

5 *Domos profanandi in quibus Moniales habitarunt, & Missas celebrari fecerunt, licentia concessa.*

6 *Ecclesiam destructam prophanandi conceditur Ordinario loci licentia in forma commissaria.*

7 *Ecclesiam prophanandi licentia conceditur ex causa Clericis Societatis IESV.*

8 *Vicario generali, attenta absentia Episcopi, conceditur licentia Ecclesiam pollutam reconciliandi.*

9 *Paramenta & vasa in quibus non adhibetur sacra Vnctio, benedicendi licentia conceditur Officiali Canonico.*

10 *Calices, & Corporalia tangendi licentia conceditur Sacristino.*

11 *Breuiaria & Missalia imprimendi secundùm vsum Ecclesiæ Augustanæ licentia conceditur.*

12 *Matutinum recitandi octaua hora noctis licentia conceditur.*

13 *Matutinum recitandi hora prima noctis ex causa conceditur.*

14 *Officia propria Sanctorum Religiosorum Eremitarum imprimendi licentia conceditur pro vsu prouinciæ Germaniæ.*

15 *Officij recitandi in choro vacatio impetrari potest per duos menses.*

16 *Officium sequentis diei recitandi licentia conceditur post Completorium.*

17 *Officium duplex cum octaua de communi plurimorum mart. vt recitari possit semel in anno conceditur monasterio del Escurial.*

18 *Officium Conceptionis B. Mariæ, & aliorum Sanctorum Ordinis S. Francisci licentia conceditur Monialibus S. Claræ Mantuæ.*

19 *Celebrandi in priuatis Oratoriis quando & à quo licentia concedenda?*

20 *Missam celebrandi in Oratorio vel Ecclesia de nouo fabricata licentia dari non debet nisi cum clausula* saluo iure, & sine præiudicio Ecclesiæ Parochialis.

21 *Parochis nulla licentia danda est post confirmationem Trident ad percipiendos fructus in absentia ratione studij.*

22 *Parochi licentia tacita non sufficit vt alius sacerdos eius loco interueniat matrimonio.*

23 *Parocho licentia conceditur vt abesse valeat tribus annis causa finiendi studia incœpta in Vniuersitate Colimbrien.*

24 *Expressa requiritur, non vero tacita sufficit licentia, quam Parochus abesse volens petere debet ab Episcopo.*

25 *Studiorum causa vt quis possit abesse à seruitio suæ Ecclesiæ non suffragatur licentia vltra quinquennium.*

26 *Confessiones audiendi, & animarum curam exercendi licentia gratis concedenda.*

27 *Episcopus, seu eius ministri tantum valent concedere licentiam in scriptis pro laborando in diebus festis.*

28 *Matrimonium vt possit celebrari tempore Aduentus licentia ex quibus causis concedi possit, ostenditur.*

29 *Processionem faciendi feria quinta in Cœna Domini licentia conceditur Confraternitati in ciuitate Valentina.*

30 *Episcopi licentia requiritur vt Regulares in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt prædicare valeant.*

31 *Regulares vt ad strictiorem Religionem transire possint quæ licentia sufficiat?*

32 *Libros prohibitos legendi, retinendiue licentiæ omnes reuocantur.*

33 *Festa priuata vnius loci transferendi licentia conceditur.*

34 *Corpora SS. Baini, & Heemundi Archiepiscoporum Treueren. transferendi licentia conceditur.*

35 *Ossa filiorum & nepotu transferendi ex vna in aliam Ecclesiam de consensu Rectoru, licentia conceditur.*

36 *Episcopus tanquam Ordinarius non potest licentiam concedere Iudici laico vt examinet, præsertim cum Iuramento, aliquem testem in Ecclesia.*

37 *Curia laicalis non potest Episcopum concedere licentiam quod cadauera exhumentur vt fiat recognitio in ipsa Ecclesia, sed extra & arbitrio ipsius Episcopi.*

38 *Clericis decedentibus extra residentiam non suffragatur licentia testandi.*

39 *Confessiones audiendi licentiæ gratis sunt præstandæ, nihilque pro illis, & illarum renocatione exigi potest etiam stante consuetudine.*

Licentia.

Collect. CCCCXLIX.

1 Licentiam testandi non habentes Ecclesiasticæ personæ à Sede Apost. decimam tantummodo partem

partem locis piis relinquere, & donare possunt. *Paulus III. constit. 46. incip. Romanus Pont. de anno* 1548. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 686.*

2 Licentiam ædificandi noua monasteria & Conuentus in loco suæ diœcesis concedere non potest Vicarius Generalis absque speciali mandato. *Sacra Congr. Conc. sub die 11. Iulij* 1620. teste Sellio *in selectis Canon. cap. 90. num. 4.*

3 Licentias quascunque à prædecessoribus Pontificibus concessas erigendi loca Regularia non seruata forma Constitutionis Clementis VIII. & decretorum S. Sedis Apost. quæ nondum effectum sunt sortitæ, reuocauit *Vrbanus VIII. constit. 25. incip. Romanus die 28. Augusti* 1624. vbi etiam prohibuit illa de cætero erigendi facultatem concedi absque licentia Ordinariorum, & nisi sacris Canonibus, Concilioque Tridentino, nec non Clementis VIII. & Gregorij XV. constitutionibus seruatis, cuius meminit Lauret. de Franchis *de controu. inter Episcop. & Regul. pag.* 103. Ego ipse *de Episcopo, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 26. num. 4.*

4 Licentia ponendi campanellam super vno capitello in Oratorio, seu capella erecta in villa priuata ad conuocandum populum ad Missam conceditur. *Sacra Congreg. Rit. in Taruisana 17. Septembris* 1608. quam refert Sellius *d. cap. 90. n. 5.*

5 Licentia domos prophanandi in quibus Moniales habitarunt, & Officia diuina dixerunt, & Missas celebrari fecerunt, conceditur. *Sacra Congreg. Rit. in Toletana 27. Septembris* 1608. quam citat Sellius *d. c. 90. n. 6.*

6 Licentia Ecclesiam, seu Capellam destructam prophanandi conceditur in forma commissaria Ordinatio loci. *Sacra Congreg. Rit. in Monasterien. 1. Septembris* 1607. penes Sellium *d. c. 90. n. 7.*

7 Licentia Ecclesiam prophanandi ex causa conceditur clericis Regularibus Societatis IESV. Sed extructio committitur Episcopo. *Sacra Congr. Rit. in Imolen. 15. Aprilis* 1606. cuius meminit Sellius *d. c. 90. n. 8.*

8 Licentia Ecclesiam pollutam reconciliandi conceditur Vicario generali attenta absentia Episcopi. *Sacra Congreg. Rit. in Gualdillina 24. Septembris* 1605. de qua Sellius *d. cap. 90. num. 9.*

9 Licentia benedicendi paramenta, & vasa, in quibus non adhibetur Sacra Vnctio, conceditur Officiali Canonico, attenta absentia Ordinarij, & distantia aliorum Episcoporum. *Sacra Cong. Rit. in Eboricen. 26. Nouembris* 1605. Et Vicario generali Imolen. *eadem Sacra Congr. in Imolen. 20. Iulij* 1609. quarum meminit Sellius *d. cap. 90. n. 10.*

10 Licentia Calices, & Corporalia tangendi Fratri Matthæo monacho Sacristano monasterij Angelorum Florentiæ conceditur. *Sacra Congr. Rit. in Florentina 30. Augusti* 1602. quam citat Sellius *d. c. 90. n. 11.*

11 Licentia Breuiaria & Missalia imprimendi secundum vsum proprium Ecclesiæ Augustanæ petita per eius Canonicos, committitur Metropolitano prouinciæ. *Sacra Cong. Rit. in Augustana 19. Maij* 1607. referente Sellio *d. c. 90. n. 12.*

12 Licentia Matutinum recitandi octaua hora noctis ex causa conceditur quamuis secundum regulam media nocte soleat recitari. *Sacra Congr. Rit. in ciuitatis Angelorum in Indiis Occident. 12. Nouembris* 1605. attestante Sellio *d. c. 90. n. 13.*

13 Licentia Matutinum recitandi hora prima noctis, quod recitare solebant media nocte, conceditur Monialibus S. Catharinæ Senensis ex causa, videlicet ob aëris intemperiem, & alias, &c. *S. Congr. Rit. in Tascalan. siue ciuitatis Angelorum in Indiis Occident. 20. Iunij* 1609. penes Sellium *d. c. 90. num. 14.*

14 Licentia Officia propria Sanctorum Religiosorum Eremitarum imprimendi de nouo conceditur pro vsu prouinciæ Germaniæ. *Sacra Congr. Rit. in causa Germaniæ Eremitarum 24. Septembris* 1605. teste Sellio *d. c. 90. n. 15.*

15 Licentia vacandi à recitatione Officij in choro per duos menses impetranda est à Sacra Cong. Conc. Tridentini. *S. Congr. Rit. in Mediolanen.* 1605. apud Sellium *d. c. 90. n. 16.*

16 Licentia recitandi Officium sequentis diei post Completorium iuxta antiquum ritum introductum conceditur. *S. Congr. Rit. in Brixien. 24. Septembris* 1605. quam refert Sellius *dict. cap. 90. numer. 17.*

17 Licentia recitandi Officium duplex cum octaua de communi plurimorum Martyrum semel in anno pro diuersis Sanctis, quorum Reliquiæ insignes conseruantur in Escuriali, conceditur Monachis monasterij S. Laurentij in Escuriali. *Sacra Cong. Rit. in nullius prouinciæ Toletanæ 1. Septembr.* 1607. de qua Sellius *d. c. 90. n. 18.*

18 Licentia recitandi Officium Conceptionis B. Mariæ, & alia Officia Sanctorum Ordinis sancti Francisci conceditur Monialibus S. Claræ in ciuitate Mantuana. *Sacra Congregat. Rit. in Mantuana 25. Martij* 1609. de qua Sellius *dict. cap. 90. num. 19.*

19 Licentias omnes celebrandi in priuatis Oratoriis ab Episcopis concessas irritauit *Sacra Congreg. Conc.* de mandato *Paul. V. die 25. Octobris* 1615. prohibuitque ne concedere possent facultates celebrandi in priuato Oratorio absque Sedis Apost. licentia, necnon declarauit concessionem huiusmodi licentiæ spectare, & semper pertinuisse ad solum summum Pont. & nunquam Ordinarium eam potuisse concedere vigore Tridentini sess. 22. in decreto de euitandis, refert Ioann. Anton. Nouar. *in sum. Bullarij tit. de Missarum celebrat. prohibita in Oratoriis priuatis absque summi Pont. licentia.*

20 Licentia celebrandi Missam in Oratorio, vel Ecclesia de nouo fabricata dari non debet nisi cum claus. *Saluo iure & sine præiudicio Ecclesiæ Parochialis* hoc autem præiudicium intelligitur in his quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, & alia, quæ sunt ipsi Parochiæ de iure debita, in aliis verò non. *Sacra Congregat. Conc.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi, cap. 12. numer. 1. & 2.*

21 Licentia nulla Parochis danda est post confirmationem Tridentini ad percipiendos fructus in absentia ratione studij *S. Congr. Conc.* testibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2 tit. sed an Parochi debeant residere numer.* 122. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num.* 251. cum aliis per me citatis *d. tract. de Officio & potest. Parochi c. 5. num. 22.*

22 Licentia Parochi tacita non sufficit vt alius Sacerdos eius loco interueniat Matrimonio. *Sacra Cong. Conc.* apud Gonzal *ad reg. 8. Cancel. glos. 47 numer. 52.*

23 Licentia Parocho conceditur vt abesse valeat tribus annis causa finiendi studia incepta in Vniuersitate Colimbrien. posito interim Vicario cum

fructuum congrua assignatione, cum id non sit cōtra ius commune, nec contra Concilium, sed solummodo contra decisionem Congregationis, in qua examinatus præsumitur idoneus. *Sacra Congr. Conc. sub die* 11. *Iulij* 1601. penes Sellium *d. cap.* 90. *n.* 20.

24 Licentiam quam Parochus abesse volens petere debet ab Episcopo, non sufficit tacita sed requiritur expressa. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 35. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23. §. 2. *tit. sed an Parochi debeant residere n.* 164. Sanctarel. *var. resol. q.* 4. *n.* 16. quos citani *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 53. *n.* 99.

25 Licentia vt aliquis possit abesse causa studiorum à seruitio suæ Ecclesiæ, vel sui Canonicatus, non suffragatur vltra quinquennium impetrata à die, quo studere cœpit. *Sacra Cong. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 101.

26 Licentiæ exercendi animarum curam, & audiendi Confessiones, ac dationis coadiutoriæ, gratis concedi debent. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *cap.* 1. *n.* 77. *ad* 5. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis n.* 10. *in resp. ad* 5.

27 Licentia pro laborando in diebus festis per Episcopum, aut eius ministros ad hoc deputatos in scriptis concedi debet. Iudex verò secularis contra illos, qui in dictis diebus absque dicta licentia reperti fuerint laborare, procedere poterit iuxta constitutionem sanctæ mem. Pij V. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in ciuitate Castellana* 21. *Augusti* 1615. quam refert Sellius *d. c.* 90. *n.* 22.

28 Licentiam vt matrimonium possit celebrari tempore Aduentus inter Christianos in terris infidelium ex causa paupertatis, & attento dominio Turcarum, sub quo pauperes Christiani dariis, & gabellis grauantur, concedi posse censuit *Sacra Congreg. Rit. in Pedana* 28. *Aprilis* 1607. de qua Sellius *d. cap.* 90. *num.* 23.

29 Licentiam processionem faciendi feria quinta in Cœna Domini conceditur Confraternitati in ciuitate Valentina de consensu, & voto Archiepiscopi, & ex causa, non obstante Constitutione Synodali, & licet solerer prius facere feria sexta in Parasceue *Sacra Cong. Rit. in Valentina* 17. *Iulij* 1606. quam citat Sellius *d. cap.* 90. *n.* 24.

30 Licentia Episcopi requiritur vt Regulares in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare valeant, contradicente autem Episcopo nulli etiam in suomm Ordinum Ecclesiis prædicare præsumant. *Gregorius XV. const.* 18. incip. *Inscrutabili Non. February*, 1622. apud me *in fine tract. de officio, & potest. Episcopi.*

31 Licentia petita licet non obtenta à suis Superioribus sufficit ad hoc vt Regulares ad strictiorem Religionem transire possint, si bneuolos in ea inueniant receprores, ac deuotionis feruore ducti, non autem alicuius criminis perpetrati pœnam subterfugituri. *Sacra Congreg. Conc. sub die* 13. *Septembris* 1583. cuius memini *de iure ecclesiastico vniuerso lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 43.

32 Licentiarum quarumcunque legendi, & habendi libros prohibitos reuocatio. *Gregorius XV. const.* 40. incip. *Apostolatus* 30. *Decembris* 1621. Vrbanus *VIII. const.* 114. incip. *Apostolatus* 2. *Aprilis* 1631. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 119. & illius meminere Laurent. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regulares pag.* 294. Scortia *in selectas summorum Pontificum Constitutiones epit.* 63. vbi plurea præcedentes reuocationes refert.

33 Licentia transferendi festa priuata vnius loci tantùm conceditur. *Sacra Congr. Rit. in Andrien.* 28. *Nouembris* 1602. quam citat Sellius *d. cap.* 90. *n.* 25.

34 Licentia transferendi corpora SS. Baimi & Heemundi Archiepiscoporum Treueren. à crypta antiqua, conceditur Abbati monasterij S. Maximini Ordinis S. Benedicti ciuitatis Treueren. *Sacra Cong. Rit. in Treueren.* 16. *Decemb.* 1606. de qua attestatur Sellius *d. c.* 90. *n.* 26.

35 Licentia transferendi ossa filiorum, & nepotis ex Ecclesia in qua erant sepulta ad aliam Ecclesiam conceditur de licentia Rectoris Ecclesiæ vbi erant sepulta. *Sacra Cong Rit. in Barchinonen.* 23. *Iunij* 1607. penes Sellium *d. cap.* 90. *n.* 27.

36 Licentiam concedere Iudici laico non potest Episcopus tanquam Ordinarius, vt examinet præsertim cum iuramento, & formaliter aliquem reum, vel testem in Ecclesia, aut alio loco immuni. *Sacra Congr. super controuers. iurisdiction.* 2. *Maij* 1619. quam refert, & ad suam petitionem responsum fuisse dicit R. P. D. meus Alex. Sperel. *in decision. fori eccles. decis.* 51. *n.* 18.

37 Licentiam concedere non potest Episcopus Curiæ laicali quod cadauera exhumentur vt fiat recognitio in ipsa Ecclesia, sed extra, & arbitrio ipsius Episcopi. *Sacra Congr. super controuers. iurisdiction.* 2. *Maij* 1619. quam refert & ad suam petitionem sic responsum fuisse attestatur R. P. D. Sperell. *d. decis.* 51. *num.* 18. reprobato Antonio Genuensi *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 42. *sub n.* 10.

38 Licentiæ testandi non suffragantur clericis decedentibus extra residentiam, quominus eorum bona faciant spolium. *Pius IV. const.* 91. incip. *In Suprema* 7. *Kalend. Decembris* 1564. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 32. aliàs *pag.* 99.

39 Licentiæ audiendi Confessiones gratis præstandæ, nihilque pro illis, & illarum renouatione potest exigi, etiam stante consuetudine, vt pro singulis licentiis aliquod soluatur. *Sacra Congreg. Conc. in Turritana* 12. *Martij* 1633. quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol.* 18. *num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Monialibus non conceditur licentia standi extra clausura.*
2 *Monialibus concedentes licentiam exeundi è monasteriis excommunicationem incurrunt.*
3 *Licentia data alicui ingrediendi pluribus vicibus Monialium domos ea vti non poterit respectu singularium, sed vniuersarum.*
4 *Licentias quascumque ingrediendi Monasteria Monialium reuocauit Paulus V.*
5 *Licentia secularibus mulieribus concessa ingrediendi monasteria Monialium nulla vti potest nisi de earum expresso consensu Capitulariter habito.*
6 *Medicis, chirurgis, & operariis licentia concedi solita ingrediendi monasteria Monialium in casu necessitatis singulis quibusque triennis renouanda.*
7 *Licentia facta alicui de intrando ad monasteria Monialium intelligitur de prima Vice.*
8 *Matribus præstari non potest licentia ingrediendi monasteria Monialium ad inuisendas filias morti proximas.*
9 *Episcopo datur facultas concedendi licentias per quatuor*

tuor vices quolibet anno Regularibus vt Moniales sibi 1. & 2. consanguinitatis gradu coniunctas inuisere possit.

10 *Licentiam quis dare debeat; an scilicet Superior Regularis vel Episcopus Ordinarius, ad ingrediendum monasteria Monialium exemptarum, & Regularibus subiectarum, vel ad alloquendum cum his Monialibus, ostenditur? & n. 11. cum seqq.*

Licentia quoad Moniales.

Collect. CCCCL.

1 Licentia standi extra claustra Monialibus non conceditur. *Pius IV. constit.* 53. incip. *In sublimi* §. 6 *quarto Non. Maij* 1562. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 71. aliàs *pag.* 53. in nouiss. impress.

2 Licentias exeundi è monasteriis concedentes Monialibus excommunicationem incurrunt. *Pius V. constit.* 8. incip. *Cura* 4. *Kalend. Iunij* 1566. apud Laert. Cherub. *d tom.* 2. *pag.* 184. aliàs *pag.* 138. in nouiss. impress.

3 Licentia ingrediendi pluribus vicibus Monialium domos data, vel danda cuiuslibet præeminentiæ personæ, ea vti non poterit respectu singularium, sed solummodo respectu vniuersarum. *Paulus V. constit.* 52. incip. *Facultatum de anno* 1608. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 5. *pag.* 243.

4 Licentias quascunque ingrediendi monasteria Monialium, aut cum eis conuersandi, & corporalem refectionem sumendi, sub quibuscunque tenoribus, & formis cuicunque & cuiuscunque conditionis concessas reuocauit. Idem *Paulus V. constit.* 74. incip. *Monialium de anno* 1612. apud Laert. Cherubin. *dict. tom.* 3. *pag.* 309. aliàs *pag.* 226.

5 Licentia secularibus mulieribus concessa ingrediēdi monasteria Monialiū vti nō possunt nisi de earum expresso consensu capitulariter & per secreta suffragia habito. *Vrbanus VIII. constit.* 29. incip. *Sacro sanctum* 27. *Octobris* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 49. in nouiss. impress.

6 Licentia ingrediendi monasteria Monialium in causa necessitatis medicis, chirurgis, & operariis concedi solita singulis quibusque trimestribus renouari debet. *S. Congr. Episcop. & Regul. in Camerinen.* 28. *Martij* 1588. de qua meminerunt Tamburin. *de iure Abbatissarum disput.* 23. *quæst.* 6. *n* 7. Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 3. *verbo clausura numer.* 30. *in fine.* Ego ipse *de iure eccles. vniu. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 43.

7 Licentia facta alicui da intrando ad monasteria Monialium, intelligitur de prima vice, adeo quod si semel vigore illius facultatis ingressus fuerit, amplius accedere non possit. *S. Congr. Conc.* penes Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 649. *in* 1. *edit. aliàs resolut.* 543. *in* 2. *edit.* quam refero *de officio, & potest. Episcop.* 3. *alleg.* 102. *n.* 59 *in princ.*

8 Licentia ingrediendi monasteria Monialium ad inuisendas filias morti proximas non potest præstari matribus, quia iste matrum ingressus non est medium adeo necessarium ad medendum huiusmodi ægritudinibus, nec ad tollendas infirmitates in quibus filiæ sunt constitutæ. *Sacra Congr. Conc.* testibus Quarant. *in summ. Bullar. verbo monasteria vers. an liceat pag.* 453. Lezana *in summ. quæst. Regul. tom.* 1. *c.* 25. *n* 31. Tamburin. *de iure Abbatissar disp.* 24. *quæst.* 17. quos & alios refero *d p.* 3. *alleg.* 102. *n.* 68.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

9 Licentiam concedendi facultatem habent Episcopi cuicunque Regulari per quatuor vices ad summum quolibet anno vt Moniales sibi in primo & secundo consanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui possit, dummodo non sit diebus festiuis, aut in Aduentu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & vigiliis, & cum conditione quod prædicta licentia consignetur Confessario ordinario monasterij. *Sacra Congreg. Concil. de anno* 1623. de qua attestantur Laurei. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regular. pag.* 215. Lezana *in summ. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 36. Ego *d. alleg.* 102. *num.* 72.

10 Licentiam ad ingrediendum septa monasteriorum Monialium exemptarum, & Regularibus subiectarum, vel ad alloquendum cum illis an dare debeat ipsarum Superior Regularis, vel Episcopus loci in cuius diœcesi monasteria sita sunt? multum fuit præteritis temporibus disceptatum. Imprimis *S. Congr. negotiis Episcoporum & Regularium præposita in Bullunen.* 19. *Iunij* 1597. censuit licentiam dare ad ingrediendum septa monasteriorum Monialium exemptarum, & Regularibus subiectarum ex vera tantum necessitate, quæ Moniales respiciat, seu ad accedendum ad alloquendum cum Monialibus, pertinere ad ipsos tantùm Superiores Regulares, & non ad Episcopum in cuius diœcesi monasteria sita sunt: cuius decisionis meminerunt Tamburin. *de iure Abbatissar. disp.* 23. *quæst.* 1. *n.* 6. Lezana *d cap.* 25. *num.* 25. Ego *d alleg.* 102. *n.* 41.

11 *Sacra* verò *Congr. Conc.* cuius idonei testes sunt Quarant. *in sum. Bullarij verbo monasteria Monialium vers. hinc tangenda pag.* 454 Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *c.* 3. *n.* 34. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit* 18. *l.* 7. *de Relig num.* 99. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 16. *num.* 45. quos refero *de Episcop & potest. Episcop.* p. 3 *alleg.* 102. *num.* 76. censuit spectare ad ipsos Regulares Superiores concedere licentiam adeundi ad colloquium cum Monialibus Regularibus subiectis, nisi esset consuetudo legitimè præscripta vt huiusmodi licentiæ etiam quoad monasteria, quæ Regularibus subsunt, ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo, & Superiore Regulari coniunctiuè obtinerentur.

12 Deinde *Sacra Congr. Episcop. & Regular. sub die* 13. *Nouembris* 1610. facultate sibi à Sanctissimo attributa statuit & decreuit, vt deinceps intra huiusmodi septa nemo ingredi audeat, nisi licentiæ in casibus necessariis concedendæ ne dum à Superioribus Regularibus dictorum monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtentæ fuerint, non obstantibus quibuscunque contrariis legibus, statutis, consuetudinibus etiam immemorabilibus, refert Sellius *in selectis Canon. cap.* 90. *num.* 30.

13 Vlterius *eadem S. Congr. Conc. Episcop. & Regul. in Camerinen.* 21 *Februar.* 1617. censuit licentiam alloquendi Moniales Regularibus subiectas concedendam esse ab Episcopo, seu eius Vicario generali, & à Superiore Regulari, cui Moniales ipsæ subiectæ sunt, coniunctim, ita vt idem Episcopus, seu eius Vicarius primo loco subscribat. Iidem quoque ser-

nandum esse ait quoad licentiam eorum, quibus ordinariè intra septa Monasteriorum earundem Monialium ingredi necesse est, repentinis tamen casibus extremæ necessitatis exceptis, in quibus licentiam alterius subscriptione roborare sufficit. Edicta verò, quibus personis secularibus ad earundem Monialium monasteria accessus prohibetur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda esse subiungit citat Sellius *d.c.* 90.*n.*31.

14 Ad renouandam omnino difficultatem, quæ ex prædictis decretis forsan oriri posset, negotio in eadem *S.Congr.* proposito, atque Sanctissimo D.N. relato *sub die* 11.*May* 1630. Sanctitas sua declarauit huiusmodi licentias à Superioribus Regularibus non esse petendas in illis locis, in quibus adesset consuetudo, vt istæ ab Episcopis tantum concedantur; hoc enim casu statuit, & decreuit talem consuetudinem esse obseruandam, & ipsorum Episcoporum tanmmmodo licentias sufficere etiã priuatiuè quoad ipsos Regulares: refero Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p.* 3 *alleg.* 102. *nu* 28. *& de iure ecclesi. vniu. lib.* 2. *cap.* 44 *num.* 107. Et nouissimè *Sacra Congr. Conc. in Vernlen.* 29. *Ianuarij* 1633. *in resp. ad* 2. *dub.* declarauit licentias eorum, qui ad collocutoria Monialium Regularibus subiectarum accedunt, vel clausuram ingrediuntur, solum Episcopum concedere, & subscribere, vbi de hoc viget consuetudo: refert Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regularium verbo licentia, n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi totius Orbis limina Apostolorum visitare tenentur per se, aut per alium idoneum si sint impediti.*

2 *Tempus præfixum ad visitanda limina Apostolorum incipit à die publicationis constitutionis Sixti V.*

3 *Congregatio Concilij non concedit vt per manentem in Curia limina Apostolorum visitentur.*

4 *Visitari debent limina Apostolorum per Presbyterum existentem de Capitulo Cathedralis.*

5 *Regularis Episcopi commensalis & familiaris non est admittendus ad visitanda pro eo limina Apostolorum, nisi propter itineris longitudinem, & periculis ex gratia aliter concedatur, vt n.*6.

Limina Apostolorum.

Collect. CCCCLI.

1 Limina Apostolorum omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi per vniuersum Orbem constituti, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, personaliter ac per seipsos visitare, & sui Pastoralis officij rationem reddere, ac totius Ecclesiæ status relationem facere tenentur: ita vt viciniores tertio quoque anno, alij verò pro maiori vel minori distantia, quarto, quinto, vel decimo anno iter suscipere, & Deo concedente perficere debeant, & successiuè eisdem temporibus transactis repetere teneantur. At si legitimè impediti sint, per certum nuncium ad id speciale mandatum habentem de gremio suorum Capitulorum, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, seu aliàs Personatum habentem, aut si huiusmodi hominem ecclesiastica Dignitate, seu Personatu præditum non habeant, per diœcesanum Sacerdotem & si clero careant omnino, per aliquem alium Presbyterum secularem, vel Regularem spectatæ probitatis, vel Religionis benè de omnibus instructum hoc ipsum adimpleant sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, perceptione fructuum, & administratione spiritualium & temporalium *Sixtus V. constit.* 15. incip. *Romanus,* 13. *Kalend. Ianuar.* 1585. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 2. *pag.* 508. *aliàs pag.* 387. in nouiss. impress. cuius meminerunt Quaranta *in sum. Bullar. verbo limina Apostolorum*. Vgolin. *de potest. Episcopi p.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. Alzedo *in praxi Episcopi p.* 1. *c.* 4. *nu* 20. Hieron. Veneco y Leyua *de examine Episcop. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 18. Marcel Vulpe *in praxi fori eccles. cap.* 9. *per tot.* Ioann. Anton. Nouar. *in sum Bullarum tit. de Apostolorum liminibus.* Ioan. Maria Nouar. *eius frater in lucerna Regul. verbo limina.* Scottia *in selectas Summorum Pontif. constitutiones epit.* 49. Ego *de officio & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 111. *n.* 41.

2 Limina Apostolorum ad visitanda incipit tempus præfixum à die publicationis dictæ constit. Sixti V. *Sacra Congr. Conc. in Burgen.* 12. *Augusti* 1628. quam citat Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 16. *n.* 29.

3 Limina Apostolorum vt visitentur per manentem in Curia, non concedit sacra Congreg. Concilij, vt ipsamet declarauit *in Foroligien.* 11. *Iulij* 1626. penes Aldan. *dict. tit.* 16. *num* 30. quem refero *in collect. ad Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 3. *num.* 43.

4 Limina Apostolorum per Presbyterum existentem de Capitulo Cathedralis visitari debent: cùm enim Elboren. Archiepiscopus petijsset admitti ad visitanda limina eius nomine, Presbyterum diœcesanum non existentem de Capitulo Cathedralis, neque in Dignitate ecclesiastica constitutum, & iam ad Vrbem transmissum. *S. Congr. Concil. in Elboren.* 4. *Decembris* 1627. pro hac vice fecit gratiam, sed censuit scribendum esse Collectori Portugalliæ, qui omnes Episcopos in posterum admoneat, refero *dicta alleg.* 111. *numer.* 41. *prope fin.*

5 Limina ad visitanda pro Episcopo Visen. noluit *S. Congr. Conc.* admittere Regularem Episcopi familiarem, & commensalem, etiamsi alium non inuenire diceret, & iste iam esset in Vrbe, vt *in Visen. sub die* 13. *Nouembris* 1627. de qua Ioann. Maria Nouar. *d. verbo limina, n.* 4.

6 Limina Apostolorum vt possint visitari per Sacerdotem Regularem bene informatum, fecit gratiam *S. Congr. Concil.* Episcopo Canarien. *sub die* 9. *Maij* 1619. cùm fuerit ab illis partibus transmissus, stante quod propter itineris longitudinem milliarium 17000. & ob pericula in quæ occurrunt aliàs transmissi Sacerdotes seculares, qui à Turcis captiui facti fuerunt, nullus inueniebatur, qui mitti velit, vt ex publica fide constitit, cuius decreti meminit Ioan. Maria Nouar. *loco proximè citato.*

SVMMARIVM.

1 *Processio in Rogationibus maioribus si terminatur ad Ecclesiam S. Marci ibi dicenda est Missa de eodem Sancto.*

2 *Paschatis in die si occurrant Litaniæ maiores transferuntur*

ruentur in feriam tertiam sequentem.
3 *Sancti praeter descriptos, in Litaniis addi non possunt.*
4 *Congregatio sacrorum Rituum pro Litaniarum recognitione adiri debet.*
5 *Litaniae publicae nō possunt recitari nisi sint approbatae.*
6 *Litaniae non approbantur praeter ordinarias impressas in Breuiario, & quae recitantur in Ecclesia Lauretana.*

Litaniae.

Collect. CCCCLII.

1 Litaniis maioribus si processio terminatur ad Ecclesiam S. Marci, ibi dicenda est Missa de S. Marco. *S. Cong. Rit. sub die 23. Maij 1603.* teste Gauant. *in rubricas Missalis p. 4. tit. 15. nu. 7.*

2 Litaniae maiores si occurrant in die Paschatis, transferuntur in feriam tertiam sequentem. *S. Congr. Rit. sub die 25. Septembris 1627.* referente Gauanto *d. p. 4. tit. 11. nu. 10. & in rub. Breuiarij sect. 7. c. 6. num. 25.*

3 Litaniis non possunt inseri alij sancti etiam Titulares & Patroni, etiam tempore pestis, praeter descriptos. *S. Congr. Rit. in Rhegien. 12. Martij 1631.* apud Gauant. *in rub. Breu. sect. 5. c. 4. n. 10.*

4 Litaniae communes, & quae de B. Virgine in aede Lauretana decantari solent, & non aliae, edi vel dici possunt, & qui aliis uti voluerint, Congregationem Sacrorum Rituum pro earum recognitione adire debent. *Clemens VIII. constit. 4. in appendice.* incip. *Sanctissimus 8. Id. Septembris 1601.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. in fine* aliàs *pag. 125. constit. 112. tom. 3.* in nou. impress.

5 Litaniae publicae non possunt recitari nisi sint approbatae ex decreto S. Inquisitionis, priuatim verò recitandae reuideantur. *S. Congr. Rit. sub die 2. Martij 1602.* penes Sellium *in select. Canon. c. 1. n. 47.*

6 Litaniae non approbantur à Sacra Congregatione Rituum praeter ordinarias impressas in Breuiario, & quae recitantur in Ecclesia Lauretana de B. Maria. *S. Congr. Rit. in Alexandrina 15. Maij 1608. in resp. ad dub. 16* cuius meminit Sellius *d. c. 1. n. 48.*

Litterae Apostolicae.

Collect. CCCCLIII.

Litterarum Apostolicarum executionem impedientes plores poenas incurrunt, de quibus *Leo X. constit. 30.* incip. *In supremo, Kalend. Martij 1518.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 532.* Gregorius XIII. *constit. 81.* incip. *Consueuerunt. pridie Non. Aprilis 1583.* apud Laert. Cherubin. *etiam in Bullario tom. 2. pag. 464.* Paulus V. *constit. 43.* incip. *Pastoralis 6. Id. Aprilis 1610.* penes Laert. Cherubin. *tom. 3. pag. 251.* Vrbanus VIII. *constit. 61. §. 11.* incip. *Pastoralis Kalend. Aprilis 1627.* plures alias refert Seortia *in selectis summorum Pont. Constitut. epit. 60.* Vide in verbo *Constitutiones Apostolicae, collect. 219.*

Litteratura.

Collect. CCCCLIV.

Litteratutae ad titulum nullus promoueri potest. *S. Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. c. 5. num. 128.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 19. n. 72.* Barbos. *Apost. Decis. Sum.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicorum & aliorum de Capitulo loca nec à laicis, nec à clericis, nec à familiaribus Episcopi occupanda sunt.*
2 *Loca per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura nulli promittantur nisi sequuta vera & reali illorum vacatione.*
3 *Consuetudo Ecclesiae seruanda est ut quis locum obtineat secundum tempus admissionis.*
4 *Consuetudinis antiquae contra formam obtentus locus à Canonico illi est reseruandus de consensu partium interesse habentium.*
5 *Canonicus, quorum Praebendae non sunt distinctae, & omnes requirunt Ordinem Presbyteralem, locus designandus est secundum Ordinem receptionis.*
6 *Consuetudo Ecclesiae seruanda est circa vocem & locum in Capitulo inter Dignitates, & Canonicos Praebendatos.*
7 *Visitare cum voluerit Episcopus Capitulum ad quem locum adire debeat, ostenditur.*

Loca. Locus.

Collect. CCCCLV.

1 Loca Canonicorum & aliorum de Capitulo ecclesiastico habitu indutorum nec à laicis, nec à clericis, nec à familiaribus Episcopi occupanda sunt. *Sacra Congr. Rit. in Elboren. 15 Ianuarij 1605.* quam refert Sellius *in selectis Canon. cap. 48. num. 7.*

2 Loca per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura cuique puellae ad habitum regularem recipiendae nō concedantur, nec promittantur, nisi sequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis disponi, ac in Monialis demortuae locū promissionem aut receptionem in Capitulo, seu quouis alio modo, fieri iubet, dummodò tūc temporis puella ipsa recipienda & aetatem habeat idoneam, & caeteras qualitates requisitas, quibus etiam praeditas esse debere vult eas puellas, quae supra numerum recipiendae sunt. *S. Congr. Conc. sub die 6. Decembris 1604.* de qua meminit Ioan Anton. Nouar *in sum. Bullarum tit. de Monialium numero in monasterio praefigendo.*

3 Locum ut quis obtineat secundum tempus admissionis consuetudo Ecclesiae seruanda est, licet Praebendae sint distinctae in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, quando omnes sunt actu Presbyteri, & seruiunt in celebrandis Missis. *Sacra Congreg. Rit. in Saonen. 10. Ianuarij 1604.* cuius memini *in tract. de Iure eccles. vniuerso lib. 1. cap. 21. num. 88.*

4 Locus obtentus à Canonico contra formam antiquae consuetudinis ipsi Canonico reseruatur de consensu partium interesse habentium. *S. Cong. Rit. in Saonen. 13. Augusti 1604.* quam citat Sellius *d. cap. 48. n. 9.*

5 Locus secundum ordinē receptionis designandus est Canonicis, quorū Praebendae non sunt distinctae, & omnes requirunt Ordinē Presbyteralē.

S.Congr. Rit in Albanen 2. Martij 1602. *& in Orten.* 19. *Iunij* 1604. *& in Tropien.* 10. *Decembris* 1619. penes me *d.lib.1.c.21.n.90.*

6 Loci & vocis circa obtentionem In Capitulo inter Dignitates, & Canonicos præbendatos seruanda est Ecclesiæ consuetudo. *Sacra Congreg. Rit. in Egutanen.* 23. *Maij* 1603. apud me *d.lib.1. cap. 21. num.89.*

7 Locus, quo solitum est Capitulares congregari, & eorum actus expediri consueuerunt, adeundus est per Episcopum cum visitare voluerit Capitulum, si id tamen congruè fieri potest, sin minus ad locum congruum & communem Episcopus accedere tenetur, dummodo tamen quoties prosequi vellet Visitationem alicuius particularis personæ de Capitulo ad locum capitularem accedere teneatur. *S.Congr. Conc.* referente Armendar. in *addit ad recop.legum Nauarra lib.1.tit.6. de Visitat.nu.* 39. *in resp.ad* 8,

Locumtenens.

Collect. CCCCLVI.

1 LOcumtenens de Iure communi eodem honore est afficiendus, & eundem locum tenet, quem teneret is, cuius personam designat. *Sacra Cong.Rit. in Brundusina* 10. *Decembris* 1612. penes Aldan. *in compendio Canon.resol.lib.3.tit.28.nu.19.* quem refero *in collect.ad Trident.sess.25.de reformat.c.1.* Vide supra in verbo *Canonicus, Vicarius vel Locumtenens collect.98.*

2 Locumtenens Episcopi, qui sit Canonicus debet sedere in choro in loco suæ receptionis in habitu Canonicali, nec ei competit thuris & pacis honor ante Dignitates. *S.Congr.Rit. in Hydruntina* 10. *Nouembris* 1612. quam citat Aldan. *d.titul.* 28. *num* 22.

S.Ludouici Francorum Regis canonizatio, Vide in verbo *Canonizatio collectio* 117.*n.*34.

S.Ludouici Francorum Regis festum, Vide in verbo *festa, collect.* 356.*n.*17.

S.Ludouici Francorum Regis officium, Vide in verbo *Officium collect.* 334.*c.*46.

S.Ludouici Episcopi Tholosani canonizatio, Vide in verbo *Canonizatio collect.*117.*n.*35.

B. Ludouici Beltrani officium, Vide in verbo *Beatificatio collect.*58.*n.*7.

Lumina.

Collect. CCCCLVII.

1 LVmina quæcunque siue Lampades accendi ad sepulchra quorundam cum sanctitatis, aut martyrij fama, vel opinione defunctorum, qui neque canonizationis, neque beatificationis honore ab Apostolica Sede insigniti fuerunt, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinceps fraus, aut error, aut aliquid nouum, atque inordinatum in re tam graui committatur, negotium instructum ad Sedem Apostol. trãsmittat, eiusque responsum expectet, nisi fuerint tales, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia ac tolerantia Sedis Apost. vel Ordinarij colantur. *Sacra Congreg.S.R.& Generalis Inquisitionis habita in Palatio Apost in Vaticano coram S.D.N. Vrbano VIII. die* 13. *Martij* 1625. *in Bullario tom.4.const.* 37. *eiusdem Pont.* §.3. *&* 4.

2 Lumina duo ad minus in Altari accensa esse debent dum recitatur diuinum Officium Matutinum, Horæ, & Vesperum. *S.Congr. Rit. in Lunen. Sarzanen.* 3. *Martij* 1612. quam refert Bonfadin. *in thesauro Eccles decis.resol.31.nu.10.*

SVMMARIVM.

1 *Capellæ magister in processionibus non cum beneficiatis, sed cum suis Cantoribus incedere debet, non obstante consuetudine contraria.*

2 *Chori magister potest cogi ab Episcopo vt eat ad circulos.*

3 *Chori magister habet munus indicendi silentium in choro.*

4 *Scholæ magister de quibus pueros instruere debeat?*

5 *Ludi litterarij magistri de quibus ab Episcopo examinandi?*

Magister.

Collect. CCCCLVIII.

1 MAgister Capellæ in processionibus non cũ beneficiatis, sed cum suis cantoribus incedere debet. *S.Congr Rit. in Vrbeuetana* 20. *Nouembris* 1610. non obstante postea allegata consuetudine contraria. *Eadem S Congr. in dicta causa sub die* 15. *Ianuarij* 1611. quarum meminit Aldan. *in compendio Canon.resolut.lib 1.tit.* 24.*n.*67.

2 Magister chori potest cogi ab Episcopo vt eat ad circulos. *S.Cong.Rit. in Saonen.* 15. *Martij* 1614. quã citat Aldan. *d.tit.*24.*n.*6.

3 Magister chori habet munus indicendi silentium in choro. *S.Cong.Rit. in Hydruntina* 6. *Decembr.* 1613. penes Aldan. *d.tit.*24.*n* 70.

4 Magister scholæ siue ludi litterarij non solum In Grammatica, & Rhetorica adolescentes instruere debet, sed etiam in iis, quæ ad Religionem pertinent, & sic adolescentes ad Missas, diuina Officia & prædicationes audiendas non solum hortari, sed etiam compellere potest: ea verò quæ sunt contra bonos mores, aut quæ ad impietatem inducere possunt, legere vel docere omnino prohibetur. Leo X. constit. 6. incip. *Mercenr* 1. *Ianuarij* 1514. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1.pag.* 474.

5 Magistri ludi litterarij examinari possunt ab Episcopo in iis duntaxat, quæ spectant ad Fidem, doctrinam Christianam, & bonos mores, & tenentur facere professionem Fidei, iuxta Bullam Pij IV. *S. Cong.Conc.* cuius meminit Aldan. *in compendio Canon.resolut.lib.3.tit.4.n.10.*

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinem circa præintonationem Antiphonarum ad Vesperas non potest Magister cæremoniarum alterare.*

2 *Munus indicendi silentium in choro habet Magister cæremoniarum absente Magistro chori.*

3 *Vicarius cum consensu Capituli debet eligere magistrum cæremoniarum.*

4 Stipendium

4 *Stipendium certum donec Magistro cæremoniarum fuerit aßignatum, debet de certo salario ab Episcopo & Capitulo pro medietate prouideri.*

5 *Oblationes, quæ offeruntur Cruci feria sexta in Parasceue debentur magistris cæremoniarum.*

6 *Beneficiatus si fuerit magister cæremoniarum in exercitio sui Officij, potest dimittere habitum beneficiatorum, & vti superpelliceo.*

7 *Capellanus, si fuerit magister cæremoniarum, dum est in exercitio sui officij, sedere debet apud celebrantem, vel eius Aßistentes.*

8 *Vicarium quando debet vocare Magister cæremoniarum.*

9 *Proceßionibus incedit magister cæremoniarum apud celebrantem, & eius Aßistentes, & vbique discurrit.*

Magister Cæremoniarum.

Collect. CCCCLIX.

1 MAgister cæremoniarum non potest alterare seu mutare consuetudinem circa præintonantiam Antiphonarum ad Vesperas *S. Congr. Rit. in Suessan. 28. Aprilis* 1607. teste Sellio *in selectis Canon. c. 72. num 13.*

2 Magister Cæremoniarum absente magistro chori habet munus indicendi silentium in choro. *S. Congr. Rit. in Hydruntina 6. Decembris* 1613. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. titul. 24. num. 70.*

3 Magister cæremoniarum eligendus est à Vicario cum consensu Capituli *S. Congr. Rit. in Tarentina cryptaliarum 3. Septembris 1605.* quam citat Sellius *d. c. 72 n. 14.*

4 Magistro cæremoniarum, donec ei certum stipendium assignatum fuerit, debet de certo salario ab Episcopo, & Capitulo pro medietate prouideri *Sacra Congr. Rit. in Tropien. 23. Martij 1602.* penes Sellium *d. c. 72. n. 15.*

5 Magistris cæremoniarum debentur oblationes, quæ offeruntur Cruci feria sexta in Parasceue, vbi viget talis consuetudo. *Sacra Congreg. Rit. in Beneuentana 29. Nouembris 1603.* apud Aldan. *d. tit. 24. num. 71.*

6 Magister cæremoniarum, qui est beneficiatus, potest dimittere habitum beneficiatorum, & vti superpelliceo in exercitio sui Officij absque incursu censurarum contra illum habitum non deferentes. *S. Congr. Rit in Ianuen. 9. Decembris 1617.* cuius meminit Sellius *d. c. 72. n. 16.*

7 Magister cæremoniarum etiamsi sit Capellanus, quando Officium exercet, & vestibus illius Officij vestitus est, sedere debet apud celebrantē, vel eius Assistentes Pluuialibus indutos; quando vero non est in ministerio, sedere debet in choro inter præbendatos, vel Presbyteros, vel Clericos sui Ordinis, seruato ordine suæ receptionis. *Sacra Congr Rit. in Patauina* 28. Nouembris 1609. *& 8. Maij* 1617. de quibus Aldan *d tit. 24 n. 72.*

8 Magister cæremoniarum non autem Sacrista debet vocare Vicarium vt hora debita si voluerit ad Ecclesiam accedat. *Sacra Congr. Rit in Vrbinaten. 26. Nouembris 1605.* penes Sellium *dict. cap. 72. numer. 17.*

9 Magister cæremoniarum in processionibus incedit apud celebrantem, & eius Assistentes, & vbique discurrit, quando opus est pro ordinanda

Barbos. Apost. Decis. Sum.

processione. *Sacra Cong Rit. in d Patauina 30. Augusti 1602. & 8. Maij 1617.* referente Aldano *d. tit. 24. num. 73.*

SVMMARIVM.

1 *Monasteria Monialium ingredi non debent cum Episcopo magistratus & deputati ad earum curam, nisi eos elegerit.*

2 *Locum Capituli & Cleri, qui in Concionibus sedere debent immediate apud suum Episcopum, non debet occupare Magistratus.*

3 *Dignitatum, & Canonicorum proprias sedes in choro, seu presbyterio occupare non debent Magistratus, aut Iudices.*

4 *Capituli, Ecclesiæ & Canonicorum in præiudicium nihil Magistratus debet innouare.*

5 *Canonicis Ecclesiæ Cathedralis in omnibus cedere debet Magistratus secularis ciuitatis quando non est de maioribus.*

6 *Concionator debet prius salutare Canonicos, quàm Magistratum ciuitatis quando non est de maioribus.*

7 *Officiales & Magistratus ciuitatis thurificandi sunt post Dignitates, & Canonicos aqua ductibus, non obstante vsu in contrarium.*

8 *Incensari debet Magistratus quando est de maioribus ante Canonicos, post Assistentes Episcopo.*

9 *Proceßionibus sanctißimi Sacramenti debet incedere Magistratus in loco, in quo secundùm antiquam consuetudinem consueuit incedere.*

10 *Tibicines ad proceßiones sanctißimi Sacramenti debet iuxta solitum, mittere Magistratus.*

11 *Episcopo accedenti ad Ecclesiam solitum obsequium præstare cogi potest Magistratus.*

12 *Episcopus cogere potest Magistratum ciuitatis iuxta solitum, accedere ad Ecclesiam Cathedralem in diebus solemnibus, & tempore Aduentus & Quadragesimæ.*

Magistratus.

Collect. CCCCLX.

1 MAgistratus, & deputati ad curam Monialiū non debent ingredi earum Monasteria cum Episcopo, nisi eos elegerit. *S. Congr. Episcop. & Regul.* teste Gauant. *in enchirid. Episcop. verbo Monialium clausura n.* 10 quem refert Lezana *in sum. quæst. Regul tom. 3. verbo clausura nu 33.*

2 Magistratus non debet occupare locum Capituli & Cleri, qui in concionibus sedere debent immediatè apud suum Episcopum. *S. Congr. Rit. in Balneoregien. 25. Ianuarij 1602.* quam refert Sellius *in select. Canon c. 81. n. 25.*

3 Magistratus, aut Iudices non debent proprias Dignitatum, & Canonicorum sedes, seu stalla in choro, seu presbyterio occupare, quamuis aliquādo id eis permissum fuerit. *S. Congr. Rit. in Compostellana, 4. February 1600. & sub die 11. February 1604. & in Granaten. 24. Octobris* 1609. quam meminit Sellius *d c. 81. n. 26.*

4 Magistratus nihil debet in præiudicium Capituli, Ecclesiæ, & Canonicorum innouare, vel attentare. *Sacra Congreg. Rit. in Narnien. 16. Iulij 1605.* penes Sellium *d. c. 81. n. 27.*

5 Magistratus secularis ciuitatis quando non
6 est de maioribus, & perpetuis, debet cedere in

omnibus, & per omnia Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, & Concionatot debet prius Canonicos quàm Magistratum salutare. *Sacra Congreg. Rit. in Tyrassonen. & in Oscen. 3. Octobris* 1615. de quibus Sellius *d. c.* 81. *n.* 29.

7 Magistratus & Officiales ciuitatis thurificandi sunt post Dignitates, & Canonicos æqnis ductibus. *Sacra Congr. Rit. in Interamnen.* 10. *Iulij* 1600. & *in Fanen* 1. *Septembris* 1607. & *in Narnien.* 16. *Iunij* 1617. apud Sellium *d. c.* 81. *num* 32. non obstante vsu in contrarium per 15. anno seruato, *ead. sacra Congreg. in Cephaluden.* 24. *Octobris* 1609. referente Sellio *d. c.* 81. *num* 33. & tam in Cathedrali quàm in aliis Ecclesiis, vbi Canonicos, & Magistratum simul conuenire contigerit. *ead. sacra Congreg in Camplen* 10. *Ianuarij* 1612. & *in dicta Narnien.* penes Sellium *d. c.* 81. *n.* 37.

8 Magistratus quando est de maioribus debet incensari ante Canonicos post assistentes Episcopo, *S. Cong Rit. in Patauina* 2. *Martij* 1602. teste Sellio *d. c.* 81. *n* 38.

9 Magistratus in processionibus sanctissimi Sacramenti debet incedere in loco, in quo secundùm antiquam consuetudinem consueuit incedere. *Sacra Congr. Rit. in Forslinien.* 4. *Aprilis* 1605. referente Sellio *d c.* 8 *n* 39.

10 Magistratus debet iuxta solitum tibicines mittere ad processiones SS. Sacramenti, nec licet prohibere solitum tributum ceræ Ecclesiæ Canonicis, seu fabricę debitum à consulibus castrum, & massarius villarum. *Sacra Congr. Rit in d. Narnien.* 16. *Iulij* 1605. quam citat Sellius *d c.* 81. *n* 40.

11 Magistratus ciuitatis cogi potest solitum obsequium Episcopo accedenti ad Ecclesiam præ-
12 stare, & iuxta solitum accedere ad Ecclesiam Cathedralem in diebus solemnibus, & tempore Aduentus, & Quadragesimæ. *Sacra Congr. Rit. in dict. Narnien* 16. *Iulij* 1605. & *in d. Fanen.* 1. *Septembris* 1618. quarum meminit Sellius *d c.* 81 *n.* 41.

Maleficium, Vide in verbo *Sortilegium collect.* 477.

Mandatarij Vicarij Vrbis, vide in verbo *Vicarius Papæ collect.* 711.

Manna S. Nicolai.

Collect. CCCCLXI.

1 MAnna sancti Nicolai non est deferendum ad infirmos cum cotta & luminaribus *Sacra Cong Rit. in Baren.* 28. *Ianuarij* 1606. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib* 1. *tit.* 18 *de Sanctis, num.* 152. Et de illo agit Carol. Maranta, *tom.* 2. *resp.* 59.

Mansionarius

Collect. CCCCLXII.

1 MAnsionarij debent præcedere Capellanis, & habitum distinctum ab eis deferre tam æstate quam hyeme. *Sacra Congr. Rit. in Ferrarien.* 25. *Iunij* 1607. teste Sellio *in selectis canon. c.* 72. *numero* 16.

2 Mansionarius nouiter prouisus per resignationem non debet habere locum resignantis, sed vltimum locum, *S. Congreg. Rit. in Ferrarien.* 10. *Ianuarij* 1609. penes Sellium *d. c.* 72. *n.* 17.

S. Margarita.

Collect. CCCCLXIII.

1 SAnctæ Margaritæ mart Officium pro Monialibus monasterij Donæ Reginæ Neapol conceditur. *S Congr. Rit. in Neapolitana* 16. *Maij* 1601. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 18 *de Sanctis n.* 175.

2 B. Margarita de Cortona per 300. adhuc annos miraculis effulsit, & eius corpus integrum cum suauissimum odorem, Officiú pro die 22. Februarij conceditur Ecclesiæ S Margaritæ dictæ ciuitatis. *Vrbanus VIII. constit.* 8. incip. *Cælestis, Idib. Decembr.* 1623. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 21.

B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Florentinæ beatificatio, vide in verbo *Beatificatio collect.* 58. *numer.* 11.

B. Maria Tiphernaten. Festum, vide in verbo *Festum collect.* 356. *n.* 18.

Martyrologium.

Collect. CCCCLXIV.

1 MArtyrologium de nouo imprimi posse cum additione Sanctorum canonizatorum, non verò beatificatorum concessit *Sacra Congr. Rit. sub die* 30. *Iulij* 1616. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 18. *de Sanctis num.* 3.

Matrimoniales causa, vide in verbo *Causa, collect.* 139. *n* 7. *cum sequentibus.*

Matrimoniales denunciationes, vide in verbo *Denunciationes matrimoniales collect.* 147.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij signum, causa, & bonum.*
2 *Græci prohibetur matrimonia contrahere in quarto gradu.*
3 *Ordinarij locorum permittere non debent vt inter coniuges Græcos matrimonia dirimantur, seu diuortia fiant.*
4 *Eunuchi & spadones vtroque testiculo matrimonium contrahere non possunt.*
5 *Doctrinam Christianam non addiscentes matrimonium contrahere prohiberi non debent.*
6 *Episcopi de licentia validè matrimonium coram Parocho alieno contrahitur.*
7 *Matrimonium coram Parocho promoto infra annum validè celebrari potest.*
8 *Excommunicatus Parochus validè matrimonio assistit.*
9 *Recreationis causa locum aliquem adeuntes non possunt coram talis loci Parocho matrimonium validè contrahere.*
10 *Prætor, iudex, seu medicus temporalis potest coram Parocho loci vbi sic degit matrimonium contrahere.*
11 *Parochus etiam non Sacerdos validè Matrimonio assistit.*
12 *Matrimonium mentito nomine, vel cognomine adhuc prima vxore viuente cum alia contrahens, quas pœnas incurrat.*
13 *Licentiam à Parocho proprio obtinens ad aliquem*

matrimonio

matrimonio coniungendum, sed de illa notitiam non habens, sicut & vnus ex contrahentibus, inualidè assistit.

14 *Collationem Parochiæ nullam habens ob nullitatem concursus validè matrimonio assistit.*

15 *Licentiam habens à Parocho ad assistendum certo matrimonio, si ipsa non esset vera, matrimonium contractum est inualidum.*

16 *Ordinarius debet irritum declarare non irritare matrimonium coram alieno Sacerdote absque Parochi licentia contractum.*

17 *Matrimonium contractum in Parochia habitationis vxoris coram Parocho viri, & è conuerso, validum est.*

18 *Matrimonium iuuenis cum meretrice, qui è suo loco ad alium peruenerunt, & in eo aliquantulum permorati erant, an coram Parocho secundi loci illud validè contrahere potuerint, ostenditur.*

19 *Matrimonium contractum coram Parocho oppidi, ad quod à ciuitate in qua habitabat mulier, iussu Principis secularis ad scandala submouenda translata fuit, an sit validum, ostenditur.*

20 *Matrimonium nullum ex publica causa, noua indiget præsentia Parochi ad illud conualidandum.*

21 *Conditio*, si mulier est legitima, *in matrimonio contracto apposita, si subsequuta copula constiterit mulierem esse illegitimam, matrimonium non est validum.*

22 *Conditio,* si id saluo honore meo fieri potest, & si fratribus meis placuerit, *in matrimonio apposita, illud erit validum si non expectato conditionis euentu subsequuta fuerit copula cum affectu maritali.*

23 *Proprius Parochus esse intelligitur in cuius Parochia contrahentes alienigenæ, qui tamen sunt cogniti, habitant tempore, quo matrimonium contrahitur.*

24 *Matrimonium celebratum extra locum propriæ habitationis causa euitandi impedimenta, & in loco vbi non erat publicatum Concilium absque illius solemnitate, est validum.*

25 *Transferentes se ad locum, in quo Concilium non est promulgatum, sub animo ibi contrahendi sine Parocho, & testibus, inualidè contrahunt.*

26 *Aduentus tempore vt possit celebrari matrimonium inter Christianos in terris infidelium, ex causa conceditur.*

27 *Matrimonia contracta absque obseruatione formæ à Concilio præscripta valida sunt, vbi eius decretum* cap. 1. sess. 14. de reform. *non est publicatum.*

28 *Clandestinè contractum matrimonium inter puberem & impuberem in sponsalia de futuro resoluuntur.*

29 *Ratum & consummatum quod dicatur matrimonium?*

30 *Iesuita si ingrediantur suam congregationem post matrimonium ratum, per talem ingressum illud non dissoluitur.*

31 *Matrimonium absque dispensatione Apost. contrahi potest in casu proposito.*

32 *Metus mortis à morte illatus filiæ vt matrimonium contraheret, facit illud inualidum etiamsi post obitum matris post septennium cum viro permanserit, & filios susceperit.*

33 *Episcopus non potest inualidare matrimonia per sua decreta Synodalia.*

34 *Parochi possunt ritè & legitimè matrimonia celebrare absque Episcopi licentia nisi Episcopus ex legitima causa aliter præscripserit.*

Matrimonium.

Collect. CCCCLXV.

1 MAtrimonium est signum coniunctionis Ecclesiæ, & Christi, illius causa efficiens est consensus mutuus per verba de præsenti expressus; eius bonum triplex, primum proles suscipienda & educanda ad cultum Dei, secundum fides, quam vnus coniugum alteri seruare debet, tertium indiuisibilitas matrimonij, quia eius vinculum perpetuum est. *Eugenius IV constitut.* 19. incip. *Exultate* 10. *Kalend. Decembris* 1439. apud Laert. Cherub. *in Bullario to.* 1. *pag.* 286. alias *pag.* 270. in nouiss. impr.

2 Matrimonia in quarto gradu contrahere Græcis prohibuit *Innocentius IV. constitut.* 14. incip. *Sub Catholicæ* 2. *Non. Martij* 1253. apud Laert. Cherubin. *dict. tom.* 1. *pag.* 76. aliàs *pag.* 104. in nouiss. impress.

3 Matrimonia inter coniuges Græcos dirimi, seu diuortia fieri locorum Ordinarij permittere non debent. *Clemens VIII. constit.* 34. incip. *Sanctissimus* 31. *Augusti* 1595. apud Laert. Cherub. *in Bullario, tom.* 3. *pag* 47. aliàs *pagin* 35. in nouiss. impress.

4 Matrimonium eunuchos & spadones vtroque testiculo contrahere posse vetuit Sixtus V. Vide suprà in verbo *Eunuchus collect.* 137.

5 Matrimonium non debet prohiberi illis, qui doctrinam Christianam nesciunt, sed ad id comminatorijs monitionibus sunt cogendi. *Sacra Congr. Episcop & Regular. in Gallipolen.* 9 *Martij* 1588. cuius memini *de officio, & potest. Parochi p.* 2. *cap.* 21. *nume.* 3.

6 Matrimonium contractum coram Parocho alieno de licentia Episcopi validum est, quamuis Episcopus intentionem haberet tale matrimonium non alij quàm proprio Parocho committendi. *S. Congr. Conc. in Salen.* quam refert Sellius *in selectis Canon. c.* 8. *n.* 73.

7 Matrimonium coram Parocho non promoto infra annum validè celebrari potest. *S. Congr. Conc. sub die* 12. *Martij* 1593. de qua *d. tract. de officio, & potest. Parochi, c.* 21. *n.* 55.

8 Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato valet, quia ille in huiusmodi casu præstat solum præsentiam ad effectum tollendi clandestinitatem. *Sacra Cong. Conc. sub die* 3. *Martij* 1594. quam citat Sellius *d. c.* 8. *n.* 74.

9 Matrimonium contractum coram Parocho illius loci vbi contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium constituendi, sed recreationis causa non valet. *Sacra Congregat. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *cap* 7. *n.* 12. *ad* 4. quem refero *d. cap.* 21. *nu.* 57.

10 Matrimonium contractum coram Parocho illius loci vbi contrahens moratur tanquam prætor, iudex, seu medicus temporalis, validum est. *Sacra Congregat. Concil.* penes Nicol. Garc. *dicta p.* 5. *cap.* 7. *num.* 11, *ad* 5. quem refero *dict. c.* 21. *num.* 58.

11 Matrimonium contractum coram Parocho, qui non sit Sacerdos, valet. *Sacra Congregat. Concil.* de qua N.col. Garcia *de benefic. p.* 9. *cap.* 2. *numer.* 195.

12 Matrimonium meotito nomine, vel cogno-

mine adhuc prima vxore viuente cum alia contrahens vltra pœnas, quibus ipse ordinariè puniri solet, damnari debet ad triremes in perpetuũ, quòd si inhabilis repertus fuerit, publicè fustigetur, & damnetur ad carceres in perpetuũ: si verò pro qualitate & enormitate delicti grauiores pœnas meruerit, etiam Curiæ secularis arbitrio Sacræ Congregationis S.R.E. Cardinalium in vniuersa Rep. Christiana contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum puniendi traduntur. *Vrbanus VIII. constit. 37. alias 47.* incip. *Magnum in Christo 20. Iunij* 1637. apud Angel. Mariam Cherub. *in appendice Bullarij tom. 4. pag. 60.*

13 Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam à proprio Parocho vnius ex contrahentibus, & ignorat se illam habere, prout ignorat vnus ex contrahentibus, est inualidum. *Sacra Cong. Conc. sub die 5. Decembris 1626. & sub die 15. April.* 1628. penes Sellium *in selectis Canon. c. 22 num.* 15. quem refero *in collect. ad Triden. sess. 24. de reform. matrim. c. 1. n. 118. & de officio, & potestate Episcopi p. 2. alleg. 32. n. 130.*

14 Matrimonium celebratum coram Parocho, qui habet suam collationem nullam ob nullitatem concursus propter defectum examinatorum Synodalium, est validum. *Sacra Congr. Conc in Ceneten. 31. Iulij* 1627. quem refero *de officio, & potest. Parochi c. 22. nu. 41.*

15 Matrimonium contractum coram Sacerdote, cui asserebat vnus ex contrahentibus se habuisse licentiam à Parocho, vt ipsemet matrimonium contraheret cum F. coram ipso, si re vera non esset vera huiusmodi licentia, non valet. *Sacra Congreg. Conc. 7. Septembris* 1620, quam citat Sellius *d. cap. 22. num. 15.*

16 Matrimonium si contractum sit coram Sacerdote alieno absque Parochi, vel Ordinarij licentia, debet Ordinarius irritum declarare, non irritare; quia cum Concilium irritum fecerit, non est vlterius irritandum, sed opus est sola declaratione quod irritum sit. *S. Congr. Conc.* referente Piasec. *in praxi Episcop p. 2. c. 4. n. 2.*

17 Matrimonium contractum in Parochia habitationis vxoris coram Parocho viri & è conuerso, validum est. *Sacra Congr. Conc.* recedens à priori contraria decisione penes meipsum *de officio, & potest. Parochi cap. 21. num* 45.

18 Matrimonium cuiusdam iuuenis cum meretrice contractum, qui dubitauerat illud in propria ciuitate contrahere, adhibendo Concilij Trident. solemnitates, eo quod iuuenis parentes ei impedimento de facili futuri erant, & propterea Romam venerunt, & coram testibus, & Parocho in Parochia, in qua aliquantulum permorati erant, matrimonium contraxerunt per verba de præsenti, fuit validum iudicatum. *Sacra Cong. Conc. in Senen.* 17. *Maij* 1600. cuius memini *dict. capit. 21. numer.* 40.

19 Matrimonium contractum post quartum habitationis mensem à muliere coram Parocho oppidi, ad quod à ciuitate in qua habitabat, ad scandala submonenda iussu Principis secularis translata fuerat, sub præcepto illic non discedendi, donec aliud statutum non esset, est validum. *Sacra Congr. Conc. sub die 26. Iunij* 1621. quam refert Sellius *d. c. 22. n.* 15. per doctrinam Deciani *in tract. crimin. lib. ... cp. 16. n. 6.* Feder. de Senis aca... orum, quos ... Sanch. *de Matrim. lib. 3. disput. 23. quæst. 1. & 3.*

20 Matrimonium nullum ex publica causa noua indiget præsentia Parochi ad illud conualidandum, & non valet dicere fuisse ratificatum per copulam subsequutam, & dicitur notorium, ac reputatur publica causa, si constet ex libro baptizatorum aliquem ex contrahentibus tempore matrimonij non esse legitimæ ætatis. *Sacra Congr. Conc. in Balneoregien. 8. Iunij* 1619. de qua attestatur Sellius *d. cap. 22. num. 6.*

21 Matrimonium coram Parocho & testibus contractum hac conditione, *Si mulier est legitima*, subsequuta copula non est validum si postea constiterit mulierem esse illegitimam. *Sacra Congregat. Conc. de anno* 1620. attestante Sellio *d. cap. 22. numero 17.*

22 Matrimonium contractum sub conditione apposita per virum, *Si id saluo honore meo fieri potest, & si fratribus meis placuerit*, & non expectato conditionis euentu subsequuta fuerit copula cum affectu maritali, est validum, quia re vera gratia non confertur sub conditione, sed completa voluntate actus. *Sacra Congr. Conc. sub die 13. Augusti* 1622. teste Sellio *d. c. 22. n. 18.*

23 Matrimonium quando contrahitur inter duos alienigenas, & à paruo tempore in Parochia habitantes, qui tamen sunt cogniti, quod non sunt de comprehensis inter vagabundos, proprius eorum Parochus esse intelligitur, in cuius Parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahitur. *Sacra Cong. Conc sub die 21. Martij* 1602. de qua Sellius *d. cap. 22. n.* 30.

24 Matrimonium celebratum extra locum propriæ habitationis, & in loco vbi non erat publicatum Concilium absque illius solemnitatibus, validum est si recessus à loco habitationis fuit factus ad euitanda impedimenta, puta inimicitias, & obstacula parentum. *Sacra Congr. Concil. 7. Februarij* 1602. vt per Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 72. num. 12.*

25 Matrimonium non est legitimum si contrahatur inter se transferentes ad locum in quo Concilium non est promulgatum sub animo sine Parocho, & testibus contrahendi. *Sacra Congr. Conc. in Colonien. 5. Septembris 1626. & in Antuerpien. 9. Decembris* 1628. quarum memini *de officio, & potest. Parochi cap. 21. num. 93.*

26 Matrimonium vt possit celebrari tempore Aduentus inter Christianos in terris infidelium ex causa conceditur. *Sacra Congr. Rit. in Pedana 28. Aprilis* 1607. penes Aldan. *d. tit. 72. num. 13.*

27 Matrimonia contracta absque obseruatione formæ à Concilio præscriptæ valida sunt, vbi decretum *Concilij c. 1. sess. 24. de reform. matrim.* non est publicatum *Sacra Congr. Conc in Carpentoraten. 17. Iunij 1617. & in Bossanen. 14. Aprilis* 1611. de quibus Aldan. *d. tit. 72. num. 14.*

28 Matrimonium contractum clandestinè inter puberem, & impuberem in sponsalia de futuro resoluuntur per *cap. vnic §. 1. de despons. impub. lib. 6. Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. 8. n. 25.*

29 Matrimonium reputatur ratum, & non consummatum ad effectum vt vnus ex contrahentibus, alio contradicente possit ingredi Religionem, si post illum contractum coram Parocho, & testibus, copula non intercesserit, quamuis prius non semel etiam cum promissione de contrahendo fuissent fornicati. *Sacra Congregat. Conc. sub die 18.*

Nouembris 1618. quam citat Aldan. *d. tit.* 72. *n.* 15.

30 Matrimonium ratum non consummatum licet per ingressum Religionis dissoluatur, tamen fallit quoad Iesuitas, qui si ingrediantur Congregationem post dictum matrimonium, quia post longum tempus emittunt professionem, non dissoluitur ne vnus diu expectare cogatur. *Sacra Cong. Conc. sub die* 26. *Aprilis* 1621. quam adducit Aldan. *d. tit.* 72. *n.* 16.

31 Matrimonium contrahi potest absque dispensatione in hoc casu Ioannes Baptista erat coniunctus in secundo & tertio consanguinitatis gradu cum quondam Lacteria prima vxore Poliminij, qui Polminius prima vxore Lacteria mortua secundam duxit Bastianam, quæ mortuo Polminio potest nubere dicto Ioanni. *Sacra Congr. Conc. in Ferensil.* 13. *Maij* 1628. apud Aldan. *d. tit.* 72. *num.* 17.

32 Matrimonium contractum à filia propter metum mortis à matre illatum est inualidum, etiamsi per obitum matris per septennium cum viro permanserit, & filios susceperit. *Sacra Congr. Conc. in Romana* 15. *Septembris* 1629. per Seraphin. *decis.* 900. & Gregorium XV. *decis.* 395.

33 Matrimonia inualidare non potest Episcopus per sua decreta Synodalia, quæ clandestinè sine Parocho & testibus contracta essent, si ibi non esset publicatum Concilium Tridentinum, ita vt matrimonia post huiusmodi decretorum publicationem aliter contracta, si nullum aliud obstet legitimum impedimentum, valida ac firma sint, ideoque coniuges, qui aliàs inter se validè matrimonia contraxerunt, illisque postea per Episcopum tanquam contra formam sui decreti nullis declaratis separati fuerunt, ac insimul habitare desierunt, omnino cogendi sunt vt in dictis matrimoniis contractis permaneant, atque vnà simul tanquam veri coniuges cohabitent: ij verò, qui primis matrimoniis aliàs validè & publicè contractis, & consummatis, ab Episcopo vigore dictorum decretorum nullis declaratis secundo contraxerunt, similiter ad priora redire, ac in illis permanere cogendi sunt, vt huiusmodi secunda matrimonia post publicationem, & consummationem priorum contracta nullo modo etiam prætextu cuiusuis gratiæ, & imminentis scandali tolerari possont, aut debent. *Sacra Congr. Conc. Russiæ* 18. *Nouembris & 2. Decembr.* 1628. de quibus mentionem facit Aldan. *d. tit.* 72. *num.* 20.

34 Matrimonia ritè & legitimè celebrare possunt Parochi absque Episcopi licentia nisi Episcopus ex legitima causa aliter præscripserit. *Sacra Congr. Conc. in Turritana* 22. *Martij* 1633. cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap.* 21. *num.* 29. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Horæ Matutinæ recitandæ sunt nocturno tempore si adsit consuetudo.*

2 *Senes, & alij legitimè impediti si horis Matutinis de nocte interesse non possunt, lucrantur distributiones quotidianas.*

3 *Matutinum, quod secundum regulam Ordinis recitari debet media nocte, quod ex causa possit hora octaua noctis recitari conceditur.*

4 *Matutinum, quod recitabatur media nocte vt possit recitari hora prima noctis conceditur ob aeris intemperiem.*

5 *Matutinum quod media nocte à Clero Cathedralis recitari consueuerat, vt in futurum albescente die cantari possit ex causis conceditur.*

6 *Matutinum quod recitari solebat à Canonicis vna hora post ortum solis, non est ante ortum solis inchoandum.*

7 *Defunctorum matutinum in festo omnium Sanctorum ad Vesperam non recitandum.*

Matutinum.

Collect. CCCCLXVI.

1 Matutinum siue Matutinæ Horæ recitandæ sont nocturno tempore si adsit consuetu-
2 do. Senes verò & alij legitimè impediti si interesse non possint, lucrantur distributiones quotidianas. *Sacra Cong. Rit. in Mazarien.* 20. *Decembris* 1601. quam citat Sellius *in selectis Canon. cap.* 29. *num.* 71.

3 Matutinum quod secundum regulam Ordinis recitari debet media nocte, vt ex causa recitari possit hora octaua noctis, conceditur. Sacra Congr. Rit. in causa ciuitatis Angelorum, siue in Thaxcalan. in Indiis Occidentalibus 12. Nouembris 1605. teste Ioan. Maria Nouar. in lucerna Regular. verbo Matutinum num. 1.

4 Matutinum quod recitabatur Media nocte vt possit recitari hora prima noctis ob aëris intemperiem, & aduersam valetudinem Monialium, conceditur Monialibus sanctæ Catharinæ Senensis, *Sacra Congr. Rit. in Thaxcalan. in Indiis Occidentalibus* 20. *Iunij* 1609. penes Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Matutinum num.* 2.

5 Matutinum quod media nocte à Clero Cathedralis Ecclesiæ recitari consueuerat, vt in futurum albescente die cantari possit, ex causis narratis fuit concessum. *Sacra Congr. Rit in Oscen.* 21. *Iulij* 1607. quam refert Sellius *d. cap.* 29. *n.* 73.

6 Matutinum quod recitari solebat à Canonicis vna hora post ortum solis, non est ante ortum solis inchoandum. *S. Cong. Rit. in Asculana* 16. *Septembris* 1606. attestante Sellio *d. cap.* 29. *num.* 74.

7 Matutinum defunctorum in festo omnium Sanctorum ad Vesperam recitandum non est, sed ipsamet die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum post laudes diei recitari debet. *Sacra Cong. Rit. sub die* 1. *Septembris* 1607. cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap.* 10. *n.* 29.

De Matutino Gauant. *in rubricas Breuiarij sect.* 4. *cap.* 1.

S. Mauri festum. Vide in verbo *festum collect.* 356. *num.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Infirmos ad Confessionem suorum peccatorum medici ad eos curandos vocati hortari debent.*

2 *Infirmos non confessos post tertiam diem medici visitare prohibentur.*

3 *Infames perpetuò sunt, & gradu medecinæ omnino priuantur medici non seruantes Constitutionem Innocentij III.*

4 *Iudæi, vel infideles medici non possunt curare Christianos infirmos.*

5 *S. Medici corpus pro tali habendum, quod inuentum fuit in terra Otriculi.*

Medicus.

Collect. CCCCLXVII.

1 MEdicus ad infirmum curandum vocatus,
eum adConfessionem suorum peccato-
2 rum hortari debet. Et illi prohibetur infirmos
3 non confessos post tertiam diem visitare. Qui
si non seruauerit in visitatione infirmorum ad le-
ctos iacentium Constitutionem Innocentij III. de
qua in cap. Cum infirmitas, de pœnit. & remiss.
vltra pœnas in ea contentas, fit perpetuò infamis,
& gradu medicinæ omnino priuatur. *Pius V. const.* 3. incip *Super gregem Dominicum* 8. *Martij* 1566. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 178. aliàs *pag.* 134. in nouiss. impr. de cuius materia agunt Scortia *in selectas summorum Pont. Constit. epit.* 88. Ioann. Anton. Nouar. *in sum Bullarum tit. de medicis*, Ego ipse *de officio, & potest Episcopi p.* 3. *alleg.* 91.

4 Medici Iudæi vel infideles prohibentur curare Christianos infirmos. *Paulus IV. constit.* 3. incip. *Cum nimis pridie Id. Iulij* 1555. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 720. alias *pag.* 549. *Gregorius XIII. constit.* 68. incip. *Alias* 30. *Martij* 1581. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 449. aliàs *pag.* 338. in nouiss. impress. Scortia *in selectas Constit. epit.* 131.

5 *S. Medici* mart. corpus in terra Otriculi pro sali haberi, & venerari debere atque ad Ecclesiam Cathedralem transferri posse censuit, & concessit *Sacra Cong. Rit in Narnien. Otriculi* 6. *&* 16. *Iulij* 612. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 18 *de Sanctis n.* 176.

Memorialia in S. Congregatione Rituum recipienda, Vide verbo *Congregatio sacrorum Rituum collect.* 212. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Episcopis subsunt Mendicantes in concernentibus administrationem Sacramentorum.*

2 *Sacerdotes seculares prohibere non possunt Mendicantes celebrare in eorum Ecclesiis.*

3 *Ordines recipere volentes Mendicantes ab Episcopis examinandi sunt.*

4 *Nuptias benedicere non possunt absque Parochorum licentia.*

5 *Exemptionibus, priuilegiis, & indultis quibus gaudeant Mendicantes? remissiuè.*

6 *Sacrum ante lucem hodie facere non possunt Mendicantes.*

7 *Eleemosynarum à quæstuatione prohiberi non debent Mendicantes.*

8 *Eleemosynas ne quærant Mendicantes in diœcesibus vbi habent Conuentus nequaquam ab Episcopis prohiberi possunt.*

9 *Ordinario licentiam ostendere tenentur Mendicantes à suis Superioribus datam ad quærendas eleemosynas.*

10 *Processionibus publicis & generalibus interesse compelli possunt Mendicantes ab Episcopo.*

11 *Præcedentiam Monachis tribuere debent Mendicantes semper, & vbique.*

12 *Seminario contribuere debent Mendicantes ex redditibus beneficiorum monasteriis annexorum.*

13 *Portio debita seminario ratione beneficiorum exigi potest post vnionem eiusdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegiis gaudent.*

14 *Absoluere à casibus Episcopo reseruatis non possunt Mendicantes vigore Maris magni.*

15 *Transitus ex Ordine Mendicantium datur solummodo ad Carthusianos.*

16 *Fratres sanctissimæ Trinitatis qualiter possint se transferre ad Ordines Mendicantes.*

17 *Religiosi verè Mendicantes qui sint, referuntur.*

18 *Canonici Regulares qui de priuilegiis Mendicantium participent? referuntur.*

19 *Monachi qui de priuilegiis participent Mendicantium, referuntur.*

20 *Fratres Religiosi qui de priuilegiis Mendicantium participent, referuntur.*

21 *Clerici Regulares, qui de priuilegiis Mendicantium participent, etiam referuntur.*

Mendicantes Religiosi.

Collect. CCCCLXVIII.

1 MEndicantes Religiosi in concernentibus
administrationem Sacramentorum Episco-
2 pis subsunt; non possunt prohibere Sacerdotes
3 seculares in eorum Ecclesiis celebrare: ad Ordines
3 promouendi ab Episcopis examinandi sunt; non
4 possunt nuptias benedicere absque consensu Parochorum, excommunicatos ad Religionem recipere prohibentur. *Leo X. constit* 22. incip. *Dum intra* 14. *Kalend Ianuarij* 516. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag* 509 alias *pag.* 451. in nouiss. impress.

5 Mendicantes Religiosi quibus gaudeant exemptionibus, statuit *Pius V. const.* 11. incip. *Dum ad vberes* 19. *Iulij* 1566. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag* 191. aliàs *pag* 144. in nouiss. impress. Et quibus priuilegiis & indultis, idem *Pius V. constit.* 41. incip. *Etsi Mendicantium* 11. *Kalend. Iunij* 1567. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 228. aliàs *pag.* 172. quarum meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Mendicantes numer.* 45. *&* 46.

6 Mendicantes non possunt hodie vti priuilegiis faciendi Sacrum ante lucem, quibus ante Concilium Trid. vtebantur. *Sacra Cong. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic in addit. p. .cap.* 2. *n.* 520. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Mendicantes n.* 44.

7 Mendicantes nullatenus à quæstuatione, quæ de licentia suorum Superiorum fit, & in dies fieri contingit, prohiberi debent. *Sacra Cong. Episcop. & Regul.* penes Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo Mendicantes n.* 36.

8 Mendicantium Ordinum Fratres nequaquam possunt ab Episcopis prohiberi quominus per se ipsos in diœcesibus, vbi habent Conuentus, eleemosynam quærant, sed tantum si extra loca vbi monasteria existant, quæritare voluerint, tenentur suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere. *Sacra Cong. Conc. de anno* 1621. de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Mendicantes n.* 35.

9 Mendicantes tenentur ostendere Ordinario licentiam quærendi eleemosynas à suis Superioribus sibi datam. *Sacra Congr. Conc* de qua Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 1. *numer* 47.

10 Mendicantes non possunt ab Episcopo compelli vt accedant ad publicas, & generales processiones. *S. Cong. Rit in Chilen. in Indiis Occident.* 15. *Maij* 1616. cuius meminit Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Mendicantes numer* 42.

11 Mendicantes

11 Mendicantes semper & vbique tribuere debent præcedentiam Monachis. *Sacra Congr. Rit. in Monopolitana 23. Martij* 1619. quam citat Ioann. Maria Nouar *d. verbo Mendicantes, num.* 41.

12 Mendicantes Fratres ex redditibus beneficiorum monasterijs annexorum seminario contribuere debent; nec obest quod prætendant se exemptos, quia videlicet in illis lectiones grammaticæ, & Conscientiæ casuum pro audiendis Confessionibus quotidie habeantur, quia non sunt ob id exempta, sed tantum eius impensæ habendam esse rationem, quæ ante Concilium fieri solebat pro salariis horum lectorum, & ea tanquam æs alienum detrahenda, tenetur tamen ex reliquo ad côtributionem seminario ad ratam. *S. Cong. Conc.* attestante Sellio *in selectis Canon. c.* 10. *n.* 19. quem refero *in collect. ad Trid. sess.* 23. *de reform. c.* 18. *num.* 28.

13 Et portio debita seminario ratione beneficiorum exigi potest post vnionem eiusdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegiis gaudét. *Eadem S. Cong. sub die* 21. *Iulij* 1619. apud Ioan Mariam Nouar. *d. verbo Mendicantes n.* 43.

14 Mendicantes vigore Maris magni non possunt absoluere à casibus Episcopo reseruatis. *Sacra Cong. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *c.* 2. *n.* 268. Ioã. Maria Nouar. *d. verbo Mendicãtes n.* 45.

15 Mendicantium Ordinum Regulares non possunt transire ad alium Ordinem præterquam ad Carthusianos, inter quos postquam Mendicantes huiusmodi iuxta constitutionem Clementis VIII. voce actiua & passiua careant, atque ad quæuis officia, ac ministeria, ac gradus istius Religionis perpetuò inhabiles existant. *S. Cong. Episcop. & Regul. de mense Martij* 1596. cuius memini *de iure eccles. vniu. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 53.

16 Mendicantium ad Ordines non possunt Fratres Sanctissimæ Trinitatis se transferre nisi petita à Superioribus licentia cognitaque & approbata prius ab hac Sacra Congr. transitus causa, atque inuentis in Religione, ad quam transire intendunt, beneuolis receptoribus, necnon seruata, vbi opus fuerit, felicis record. Sixti *Papæ V.* constit. *S. Cong. Episc. & Regul. die* 15. *Martij.* 1616. penes Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo translatio n.* 11. metipsum *d. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 54.

17 Mendicantes Religiosi principaliores quattuor sunt. Prædicatores, Minores, Eremitæ Sancti Augustini, & Carmelitani vltra quos alij verè Mendicantes dicuntur, videlicet Serui B. Mariæ. *Pius V. constit.* 44. incip. *Romanus Pont.* 1. *Octobris* 1568. apud Laert. Cherub *in Bullario tom.* 2. *pag.* 241.

Minimi sancti Francisci de Paula. Idem *Pius V. constit.* 49. incip. *Apostolicæ Sedis* 9. *Nouembris* 1567. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 245.

Iesuati Congregationis S. Hieronymi, idem *Pius V. constit. sua* incip. *Romanus* 19. *Nouembris* 1567. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 245.

Iesuiti, Patres scilicet Societatis Iesu, idem Pius *V. constit.* 131. incip. *dum indefensa* 7. *Iulij* 1571. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 344.

Carmelitæ discalceati. *Clemens VIII. constit.* 101. incip. *Romanum Pontif. decet* 20. *Augusti* 1603. apud Laert. Cherubin. *tom.* 3. *pag.* 147. & omnium meminit Zerol. *in praxi Episcop. part.* 2. *verbo Mendicantes,* §. 1.

18 Mendicantium de priuilegiis participant.

Canonici Regulares Lateranenses, & sanctæ Crucis Conimbricensis. *Pius V. constit.* 41. incip. *Supernæ dispositionis arbitrio* 17. *Kalend. Septembris* 1567. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 228.

Canonici Regulares sancti Saluatoris Bononiensis. *Iulius II. constit.* 30. incip. *inter cæteros* 4. *Non. Aprilis* 1512. apud Laert. Cherub *tom.* 1. *pag.* 450.

Canonici Regulares S. Georgij in Alega. *Pius V. constit.* 92. incip. *Ex incumbenti nobis* 3. *Id. Nouembris* 1569. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 294.

19 Mendicantium de priuilegiis participant plures Monachi.

Cassinenses *Iulius II. constit.* 1. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 402. Vallis vmbrosæ *Pius V. in d. constit.* 41. incip. *Ex supernæ dispositionis arbitrio* apud Laert. Cherub. *tom.* 2 *pag.* 228.

Camaldulenses. *Gregorius XIV constit.* 18. incip. *Ex iniuncto nobis* 24. *Septembris* 1591. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2 *pag.* 128.

Cistercienses Congregationis sancti Bernardi in Italia Regularis obseruantiæ. *Gregorius XIV. constit.* 15. incip. *Romanus Pont.* 28. *Iulij* 1592. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 704.

Cistercienses reformati Congregationis B. Mariæ Fuliensis. *Sixtus V. constit.* 70. incip. *Super specula, Idib. Nouembris* 1587. apud Laert. Cherubin. *d. tom.* 2. *pag.* 600. *Paulus V. constit.* 23. *alias* 18. incip. *Diuina disponente clementia* 5. *Idib. Iulij* 1606. & in alia incip. *In supereminenti* 28. *Nouembris* 1607. apud Laert. Cherub. *tom.* 3 *pag.* 204.

Cælestini. *Vrbanus VIII. constit.* 24. incip. *Sacrosancti decimo quarto Augusti* 1624.

Siluestrini. *Paulus V. constit.* 8. incip. *Religiosorum sub die* 23. *Nouembris* 1616. apud Laert Cherub. *d. to.* 3.

Montis Virginis. *Paulus V constit. sua,* incip. *Pastoralis* 19. *Maij* 1611. apud Laert. Cherub. *to.* 3. *pag.* 315.

Sancti Basilij. *Gregorius XIII. constit.* 58. incip. *Benedictus Kalend. Nouembris* 1579. apud Laert. Cherub *d tom.* 2. *pag.* 413.

Carthusiani. *Gregorius XV. constit.* 42. incip. *Ad vberes* 3. *Februarij* 1621.

20 Mendicantium de priuilegiis participant plures Fratres.

S. Spiritus in Saxia. *Sixtus V. const. sua* incip. *Exigit* 13. *Augusti* 1586. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2.

S. Hieronymi Hispaniarum. *Pius V. const.* 41. incip. *Supernæ dispositionis arbitrio* 17. *Kalend. Septembris* 1567. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2. *pag.* 228.

S Hieronymi Congregationis B. Petri de Pisis. *Pius V. constit.* 125. incip. *Religionis* 30. *Martij* 1571. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 337.

S Hieronymi de Fesulis. Pius V. d. const. 41. incip. Supernæ.

Cruciferi. *Gregorius XIV. const.* 13. incip. *Romanus Pontifex* 11. *Iulij* 1591. apud Laert. Cherub *to* 2. *pag.* 704.

Sanctissimæ Trinitatis discalceati. *Paulus V. constit.* 60. incip. *Ecclesiæ Catholicæ* 13. *Decemb.* 1609. apud Laert. Cherub. *tom.* 3 *pag.* 248.

Militiæ Iesu Christi reformati in Portugalia. *Pius V. d. constit.* 41. incip. *Superna.*

21 Mendicantium de priuilegiis participant plures Clerici Regulares.

Theatini. *Clemens VII. const.* 38. §. 11. incip. *Dudum pro parte* 7. *Maij* 1533. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag* 605.

Somaschini *Paulus V. const.* 37. §. 1. incip. *Ex quo diuina Maiestas* 9. *Nouembris* 1607. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 226.

Minores. *Gregorius XIV. const.* 13. incip. *Romanus Pont.* 28. *Februar.* 1591. apud Laert. Cherub. *to.* 2. *pag.* 704.

Ministrantes Infirmis. *Gregorius XIV. const. 16. incip. Illius qui pro gregis §.26. sub dat. 11. Kalend. Octobris* 1591. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 706.*

Matris Dei scholarum piarum. *Gregorius XV. in const. sua sub dat. 15. Octobris 1622.*

Mensa.

Collect. CCCCLXIX.

Mensa, seu credentia, in qua apponuntur Calix, Patena, candelabra, &c. non potest ab Ordinario prohiberi quin apponatur iuxta rubricas Missalis, dum Missa solemnis celebratur, dummodo iuxta modum & formam in illis præscriptam præparetur, & ordinetur. *Sacra Congr. Rit. in Pennen. 4. Iulij 1615.* cuius meminit Sellius *in select. Canon cap. 47. n. 51.*

Mercenarij Fratres, vide in verbo *Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum collect. 375.*

Messanen. ciuitatis Iurati, vide in verbo *Iurati, collect. 439.*

Metropolitanus.

Collect. CCCCLXX.

Metropolitani electio semel facta ab Episcopo exempto, vt ad eius Synodum prouincialem conueniat, ligat successores, itaut non possit amplius mutari, & semper in futurum ad illam accedere teneatur. *Sacra Congr. Conc.* testibus Quaranta *in summ Bullarij verbo Concilium prouinciale qu. 1. in fine*, Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Episcopus pag. 100. collect. 7.*

Vide in verbo *Archiepiscopus collect. 41.*

Miles.

Collect. CCCCLXXI.

1 Milites in monasteriis, & locis piis se recipere non possunt. *Pius V. constit. 148. incip. Cum sicut de anno 1572.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 360. aliàs pag. 270. in nouiss. impress.*

2 Milites hospitari facere non potest Magistratus secularis in domibus ecclesiasticarum personarum, quamuis laicis locatis, cum per indirectum in bonorum ecclesiasticorum præiudicium redundet. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Nouarien. 9. Iunij 1617.* penes Antonin. Dianam *in resolut. moral. p. 4. tract. 1. resol. 32.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo immunitas ecclesiastica n. 7.* Bonsadin. *in thesaur. eccles. decis. resol. 20. n. 3.* quem refero *in collect. ad Trid. sess. 25. de reform. c. 20. n. 3.*

Milites Regulares, vide in verbo *Equites Regulares collect. 303. cum seqq.*

Militum Lauretanorum Collegij erectionem, gratiarumque & priuilegiorum concessionem fecit Sixtus V. *constit. sua incipit Postquam, publicata die 5. Iulij 1586.* vbi creat collegium vnum ducentorum virorum militum Lauretanorum participantium nuncupandorum, declaratque prædictos milites Lauretanos veros, & indubitatos familiares, continuos commensales Romanorum Pontif. pro tempore existentium esse, ac in quibuscunque Apostolicis & aliis litteris, scripturis, & actibus publicis & priuatis se tales scribere, & nominare, ac ab aliis nominari debere: necnon eo ipso quod ad officium Milites huiusmodi admissi fuerint, eos, & cuiuslibet eorum filium primogenitum natum, vel nasciturum nobiles, ac Aulæ Lateranen. Comites, illosque ex eisdem Militibus, qui Clerici in dictæ Sedis notarios, qui vero laici fuerint in Auratæ Militiæ Milites: ita quod etiamsi Milites Lauretani, participantes esse desierint, nihilominus Comites Aulæ Lateranens. & Notarij dictæ Sedis, ac Milites Aurati respectiuè, sine tamen præiudicio participantium, etiam cum dicto filio primogenito esse non desinant, ex nunc prout ex tunc, & econtra facit, creat, atque recipit, aliorumque nobilium, & Aulæ Lateranens. Comitum, & Sedis Notariorum ac Militum huiusmodi numero & consortio fauorabiliter aggregat. Et insuper cum dictis Militibus Lauretan. tam in Romana Curia quam extra eam residentibus, etiam si merè laici, & coniugati fuerint, cum Militibus etiam Clericis quascunque pensiones annuas super fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, vel ipsos fructus, redditus, & prouentus loco pensionum similium percipiendibus, etiamsi eos pro tempore coniugatos fieri contigerit, vt illis quandiu officium Militis huiusmodi obtinuerint, dumtaxat quæcunque pensiones annuæ, vel fructus, redditus, & prouentus loco pensionum huiusmodi summam ducentorum ducatorum auri de Cam. non excedentes, quæ transeant ad successores in beneficiis, & à decimis, subsidiis, & aliis oneribus ordinariis & extraordinariis pro tempore impositis liberæ sint, etiam sine causa reseruatæ super Cathedralium etiam Metropolitan. & Patriarchalium Ecclesiarum & monasteriorum etiam Consistorialium, Prioratuum, Præpositurarum, & aliorum quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum Secularium, & quorumuis ordinum Regularium cum cura, & sine cura, etiamsi Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates etiam maiores, & principales, Personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, cuiuscunque annui valoris, fructus, redditus, & prouentus, qui pensio, seu pensiones annuæ huiusmodi fuerint, non tamen vltra summam ducentorum ducatorum similium in totum pro vno quoque Milite Lauretano etiam à Curia absente, etiamsi in eadem Curia nunquam fuerit, neque ipsum ad eam venire contigerit, & quolibet officio reseruari, constitui, & assignari posse concedit: quodque ipsi Milites Lauretani vnam, vel plures pensiones, seu illarum loco quoscunque fructus, redditus, & prouentus mensarum Episcopalium, vel Archiepiscopalium etiam Patriarchalium, & monasteriorum etiam Consistorialium hactenus, & pro tempore reseruatos habentes super quibusuis Ecclesiis, monasteriis, ac beneficiis prædictis illos, etiamsi matrimonium contraxerint, vsque ad summam ducentorum ducatorum huiusmodi, & non vltra pro quolibet officio nulla compositione soluta retinere, & huiusmodi pensiones, & fructus vsque ad summam & quantitatem prædictas eis reseruatas, seu reseruandas consequi, & habere, ac quoad vixerint percipere, exigere, & leuare, ac in suos vsus & vtilitatem conuertere absque alia dispensatione vel licentia desuper obtinenda liberè, & licitè valeant cum omnibus & singulis indultis, clausulis, & cautelis in similibus apponi solitis:

folina: ita tamen quod laici milites Lauretani pensiones ac fructus prædictos percipientes in habitu armatæ militiæ vito equiti conuenienti in expeditionibus Cruciatæ, & Conciliis absque alio stipendio, expensis tamen sanctæ Sedis cum vno equo ratione pensionis Romanos Pont. pro tempore existentes sequi debeant. Insignia Collegij Militum prædictorum esse vult imaginem Gloriosæ Virginis Lauretanæ ab vna parte alicuius pendentis aurei, & ab altera insignia Romanorum Pontif. per quos admittantur, ad pectus per quemlibet ex dictis Militibus, & non per alios gestanda. His verò, qui insignia huiusmodi deferent, vt ensem, & alia arma non prohibita in Vrbe & toto Statu Ecclesiastico, quibusuis prohibitionibus, & bannimentis nequaquam obstantibus deferre valeant, pariter indulgetur, voluitque quod milites, qui pro tempore fuerint de eorum officiis, seu locis, & emolumentis, quæ cum quibusuis aliis dictæ Curiæ officiis compatibilia existant, & per quoscunque nedum vnum, sed plura simul, vel successiuè, etiam vltra decem obtineri valeant disponere, & in illa in manibus Summorum Pontif. quando ipsis Militibus placuerit, & in fauorem personarum per ipsos nominandarum ad instar aliorum officiorum dictæ Curiæ resignare liberè & licitè valeant, ac resignationes huiusmodi validæ, & efficaces existant, & suos effectus sortiri debeant; & eisdem Militibus Lauretanis, eorumque in militum officiis huiusmodi successoribus perpetuum annuum reditum octo millium scutorum similium eis per Datarium ex quibusuis datariæ redditibus, & emolumentis singulis mensibus integrè persoluendum perpetuò concedit & assignat Facultas tamen transferendi pensiones huiusmodi modo & forma in hac Bulla tradita, sublata fuit.

Idem Sixtus V. *in alia sua Constit.* incip. *Ad exequendum, publicata die 16. Septembris* 1586 declarauit & extendit dicta priuilegia, præcipuè vt plura militum Lauretanorum, officia, etiam vsque ad numerum viginti ab vno simul & pro quolibet officio summa ducentorum ducatorum in pensionibus annuis, retineri, vel obtineri valeant. Et in alia *sua Constit.* incip. *Romanum* 15. *Kalend. Augusti* 1588. erigit, & aggregat alia sexaginta officia Militum Lauretanorum cum extensione, & applicatione priuilegiorum. Et in *alia sua Constitut.* incip. *Suler*, *Kalend Nouembris* 1588. erigit similiter & aggregat alia quadraginta officia Militum Lauretanorum cum eadem ampliatione & extensione priuilegiorum.

Minister Generalis de Obseruantia.

Collect. CCCCLXXII.

1 Minister Generalis Ordinis sancti Francisci de Obseruantia legitimè vsus fuit, & vti potest titulo & sigillo cum inscriptione. Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. *Congreg. Rit. sub die* 22. *Martij* 1611. de qua meminerunt Tamburin *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 25. *q.* 8. *n.* 13. & 14. Ioan Maria Nouar *in lucerna Regul. verbo Minister n.* 1. Ego ipse *de iure eccles. vniuerso, lib.* 1. *c.* 43. *num.* 196.

Barbos. Apost. Decis. Sam.

Ministrantes infirmis Clerici Regulares vide in verbo *Clerici Regulares ministrantes infirmis collectan.* 171.

Minores Fratres, vide in verbo *Fratres Minores Ordinis S. Francisci Assisinatis, collect.* 386.

Minimi Fratres, vide in verbo *Fratres Minimi S. Francisci de Paula collect.* 389.

Minores clerici Regulares, vide in verbo *Clerici Regulares Minores, collect.* 170.

Miracula.

Collect. CCCCLXXIII.

1 Miraculorum super verificatione & approbatione formare processus, & examinare testes non spectat ad Prælatum inferiorem habentem iurisdictionem quasi Episcopalem in loco, in quo miracula meritis & intercessione B. Virginis operata sunt, sed ad Episcopum in cuius diœcesi locus ipse in qua adest miraculosa imago, situs est. *Sacra Congregat. Rit. in Praten.* 3. *Decembra* 1616. teste Sellio *in selectis Canonn. cap.* 56. *num.* 18.

2 Miracula noua tam personæ non canonizatæ quàm Sanctorum canonizatorum nulla admittenda sunt, nisi recognoscente, vel approbante Episcopo *S. Cong Conc de anno* 1626. quam authenticam penes me seruo, & refero *in collect. ad ca.* 5. *de Reliq. & Venerat. Sanctor. n* 2.

SVMMARIVM.

1 *Sacrificium verum propriam & propitiatoriam offertur Deo in Missa.*

2 *Licentia celebrandi Missas, vel faciendi illas celebrare Vespertino tempore reuocantur.*

3 *Græcis Latino ritu & Latinis Græco ritu Missas celebrare interdicitur.*

4 *Præcepto Ecclesiæ de audienda Missa satisfaciunt illam audientes in Ecclesiis Fratrum Mendicantium Dominicis & festiuis diebus.*

5 *Missam celebrare ante diem, & indebitis horis nulli licet.*

6 *Damnatis ad mortem Missam antè diem per Confraternitatem Misericordiæ celebrari permittitur.*

7 *Inquisitores hereticæ prauitatis possunt Missam celebrantes antequam promoti sint ad Ordinem Presbyteratus.*

8 *Missæ ordinandæ sunt ab eo, cui de iure competit, vel secundùm consuetudinem Ecclesiæ.*

9 *Preces inter Missarum solemnia non recitandæ.*

10 *Pontificales Missas celebrare absente Episcopo ad quem pertineat ostenditur.*

11 *Solemnes Missæ per ordinem quomodo distribuendæ?*

12 *Priuatæ Missæ celebrari possunt etiam dum Horæ Canonicæ recitantur non tamen in Altari maiori.*

13 *Officium vel Missa concedi non potest probata immemoriali super cultu & veneratione alicuius Sancti non canonizati, nec beatificati.*

14 *Regularibus celebrare licet in Ecclesia seculari de consensu Rectoris eiusdem.*

15 *Canonici tenentur cantare Missam de die.*

16 *Regularibus non prohibetur Missam celebrare & campanas pulsare in suis Ecclesiis ante celebrationem*

Missæ & pulsationem campanæ in Ecclesia Parochiali.

17 *Regularibus non licet in suis Ecclesiis admittere clericos seculares ad Missam celebrandam contra prohibitionem Episcopi.*

18 *Regularium in Ecclesiis ut per seculares celebretur nisi prius visis & recognitis eorum literis dimissoriis potest mandari ab Episcopo.*

19 *Antistitis nomine in Canone Missæ non sunt nominandi Regularium Superiores.*

20 *Capellanus Monialium potest cum Missali Romano celebrare missam de Sancto, de quo ipsæ Officium recitant.*

21 *Carmelitis solis conceditur Missa Sanctæ Mariæ de Carmelo.*

22 *Onus quando imponitur in legato pio celebrandi Missam peculiarem de Rosario, eius loco debet celebrari Missa votiua B Virginis de tempore.*

23 *Celebratio Missæ non potest prohiberi in Oratorio ruri ædificato per laicum antequam celebretur Missa in Parochiali.*

24 *Missæ duæ quando in Ecclesia celebrandæ?*

25 *Missæ votiuæ à testatoribus relictæ non sunt acceptandæ nisi in illis diebus, in quibus secundùm regulas Missalis celebrari possunt.*

26 *Missa votiua pro re graui quæ dicatur?*

27 *Canonici deuotionis gratia Missam celebrantes, dum in choro officium dicitur, distributiones quotidianas non lucrantur.*

28 *Parochus in propria Ecclesia, & non in alia Missam celebrare tenetur*

29 *Parochus ob defectum Sacerdotum, Missas duas festis diebus ex concessione Episcopi celebrare poterit.*

30 *Missæ, quæ circumferuntur S. Gregorij pro viuis, & defunctis, quindecim Auxiliatorum, & de Patre æterno prohibentur.*

Missa.

Collect. CCCCLXXIV.

1 Missæ in sacrificio offertur Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium. *Gregorius XIII. constit.* 33. incip. *Sanctissimus, de anno* 1576. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 400. aliàs *pag.* 302. in nouiss. impr.

2 Missas celebrandi vespertino tempore licentiæ ac facultates reuocantur. *Pius V. constit.* 4. incip. *Sanctissimus in Christo pater, de anno* 1566. apud Laert. Cherub. *d. tom* 2. *pag.* 178. aliàs *pag.* 134. de cuius materia Scortia *in selectas Summorum Pontificum Constitutiones epit.* 89. Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de Missarum celebrat. super Bulla Pij V.*

3 Missas Latino ritu Græcis, & Græco ritu Latinis celebrare interdixit *Pius V. constit.* 12. incip. *Prouidentia* 13. *Kalend. Septembris* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 192. aliàs *pag.* 145. in nouiss. impress.

4 Missam audientes in Ecclesiis Fratrum Mendicantium in Dominicis, & festis diebus præcepto Ecclesiæ de audienda Missa satisfaciunt. *Leo X. constit.* 25. *sub. dat.* 13. *Nouembris* 1517. cuius meminere Piasc. *in praxi Episcop. p.* 2. *c.* 3. *n.* 22. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. constit.* 21. *Leonis X. pag.* 185. vbi circa clausulam dictæ Const. *non contempto proprio Sacerdote Parochiali*, ait tunc solum censeri contemptum proprium Sacerdotem quando expressè & formaliter contemnitur, & plenè deseritur Parochia, scilicet quando quis non vult audire Missam in sua Parochia, quia sua Parochia est, nec vult eam audire à proprio Parocho, quia præcisè Parochus est, alioquin auditurus. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 24. *num.* 20. *& de officio, & potest. Parochi cap.* 11. *num.* 15. Item *Pius V. constit.* 41. §. 8. incip. *Et si Mendicantium* 17. *Kalend. Iunij* 1567. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 228. aliàs *pag.* 173.

5 Missam celebrare ante diem, & indebitis horis nulli licet etiam vigore priuilegiorum ante Concilium Trid. concessorum. *Sacra Cong. Conc.* teste Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 21. *n.* 2.

6 Missam ante diem damnatis ad mortem via iustitiæ per Confraternitatem Misericordiæ celebrari permisit *Pius V. constit.* 91. incip. *Cum sicut, de anno* 1569. apud Laert. Cherub *tom.* 2. *pag* 291. aliàs, *pag.* 221. in nouiss. impress.

7 Missam celebrantes ad Ordinem Presbyteratus non promoti ab Inquisitoribus contra hæreticam prauitatem puniuntur. *Gregorius XIII. constit.* 2. incip. *Officij* 6. *Augusti* 1574. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 387. aliàs *pag.* 291. Et Curiæ seculari præuia degradatione tradendi. *Clemens VIII. constit.* 81. incip. *Etsi aliàs* 1. *Decembris* 1601. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 128. aliàs *pag.* 93. de cuius materia Scortia *in selectas summorum Pontificum Constitutiones epit.* 162. quam Constitutionem ad omnes etiam minores vigintiquinque annis, dummodò vigesimum ætatis annum compleuerint, ampliauit *Vrbanus VIII. constit.* 79. incip. *Apostolatus* 23. *Martij* 1628. quarum Constitutionum meminere Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom. in additam. constit.* 6. *Vrbani p.* 493. Lezana *in sum. q. Regul. tom* 1 *cap.* 10. *n.* 22. Ioan. Anton. Nouar. *in summa Bullarum tit. de Sacerdote non ordinato ministrante.*

8 Missæ ordinandæ sunt ab eo, cui de iure competit, vel secundum consuetudinem Ecclesiæ. *Sacra Congr. Rit. in Iuuenacen.* 19. *Nouembris* 1607. *& in Baren.* 19. *Ianuarij* 1608. teste Sellio *in selectis Canon. cap.* 11. *n.* 73.

9 Missæ sacrificium non est interrumpendum recitando preces inter Missarum solemnia post Orationem Dominicam. *Sacra Congreg. Rit. in Oscen.* 11. *Iunij* 1605. penes Sellium *d. cap.* 31. *num* 74.

10 Missas Pontificales celebrare, & distribuere absente Episcopo pertinet ad primam Dignitatem, vel ad secundam, vel ad antiquiorem Canonicum, non autem ad Canonicum hebdomadarium. *Sacra Congr. Rit. in Tarentina* 10. *Ianuarij* 1597. & in *Vallisoletana* 11. *Iunij* 1606. quam refert Sellius *d. cap.* 31. *num.* 76. Vide latè supra in verbo *Dignitas prima collect.* 253. *num.* 12. 13. 16. *&* 18.

11 Missæ solemnes successiuè per Ordinem inter Dignitates sunt distribuendæ, & quæ Missæ solemnes, & minùs solemnes intelligantur, explicauit *Sacra Congregat. Rit in Tarentina cryptaliarum* 27. *Februarij* 1601. quam citat Sellius *d. cap.* 31. *num.* 77.

12 Missæ priuatæ celebrari possunt etiam dum Horæ Canonicæ in choro cantantur. *Sacra Congreg. Rit. in Brundusina* 10. *Decembris* 1601. non tamen in Altari maiore, *Eadem Sacra Congreg.*

in Oscen. 1. *Maij* 1620. penes Sellium *d. cap.* 31. *num.* 78.

13 Missa vel Officium concedi non potest probata immemoriali super cultu, & veneratione alicuius sancti non canonizati, nec beatificati, sed in specie, & in illo loco est probanda immemorialis quoad cultum cum Missa & officio. *Sacra Congreg. Rit.* 20. *Nouembris* 1628. cuius meminit R. P. D. meus Contelor. *de canonizat. Sanctorum cap.* 22. *n.* 19. & refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 97 *propè fin.*

14 Missæ Sacrificium in Ecclesia seculari de consensu Rectoris eiusdem Ecclesiæ Regularibus celebrare licet. *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* 10. *Ianuarij* 1611. attestante Sellio *d. cap.* 31. *num.* 79. quem refero *de officio, & potest. Parochi p.* 1. *cap.* 11. *num.* 51.

15 Missam de die cantare tenentur Canonici vt lucrentur distributiones. *Sacra Congreg. Rit. in Fauentina* 25. *Iunij* 1611. & 08. *Ianuarij* 1612. etiam in illis diebus, quibus cantant aliquam Missam votiuam, *eadem sacra Congreg. in Vrbinaten.* 21. *Iunij* 1611. cuius memini *in tract. de Canon. & Dignit. cap.* 34. *num.* 1.

16 Missas celebrare, & campanas pulsare in suis Ecclesiis ante celebrationem Missæ & pulsationem campanæ in Ecclesia Parochiali non est prohibitum Regularibus: ideóque Ordinarius minimè hoc illis prohibere potest, sed tantum monere populum vt accedant ad Ecclesiam Parochialem ad præscriptum sacri Concilij Trid. *Sacra Cong. Conc. in nullius Ecclesia Rauennaten.* 15. *Septembris* 1619. de qua Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul verbo Missa* n. 10. Ego ipse *de officio & potest. Parochi cap.* 11. *n.* 21.

17 Missæ ad sacrificium non licet Regularibus in suis Ecclesiis admittere Presbyteros seculares contra prohibitionem Episcopi. *Sacra Congreg. Conc in Bononien.* 2. *Iunij* 1620. referente Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. *vers. ad* 12.

18 Missæ in Ecclesiis Regularium ne celebrentur, nisi prius visis & recognitis litteris dimissoriis potest mandare Episcopus loci Ordinarius. *Sacra Cong. Conc.* de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Missa num.* 16. Vide infra *collect.* 659. *num.* 17. Vnde nouissimè eadem *Sacra Congreg. in Limana* 09. *Ianuarij* 1633. censuit Sacerdotes seculares admitti non posse in Ecclesiis Regularium ad celebrandam Missam contra Ordinarij prohibitionem.

19 Missæ in Canone nomine Antistitis, non sunt nominandi Regularium Superiores. *Sacra Congregat. Conc. die* 12. *Nouembris* 1605. apud Ioan. Mariam Nouar. *de loco n.* 14. Gauant. *in rub. Missalis p.* 1. *tit.* 8. *n.* 2 *in fine.*

20 Missa de Sancto, de quo moniales recitant Officium, potest celebrari à Capellano cum missali Romano de communi, vbi in illo propria missa non reperitur. *Sacra Congreg Rit sub die* 20. *Octobris* 1628. attestant hus Gauant *in man. Episcop. verbo Missa votiua num.* 8. Ioan. Maria Nouar. *vbi supra num.* 8.

21 Missa S. Mariæ de Carmelo solis Carmelitis conceditur. *Sacra Congreg. Concil. sub die* 6. *Aprilis* 1628. referente Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Missa, num.* 3 & Missa Rosarij concessa est Dominicanis tantum & non aliis, *eadem Sacra Congreg. Conc.* *sub dicta die & anno*, apud Ioann. Mariam Nouar. *vbi supra num.* 2. Gauant. *in rub. Missalis part.* 4. *tit.* 17. *num.* 9.

22 Missam peculiarem de Rosario celebrandi onus vbi imponitur in legato pio, tunc loco missæ de Rosario celebratur missa votiua B. Virginis de tempore. *Sacra Congreg. Rit. sub die* 6. *Maij* 1623. & 7. *Augusti* & 30. *Septembris* 1628. penes Gauant. *d. tit.* 17. *numero* 9. & *in Polignanen.* 31. *Iulij* 1632. quam citat Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Missa num.* 6.

23 Missæ celebratio non potest prohiberi in Oratorio ruri ædificato per laicum antequam celebretur missa in Parochiali, vel matrice Ecclesia. *Sacra Congreg. Conc. in Caietana* 18. *Septembris* 1627. cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap.* 11. *num.* 23.

24 Missæ duæ sunt celebrandæ in Ecclesia in qua ex legato relicto præcipitur vt singulis Sabbatis celebretur Missa de B. Maria si in Sabbato occurrat festum alterius Sancti. *Sacra Congreg. Rit. in Pampilonen.* 1. *Septembris* 1607. quam refert Sellius *d. c.* 31 *num.* 80.

25 Missæ votiuæ à testatoribus relictæ non sunt acceptandæ de cætero, nisi in illis diebus, in quibus secundum regulas Missalis celebrari possunt: de missis verò iam acceptatis petenda est à Sanctissimo dispensatio pro transferendo in dies, in quibus liceat. *Sacra Congreg Rit. in Turritana* 1. *Septembris* 1612. & 19. *Maij* 1614. quam tradit Sellius *d. c.* 31. *num.* 82.

26 Missa votiua pro re graui quæ dicatur, & quomodo solemniter cum Credo, Gloria, & organo sit celebranda, & cum quo paramentorum colore, deciditur à *Sacra Congreg. Rit. in Placentina* 19. *Maij* 1607 *in resp. ad dub.* 14. Vide in verbo *Credo collect.* 231. *n.* 1.

27 Missam celebrantes Canonici deuotionis causa dum in choro diuinum Officium recitatur, distributiones quotidianas non lucrantur, nisi à Superiore Ecclesiæ iniungatur eis vt eo tempore celebrent, sed ab huiusmodi iussu abstinere debet. *Sacra Congreg. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefic. pag.* 3. *cap.* 2. *num.* 398. & *in Callien.* 29. *Iulij* 1628. *in resp. ad* 4. cuius memini *de Canon. cap.* 25. *num.* 12. *in fine.*

28 Missam in propria Ecclesia & non in alia celebrare debet Parochus quacunque consuetudine contraria non obstante. *Sacra Cong Conc. Lucana* 15. *Septembris* & 17. *Nouembris* 1619. de qua Ego ipse *in collect ad Trid. sess.* 22. *de reform. c.* 8. *n.* 26. & *de potest. Parochi c.* 11. *n.* 3.

29 Missas duas festis diebus poterit Parochus ex concessione Episcopi ob defectum Sacerdotum celebrare. *Sacra Cong. Conc. sub die* 17. *Augusti* 1626. quam citat Sellius *d. c.* 31. *n.* 84.

30 Missas, quæ circumferuntur à sacra Congregatione non approbatas, sancti Gregorij pro viuis & defunctis, quindecim Auxiliatorum, & de Patre æterno, exceptis iis, quæ sunt permissæ Regularibus tantum, veluti Rosarij, sanctæ Mariæ de monte Carmelo, & aliis, sicut etiam Officia ab *Eadem Sacra* Cong. non approbata ipsa super sacris Ritibus prohibuit, reiecit omnino, & damnauit respectiuè, & pro prohibitis, & damnatis haberi voluit *sub die* 7. *Aprilis* 1628. penes Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *c.* 12. *n.* 33. & Gauant. *in rub. Missalis p.* 4. *tit.* 17. *n.* 14.

Vide in verbo *Consuetudo circa Missas celebrandas collect. 124.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopi & Prælati Ordinum Missarum onera ante Concilium imposita reducere & commutare possunt, iuxta formam Conc. Trid.*

2 *Episcopus non potest Missas reducere ad minorem numerum ex vi Concilij in beneficiis requirentibus in sui fundatione certum numerum Missarum.*

3 *Prælatus reducere non potest Missas in fundatione Ecclesiæ impositas.*

4 *Legati iuxta vires moderandus est Missarum numerus.*

5 *Apostolica Sedes hodie semper adeunda pro reducendis, aut moderandis, vel commutandis Missarum celebrandarum oneribus.*

6 *Onera perpetua Missarum celebrandarum quis & qualiter suscipere valeat, ostenditur.*

7 *Episcopus etiam hodie potest reducere & moderari Missarum onus iniunctum si in ipsa beneficij institutione id expresse cautum fuerit.*

8 *Episcopus non potest pro qualitate operum, & ratione redituum minuere Missarum onera beneficiis & capellis seminario vnitis imposita.*

Missarum reductio.

Collect. CCCCLXXV.

1 Missarum onera reducere & commutare possunt Episcopi, & Prælati Ordinum iuxta formam *Concilij Trid. sess. 25. de reform. cap. 4.* si ante Concilium imposita sint, non ita si post *Sacra Cong. Conc.* testibus Hieron. à Sorbo *in annot. ad compendium privileg. Regul. verbo Missa 3.* Confect. *in sum. privilegiorum Mendicant. tit. 19. de diuinis Officiis & Missarum celebrat. cap. 3.* quos cum alijs refero *de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 29 nu. 1.*

2 Missas reducere ad minorem numerum non potest Episc. ex vi *Concil. sess. 25 de reformat. cap. 4* in beneficiis requirentibus in sui fundatione certum numerum Missarum *Sacra Congr. Conc.* penes Galet. *in margarita casuum Conscientiæ verbo beneficium, col. 2. pag. 14 & verbo Missa vlt.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 29 n. 3.*

3 Missas in fundatione Ecclesiæ impositas non potest Prælatus reducere, & ad minorem numerum reuocare. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Prætum reuocare. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Diasec. *in praxi Episcop p. 2. cap. 3. num 31.* Antonin. Diana *moral. resolut. p. 1.* quos refero *dict. allegat. 29. num. 12.*

4 Missarum numerus moderandus est iuxta vires legati si pro ipsis celebrandis adeo tenuis eleemosyna relicta sit vt non facilè inueniatur, qui velit se huic muneri subijcere, in qua reductione Capituli consilium inquirere debet Episcopus, quamuis sequi illud minimè teneatur. *Sacra Congregat. Concil.* apud Aloysium Riccium *in praxi rerum fori ecclesiastici. decisione 404. in prima editione, aliàs resolutio. 341. ex numero secundo, in 2. edit.* quem refero *dict. allegat. 29 num. 6.*

5 Missarum celebrandarum vlla onera etiam post Concilium Tridentinum, & in limine fundationis imposita non possint Episcopi in diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quoquo modo reducere, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem reducere debent; quæ re diligenter perspecta id statuet quod magis in Domino expedire iudicabitur, alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullæ, atque irritæ sunt. *Sacra Congregat. Conc. in decretis celebrat. Missar. §. 1. sub die 21. Iulij 1625.* quem referunt Lezana *in sum. q. regul. tom. 1 c. 21. nu. 6.* Ioan Anton. Nouar. *in summ. Bullarum tit. de Missarum celebratione, & reductione,* Alphons. de Leone *de officio Capellani, p. 1. q 5. sect. 10.*

6 Missarum celebrandarum onera perpetua nullus secularis sine Episcopi, vel eius Vicarij generalis, Regulares verò sine Generalis, vel Prouincialis consensu & licentia in scriptis & gratis concedenda suscipere possunt sub grauissimis pœnis, *Sacra Congregat. Concil. in dictis decretis de celebrat. Missar. §. 5.* apud Lezana & Nouar. *citatis locis.*

7 Missarum onus iniunctum reducere, & moderari potest Episcopus etiam post decreta de celebratione Missarum, si in ipsa beneficij institutione id expressè cautum fuerit. *S. Congreg. Concil. super dictis decretis de celebrat. Missar. quæst. 1. de anno 1626.* apud me *in fine tractat. de officio, & potest. Episcopi.*

8 Missarum onera beneficiis & Capellis seminario vnitis imposita pro qualitate operum, & ratione redituum minuere, & reintegrare non potest Episcopus. *Sacra Congregat. Conc. in Vercellen. 19. Februarij 1633. in resp. ad 1.* quam citat Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decision. resolut. 21. numero 40.*

SVMMARIVM.

1 *Praxis celebrandi Missas anticipatè est omnino tollenda.*

2 *Missam qui suscipit celebrandam cum certa eleemosyna non potest eandem Missam alteri celebrandam committere parte eiusdem eleemosynæ sibi retenta.*

3 *Stipendium Missarum minus congruum accipientes, tenentur nihilominus eas celebrare.*

4 & 10 *Missa vna non potest duabus obligationibus satisfacere Sacerdos.*

5 *Eleemosyna congrua præscribenda est ab Episcopo pro Missis relictis si ea à testatore non præscribatur.*

6 *Portionem aliquam ex eleemosynis pro Missarum celebratione relictis an possint locorum piorum administratores ratione expensarum sibi retinere ostenditur.*

7 *Eleemosyna maior solita quando offertur Missam celebraturo, eam integram alteri qui celebraturus est, tribuere debet.*

8 *Rector beneficij non tenetur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redituum beneficij.*

9 *Administratores non possunt eleemosynas Missarum celebrandarum accipere si iisdem Missis nisi post longum tempus satisfacere valeant.*

10 *Sacrificium applicare quando ex fundatione non tenetur Sacerdos tunc potest vnica Missa duabus obligationibus satisfacere.*

11 *Parochi illis diebus, in quibus tenentur Missam celebrare non possunt pro ea manualem eleemosynam recipere.*

Missarum eleemosyna.

Collect. CCCCLXXVI.

1 Missas celebrandi anticipatè applicandas postmodum iisdem personis, à quibus recipiunt in dies eleemosynas, praxis est omnino tollenda. *Sacra Congreg Concil. sub die* 10. *Nouembris* 1605. cuius meminerunt Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 2 *inter Constit. Vrbani VIII. num* 9. Gauant *in thesauro, tom.* 1. *p.* 3 *tit.* 12. *a num.* 34. Lezana *in summ qu. Regul. c.* 21. *n.* 7. Ego ipse *de officio, potest. episcopi p.* 2 *alleg* 24 *n.* 13.

2 Missam qui suscipit celebrandam cum certa eleemosyna non potest eandem Missam alteri celebrandam committere, parte einsdem eleemosynæ sibi retenta. *Sacra Congregat. Conc in decretis de celebrat. Missar. §.* 4. *sub die* 21. *Iulij* 1625. quam refert Alphons. de Leone *de officio Capellani, p.* 1. *quæstion.* 5. *sect.* 20. *num.* 293. Ego ipse *dict alleg.* 24 *sub nume.* 6.

3 Missarum stipendium minus congruum accipientes, quam illud, quod præscripserit Ordinarius iuxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, tenentur nihilominus eas Missas illis ab offerente præscriptas celebrare *Sacra Cong. Conc. super decretis de celebrat. Missarum dub.* 3. de qua mentionem faciunt Bart. à S. Fausto *lib.* 1. *de Indulg. & Iubileo post q.* 90. Alphons. de Leone *de officio Capellani quæst.* 8 *sect.* 3 *n.* 12. Ego *d. alleg.* 24. *num.* 6. *vers. vltermo.*

4 Missas qui obligantur celebrare ratione beneficij, seu Capellę, legati, aut salarij, si eleemosynas pro aliis Missis celebrandis susceperint, non possunt eadem Missa vtrique obligationi satisfacere. *Sacra Congregat. Concil. super dictis decretis de celebrat. Missar. dub.* 4. penes Alphons. de Leone *d. q.* 8 *sect.* 2. *num.* 6. metipsum *de officio, & potest. Parochi cap.* 11. *num.* 12.

5 Missarum numerus si testator relinquat vt celebretur pro eius anima absque vlla præscriptione eleemosynæ, tunc ab Episcopo, non verò ab hæredibus est præscribēda eleemosyna congrua, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum secundum morem ciuitatis, vel prouinciæ. *Eadem Sacra Congregat Conc super dictis decretis de celebrat. Missar. dub.* 5. referente Alphons. de Leone *de officio Capellani q.* 5. *sect* 20 *n.* 309.

6 Missarum celebrandarum ex eleemosynis nullam vtcunque portionem retinere possunt Ecclesiæ & loca pia, seu illorum administratores ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, ac loca pia alios non habent redditus, quos in vsu earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debet excedere valorem expensarum, quę pro ipsomet tantum Missæ Sacrificio necessariò sunt subeundę, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, vt ex pecuniis, quæ supersunt, expensis vt supra deductis, absolutè tot Missæ celebrentur, quæ præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas. *Sacra Congr. Conc. super dictis decretis de celebrat. Missar. dub.* 7. vt attestatur Lezana *in sum. quæst. Regular tom.* 1. *cap.* 21. *numer.* 5. *&* 7. & Ego *dict. alleg.* 24. *sub numer.* 6. *vers. postea.*

7 Missæ pro celebratione quando offertur eleemosyna maior solita, debet absolutè is, cui oblata fuerit, eandem integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem sibi retinere potest *Sacra Congregat. super dictis decret de celebrat. Missar. dub.* 9. teste Alphonso de Leone *de officio Capellani quæstion.* 5. *sect.* 20. *numer* 296.

8 Missam per alium celebrare volens beneficij Rector non tenetur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redditnum beneficij, sed satis est vt ei tribuat eleemosynam congruam secundum morem ciuitatis, vel prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficij aliter cautum fuerit. *Sacra Congr. Conc. super dictis decretis de celebrat. Missar. dub.* 8. cuius memini *dict. alleg.* 24. *sub numer.* 6.

9 Missarum celebrandarum eleemosynas non possunt administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis & concursus accipere, si iisdem Missis nonnisi post longum tempus satisfacere valeant, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt. *S. Congreg. Conc super decretis de celebrat. Missar. dub.* 14. quam refert Sellius *in selectis Canonic. cap.* 34. *numer.* 3.

10 Missa vnica satisfacere non potest Sacerdos duabus obligationibus duplicem eleemosynam recipiens, nisi in fundatione expressè cautum sit quod non teneatur Sacrificium applicare. *S. Cong. Conc. in Aretina* 18. *April.* 1629. quam citat Sellius *d. c.* 34. *nu.* 5.

11 Missam quibus diebus tenentur Parochi celebrare, non possunt pro ea manualem eleemosynam recipere. *Sacra Congregat. Concil. in Fauen.* 1. *Septembris* 1629. cuius meminit Alphons. de Leone *de officio, & potest. Parochi cap.* 11. *numer.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Conuentualis Missa non potest omitti pro Missa votiua, vel defunctorum.*

2 *Conuentualis Missa in Quadragesima, Aduentu, Quatuor temporibus, & similibus etiam quod in illis occurrat festum duplex, non est omittenda.*

3 *Conuentualis Missa de feria nunquam est omittenda etiam quod occurrat festum duplex, vel semiduplex, non obstante contraria consuetudine.*

4 *Canonici vt lucrentur distributiones debent cantare Missam de die.*

5 *Missa lecta, celebrata in aurora quando sufficiat loco Missæ Conuentualis, ostenditur.*

6 *Conuentuales Missa infra octauam Corporis Christi quando possunt cantari sine Diacono, & Subdiacono.*

Miſſa Conuentualis.

Collect. CCCCLXXVII.

1 Miſſa Conuentualis non poteſt omitti pro Miſſa votiua, vel defunctorum *Sacra Cong. Rit. in Fauentina 16. Ianuarij* 1627. & abrogauit omnem contrariam conſuetudinem, *in eadem cauſa* 18. *Iulij*, *&* 28. *Augusti* 1628. *& de anno* 1631. cuius memini *in tract. de Canon. & Dignit. cap.* 34. *num.* 2. *&* 3. & de illa Gauant. *in rub. Miſſalis, p.* 1. *titul.* 4. *propè fin.*

2 Miſſa Conuentualis in Quadrageſima, Aduentu, quattuor temporibus, & ſimilibus etiam quod in dictis diebus occurrat feſtum duplex, non eſt omittenda, ſed vtraque Miſſa, nempe de Sancto, & de feria eſt celebranda. *Sacra Congregat. Rit. in Lunen. Sarzanen.* 5. *Martij* 1633. quam refert Bonfadio. *in theſauro eccleſiaſt. deciſ. reſol.* 27. *numera* 16.

3 Miſſa Conuentualis de feria nunquã eſt omittenda, etiam quod occurrat feſtum duplex, vel ſemiduplex, non obſtante cõtraria conſuetudine. *Sacra Congreg. Rit. in Aquilegien.* 9. *Aprilis* 1633. quam citat Bonfadin *d. reſol.* 27. *n.* 18.

4 Miſſam de die cantare tenentur Canonici vt lucrentur distributiones *S. Congreg. Rit. die* 25. *Iunij* 1611. *& die* 28. *Ianuar.* 1612. quarum meminit Gauan. *d. p.* 1. *tit.* 4. *propè fin.*

5 Miſſa Conuentualis de Officio occurrenti debet celebrari etiam in illis diebus, quibus Canonici vel ex deuotione, vel pro defunctis cantant aliam Miſſam, aliàs non lucrantur diſtributiones quotidianas, nec ſufficit loco Miſſæ Conuentualis Miſſa lecta celebrata in aurora de Officio occurrenti. *Sacra Congr. Rit in Vrbinaten.* 25. *Iunij* 1611. *&* 4. *Iulij* 1615. quarum meminit Sellius *in ſelectis Canon. cap.* 37. *num.* 25. Sed præſuppoſita conſuetudine immemoriali in contrarium, eadem Sacra Cong. cenſuit hoc locum habere in illis diebus in quibus iuxta tertiam rubricam Miſſalis omnino duæ Miſſæ Conuentuales celebrandæ ſunt, vt in Quadrageſima, &c. In reliquis vero diebus id non exprimitur, quando Canonici cantent Miſſam votiuam, vel pro Defunctis loco Miſſæ Cõuentualis ſufficit dicta Miſſa lecta celebrata in aurora. Ita habetur *in d. Vrbinaten.* 4. *Iulij* 1615. *& in Oſcen.* 28. *Ianuarij* 1612. quas refert Sellius *d. cap.* 37. *num.* 26.

6 Miſſæ Conuentuales infra Octauam Corporis Chriſti poſſunt iuxta conſuetudinem Eccleſiæ cantari ſine Diacono, & Subdiacono, excepto die feſto, & Dominica, ac die Octaua. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in reſp. ad* 6. *dub.* penes Sellium *d. c.* 37. *n.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Altari priuilegiato pro defunctis non ſuffragatur Miſſa celebrata, niſi ſit de Requiem.*

2 *Altari priuilegiato non poteſt dici Miſſa de Requiem in feſto duplici, & de præcepto, qui incidit in die aſſignato.*

3 *Feſto duplici, quod non eſt de præcepto tolerari poſſunt Miſſa de Requiem pro voluntate teſtatorum implenda.*

4 *Defunctorum Miſſa certo die dicenda, eo impedito transferuntur in ſequentem.*

5 *Defunctorum Miſſa dici non poſſunt in illis diebus, quibus pro hibetur fieri de feſto duplici.*

6 *Defunctis corpore præſente in Eccleſia in Dominicis, & feſtis Miſſa ritu de Requiem celebrari poteſt.*

7 *Defunctorum Miſſa non ſunt celebranda in diebus ſolemnibus.*

8 *Defunctorum Miſſa in caſu propoſita non prætermittenda.*

Miſſa defunctorum, ſeu de Requiem.

Collect. CCCCLXXVIII.

1 Miſſa pro defunctis celebrata in Altari priuilegiato non ſuffragatur, nec indulto ſatisfit niſi ſit de Requiem, licet in indulto non exprimatur. *S. Congregat Rit. in Piſtorien,* 1. *Iunij* 1601. *& in Toletana* 13. *Iulij eiuſdem anni,* quas refert Sellius *in ſelectis Canon.* 37. *n.* 40.

2 Miſſa de Requiem in Altari priuilegiato non poteſt dici in die feſto duplici, & de præcepto, qui incidit in diem aſſignatum pro dicto Altari priuilegiato. *Sacra Congreg. Rit. ſub die* 24. *Aprilis* 1617. cuius memini *de officio, & poteſt. Parochi cap.* 11. *num.* 27. & eſt apud Gauant. *in rub. Miſſalis p.* 1. *tit.* 5. *num.* 2. *in fine.*

3 Miſſæ de Requiem tolerari poſſunt in feſto duplici, quod non eſt de præcepto pro voluntate teſtatorum implenda. *S. Congr. Rit. ſub die* 1. *Septembris* 1607. *&* 20. *Iunij* 1626. quas citant Sellius *d. c.* 37. *num.* 41. & Gauant. *in rub. Miſſal p.* 1. *tit.* 5. *numer.* 2. *in fine.*

4 Miſſæ defunctorum certo die dicendæ eo impedito transferri debent in ſequentem. *S. Congr. Rit. in Egitanien.* 23. *Maij* 1603. *in reſp ad* 3. *dub* de qua Ego ipſe *d. tract. de officio, & poteſt. Parochi c.* 11. *nu.* 28.

5 Miſſæ de Requiem non poſſunt dici in illis diebus, quibus prohibetur fieri de feſto duplici nimirum infra octauam Epiphaniæ, Paſchatis, Pentecoſtes, in hebdomada maiori, feria quarta cinerum, & in Vigiliis Natiuitatis Domini, & Pentecoſtes. *Sacra Congr. Rit.* 28. *Auguſti* 1616. cuius memini *d. c.* 11. *n.* 28.

6 Miſſa pro defunctis ritu de Requiem celebrari poteſt in Dominicis, & feſtis inſepulto & in Eccleſia præſente corpore, vbi nimirum viget conſuetudo ſepeliendi defunctos ſimul cum Miſſa. *Sacra Congregat. Rit. ſub die* 23. *Maij* 1603. quam adduxi *dict. cap.* 11. *numer.* 25. & illius meminit Gauant. *in rub. Miſſal p.* 1. *tit.* 5 *ſub nu.* 2. *lit. X.*

7 Miſſæ defunctorum non ſunt celebrandæ, & cantandæ in diebus ſolemnibus. *Sacra Cong Rit. in Veronen.* 23. *Iunij* 1607. penes Sellium *d. cap.* 17. *numera* 42.

8 Miſſa defunctorum non eſt prætermittenda ſi ex legato relicto mandetur vt ſingulis diebus celebretur, quæ de præcepto non ſeruantur, licet ſit feſtum duplex quod de præcepto non ſeruatur, & in hoc caſu duæ Miſſæ ſunt celebrandæ, vna de feſto, altera defunctorum, vt licitè lucrari poſſit eleemoſyna relicta. *Sacra Congrega. Rit. in*

Pam-

pilonen. 1. *Septembris* 1607. apud Sellium *d. cap.* 37. *numer.* 43.

SVMMARIVM.

1 *B. Aloysij Gonzaga Missa & Officium conceditur pro Ecclesiis sub ditione huius familia, & Iesuitis de Vrbe.*

2 *Angeli Custodis Missa pro Congregatione Annunciata Societatis Iesu.*

3 *Annunciationis B. Mariæ Missa in Domo Laur non est celebranda, quando eius festum venerit feria 5. & 6. maioris hebdomada, vel in Dominica Pasche, & duobus sequentibus.*

4 *Carmelitanorum Ordinis reformati Sanctorum Missa propria ad vsum Missalis Romani approbantur.*

5 *S. Marci, & non rogationum celebranda est Missa in Ecclesia S. Marco dicata, licet processio Rogationum illuc dirigatur.*

6 *SS. Quindecim Auxiliatorum Missa & officium in Missali Ordinis Prædicatorum Impressa suspenditur.*

7 *Sancti Raphaelis Archangeli Missa pro monasteris Ordinis sancti Francisci de Paula conceditur.*

8 *Rosarij Missa prohibita fuit, concessa tamen Ordini Prædicatorum.*

9 *Sancti Simeonis Missa pro Monialibus S. Simeonis in ciuitate Ragusina approbatur.*

Missæ propriæ.

Collect. CCCCLXXIX.

1 MIssa & Officium B. Aloysij Gonzagæ pro Ecclesiis sub ditione familiæ Gonzagæ, & Iesuitis de Vrbe conceditur. *Sacra Congreg. Rit. sub die* 31 *Martij* 1618. *& in Lotharingia* 4. *Aprilis* 1620. *& in Mediolanen.* 19. *Maij* 1621. quas refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *titul* 18. *de Sanctis numero* 180.

2 Missa de Angelo Custode pro Congregatione Annunciatæ Societatis Iesu conceditur. *Sacra Cong Rit. in Romana* 16. *Maij* 1601. penes Aldan. *d tit.* 18. *de Sanctis, n.* 181.

3 Missa de Annunciatione B. Mariæ non est celebranda, nec etiam in domo Lauretana, quando eius festum venerit feria quinta, vel sexta maioris hebdomadæ, vel in Dominica Paschæ, & duobus sequentibus diebus. *Sacra Cong. Rit. in Lauretana* 9. *Maij* 1606. quam citat Aldan. *d tit.* 18. *de Sanctis, num.* 182. & Gauant. *in rub. Missal p.* 4. *tit.* 9. *nu.* 24. *& tit.* 15. *num.* 5

4 Missæ propriæ Sanctorum Ordinis reformati Carmelitanorum ad vsus Missalis Romani approbantur, & conceduntur Fratribus Carmelitanis discalceatis. *Sacra Congregat. Rit. in causa Carmelitanorum discalceatorum* 3. *Septembris* 1605. cuius meminit Aldan. *dict. tit.* 18. *de Sanctis, numer.* 183.

5 Missa de sancto Marco, & non Rogationum celebranda est in Ecclesia B. Marco dicata licet processio Rogationum illuc dirigatur *Sacra Cong. Rit. in Hispalen.* 23 *Maij* 1603. apud Aldan *d tit.* 18. *de Sanctis, nu.* 184. & Gauant. *d. p* 4 *tit.* 15. *nu.* 7. vbi addit quod Missa Litaniarum maiorum in festo sancti Marci cantatur sine *Gloria & Credo*, & cum præfatione Paschatis, & cum tribus orationibus.

6 Missa & Officium Sanctorum quindecim Auxiliatorum in Missali Ordinis Prædicatorum impressa suspenditur. *Sacra Cong Rit. sub die* 14. *Ianuarij* 1617. de qua Aldan. *dict. tit.* 18. *de Sanctis, numer.* 185.

7 Missa sancti Raphaelis Archangeli pro monasterio Ordinis sancti Francisci de Paula conceditur. *Sacra Congregat. Rit. in Massilien.* 1. *Martij* 1602. referente Aldano *dict. tit.* 18. *de Sanctis numero* 186.

8 Missa Rosarij prohibita fuit, concessa tamen Ordini Prædicatorum. *Sacra Congr. Rit. sub die* 25. *Iunij* 1622. cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap.* 11 *n.* 31. & de ea Gauant. *in rub. Missalis p.* 4. *tit.* 15. *num* 22.

9 Missa S. Simeonis approbatur pro Monialibus sancti Simeonis in ciuitate Ragusina. *S. Cong Rit. in Ragusina* 28. *Nouembris* 1609. teste Aldan. *d. tit.* 18. *de Sanctis, n* 187.

10 Missa Feriæ quartæ 4. Temporum occurrentis in die octauæ Natiuitatis B Virginis Præfatio ferialis dicitur. *S. Congreg. Rit.* 12. *Decembris* 1626. penes Gauant. *in rub. Missalis p.* 1. *tit.* 12. *n.* 2. *in fine, & p.* 4. *tit.* 15. *nu.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Pius V. Missale Romanum emendatum solum obseruari sub pœnis præcipit.*

2 *Clemens VIII. Missale Rom. à Pio V editum iterum emendatum in vsu haberi mandat.*

3 *Celebrantes Missali alio quàm reformato scienter, & absque causa peccant mort.*

4 *Mutare aliquid de Missali Romano non licet.*

5 *Missalis & Breuiarij Romani vsus semel introductus in Ecclesia, confirmandus est.*

Missale.

Collect. CCCCLXXX.

1 MIssale Romanum emendatum confirmatur, & illud solùm obseruari præcipitur, nisi alia sit institutio à Sede Apost. approbata, vel consuetudo, quæ vel ipsa institutio supra ducentos annos obseruata sit, & impressoribus aliud imprimere interdicitur. *Pius V. constitut.* 106 incip. *Quo primum de anno* 1570. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pagin* 313. aliàs *pag.* 235. in nouiss. impress.

2 Missale Romanum à Pio V. editum, iterum emendatum ac restitutum tantùm in vsu haberi mandauit, ac sine licentia Ordinariorum imprimi non posse statuit *Clemens VIII. constitut.* 108. incipien. *Cum sanctissimum* 8. *Iulij* 1604. apud Laert. Cherub. *tom.* 3 *pag.* 157. aliàs *pag.* 113. in nouiss. impress.

3 Missali alio quam reformato celebrantes, qui aliàs tenentur ex Bulla Pij V. posita in Missali Romano, peccant mortaliter, si scienter & absque iusta causa id fecerint. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc *de benefic. p.* 5. *c.* 1. *n.* 156.

4 Missale Romanum vt iacet seruandum est, nec licet aliquid de eo siue in nigro siue in rubro mutare, & qui secus fecerit, animaduersione di-

gnus est. *Sacra Congreg. Rit. in Vlixbonen.* 12. *Nouembris* 1605. quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 35. *n.* 19.

5 Missalis & Breuiarij Romani vsus semel introductus in Ecclesia, quæ habet particulare Missale & Breuiarium, confirmandus est, nec licet redire ad vsum antiqui Missalis & Breuiarij. *Sacra Cong. Rit. in Tullen seu nullius* 15. *Martij* 1608 penes Aldan. *in compendio Canon resol. lib.* 1. *tit.* 10. *nu* 8. quem refero *in collect. ad Trident. sess.* 25. *de Indice librorum, num.* 3.

Missalis Canon, vide *in verbo Canon Missalis, collect.* 86.

SVMMARIVM.

1 *Abbas vna tantùm Mitra vti potest.*

2 *Canonici si vtantur Mitra dum celebrant, illis est imponenda & deponenda per alios.*

3 *Correlatiua sunt Mitra & Baculi vsus.*

Mitræ & Baculi vsus conceditur:

4 *Sanctæ Adrianæ Abbati Mechlinien. diœcesis.*

5 *Auburgen. Abbati Argentinæ diœcesis.*

6 *De Bello-loco Abbati Ordinis Præmonst.*

7 *De Bellopodio Abbati eiusdem Ordinis.*

8 *Engelbergh monasterij Abbati Constantien. diœc.*

9 *Sanctæ Luciæ in Plano Melatij Abbati.*

10 *Collegiatæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ Regalis Abbati oppidi Perpiniani Elnen. diœc.*

11 *S. Mariæ bonæ spei monasterij Abbati Ordinis Præmonst.*

12 *Sanctæ Mariæ oppidi de Amerio monasterij Abbati Ordinis sancti Bened.*

13 *S. Mariæ de Calmosiaco monasterij Abbati Canonicorum Regul.*

14 *Oliuensi Abbati Ordinis Cistercien.*

15 *S. Petri monasterij Abbati Meten. diœc.*

16 *Pzemisten. Abbati Ord. Cistercien. Posnanien diœc.*

17 *Generali Congr. Monachi S. Hieronymi in Italia.*

18 *Correctori, seu Visitatori hospitalis Neapolis.*

19 *Præposita monasterij ciuit. Vitenischi diœc. Vilnen.*

20 *Præpositæ monast. Monialium Gotiesconien. Pragen diœces.*

21 *Præposita Collegiata Praten nullius.*

Mitra

COLLECT. CCCCLXXXI.

1 Mitra vna tantùm vti potest Abbas, quia vnica illi conceditur. *Sacra Congr. Rit. sub die* 29. *Ianuarij* 1628. cuius meminerunt Gauant. *in man. Episcop. verbo Abbas n.* 7. Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Reg verb. Mitra, nu.* 1.

2 Mitra si Canonici vtantur, dum celebrant, illis est imponenda, & deponenda per alios, dum vero choro assistunt, per se ipsos. *Sacra Congr. Rit in Lucana* 20. *Aprilis* 1602. quam refert Sellius *in select. canon. c.* 58. *n.* 12.

3 Mitræ & Baculi vsus sunt correlatiua *S. Cong Rit. in Argentina* 7. *Octob.* 1606. *& in Bledzeuien. Posnanien.* 2. *April.* 1610. de qua attestatur Sellius *d. c.* 58. *n.* 13.

4 Mitræ & Baculi vsus diuersis Abbatibus concessus fuit per *Sacram Cong Rit.* & signanter *in Atrebaten.* 29. *Nouembris* 1618. *& in Audomaren.* 19. *Ianuarij* 1619. *& in Ambianen.* 21. *Martij* 1620. *& in Virdunen.* 2. *Maij eiusdem anni, & in Gnesnen.* 27. *Iunij* 1620. *& in Constantien* 22. *Augusti eiusdem anni, & in Cistercien.* 10. *Iulij* 1621. & particulariter Abbati S. Adrianæ Mechlinien. diœcesis, & successoribus suis. *S. Cong Rit. in Mechlinien* 9. *Octobris* 1610. quam citat Sellius *d. c.* 58. *n.* 15.

5 Auburgen. Abbati Argentinæ diœcesis, *Eadem Sacra Congregat. in Argentina* 11. *Aprilis* 1601. penes Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib.* 1. *titul.* 20. *numer.* 14.

6 De Bello-loco Abbati Ordinis Præmonstraten. *Eadem Sacra Cong in Tricen.* 25. *Augusti* 1601. apud Aldan *d. tit.* 20 *n.* 16.

7 De Bellopodio Abbati eiusdem Ordinis, *Eadem S. Congr in Vrgelen.* 10. *Aprilis* 1602. de qua Sellius *d. c.* 58 *n.* 17.

8 Engelbergh monasterij Abbati Constantien. diœcesis pro se & successoribus, *Eadem S. Congreg. in Constantien.* 26. *Februarij* 1612. quam citat Aldan. *d. tit.* 20. *n.* 17.

9 S. Luciæ in Plano Melatij Abbati Regni Siciliæ, Capellano Regio, & Referendario Apostol. *Eadem S Congreg in nullius S. Luciæ in plano Melatij* 18. *& 20. Februarij* 1617. referente Sellio *d. cap.* 58. *numer.* 19.

10 Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Regalis Abbati in oppido Perpiniano Elnen. diœcesis, *ead. S. Cong. in Elnen.* 17. *Maij* 1600. teste Aldan. *dict. tit.* 20. *numero* 19.

11 S. Mariæ bonæ spei Abbati Ordinis Præmonstratensis, *eadem S. Congreg in Cameracen* 17. *Nouembris* 1600. de qua attestatur Aldan. *dict. titul.* 20. *num.* 21.

12 Sanctæ Mariæ Abbati oppidi de Amerio Ordinis sancti Benedicti. *Eadem S. Congreg Rit. in Gerunden. dictis die & anno* apud Sellium *dict. cap.* 58. *num.* 20.

13 S. Mariæ de Calmosiaco Abbati Canonicorum Regularium. *Eadem S. Congr. in Tullen. seu nullius* 23. *Ianuarij* 1610. quam adducit Sellius *d. cap.* 58. *num.* 21.

14 Oliuensi Abbati Ordinis Cisterciensis, *eadem S. Cong Rit. in Vladislauien.* 17. *Maij* 1600. cuius meminit Sellius *d. c.* 58 *n.* 22.

15 S. Petri Abbati Meten diœcesis, *eadem S. Congr. in Meten.* 25. *Februarij* 1606. penes Aldan. *dict. tit.* 20. *num.* 23.

16 Paemisten. Abbati Ordinis Cisterciensis Posnanien. diœcesis. *Eadem sacra Congr. Rit. in Olamucen.* 9. *Maij* 1609. quam citat Sellius *dict. cap.* 58. *num.* 23.

17 Generali Congregationis monachorum sancti Hieronymi in Italia, *eadem S Congr. Rit. sub die* 26. *Februarij, & 14 Martij* 1611. de qua Aldan. *dict. tit.* 20. *n.* 24.

18 Correctori seu visitatori hospitalis Neapolis.

Eadem S. Cong Rit in Neapolitana 29. *Maij* 1611. apud Aldan *d tit.* 20 *n.* 25.

19 Præposito monasterij ciuitatis Vitenischi diœcesis Vilnen. Fratrum Ordinis Beatorum Martyrum de Pœnitentia. *Eadem S. Congr Rit. in Vilnen.* 5. *& 17. Iulij* 1617. teste Sellio *d cap* 58. *n.* 26.

20 Præposito monasterij Monialium Gotiesconien. Pragen. diœcesis cum benedictione sacrorum vasorum, & paramentorum. *Eadem S. Congreg. Rit. in Pragen seu Gotiesconien.* 12. *Martij* 1618. quem refert Sellius *d c.* 58 *n* 27.

21 Præposito Collegiatæ Praten. *Eadem S Congr. in Praten nullius* 12. *Nouembris* 1605. de qua meminit Aldan. *d tit.* 20 *n.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentiam habent inter se Monachi secundum Ordinem præscriptum in Bulla Gregorij XIII.*
2 *Mendicantibus semper & vsque præcedunt Monachi.*
3 *Abbatem suum non tenentur associare, & reassociare Monachi dum ad Ecclesiam venit solemniter celebraturus.*
4 *Breuiario Benedictino nuper edito vti debent Monachi & Moniales militantes sub regula sancti Benedicti.*
5 *Processionibus publicis & generalibus interesse compelli possunt ab Episcopo Monachi etiam exempti.*
6 *Colore nigro, relicto albo, vt vti valeant Monachi Abbatiæ de Monte Meten diœcesis conceditur.*
7 *Episcopi arbitrio remoueri potest Monachus exercens curam animarum in Ecclesia monasterio vnita.*
8 *Processionibus interesse cogi potest Monachus curam animarum exercens in Parochiali vnita monasterio.*

Monachus.

COLLECT. CCCCLXXXII.

1 MOnachi præcedunt inter se secundum Ordinem præscriptum in Bulla Gregorij XIII. quæ incip. Exposcit. *Sacra Cong Rit. in causa Monachorum* 29 *Nouembris* 1618. & in *Saxoferraten. Nucerina diœcesis* 19. *Maij* 1614. quam refert Sellius *in selectis Canonic cap.* 43 *n.* 6.

2 Monachi semper, & vbique supra, Mendicantes incedunt. *Sacra Congr. Rit. in Monopolitana* 23. *Martij* 1619. quam citat Sellius *d c.* 43 *n.* 7.

3 Monachi non tenentur associare, & reassociare eorum Abbatem, dum ad Ecclesiam venit solemniter celebraturus sicut tenentur Canonici associare Episcopum, cùm Cæremoniale in hoc casu non comprehendat Abbatem. *Sacra Congr. Rit. in causa Hispaniarum sancti Ioannis de Peña* 11. *Decembris* 1613. testibus Lezana *in sum. quæst. Regul. tom* 2. *cap.* 2. *num* 58 Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo monachus n.* 4.

4 Monachi & Moniales militantes sub regula sancti Benedicti, debent vti Breuiario Benedictino nuper de mandato sanctissimi edito. *Sacra Congr. Rit in Terracinen.* 24. *Ianuarij* 1615. *& in causa Galliæ Suessen.* 13. *Iulij* 1619, penes Sellium *d. cap.* 43 *num.* 8.

5 Monachi etiam exempti possunt compelli ab Episcopo vt accedant ad publicas, & generales processiones. *Sacra Congr. Rit. in Chilen. in Indiis Occidentalibus* 15. *Maij* 1610. referente Sellio *d. cap.* 43 *num.* 9.

6 Monachis Abbatiæ de Monte diœcesis Meten. conceditur, vt relicto albo in vestibus colore nigro vti possint. *Sacra Cong. Rit. in Meten.* 17. *Martij* 1607. de qua testatur Sellius *d. c.* 43. *n.* 10.

7 Monachus exercens curam animarum in Ecclesia vnita monasterio remoueri potest arbitrio Episcopi absque eo quòd teneatur deducere causas, nec eas iustificare. *Sacra Cong. Conc. in Camarinen* 18. *Septembris* 1627. teste Sellio *d. cap.* 43. *n.* 11.

8 Monachus curam animarum exercens in Ecclesia Parochiali vnita monasterio Ordinis S. Benedicti Curien. diœcesis, cogi potest ire ad processiones. *Sacra Cong. Conc. in Curien.* 5. *Aprilis* 1631. cuius meminit Sellius *d c.* 43. *num.* 12.

Monachi Camaldulenses, vide in verbo *Eremita Ordinis Camaldulensis collect.* 327.

Monachi Camaldulenses reformati, vide in verbo *Eremita Camaldulens. reformati montis Coronæ collect.* 328.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Religione Sancti Basilij agentes.*
2 *Ordo S. Basilij à quo & quando institutus?*
3 *Sanctus Basilius fuit monachorum antiquorum Orientalis Ecclesiæ Patriarcha primus.*
4 *Monachi S. Basilij temporum iniuria sunt pauci, cum primum essent numero plures.*
5 *Monachi S. Basilij in arctiorem disciplinam redacti sunt, perfruuntur singulis indultis Congregationis Casinen. & exempti sunt à iurisdictione Ordinariorum.*
6 *Monasteria Monachorum S. Basilij Hispaniæ vniuntur & aggregantur pluresque gratiæ & priuilegia illis conceduntur.*
7 *Reformati Monachi S. Basilij qui?*
8 *Reformatorum monachorum S. Basilij reductio in vnam Congregationem approbatur.*
9 *Armenorum Congregatio sub Religione S. Basilij aliquando militauit.*

Monachi Sancti Basilij.

COLLECT. CCCCLXXXIII.

1 DE his S. Antonin. *p.* 2 *histor. tit.* 15. *cap.* 22. Cassian. *in Catal. gloriæ mundi p.* 4 *consid.* 54. Paulus Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *c.* 16. Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib.* 1. Hieron. Roman. *de Repub. Christiana lib.* 6. *c.* 6. Platus *de bono statu relig. lib.* 2 *cap* 22. Azor. *instit moral. p.* 1. *lib.* 23. *q.* 2. Fr. Ludou. Miranda *in man. Prelat. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 1. Suarez *de relig. tom.* 4. *tract.* 9. *lib* 2. *cap.* 1. Ioseph. Micheli *en el thesoro de religiones fol.* 103. Carol. Tapia *in auth. ingress C. de sacros. eccles. verbo monasteria cap.* 16. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo monachi, num.* 10. *cum seqq.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom* 1. *disput.* 24. *q.* 3. *n.* 1. *pag.* 341. vbi etiam de Monialibus & Equitibus S. Basilij.

2 Monachorum S. Basilij Ordo ab eodem S. Basilio Magno institutus anno 369. Pontifice Felice
3 II. Imperatore Iuliano apostata. Hic sanctissimus Pater, & Monachorum antiquorum Orientalis

Ecclesiæ Patriarcha primus fuit, qui monasticum statum reformauit, & ea omnia, quæ ab Antonio Magno, Hilarione, Pachomio, & vtroque Machario pro instituendis illius temporis Monachis, & Religiosis verbotenus audiuerat, ac sibi fuerunt tradita, litteris mandauit, atque quibusdam demptis, aliis verò additis eorum omnium non minus religiosam quàm eruditam confecit regulam; creuit maxima hæc Religio per
4 Orientem, vbi in ea nonaginta millia Monachorum militabant: inuentibus inde Sarracenis ad nihilum est redacta, extant tamen reliquiæ in monte Sion, vbi 24. habent monasteria, & monachos fere duos mille, ibi etiam in Monte sancto, qui est prope Constantinopolim, vbi etiam in pluribus monasteriis duo millie Monachi habitant: habet etiã plura monasteria in ea Græciæ parte, quæ Venetiarum Reip. subest. In Italia quoque nonnulla alia adsunt, quorum caput est cœnobium Cryptæferratæ duodecim milliaribus Romæ distans; & in Calabria prouincia quædam pauca retinent, in quibus vetus tantum Religionis inspicitur candor, sed longè sunt ab instituto alieni. Monachi verò, qui in Italiam degunt, Romano more Sacra celebrant, atque ministrant.

5 Monachi S. Basilij in meliorem ac arctiorem disciplinam redacti sunt hoc tempore, perfruuntur singulis indultis Congregationis Cassinensis, exempti sunt à iurisdictione Ordinariorum, ac Commendatorum, qui regulam Ordinis non sunt professi, & eorum Generalis Abbas eandem potestatem, ac iurisdictionem habet, quàm cæteri Abbates Generales in eorum Ordines. *Gregor. XIII. constit.* 58. incip. *Benedictus Kalend. Nouembris* 1579. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 433.

6 Monachorum S. Basilij monasteria Hispaniæ vnit, & aggregat, ac plures gratias & priuilegia concedit, idem *Gregorius XIII constit.* 46. incip. *Cogit.* 8. *Kalend. Iulij* 577. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 415. vbi de Eremo del Tardon.

7 Monachos sancti Basilij Reformatos à P. Matthæo de la Fuente maiori ex parte laicos esse conuenit, & Choristæ à labore manuum magis releuantur, quorum institutum cum cæteris conuenit in tribus votis essentialibus, & duo alia habent essentialia præcepta, orationem, & manuum laborem, prohibentur scientias addiscere, & Vniuersitates studiorum frequentare, Choristæ tamen sacram Scripturam, ac casus conscientiæ addiscere possunt. *Clemens VIII. const.* 103 incip. *Altissimi* 23 *Septembr.* 1603. apud Laert. Cherub. *tom.* 3 *pag.* 151. nouissimè *Vrbanus VIII. sua constit. sub dat.* 27. *Aprilis* 1641. plura in obseruatione illius Constitutionis disponit, & aliade nuo constituit; tria monasteria hæc possidet reformatio, primum & illius caput est del Tardon, aliud vocatur Sanctus Antonius del Valle, tertium dicitur del Retamar, quorum Eremitæ Religiosi in solitudine degentes numerum 120. non excedunt, de qua reformatione agit Ludouicus Muñoz *in vita Venerabilis Fr. Ludouici Granatens. lib.* 3. *cap.* 8.

8 Monachorum sancti Basilij reductionem in vnam Congregationem, & gratiarum concessionem approbat *Paulus V. constit.* 17. incip. *Iniuncti* 17. *Martij* 1606. apud Laertium Cherubin. *tom* 3. *pag.* 151. Regitur hic Ordo gubernatione Aristocratica, vt habetur *in regul. cap* 54. & tenent Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 2. *num.* 5. Laurent. de Peyrinis *de Prælato q.* 1. *cap.* 2. *num.* 4.

9 Sub hac Religione militarunt omnes Monachi Græcæ & Orientalis Ecclesiæ, & aliquando Congregatio Armenorum sic appellata quòd ex Armenia in Italiam translata sit, ibi habitum S. Basilij per aliquot annos portauit, eiusque regulam seruauit, & cæremoniis Græcis ex beneplacito Summorum Pont. vsa est. Verùm decursu temporis, quia insolens videbatur eius viuendi mos apud Latinos, eius Religiosi regulam sancti Augustini assumpserunt cum habitu Religiosorum S. Dominici præter scapulare, quod nigrum adhuc retinent. Cæterùm quo id anno fecerint, aut in Italiam venerint, omnino incertum est. Possidet Congregatio hæc per Insubriam, & Liguriam monasteria sex præter Neapolitanum, Venetum, & Anconitanum. Generalis ad triennium durat; caput Congregationis Genuæ situm est, diciturque Sanctus Bartholomæus, inde Armeni Bartholomitæ per Italiam dici solent. De illis Paulus Morig *de origine Religion. lib.* 1. *cap.* 56. Silueſt. Merul. *in oceano Relig. lib.* 5. *pag.* 367.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine sancti Benedicti agentes.*

2 *Monachorum sancti Benedicti regula à quo & quando instituta.*

3 *Cassinensis Ecclesia olim habuit suum Episcopum, post Sanctum Benedictum Abbatem cum Episcopali iurisdictione obtinuit.*

4 *Congregatio S. Benedicti diuisa est in quinque celebriores Congregationes.*

5 *Montis Cassini, siue S. Iustinæ de Padua.*

6 *Germanica, siue Bursfeldensis.*

7 *Gallica, siue Cassalis Benedicti.*

8 *Hispana, siue Vallisoletana.*

9 *Lusitana.*

10 *Cassinenses Monachi sunt exempti ab Ordinariorum iurisdictione, & ab exactionibus, illegitimi ad sacros Ordines & religiosos gradus promouentur.*

11 *Iurare inuiti, aut testificari extra Congregationem non coguntur Monachi Cassinenses.*

12 *Conseruatores sibi eligunt cum amplissimis facultatibus Monachi Cassinenses.*

13 *Abbates Congregationis Cassinensis vtuntur Pontificalibus, benedicunt populum, & consecrant lapides pro Altarium vsu.*

14 *Abbates Cong. Cassinen. possunt Monachos à quibuscunque censuris & pœnis ante & post professionem commissis absoluere.*

15 *Prouincias Monachorum Cassinens. instituit, & numerum illorum in singulis monasteriis præfiniuit Paulus V.*

16 *Oliuetanis præcedunt Monachi Cassinenses in omnibus processionibus, quæ Veronæ fiunt.*

17 *Cura animarum exerceri potest per Monachos ad nutum ipsorum Superiorum amouibiles in Ecclesiis Parochialibus, quæ sunt membra Congregationis Cassinen.*

18 *Cassinenses Monachi non sunt vltra solitum adstringendi vt accedant ad publicas processiones.*

19 *Habitus monachorum S. Benedicti qualis, & eorum Ordo regitur gubernatione Aristocratica.*

Monachi

Monachi Ordinis S. Benedicti.

Collect. CCCCLXXXIV.

1 DE his Ioannes Bertels, Iacobus de Bruel, & Iacobus Leuchier *de huius Ordinis Origine*, Leo Card. *Episcopus Ostiensis in chronica Cassinensi cum annot. Mathaei Laurentij Hispani Monachi Cassinensis, & Prioris S. Saluatoris de Castello*, prodiit Neapolis anno 1626. Yepes *in chronica S. Benedicti*, Barnab. Montalno, & Bernaldus de Britto *in chron. Cisterciens.* Fr. Angelus Manrique *in annalib. Cisterciens.* Arnuldus Vvion *in ligno vitæ*, S. Antonin. *p. 2. historia tit. 15. cap. 12.* Cassan. *in catal. gloria mundi pag. 4. consid. 30.* Polydor. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 7. cap. 2.* Veneto *en el enchiridion de los tiempos pag. 99. in fine in vlt. impress.* Illescas *in histor. Pontif. lib. 3. c. 61. & lib. 6. cap. 30.* Platus *de statu Relig. lib. 2. cap. 21.* Marquez *de vera origine Eremit. S. Augustini cap. 11. §. 1. cum seqq.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacro-sanct. Eccles. verbo monasteria cap. 39.* Gualter. *in tab. chronog. sæculo 5. anno 494. & sæculo 6. anno 529.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 3. art. 2.* Azor. *instit. moral p. 1. lib. 12. cap. 21. quæst. 2.* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 4. art. 2.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. regal. resol. 123. n. 9.* Suar. de Relig. *tom. 4. tract. 9. lib. 2. cap. 2.* Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol. 103.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2 disp. 24. quæst. 5. num. 54. cum seqq.*

2 Monachorum S. Benedicti regula ab eodem S. Benedicto instituta anno 500. sub Pontifice Symmacho, corpus eius sanctissimum iacet in insigni monasterio Montis Cassini, vbi sanctissimè vixit, in quo loco, antequam S. Benedictus illuc accesserit, Ecclesia Cassinensis habebat suum Episcopum, & præcipue habuit Seuerum, qui interfuit Concilio Lateranensi sub Felice III. Papa, quod habitum fuit anno 487. & huic Concilio Seuerus tanquam Episcopus Cassinensis subscripsit, vt constat *ex tom. 2. Concil. pag. 420.* & de hoc eodem Seuero Episcopo Cassinensi meminit Petrus Damianus in vita eiusdem sancti Seueri. Verum postquam illuc accessit S. Benedictus de anno 529. nullus amplius præter Monachos Episcopus ibi fuit deputatus, & hoc quia S. Benedictus illuc immediatè à Deo missus fuit, eique pro populo Cassinensi munus Euangelicum demandatum, quemadmodum affirmant Gregorius Magnus in Dialog. lib. 2. cap. 8. & 19. & Gordianus in vita S. Placidi mart. quæ habetur apud Surium *tom. 7. pag. 749.* & etiam refert S. Thom. *in opusc. 19. c. 4. circa med.* & August. de Ancona *de potest. Eccles. ad Ioannem Papam XXII. quæst. 64. art. 1.* Et successiuis temporibus Abbates Cassinenses post sanctum Benedictum, licet non essent Episcopi, iura Episcopalia & omnimodam iurisdictionem semper exercuerunt, diœcesimque habebant, vt ex multis probat Rota *in Sorana benefic. 13. Martij 1627 coram R. P. D. Merlino.*

4 Monachorum S. Benedicti Congregatio diuisa
est in quinque celebriores Congregationes à se
5 inuicem independentes. Prima est Itala, quæ
nunc dicitur Montis Cassini, antea dicebatur
sanctæ Iustinæ Patauinæ, incœpit anno 1408. habet
per Italiam plusquam 66. monasteria vide
6 *collect. seq. num. 7. 5.* Secunda Germanica appellatur
Bursfeldensis à monasterio S. Thomæ Apostoli,
& sancti Nicolai Episcopi in Bursfeldia diœcesis
Moguntinæ anno 1420. floret per vtramque Germaniam,
habet plusquam centum quinquaginta
7 monasteria. Tertia Gallica dicitur Cassalis Benedicti
à monasterio in eo pago fundato: incœpit
anno 1516. vt videre est in diplomate Leonis X.
sub Dat. 1. Decembris illius anni; habet ad decem
& quinque monasteria Religiosorum, totidem
8 fœminarum. Quarta Hispana, dicitur Congregatio
Vallisoletana à monasterio in Vrbe Vallisoleti
erecto Cōgregationis capite, incœpit anno
1520. habet plusquam quadraginta monasteria.
9 Quinta Lusitana, est monasterium reformationis
caput, sanctus Martinus de Tibaens in prouincia
Interamnensi non longè à ciuitate Bracchara
occidentem versus: incœpit anno 1549. continet
plus minusve viginti virorum monasteria,
nam monialium plura sunt, sed Ordinariis parent:
de qua Congregatione agit Ascan. Tambur. *d. q. 5. num. 58.* Eius Abbas Generalis, & cæteri locales
ad triennium durant, eliguntur que in Capitulo,
quod tribus quibusque annis in dicto monasterio
sancti Martini de Tibaens, celebratur.

10 Monachi Cassinenses aliàs S. Iustinæ sunt
exempti ab Ordinariorum iurisdictione & ab
exactionibus, &c. succedunt, & acquirunt ac si
essent in sæculo: illegitimi ad sacros Ordines, &
11 religiosos gradus & Dignitates promouentur,
extra congregationem inuiti intrare, aut testificari
non coguntur. *Eugenius IV. constit. 9.* incip. *Regularem pridie Kalend Iulij 1436.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1 pag. 175.*

12 Monachi Cassinenses eligunt sibi conseruatores cum amplissimis facultatibus. Idem *Eugenius IV. constit. 10. incip. Militanti 8. Kalend. Decembris 1436.* apud Laert. Cherub *tom. 1. pag. 177.*

13 Monachorum Cassinensium Abbates vtuntur Pontificalibus, benedicunt populum, & consecrant lapides pro Altarium vsu. *Pius IV. constit. 97.* incip. *Sedis 6. Iulij 1565.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 152.*

14 Monachorum Cassinensium Abbates possunt illos à quibuscunque censuris, & pœnis ante & post professionem commissis, & etiam à casibus etiam Sedi Apost. reseruatis, & ab homicidio voluntario in foro Conscientiæ tantùm absoluere. *Pius V. constit. 129.* incip. *Dum, Id. Iunij 1571.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 342.*

15 Monachorum Cassinensium prouincias instituit, & eorum numerum in singulis monasteriis præfiniri voluit, & Horas Canonicas eos recitare teneri statuit *Paulus V. constit. 33.* incip. *Cum sicut, de anno 1607.* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 219.*

16 Monachi Cassinenses præcedunt Oliuetanis in omnibus processionibus, quæ Veronæ fiunt. *Sacra Congreg. Rit. in Veronen. 23. Ianuarij 1610.*

17 Monachi Cassinenses ad nutum suorum Superiorum amouibiles possunt in Ecclesiis Parochialibus, quæ sunt membra monasteriorum Congregationis Cassinensis, aut aliàs ab ipsis dependentes, curam animarum exercere. *Vrbanus VIII. constit. sua incip. Alias à venerabilibus 6. Septembris 1628.*

18 Monachi Cassinenses non sunt vltra solitum adstringendi vt accedant ad publicas processiones. *Sacra Congreg. Rit. in Placentina 10. Iunij 1602.* teste Sellio *in selectis Canon. cap. 18. num. 10.* & referunt

Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1 *disp.* 24. *quæst.* 8. *num.* 2. Carol Maranta *tom.* 3. *resp.* 29. *num.* 46. Et *Vrbanus VIII. constit sua incip. Nuper* 17. *Nouembris* 1628. declarauit Monachos Cassinenses vllo modo cogendos non esse accedere nisi ad processionem Sanctiss̃imi Sacramenti iuxta eorum antiquam consuetudinem.

19 Monachorum sancti Benedicti habitus satis notus est, tunica, scapulare, cuculla siue clamys, omnia ex nigro colore cum corrigia fibulata. Eorum Ordo regitur gubernatione Aristocratica, Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3. *disput.* 1. *quæst.* 2. *num.* 4. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referantur de Ordine Cluniacensi agentes.*
2 *Ordo Cluniacensis à quo, & quando institutus?*
3 *Cluniacenses Monachi fuerunt reformati.*
4 *Nouitios recipere non possunt Monachi Cluniacenses ante annum decimum quintum expletum.*

Monachi Cluniacenses.

COLLECT. CCCCLXXXV.

1 DE his S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 15. *cap.* 15. §. 2 Cassian. *in catal. gloriæ mundi p.* 4. *consid.* 3. Polyd. Virgil. *de inuentorib. rerum lib.* 7 *cap.* 2. Onuphri. *in chronic. anno* 913. Chacon. *in Gregorium IX. anno* 912. Genebrard. *in chronic. anno* 826. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 6. *cap.* 9. Paulus Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 21. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst* 4. Azorı. *instit moral p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 21. *quæst.* 1. Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 1. *quæst* 4. *art.* 2. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 9 *lib.* 1. *cap* 3. *num.* 1. Ascanius Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *quæst* 5. *num.* 14. nonnulli nē Angel. Manrique *in annalib. Cisterciens. anno Christi* 1.19. *cap.* 5. *num.* 6. & 7. *vbi quod Ordo Cluniacensis non est magis Benedictinus quam Cisterciensis.*

2 Monachi Cluniacenses, sic dicti à primo monasterio Cluni in diœcesi Matisconensi, instituti fuerunt à sancto Odone Monacho Benedictino (cuius festum celebratur die 18. Nouembris) anno 900. Pontifice Anastasio III. Imperatoribus Occidentis Conrado, Orientis Leone VI. vestiuntur eodem habitu, quo Benedictini.

3 Monachi Cluniacenses fuerunt reformati à *Gregorio IX sua constit.* 5. *incip. Behemoth. Idib. Ianuarij* 1231. apud Laert. Cherub. *tom.* 1 *p.* 56. in nouiss. impress.

4 Monachi Cluniacenses non possunt recipere nouitios ante annum decimumquintum completum. *Nicolaus IV. constit* 5. *incip. Regis* 2. *Idib. Septembris* 1289. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 150. in nouiss. impress.

5 Monachos Cassinenses quidam Ludouicus Balbus instituit Congregationem sanctæ Iustinæ Patauinæ sic dictam à primo eius monasterio, & tocios familiæ capite Patauij sub patrocinio sanctæ Iustinæ Virginis, & mart. eiusdem Vrbis alumnæ, anno 1410. desiit appellari hæc Congregatio Sanctæ Iustinæ anno 1504. quo illi vnitum est monasterium Cassinense eo pacto vt Cassinensis inposterum diceretur, vt verè nunc dicitur; de qua Paul. Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 44. Siluest. Marul. *in oceano Relig. lib.* 1. *pag.* 84. Polyd. Virgil. *de inuentoribus rerum lib.* 7. *cap.* 2. Gualter. *in tabula chronograph sæculo* 15. *anno* 1409. Ascan. Tambur *d. tom.* 2 *disp.* 24. *q.* 5. *a.* 54.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Monachis Fontis Coryli agentes.*
2 *Locus Fontis Coryli vbi situs.*
3 *Ordo Fontis Coryli à quo, & quando institutus?*
4 *Habitus Monachorum Fontis Coryli qualis?*

Monachi Fontis Coryli.

COLLECT. CCCCLXXXVI.

1 DE his Fr. Iacob. Niosandrus Carthus. *in tom.* 7. *Surij* 22. *Februarij in vita B. Petri Damiani.* Constantinus Caetanus Monachus Benedict. *in prologomenis de vita B. Petri Damiani*, quam in primo eiusdem tomo edidit, Petrus Recordatus *diario* 4. *historia monast.* Arnoldus Vuion *in ligno vitæ lib.* 2. *cap.* 9. Hieron. Rubeus Rauennas *lib.* 5. *historia Rauennarum*, Augustinus Fortunius *in historia Camaldulensi sub lib.* 5. *ex cap* 6. *vsque ad* 14. Petrarcha *de vita solitaria tract.* 3. *lib.* 2. *cap* 17. Paul Morigia *de origine Relig lib.* 1. *cap.* 58. Cardin. Baron. *anno Christi* 1072. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 24. *q.* 5. *num* 16.

2 Monachi Fontis Coryli sic dicti à loco Fontis Coryli in monte Apennino in radicibus montis Catriæ Orientem versus, quatuordecim millibus passuum distante ab Eugubio prope ciuitatem

3 Caliensem Ducatus Vrbini, instituti fuerunt à Landolpho Monacho Benedictino anno 1008. Pontifice Ioanne XVIII. Imperatoribus Occidentis Henrico II. Orientis Basilio & Constantino. Incœpit habitare hanc solitudinem venerabilis Monachus Petrus Damianus Benedicto IX. Pontifice, nec desunt alij, qui illum huius Congregationis faciunt auctorem. Vtebantur Monachi (ferè hodie non extant) Fontis Coryli, siue Auellanæ eisdem vestibus, quibus Benedictini, mutato colore nigro in album. Et Auellani cœnobij vota Ordini Camaldulensi facta fuit.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referantur de Ordine Vallis Vmbrosæ agentes.*
2 *Monachi Vallis Vmbrosæ à quo & quando instituti?*
3 *Monachi Vallis Vmbrosæ ad Capitulum non accedentes legitima causa non impediti officiis, & dignitatibus priuantur.*
4 *Priuilegia omnia concessa & concedenda Monachis Cassinensibus, communicantur Monachis Vallis Vmbrosæ.*
5 *Habitus Monachorum Vallis Vmbrosæ qualis, & quot prouincias, & monasteria possideant.*

Monachi

Monachi Vallis-Umbrosæ.

Collect. CCCCLXXXVII.

1 DE his Benedict. Florentin. *in vitis Sanctorum sui Ordinis.* Bernard. *in historia de Generalibus sui Ordinis Vallis Vmbrosa*, Eudoxius Locarellus *in vita sancti Ioannis Gualberti, & Generalium Ordinis*, S. Antonin. *p. 1. tit. 15. cap. 25.* Cassan. *in catal gloria mundi p. 4. consid.* 57. Polydor. Vrgil. *de inuentorib rerum lib. 7. cap. 2.* Illescas *en historia Pontif. lib. 5 cap.* 12. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib. 6. cap.* 12. Gualter *in tabula chronog. saeculo 11. pag.* 628. Platus *de bono statu Relig. lib. 2. cap.* 22. Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib. 2. pag.* 120. Paul Morigia *de origine Relig lib. 1. cap.* 26. Carol. de Tapia *in auth ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap.* 41. Fr. Emman. *quaest. Regul. tom. 1. quaest. 2. art.* 4. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 21. quaest.* 2. Flauius Cherubin. *in compendio Bullarij in Constit. 1. Vrbani II.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Praelator. tom. 1. quaest 4. art.* 2. Suar. *de Relig tom. 4. tract. 9. lib. 2. c.* 3. Hieron. Roderic. *in compendio quaest. Regul. resol. 123 num.* 11. Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol.* 104 Ioan. Maria Notar. *in lucerna Regul. verbo Monachi num.* 9. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 2. q. 15. n. 4. & tom. 2. disp. 24. q. 5. n. 20. & 21.*

2 Monachi Vallis-vmbrosæ sic dicti à Valle densissimis arboribus consita prope Florentiam, instituti à Sancto Ioanne Gualberto Monacho Benedictino (cuius festum celebratur die 12. Iulij) anno 1080. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Conneno. Eorum Ordinem approbauit *Vrbanus II. constit. 1.* incip. *Cum vniuersis* 8. *Idib. Aprilis* 1090. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 14. aliàs *pag.* 51.

3 Monachorum Vallis-vmbrosæ Prælati ad Capitulum non accedentes legitima causa non impediti Officiis, & dignitatibus priuantur. *Innocentius VIII constit.* 2. incip. *Alto, pridie Kalend. Februarij* 1484. apud Laert. Cherubin. *dict. tom. 1. pag.* 172. aliàs 330. vbi etiam de Abbatis Generalis, & Priorum, ac Visitatorum electione, & iurisdictione.

4 Monachorum Vallis-vmbrosæ priuilegia omnia confirmauit, & in specie illis communicauit concessa, & concedenda Monachis Cassinensibus *Iulius II constit* 13. incip. *Militantis, Idib. Iulij* 1507. apud Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag* 426. aliàs *pag.* 371. in nouiss. impress.

5 Monachi Vallis-vmbrosæ vtuntur nigris vestibus eiusdem artificij ac Benedictini, intus vero albis. Possident prouincias octo, monasteria 35. cum ingenti numero Prioratuum, Monachos 490. Moniales 800. omnes intra Italiam, refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 19. de Religion. n.* 73.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Monachis Grandimontensibus agentes.*
2 *Monachi Grandimontenses à quo, & quando instituti?*
3 *Monasteria septendecim habent Grandimontenses intra Galliam, quam non egrediuntur.*

4 *Habitus Grandimontensium vilis est, & compositus ad pœnitentiam.*

Monachi Grandimontenses.

Collect. CCCCLXXXVIII.

1 DE his S. Antonin. *p. 2. histor. tit. 15. cap.* 21. Vincent. Lirin. *in speculo lib 25. cap. 46. vsque ad* 50. Cassan. *in catalogo gloria mundi p. 4. consid.* 70. Polidor. Virgil. *de inuentoribus rerum lib. 7. cap.* 2. Siluest. Marul. *in occeano Relig. lib. 2. pag.* 155. Platus *de bono statu Relig. lib. 2. cap.* 22. Renat. Chopin. *monast. lib. 2. tit. 1. num.* 22. Marquez *de origine Eremitarum sancti Augustini cap. 20. §.* 7. Carol. de Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo monasteria, cap.* 43. Miranda *de origine Benedictin. cap.* 64. Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap 21. quaest. 2. vers. Ordo Grandimontensis* Claudius Robert. *in Gallia Christiana tit de Abbat. lit. G, verbo Grandimontensis*, Suar. *tom. 4. de Relig. tract 9 lib 2. cap. 5. num. 4. & 5.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disput. 2. quaest. 15. num. 8. & tom. 2. disp. 24. q. 5. n.* 27. Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol.* 104.

2 Monachi Grandimontenses sic dicti à monte quodam prægrandi in diœcesi Lemouicensi in Gallia instituti à sancto Stephano Albunensi, cuius festum celebratur die 13. Februarij, sub regula sancti Benedicti, licet Suarez *loco infra citando* sub propria regula institutos dicat, anno 1080. à Gregorio VII.

3 Monachi Grandimontenses habent intra terminos Galliæ, quam ferè non egrediuntur, ad septendecim monasteria. Habitus eorum vilis est, &
4 totus ad pœnitentiam compositus cum aliquando ex loricis ferreis constaret, refert Aldan *in compendio Canon. resolut. lib. 1. titul. 19. de Religionibus, num.* 73.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Cisterciensi Ordine agentes.*
2 *Cisterciensis Ordo à quo & quando institutus,*
3 *Robertus ascitis sibi sociis primus Cistercij Ordinis fundator, quis fuerit.*
4 *Stephanus Anglicus regulam Cistercij cœptam finit, & auxit.*
5 *S. Bernardus sub disciplina Stephani cum aliis sociis Cistercij Ordinem est ingressus.*
6 *Regulam sancti Benedicti obseruant Monachi Cistercienses.*
7 *Reformationem Ordinis Cisterciensis edixit Benedictus XII.*
8 *Monachi Cistercienses succedunt in bonis suorum Monachorum, non tamen feudalibus.*
9 *Exempti à iurisdictione Ordinariorum, & à solutione quorumcunque onerum sunt Cistercienses Monachi.*
10 *Monasteria Monachorum Cisterciensium non possunt mulieres ingredi.*
11 *Monachi Cistercienses ad alium quam Carthusianorum Ordinem transire non possunt.*
12 *Habitus Monachorum Cisterciensium qualis.*
13 *Cisterciensis Ordinis Monachi Abbatia Clara tumba gaudent priuilegiis sui Ordinis.*
14 *Generalis Abbas Ordinis Cisterciensis quomodo eligatur.*

15 *Monasteria plura inueniuntur in Aragonia, Catalonia, Valentia & Nauarra quæ subsunt Abbati Generali Cisterciensi.*

16 *Congregatio vna S. Bernardi cum suo Generali est in Regnis Castellæ, & Legionis.*

17 *Congregatio alia S. Bernardi cum suo Generali est in Regno Portugaliæ.*

Monachi Cistercienses.

Collect. CCCCLXXXIX.

1 DE his S. Antonin. *part.* 2. *tit.* 18. *cap.* 12. §. 18. Polyd. Virgil. *de inuentor. rerum lib.* 7. *cap.* 2. Christophorus Gonzales de Perales *in vita S. Bernardi capit.* 11. *&* 12. Yepes *en la chronica general de san Benito tom.* 7. *cent* 7. *cap.* 2. *pag* 5 *in speculo histor. lib.* 25. *cap.* 94 *&* 95. & nouissimè R. P. Angelus Manrique *in annalibus Cisterciensibus duobus tomis*, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p.* 4. *consid* 58. Veneto *en el enchiridion de los tiempos fol.* 100. *in nouiss. impress.* Platus *de bono statu Relig. lib.* 2. *c.* 22. Renat. Choppin *de Sacra politia lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 5. *in margine.* Siluest. Macul. *in occeano Relig lib.* 2. *pag.* 153. Paul. Morigia *de origine Relig. lib.* 1. *cap.* 28. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib.* 6. *cap.* 12. Illescas *in historia Pontific. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15 Card. Baron. *annal. Eccles. tom.* 11. *anno Christi* 1098. Aubert. Miræus *de stat. Relig. Christianæ lib.* 1. *cap.* 22 *& in tract. de origine Cisterciensium*, Claudius Robertus *in Gallia Christiana tit. de Abbatiis lit. C. verbo Cistercium.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 3. *art.* 5. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. Suarez *de Religion. tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *cap* 3. *num.* 3. *cum seqq.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *q.* 4. *art.* 2. *vers. ex eodem* Flaui. Cherubin. *in compendio Bullarij const.* 1. *Paschalis II. schol.* 1. Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol.* 105. Hieron. Roderic. *in compendio quæst Regul. resol.* 123. *num.* 12. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp* 2. *q.* 5. *num* 5. *& tom.* 2. *disp.* 14 *q* 5. *num.* 61. *cum seqq.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Cistercienses.*

Monachi Cistercienses sic dicti à Valle Cister-
2 cio in diœcesi Cabilonensi in Burgundia apud Gallos, instituti fuere à sancto Roberto (cuius festum celebratur die 19. *Aprilis*) anno 1099. Pontifice Vrbano II. Imperatoribus Occidentis Henri-
3 co IV. Orientis Alexio Conneno. Hic namque Robertus ex Cluniacensi Ordine Abbas Molismensis cœnobij in Lingonensi diœcesi vir sanctissimus, ascitis sibi socijs Alberico, Odone, Ioanne, Stephano, Telaldo & Petro eius monasterij Monachis Cistercium spinarum densissimum locum in Cabilonensi diœcesi petiit, à quo nomen sumpsit Congregatio, ibique illi dedit initium, quo paulo post recedente Apostolico iussu, & ad suum
4 monasterium reuertente, Stephanus Anglicus, quem principem huius Ordinis reliqui scriptores vocant; Abbas electus fuit. Hic equidem vir religiosissimus ne regula cœpta, quæ erat asperrima corrueret, continuis precibus dominum rogabat vt institutum foueret, & augeret, cuius pre-
6 cibus dominus commotus Bernardi nobilissimi adolescentis spiritum suscitauit, qui simul cum fratribus suis, amicis, & consanguineis ad triginta numerum Cistercium sub disciplina Stephani est ingressus anno 1113. & suæ ætatis 22. Et om-
6 nes huius Ordinis Monachi regulam S. Benedicti observant. Eugenius III. *constit.* 2. *incip. Sacrosancta Kalend Augusti* 1152. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 1. *pag* 19. aliàs *pag.* 56. in nouiss. impress. Vnde summus Pontifex Sixtus V. *constit.* 34. incip. *Pontifex* 16. *Martij.* 1586 apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 554. dicit Cisterciensium Ordinem fuisse institutum à D. Roberto, & à D. Bernardo illustratum, & temporis inte[r]uallo valde propagatum, refert Ioann. Maria Nouar. *d. verb. Cisterciens. n.* 2.

7 Monachorum Cisterciensium reformationem, & statuta edixit *Benedictus XIII. constit.* 3. incip. *Fulgens* 4. *Idib. Iulij* 335. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 171. aliàs *pagina* 180. in nouiss. impress.

8 Monachorum Cisterciensium Ordo succedit in bonis Religiosorum suorum, non tamen feudalibus, *Innocentius IV. constit.* 4. incip. *Deuotionis* 2. *Kalend. Nouembris* 1246. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 1. *pag.* 64. & illius constitutionis meminit Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Cistercienses n* 4.

9 Monachi Cistercienses sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum, & à solutione quorumcumque onerum etiam charitatiuorum. *Innocentius VIII. constitut.* 9. incip. *Romani* 3. *Kalend. Septembris* 1486. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 356. in nouiss. impress. apud Ioann. Mariam Nouar. *citato loco n.* 3.

10 Monachorum Cisterciensium monasteria mulieres ingredi prohibuit, & talus, ac impositionibus grauari non posse statuit *Gregorius IX. constit.* 7. incip. *Quia* 10. *Kalend. Februarij* 1234. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 56. aliàs *pag.* 87.

11 Monachi Cistercienses ad alium quam Carthusianorum Ordinem transire prohibentur. *Eugenius IV. const.* 16. incip. *Regularem* 16. *Kalend Martij* 1439 apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 284. aliàs *pag* 266. in nouiss. impress.

12 Monachi Cistercienses vtuntur socas nigris vestibus eiusdem artificij ac Benedictini, intus verò albis. Possident Prouincias octo, monasteria 35. cum ingenti numero Prioratuum. Monachos 490. Moniales 800. omnes intra Italiam: refert Aldan. *in compendio Canonicar. resolut. lib.* 1. *tit.* 19. *de Relig. num.* 74.

13 Monachi Cistercienses Abbatiæ Claræ tumbæ, in qua viget Regularis obseruantia, necnon bona, & subditi eiusdem monasterij, gaudent priuilegiis sui Ordinis non obstante quod modernus dicti monasterij Abbas non sit Religiosus, sed perpetuus Commendatarius, quia Monachorum non est immutatus status. *Sacra Congr. Conc. sub die* 8. *Martij* 1617.

Monachorum Cisterciensium Generalis Ab-
14 bas, cuius administratio ad vitam durat, eligitur à Conuentu monasterij Cistercij, & quatuor Abbatibus, scilicet de Claraualle, Morimundo, de Firmitate, & Pontigniaco, confirmatur à summo Pontifice, & illi subsunt omnes Congregationes, præter illas, quæ Apostolica auctoritate sunt exemptæ. In Italia duæ sunt Congregationes, altera quæ dicitur Tusciæ, altera verò Lombardiæ, quæ licet omnia priuilegia habeant, quæ ad Congregationem exemptam pertinent, Generalis tamen potest in Capitulis interuenire, si vult, & visitare & corrigere cum consilio Abbatum Congregationum. In Aragonia, Cathalonia, Valentia & Nauarra etiam sunt plurima monasteria, quæ subsunt

subsunt Abbati Generali Cisterciensi, quæ per Vicarium ab eo constitutum reguntur, & visitantur, qui semper solet esse Abbas sanctæ Mariæ de Populero in Cathalonia: horum Regnorum Abbatiæ, vt plurimum sunt patrimoniales Regum. In insula Maioricæ est vnum monasterium huius Ordinis, cuius Abbatia Regis patronatus est, & per Abbatem perpetuum gubernatur. In Regnis Ca-
16 stellæ, Legionis, Toleti, Asturiæ, & Galleciæ est vna Congregatio, quæ sancti Bernardi Regularis Obseruantiæ dicitur, & per vnum gubernatur Generalem, qui de triennio in triennium eligitur, & à Generali Cisterciensi est exempta, cœpit reformatio sub Martino V. anno 1425. Primum huius Congregationis monasterium fuit Montis Sion Toleti, visitatur Congregatio à Generali, & post immediatè à duobus visitatoribus electis in Capitulo generali, monasteria ab Abbatibus triennalibus gubernantur. In nostro Regno Lusitaniæ est alia Congregatio, cuius caput & Generalis est Abbas, insignis monasterij de Alcobaca, cœpit sub Pontifice Pio V. regnante Sebastiano Rege Portugaliæ, & Henrico Cardinale, qui & Rex postea fuit, dicti Monasterij de Alcobaca, Abbate fauente.

SVMMARIVM.

1 *Familia Cisterciensium discalceatorum quando incæperit?*
2 *Reformati Cistercienses gaudent priuilegiis Monachorum Cisterciensium non reformatorum.*
3 *Reformati Cistercienses exempti sunt ab omni non Reformatorum superioritate.*
4 *Reformati Cistercienses præcedunt omnibus Fratribus Mendicantibus.*
5 *Reformati Cistercienses ad aliam Religionem transeuntes ad eam redire non possunt.*
6 *Priuilegiis quorumcunque Monachorum, ac Ordinum Mendicantium gaudent Reformati Cistercienses.*
7 *Agnus Dei in cera signandi opus demandatur in Vrbe Cisterciensibus reformatis.*
8 *Monasteria noua de sola Ordinarij licentia construere possunt Cistercienses reformati, quod iam hodie cessauit.*

Monachi Cistercienses Reformati.

Collect. CCCCXC.

1 Monachorum Cisterciensium Reformatorum, seu discalceatorum familia Foliensis appellatur ab imagine Sanctissimæ Virginis inter folia depicta, quam in capite suæ familliæ colunt, vtuntur albis vestibus, & caputio nimis ad humeros demisso, omnia ex panno vili. De qua reformatione Sixtus V. *constit.* 32. incip. *Religiosos* 5. *Maij* 1588. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 532. aliàs *pag.* 464.

2 Monachi Cistercienses reformati gaudent priuilegiis Monachorum Cisterciensium non reformatorum. Idem *Sixtus V. constit.* 70. incip. *Super specula idib. Nouembris* 1587. apud Laert. Cherub. to. 2 *pag.* 600. aliàs *pag.* 436. & illius meminit Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Cistercienses num.* 5.

Barbos. Apost. Decis. Sum.

3 Monachi Cistercienses Reformati exempti sunt ab omni Monachorum superioritate, & non tenentur ad illorum instituta. *Clemens VIII. constit.* 12. incip. *Pastoralis* 4. *Septembr.* 1592. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 11. aliàs *pag.* 11. in nouiss. impress.

4 Monachi Cistercienses Reformati præcedunt omnibus Fratribus Mendicantibus *Clemens VIII. const* 56. incip. *Regis Non Februarij* 1599. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 72. alias *pag.* 55. in nouiss. impress.

5 Monachi Cistercienses Reformati ad aliam Religionem transeuntes ad eam nequaquã redire possunt. *Clemens VIII. constit.* 107. Incip. *Pro nostro* 17. *Mart.* 1604. apud Laert. Cherub. *tom* 3. *pag* 156. aliàs *pag.* 113 & illius meminit Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Cistercienses nu.* 6.

6 Monachi Cistercienses Reformati gaudent priuilegiis quorumcunque Monachorum, & Ordinum Mendicantium, & non possunt coram aliis quam Congregationis Iudicibus vocari. *Paulus V. constit.* 23. incip. *Diuina* 5. *Id. Iulij* 1606. apud Laert. Cherubin. *tom.* 3. *pag* 204. aliàs *pag.* 151. in nouiss. impress.

7 Monachis Cisterciensibus reformatis in Vrbe opus Agnus Dei in cera signandi perpetuo demandauit idem *Paulus V. constit.* 43. incip. *Romanum* 28. *Martij* 1608. apud Laert. Cherub. *tom.* 3 *pag.* 231. aliàs *pag.* 170. in nouiss. impress.

8 Monachi Cistercienses Reformati de sola Ordinariorum licentia noua monasteria construere possunt. idem *Paulus V. constit.* 51. incip. *Ministerio* 14. *Augusti* 1608. apud Laert. Cherubin. *tom.* 3. *pag* 242. aliàs *pag.* 177. Sed huiusmodi licentias, quæ nondum effectum sunt sortitæ, reuocauit *Vrbanus VIII. constit.* 25. incip. *Romanus Pontifex* 28. *Augusti* 1624. apud Angel. Mariam Cherub, *tom.* 4. *pag* 40. in nouiss. impress.

Monachi Fontis Ebraldi.

Collect. CCCCXCI.

Sic dicti à celebri Fonte, iuxta quem primum huius familiæ monasterium ædificatum est in diœcesi Pictauiensi in Gallia, instituti à S Roberto Blesio Parisiensi Monacho Benedictino, de anno fundationis non satis constat, oportuit fuisse ante annũ 1117. in quo dictus S Robertus mortuus est Sunt fere huius Ordinis monasteria duplicia, idest Virorum & fœminarũ muro distincta, præsidet & Viris & fœminis Abbatissa electa semper à Monialibus, habet sub se quinquaginta alia monasteria. De Ordine agunt Guilielmus Tyrus *lib.* 14. c. 20. Aubert. Miræ *de statu Relig. Christiana lib.* 1. c. 21. & *de origine monast. lib.* 2. c. 10. Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp* 24. q. 5. n. 30. Claud. Robert. *in Gallia Christiana tit. de Abbatiis lit. F. verbo Fons Ebraldi*, vbi appellat institutorem Robertum Arbicellum.

Monachi Guillielmitæ.

Collect. CCCCXCII.

1 De his Siluest. Maurol. *in Oceano Relig. lib.* 2. *pag.* 161. Paulus Rhegius *de Sanctis Neapolitanis in Vita S Guillelmi*, Card. Baron. *annal. Eccles. to.* 12.
2 *anno Christi* 1142. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib* 12. *cap.* 21.

vers Ordo Guillelmitarum, Caualer. decis. 594 num. 1. Carol. de Tapia in auth. ingressi C. de Sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 44. Ascan. Tambutin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 5. num 35. vbi de hac Congregatione in Gallia, nouissimè R. P. Angel. mantique in annalibus Cistercienſ. anno Christi 1136. cap. 5. vbi n. 3. & 4 refert verius esse illos sub sancti Benedicti regula militasse, & n. 5. addit non esse improbabile sub Augustiniana.

5 Monachi Guillelmitæ à sancto Guillielmo Vercellensi monacho Benedictino instituti fuerunt sub regula S. Benedicti anno 1124. Pontifice Calixto II. Imperatore Occidentis Henrico V. Orientis Emmanuele Conneno: vestiuntur albo amictu ex vili panno, monasteria totius Ordinis dicuntur esse 47. fere omnia per Italiam, Generalis triennio durat.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de ordine Monachorum Montis Virginis agentes.*
2 *Monachi Montis Virginis à quo & quando instituti, & cur sic dicuntur.*
3 *Ordo montis Virginis quando confirmatus, & approbatus.*
4 *Monasteria Monachorum Montis Virginis, certis exceptis casibus, mulieribus ingredi non licet.*
5 *Abbas montis Virginis habet vsum Mitra, Baculi, &c. & alia priuilegia.*
6 *Exempti sunt Monachi Montis Virginis à iurisdictione Sacrista hospitalis B. Maria Annuntiata Neapolis.*
7 *Constitutiones, & noua statuta Ordinis Montis Virginis confirmauit Clemens VIII.*
8 *Monasteria, quibus tota Congregatio Montis Virginis constare debet, praescribuntur.*
9 *Monachi Montis Virginis in propria patria dignitates, & Congregationis officia obtinere non possunt.*
10 *Habitus Generalis, & Monachorum Montis Virginis qualis?*

Monachi Montis Virginis.

COLLECT. CCCCXCIII.

1 DE his Thomas Costus *in vita S. Guillielmi fundatoris, & in vita S. Amati Episcopi Nucen. eiusdem sancti Guillielmi discipuli, & in vita Sancti Donati Monachi huius Ordinis*, Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 44. num. 7.* Ascan. Tambutin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quaest. 5. n. 35.* Ioann. maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Monachus 27. cum seqq.*

2 Monachi Montis Virginis sub regula sancti Benedicti instituti à sancto Guillielmo Vercellensi (cuius festum celebratur 25. Iunij) circa annum Domini 1121. Pontifice Calixto II. imperatore Henrico V. sic dicti à monte Virgiliano, in quo olim Virgilius celebratissimus poëta hortum habuit amœnissimum, & ab illo nomen accepisse traditio est, ibi primum magnitudine & antiquitate est monasterium Montis Virginis cum Ecclesia magna, pulchris ornamentis, & Indulgentiis maximè ornata, in qua adest deuotissimum caput beatissimæ virginis Constantinopolitanæ, quod Balduinus Imperator huic Ecclesiæ cum multis Reliquiis & ornamentis dono dedit.

3 Monachorum Montis Virginis Ordo fuit confirmatus, & ab Ordinarij iurisdictione exemptus per Ioannem Episcopum Auellinum de anno 1126. & à Roberto de anno 1133. & à Guillielmo de anno 1182. itidem Episcopis Auellin. quorum confirmationes, & exemptiones fuerunt approbatæ, & confirmatæ ab Alexandro III. & à Lucio etiam III. *sub die 12. May 1189.* & à Cælestino etiam III. *constit. 3.* incip. *Religiosam 2. Non. Nouembris* 1197. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 31.* aliàs *pag. 69.* qui Congregationem approbauit, & à solutione decimarum exemit, & ab Vrbano IV. in quadam sua constit. sub dat. 3. Idib. Ianuarij Pontificatus sui anno 2. vbi confirmat, & de nouo concedit omnes immunitates, & libertates per Romanos Pontif. monachis, & monasterio montis Virginis concessas, necnon libertates & exemptiones secularium onerum à Regibus, & Principibus, vel aliis Christi fidelibus eis, seu eorum monasterio indultas, & illos solos Romanæ Ecclesiæ censuales existere declarat.

4 Monachorum montis Virginis monasteria mulieribus, certis casibus exceptis, ingredi non licet. *Pius V. constit. 20. incip. Regularium 24. Octobris 1566.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 198. aliàs *pag.* 130. in nouiss. impress.

5 Monachorum Montis Virginis Abbas, cui fuerit benedictionis munus impensum, & Sacerdotalis Ordo collatus, habet vsum Mitræ, Baculi, annuli, sandalium, chirothecarum, tunicæ, & dalmaticæ, benedicit solemniter populum, Ordines minores confert, Indulgentias quadraginta dierum impartitur, benedicit etiam calices, & omnia alia ornamenta ecclesiastica, & cognoscit de causis matrimonialibus inter vassallos, in quibus habeat spiritualia. *Vrbanus IV. const. 6.* incip. *Ecclesia Romana 2. Idib. Septembris* 1265. apud Laert. Cherub *tom. 1. pag.* 100. aliàs *pag.* 122. Vide supra *collect. 3. n. 18 & 19.*

6 Monachi Montis Virginis exempti sunt à iurisdictione Sacristæ hospitalis B. Mariæ Annuntiatæ Neapolis. *Sixtus V. constit. 85.* incip. *Dudum 27. Augusti 1588.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 640. aliàs *pag.* 485. in nouiss. impress.

7 Monachorum montis Virginis statuta noua, & Constitutiones confirmauit *Clemens VIII. constit. sua incip. Inter grauissimas 8. Mart. 1599.* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag...*

8 Monachorum montis Virginis monasteria, quibus tota hæc Congregatio constare debet, præscripsit *Paulus V. constit. 1. in appendice* incip. *Pastora-*

9 *lis 19. May 1611.* vbi addit eos in propria patria Dignitates, & officia obtinere non possis, Oblatos nouitiatum per annum facere teneri & eorum Abbates priuilegiis Abbatum Camaldulensium gaudere.

10 Monachorum montis Virginis Abbas vnus Generalis totam Congregationem regit, quæ Regnum Neapolitanum non egreditur, ille defert Mozettam, eius Monachi album habitum, & capellum, ac pallium cum foris exeunt more clericorum itidem album portant, neque tam in forma quam in colore habitus differunt ab Oliuetanis nisi in forma caputij, & à Camaldulensibus, nisi quod isti cinguntur, illi verò Montis Virginis discinctam vestem deferunt, vt refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. titul. 19. de Relig. n. 76.*

Monachi

Monachi Gilbertini.

COLLECT. CCCCXCIV.

1 DE his Guillelm. Neubugensis *de rebus Angliæ lib. 5. cap. 16.* Polyd. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 7. cap. 2. in fine.* Barnabas Montalbus *in chronica Cisterciensi lib. 2. c. 23.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 5. num. 34.* nouissimè R.P. Angel Mantique *in annalibus Cisterciens. anno Christi 1135. c. 9. nu. 8.* Aubert. Miræus *de origine monast. lib. 5. cap. 15.*

2 Monachorum Gilbertinorum Ordo (quod iam non durat) institutus à S. Gilberto Anglo, in Anglia anno 1148. Pontifice Eugenio III. Imperatoribus Occidentis Conrado III. Orientis Emmanuele Conneno; vocatur etiam Ordo iste Sempringhamensis eo quod institutor illius dictus Gilbertus vocabatur de Sempringham, quem Virginibus maximè instruendis spiritum cælestem accepisse ipse etiam profectus comprobauit, vnde aliqua monasteria duplicia, virorum scilicet, & mulierum construxit, sed Guillielmus Gilberto coætus monasteria virorum à fœminis distraxit.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Monachis Guillielmitis agentes.*
2 *Monachi S. Guillelmi ducis Aquitaniæ à quo & quando instituti?*
3 *Monachi S. Guillielmi ducis Aquitaniæ an sub regula S. Augustini, vel sancti Benedicti fuerint instituti, & sub qua hodie viuant, ostenditur.*
4 *Monachi sancti Guillielmi ducis Aquitaniæ cur in Gallia dicantur Guillielmitæ, & fratres albi mantelli?*

Monachi sancti Guillielmi Ducis Aquitaniæ.

COLLECT. CCCCXCV.

1 DE his Marquez & plures ab eo citati *de vera origine Eremitarum S. Augustini c. 13. §. 11.* Penotto *in historia tripartita lib. 1. c. 46.* Cartillo *in annalib. chronolog. lib. 6. anno 1590. à princip.* vbi de hoc Ordine, Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol. 105.* R.P. Angel. Mantique *in annalib. Cisterciensib. anno 1130. c. 1. cum seqq.*

2 Monachi S. Guillielmi Ducis Aquitaniæ instituti à S. Guillielmo Aquitaniæ, & Pictauiensium Duce (cuius festum celebratur 10. Februarij) anno 1153. Pontifice Anastasio IV. Imperatoribus Occidentis Federico Æneobarbo, Orientis Emmanuele Conneno, credunt nonnulli, inter quos Renat. Choppin. & alij, quos refert Marquez citato
3 loco, Sanctum Guillielmum instituisse Religionē suam sub regula sancti Benedicti: sed alij verius meo videri, affirmant illam instituisse sub regula sancti Augustini, atque eundem S. Guillielmum vere fuisse eremitam S. Augustini, sed in illa maxima vnione, & accessione, quæ omnium Congregationum sub regula, & nomine S. Augustini viuentium, facta est ad religionem Eremitarum

Barbos. Apost. Decis. Sum.

sancti Augustini sub Innocentio IV. anno 1256. reclamantibus hanc vnionem Guillielmitis, vt liberius ab ea resilirent, regulam sancti Benedicti ab eodem Alexandro IV. acceperunt, manente sibi interim habitu S. Augustini, vt latè probat
4 Marquez loco citato. In Gallia dicuntur Guillielmitæ, fratres albi mantelli, non quod vestibus albis vterentur, sed quod domum quam olim Seruitæ albi mantelli Parisiis incolebant, habitauerint: refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 19. de Religion. num. 77. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Humiliatorum agentes.*
2 *Humiliati à quibus & quando instituti?*
3 *Humiliatorum Ordo extinctus fuit a Pio V. & quare.*
4 *Humiliatorum quidam in S. Carolum Sclopetam exonerauit.*
5 *Habitus Humiliatorum qualis fuerit?*

Monachi Humiliati.

COLLECT. CCCCXCVI.

1 DE his S. Antonin. *p. 2. histor. tit. 15. c. 22.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p. 4. consid. 60.* Polyd. Virgili. *de inuentor. rerum lib. 7. cap. 2.* Paul. Morigia *cap. 29 fol. 84.* Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol. 104.* Gualter. *in tabul. chronograph. sæculo 12. pag. 633.* Carol. de Tapia *in antib. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. verbo monasteria cap. 45.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 21. vers. Ordo Humiliatorum,* Ioseph. Micheli *en el thesoro de Religiones fol. 104.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. qu. 5. num. 37.*

2 Monachorum Humiliatorum Ordo institutus fuit à nobilibus quibusdam Mediolanensibus, qui post dirutam patriam à Federico Ænobarbo iussi abire exules in Germaniam, inde precibus, & humilitate regressum iterum in Mediolanum adepti sunt; quia verò vestibus albis induti postliminium impetrarunt, eisdem vestibus Deo seruire decreuerunt anno 1196. Pontifice Cælestino III. Imperatorib. Occidentis Henrico, Orientis Alexio Angelo, licet Cassaneus citato loco hunc Ordinē incepisse anno 1017. existimauerit, & Gualter. d. pag. 633. crediderit institutum anno 1170. & confirmatum anno 1200. Fuit inter restitutores præcipuus B. Ioannes Sacerdos Comensis, cuius festum celebratur 26. Septembris.

3 Monachorum Humiliatorum Ordinem, qui multum diuque floruerat, extinxit sanctæ mem. *Pius V. anno* 1570. vt apparet ex eius *Constit.* incip. *Quemadmodum*, vt vendicaret iniuriam illatam Cardinali Carolo Borromeo Archiepiscopo Mediolanensi, & eiusdem Ordinis reformatori, cum nescio quis ex Humiliatis aliorum persuasu in eum sclo-
4 petam duabus glandibus plumbeis onustam exonerauit, illæso interim, non sine diuino miraculo Cardinale, ann. 1569. die 26. Octobris, vt scribunt Carol. de Tapia *d. cap. 45. numero 2. & 3.* Ioann. Petrus Iussanus *in Vita S. Caroli libro 2. capite 23.* Ioan. Anton. Gabatius *ex Congregatione Oratorij in Vita*
5 *Pij V. libro 3. capite 15.* Induebantur albis vestibus ex vili panno, vt refert Aldan. *in compendio Canon.*

carnin resolutionum libro 1. titulo 19. de Religionibus numero 79.

Monachi Floriacenses.

COLLECT. CCCCXCVII.

1 DE his Siluest. Marul *in occeano Relig. in epist. Honorij III. ad Episcopum Lucanie*, Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 5. num. 56.* Gabriel Varius *in vita Ioachimi*, Anton. Posseuin. *in apparatu Sacro tom 2. verbo Ioachim.* de illo videas quæ dixi in *collect. ad cap. damnamus de sum. Trinit. in Decretalib.*

2 Monachorum Floriacensium Ordo sic dictus à primo eius monasterio Floriacensi prope Cozentiam Vrbem Archiepiscopalem in regno Neapolitano institutus à B. Ioachimo Calabro Monacho Benedictino anno 1196. Pontifice Cælestino III. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Conneno, decursu temporis vnitus fuit Congregationi Cisterciensi.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Ordine Siluestrinorū agentes.*
2 *Siluestrini Monachi à quo & quando instituti?*
3 *Congregatio Siluestrinorum approbata fuit, & exempta per Innocentium IV.*
4 *Siluestrini gaudent omnibus gratiis, & priuilegiis Ordinum Mendicantium.*
5 *Generalis Prior Siluestrinorum ad triennium eligitur per solum Capitulum generale.*
6 *Siluestrini posteriores in loco si à quæstuando se abstineant, in processionibus præcedunt Regularibus Ordinis Mendicantium licet prioribus.*

Monachi Siluestrini.

COLLECT. CCCCXCVIII.

1 DE his S. Antonin. *p. 2. histor. tit. 15. cap. 23. §. 2.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p. 4. consid. 57.* August Florentin. *in historia Camaldulen lib. 2. c. 45.* Gualter. *in tabul. chronog. seculo 15. anno 1252.* Cardin. Cæsar. Baron. *in annal. eccles. tom. 13. anno 1267. n. 02.* Siluest. Marul *in occeano Relig lib. 3. pag. 185.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi C. de sacros. eccles. verbo monasteria c. 46.* Azori *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 21. vers. Ordo Siluestrinorū.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatū tom. 1. disp. 2. q. 15. n. 11. & tom. 2. disp. 24. q. 3. nu. 19.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Siluestrini.*

2 Monachorum Siluestrinorum Ordo institutus fuit à S. Siluestro Canonico Osimano in agro Piceno Monacho Benedictino (cuius festum celebratur 26. Nouembris) anno 1252. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Baldouino. Induuntur Monachi eodem habitu, quo Benedictini mutato colore nigro in canusinum, Italiam non egrediuntur, vbi dicuntur habere per Marchiam Anconitanam Vmbriā, & Tusciam 25. monasteria, refert Aldan. *in compendio Canon. resol lib. 1. tit. 10. de Relig n. 80.*

3 Monachorum Siluestrinorum Congregatio approbata fuit ab Innocentio IV. & per illum exempta à decimis, & nonnisi ad arctiorem Religionem transire possunt, ac Ordines, & ecclesiastica Sacramenta ab Episcopo diœcesano recipere debent, vt apparet ex eius *Constit. 5.* incip. *Religiosam 5. Kalend. Iulij* 1247. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag* 64. alias *pag.* 95. in nouiss. impress.

4 Monachi Siluestrini gaudent omnibus gratiis, & priuilegiis Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium. *Paulus V. constit* 8. incip. *Religiosorum 03. Nouembris* 1616.

5 Monachorum Siluestrinorum Prior Generalis ad triennium eligitur per solum Capitulū generale, sed reeligi pro alio triennio immediate non potest; aliorum quoque Priorum officium triennio expletur. *Paulus III. constit.* 38. incip. *Exposcit 12. Kalend Aprilis* 1543. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 1. pag.* 676.

6 Monachi Siluestrini posteriores in loco si à quæstuando se abstineant in processionibus præcedunt Regularibus Ordinum Mendicantium licet prioribus. *S. Congr. Episcop. & Regul* 24. *Ianuarij* 1617. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *dicto verbo Siluestrini num.* 7.

Monachi Vallis-Caulium.

COLLECT. CCCCXCIX.

1 DE his Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part. 4. consid.* 58. Iacob. de Vitriaco *in historia occidentali cap.* 17. Arnold. Vuion *in legno vitæ lib. 2. cap.* 50. Fr. Athanas. Lobera *in vita S. Froilani cap* 19. Barnabas Montaluo *in chronica Cistercien. tom. 1. lib. 2. c.* 25. Aubert. Miræus *de statu Ecclesiæ Catholicæ lib. 1. c. 24. & de origine monast. lib. 2. cap. 9. & de origine S. Benedicti c. 64.* Claudius Robert. *in Gallia Christiana tit. de Abbatiis lit. V, verbo Vallis-Caulium*, Ascan. Tamburio. *de iure Abbatum tom. 2 disp. 24, quest. 5. n* 41.

2 Monachi Vallis-Couliū Gallicè, Val de Choux instituti fuerunt ibidem prope Diuionem Galliæ Vrbem in Ducatu Burgundiæ, à Viardo viro religioso Benedictino anno 1240. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Baldouino II cuius Ordinis, vt ait Cassan. loco citato, sunt paucissima monasteria, vtriusque fere ea Cisterciensi Ordini vnici, cuius & iste habitum gestat, & regulis vtitur.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Monachis Cælestinis agentes.*
2 *Cælestini à quo & quando instituti?*
3 *Cælestini cur sic appellantur?*
4 *Cælestinorum Ordo approbatur.*
5 *Cælestini Monachi recepti sunt sub protectione Sedis Apost.*
6 *Abbas Generalis Cælestinorum habitu prælatitio, & vsu Pontificalium vtitur.*
7 *Monasteria Ordinis vbique locorum existentia visitat Generalis Cælestinorum.*
8 *Ambitus Monacha Cælestinis interdicitur.*
9 *Priuilegiis omnibus & gratiis concessis Congregationi Cassinensi, & aliorum Monachorum, gaudent Cælestini.*
10 *Constitutiones, & statuta pro Ordinis Cælestinorum guberno confirmantur.*
11 *Cælestinorum habitus qualis?*

Monachi

Monachi Cælestini.

COLLECT. D.

1 DE his S. Antonin. *part. 2. titulo 16. capite 1. §. 18.* Castan *in catal gloria mundi part. 4. considerat 61.* Polydor. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 7. cap 2.* Illescas *in historia Pontificale p. 1. lib. 6. cap. 43.* Gualter. *in tabul. chronog. sæculo 13. anno 1274. pag. 681.* Card. Cæsar. Baron. *annal. Eccles tom. 13. anno Christi 1294. numero 2. cum seqq.* Paulus Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap. 36.* Siluest. Marul. *in occeano Relig lib. 4. pag. 309.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 3. art. 3.* Carol. de Tapia *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo monasteria cap. 47.* Card. Canalei. *decis. 588. n. 4. & decis. 594 ferè per tot.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap 21. vers. Cælestinorum Ordinem,* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom. 2. q. 4. articul. 1.* Ioseph. Michels *en el thesoro de Religiones fol. 106.* Ascanius Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. q. 5. numero 43.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol. 123. numero 14.*

2 Monachorum Cælestinorum Ordo institutus fuit, à Petro Morono Monacho Benedictino (dictus est Moronus à monte Morono in Regno Neapolitano, quem Religiosus incoluit) anno 1274. Pontifice Gregorio X. Imperatoribus Occi-
3 dentis Rodolpho I. Orientis Michaele Paleologo. Cælestinorum nomen sortitus est quod eius fundator Petrus Moronus, summus Pontifex electus Cælestinus V. vocari voluit à Pontificio honore, seu potius honore abiecto ad nomen pristinum rediit, licet cum nomine honoris familiæ remanserit: de eo loquens Coriolanus relatus per Fr. Ferdinand. Camargo *in epitome historiali Ecclesiæ militant. sub anno 1294. fol. 164.* hæc verba ponit. *Ab hoc Pontif.* (scilicet Bonifacio VIII.) *ferunt deceptum Cælestinum voce tanquam celitus missa per cannam ad eum factam, vt Pontificatum desereret: qua voce forte deceptus, vel vt secularibus curis renunciaret, & totum se Deo in Eremo traderet, renunciationem fecit his verbis. Ego Cælestinus Papa V. motus ex legitimis causis, id est causa humilitatis, & melioris vitæ, & conscientia illæsa, debilitate corporis, defectu scientiæ, & malignitate populi, & infirmitate personæ, & vt præteritæ consolatione vitæ possim reparare quietem, sponte ac liberè cedo Papatui, & expressè renuntio loco, & dignitati, oneri, & honori, dans plenam & liberam facultatem ex nunc sacro Cœtui Cardinalium eligendi, & prouidendi duntaxat canonicè vniuersali Ecclesiæ de Pastore.* qua facta renunciatione, statim Pontificiam mitram, ac Pontificalia insignia, & ornamenta deponens, & habitum eremiticum reassumens, ad desertum, de quo ad Papatum assumptus fuerat, sponte rediit, in eoque vitam cum morte sanctissimè commutauit, & deinde in Sanctorum numerum ab Apostolica Sede relatus, eius festus dies 19. maij celebratur sub nomine Sancti Petri Moroni.

4 Monachorum Cælestinorum Congregationem approbauit & confirmauit eius institutor Cælestinus V. *constitutione 1.* incip. *Etsi cunctos 5. Kalend. Octobris 1294.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 136. & Clemens V. constitut. 4.* incip. *Qui facit, de anno 1313.* apud Laert. Cherubin. *eod. tom. 1. pag. 151.*

5 Monachi Cælestini recepti sunt sub protectione Sedis Apostolicæ. *Benedictus XI. constit. 2.* incip. *Religiosam 2. Id. Martij 1304. In appendice tom. 3. pag. 13.*

6 Monachorum Cælestinorum Abbas Generalis eas facere potest functiones, quas alij Abbates exempti facere consueuerunt, habituque Prælatitio Regularium, & in monasteriis sui Ordinis Pontificalibus indumentis vti, ac Missas solemniter celebrare, & interessentibus solemnem benedictionem impartiri. *Paulus V. constitutione sua* incip. *Ex iniuncto 9. Decembris 1606.* impressa post *Constitutionem 24. Vrbani VIII.* apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. Bullarij pag. 28.*

7 Monachorum Cælestinorum Abbas Generalis visitat monasteria Ordinis vbique locorum existentia, & absque illius præsentia Cælestini non cogunt Capitulum generale. *Paulus V. constit. 19.* incip. *Iniuncti 19. Aprilis 1606.* apud Laert. Cherub. *in Bullario pag. 201.*

8 Monachis Cælestinis ambitum interdixit idem *Paulus V. constit. 10. in appendice* incip. *Quoniam 27. Augusti 1616.*

9 Monachorum Cælestinorum Congregatio, eiusque personæ, & loca quæcunque gaudent priuilegiis & gratiis omnibus Congregationis Cassinensis, & aliorum Monachorum quarumcunque Congregationum, earumue personarum, & locorum quorumcunque. *Vrbanus VIII. constitutione 24. §. 1.* incip. *Sacrosancti 14. Augusti 1624.* apud Angel. Mariam Cherubin. *tom. 4. Bullarij pag. 38.*

10 Monachorum Cælestinorum constitutiones, seu statuta pro Congregationis gubernio confirmauit *Vrbanus VIII. constit. 56.* incip. *Sacrosanctum 8. Iulij 1626.*

11 Monachi Cælestini induuntur alba tunica, nigro caputio, & scapulari, nigra etiam cucula siue clamide Benedictinis per omnia simili. Eorum Ordo per Germaniam, Hungariam & Galliam creuit, vbi nunc habet 22. monasteria satis ampla, creuit per Italiam vbi ad 96. domicilia numerantur, refert Aldan. *in compendio Canonicarum resolutionum libro 1. titulo 19. de Religionib. n. 81.*

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur qui de Monachis Oliuetanis agunt.*
2 *Oliuetani Monachi cur ita dicantur, & à quo & quando instituti, & approbati?*
3 *Priuilegiis Monachorum Cassinensium ac aliis pluribus gaudent Oliuetani.*
4 *Exempti sunt Oliuetani à iurisdictione Ordinariorum, & absque Papæ licentia ad aliam Religionem transire nequeunt.*
5 *Conseruatores eligendi facultatem habent Oliuetani.*
6 *Sacramenta ecclesiastica ministrare, & noua loca acquirere possunt Oliuetani.*
7 *Precedentiam Cassinensibus cedunt Oliuetani in omnibus processionibus.*
8 *Abbatibus Oliuetanis conceditur vsus baldachini.*
9 *Monasteria plus sexaginta habent Monachi Oliuetani.*

Monachi Oliuetani.

COLLECT. DI.

1 DE his S. Antonin. *p. 2. tit. 16. cap. 1. §. 2.* Castan. *in catalogo gloriæ mundi p. 4. considerat. 58.*

Polydor. Virgil. *de inuentorib. rerum lib. 7. cap. 1.* Gualter. *in tab. chronograp. ſæculo 14. pag. 699.* Paul. Morigia *de origine Relig. lib. 1. cap. 57.* Silueſt. Marul. *in Oceano Relig. lib. 5. pag. 344.* Fr. Emman. *quaſt. Regul. tom. 1. quaſt. 3. art. 3.* Carol. Tapia *in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo monaſteria cap. 48.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 21. verſ. Ordo Oliuetanorum* Fr. Ludou. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. q. 4. art. 2.* Platus *de bono ſtatus Relig. lib. 2. cap. 22.* Hieron. Roderic. *in compendio quaſt. Regul. reſol. 123. num. 10.* Ioſeph. Micheli *en el theſoro de Relig. fol. 107.* Aſcan. Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. diſp. 24. q. 5. n. 45.*

2 Monachorum Oliuetanorum Ordo ſic dictus à monte Oliuarum in Comitatu Ilcinenſi, olim diœceſis Aretinæ, nunc vero diœceſis Pientinæ non longè à Senis, vbi primum eius monaſterium erectum, quod dicitur Mons Oliuetus maior, inſtitutus à tribus nobilibus Senenſibus B. Bernardo Ptolomæo, philoſophiæ profeſſore, Ambroſio Piccolomineo, & Patritio de Patritiis anno 1319. Pontifice Ioanne XXII. Imperatoribus Occidentis Ludouico IV. Orientis Andronico: dicuntur per Italiam Monachi albi quod nullis niſi albis veſtibus vtantur. Eorum Congregationem approbauit idem *Ioannes XXII conſtit. 1. in appendice* incip. *Cum à nobis 16. Kalend. Iunij* 1324. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 14.* aliàs *conſtit. 15. pag. 179.* in nouiſſ. impreſſ.

3 Monachi Oliuetani alios ad Religionem recipere poſſunt, gaudent priuilegiis Monachorum Caſſinenſium, ad proceſſiones accedere non coguntur, à quolibet Antiſtite Ordines recipere valent, & à decimarum, aliorumque onerum ſolutione ſunt exempti. *Pius II. conſtitutione 9.* incip. *Licet 3. Non. Octobris* 1462. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 321.* aliàs *pag. 292.* in nouiſſim. impreſſ.

4 Monachi Oliuetani exempti ſunt ab Ordinariorum exemptione, ſexagenaria gaudent præſcriptione, Confeſſiones audiunt, & abſque Papæ licentia ad aliam Religionem tranſire nequeunt. *Iulius II. conſtit. 12.* incip. *Etſi pridie Non. Iunij* 1507. apud Laert. Cherubin. *tom. 1. pag. 421.* aliàs *pag.* 369. in nouiſſ. impreſſ.

5 Monachis Oliuetanis facultatem conceſſit eligendi Conſeruatores, eorumque iuriſdictionem ampliauit idem *Iulius II. conſtit. 5.* incip. *Militantis 8. Kalend. Nouembris* 1505. apud Laert. Cherubin. *tom. 1. pag.* 407. Et Abbates Oliuetani poſſunt eligi in Conſeruatores ſi Epiſcopus in Synodo eos deputauerit Iudices Synodales. *Sacra Congregat. Concil. 2. Martij* 1619. teſte Sellio *in ſelect. Canonicis cap. 20. n. 75.*

6 Monachi Oliuetani noua loca acquirere, & eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare poſſunt. *Clemens VI. conſtitut. 1.* incip. *Solicitudinis 12. Kalend. Februarij* 1343. apud Laert. Cherubin. *tom. 1. pag.* 212. aliàs *pag.* 210. in nouiſſ. impreſſ.

7 Monachi Oliuetani debent cedere præcedentiam Monachis Caſſinenſibus in omnibus proceſſionibus, quæ Veronæ fiunt. *Sacra Congreg. Rit. in Veronen. 23. Ianuarij* 1610. quam refert Sellius *d. c. 20. n. 78.*

8 Monachorum Oliuetanorum Abbatibus conceditur vſus Baldachini, vt ſupra dictum eſt *collect. 3. n. 22.*

9 Monachi Oliuetani habent per Italiam & Siciliam pluſquam ſexaginta monaſteria & vltra ſupradictum primum eius monaſterium ampliſſima ſunt ſancti Michaelis in nemore Bononiæ, ſancti Victoris ad corpus Mediolani, Montis Oliueti Neapolis, S. Mariæ ad nemus Siciliæ, S. Nicolai Rotingij in agro Brixienſi. Habent etiam duo in Hungaria, eorum Generalis Abbas vltra triennium non creatur, refert Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 1. tit. 19. de Religionib. n. 81.* 1

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur qui de Carthuſienſium Ordine agunt.*
2 *Carthuſienſes Monachi a quo, & quando inſtituti.*
3 *Ordinem Carthuſienſium approbauit Alexander III.*
4 *Carthuſiani à ſolitudine diſtrahi prohibentur.*
5 *Oblati Carthuſianorum gaudent priuilegiis Fratrum eiuſdem Ordinis.*
6 *Exempti ſunt Carthuſiani à iuriſdictione Ordinariorum.*
7 *Carthuſiani ad teſtificandum & iurandum in iudiciis compelli non poſſunt.*
8 *Carthuſiani recipiunt Ciſtercienſes.*
9 *Carthuſiani recipiuntur a Camaldulenſibus in eremo degentibus.*
10 *Ordo totus Carthuſianorum ſubeſt Obedientiæ Prioris Maioris Domus Carthuſiæ.*
11 *Priuilegia, immunitates, & exemptiones quorumcunque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium Carthuſianis conceduntur.*
12 *Eremitæ S. Auguſtini Congregationis Galliæ Reformatorum ad Carthuſianos tranſire poſſunt, & non ad alios.*
13 *Capitulum cuiuſque Domus Priorem ſuum quo modo eligat.*
14 *Prouincias quot habeat Religio Carthuſianorum.*
15 *Habitus Carthuſianorum qualis.*

Monachi Carthuſienſes.

COLLECT. DII.

1 DE his S. Antonin. *p. 2. hiſtor. titul. 15 cap. 22. §. 2.* Caſſan *in catalogo gloriæ mundi p. 4. conſid. 62.* Polydor. Virgil *de inuentorib. rerum lib. 7 cap. 3.* Gualter. *in tab. chronog. ſæculo 11. anno 1086. pagina 631.* Hieronym. Roman. *de Republica Chriſtiana libro 6 capite 13.* Illeſcas *in hiſtoria Pontificali libro 5. capite 9.* Cardinal. Cæſ. Baron. *ſeu potius Abraham. Bzouius annal. Eccleſ. tom. 13. anno Chriſti 1254. numero 7.* Veneto *en el enchiridion de los tiempos folio 90. in nouiſſima impreſſione.* Platus *de bono ſtatus Religionis libro 2. capite 22.* Paulus Morigia *de origine Religionis libro 1 capite 27.* Silueſt. Marul. *in oceano Relig. libro 2. pagina 124.* Ioſeph. Michels *en el theſoro de Religiones folio 105.* Claudius Robert. *in Gallia Chriſtiana titulo de Generalibus pagina 5.* Aubert. Miræ. *de origine Religionis libro 2. capite 45. & in ſpeciali tractatu de origine omnium per Orbem Carthuſiarum Domorum*, R. P. Angel. Manrique *in annalibus Ciſtercienſibus tom. 2. anno Chriſti 1157. capite 4.* Carol. de Tapia *ad auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ. verbo monaſteria capite 41.* Fr. Emman. *quæſtion. Regular. tom. 1. quæſtione 1. articulo 8.* Azor. *inſtit.*
2 *moral p. 1. lib. 12. c. 21. q. 2.* Fr. Ludou Miranda *in man. Prælator. tom. 1. q. 4. art. 3.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2.*

tom.2.lib.6.c.7.n.21. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 4.* Hieron. Roderic. *in compend. quæst. Regul. resol.123.n 15.* Ascan. Tambur. *de iure Abbatum tom. 2 disp. 24.q. 7. n. 1.* Ioan Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Carthusiani.* Ex professo huius Ordinis chronicam & historiam scripserunt Henricus Arnoldus, Henricus Triso, Petrus Dorlandus cum notis Theodori Petræi, Arnoldus Bostius *in tract. de illustribus viris Ordinis Carthusiani.*

2 Monachorum Carthusiensium Ordo sic dictus à Valle Carthusia vulgo Cerrosa in diœcesi Gratianopolitana in Regno Galliæ, institutus à S. Brunone, nobili ciue Vrbis Agrippinæ sub regula propria anno 1084. Pontifice Gregorio VII. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Ale-
3 xio Conneno, illum approbauit *Alexand. III. const. 7.* incip. *Cum vos 4. Non. Septemb.* 1176. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 28.* aliàs *pag. 64.* in nouiss. edit.

4 Monachos Carthusienses à solitudine distrahi prohibuit *Honorius III. constit. 3.* incip. *Cum dilecti 5. Id. Februarij* 1218. apud Laert. Cherubin. *d. tom. 1. pag. 45.* aliàs *pag. 80.* & illius meminit Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Carthusiani numero 3.*

5 Monachorum Carthusiensium Oblati gaudent priuilegiis Fratrum eiusdem Ordinis *Gregorius IX. constitut. 3.* incip. *Quoties 3. Non. Februarij* 1232. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 52.* alias *pag. 85.* in nouiss. impress.

6 Monachi Carthusienses exempti sunt à iurisdictione, & superioritate Ordinariorum. *Bonifacius IX. constitut. 3.* incip. *Sacro-sancta 17. Kalend. Aprilis* 1391. apud Laert. Cherubin. *tom. 1. pag. 231.* & illius meminit Ioan. Maria Nouar. *vbi supra n 6.*

7 Monachi Carthusienses ad testificandum, & iurandum in iudiciis compelli non possunt. *Honorius III. dicta Constitut. 3.* quam citat Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Carthusiani n. 5.*

8 Monachi Carthusienses recipiunt Cistercienses. *Eugenius IV. constit. 16.* incip. *Regularem 16. Kalend. Martij* 1439. apud Laert. Cherubin. *tom. 1. pag. 284.* aliàs *pag. 266.*

9 Monachi Carthusienses recipiuntur à Camaldulensibus in eremo degentes, petita licet non obtenta licentia ab eorum Superiore *Eugenius IV. constitut. 8.* incip. *Illa 8. Kalend. Decembris* 1475. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 274.* aliàs *pag. 259.* & illius meminit Ioann. Maria Nouar. *vbi supra numero 7.*

10 Monachorum Carthusiensium totus Ordo subest obedientiæ Prioris maioris Domus Carthusiæ, *Iulius II. constit. 17.* incip. *Dum ad fructus 16. Kalend. Iulij* 1508. de qua mentionem facit Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Carthusiani numero 2.* Et iste ab ea nunquam egreditur & simul Generalis est, Ordinem regit per Visitatores, & singulis annis eo in loco Generale Capitulum congregat, in quo de rebus Ordinis agitur.

11 Monachis Carthusiensibus priuilegia quæcunque, immunitates, & exemptiones, gratias, ac indulta tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, quibuscunque aliis tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinibus per quoscunque Romanos Pontifices concessa, & in futurum concedenda, communicauit, extendit *Gregorius XV. constitution. 42.* incip. *Ad vberes 3. Februarij* 1623.

12 Monachos Carthusienses adire possunt, seu ad eos transire valent Eremitæ sancti Augustini Congregationis Galliæ Reformatorum, seu discalceatorum, ad alios non. *Vrbanus VIII. constit. 90.* incip. *Ex iniuncti 21. Iulij* 1628. apud Angel. Mariam Cherubin. *tom. 4. Bullarij pag 103.*

13 Capitulum cuiusque Domus Priorem suum eligit, confirmat Generalis, durant ad arbitrium
14 Religionis. Prouinciæ sunt septendecim (totidem numerant Aubert. Miræ. & Azot. citatis locis,
15 cum 180. monasteriis & tribus millibus monachorum) monasteria ferè ducenta. Vestiuntur Monachi vt Religiosi Dominicani, ferunt tamen caputium assutum tunicæ & scapulari vtrumque alam connexam infra se ligula eiusdem panni & coloris infra vtrumque latus; conuersi portant scapulare nigrum, refert Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib 1. tit. 19. de Religion. num. 82.*

SVMMARIVM.

1 *Ædificanda & erigenda sunt monasteria quorumcunque etiam Mendicantium iuxta formam præscriptam à Clemente VIII.*

2 *Monialium monasteria ædificanda & erigenda iuxta formam Constitutionis Clementis VIII.*

3 *Constitutionis Clementis VIII. dispositio circa monasteria ædificanda inducit formam.*

4 *Monasteria noua quomodo hodie erigenda iuxta Constitutionem Gregorij XV.*

5 *Mulieres ingredi prohibentur monasteria quoruncunque Ordinum Regularium.*

6 *Milites hospitare non tenentur monasteria, & loca pia.*

7 *Cameræ Apost. debita iura soluere tenentur monasteria, Prioratus, & alia beneficia ecclesiastica perpetuò vnita.*

8 *Numerus Religiosorum certus in monasteriis Regularium præfiniendus.*

9 *Religiosorum monasteria intra & extra Italiam nulla recipiantur nisi in eorum singulis duodecim Fratres degere, & ex redditibus sustentari valeant.*

10 *Capuccinorum, & Societatis Iesu monasteria comprehenduntur sub præcedenti dispositione.*

11 *Licentiæ erigendi noua monasteria sunt reuocatæ, & inposterum erigi prohibentur nisi seruatis Constitutionibus, &c.*

12 *Administratores monasteriorum de illis rationem Ordinario reddere non tenentur.*

13 *Residentiam aliquam non requirunt monasteria, quæ cura & conuentu carent.*

14 *Visitare potest Episcopus monasteria commendata perpetuò vnita aliis Ecclesiis, vel piis locis.*

15 *Licentiam erigendi noua monasteria non potest concedere Vicarius Capitularis Sedis Vacantis.*

16 *Seminario Episcopi contribuere etiam tenentur de eo quod superest monasteria illa, quæ ad seminarium sui Ordinis contribuunt.*

Monasteria.

Collect. DIII.

1 Monasteria quoruncunque etiam Mendicantium non possunt erigi, & ædificari, quamuis adsit licentia Episcopi, nisi vocatis & auditis aliorum Conuentuũ procuratoribus, & aliis

intereſſe habentibus, & cauſa cognita, & ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſint, & ſi dicti procuratores nihil opponant, dabitur eis licentia per Epiſcopum *Clemens VIII. conſtitut.* 99. incip. *Quoniam ad institutum de anno* 1603. apud Laert. Cherub *in Bullario tom.* 3. *pag.* 146. & apud Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcopos & Regular. pag.* 97. da cuius materia Aloyſ Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep Neap. p.* 2. *deciſ.* 75. *& p.* 4. *deciſ.* 131. Ioan. Maria Nouar. *in nouo Iure Pontif. concl.* 2. *de ædificat. nouorum monaſt.* Ioan. Anton. Nouar. *eius frater in ſum. Bullar. tit. de monaſteriorum ædificat. ſuper Bulla Clementis VIII.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regul. tom.* 2. *cap.* 9. *n.* 35. *& tom.* 3. *verba Epiſcopus quoad Regulares n.* 3. *cum ſeqq.* Ego *de Officio, & poteſt Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 26. *n.* 7.

2 Quæ quidem Clementina Conſtitutio locum etiam habet circa erigenda monialium monaſteria, vt cenſuit *Sacra Congr. Conc. ſub die* 17. *Decembris* 1620. penes Tamburin. *in tract. de iure Abbatiſſar. diſp.* 33. *q.* 1. *n.* 4. Lezana *d. verbo Epiſcopus n.* 4. *in fine*, metipſum *de iure eccleſ. vniuerſa lib.* 12. *cap.* 12. *n.* 7.

3 Et eius diſpoſitio ac tenor adeò inducit formam, & eſt de ſubſtantia, vt eius omiſſio vitiet conceſſionem, Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcopos & Regular. in quæſt. ſuper hac conſtit. verſ. ad quartum. pag.* 111.

4 Monaſteria noua etiam mendicantium erigi non poſſunt niſi in quolibet illorum duodecim Religioſi ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant, & cum conſenſu aliorum Conuentuum infra quatuor milliaria exiſtentium, & ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni conſenſerint, vel aliàs Ordinario locorum conſtiterit Religioſos monaſterij ſic erigendi abſque detrimento Religioſorum in monaſteriis antea in ciuitatibus ſeu locis huiuſmodi erectis degentium ibi in numero duodecim commodè & congruè manuteneri & ali poſſe. *Gregorius XV. conſtit.* 31. incip. *Cum aliàs* 17. *Auguſti* 1622. apud Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcopos & Regular. pag.* 100. *cum ſeq.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom.* 2. *circa conſtit.* 6. *Gregorij XV.* Lezanam *in ſummæ. quæſt. Regul. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 15.

5 Monaſteria quorumcunque Ordinum Regularium mulieribus ingredi interdixit *Pius V. conſtit.* 20. incip. *Regularium* 24. *Octobris* 1566. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 198. de cuius materia Coriolan. *de caſibus reſeruat. p.* 2. *caſu* 2. *num.* 36. *cum ſeqq.* Bonacin. *de clauſura Relig. q.* 5. *puncto* 3. Lezana *d. tom.* 1. *cap.* 10. *à n.* 9. Ego *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 102. *n.* 86. *cum ſeqq.*

6 Monaſteria omnia, & loca pia ab hoſpitandi milites onere exemit idem *Pius V. conſtitut.* 148. incip. *Cum ſicut, de anno* 1572. apud Laert. Cherubin. *tom.* 2.

7 Monaſteria, Prioratus, & alia beneficia eccleſiaſtica perpetuò vnita, & de cætero non vacantia Cameræ Apoſtol. debita iura præſtare tenentur. *Paulus II. conſtit.* 6. incip. *Decet.* 8. *Id. Ianuarij* 1469. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 330.

8 Monaſteriis Regularium certum Religioſorum numerum præfiniri iuſſit *Paulus V. conſtit.* 9. incip. *Sanctiſſimus* 4. *Decembris* 1605. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 187. & Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcopos & Regular. pag.* 117. Tamburin. *de iure Abbatiſſar. diſp.* 34. *q.* 1. *n.* 5. Scottia *in ſelectas Pontificum Conſtit. epit.* 164.

9 Monaſteria Religioſorum nullibi recipiantur, niſi præter alia ad id requiſita in ſingulis eiuſmodi locis duodecim ſaltim Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis detractis omnibus vt ſupra detrahendis, competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum decreti felicis record. Gregorij XV. hac de re editi Alioquin monaſteria, & loca huiuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi vt ſupra ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non habitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur. *Sacra Congreg. Conc. in decreto de celebrat. Miſſar.* §. 7. *ſub die* 21. *Iunij* 1625. quam refero *d. p.* 2. *alleg.* 26 *ſub num.* 7. *verſ. Verum quia.* Et habere locum etiam extra Italiam declarauit *eadem Sacra Congr.* referentibus Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ cap.* 42. *num.* 20 Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo monaſterium num.* 10.

10 Et ſub illa diſpoſitione comprehendi monaſteria Cappucinorum, & Societatis Ieſu cenſuit *eadem Sacra Congregat. ſuper dictis decretis de celebrat. Miſſar. dub.* 8.

11 Monaſteriorum, aliorumque locorum Regularium quorumcunque nouorum erigendi, ſeu inſtituendi, cœptorumque finiendi facultates reuocatæ ſunt, & impoſterum erigi prohibentur, niſi ſeruatis Conſtitutionibus *Clement. VIII. Gregorij XV. & Concilij Trid.* ac cum licentia Ordinariorum. *Vrbanus VIII. conſtit.* 25. incip. *Romanus Pont.* 28. *Auguſti* 1624. apud Lauret. de Franchis. *de controuerſ. inter Epiſcopos & Regular. pag.* 103. & illius meminere Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo monaſterium num.* 5. & Ioan. Anton. Nouar. *eius frater in ſumma Bullarum tit. de monaſteriorum ædificatione ſuper Bulla Vrbani VIII.*

12 Monaſteriorum adminiſtratores de illis rationem Ordinario reddere non tenentur. *Sacra Cong. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis n.* 78. *verſ. item adminiſtratores.*

13 Monaſteria, quæ cura & conuentu carent, non requirunt aliam reſidentiam. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Nicol. Garc. *de benefic. p.* 2. *cap.* 2. *num* 179. *in* 9. *declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. §. 2. *tit. ſed an Parochi debeant reſidere n.* 179.

14 Monaſteria commendata perpetuò vnita aliis Eccleſiis, vel piis locis, poteſt Epiſcopus viſitare, etiamſi ipſa loca ſub Regulari protectione ſint. *Sacra Congr. Conc.* de qua Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de Viſitat num.* 100.

15 Monaſteria noua erigendi licentiam concedere non poteſt Vicarius Capitularis Sedis Vacantis ex *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. *de reform. Sacra Congr. Conc. ſub die* 19. *Ianuarij* 1633. quam refert Sellius *in ſelect. Canon. cap.* 38. *numer.* 12.

16 Monaſteria illa, quæ ad Seminarium ſui Ordinis contribuunt, de eo quod ſupereſt, contribuere etiam tenentur ſeminario Epiſcopi. *Sacra Cong Conc. in Monaſterien.* 7. *Septembris* 1630. de qua atteſtatur Sellius *d. cap.* 38. *num.* 10.

SVMMARIVM.

1 & 2. *Monialium monaſteria ex quorum licentia, & in quo loco ſunt erigenda oſtenduntur.*

2 *Tranſlatio monaſterij Monialium ob ſcandalum, vel propter*

vel propter aërem pestilentem quomodo facienda?

4 *Mulieres pratextu cuiusuis licentia monasteria Monialium ingredi non possunt.*

5 *Episcopi debent curare vt in monasteriis Monialium clausura inuiolata seruetur.*

6 *Matribus prastari non potest licentia ingrediendi monasteria Monialium ad inuisendas filias morti proximas.*

Monasteria Monialium.

Collect. DIV.

1 MOnasteria Monialium non erigantur, nisi Ordinariis locorum consentientibus, & nisi in iis dumtaxat locis, quæ muro cincta sunt, & in quibus adest Presbyterorum secularium vel Regularium copia ad audiendas earum Confessiones, nisi in facultatibus habeant Moniales vt Confessarium aliunde ascitum sustentare valerent. *Sacra Cong. Episcop. & Regul.* cuius meminere Gauant. *in mau. Episcop. verbo monasteria Monialium*, Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo monasteria n.* 6. Lezana *in sum quæst. Regul. to. cap* 25. *nu.* 43. *vers. circa*, Ego ipse *de officio, & potest. Episcop p.* 2. *alleg.* 26. *num.* 7.

2 Monasteria Monialium absque speciali Sedis Apost. indultu erigi non possunt, nec in eis erectis absque Ordinarij loci licentia celebrari. *Sacra Congreg. Episcop & Regul. in Vicentina* 10 *Aprilis* 1615. penes Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Monasteria n.* 7.

3 Monasterij Monialium translatio ob scandalum, vel propter supereminentem aëris pestilentis causam, debet fieri ad aliud eiusdem Ordinis simul cum introitibus. & redditibus, quos illud habebat. *Sacra Congr. Conc. apud* Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo Moniales* §. 17. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Monasterium num.* 8.

4 Monasteria Monialium mulieres ingredi prætextu cuiusuis licentiæ non possunt. *Gregorius XIII. constit.* 28. incip. *Vbi gratia Idib. Iunij* 1575. *Paulus V. constit.* 74. incip. *Monialium* 10. *Iuly* 1612. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 3. *pag.* 309.

5 Monasteriorum Monialium clausuram inuiolatam seruari, & violatam restitui curare debent Episcopi. *Gregorius XV. constit.* 18. incip. *Inscrutabile Non. Februarij* 1622. apud Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos, & Regul pag.* 136. *cum seqq.*

6 Monasteria monialium ingrediendi licentia matribus præstari non potest ad inuisendas filias morti proximas. *Sacra Congr. Conc.* Testibus Quarant. *in summ. Bullary verbo monasterium Monialium vers sed an liceat. pag. mihi* 453. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo Moniales* §. 8. *vers. secundo*, quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 102. *num.* 68.

Monachorum monialium exemptarum septa ex cuius licentia in casibus necessariis ingredi liceat? Vide infra verbo *Moniales alloqui, collect.* 513.

SVMMARIVM.

1 *Aureas, & argenteas monetas tondentibus pœna vltimi supplicy imponitur.*

2 *Aureas & argenteas monetas in Italia tondentes, fabricantes, vel scienter erogantes, ecclesiastici, etiam Regulares Curia seculari præuia degradatione puniendi traduntur.*

3 *Tempus contractus etiam in annuis præstationibus regulariter attenditur in valore moneta.*

Moneta.

Collect. DV.

1 MOnetas aureas, & argenteas tondentibus tam in Vrbe quàm in toto statu ecclesiastico pœnam vltimi supplicij imponit *Pius V. constit.* 3. incip. *Cum nil magis* 8. *Kalend. Nouembris* 1570. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 316. aliàs *pag.*

2 237. in nouiss. impress. approbat, confirmat, & innouat Vrbanus VIII. & ad omnes, & singulas personas ecclesiasticas etiam quomodolibet exemptas cuiusuis Ordinis, Societatis, instituti, necnon militiarum quarumcunque etiam Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Regulares in omnibus, & singulis prouinciis, Regnis, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis in Italia duntaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare, aut exponere præsumpserint, extendit, & ampliat, ac volt vt culpabiles in præmissis reperti præuia degradatione Curiæ seculari puniendi tradantur. *Vrbanus VIII. constit.* 75. incip. *In suprema Idib. Nouembris* 1627. apud Angel. mariam Cherub. *tom.* 4 *pag.* 90. apud Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos, & Regulares pag.* 258 *cum seqq* & de illa meminerunt Lezana *in sum. quæst. Regul. tom* 1. *cap.* 10. *n* 23. Laurent. de Peyrinis, *de priuileg. Regul. tom.* 3. *in addit. cap.* 2. *pag.* 501. Ioan. maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Monetarij*, Ioann. Anton. Nouar. *eius frater, in summ. Bullarum tit. de Monetariis*, Antonin. Diana *moral. resol. p.* 5. *tract.* 14 *miscel. resolut.* 88.

3 Monetæ in valore regulariter attenditur tempus contractus etiam in annuis præstationibus. *Sacra Congr. Conc Episcop & Regul. in Cremonen.* 24. *Nouembris* 1617. penes me *in tract. de Iure Eccles. vniu. lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 39.

SVMMARIVM.

1 *Puella ad habitum nouitia admitti non debet si duodecimum annum non compleuit.*

2 *Moniales nec ad professionem, nec ad chorum admitti debent, nisi legere nouerint.*

3 *Nouitia ad professionem non sunt admittenda nisi per annum post susceptum habitum in professione steterint.*

4 *Renuntiare bonis suis per duos menses ante professionem non impediuntur nouitia.*

5 *Nouitia admittenda non est ad professionem ante* 16. *annum completum.*

6 *Nouitia in mortis articulo etiam de consensu monastery non potest professionem emittere ante* 16. *annum, vt monasterium succedat in dote, & bonis.*

7 *Nouitia Ordinis S. Dominici si in articulo mortis constituta sit potest professionem emittere ante completum Nouitiatus tempus.*

8 *Clausuram seruare tenentur Moniales tacitè, vel expressè professa.*

9 *Pecunias, vel aliam rem ad computum eleemosyna dotalis non possunt anticipatè recipere Moniales.*

Monialis.

Collect. DVI.

1 Monialis nouitiæ habitum suscipere non debet puella, quæ duodecimum annum non compleuit. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Neapol. de anno* 582. penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 41.*

2 Moniales nec ad chorum, nec ad professionem admitti debent nisi legere nouerint. *Sacra Congr. in Girgen* 12. *Ianuarij* 1604. cuius meminit Ioann. Anton. Notar *in lucerna Regul. verbo monialis num.* 2. Ego ipse *de iure eccles. vniuerso lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 26.

3 Moniales nullo pacto ad professionem sunt admittendæ nisi per annum post susceptum habitum in probatione steterint. *Sacra Congr Conc.* teste Ouiedo *in praxi Regul p. 1. tract. 6. cap. 1. q. 1. n. 3.*

4 Moniales post lapsum annum probationis, non tamen emissa professione minimè impediuntur renuntiare bonis suis per duos menses ante professionem. *Sacra Congr. Conc. in Nucerina* 21. *Augusti* 1627. cuius memini *in collect. ad Trid. sess. 25. de Regular. cap. 16. num.* 32.

5 Monialis nouitia admittenda non est ad professionem ante 16. ætatis annum completum, *Sacra Congr Conc.* referente Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num* 41.

6 Monialis ante 16. annum in mortis articulo non potest de consensu monasterij emittere professionem ad effectum vt monasterium succedat in dote, & bonis. *Sacra Congr. Conc. in Montis Regalis* 13. *Nouembris* 1627. quam refert Sellius *in select. Canon. cap. 37. num.* 15.

7 Moniales Ordinis sancti Dominici Fratrum Prædicatorum nondum professæ, in legitima tamen ætate constitutæ quoties de consilio medici ab hoc sæculo transituræ conspiciuntur, ante completum nouitiatus tempus, professionem in manibus suorum Superiorum pro consolatione animæ suæ in articulo mortis emittere possunt, omnibusque gratiis perfrui, quas Moniales verè professæ consequi valent. *Pius V. constit.* 109. incip. *Summi Sacerdotis de anno* 1570. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 315. & illius meminere Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 15. art. 6.* Ludou. Miranda *in manu Prælat. tom. 1. q. 22. art.* 10. Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num.* 16. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 101. *num.* 40. Ouiedo *in praxi Regul. p. 1. tract. 6. cap. 2. q.* 6.

8 Moniales tacitè, vel expressè Religionem professæ clausuram seruare tenentur, & recipiendarũ in monasteriis numerus iuxta eorum redditus regulari debet, & prohibẽtur illis licentiæ standi extra claustra. *Pius V. constit.* 8. incip. *Circa pastoralis* 4. *Kalend. Iunij* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 2.

9 Monialibus nullatenus licet recipere pecunias, vel aliquam aliam rem anticipatè ad computum eleemosynæ dotalis, quam quæuis puella habitum monachalem susceptura persoluere debet, alioquin tam recipientes, quam persoluentes anathemate decreto *Sacri Conc. Trid. sess. 25. de Regul. cap.* 16. contento sunt subiecti. *Sacra Cong. Conc. in Camarinen. de anno* 1580. de qua Ioann. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verb. Moniales n.* 16

10 Moniales debent vocari titulo de Sor, & non de Don. *Sacra Congr. Episcopor. & Regul. in Toletana* 9. *Ianuarii* 1595. referente Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Monialis num.* 1.

11 Moniales cuiuscunque Ordinis Regularium à decimis, subsidiis, aliisque oneribus exemit *Pius IV. constit.* 5. incip. *De statu Non. Aprilis* 1560 de qua Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Monialis n.* 5.

12 Moniales cuiuscunque Ordinis Regularium ab hospitatione militum exemit *Pius V. constit.* 148. incip. *Cum sicut de anno* 1572. quam citat. Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Monialis. n.* 8.

13 Moniales velandi priuilegium confirmatur Præposito monasterij monialium Gotiesconien. *Sacra Congr. Rit. in Pragen. seu. Gotiesconien.* 12. *Martij* 1618. quam refert Sellius *d. cap. 37. n.* 16.

14 Moniales

54 Moniales omnes cuiuſcunque Ordinis bona ſtabilia in communi habere poſſunt, non obſtãte earum regula *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul in Parmen. 16. Ianuarij* 1596. de qua Sellius *dict. cap.* 37. *nu.* 16.

15 Moniales in earum monaſteriis puellas educationis cauſa, niſi eadem monaſteria capacia, & pro dictis puellis educandis loca particularia deſtinata, & conſtituta ſint, retinere & reſpectiuè recipere non poſſunt. *Sacra Cõgr. Cõc. in S. Seuerini* 16 *Ianuarij* 1615. de qua Piaſec. *in praxi Epiſcop. p* 2. *cap.* 3. *num.* 57. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Monialis nu.* 9. Ego ipſe *de iure eccleſ. vniuerſo lib.* 1. *cap* 44 *n.* 50.

56 Monialium in monaſteriis Reliquiæ aſſeruari non debent, ſed in exterioribus Eccleſiis. *Sacra Congr. Conc in Fauentina 7. Martij* 1617. vt teſtatur Sellius *d. cap* 37. *num.* 21.

57 Moniales debent prohiberi ab Ordinariis, licet ſint Superioribus Regularibus ſubiectæ, ne in Bacchanalibus, vel aliis temporibus recreationis vtantur habitu virorum, aut cuiuſuis ſpeciei armis ſe cingant. *Sacra Congr. Conc. in Ferrarienſ.* 27. *Aprilis* 1604. quam citat Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Monialis, n.* 17. Ego ipſe *de iure eccleſiaſt. vniuerſo, lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 57.

18 Moniales ex illegitimo thoro procreatæ Cõſtitutione felicis record. Sixti V. contra Regulares illegitimos edita non comprehenduntur quominus ad officium, aut dignitatem Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, aliáve monaſterij munia eligi poſſint. *Sacra Congr. Conc in Corduben. de anno* 1582. apud Ioan. Maria Nouar. *d. verb. Monialis num.* 15. Sed certius quod habetur *ſupra verbo Abbatiſſa. collect.* 5. *n* 4.

19 Moniali aliqua de numero præfixo mortua ad reliquas Moniales ſpectat capitulariter, votiſque ſecretis eam puellam, quæ eis viſa fuerit, ad locum huiuſmodi intra numerum vacantem admittere, præuia tamen Epiſcopi exploratione iuxta diſpoſitionem ſacri Conc. Tridentini. *Sacra Congre. Epiſcop. & Regul.* referente Sellio *in ſelectis Canon. cap* 5. *n.* 10.

20 Monialium nulli conceditur facultas diſponendi de cellulis ſuis poſt obitum, ſed eæ dum vacauerint Superiorum arbitrio, aliis Monialibus in ordine ſuperioribus diſtribui debent. *Sacra Congr. Conc. in Auerſana* 26. *Ianuarij* 1604. de qua meminit Ioann. Maria Nouar. *d. verb. Monialis nu.* 7. Ego ipſe *d lib.* 1 *cap.* 44. *n.* 59.

21 Moniales vigore facultatis in Bulla Cruciatæ conceſſæ (quatenus ad eas pertineat gratia ex dicta Bulla) non poſſunt alios Confeſſarios præter eos, qui ad audiendas ipſarum Monialium Confeſſiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de beneficp.* 2. *c.* 5. *n.* 64.

22 Moniales non coguntur contribuere aliquam ſubuentionem ſeminario, ſi beneficia eis non ſint vnita. *Sacra Congregat. Conc. in Hieracen. de anno* 1593. apud Sellium *dict. cap.* 10. *num.* 19. quem refero *in collect. ad Trident. ſeſſ* 23. *de Reform. c.* 18. *n.* 30.

23 Moniales Sedi Apoſt. ſubiectæ ab Epiſcopo ſunt gubernandæ ſpirituali gubernio, ſed non temporali. *Sacra Congreg Conc.* de qua atteſtantur. Armendar. *in addit. ad recop legam. Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig n.* 93. Ioan. Maria Nouar. *d. verb.*

Barboſ. Apoſt. Decif. Sum.

Monialis n. 10.

24 Moniales deputatæ in Officiales redditu um monaſterij à ſuis Superioribus, illos adminiſtrare poſſunt. *Sacr Congr Conc.* referentibus Armendar. *d l.* 7. *de Relig. n* 88. Ioann. Maria Nouar. *d. verbo Monialis. n.* 10.

25 Moniales in ciuitate ſitutæ, ſed alieno Epiſcopo ſubiectæ viſitari debent ab Epiſcopo diœceſis, ſicut aliæ Moniales ſubiectæ Regularibus. *Sacra Congr. Conc.* teſte Galer. *in margarita caſuum conſcient. verbo Moniales.* quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi. p.* 3 *alleg.* 102. *n.* 6.

26 Moniales in refectorio communi comedere, & in loco etiam communi laborare debent. *Sacra Congr. Conc. in Meſſanen.* 1. *Auguſti* 1603. quam adducit Sellius *d. cap.* 37 *num.* 25.

27 Monialibus non committitur clauis cuſtodię Sanctiſſimi Sacramenti, ſed penes eum Sacerdotem ſemper eſſe debet, ad quem ſpectat cura illud adminiſtrandi. *Sacra Congr. Conc in Valliſoletana* 12. *Ianuarij* 1604. cuius meminit Ioann. Maria Nouar *in lucerna Regularium, verbo Clauis.*

28 Monialibus prohibetur cibum externis parare, aut eſculenta vendere, exceptis tamen rebus minimi momenti, pro infirmis ſcilicet parentibus, ac conſanguineis dumtaxat. *Sacra Congreg. Conc.* 1. *Iulij* 1606 quam citat Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Monialis, n.* 12. Ego *d. tract de iure eccleſ. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 58.

29 Moniales conſecrare ſi ſpectet ex priuilegio ad ſuperiores Regulares, debent ſeruari in earum conſecratione omnes cæremoniæ, quæ in conſecratione Virginum ab Epiſcopo facienda præſcribuntur. *Sacra Cong. Rit. in Camaldulen.* 1. *Iunij* 1601. penes Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo Monialis: nu* 10.

30 Moniales non poſſunt dicere in Confiteor ad Primam, & Completorium, *tibi mater, & vobis ſorores,* ſed vt in Breuiario *S. Congr. Rit ſuo die* 18. *Auguſti* 1629. penes Gauant. *in man. Epiſcop. verbo Hora Canonica n.* 16.

31 Moniales ad conſecrationem non admittuntur niſi 25. ætatis anno expleto, iis autem Monialibus, quæ ſunt ex Ordine Mendicantium, cum conſecrati non conſueuerint, huiuſmodi conſecratio non conceditur. *Sacra Congreg. Concil.* apud Ioan. Maria Nouar. *dict. verb. Monialis, num.* 22.

32 Monialibus ſubiectis Regularibus poteſt Epiſcopus in caſu negligentiæ dare Confeſſarium extraordinarium eiuſdem Ordinis, & ex cauſa alterius Ordinis, & etiam ſecularem. *Sacra Cong. Conc. in Cameracen* 20. *Decembris* 1631. quam refert Sellius *d. c.* 10. *n.* 24.

33 Monialis quæ emiſerat profeſſionem, & deinde probabiliter dubitans non fuiſſe baptizatã, denuo ad cautelam baptizata fuit, hac profeſſione ligatur, ſed debet ad maiorem cautelam iterum emittere profeſſionem, non expectato alio anno. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouit diſp.* 13. *dub.* 1. *n.* 1; Ioann. Maria *d. verbo Monialis, n.* 11.

34 Moniales, quæ eius Ordinis ſunt, qui requirit profeſſionem, ſi tacitam emiſerint, & ſi palam & expreſsè id factum non fuit, cogendæ non ſunt vt expreſsè profiteantur. *Sacra Cong. Epiſcop. & Regul.* referente Fr. Bartol. de Vecchis *in d. praxi*

disp.14.dub.7.num. 4.

Monialium duæ partes concurrere debent in electione Abbatissæ, vide in verbo *Abbatissa,collect.5.n.19.*

Monialium scrutatores in electione Abbatissarum,&c. Vide *d.collect.5 n 17.*

Moniales S. Nicolai ciuitatis Florenciæ, Vide n verbo *Breuiarium,collect.74.n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Regula Monialium S. Claræ approbatur, mitigatur, & declaratur.*
2 *Monasteria Monialium S. Claræ habent priuilegiũ ne apud illa noua aliorum monasteria spatio 300.cannarum ædificari possint.*
3 *Fratres Minores S. Francisci de Obseruantia regunt Moniales S. Claræ.*
4 *Ancillæ laicæ in communi non dantur Monialibus S. Claræ.*
5 *Missarum celebrandarum onera in Ecclesiis Monialium S. Claræ imposita ad Fratres Minores de Obseruantia transtulit Clemens VIII.*
6 *Immobilium à possessione non excluduntur Moniales de secundo Ordine S. Claræ.*
7 *Moniales S. Claræ non comprehenduntur in exceptione Fratrum Minorum de Obseruantia, de qua in Conc.sess.25.de Regul.c.3.*

Moniales S. Claræ.

COLLECT. DVII.

1 MOnialium S. Claræ regulam approbauit *Innocentius IV. constit.12.*incip. *Solet 5.Id. Augusti* 1253. apud Laert. Cherub. *in Bullario Tom. 1. pag* 75.aliàs pag 101.

Mitigauit *Vrbanus IV. constit.7.*incip. *Beata* 15. *Kalend. Nouembris* 1263.apud Laert. Cherub. *dict. tom.1.pag* 100.aliàs *pag.123.* in nouiss.impress.

Declarauit *Eugenius IV. constit* 28.incip. *Ordinis Non.Februarij* 1447.*Leo X. constit.* 9.incip *Cum fient* 29. *Maij* 1515.apud Laert.Cherub. *d.tom.1.pag.* 480.aliàs *pag* 279.

2 Moniales S. Claræ habent priuilegium ne apud earum monasteria noua aliorum monasteria spatio 300. cannarum ædificari possint. *Iulius II.constit.21.*incip. *Exponi 21. Maij* 1509.apud Laer. Cherub.*d.tom.1.pag.*435.aliàs *pag.*377.

3 Moniales S. Claræ per Fratres Minores S. Francisci de Obseruantia regi indulsit *Eugenius IV.in d.constit.28.*apud Laert. Cherub. *dict. tom.* 1. *pag.*302.alias *pag.*279.

4 Monialibus S. Claræ non dantur ancillæ Laicæ in communi. *Sacra Congr. Conc. in Tarentina 12. Aprilis, & in Folinen. 22. Nouembris* 1619. quam refert Sellius in *selectis Canon.cap.2.n.46.*

5 Monialium S. Claræ in Ecclesiis unera Missarum celebrandarum ad Fratres Minores de Obseruantia transtulit *Clemens VIII.constit.*105. incip. *Ex debito 8. Nouembris* 1603. apud Laert. Cherub.*in Bullario tom.3.pag.*155.

6 Moniales de secundo Ordine S. Claræ profitentes regulam Vrbani IV. sub regimine Fratrum Minorum de Obseruantia non comprehenduntur decreto *Conc cap.9. sess.25.de Regular.* ac proinde non excluduntur à possessione immobilium. *Sacra Congr.Conc.*penes Lezanam *in sum. quæst.Regul.tom.2.cap.1.n.8. in fine.*

7 Moniales S. Claræ non comprehenduntur in exceptione Fratrum Minorum de Obseruantia de qua *in Conc.d cap.3.sess.25.de Regular. Sacra Congr.Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.2. tit.18.l.7.de Relig.n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Visitare potest Episcopus toties quoties voluerit Monialium exemptarum clausuram.*
2 *Episcopi & Superiores intra clausuram Monialium quocunque prætextu ingredi non possunt.*
3 *Episcopi extra propriam diœcesim commorantes non possunt accedere, seu ingredi Monialium monasteria, sine licentia Episcopi loci prohibentis ne quis accedat, &c.*
4 *Pueri & puellæ cuiusuis ætatis non possunt intrare intra clausuram Monialium.*
5 *Clausuram Monialium ingredi nullus potest ad conspergendum aqua benedicta cellas Monialium in die Sabbati sancti, aut alio tempore.*
6 *Mulieribus prohibetur ingredi Monialium monasteria.*
7 *Fundatricibus, aut donatricibus mulieribus non licet ingredi in monasteria Monialium.*
8 *Mulieribus secularibus etiam in casu necessitatis, & permittente Episcopo non licet ingredi septa Monialium.*
9 *Consensus Monialium capitulariter & per secreta suffragia haberi debet vt mulieres vti valeant licentiis sibi concessis ad ingrediendum Monialium monasteria.*
10 *Licentia ad ingrediendum monasterium Monialium in casibus necessariis, quando, & à quo concedi valeat, remissiue.*

Monialium clausura circa ingressum.

COLLECT. DVIII.

1 MOnialium exemptarum clausutam potest Episcopus visitare toties quoties voluerit, etiam sine præsentia suorum Superiorum. *Sacra Congr.Conc. in Vercellen. 12. Aprilis* 1617. quam refert Sellius *in selectis Canon.cap.81.n.13.*

2 Monialium monasteriorum Superiores; & Episcopi intra clausuram ingredi non possunt etiam prætextu interueniendi electioni Abbatissæ, vel Priorissæ, aut examinandi Moniales particulares sub censuris à Sacris Canonibus & Constitutionibus Pontificiis præsertim Gregorij XIII. eum hæc ad monasteriorum crates peragi valeant. *Sacra Congr.Conc.in Syracusana 16. Octobris* 1600. cuius memini *de Iure ecclesiast. vniuerso. lib.1.cap.44.n.151.*

3 Monialiũ septa ingredi non possunt Episcopi extra propriam,& in aliena diœcesi commorantes sine licentia Episcopi loci prohibentis ne quis accedat ad monasteria Monialium. *Sacra Congr.Conc.in Ianuen.*10. *Maij* 1631.teste Sellio *dict. cap.81.n.14.*

4 Monialium intra clausuram non possunt intrare pueri, & puellæ cuiuscunque ætatis. *Sacra Congr.Episcop & Regul. in Cremon.12. Februarij* 1585. referente Sellio *d.cap.*81.*n.*15.

5 Mo-

5 Monialium clauforam ingredi nullus poteſt ad conſpergendum cellas Monialium, aut alia loca aqua benedicta in die Sabbati ſancti, aut quolibet alio tempore. *Sacra Congr. Conc.13.Septembris* 1583. quam citat Sellius *dict. cap. 81. numer.* 16.

6 Monialium monaſteria mulieribus ingredi interdixit *Gregorius XIII.conſtit.*28.incip. *Vbi gratia Idibus Iunij* 575. & *Paulus V.conſtit.* 74. incip. *Monialium* 10. *Iunij* 1612. de quibus Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 102. *nu.* 85. *cum ſeqq.*

7 Monialium in monaſteria ingredi deinceps non permittitur mulieribus ſecularibus ne quidem fundatricibus, aut donatricibus ad breue, vel ad longum tempus, etiamſi à Sede Apoſt. hoc eis ſpecialiter eſſet indultum cū Pauli V. conſtitutione de anno 1612. edita, id fuerit in genere reuocatum. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.1. tit.*8.*n.*12.

8 Monialium ſepta non licet mulieribus ſecularibus in caſu neceſſitatis ingredi, etiam permittente Epiſcopo, cum id illi prohibitum ſit. *Sacra Cong. Conc. in Bononien.*31 *Ianuarij* 1617. cuius memini *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.*1.*cap.* 44.*n.*148.

9 Monialium conſenſus, ſine quo mulieres ſeculares licentiis monaſteria ingrediendi vti non poſſunt, expreſsè, capitulariter, & per ſecreta ſuffragia haberi debet, vt illis vti valeant. *Vrbanus VIII. conſtit.* 29. incip. *Sacroſanctum* 27. *Octobris* 1624.

10 Monialium monaſteria in caſibus neceſſariis ingrediendi licentia quando & à quo concedi valeat? Vide in verbo *licentia collect* 40. *num.* 10. *cum ſeqq. & à princip.* Vide in verbo clauſura, *collect.* 153. *& in verbo Mulier collect.* 319. *n.* 6. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Ianuam egredi non poſſunt Moniales.*
2 *Ordinariis non licet concedere Monialibus licentiam exeundi à clauſura in aliis quantumuis grauibus caſibus in Conſtitutione Pij V. non contentis,*
3 *Epidemia nomine quicunque morbus popularis contagioſus intelligitur.*
4 *Nepotum ſuorum vt curam gerat non poteſt è clauſura Monialis egredi.*
5 *Energumena Monialis non poteſt intra ſepta monaſterij exorcizari, ſed ad Eccleſiam exteriorem de licentia Sacra Congregat. deduci poteſt, & quomodo hac tranſlatio fieri debeat, oſtenditur.*
6 *Monialibus de quorum licentia & conſenſu liceat è monaſteriis etiam in caſibus exceptis exire, oſtenditur.*

Monialium clauſura circa egreſſum.

COLLECT. DIX.

1 MOniales nō poſſunt egredi Ianuam, quæ eſt pro clauſura ad claudendum oſtium prope viam, & clauſuram ſeruantibus applicantur bona, & eleemoſynæ, quas perſonæ priuatæ, & vniuerſitates faciunt, *Gregorius XIII. conſtit.*8.incip. *Deo ſacris* 3 *Kalend. Ianuarij* 1572. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.*2.*pag.*368. alias *pag.* 278.

2 Monialibus licentiam exeundi à clauſura cōcedere non licet Ordinariis in aliis quantumuis grauibus caſibus in Conſtitutione Pij V. non contentis, niſi in caſu lepræ, magni incendij, & Epidemiæ: nomine autem epidemiæ quicunque
3 morbus popularis contagioſus intelligitur. *Sacra Congreg Conc. ad Nuncium Hiſpania* 8. *Nouembris* 1594. penes Lezanam *in ſumm. quæſt. Regul tom.*3. *verb. clauſura num.*13

4 Monialis non poteſt egredi vt curam nepotum ſuorum gerat, etiamſi nepotes omnibus aliis propinquis deſtituti ſint. *Sacra Congr. Conc.* de qua Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.*2.*tit.*18.*l.*7.*de Religion. num.*105. Lezana *d tom.*3. *verbo clauſura num.*12. Ego *de officio, & poteſtat. Epiſcop. parte tertia. allegat.* 102. *numero* 2.

5 Monialis nulla energumena intra monaſterij ſepta à quocunque Presbytero ſeculari, vel Regulari etiam Confeſſario exorcizetur, ſed ad Eccleſiam exteriorem eiuſdem monaſterij, obtenta prius à Sacra Congr. licentia ea de cauſa deducatur, vel transferatur: in tranſlatione autem huiuſmodi, ſicut & in actu exorcizationis honeſtæ perſonæ conſanguineæ vel aliæ mulieres prouectæ ætatis, ac probæ conuerſationis energumenam comitentur: exorciſta ſit ad actum huiuſmodi ab Ordinario approbatus: exorcizatio minori, quo poterit, fiat ſtrepitu, Eccleſiæ ianua eouſq; occluſa remaneat, quouſq; exorcizatione completa ad monaſterium energumena reducatur. Cæterùm tam in reditu quàm in acceſſu ad Eccleſiam, & monaſterium reſpectiuè rectè, & ſine diuerticulo tendatur. *Sacra Congr. Conc,* cuius meminit Lezana *d. tom.*3. *verbo clauſura n.*28.

6 Monialibus in caſib. exceptis è monaſterio, Epiſcopo, vel Sedi Apoſt. aut Superiorib Regularibus ſubiecto exire non licet, niſi adſit cōſenſus munis Epiſcopi diœceſani, & Superioris Regularis, ſi ei ſubiectæ exiſtunt, itaut ſi illæ, quæ poteſtati Regularium ſubiiciuntur, ſine Bulla & licentia Ordinarij egreſſæ fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia Iuris remedia debent ipſæ, & earum Superiores (de quorum licentia è monaſterio fuerunt egreſſæ) ab eodem Ordinario puniri; non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.*2. *titul* 18.*l.*7. *num.* 103. Stephan. VVeyms *ad* 24. *Conſtit. ex iure communi deſumptas. & per Conc. Trid innouatas, conſtit.* 19.*nn.* 19. quos refero *d part.*3.*alleg.*102.*n.*28. *prope finem.*

SVMMARIVM.

1 *Puellæ nulli ad habitum Regularem recipiendæ loca vacatura concedantur, aut promittantur, niſi ſequuta vera, & reali illorum vacatione.*
2 *Conuerſæ Moniales ſupra numerum recipiendæ non ſunt, niſi obtenta Sacra Congr. licentia.*
3 *Moniales, quæ de licentia Sacra Congreg recipiuntur ſupra numerum non ſubrogantur in locum*

Monialium decedentium intra numerum.
4 Supranumerariæ Moniales duplicem eleemosynam afferre debent.
5 Eleemosyna duplicis nomine in receptione Monialis supernumerariæ quid veniat?

Moniales supernumerariæ.

COLLECT. DX.

1 MOnialium intra numerum decedentium pro tempore loca vacatura nulli puellæ ad habitum regularem recipiendę concedantur, neque promittantur, nisi sequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis disponi, ac in Monialis demortuæ locum promissionem ant receptionem in Capitulo seu quouis alio modo fieri iubet, dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda, & ætatē habeat idoneam, & cæteras qualitates requisitas, quibus etiam præditas esse debere vult eas puellas. quæ supra numerum recipiendæ sunt: sub pœna priuationis vocis actiuæ & passiuæ, atque aliis arbitrio infligendis contra monasteriorum Superiorissas, quę cuiuscis puellæ receptioni aut locorum vacaturorum promissioni seu concessioni consenserint. *Sacra Congreg. Conc. sub die 6. Decembris* 1604. quam refert Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de Monialium numero in monasteriis præfigendo, num.* 5.

2 Moniales velatæ, aut Conuersæ supra numerum non recipiuntur, nisi obtenta sacræ Congregationis licentia, & quod velatas supranumerarias seruari debent conditiones in licentiis impressis contentæ. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul.* teste Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 19.

3 Moniales quæ de licentia Sacræ Congr. recipiuntur supra numerum in quolibet monasterio cōstitutum, non subrogantur in locum Monialium decedentium intra numerum, nec impediuntur quin aliæ in locum earūdem demortuarum intra numerum recipi possint. Immo easdem sic supra numerum receptas ad hunc effectum ne impediant huiusmodi loca, remanēt semper supernumerariæ, licet in cæteris nihil ab aliis differant, & in omnibus æquales iusta cuiuslibet monasterij institutum esse debeant. *Sacra Congr. Conc. sub die* 2. *Iulij* 1602. penes Aldan. *d. tit. n.* 18.

4 Moniali ū in singulis monasteriis, etiam curæ Regularium, seu Militiarum subiectis debent Ordinarij certum numerum iuxta vniuscuiusq; monasterij facultates præscribere, & si quæ supra statutum numerum reciperentur, duplicem eleemosynam afferre, & supranumerarium locum tenere deberent, quæ tamen in locū Monialium decedentium intra numerum nequaquam subrogantur, neque impedimento sunt; quin aliæ in locum earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in singulis monasteriis Moniales intra numerū pos-
5 sunt admitti. Duplicis autem eleemosynæ nomine intelligi semper debet duplicata summa eius, quæ in receptione cuiusque Monialis intra numerum in quolibet monasterio constitutū erogari pro tempore consueuerit. *Sacra Congr. Episcop. & Regul sub die* 6. *Septembris* 1604. cuius meminere Campan. *in diuersi iuris Canon rubric.* 12. *cap.* 16. *num.* 14. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul ad constit.* 6. *Pij V. num.* 9. Ioann. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum sub tit. de Monialium numero in monasteriis præfigendo*, Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg* 98. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Res etiam parui momenti vti proprias retinere non possunt Moniales.*
2 *Laborando quod suis manibus acquirunt Moniales, tanquam proprium possidere non possunt.*
3 *Monasterium si pauperrimum sit, debet Superior illius Moniali donatarie, vel ei, qua laborando acquisiuit, de necessariis prouidere, & deinde quod reliquum est, in commune conferre.*
4 *Census, & annuos redditus non licet percipere Monialibus, & quibus casibus.*

Moniales proprietariæ.

COLLECT. DXI.

1 MOniales res etiam parui momenti sibi donatas, aut aliàs acquisitas vti proprias retinere non possunt, sed Superiori illas tradere debent. *Sacra Congregat. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 77. quem refero *de officio & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 103. *nu.* 7. *in fine, &* in *collect. ad Trid. sess.* 25. *de Regul. cap.* 2. *num.* 9.

2 Monialibus minimè licet propria possidere, & si quid legatum, relictum, datum, donatumve fuerit, vel earum labore, seu industria partum,
3 tradi debet Abbatissæ, quæ ex eo primum Monialis ipsius, cuius causa id quæsitum est, necessitati prouidebit, reliquum conferendo in vsum monasterij. *Sacra Congre. Conc.* apud Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. nu.* 75. *& n.* 76. quem refern *d. cap.* 2. *num.* 10.

4 Monialibus non licet percipere census & annuos quosdam redditus, & prouētus, seu fructus, si emerint illos in ipsarum personis à laicis, vel ab aliis Monialibus, aut ab ipsis Monasteriis, & si perceperint, vel emerint, incident in pœnas propositas decreto *cap.* 2. *sess.* 25. *de Regular.* nec ab huiusmodi pœnis excusantur ob licentiam Abbatissæ, quæ etiam dicti Concilij decreto in supradictis casibus concedere quidem prohibetur, sed debet pro suo munere ex monasterij redditibus vel eleemosynis Monialium necessitatibus in dies subuenire, *Sacra Congr. Cōc.* penes Quarant. *in sum. Bullarij verbo Casus reseruati sub nu* 6. *vers. in aliquibus monasteriis.* Sed post multos quos refero *d. p.* 3. *alleg* 103. *n.* 5. *& d. cap.* 3. *n.* 13. aduerto Monialibus illicitum non esse habere de licentia Superioris quosdam redditus vitalitios, ex quibus possint viuere, & prouidere suis particularibus necessitatibus pro victu, & vestitu, ac aliis, quæ sibi à monasteriis non suppeditantur, & hoc casu illas non peccare.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria Monialium ex qua causa ad alium locum*

locum transferri debeant.

2 *Ordinarij locorum non possunt ab vno monasterio in aliud nouiter erectum Moniales transferre absque Sedis Apost. facultate.*

3 *Monasterium nouiter erectum ad quod Moniales ex antiquo sunt transferenda qualiter accommodatum esse debeat.*

4 *Abbatissa, seu Priorissa, Rotara, & Portinara ex alijs Monasterijs ad nouum fundandum sunt transferenda.*

5 *Seditionis, vel incorrigibilitatis causa Moniales ad aliud monasterium per locorum Ordinarios non sunt transferenda.*

6 *Incorrigibiles Moniales transferri, vel eiici non possunt inconsulta Sede Apost.*

7 *Translatio Monialium Apostolica Sede inconsulta minimè fieri potest.*

8 *Translatio Monialium quo tempore, & cum quibus personis facienda sit, ostenditur.*

Monialium, & earum monasterij translatio.

Collect. DXII.

1 Monialium monasteriũ non solum transferri debet quando malorum hominum periculis est expositum, sed tunc etiam quando superuenit alia finalis causa ex contagio, vel aëre infecto. *Sacra Congr. Conc. in Nolana* teste Stephan. VVeyms *ad 24. Constitut. ex iure communi desumptas, & per Concilium Trid innouatas, constit. 15. n. 47.*

2 Moniales ab vno monasterio non transferunt locorum Ordinarij, aut Superiores Regulares in monasteria recenter erecta pro nouitiarum in eo introducẽdarum institutione, nisi obtẽta à Sede Apost. vel à S. Congregat. speciali facultate. *S. Congr. Episcop. & Regul. in Tortonen. 27. Maij 603.* penes Lezanam *in summ. quæst. Regul. tom. 3. verbo clausura, num. 17.*

3 Moniales transferri non possunt in monasteria nouiter erecta nisi eadem monasteria auctoritate Apost. extructa fuisse prius constiterit, ipsaque præuia visitatione earundem Monialiũ capacia, eisque accommodata, atque ita absoluta reperta fuerint, vt cæmentarijs, alijsque fabris nulla ædificationis causa in ipsa ingrediendi necessitas relinquatur. *S. Cong. Conc. in Vlixbonen. 17. Iulij 1615.* quam citat Lezana *d. tom. 3. verbo clausura, nu. 13. prope. fin.*

4 Moniales professæ ex aliis ad noua monasteria sunt transferendæ pro officiis scilicet Abbatissæ, seu Priorissæ, Rotæ, & Portinaiæ. *Sacra Congr. Episcop. & Regul in Mileuitana 17. Septembris 1594.* cuius memini *de iure eccles. vniuerso lib. 1. cap. 44. n. 149.*

5 Monialem nullam sibi subiectam ex vno monasterio ad aliud transmittere possunt locorum Ordinarij, vel Superiores Regulares etiam ex causa seditionis, aut incorrigibilitatis, seu criminis perpetrati. *Sacra Congr. Episcop & Regul. 17. Maij* 1603. de qua Lezana *d. tom. 3. verbo clausura. n. 16.* Tamburin. *de iure Abbatissar. disp. 21. q. 3. nu. 4.* Ego ipse *d. lib. 1. c. 44. n. 78.*

6 Moniales incorrigibiles nec transferri, nec eiici possunt inconsulta Sede Apost. *Sacra Congr.* Barbos. Apost. Decis. Sum. *Episcop. & Regul. 27. Maij 1603.* apud Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom. 1. c. 25. num. 17. in fine.*

7 Monialium translatio Apostolica Sede inconsulta minimè fieri potest. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Barchinon. 10. Aprilis 1615.* quam citat Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo translatio*, Ego ipse *d. lib. 1. c. 44. num. 149 in princ.*

8 Moniales vbi ad aliud monasterium ex iusta causa transferendæ sunt, translatio debet fieri in aurora, vt illæ à paucis conspici possint, atque à personis grauibus & honestis, & sanguine eis eis proximioribus coniunctis deducantur. *S. Congr. Conc.* referentibus Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. li. 7 de Relig n. 100.* Lezana *d. tom. 3. verbo clausura num. 18.* metipso *de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg 104. num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Religioso non licet sub grauibus pœnis ad monasteria Monialium accedere ad colloquendum cum illis sine licentia Sedis Apost.*

2 *Regularis quatuor vicibus tantum ex licentia Episcopi potest alloqui quolibet anno cum Monialibus sibi in primo & secundo tantùm consanguinitatis gradu coniunctis.*

3 *Peccatum mortale incurrunt Regulares sine legitima licentia alloquentes cum Monialibus.*

4 *Regulares accedentes ad monasteria puellarum, vel mulierum secularium ad alloquendum cum illis, non subiacent pœnis Bullæ Sixti Quinti.*

5 *Litteras ad Moniales mittentes Religiosi non comprehenduntur sub Constitutione Sixti Quinti.*

6 *Carcerari possunt Regulares qui absque licentia inuenti fuerint cum Monialibus alloqui, & statim suis Superioribus puniendi consignentur.*

7 *Vicarius Fratrum absque Apostolica Sedis licentia Moniales alloquens incidit in pœnas decreti Generalis.*

8 *Regularis absque legitima licentia ad monasteria Monialium etiam Regularibus subiectarum accedens, & colloquens cum illis, à diœcesano Episcopo puniri potest.*

9 *Moniales Regularibus subiectæ alloquentes cum Regularibus absque legitima licentia incurrunt pœnas & censuras in edictis Episcopalibus appositas.*

10 *Superiores Monialium non valent subscribere illas licentias quæ à S. Congr. committuntur soli Episcopo, vel eius Vicario, pro puellis ingressuris educationis causa.*

11 *Superiores Monialium subscribentes post Episcopum licentias ad colloquendum cum Monialibus non possunt addere nec adimere ex iis quæ Episcopus scripsit.*

12 *Prælati inferiores exempti alloquentes cum Monialibus in diœcesi Ordinarij possunt ab ipso Ordinario excommunicari.*

13 *Patres, ac Fratres Monialium vt eas alloquantur in temporibus prohibitis non indigent licentiis.*

14 *Subcollector alloquens Moniales absque Ordinarij licentia potest excommunicari.*

15 *Alloquentes Moniales exemptas contra Con-*

stitutionem Episcopi possunt ab eo puniri, non tamen ipsæ Moniales exemptæ.

16 *Licentia alloquendi cum Monialibus Regularibus subiectis à quo concedenda.*

Moniales alloquendi prohibitio.

Collect. DXIII.

1 Monialium vel Sororum quarumcunque ad monasteria, seu domos nulli Religioso cuiuluis Ordinis ad colloquendum cum eis absque licentia expressa Sacræ Congreg. Episcoporum & Regularium accedere licet (Superiore, cui monasterij, seu domus cura incumbit, Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarióq; Ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis) sub pœnis priuationis Officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis, aliisq; eiusdem Cõgregationis arbitrio. *Sacra Congreg. Regul de mandato Sixti V. Non May* 1590. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit. 6. Pij V. num. 6.* vbi in fine cum Quarant *in sum. Bullar. verbo monasteria Monialium pag. mihi* 451. addit hoc decretum per eandem S. Congr. extendi ad milites Hierosolymitanos. Deinde eadem *S. Congr. 11.*
2 *Kalend. Decembr.* 1623. relata per Laurent. de Frāchis *de controuers. inter Episcopos & Regul. pag.* 225. & per Laurent. de Peyrinis *d. loco num 7. de mandato* S.D.N. Vrbani VIII moderauit prædictũ decretum in eo, quod tribuitur facultas locorũ Ordinariis, vt quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicunq; Regulari, vt Moniales sibi primo, & secũdo tantum consanguinitatis gradu coniunctas conuenire & alloqui possit, dummodo non fiat diebus festis, aut in Aduentu, Quadragesima, feria sexta, Sabbato, & vigiliis.
3 Incurrunt etiam peccatum mortale Religiosi accedentes ad Monialiũ monasteria absque debita licentia, & ab huiusmodi pœnis contra tales impositis non possunt absolui; nec rehabilitari ab aliis, præterquam à Sede Apost. aut à Sacra Congregatione. Ita *Sacra*
4 *Congr. Episcop. & Regul. sub die 22. Augusti, & 7. Septembris* 1605. de qua latius infra *sub verbo Regu-*
5 *lares alloquentes Moniales, collect.* 644. Quibus tamen pœnis non subiacent Regulares accedentes ad monasteria puellis, & mulieribus secularibus inibi degentibus loquendi causa; nec etiam comprehenduntur litteras ad Moniales mittentes, quamuis tam huiusmodi Religiosi, quàm Moniales sint debitè corrigendi & puniendi à Superioribus, quibus in delinquentes huiusmodi competit iurisdictio. *Eadem Sacra Congregat. citato loco*: de cuius materia Bonacin. *de clausura q. 2. puncto* 4. *num* 3. Coriolan. *de casibus reseru. part 2. casu* 3. *n.* 42. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom. 2. constit. 6. Pij V. num.* 36. Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 1. cap. 25. n. 37. vers. quod decretum.* Tamburin. *de iure Abbatissar. disp. 25. qu. 5.* Laurent. de Franch. *de controuers. inter Episcop. & Regul pag* 225.

6 Moniales alloqui vbi reperti fuerint Regulares cuiuscunque Ordinis, aut Congregationis existant, absque Sacræ Congreg. licentia, statim carcerentur, eorumque Superioribus iuxta sacri Concilij decretum puniendi consignentur, qui Superiores deinde Sacram Congr. ac Ordinarium de executione certiorem reddant. *Sacra Congr. Conc. in Fauentina 7. Martij* 1617. quam refert Sellius *in select. Canon. cap. 35 num. 12.*

7 Moniales alloquens Vicarius Fratrum absq; Sedis Apost. licentia incidit in pœnas decreto generali contentas, dummodo idem Vicarius in Prioris absentia eiusdem Prioris officij munus non obeat. *Sacra Congr. Conc. sub die 1. Septembris* 1617. penes Sellium *d. cap. 35 n. 13.*

8 Monialium Regularibus subiectarum ad monasterium accedens Regularis absque legitima licentia, ibique in loco colloquiis destinato cũ Moniali colloquens à diœcesano Episcopo tanquam Sedis Apost. delegato coerceri & puniri potest, stante Constitutione felicis record. *Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis. Sacra Cong. Conc. de anno 1624. dub.* 14. apud me in fine *tract. de officio & potest. Episcopi.*

9 Moniales Regularibus subiectæ alloquentes cum Regularibus etiam eiusdem Ordinis licentiam legitimam non habentibus incurrunt pœnas, & censuras à Conciliis Prouincialibus appositas ex Bulla Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis. *Sacra Congr. Conc. in Veronen. 29. Ianuarij.* 1633. in resp. *ad 1. dub.* quam citat Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol. 15. n. 26.*

10 Monialium Regularibus subiectarum Superiores quando sunt in possessione subscribendi licentias eorum, qui ad collocutoria accedunt vel clausuram ingrediuntur, non valent subscribere illas licentias, quæ à *Sacra Cong. Episcoporum* committuntur soli Episcopo, siue eius Vicario generali pro puellis ingressuris educationis, vel habitus suscipiendi gratia. *Eadem Sacra Congreg in dictam Verulen. in resp. ad 3. dub.* de qua Bonfadin. *d. resol. 15. num. 27.*

11 Monialium Regularibus subiectarum Superiores subscribentes post Episcopum, vel eius Vicarium licentias eorum, qui ad collocutoria accedunt, vel clausuram ingrediuntur, non possunt quid excludere, addere, vel adimere ea illis, quæ Episcopus ipse, aut Vicarius pro cura & bono regimine clausuræ, & licentiis præscribit, & apponit. *Eadem Sacra Congr in d. Verulen. in resp. ad* 4. quam refert Bonfadin. *d. resol. 15. n. 29.*

12 Moniales alloquentes Prælati inferiores exempti in diœcesi Ordinarij, possunt ab ipso Ordinario excommunicari, ac contra eos edicto cõtrauenientes ad pœnas in eo contentas procedi potest auctoritate Ordinaria, vel melius Sedis Apost. delegata. *Sacra Congr. Conc. in Baren. 20. Martij* 1627. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in summ. Bullar. sub titul. de clausura, & accessu Regul. num.* 10.

13 Monialium patres ac fratres vt easdem alloquantur in temporibus prohibitis non indigent licentiis. *Sacra Congr. Conc. 15. Ianuarij* 1616. sic & Monialium filij *eadem Sacra Congreg. in Ianuen. 15. Martij* 1616. referente Sellio *d. c. 35. n. 16.*

14 Moniales alloquens Subcollector absq; Ordinarij licentia potest excommunicari. *Sacra Cong. Conc. in Hipporegien. 13. Maij* 1628. teste Sellio *d. c. 35 n. 17.*

15 Moniales exemptas alloquentes contra Constitutionem Episcopi possunt ab ipso puniri, non tamen ipsæ Moniales exemptæ. *Sacra Cong. Conc.*

Conc. in Mediolanen. 8. Augusti 1621. penes Sellinum d. c. 35. n. 18.

16 Moniales Regularib. subiectas alloquendi licentia à quo concedenda. Vide in verbo *licentia quoad Moniales collect.* 450. Et vide supra in verbo *Regularis quoad locutionem cum Monialibus. collect.* 644.

Monialium Confessarius, vide in verbo *Confessarius Monialium collect.* 203.

Monialium dos, vide in verbo *Dos Monialium collect.* 266.

Episcopus quoad Notitias & Moniales, vide in verbo *Episcopus, collect.* 298.

SVMMARIVM.

1 *Stante dispositione* Conc. Trid sess. 25 de refor. c. 6. *monitio nulla amplius requiritur.*

2 *Concubinarius clericis monitio à Superioribus facienda debet esse specialis, non autem generalis.*

3 *Monitio facta in synodo trena monitionis obtinet.*

4 *Clericis concubinariis per superiores monitio facienda non tantum in visitatione, sed & aliis quoque temporibus fieri potest.*

5 *Tempus quod inter vnam & alteram monitionem ex tribus contra Concubinarios intercedere debet, arbitrio Episcopi relinquitur.*

Monitio.

COLLECT. DXIV.

1 Monitio nulla amplius requiritur stante dispositione *Concilij Trid. sess. 25. de refor. cap. 6. Sacra Congreg. Conc in Licinien.* 7. *Septembris* 1624. cuius meminit R. P. D. Alexandr. Spe-

2 sell. *in decis. fori eccles. decis.* 26. *num.* 3.

Monitio à Superiorib. facienda Clericis concubinariis debet esse specialis, nō autē generalis puta per edictū. testibus *S. Cōg. Cō.* Nicol. Garc. *de benef. pag* 11. *cap.* 10. *num.* 186. *declar* 4. Armendar.

3 *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 5 *de stupro, l. vnica num.* 4. Itaut monitio facta in Synodo non suffragetur quamuis vim trinæ monitionis obtineat: *Eadem S. Congr. Conc.* referente

4 Marco Anto. Genuē. *in praxi Archiepisc. Neap. c.* 30. Monitiones faciendæ iuxta Concil. Trid. sess.

5 25. cap. 14. de reform. non tantum in Visitatione, sed & aliis quoque temporibus fieri possunt: tempus autem quod inter vnam & alteram monitionem intercedere debet, arbitrio Episcopi relinquitur. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. n.* 186. *declar.* 6. Armendar. *d. l. vnica num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Vicario Apost. monitoria concedere licet præuia causa cognitione.*

2 *Litteræ Apost. monitoriales pro rebus deperditis quomodo concedenda.*

3 *Inferiori etiam nullius diœcesis non licet concedere litteras Monitoriales pro rebus deperditis, seu subtractis.*

4 *Vicarius Episcopi & Capituli Sede vacante potest concedere literas Monitoriales.*

5 *Reuelare tenetur etiam affines & etiam quando veritas aliter haberi non potest, qui sciunt, Monitorialibus publicatis.*

Monitoria, siue Litteræ Monitoriales.

COLLECT. DXV.

1 Monitoria etiam Vicario Apost. licet cōcedere præuia causæ cognitione. *Sacra Congr. Conc. sub die* 26 *Octobris* 1590. cuius meminit Theophil. Raynaud. *de monit. eccles pag* 1. *cap.* 1. *qu.* 16 *vers. omnia*, quem refero *de officio. & potest Episcopi p.* 3. *alleg* 96 *num.* 10.

2 Monitoriales litteræ Apost. de excommunicandis non restituentibus vel non reuelantibus bona deperdita, seu subtracta dari debent ad instantiam eorum, quorum ciuiliter interest; & exprimantur ipsa bona nominatim, cōmittantur que Episcopis locorum seu eorum Vicarius Generalibus. *Pius V. in appendice constit.* 1. *altas* 150. incip. *Sanctissimus de anno* 1570. apud Laert. Cherubin. *post tom.* 5. *Bullarij*.

3 Monitoriales litteras pro rebus deperditis, vel subtractis ad effectum reuelandi inferioribus etiam nullius diœcesis concedere non licet, sed illæ tantùm obtinendæ sunt à Sede Apost. *Sacra Congr. Conc.* teste Sellio *in select. Canon. cap* 39. *n.* 16.

4 Monitoriales litteras concedere potest Vicarius Episcopi, & Capituli Sede vacante. *Sacra Congr. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic. pag* 5 c. 8 *n.* 94. quem citaui *d. alleg.* 96. *n.* 7.

5 Monitorialibus litteris publicatis tenentur ij, qui sciunt reuelare, etiam quando veritas aliter haberi non potest, nec attenditur excusatio respectu affinitatis. *Sacra Congr. Conc. in Fulginaten.* 7 *Septembris* 1630. penes Sellium *dict cap.* 39. *num.* 20.

Monoculus.

COLLECT. DXVI.

1 Monoculus dispensatus ad Ordines suscipiendos potest admitti ad concursum. *Sacra Congregatio Conc. sub die* 17. *Martij* 1619. apod Aldan. *in compendio Canon resolut. lib.* 3. *titulo nono, numero* 23. quem refero *in collectio. ad Concil. Trident. sessio.* 24. *de reformat. cap.* 18. *numero* 62.

Montesiæ Equites, vide *collect.* 310.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Monte pietatis agentes.*

2 *Societas est Mons pietatis, & qui contrarium prædicant sunt excommunicati.*

3 *Episcopi possunt decreta pro bono regimine Montium pietatis confirmare, reformare, & augere.*

4 *Frumenti Montium pietatis dispositio comprehenditur sub Constitutione Pauli V.*

5 *Sequestrari non possunt pecunia Montis Pietatis de Vrbe*

Mons Pietatis.

Collect. DXVII.

1 DE Monte pietatis *Gregorius XIII. conſt.* 94. incip. *Inter multiplices de anno* 1584. apud Laert. Cherubin. *in Bullario Tom.* 2. *pag.* 480. Salon. *in* 2.2. *Thomæ quæſt.* 88. *art.* 2. *de Monte Pietatis*, Bernardinus de Buſto *in defenſorio Montis Pietatis*, Thom. de Vio, Caietanus *de Monte Pietatis, tom.* 6. *tract. Doctor. p.* 1. *pag.* 419. Iacob. Nauclauius *in quæſt. circa Montem Pietatis*. Quarant. *in ſum. Bullarij verbo Mons pietatis*, Rebell. *de obligat. Inſtit. p.* 2 *lib.* 8 *quæſt.* 15. Scortia *in ſelectas ſummorum Pont. Conſtitutiones epit.* 55. Carolus Maranta *tom.* 2. *reſponſ.* 27.

2 Mons Pietatis Societas eſt, & qui contrarium prædicant, ſunt excommunicati excommunicatione latæ ſententiæ. *Leo X conſtit.* 11. incip. *Inter multiplices*, apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 43. in nouiſſ. impreſſ. quam citat Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 2. *verbo Mons Pietatis*, & illius meminerunt Quarant. Scortia, & Carol. Maranta *citatis locis*,

3 Montium Pietatis pro bono regimine poſſunt Epiſcopi decreta ipſorum confirmare, reformare, & augere, non tam in viſitatione quam extra, & ſibi reſeruare facultatem huiuſmodi decreta reformandi, moderandi, & augendi prout ſibi videbitur, & placuerit: *Sacra Congr. Conc. in Montis Pietatis Rauennaten. de anno* 1617. quam refert Beller. *diſquiſit. clerical p.* 1. *tit. de bonis cleric.* §. 12. *n.* 7. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi. p.* 3. *alleg* 75. *num* 14.

4 Montium Pietatis de pecuniis diſponere prohibens Conſtitutio Pauli V. in alios quam pauperum vſus in ipſorum Mōtium erectione præſcriptos ſine Sedis Apoſt. licentia, comprehendit diſpoſitionem frumenti eorum Montium in alios quàm pauperum vſus iuxta modum & formam in erectione Montium præſcriptos. *Sacra Congreg. Epiſcop. & Regular.* 14. *Februarij* 1631. apud me *de officio*, *& poteſtat. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 76. *num.* 64.

Montis pietatis de Vrbe pecuniæ ſequeſtrari non poſſunt. *Clemens VIII. conſtit.* 88. incip. *Quæ ad pietatis* 18. *Iulij* 1602. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 135.

Mortuus Vide in verbo *defunctus collect.* 245.

SVMMARIVM.

1 *Cœleſtinorum Abbas Generalis MoZZettam defert.*
2 *Montis Virginis Abbas Generalis MoZZettam defert.*
3 *Abbas S. Andreæ Congregationis Lateranen. ciuitatis Vercellen. vbique etiam præſente Epiſcopo defert MoZZetam.*
4 *Abbati S Saluatoris Montis Amiati in terra Radicoſani non licet extra clauſtra cum MoZZeta incedere.*
5 *Dignitatibus Canonicis, & beneficiatis Eccleſiæ Lucerinæ MoZZetæ vſus indulgetur.*
6 *Abbates, quibus MoZZetæ vſus indulgetur, poſſunt eam deferre vbique etiam præſente Epiſcopo.*
7 *Epiſcopus præſente Legato de latere non poteſt etiam in propria ciuitate deferre MoZZetam, & Rochetum diſcoopertum.*

Mozzeta.

Collect. DXVIII.

1 MOzzeta ſuper mantelleto vti poteſt Abbas Generalis Congregationis Cœleſtinorum. *Paulus V. conſtit. ſua* incip. *Ex iniuncto ſub Dat.* 9. *Decembris* 1606. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo MoZZeta, n.* 3.

2 Mozzetam defert Abbas Generalis Montis Virginis. *Sacra Congr. Rit.* 9. *Maij* 1606. quam citant Flauius Cherub. *in compendio Bullarij ad conſtit.* 1. aliàs 89 *Pauli V. ſchol.* 2. Ioan. Maria Nouar. *d. verbo MoZZeta, & verbo Mantelletum*, Ego *de iure eccleſ. vniu. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 56.

3 Mozzetam vbique etiam præſente Epiſcopo deferre poteſt Abbas ſancti Andreæ Congregationis Lateranenſis ciuitatis Vercellenſ *Sacra Congr. Rit. ſub die* 30. *Maij* 1621. de qua Ego ipſe *d. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 56 *prope fin.*

4 Mozzetam extra clauſtra portare non licet Abbati S. Saluatoris Montis Amiatide in terra Redicoſani Cluſinæ diœceſis *Sacra Congr. Con. Epiſcop. & Regular.* apud me *d. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 59.

5 Mozzetæ vſus indulgetur Dignitatibus, Canonicis, & Beneficiatis Eccleſiæ Lucerinæ cum nonnullis moderationibus. *Sacra Congreg. Rit. in Lucerina* 19. *Martij* 1611. quam refert Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 2. *tit.* 18. *n.* 41.

6 Mozzeta poteſt vbique deferri ab Abbatibus, quibus eius vſus indulgetur, etiam præſente Epiſcopo. *Sacra Congreg. Rit. in Vercellen.* 9 *Decembris* 1617. *&* 30. *Martij* 1621. penes Aldan. *d. lib.* 2. *tit.* 18. *nu.* 42.

7 Mozzetam, ſeu rochetum diſcoopertum non poteſt deferri ab Epiſcopo in propria ciuitate, præſente Legato de latere. *Sacra Congr. Rit. in Peruſina* 2. *Octobris* 1601. quam citat Aldan. *d. lib.* 2. *tit.* 18. *nu.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam vltimi ſupplicij incurrit mulier ſcienter carnaliter ſe commiſcens cum patre & filio, vel cum eo cum quo ſcit matrem, filiam, vel ſororem ſuam rem habuiſſe.*
2 *Thori ſeparationem procurantes mulieres vt inhoneſtè viuant, quibus pœnis afficiantur, remiſſiuè,*
3 *Feria quinta in Cœna Domini de nocte non debent mulieres ſocietatem laicorum aſſociare.*
4 *Sacellum S. Iacobi in Compoſtella non debent mulieres ingredi dum Diuina celebrantur.*
5 *Thus & pax inter Miſſarum ſolennia non datur mulieribus.*
6 *Mulieres, quæ metu ſæuitia maritorum ad monaſteria Monialium ſe receperunt, tolerari poſſunt, ſed impoſterum recipi non debent, & quando ob hanc cauſam ingredi valeant, oſtenditur, numero* 7.
8 *Donare validè poteſt ipſi monaſterio mulier, quæ diutius in eo permanſit in habitu nouitiarum cum licentia permanendi educationis cauſa.*
9 *Religioſi mulieres in monaſteria ſua intromittere*

tere præsumentes, quas pœnas incurrant remissiue.

Mulier.

COLLECT. DXIX.

1 MVlier peccans carnaliter cum eo, cum quo scit matrem, filiam, vel sororem suam rem habuisse, vel scienter cum patre & filio se commiscens, vltimi supplicij pœnam incurrit. *Sixtus V. constit.* 34. incip. *Volentes Non. Aprilis* 1587. apud Laert Cherub *in Bullario tom.* 2. *pag.* 570. aliàs *pag.* 433. in nouiss. impress.

2 Mulieres thori separationem procurantes vt inhonestè viuant, multis pœnis afficiuntur, de quibus idem *Sixtus V constit.* 46. incip. *Ad compescendum* 3. *Kal. Nouembris* 1586. apud Laertium Cherub. *d. tom.* 2 *pag* 554. alias *pag.* 421. in nouiss. impress.

3 Mulieribus prohibendum est ad tollenda scandala ne de nocte in feria quinta Cœnæ Domini accedant ad Ecclesiam Cathedralem cum Confraternitate laicorum. *Sacra Congr. Rit. in Entomilien.* 11. *Decembris* 1604. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap.* 51. *num.* 3.

4 Moniales non debent ingredi Sacellum sancti Iacobi in Compostella dum diuina Officia celebrantur. *Sacra Congr. Rit. in Compostellana* 7. *Iulij* 1612. penes Sellium *d. cap* 51. *num.* 6.

5 Mulieribus non datur thus & pax inter Missarum solemnia. *Sacra Congr. Rit. in Pacen.* 28. *Ianuarij* 1612. *& in Lucerina* 3. *Iunij* 1617. quarum meminit Sellius *d. cap.* 51. *n.* 17.

6 Mulieres, quę sint in discordia cum maritis, & eorum sæuitiam timent, si extra culpam sunt, quandiu iustam causam timendi habuerint, debent, si sunt in monasteriis tolerari, imposterum verò huiusmodi mulieres non debent recipi. *Sacra Congr. Conc.* testibus Zerola *in praxi Episcop p* 1 *verbo Moniales*, §. 2. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. in rubr.* 2. *cap.* 16. *nu.* 30. Tamburin. *de Iure Abbatissar disp* 24. *q.* 4 *nu.* 1. quos refero *de officio & potest. Episcops p.* 3. *alleg.* 102 *n.* 66. *ad med.*

7 Mulier aliqua si veneat in suspicionem marito, quod timet ne ab eo aliqua vis ei inferatur, debet permitti vt possit ingredi monasterium Monialium, si modò Constitutiones monasterij non repugnent, & accedat consensus Superiorum, Abbatissæ, & Monialium, & causa ingressus cessante; debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem monasterium ingredi poterit, & tenetur ad clausuram, sicut aliæ Moniales sine ancillis, &c. *S. Congreg. Conc.* testantibus Zerola *d. verbo Moniales*, §. 12. Campan. *d. n.* 30. quos refero *d. alleg.* 32. *n,* 66. *in fine.*

8 Mulier quæ diutiùs permansit in monasterio in habitu nouitiarum cum licentia permanendi educationis causa, potest validè donare ipsi monasterio, non obstante decreto *Concilij sess.* 25. *cap.* 16. *de Regularibus.* quia non est Monialis. *Sacra Congregatio Concilij in Fauentina* 31. *Iulij* 1617. de qua Sellius *dicto capite* 51. *numero* 22.

9 Mulieres si Regulares in monasteria sua intromittere, vel admittere præsumant, quas pœnas incurrant, vide in verbo *Regulares collect.* 640.

SVMMARIVM.

1 *Regularib. interdicta munerum largitio præterquam esculentorum, &c.*

2 *Auctores referuntur de munerum largitione Regularibus prohibita agentes.*

3 *Constitutio Clementis VIII. de munerum largitione Regularibus prohibeta, comprehendit Regulares vtriusque sexus tam nouitios quàm professos*

4 *Equites Hierosolymitanos non comprehendit constitutio Clementis VIII. de largitione munerum.*

5 *Vrbanus VIII. declarat Constit. Clementis VIII. de munerum largitione, pluráque in materia nouè statuit, ac determinat.*

Munerum largitio.

COLLECT. DXX.

1 MVnerum largitio, missioque Regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis, & instituti non tamen militiæ, eiusque Superioribus, Ministris & Officialibus interdicta, pręterquam esculentorum, & poculentorum non solum per se, sed neque per alios, sub pœna priuationis Officiorum, & inhabilitatis ad obtinenda, ac vocis actiuæ, & passiuæ. *Clemens VIII.*
2 *constit.* 28. incip. *Religiosæ Congregationis de anno* 1594. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 40. aliàs *pag* 30. in nouiss. impress. De qua meminerunt, eiusque materiam latè tractarūt Scortia *in selectas summorum Pontificum Constitutiones epit.* 158. *theor.* 395. Ioan. Valer *de different. inter vtrumque forum verbo munera*, latè Anton. Diana *moral resolut. p.* 1. *tract.* 6 Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 3. *cap.* 6. *n.* 55. *& tom.* 2. *cap* 19. *n.* 54. Franc. à Sosa *in special. tractat. de largitione munerum*, Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit de munerum largit.* Bonacina *var. tract. disp.* 3 *de largit. muner.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religios. lib.* 8.
3 *post qu.* 198 *cum seqq.* Comprehendere hanc Cōstit. Regulares vtriusque sexus tam Nouitios quàm professos censuit *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in sancti Seuerini* 23. *Iunij* 1603. quam citat Sellius *in selectis Canon cap.* 48. *nu* 10 Non autem
4 Equites Hierosolymitanos, quia materia non erat illis adaptabilis ex speciali illius Constitutionis dispositione, vt aduertunt Monet *de Conseruator. cap.* 10. *n* 122. R.P.D. Alex. Sperel. *in decis. fort eccles decis* 11. *n.* 56.

5 Nouissimè *S. D. Vrbanus VIII. in sua Constit.* incip. *Nuper à Congregatione sub die* 6. *Octobris* 1640. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuil Regul. tom.* 3. *in fine*, *vbi de Constitutionibus nouiss. Vrbani VIII pag* 558. declarant dictam Constitutionem Clementis VIII. vt scilicet munera à Religiosis vtriusque sexus tribui possint ex causa gratitudinis, conciliationis, beneuolentiæ, eiusque conseruationis erga ipsam Religionem vel Cōuentum, aliisve causis ex sui natura actum virtutis & meriti continentibus, modestè tamen ac discretè, & dummodo id non fiat nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu maioris partis Conuentus, si talis cōsensus

de Iure, vel ex constitutionibus, seu consuetudinibus cuiusque Religionis respectiuè in huiusmodi casibus requiratur. Consensum verò Conuentus *in §. 2. dict. Constit. Clementis VIII.* ad leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem, & religiositatem pertinentia munuscula largienda, &c. requisitum intelligi debere ait de consensu aliàs de Iure requisito, & vbi concurrit ambitionis suspicio, qua cessante neque in his requiri licentiam Superiorum in scriptis *in §. 4. eiusdem Bullæ* requisitam, sed sufficere licentiam etiam oretenus eisdem concessam declarat. Comessationes autem, compotationes, & conuiuia in excipiendis præsertim benefactoribus, protectoribus, vel Ordinariis honorificè & lautè de quibus *in §. 5. eiusdem Constitut.* censeri tantummodo prohibita si decentiæ status Regularis aduersentur. Restitutionē verò receptorum Conuentibus faciendā, de qua *in §. 10. ibidem* cautum est intelligi debere de Conuentibus ad quos data, donata seu missa de iure pertinent, si id commodè fieri potest, aliàs Conuentui eiusdem Religionis viciniori loco, vbi petita fuit absolutio, restituantur. Insuper facultatem concedit vt omnes qui hucusq; aduersus supradictæ Constitutionis capitula immoderata largita fuerint, vel receperunt, à pœnis quibuscunque in eadē Constitutione inflictis & incursis possint, & debeant à propriis Confessariis absolui in foro Conscientiæ, etiam non facta prius huiusmodi rerum donatarum seu datarum restitutione. Quoad eos verò qui præter modum prædictum grauiori Religionis detrimento largiendo, vel recipiendo, transgressi sunt, sed ob inopiam restituere nequeunt, eadem Sanctitas concedit maiori Pœnitentiario, vt de præteritis vsq; ad diem datæ præsentium in foro Conscientię absoluat, dispenset, & condonet. Et decretum à S. Congr. specialiter à S. D. N. Vrbano VIII. coram eminentissimo Card. S. Honuphrij maiori Pœnitentiario (vnde emanauit prædicta Constitutio) refert Lezana *in summ. quæst. Regul. tom. 3. verbo dare, nu. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Bona naufragantium occupantes, vel diripientes, quas pœnas incurrant, remissiuè.*
2 *Bona naufragantium auferentes animo lucrandi furtum committunt.*
3 *Bona naufragantium in portubus, & ripis maritimorum locorum S. R. Ecclesiæ, aut in mare vel in Tyberim iacta tempestatis causa non possunt occupari etiam prætextu consuetudinis.*
4 *Auxilium tempore naufragij præstantes quàm partem bonorum lucrentur; ostenditur.*
5 *Bona naufragantibus in mari deperdita restituenda sunt.*

Naufragantes.

COLLECT. DXXI.

1 NAufragantium bona occupantes, vel diripientes, quas pœnas incurrant, Exponunt *Paulus III. constit. 42. incip. Accepimus 15 Maij 1545.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 1. pag. 680.* aliàs *pag. 559. Gregorius XIII constit. 81. incip. Consueuerunt, pridie Non. Aprilis 1583.* aliàs *pag. 349.* in nouiss. impress. *Paulus V. constit. 63. incip. Pastoralis 6. Id. Aprilis 1610.* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 251* aliàs *pag. 183.* in noua impress.

2 Naufragantium bona animo lucrandi auferentes furtum committunt. *Honorius II. constit. 1. incip. Charissimus 15. Kalend. Iunij 1130.* apud Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag. 18.* aliàs *pag. 55.* in nouiss. impress.

3 Naufragantium bona in portubus, & ripis maritimorum locorum S. R. Ecclesiæ, aut in mare, aut in Tyberim ad euitanda pericula tempestatis iacta, nemo occupare, vel diripere potest, etiam sub prætextu consuetudinis. *Paulus III. d. constit. 42.* cuius meminit Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo naufragium. §. 3.*

4 Naufragij tempore qui vocati à patronis nauium, vel barcharum auxilium eis ad bonorum præseruationem, vel recuperationem præstiterint, quartam partem bonorum præseruatorum, aut acceptatorum lucrantur, perturbatores autem, aut occupantes, multas pœnas incurrunt. *Paulus III. constit. 57.* penes Zerol. *d. verbo naufragium. §. 4.*

5 Naufragantibus bona quoquo modo in mari deperdita, restituenda sunt. *Pius V. constit. 7.* incip. *Cum nobis 8. Kalend. Maij 1566.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2 pag. 182.* aliàs *pag. 137.* in nouiss. edit.

Negotiatio, vide in verbo *Clericus quoad negotiationem collect. 159.*

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis esse non potest nepos ex fratre, vel sorore, viuente patruo vel auunculo Cardinale.*
2 *Beneficium quod auus habuit obtinere non potest nepos illegitimus ex filio illegitimo.*
3 *Pensionem obtinere non potest super beneficio Parochiali, quod auus possidet, eo viuente nepos legitimus ex filio, seu filia illegitimis.*
4 *Nepos legitimus ex filio illegitimo respectu beneficij aui non comprehenditur sub dispositione* Concilij cap. 15. sess. 25. de reform.

Nepos.

COLLECT. DXXII.

1 NEpos ex fratre, vel sorore, viuente patruo, vel auunculo Cardinali, prohibetur ad Cardinalatum assumi. *Sixtus V constit. 50. incip. Postquam verus ille §. 18. sub dat. 3. Non. Decembr. 1586.* apud Laert. Cherubin. *in Bullar. tom. 2. pag. 426.* in nouiss. impress. & illius memini *de Iure ecclef. vniuers. lib. 2. cap. 3. n. 18.*

2 Nepos illegitimus es filio illegitimo beneficium, quod auus habuit, obtinere non potest, *Sacra Congreg. Conc. sub die 1. Martij 1589.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. cap. 3. numero 27. in fine*, vbi dicit huic declarationi standum esse.

3 Nepos legitimus ex filio, seu filia illegitimis,

non

non potest viuente auo obtinere pensionem super beneficio Parochiali quod auus possidet. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. cap. 3 num.* 24. vbi tamen refert omnes Illustrissimos dixisse contrariam opinionem esse de iure veriorem ex sententia Rotæ.

4 Nepos legitimus Presbyteri ex filio illegitimo respectu beneficij aui non comprehenditur sub dispositione *Concil. cap. 15. sess. 25. de Reform. Sacra Congr. Concil. in Bracharen. 17. Octobris* 1592. referentibus Nicol. Garc. *in addit. ad suum tractat de benefic part. .cap. 3. numer. 22.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit 19. l. 1. de filiis Presbyt. n. 1. Eadem S. Cong. sub die 13. Augusti* 1522. quam citat Sellius *in selectis Canon cap. 31 cap. 13. n. 16.*

Sancti Nicolai manna, vide in verbo *Manna S. Nicolai collect.* 461.

Nominatio Iudicum Synodalium, vide supra in verbo *Iudex collect. 436 n. 7. Nominatio Vicariorum*, vide *in verbo Vicarius perpetuus Parochialium collect.... & verbo Vicarius amouibilis Parochi. collect....*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores hæretica prauitatis possunt creare clericos & seculares & Regulares in notarios sanctæ Inquisitionis.*

2 *Gratis omnia pro officio Sanctæ Inquisitionis notarij omnes expedire tenentur.*

3 *Magister Ordinis Prædicatorum creare potest Notarios pro executione mandatorum Apost.*

4 *Examini se subijcere debent Notarij creandi antequam exercere incipiant.*

5 *Creationes Notariorum per gubernatores ciuitatum S.R. Ecclesiæ nullæ declarantur.*

6 *Inferiores quasi Episcopalem iurisdictionem habentes habent facultatem sicut Episcopi examinandi Notarios.*

7 *Visitatione personarum Cathedralis Notarius proprius ab Episcopo assumendus.*

8 *Acta originalia processuum primæ instantiæ quando ad Iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, ostenditur.*

9 *Sportula absque solutione tenetur Notarius tribunalis Ecclesiastici tradere sententiam in copia actorum.*

10 *Fori priuilegio gaudet Notarius Curiæ Episcopalis.*

11 *Episcopus potest vti Notario criminali ciuitatis si sit vir probus.*

Notarius.

COLLECT. DXXIII.

1 NOtarij Sanctæ Inquisitionis creari possunt etiam Clerici seculares & Regulares in causis ad eam spectandis per Inquisitores prauitatis. *Alexander IV. constit. 22.* incip. *Ut commissa Idib. Octobris* 1260 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 93.* aliàs *pag. 117.* in nouiss. impress. & illius meminit Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regular. verbo Notarius. num.* 4.

2 Notarij omnes omnia gratis pro officio sanctæ Inquisitionis expedire tenentur. *Clemens VIII. constit. 76.* incip. *Sanctissimus Non. Ianuarij.* 1601. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3 pag. 113.*

3 Notarios pro executione mãdatorum Apost. creare potest Magister generalis Ordinis Prædicatorum. *Pius V. constit. 124.* incip. *Debitum 21. Martij* 1571. apud Laert. Cherub *tom. 2 pag. 356.* alias *pag. 252.* & de illa meminere Fr. Emman. *quæst. Regul. Tom 3. qu. 8. art. 1.* Ego *in collect ad Trid. sess. 22. de reform cap. 10. num. 4.*

4 Notarij extra vrbem creandi, antequam Officium Notariatus exercere incipiant, examini se subiicere debent sub pœna nullitatis & falsi. *Vrbanus VIII. constit. 10.* alias 120. incip. *Ratio pastoralis 12. Kalend Ianuarij* 1631 apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario in append. tom 4. pag* 19. vbi ponitur forma huius examinis.

5 Notariorum creationes per Gubernatores ciuitatum aliorumque locorum Prætores prætextu Bannimenti Henrici Cardinalis Caietani S.R.E. Camerarij factæ, nullæ & inualidæ declarantur, ipsique notarij tali pacto creati. nullo modo Notarij sunt, nec reputari debent, sed reualidantur scripturæ, & instrumenta per eos olim facta, & conceditur facultas Præfectu Archiuiorum cognoscendi causas super nullitatibus huiusmodi creationum, & acta talium notariorum reualidandi. *Vrbanus VIII. constit. 11.* aliàs 121. incip. *In suprema 12. Kalend. Ianuarij* 1631. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. in appendice pag. 22. cum seqq.*

6 Notarios examinandi facultas tributa Episcopis decreto *cap. 10. sess 22.* competit etiam inferioribus quasi episcopalem iurisdictionẽ habentibus. *Sacra Congr. Conc.* penes Sellium *in selectis Canon cap 25. nu. 16.* quem refero *in collect ad Trid sess 22 de reform cap 10. n. 2.*

7 Notarius proprius ab Episcopo assumendus est in visitatione personarum Cathedralis Ecclesiæ, non illi tamen Capitulo suspectus. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 6. de visitat. n. 38.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi. p. 3. alleg. 73. n. 8.*

8 Notarius non cogitur mittere ad Iudicem appellationis acta originalia processuum primæ instantiæ, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ iudicialiter obiiciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad Ordinarium, vt in suo Archiuio conseruentur. *Sacra Congr. Conc. sub die 6. Octobris,* 1600. penes Quarant. *in sum. Bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas num. 20. q. 8.* Sellium *in select. Canon. cap. 42. num.* 10. quem refero *in collect. ad Trid. sess. 24. de refor. cap. 20. num. 77.*

9 Notarij tribunalis ecclesiastici tenentur in copia actorum tradere sententiam absque eo quod soluantur sportulæ, attento vsu Tribunalium dictæ ciuitatis non soluendi sportulas tẽpore, quo feruntur sententiæ, poterit tamen agere postea ad solutionem sportularum iuxta consuetudinem. *Sacra Congr. Conc. in Taurinen 7. Septembris* 1630. quam citat Sellius *dict. cap. 42. num.* 15.

10 Notarius Curiæ Episcopalis cum sit de familia Episcopi gaudet fori priuilegio. *Sacra Congr. Conc. Episcop. & Regul in Oriunen. 6. Augusti* 1602. de qua Sellius *d. cap. 42 n. 16.*

11 Notario criminali ciuitatis vti potest Episcopus si sit vir probus, & aduena, & sub quouis prætextu taxam non excedat. *Sacra Congr.*

Episcop. & Regul sub die 14. Aprilis 1615. in resp. ad 8. cuius meminit Sellius *d cap.* 42.*n*.17.

Alia in verbo *Cancellarius collect.*83.

SVMMARIVM.

1 *Annis duodecim maior debet esse Notitia alicuius Religionis.*
2 *Professionem emittere non potest nouitia ante XVI. ætatis annum.*
3 *Voluntatis exploratio in nouitiabus ad Episcopum spectat quamuis monasterium ab eius iurisdictione sit exemptum.*
4 *Episcopus iterato examinat nouitias in monasteriis etiam Regularibus subiectis.*
5 *Episcopus potest pœnis & censuris prohibere contra Superiores Regulares ne vlla nouitia professionem emittat, nisi prius per illum eius voluntas exploretur.*
6 *Abbatissa debet ante mensem tempus professionis nouitiæ Episcopo innotescere.*
7 *Episcopus quando vestis monialem, vel ad professionem admittit, nihil etiam comestibile accipere potest.*
8 *Professionem validè emittit nouitia iam iam moribunda, quæ compleuit annum nouitiatus.*
9 *Formam laicorum statutorum in renunciationibus faciendis non tenetur seruare nouitia.*
10 *Anno probationis durante si nouitia curandæ valetudinis causa de licentia Superiorum è monasterio exierit, cum reuersa fuerit, professionem emittere valebit.*
11 *Nouitia Ordinis S. Dominici, remissiuè.*

Nouitia.

COLLECT. DXXIV.

1 NOuitia recipi non potest causa induendi habitum professionis in Religione nisi duodecim annis sit maior. *Sacra Congr. Conc.* de qua meminere Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.2.tit 18 lib.7.de Religion.num.*43. Item *Sacra Congr. Episcop. & Regul.*1. *Martij* 1608. penes Ioann. Mariam Nouar. *in lucerna Regular. verbo Nouitij n.*4.

2 Nouitia non admittenda ad professionem ante decimum sextum ætatis annum cumpletum. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *d lib.* 7. *de Relig n.*41. quam refert Ioann. Maria Nouar. *d. verbo nouitij n* 5.

3 Nouitiarum profiteri volentium voluntatis exploratio iuxta decretum *cap.*17.*sess.*25. *de Regularib.* ad Episcopum pertinet, quamuis monasterium ab eius iurisdictione exemptum existat. *Sacr. Congr. Conc.* referentibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.*2.*tit.*18.*l.*7. *de Relig. num.* 37. Piasec. *in praxi Episcop. pag.*2.*c.*3. *num.*55. *vers. explorare.*

4 Nouitias in monasteriis etiam Superioribus Regularibus subiectis examinat Episcopus, primò scilicet quando habitum suscipiunt, secundò verò tempore professionis, & ideo poterit earundem Rectores compellere ne habitum nouitiæ dent, nisi prius Episcopum certiorem faciant, vt puellæ voluntatem explorare valeat. *Sacra Congreg. Conc in Liman.* 29. *Septembris* 1625. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib* 3.*tit.*8.*n.*18.

5 Prohibere namque poterit Episcopus ecclesiasticis censuris, & aliis pœnis sibi bene visis contra Abbatissas, & Superiores Regulares Monialium ipsis Regularibus subiectarum, ne qua puella professionem emittat, nisi prius explorata illius voluntate ab Ordinario ad præscriptum *Concilij cap* 17 *sess.*15.*de Regul. Eadem Sacra Congr. in Burgen.*4.*Decembris* 1619. quam citat Aldan. *d tit.* 8 *num.*20.

6 Nouitiæ professionis tempus ante mensem debet Monialium Præfecta Episcopo innotescere, & ille ante 15. dies examen perficere tenetur, quibus elapsis amplius in eo se intromittere non debet. *Sacra Congr. Conc.* testibus Armendar. *d.l.*7.*de Relig.n.*45. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub.*12.*cap.*16.*num.*10.

7 Nouitiæ quando vestiuntur, vel professionē emittunt, non licet Episcopis à propinquis, vel ab alio quocunque donatum tam comestibilia quàm linea etiam parui valoris accipere, neque ab Abbatissis in ingressu Officij, neque ab eisdem comestibilia tantum in aliquibus solemnitatibus nomine totius monasterij, quamuis antiquissima inoleuerit consuetudo. *Sacra Congr. Episcop. & Regul in Auersana* 22. *Ianuarij* 1591. cuius memini *de iure eccles. vniu. lib.*1.*c.*43.*n.*27.

8 Nouitia iam iam moribunda, completo nouitiatus anno, validè professionem emittere potest, etiamsi postea fuerit verè mors sequuta. *Sacra Congr. Conc. sub die* 16. *Iulij* 1621. penes me *d. lib.*1.*c.*42.*n.*170.

9 Nouitia professionem emissura non tenetur seruare formam laicorum statuto præscriptam in renunciationibus faciendis, ita vt omissio illius minimè inualidas, nullas, & irritas reddat tales renuntiationes. *Sacra Cong. Conc. de anno* 1606. penes Ioan. Mariam Nouar. *d. verbo Nouitij num.*6.

10 Nouitia si durante probationis anno curandę valetudinis causa, de licentia Superiorum à monasterio exierit, & post reuertatur, eodem tempore professionem emittere poterit, ac si nunquam egressa fuisset. *Sacra Congr. Conc.* attestante Armendar. *d l.*7. *nu* 13. quem refero *de Iure ecclesiast. lib.* 1.*c.*42.*num.*128.

11 Nouitiæ Ordinis S. Dominici possunt profiteri in mortis articulo, non expleto nouitiatus anno. Vide suprà *collect.*263.*n.*3.

Plura vide in verbo *exploratio collect.* 349. & in verbo *Puella. collect.*620.

SVMMARIVM.

1 *Fratrum Prædicatorum Nouitij in articulo mortis profiteri possunt ante tempus.*
2 *Informationes Nouitiorum qualiter faciendæ?*
3 *Nouitij qualiter recipiendi?*
4 *Filius dum est in nouitiatu non potest pater monasterio dare Altaris paramentum*
5 *Nouitij extra numerum quando possint profiteri?*
6 *Societatis IESV Nouitij admittuntur non seruata forma Bullæ Sixti V.*
7 *Annus probationis non interrumpitur Nouitiis extra monasterium egredientibus de licentia Superioris.*
8 *Anno probationis expleto, si Nouitius aliquot tempore*

pore [illegible] & postea reuertatur ad [illegible] ad professionem admit[illegible]

9 Annum [illegible] si compleat nouitius die 24. Febr[illegible] bissextili, nihilominus eget alia die sup[er]addit[a].

10 Dos per nouitium monasterio soluta, si antequam professionem emittat, moriatur, eius hæredibus restituenda est.

11 Habitum Religiosum à Superiore suscipiens, & cum eo decedens, in Ecclesia eiusdem Ordinis sepeliendus est.

12 Habitus Religiosus Nouitio egredienti non est restituendus, sed eius pretium.

Nouitius.

Collect. DXXV.

1 NOuitij Fratrum Ordinis Prædicatorum in articulo mortis in manibus Prælatorum ante tempus regulam profiteri possunt. *Pius V. constit.* 109. incip. *Summi* 13. *Augusti* 1570. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 2 pag* 257. 10 nouiss. impress. de qua Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Nouitij num.* 2. Ego ipse *de iure eccles. vniu. lib.* 1. *cap.* 41. *num* 124.

2 Nouitiorum informationes qualiter faciendæ expressit *Sixtus V. constit. sua* incip. *Sixtus Episcopus sub Dat.* 6. *Kalend Decembris anno Incarnat. Dom* 1587. *Gregorius XIV constit. sua* incip. *Circumspecta Romani Pont.* prouidentia, *Clemens VIII. constit. sua* incip. *Altissima paupertatis via* 14. *Aprilis* 1591. *& in alia* incip. *In ha. de anno* 1597. quarum meminere Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 10. *art.* 1. *cum seqq.* Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.* 6. *dub.* 4. Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.* 150. Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de nouit. recipiendis præcedente informatione.* Ego *de Officio, & potest Episcopi p.* 3. *alleg.* 101. *n.* 41. *cum seqq. & in votis decisiuis Canon. p.* 1. *voto* 16. *in fine.*

3 Nouitiorum receptionem, institutionem, magistros, eorumque munus, & qualitates designat *Clemens VIII. constit.* 83. incip. *In suprema* 19. *Martij* 1603. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 94. & 95. in nouiss. impress. cuius meminerunt Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regularium verbo nouitij n.* 18. *cum seqq.* Ioan. Anton. Nouar. *eius frater in sum. Bullarum tit. de nouitiis recipiendis in monasteriis destinatis.*

4 Nouitij pater non potest dare paramentum Altari monasterij vbi filius in nouitiatu existit. *Sacra Congr. Conc. sub die* 24. *Augusti* 1617. teste Sellio *in selectis Canon. cap.* 51. *numero* 24.

5 Nouitij ad habitum Regularem admissi profiteri possunt in monasteriis, in quibus habita præfixione numeri commodè ali non possunt, si alias habiles existant, & deinde in aliquo alio monasterio eiusdem Religionis sunt collocandi, vbi commodè ali possunt. *Sacra Congreg. Conc. super decretis de celebrat. Missar. in resp. ad dub.* 17. apud me *in fine tract. de officio, & potest. Episcopi.*

6 Nouitij in Societate Iesu recipiuntur etiam non seruata forma Bullæ Sixti V. & id vigore con-

Barbos. Apost. Decis. Sum.

cessionis factæ *à Gregorio XIV. in constit. sua* incip. *Exponi sub die* 30. *Augusti* 1591. quam citat Ioan. Maria Nouar *d. verbo Nouitij n.* 8.

7 Nouitiis de Superioris licentia cum habitu, & iusta de caosa extra monasterium egredientibus, annus probationis non interrumpitur. *Sacra Cong. Conc. de anno* 1617. referente Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Nouitij n.* 7.

8 Nouitius, qui cum esset dodecim annorum, & permanserit per aonum integrum in nouitiatu, si postmodum habitu retento fuit commoratus domi suæ vsque ad tempus sexdecim annorum requisitum ad professionem emittendam, potest cum fuerit reuersus ad Religionem admitti ad professionem, si aliud illi non obstet. *Sacra Congr. Conc. sub die* 10. *Martij* 1621. de qua memini *in tract. de Iure ecclesiast. vniuerso lib.* 1. *cap.* 42. *numero* 129.

9 Nouitij si compleant probationis annum die 24. Februarij anno bissextili, non dicitur expletus hic annus nisi secunda die. *Sacra Congr. Conc. in Patauina de mense Iulij* 1627. *& in Andegauen.* 2. *Augusti eiusdem anni*, penes Ioan. Maria Nouar. *d. verbo Nouitij n.* 9. & illius memini *d. tract. de Iure eccles. lib.* 1. *cap.* 42 *n.* 119.

10 Nouitij intra tempus probationis decedentes dos monasterio iam soluta, eius hæredibus est restituenda vnà cum fructibus, si quos monasterium percepisset, deducto tamen victu. & vestitu. *Sacra Congr. Conc.* apud Armendar *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 20. quem refero *d. cap.* 42. *n* 78.

11 Nouitij, vel suscipientes habitum à Guardiano, seu ab alio, cui ille committendum duxerit, & cum eo decedentes, in Ecclesiis eiusdem Ordinis ecclesiasticæ sepulturæ sunt tradendi, si Guardianus propter habitus concessionem, & receptionem præmouit eorum cadauera. *Sacra Congr. Rit. in Nepesina* 11. *Decembris* 1615. *ad* 2. cuius memini *in tract. de officio, & potest. Parochi cap.* 26. *n* 73.

12 Nouitio egredienti habitus Religionis non est restituendus, eius tamen pretium ei soluendum erit. *Sacra Congr. Conc.* testibus Lezana *in sum. quæst. Regul. tom* 1. *cap.* 25. *num.* 38. *vers. pro eis, in fine*, Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo habitus num.* 6.

Nouitij renunciatio, vide *in verbo Renunciatio Nouitij collect.* 647.

Nouitiatus, seu probationis aonus, Vide in verbo *Annus probationis collect.* 31. *numero* 9. *cum seqq.*

Nullitas professionis, Vide *in verbo Professionis nullitas collect.* 612. *à n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Religiosorum numerus in singulis locis constituendus.*

2 *Superiorum nulli possunt augere numerum familiæ singulorum Conuentuum iam præfinitum absque Sacra Congregationis licentia.*

3 *Monialium numerus in singulis monasteriis quis præfigendus.*

4 *Portugaliæ in Regno quis numerus in quolibet Monialium monasterio ab Episcopis præfigendus.*

Ii

3 Nuptias benedicere non possunt Canonici, sed tantum Archipresbyter, qui est Curatus. *Sacra Congr. Rit. in Materana 2. Octobris 1610.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 2. tit. 33. num. 2.*

4 Nuptiarum benedictio non potest fieri nisi inter Missarum solemnia. *Sacra Congr. Conc. in Pisauren. 13. Iulij 1630.* penes Aldan. *d. tit. 33. n. 5.*

SUMMARIUM.

1 *Carthusianorum Fratrum Oblati gaudent eisdem priuilegiis, quibus Fratres eiusdem ordinis.*
2 *Priuilegia Oblatorum & Conuersorum Ordinum Mendicantium communicantur.*
3 *Religio qualibet in receptione Oblatorum suas peculiares Constitutiones debet obseruare.*
4 *Oblati alicuius Religionis priuilegio & exemptione quando debeant potiri, ostenditur.*
5 *Oblati fori priuilegio ac immunitate à secularibus exactionibus pluribus casibus hic relatis non gaudent.*
6 *Oblati fori priuilegio & exceptione casibus num. num. 4. relatis gaudent siue ante siue post de licentia Superioris Religionis Matrimonium contraxerint.*
7 *Fori priuilegio quando gaudeant Oblati etiam quoad delicta ante Oblationem commissa.*

Oblati.

Collect. DXXIX.

1 Oblati Fratrum Carthusianorum gaudent iisdem priuilegiis, quibus Fratres eiusdem Ordinis. *Gregorius IX. constit. 3.* incip. *Quoties 3 Non. Februarij 1231.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 55.* aliàs *pag. 85.* in nouiss. impress.

2 Oblatorum, & Conuersorum Ordinum Mendicantium priuilegia communicantur *à Leone X. constit. 1. in appendice* incip. *Dudum 10. Decembris 1519.* apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 418.* aliàs *constit. 32. pag. 442.* in nouiss. impress.

3 Oblatorum in receptione vnaquæque Religio suas peculiares Constitutiones obseruare debet. *Clem VIII. constit. 83.* incip. *In suprema 2. Aprilis 1602.* apud Laert. Cherub. *tom 3. pag. 129.* alias *pag. 96.* in nouiss. impress.

4 Oblati alicuius Religionis priuilegio, ac exemptione ita demum potiri debent si in forma Iuris valida, perpetuo, irreuocabiliter, plene, & cum effectu se ipsos, & bona sua omnia, præsentia & futura, nulla prorsus quamuis minima eorum portione neque in proprietatem, neque in vsumfructum sibi reseruata Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutauerint Quod

5 si omnia prædicta simul non concurrant, neque fori priuilegio, neque immunitate à secularibus exactionibus frui poterunt, vt in sequentibus casibus. Primo cum quis obtulit personam cum reseruatione bonorum. Secundò cum obtulit personam, nulla bonorum facta mentione, quippe quæ non includuntur in simplici oblatione personæ. Tertiò cum obtulit personam, & aliquam tantum partem bonorum quamuis maiorem. Quartò cum obtulit bona omnia præsentia, & personam, reseruato vsufructu. Quintò cum obtulit personam, & bona omnia præsentia tantum. Sextò cum obtulit personam, & bona omnia præsentia & futura, sed postea à Superiore Religionis aliquam eorum partem quamuis minimam in emphyteusim recepit. Septimò cum obtulit bona, vel omnia, vel partem eorum absque persona, quo casu persona offerens fori priuilegio non gaudet, sed bona in Religione cum effectu translata sunt immunia à Vectigalibus, dummodo offerens vsumfructum eorum sibi non retineat, eo nanque casu bona immunia non sunt etiam quoad proprietatem. His tamen omnibus casibus, quibus Oblati à priuilegio & exemptione à Iure communi excluduntur, seruanda est cuiusque Religionis consuetudo, cuius vigore ipsi tale ius priuilegij, vel exemptionis acquisiuissent *Sacra Cong. Conc.* penes Ioan. Mariam Nouar. *in lucerna Regular. verbo Oblati*, metipsum *de Iure ecclesiast. vniu. lib. 1. cap. 39. §. 1. n. 45.* Et in casu occurrenti fidem eis fuisse *à Sacra Congr. Conc. de anno 1627.* attestatur Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. in additam. ad Constit. Iulij II cap. 3. num 34.* & refert ipsam declarationem Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap 8 n. 8.*

6 Oblati qui omnia supradicta adimpleuerint fori priuilegio, & supradicta exemptione gaudeot siue ante, siue post de licentia Superioris Religionis matrimonium contraxerint. *Sacra Congr. Conc.* teste Aldano *in compendio Canon. resolut. lib. 1 tit. 10. n. 14.*

7 Oblati etiam quoad delicta ante oblationem commissa fori priuilegio gaudent, & à iurisdictione Iudicis laici liberati sunt, punirique debent à Iudice ecclesiastico, si modo absque fraude, idest non animo effugiendi secularis Iudicis punitionem se & sua obtulerint: quod si fraus subsit, potest à Iudice laico puniri pœna confiscationis bonorum, & alia pecuniaria, sed non corporali, illique remanent subiecti quoad causam, & bona, sed non quoad personam, debet tamen Iudex ecclesiasticus, si delicti qualitas id exposcat, credere tales in fraudem oblatos Iudici seculari corporaliter puniendos. *Sacra Congr. Conc.* quam refert Aldan. *d. tit. 10. n. 15.*

SUMMARIUM.

1 *Portio assignanda Vicariis, citatis partibus est facienda.*
2 *Archipresbytero Cathedralis, qui curam animarum in ea exercet, præstanda sunt oblationes in illa factæ, & non Episcopo.*
3 *Regulares quando possint inter Missarum solemnia Oblationes, & eleemosynas recipere.*

Oblatio.

Collect. DXXXX.

1 Oblationes sunt computandæ in portione assignanda Vicariis ex *cap. 7. sess 7.* & *Bulla Pij V.* & talis assignatio partibus citatis est facienda. *Sacra Congr. Conc. in Turonen. 2. Aprilis 1585.* quam refert Sellius *in selectis Canon. cap. 27. num. 8.*

2 Oblationes factæ in Ecclesia Cathedrali spectant non ad Episcopum, sed ad Archipresbyterum, qui curam animarum ibi exercet. *sacra congr. Conc. in Cauen* teste Rota *in Lunen. Sarzanen. oblationum 8. Februarij 1627. coram R. P. D. Merlino*, cuius memini *de officio, & potest. Parochi, cap. 24. num. 29.*

3 Oblationes, & eleemosynæ inter Missarum solemnia possunt recipi à Regularibus, qui possunt se vertere ad populum & generalem Confessionem pro eo facere, sistendo in medio Altaris, non autem illo discedendo, & Ecclesiam circumeundo *sacra congr. Conc. in nullius prouincia Rauennaten 15. Septembris 1929.* referentibus Aldan *in compendio Canon resolut lib. 1. tit. 3. n. 5.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Oblationes.*

Obseruantes Fratres S. Francisci, vide in *collect. 386. num. 8. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitionis sanctissimæ Officiales offendens, quas pœnas incurrat.*
2 *Inquisitionis sanctissimæ Officialibus credendum est in iis, quæ pertinent ad eius officium.*
3 *Pœnitentiariæ Officiales in aliquo ex sacris Ordinibus constituti esse debent, & per se ipsos officia exercere debent.*
4 *Curiæ Episcopalis Officiales in actu exercendi suum officium offendentes etiam exempti ab Episcopo coerceri possunt.*
5 *Confraternitatum Officialium electio, & confirmatio ad quem spectet, ostenditur.*
6 *Monasteriorum temporalium bona administrantes possunt amoueri ad nutum Superiorum.*
7 *Bona temporalia Monasteriorum non administrantes non comprehenduntur sub Conc. sess. 25. de Regul. cap. 2.*
8 *Electio Officialium, qui administraturi sunt monasteriorum bona ad quos spectet, ostenditur.*
9 *Redditus Monasteriorum Monialium possunt Officiales etiam extra illa conseruare.*
10 *Administrationes bonorum monasterij sunt ad nutum amouibiles, nisi dentur in titulum.*

Officialis.

COLLECT. DXXXI.

1 OFficiales sanctæ Inquisitionis offendens quas pœnas incurrat, expressit *Pius V. constit. 82.* incip. *Si de protegendis kalend. Aprilis* 1569. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 279. aliàs *pag.* 210. in nouiss. impress.

2 Officialibus Sanctissimæ Inquisitionis in his, quæ pertinent ad eius Officium credendum esse voluit *Innocentius IV. constit. 9.* incip. *Ad extirpandas Idib. Maij 1252.* apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 67. aliàs *pag.* 97. in nouiss. impress.

3 Officiales Pœnitentiariæ in aliquo ex Sacris Ordinibus constituti esse debent, & per se ipsos officia exercere tenentur. *Pius V. constit. 83.* incip. *In omnibus 15. kalend. Iunij 1569.* apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pag. 28.*

4 Officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum officium offendentes, vel aliàs Episcopi iurisdictionem impedientes, etiamsi Milites Hierosolymitani sint, vel aliter exempti ab Episcopo coerceri, & puniri possunt. *sacra congreg. Conc. in Panormitana*, de qua Sellius *in selectis Canon c. 36. n. 16.*

5 Officialium Confraternitatum canonicè institutorum electio ad Confratres, eorundem verò Officialium confirmatio ad loci Episcopum, vel eius Vicarium generalem pertinet. Societatibus tamen sub protectione Regia semper exceptis. *sacra congr. Episcop. & Regul. in Bauima 11. Augusti 1627.* quam refert Sellius *d. cap. 36. num. 17.*

6 Officiales & administratores bona temporalia monasteriorum licet possint amouere ad nutum Superiorum *ex Conc. Trid sess. 25. de Regul. cap. 2.* & resolutis per Lezanam *in sum. quæst. Regular. tom. 2 cap. 13 nu. 44. & cap. 19. n. 52. in fine.*

7 Sub eo tamen non comprehenduntur Officiales, qui bona temporalia non administrant, sed hoc relinquitur dispositioni iuris communis, & statutorum Religionis, *sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 90.*

8 Officialium electio, qui administraturi sunt monasteriorum bona, ad monasterij spectat Superiores, & ideo licet Episcopus sit eius Superior, ipsi tamen possunt eligere Officiales, referentibus Armendar. *d. l. 7. de Religion num. 85.* Laurent. de Franchis *in controuers. inter Episcopos, & Regular. pag 164.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 13. n. 43. in fine.*

9 Officiales electi pro administratione beneficiorum monasterij à Superioribus eiusdem possunt, prout magis expedire videbitur, redditus ipsorum monasteriorum loco conuenienti, etiam extra monasterium conseruare, & de eisdem ministrare pro tempore necessitatis ipsis Monialibus *sacra congr. Conc.* cuius meminere Armendar. *dict. l. 7. de Relig. num 88.* Zerol. *in praxi Episcop part. 2. verbo Abbatissa* §. 3. Laurent. de Franchis *d. pag. 164.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom 3. verbo administratio, num. 8.*

10 Officiales, qui distributionem bonorum monasterij habent, sunt ad nutum amouibiles, nisi administrationes huiusmodi dentur in titulum, tunc enim admitterentur illorum resignationes etiam in fauorem in forma digni, & pro expressis eiusdem Ordinis professis. *sacra Conc.* penes Armendar. *d. l. 7. de Relig. n. 88.*

SVMMARIVM.

1 *Forma Officij diuini recitandi à quo instituta, & qualiter approbata?*
2 *Beneficium Ecclesiasticum habens Officium diuinum recitare tenetur, & sub qua fructuum amissionis pœna, ostenditur.*
3 *Hispaniarum Regno Officium particulare concessum, non censetur concessum Regno Portugaliæ.*
4 *Reliquia insignis vbi habetur, ibi de Sancto potest Officium duplex fieri.*
5 *Reliquia insignis dicitur caput, brachium, crus.*
6 *Reliquia non insignis vbi habetur, ibi Officium semiduplex de Sancto conceditur.*

7 Mune-

7 *Muneri recitandi diuinum Officium non satisfacit, qui Officium à Sede Apostol. non approbatum recitat.*

8 *Officium non approbatū in choro recitare non licet.*

9 *Officium Sancti, cuius Reliquia non est in aliqua Ecclesia, non conceditur nisi Reliquia sit insignis.*

10 *Recitare non licet Officium sub ritu duplici si in Breuiario sub duplice assignetur.*

11 *Consuetudo immemorialis vbi viget potest recitari de communi Officium pro Sanctis etiam non canonizatis.*

12 *Deuotionis Officium non est recitandum, si ob id relinquatur Officium ex debito.*

13 *Recitans Officium cum Episcopo debet cum illo se conformare.*

14 *Licentia recitandi Officium sequentis diei post Completorium conceditur.*

15 *Officium non potest fieri extra propriam Ecclesiam de Sancto non canonizato sine nouo decreto.*

16 *Officium non est faciendum de illis Sanctis, de quorum canonizatione non constat.*

17 *Ordinarij locorum non possunt addere Kalendariis etiam propriis Officia Sanctorum, quæ à Sede Apost. non fuerint approbata.*

18 *Sanctus titularis, vel patronus est celebrandus, etiamsi in Breuiario iunctum sit festum alterius Sancti.*

19 *Vicario non expectato est inchoandum Officium in choro dato signo.*

20 *Signo dato statim non est inchoandum Officium, sed elapsa tertia parte horæ post signum datum.*

21 *Missa vel Officium de aliquo Sancto ex priuilegio in singulis quintis feriis recitanda quando etiam in quadragesima, Aduentu, & Vigiliis id procedat.*

22 *Moniales Ordinis Canonicorum Regularium à Fratribus Obseruantiæ gubernatæ, Officium prout recitant Obseruantes, & ipsæ recitare tenentur.*

23 *Monialibus Ordinis Canonicorum Regularium conceduntur eorum propria Officia.*

24 *Moniales Sancti Benedicti ex gratia Officium secundum vsum Breuiarij Romani recitare posse conceditur.*

25 *Monialibus S. Claræ Mantuæ conceditur licentia recitandi Officium Conceptionis B. Mariæ, & Sanctorum Ordinis Sancti Francisci.*

26 *Officium extra chorum quibus diebus recitari possit?*

27 *Officium quod in Choro dicitur recitare debent, qui sunt de gremio Ecclesiæ.*

28 *Officia propria Sanctorum alicuius Diœcesis, vel quæ de consuetudine in aliqua Ecclesia, recitantur in Choro, recitare non tenentur Clerici, licet adscripti eidem Ecclesiæ.*

Officium diuinum.

Collect. DXXXII.

1 Officij diuini forma à Gelasio I. & Gregorio I. instituta, & à Gregorio VII. reformata, multis postea modis immutata fuit. Paulus IV. emendare tentauit. Pius IV. perfectionem commisit Concilio Tridentino. *Pius IV.* Breuiarium absolui fecit, illúdque approbauit *Constit.* 64. incip. *Quod à nobis 7. Id. Iulij* 1568. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 260. *aliàs pag.* 196. in nouiss. impress. Item approbauit Officia, quę ab ipsa prima institutione à Sede Apost. expressè approbata fuerunt, non tamen vulgari sermone cōposita, & quorū vsus consuetudine, aut supra institutione supra 200. annos assiduè in Ecclesiis & locis Ecclesiasticorum obseruatus fuit, vt in eius *constit.* 122. incip. *Superni de anno* 1571. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 352. *aliàs pag.* 249. in nouiss. impress.

2 Officium diuinum si habens beneficium Ecclesiasticum cum cura, vel sine cura post sex mēses quàm illud obtineat, non dixerit, cessante legitimo impedimento, pro rata omissionis & tēporis fructu beneficij suos non facit, sed in fabricam ipsius beneficij, vel pauperum eleemosynas erogare debet, *Leo X. constit.* 7. incip. *Superna 5. Non. Maij* 1514. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag* 474. *aliàs pag* 408. in nouiss. impress. Postmodum *Pius V. constit.* 135. incip. *Ex proximo 12. kalend. Octobris* 1571. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 347. *aliàs pag.* 160. & cuius meminit Scottia in selectas summorum Pont. Constitutiones epit. 116. eam ratam sic declarat, videlicet. Horas Canonicas vno, vel pluribus diebus intermittens, omnes diei illius fructus, qui verò Matutinum dimidium, qui eatum singulas sextam partem illius diei dimittat: deinde subdit quod qui primis sex mensibus Officium non dixerit, graue peccatum intelliget admisisse: quodque pensionem, fructus, aut alias res ecclesiasticas, vt clericus percipiens, est ad dicendum paruum Officium B. Mariæ Virginis obligatus, pensionúmque fructuum, ac rerum ipsarum admissioni obnoxius: de quarum Constitutionum materia latè Ego *de officio & potest. Parochi cap.* 9. *n.* 35. *cum seqq.*

3 Officium de festis per Breue Apostolicum specialiter concessis Regno Hispaniarum, vt est festum Expectationis, & alia similia, non potest in Lusitania recitari attento quod Regna sunt diuersa, quamuis sub vnius Regis potestate existant. *Sacra Congr. Rit. in Visen.* 11. *Iunij* 1605. cuius memini *de officio. & potestate Parochi cap.* 10. *n.* 15. Officia propria Sanctorum Hispaniæ vt celebrari possint in ea prouincia concessit Gregorius XIII. in sua *Constit.* incip. *Pastoralis officij*, de anno 1573. declarauitque vnamquamque Hispaniæ Ecclesiam eorum tantum Sanctorum, qui in Breuiario non sunt descripti Officia propria celebrare posse, qui illius diœcesis non sunt naturales, vel eius Ecclesiæ seu diœcesis sunt patroni, vel eorum corpora, seu notabiles Reliquię in Ecclesia, seu diœcesi requiescunt, refert Lezana *in sum. q. Regul. tom* 1. *c.* 12. *n.* 34.

4 Officium duplex potest fieri de Sancto, cuius Reliquia insignis habetur, & approbata existit, *Sacra Congr. Rit. sub die* 23. *Nouembris* 1603. penes Lezanam *d. cap.* 12. *n.* 33. Et iterum. Officium duplex de aliquo Sancto in die eius festiuitatis recitari potest in Ecclesia, vel monasterio, vbi illius Sācti Reliquia insignis cōseruatur. *Sacra Congr. Rit. in Vicentin.* 23. *Nouembris* 1602. & *in Visen.* 24. *Septembris* 1605. de qua Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Officium n.* 7.

5 Officium & Missa de Sancto celebrari potest in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu vbi asseruatur insignis Reliquia, quę est corpus, caput, brachium, crus, & ea pars, non parua tamen, in qua passus est martyrium, *Sacra Congr. Rit. sub die*

8. *Aprilis* 1628 cuius memini *de officio, & potest. Parochi c.10.n.17.&* 18.

6 Officium si concedatur de Sancto, cuius Reliquia non insignis habetur, debet esse semiduplex vel prout recitatur in Breuiario Romano ad differentiam insignis Reliquiæ. *Sacra Congr. Rit in Viterbien.1.Septembris* 1612. quam citat Lezana *d. tom.1.cap.12.n* 37.& illius memini *d.tract. de officio, & potest. Parochi.cap.*10 *n.*10.

7 Officia à Sede Apost. non approbata damnantur sub pœna librorum prohibitorum, & non satisfaciendi muneri recitandi diuinum officium. *Sacr. Congr. Rit.sub die* 8. *Aprilis, &* 18. *Octobris* 1628.apud me *d cap.*10.*n.*12.

8 Officium non approbatum in choro recitare non licet, & punitur, qui illud recitat. *Sacra Congr.Rit.in Mediolanen.* 23. *Nouembris* 1602.teste Sellio *in selectis Canon.cap* 31.*n,*16.

9 Officium Sancti, cuius Reliquia est in aliqua Ecclesia, non conceditur nisi Reliquia sit insignis, vt corpus integrum, magna pars corporis, caput, & sit ex Sanctis approbatis in Martyrologio, & tunc in Ecclesia tantum, vbi est Reliquia, seruatis rubricis Breuiarij *Sacra Congr. Rit. in Vrbis Theatinorum* 23. *Iunij* 1617. referēte Ioan. Maria Nouar. *d.verbo Officium. n.*7.

10 Officium recitandum est secundum regulam Breuiarij Romani, nec licet recitare Officium sub ritu duplici, si in Breuiario sub simplici assignetur, nisi in casibus expressis in dicto Breuiario. *Sacra Congr. Rit in Carpen nullius* 19.*Ianuarij* 1608. quam refert Sellius *d cap.*33.*n.*17.

11 Officium pro Sanctis etiam non canonizatis potest recitari de communi, vbi viget consuetudo immemorialis recitandi. *Sacra Congr. Rit. in Vtsen.* 21. *Iunij* 1603. quam adducit Sellius *d c.* 33. *num* 18.

12 Officium quod ex debito recitatur non est relinquendum causa recitandi officium deuotionis. *Sacra Congr Rit.in Salamantina* 29. *Nouembris* 1603.cuius memini *de officio, & potest. Parochi,c.*10.*n.*14.Gauant.*in rub Breuiar sect.*1 *cap.*5.*tit.*2.*nu.* 1.

13 Officium qui recitat cum Episcopo, siue sit Regularis, siue secularis, debet se cum Episcopo conformare. *Sacra Congr. Rit pro Regulari promoto ad Episcopatum* 11. *Iunij* 1605. penes Ioann.Mariam Nouar *d.verbo Officium.num.*6.& Gauant.*in rub.Breuiarij, sect.*1.*cap.*5.*tit.*2 *nu.*2.*&* 3.

14 Officium sequentis diei recitandi licentia post Completorium iuxta antiquum Ritū conceditur. *Sacra Congr.Rit. in Brixien.* 24.*Septembris* 1605. teste Sellio *d.cap.*33 *num.*19.

15 Officium non potest fieri extra propriam Ecclesiam de Sancto non Canonizato sine nouo decreto. *Sacra Congr. Rit. sub die* 9. *Decembris* 1628. apud Sellium *dict.cap.*33 *n.*21. Et officium quod fieri solet in ciuitate ad suam diœcesim extendere non potest Episcopus. *Sacra Congr. Rit.die* 16.*Ianuarij* 1607.quam citat Gauant. *dict. sect.*1.*cap.*5. *tit.*2.*n.*11.

16 Officium non est faciendum de illis Sanctis de quorum canonizatione, vel approbatione Sedis Apost. non constat. *Sacra Congr.Rit. in causa Poloniæ* 15. *Martii* 1608. quam refert Sellius *d. cap.*33.*n.*12.

17 Officia Sanctorum non possunt locorū Ordinarij tam Regulares quàm seculares addere Kalendariis etiam propriis, nisi ea duntaxat, quæ Breuiarij Romani rubricis, vel Sacrorum Rituū Congregationis, seu Sedis Apost. licentia conceduntur. *Sacra Cong. Rit.* 7. *Aprilis* 1628.quam citat Ioan.Maria Nouar. *d. verbo Officium n.*17.

18 Officium alicuius Sancti quando in Breuiario iunctum est cum aliquo Sancto Ecclesiæ, celebrandum est de Sancto Ecclesiæ tantum, & ciuitatis patroni: si verò non est titularis, vel patronatus seruandæ sunt rubricæ Breuiarij. *Sacra Congr.Rit.in Tyrassonen.*16. *Decembris* 1606.de qua Sellius *d cap.*33 *num.*24.

19 Officium in choro dato signo inchoandum est non expectato Vicario. *Sacra Congr.Rit.in Neritonen.*25 *Februarij* 1606. penes Selliū *d.c.*33.*n.*25.

20 Officium non est inchoandum statim signo dato, sed elapsa tertia parte horæ post signum datum. *Sacra Congr. Rit.in Tarentina Crypta liarum* 3.*Septembris* 1605.*in resp.ad dub.*5.cuius memini *de Canon & dignit.cap.*34.*num.*7.*&* 8.

21 Officium, vel Missa, quæ ex priuilegio in aliqua Ecclesia recitatur pro aliquo Sancto vel Beato singulis quintis ferijs alio festo non impeditis, si recitetur sub ritu simplici non potest in Vigiliis nec tempore Aduentus, & Quadragesimæ recitari, secus si recitetur sub ritu duplici. *Sacra Congr. Rit.in Portugalen.* 30. *Ianuarij* 1610. quam refert Sellius *d.c.*33.*n.*17.

22 Officium prout recitant Obseruantes, recitare possunt Moniales Ordinis Canonicorum Regularium, quæ gubernantur à Fratribus Obseruantiæ, dummodo non omittant Officia Sanctorum suæ regulæ ex concessione. *Sacra Congr. Rit.in Nolana* 6.*Septembris* 1603.apud Ioan. Mariā Nouar.*in lucerna Regul.verbo Officium n.*15.

23 Officia propria Canonicorum Regularium conceduntur Monialibus Incarnationis Ordinis Canonicorum Regularium in Indiis, nō autem Officia propria Eremitarum vt petebant. *Sacra Congr.Rit.in Liman.in Indiis Occidentalibus* 3. *Septembris* 1605. quam citat Ioan. Maria Nouar. *d.verbo Officium.num.*4.

24 Officium secundum vsum Breuiarij Romani recitare possunt Moniales sancti Benedicti in ciuitatibus Corduben. & Tricien. ex concessione. *Sacra Congr.Rit.in Tricen.*25. *Februarij* 1608. de qua Ioan.Maria Nouar.*d.verbo Officium, num* 5.

25 Officium Conceptionis B.Mariæ, & Sanctorum Ordinis S.Francisci recitandi licentia conceditur Monialibus S. Claræ in ciuitate Mantuana. *Sacra Congr.Rit.in Mantuana* 25.*Martij* 1609. cuius meminit Ioann.Maria Nouar.*d.verbo Officium.n.*16.

26 Officium extra chorum in sacristia scilicet in diebus serialibus recitari potest arbitrio Episcopi: quo verò ad festiuos omninò recitādum in choro, non obstante contraria consuetudine. *Sacra Congr. Rit.in Lunen. Sarzanen.* 3. *Martij* 1613. quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis.resol.* 16.*n.*40.

27 Officium, quod in choro dicitur, recitare debent qui sunt de gremio Ecclesiæ, & licet extra Ecclesiam, vel diœcesim moraentur, decet eos recitare Officium proprium Ecclesiæ ipsorum. *Sacra Congreg. Rit. die* 8. *Septembris* 1602. quam citat Gauant. *in Rubr. Breuiarij sect.*1.*cap.*5. *tit.* 2. *num.* 4.

28 Officia propria Sanctorum alicuius diœcesis, vel quæ de consuetudine in aliqua Ecclesia reci-

recitantur in choro, recitare non tenentur Clerici, licet adscripti eidem Ecclesiæ, & eiusdem seruitio, & quicunque alij Clerici seculares Regularesve in eadem ciuitate, vel diœcesi commorantes. *Eadem sacra Congr. sub dicta die 8. Septembris 1603.* penes Gauant. *d. tit. 2. n. 5.*

Vide *collect. 302. num. 9.* & in verbo *Consuetudo circa Officia collect. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Parochus intra cuius Parochia limites adest Ecclesia, in qua cadauer tumulari debet, super illo facere tenetur Officium.*

2 *Parocho spectat Officium facere super corpus defuncti quod sepelitur in sua Ecclesia, etiam si adsint Canonici Cathedralis.*

3 *Parocho spectat domi & per viam Officium facere super corpus defuncti, quamuis in Ecclesia Regularium sit sepeliendum.*

4 *Regularibus spectat in sua Ecclesia Officium facere super corpus defuncti quod sepelitur in sua Ecclesia.*

5 *Regulares facere possunt Officium in tumulandis cadaueribus in suis Ecclesijs, non obstante quacunque contraria consuetudine.*

6 *Mortuorum Officia, & reliqua munia, quæ in tumulandis cadaueribus adhiberi solent quæ deferuntur ad Ecclesias Fratrum, Mendicantium non à Canonicis, nec à Clero, sed ab ipsis peragi debent.*

7 *Parochus si est in possessione Officium faciendi etiam quando Parochianus sepelitur in alijs Ecclesijs, manuteneri debet.*

8 *Defunctorum Officium non prima sed secunda die Nouembris celebrandum.*

9 *Missa & Officium defunctorum potest celebrari die Dominico, vel festiuo, si eorum corpora ad huc supra terram sunt.*

10 *Anniuersarium, vel trigesimus dies defunctorum si cadat in Dominico, vel festiuo, transfertur in sequentem cum eadem solemnitate.*

11 *Prima die cuiuslibet mensis non impedita festo nouem lectionum recitandum est Officium defunctorum ad consequendas Indulgentias in Constit. Pij V. concessas.*

12 *Defunctorum Officium recitandum est ad libitum in funeribus iuxta temporis opportunitatem.*

13 *Defunctorum Officium quando cum tribus, vel vnico nocturno recitandum in Ecclesia Elborensi.*

Officium defunctorum.

Collect. DXXXIII.

1 Officium facere super cadaueribus pertinet ad Parochum, intra cuius Parochiæ limites adest Ecclesia in qua cadauer tumulatur, non autem ad Sacerdotes talis Ecclesiæ. *Sacra Congr. Rit. in Mediolanen. 29. Nouembris 1631.* in casu defunctorum, qui sepeliuntur in Ecclesia sancti Celsi Mediolanensis, quam refert Sellius *in selectis Canon. 73. num 11.*

2 Officium facere super corpora defunctorum spectat ad Parochum in sua Ecclesia Parochiali etiamsi adsint Canonici Ecclesiæ Cathedralis. *sacra Congr. Rit. in Prænestina causarum 18. Augusti 1618.* quam adducit Aldan. *in compendio Canonicar. resol. lib. 2. tit. 21. num 8.*

3 Officium facere super corpus defuncti domi, & per viam spectat ad Parochum, etiamsi in Ecclesia Regularium sepeliendum sit, quousquè intus eorum Ecclesiam collocetur. *sacra Congr. Conc. in Catanien. ciuitatis Platiæ 11. Octobris 1610.* apud Aldan. *d. tit 21. n 9.*

4 Officium facere super corpus defuncti, quod sepelitur in Ecclesia Regularium, ibi non spectat ad Parochum, sed ad ipsos Regulares. *sacra Congr. Rit. in Placentina & in Licien 23. Martij 1619.* teste Sellio *d. cap. 73. num. 14.*

5 Officium in tumulandis cadaueribus in Ecclesijs Regularium fieri debet per eosdemmet Regulares, non obstante quauis contraria consuetudine. *Sacra Congr. Rit. in Eugubina 12. Martij 1612. & 5. Iulij 1614. & in Placentina, & Licien. 23. Martij 1619. & in Catanien ciuitatis Platiæ 2. Octobris eiusdem anni, & in Andrien. 18. Februarij, & 2. Martij 1619. & in Sulmonen. 7. Augusti eiusdem anni,* quatum meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular verbo Officium 1. num. 11.*

6 Officia mortuorum non à Canonicis nec à Clero, sed à Regularibus peragi debent, quoties cadauera ad eorumdem Fratrum Ecclesias deferuntur. *sacra Congr. Conc. sub die 22 Aprilis 1625.* referente Ioan. Anton. Nouar. *in summa Bullarum tit de officio super cadaueribus defunctorum ad Ecclesias Mendicantium delatorum faciendo.*

7 Officiū mortuorum faciendi possessio quando est penes Parochum, etiam vbi Parochianus defunctus sepelitur in alijs Ecclesijs tam secularibus quàm Regularibus, in tali possessione Parochus manutenendus est. *sacra Congr. Rit in Rauennaten. 18. & 27. Augusti 1615.* quam citat Sellius *d cap. 73. n. 16.*

8 Officium defunctorum non prima, sed secūda die Nouembris celebrandum est iuxta consuetudinem vniuersalis Ecclesiæ. *sacra Congr. Rit. in Egitanien. 13 Maij 1603. in resp ad dub. 3.* de qua Aldan. *d tit. 2 2 n 11* Nam Matutinum defunctorum in die commemorationis omnium fideliū defunctorum recitandum mane, *ead. sacra congr. Rit. 7. Septembris 1607.* penes Gauant. *in Rub. Breuiarij sect. 7. c. 13. n. 3.*

9 Officium defunctorum, & Missa potest celebrari in die Dominico, vel festiuo pro defunctis, quorum corpora sunt adhuc super terram, secus si iam sint sepulta. *eadem sacra congr. Rit. in Egitanien. in resp. ad dub. 4.* teste Aldan. *d. tit. 21. n. 12.*

10 Officium anniuersarium, vel septennarium, seu triceenarium defunctorum post obitum, si cadat in die Dominico, vel festiuo, transfertur in diem sequentem cum eadem solemnitate. *Eadem sacra congr. Rit. in dict. Egitanen. in resp. ad dub. 5.* apud Aldan. *d. tit. 21. n. 13.*

11 Officium defunctorum ad consequendas Indulgentias in Constitutione Pij V. concessas, debet recitari prima die cuiuslibet mensis, non impedita festo nouem lectionum. *sacra congr. Rit. in Egitanien 6. Septembris 1606.* penes Sellium *d c. 73 n. 17.*

12 Officium defunctorum recitandum est ad libitum in funeribus iuxta temporis opportunitatem & commoditatem. *sacra congr. Rit. in Parantina 12. Martij 1616.* referente Sellio *dict. c. 73 n. 8.*

Ii 4

13 Officium defunctorum, vt cum tribus nocturnis pro dignitatibus & Canonicis in ciuitate decedentibus, pro iis verò, qui extra ciuitatem decedunt, & pro Baccalaureis, & Capellanis cum vno nocturno recitetur iuxta statutum factum in Ecclesia Elboren. decernitur. *Sacra Congr. Rit. in Elboren 22. Decembris 1612.* quam allegat Sellius d. *cap. 73. num. 20.*

Alia vide in verbo *defunctus collect. 245.* & verbo *Parochus quoad funeralia, collect. 557. & verbo Regulares quoad sepulturam collect. 645.*

SVMMARIVM.

Officium

1 *S. Alberti pro Ecclesia Bruxellen. & Rhemens.*
2 *S. Alexandri pro diuersis Ecclesiis.*
3 *B. Aloysij Gonzaga pro Societate Iesu.*
4 *BB. Alphij, Philadelphij & Cineri mart. pro ciuit. Leosina.*
5 *S. Andrea Apost. cum Octaua pro Clericis regul. S. Andreo de Vrbe.*
6 *B. Andrea Auellini pro Theatinis.*
7 *Angeli Custodis est duplex munus, & qua die celebrandum.*
8 *S. Antonij de Padua ritu dupl. cum octaua pro Portug.*
9 *B. Caietani Thienai pro Clericis Theatinis.*
10 *S. Casimiri pro vniuerso Orbe sub ritu semid.*
11 *S. Cassiani cum Octaua pro diœc. Imolem.*
12 *S. Catherina pro ciuitate Goana.*
13 *S. Catharina de Sedis pro monialib. Neapol.*
14 *S. Christophori pro oppido Ronda.*
15 *S. Cleopha Mart pro ciuitate Vera.*
16 *S. Conradi pro Religione S. Francisci.*
17 *S. Crespini pro diœcesi Astiagen.*
18 *S. Crucis pro oppido de Calatajud.*
19 *S. Caroli sub ritu dupl. pro prou. Mediolan.*
20 *B. Clara de Monte Falco pro Relig. erem. S. August.*
21 *S. Clara pro prima die cuiuslibet mensis.*
22 *Corona Domini pro Ecclesia Conchen.*
23 *Corono spinea pro Monialibus Ciuit. Caiet.*
24 *S. Elizabetha pro Regno Portugallie.*
25 *SS. Emerentiana & Vrsula pro Monial. Limen.*
26 *S. Fidei Virg. & mart. pro diœc. Canarien.*
27 *S. Francisci Stygmatum.*
28 *S. Francisci Xauerij pro regno Portugal.*
29 *B. Francisci Borgia pro Societate Iesu.*
30 *B. Felicis de Cantalicio pro Capuccinis.*
31 *S. Francisca Rom. sub ritu semid. in Vrbe.*
32 *S. Geminiani pro Ecclesia Mutinen.*
33 *S. Geltrudis pro Monial. Mexican.*
34 *B. Guhelmi pro Monasterio sancti Laurent. del Escurial.*
35 *SS. Helladij, Eulogij, & Eugenij Archiep. pro Toles. Eccl.*
36 *S. Hermetis mart. pro Monialib. Liman.*
37 *S. Iacobi in Compost. singulis secund. ferus.*
38 *B. Iacobi de Marchia pro Ordine min. S. Franc.*
39 *S. Ignatij Lojola pro loco de Alpetia.*
40 *S. Ioachimi sub ritu dupl. pro toto Orbe.*
41 *S. Iohannis de Sahagun pro Ciuitate Salam.*
42 *B. Ioannis de Deo pro sua Congreg. Regularibus.*
43 *B. Ioannis Capistrani sub ritu dup. pro Relig. S. Francisci.*
44 *S. Iuliani pro Ciuitate & diœcesi Burgen.*
45 *S. Iuliani pro ciuitate de Baeza.*
46 *S. Ludouici pro vniuerso Orbe.*
47 *S. Margarita mart. pro Monialib. Neapol.*
48 *B. Margar. de Cortona pro Monial. tertij Ord.*
49 *B. Margar. tert. Ord. Prad. pro ciu. Triphere*
50 *S. Maria de monte Carm. pro regno Maioric.*
51 *B. Maria Dei Matris paruum Officium.*
52 *B. Maria Conceptionis singulis sabbatis pro Fratribus omnibus Ordinis S. Francisci.*
53 *B. Maria Magdalena de Pazzis.*
54 *SS. Mauri, Pantaleonis & Sergij pro ciu. Vigliarum.*
55 *Nominis Iesu Sanctissimi pro Monialib. Neapol.*
56 *S. Norberti sub ritu semidupl. pro toto Orbe.*
57 *Sanctorum Mart. 23. pro Fratribus sancti Francisci.*
58 *Sanctorum Martyrum trium pro PP. Societatis Iesu.*
59 *B. Paschalis Baylon pro Religione sancti Francisci.*
60 *S. Pelini pro Ecclesia & diœcesi Valuen.*
61 *B. Petri Gonsaluez pro Ecclesia Palentina.*
62 *B. Philippi Benitij sub ritu simp. pro ciuit. Florent.*
63 *S. Philippi Nerij pro Congr. Oratorij.*
64 *B. Petri de Alcantara pro Relig. Minorum Obseru.*
65 *Sanctorum Placidi, Eutychij, & sociorum pro ciuit. Messan.*
66 *S. Raymundi pro discalceatis Ord. B. Maria de Mercede.*

67 B. Ri-

67 B. Rita de Cassio pro Fratribus & Monial. Erem. sancti August.
68 S. Rochi pro oppido Complucen. & aliis Ecclesiis.
69 S. Romualdi per Monachos Camaldulens. primaè recitandum.
70 Stymagtum S. Francisci
71 S. Theresia pro Ord. Carmelitarum discalc.
72 B. Thomæ de Villanueua pro Religiosis Erem. sancti Augustini.
73 S. Torcati pro quodam oppido diœcesis Tolet.
74 S. Vincentij ritu dupl. pra Ecclesia Mauricen.
75 SS. Vincent. mart & Andreæ Apost. cum Octaua pro Ecclesia Mauricen. & diœcesi Oscen.
76 S. Vrsulæ sub ritu dupl pro Ecclesia Caiotana.

Officium proprium.

COLLECT. DXXXIV.

1 OFficium S. Alberti pro Ecclesia Bruxellen. & Cathedrali Rhemen. concessum. *Sacra Congr. Rit. in Bruxellen. 13. Iunij 1613.* cuius meminit Aldan *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis n. 190.*

2 Sancti Alexandri officium ritu duplici pro Ecclesia Bergomen. *Sacra Congr. Rit. 7. Iulij 1612.* Et pro Ecclesiis Parochialibus Capriati, & Colnagi plebis Treezæ Mediolanen Diœcesis. *Eadem Sacra Congr. in Mediolanen. 19. Augusti 1617.* Et pro Confraternitate Sancti Alexandri nomonis Bergomen. *Eadem Sacra Congr. in causa Venetiarum 28. Augusti 1618* Et pro Ecclesia Collegiata S. Alexandri Placentiæ, *eadem S. Congr. in Placentina 27. Iunij 1620.* quarum omnium meminit Aldan. *d. tit. 18. de Sanctis n. 189.*

3 Beati Aloysij Gonzagæ officium pro vniuersa Religione Societatis IESV. *S. Congr. Rit. sub die 7. Augusti 1622.* teste Aldan. *d. tit. 18. de Sanctis num. 191.* Vide *supra collect. 21.*

4 Beatorum Alphij, Miladelphij, & Cinerij martyrum officium pro ciuitate Leontina Syracusana. *Sacra Congr. Rit. in Syracusana 16. Martij* quam refert Aldan. *d. tit. 18 de Sanctis n. 192.*

5 Sancti Andreæ Apostoli officium cum octaua pro Clericis Regularibus S. Andreæ de Vrbe. *Sacra Congr. Rit. in Romana 5. Augusti 1620.* Et pro Ecclesia Vatonien. *Eadem S. Congr. in Veronen. 25. Iunij 1601.* referente Aldan. *d. tit. 18. de Sanctis n. 193.*

6 Beati Andreæ Auellini Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum officium pro ipsis vbique existentibus ipsa die eius obitus. *Vrbanus VIII. constit. 41.* incip. *In sede 10. Iunij 1625.* Quod extendit ad omnes in ciuitate Neapolitana & diœcesi, quæ nuper in nouum Patronum hunc Beatum recepit, eiusque Reliquiis, & statuæ nouum locum in capella Thesauri Ecclesiæ dictæ ciuitatis deberi statuit *Sacra Congr. Rit.* vt refertur in summario citatæ Constitutionis.

7 Angeli Custodis officium est duplex minus *Sacra Congr. Rit. sub die 2. Octobris 1627.* Et celebrandum est prima die non impedita officio nouem lectionum post festum S. Michaelis, & cedit Dominicæ. *Sacra Congreg. Rit. sub die 12. Martij 1618.* penes me *de officio & potest. Parochi cap. 10. n. 25.* & Gauant. *in rub. Breuiarij sect. 7. cap. 12. vers. de festo SS. Angelorum*, vbi quod *eadem Sacra Congr. die 2. Octobris 1617.* censuit officium fieri ex deuotione, non ex præcepto, & diuidere Vesperas cum Sancto Hieronymo, & quocunque alio duplici.

8 Sancti Antonij de Padua nuncupati officium sub ritu duplici cum octaua pro toto Regno Portugalliæ, *Sacra Congr. Rit. sub die 5. Iunij 1631.* apud me *d. cap. 10. n. 27.*

9 Beati Caietani Thienæi Clericorum Regularium Theatinorum fundatoris officium de communi Confess. non Pontif. ab omnibus dictis Clericis Regularibus vbique existentibus in die eius obitus iuxta Breuiarij, & Missalis Romani rubricas recitari posse etiam per Sacerdotes Regulares & seculares ad eorum Ecclesias confluentes: in ciuitate verò Vicentina vbi natus, & in ciuitate Neapolitana, vbi sacrum eius corpus requiescit, in omnibus Ecclesiis tam Regularium quàm secularium recitari posse statuit *Vrbanus VIII constit. 103.* incip. *In Sede 7. Octobr. 1622*

10 Sancti Cassimiri sub ritu semiduplici in Breuiario pro toto orbe imprimendum officium conceditur. *Sacra Congr. Rit. in causa Poloniæ Sancti Cassimiri 23. Ianuarij 1621.* quam citat Aldan *d. tit. 18 de sanctis n. 195.*

11 Sancti Cassiani mart. officium cum octaua pro Ecclesia, ciuitate, & diœcesi Imolen. *Sacra Congr. Rit. in Imolen. 3. Decembris 1616.* de qua Aldan. *d. tit. 18. de sanctis n. 195.*

12 Sanctæ Catharinæ Virg. & Mart. officium pro ciuitate Goana in Indiis Orientalibus. *Sacra Congr. Rit. in Goana 22. Ianuarij 1618.* de qua Aldan. *d. tit. 18. de Sanctis n. 196.*

13 Sanctæ Catharinæ de Senis officium pro Monialibus eiusdem inuocationis ciuitatis Neapolitanæ. *S. Congr. Rit. in Neapolitana 20. Aprilis 1599.* teste Aldan. *d. tit. 18. de Sanctis n. 197.*

14 Sancti Christophori officium pro oppido Rondæ Malacitan. diœcesis. *Sacra Congr. Rit. in Malacitana 17 Maij 1600.* referente Aldan. *d. tit. 18. de Sanctis n. 198.*

15 S. Cleophæ mart. officium pro ciuitate Veræ Almerien. diœcesis. *Sacra Congr. Rit. in Almerien. 13. Iulij 1613.* quam adducit Aldan. *d. tit. 18. de Sanctis n. 200.*

16 Sancti Conradi tertij Ordinis S. Francisci professoris officium pro loco Placentiæ, & Netinæ in Sicilia. *Sacra Congr. Rit. in sub die 19. Maij 1614.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap. 10. n. 23.* Et pro omnibus, & singulis Ordinis Minorum S. Francisci Religiosis vbique existentibus in die eius festo sub ritu duplici de communi vnius Confess. non Pont. *Vrbanus VIII. constit. 47.* incip. *Domini nostri 12 Septembris 1625.*

17 Sancti Crespini officium pro diœcesi Astiagen. *Sacra Congr. Rit. in Astiagen 21. August. 1610.* penes Aldan. *d. tit. 18. de sanctis n. 201.*

18 Sanctæ crucis officium pro oppido de Calatajud Tyrassonen. diœcesis. *Sacra Congr. Rit. in Tyrassonen. 27. Maij & 24. Augusti 1600.* apud Aldan. *d. tit. 18. de sanctis n. 202.*

19 Sancti Caroli officium ſub rito duplici pro Mediolanenſi prouincia. *Sacra Congr. Rit. in Mediolanen.* 12. *Nouembris* 1610. de qua memini *d. tract. de officio, & poteſt. Parochi cap.* 10. *n.* 12

20 Beatæ Claræ de monte Falco Ordinis Eremitarum S. Auguſtini officium pro omnibus ordinis prædicti vtriuſque ſexus Regularibus perſonis tantum. *Vrbanus VIII. conſtit.* 23. incip. *Domini noſtri* 14. *Auguſt* 1624.

21 Sanctæ Claræ officium vt celebrari poſſit ſub ritu ſemiduplici prima die cuiuſlibet menſis, dummodo illa non ſit impedita feſto nouem lectionum pro Monialibus S. Claræ Aueníonenſis. *Sacra Congr. Rit. in Aueníonen.* 15. *Ianuarij* 1633. quam refert Bonfadin. *in theſauro eccleſiaſt. deciſ reſol* 5 *n.* 52.

22 Beatæ Colletæ officium & Miſſa conceſſa pro Monialibus reformatis in ciuitate Gandauen. conceditur omnibus monaſteriis eiuſdem ordinis in prouincia Flandriæ. *Sacra Congr. Rit. in Gandauen.* 14 *Octobris* 1609. cuius meminit Àldan *in compendio Canon reſolut lib.* 1 *tit.* 18. *de ſanctis. num.* 1.. de eius vita Italicè *in chronica S. Franciſci p.* 3 *dub* 3.

23 Coronæ Domini officium pro Eccleſia Conchen. iuxta formam conceſſam Eccleſiæ *Montis Regalis S. Cong Rit. in Conchen.* 21. *Iunij* 1632 quam adducit Bonfadin. *d reſol.* 5. *n* 53.

Coronæ Spineæ D. N. IESV Chriſti die 11. Auguſti officium pro Monialibus ſanctæ Catharinæ ordinis Ciſtercienſis ciuitatis Caetanç, quæ aſſerunt habere vnam ſpinam dictæ Coronæ, dummodo non deſerant eo die officium ordinarium, ſeu vtrumque cumulatiuè recitent. *S. Congr. Rit. in Caetana* 4. *Iulij* 1615. teſte Aldan *d tit.* 18 *de ſanctis n.* 103.

24 Sanctæ Eliſabethæ Reginæ Portugaliæ officium pro illo Regno ſub ritu duplici, extra verò Regnum ſub ritu ſemidupl. *Sacra Congr. Rit. ſub die* 7 *Auguſti* 1628. cuius memini *de officio, & poteſt Parochi cap.* 10. *nn* 26. *& de hoc* Gauant. *in rub. Breuiarij ſect.* 7. *cap.* 9. *n* 4.

25 Sanctarum Emerentianæ, & Viſulæ officiũ pro monaſterio Monialium de Incarnatione ciuitatis Limæ in Indiis occidentalibus. *Sacra Congr Rit. in Liman. Indiarum* 20. *Iulij* 1600. referente Aldan. *d. tit.* 18 *de ſanctis n.* 104.

26 S. Fidei Virg. & Mart. officium ſub ritu dupl. pro Eccleſia Canarien. *Sacra Congr. Rit in Canarien.* 21. *Iulij* 1618. quam citat Aldan. *d. tit.* 18. *de ſanctis n.* 205.

27 Sancti Franciſci ſtygmatum officium, vide *infra num.* 70.

28 Sancti Franciſci Xaoerij Societatis IESV officium pro toto Regno Portugaliæ Algarbiorum *Sacra Congr. Rit. ſub die* 14. *&* 19. *Nouembris* 1620. Et pro vniuerſo Regno Nauarræ *ſub die* 7. *Auguſti* 1621. referente Aldan. *d. tit.* 18. *de ſanctis num.* 206.

29 Beati Franciſci Borgiæ officium pro omnibus Societatis IESV Religioſis vbique exiſtentibus necnon in ditionibus fam liæ illorum de Borgia pro omnibus Sacerdotibus tam ſecularibus quàm Regularibus Kalendis Octobris, ipſo nempe die ſui obitus *Vrbanus VIII. conſtit* incip. *Aliàs à nobis* 2. *Septemb.* 1625. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 62.

30 Beati Felicis de Cantalicio Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum officium pro omnibus dicti Ordinis Fratribus die ſui obitus duntaxat in Eccleſiis Fratrum prædictorum, videlicet in Nancei, ac Romaricomontis, & Cantalicij oppidis ab eiſdem Fratribus tantum, Romæ verò vbi corpus eiuſdem requieſcit etiam pro confluentibus ad Eccleſiam dictorum Fratrum. *Vrbanus VIII. in conſtit.* 48. incip. *In ſpecula* 1 *Octobris* 1625. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4 *pag.* 63. Et pro tota Religione Capuccinorum *in alia Conſtit.* incip. *Nuper* 9. *Aprilis* 1626. Et pro Monialibus Capuccinis. *Sacra Congr. Rit. ſub die* 5. *Aprilis* 1632. de qua Bonfadin. *d reſol* 5. *n.* 55.

31 S. Franciſcæ Romanæ officium ſub ritu ſemiduplici in Vrbe ad libitum. *Sacra Congr. Rit. ſub die* 13. *Martij* 1632. cuius memini *de officio, & poteſt. Parochi cap.* 10. *n.* 27. *in fine.*

32 S. Geminiani officium pro Eccleſiis Mutinen. *Sacra Congr. Rit. in Mutinen.* 25 *Iunij* 1611. penes Aldan *in compendio Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 8. *de Sanctis n.* 207.

33 S. Geltrudis officium in die eius feſto ſub ritu dupl. de communi vnius Virg. pro Monialibus Conceptionis B. Mariæ de Ieſu Maris in ciuitate Mexicana in Indiis Occidentalibus. *S. Congr. Rit. in Mexicana in Indiis* 20. *Iunij* 1609. apud Aldan. *d tit* 18. *de ſanctis n.* 208.

34 B. Guilielmi Aquitaniæ Ducis Ordinis S. Auguſtini, officium pro Monaſterio Regali S. Laurentij del Eſcurial in Hiſpania. *Sacra Congr. Rit. in cauſa Hiſpaniarum* 17. *Maij* 1600. quam refert Aldan. *d tit.* 8. *de ſanctis n.* 209.

35 SS Helladij, Eulogij, & Eugenij Toletanorum Epiſcoporum officium pro dicta Eccleſia & diœceſi. *Sacra Congr. Rit. in Toletana* 15. *Ianuarij* 1611. de qua Aldan. *d. tit.* 18. *de ſanctis n.* 210.

36 S. Hermetis mart. officium pro Monialibus de Incarnatione ciuitatis Regum ſeu Limæ in Indiis Occidentalibus. *Sacra Congr. Rit. in Limanſiue Ciuitatis Regum* 1. *Iunij* 1601. teſte Aldan. *d. tit.* 18. *de ſanctis n.* 211.

37 S. Iacobi Apoſt. officium pro Eccleſia Metropolitana Compoſtellana ſingulis ſecundis feriis non impeditis feſto nouem lectionum, excepto tempore Quadrageſimæ, Aduentus, & Vigiliis. *Sacra Congr. in Compoſtellana* 4. *Septembris* 1621. referente Aldan. *d tit.* 18. *de ſanctis n.* 212.

38 B. Iacobi de Marchia Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia officium pro Eccleſia ſanctæ Mariæ della Noua ciuitatis Neapolitanæ, vbi eius corpus requieſcere aſſeritur. *Vrbanus VIII. conſtit.* 24. incip. *In ſede Principis* 12. *Auguſti* 1624. apud Angel. Mariam Cherub *in Bullario tom.* 4. *pag....* Extendit pro omnibus perſonis Ordinis Fratrum prædictorum, idem *Vrbanus VIII. in alia ſua conſtit. ſub die* 23. *Octobris* 1624.

39 S. Ignatij Loiolæ fundatoris Patrum Societatis IESV Officium pro loco de Alpeitia Pampilunen. diœceſis. *Sacra Congr. Rit. in Pampilonen.* 7. *Septembris* 1618. quam citat Aldan. *d. tit.* 18. *de ſanctis n.* 213.

40 S. Ioachimi parentis Beatiſſimæ Virginis Officium ſub ritu duplici die 20. Martij quotannis recitandum, & in Breuiario ac Kalendario in poſterum imprimendis deſcribendum. *Gregorius XV. conſtit.* 39. incip. *Apoſtolatus* 2. *Decembris* 1622.

1622. apud Angel. Mariam Cherub *in Bullario tom. 4.pag...*& Gauaot. *in Rubrica Breuarij sect.7. cap.5. num.*20.

41 B.Iohannis Sahagun Officium de ciuitate Salamantina.*Sacra Congr. Rit. in Salamantina* 24.*Augusti*.1600.de quo fuit expeditum Breue Apost. *sub die* 19. *Iunij* 1601. vt die 12. Iunij in cœnobio Salmanticensi à Fratribus Augustinianis vnà cum Collegialibus,capellanis,& personis collegij maximi sancti Bartholomæi quotannis de eo diuinum Officium ageretur. Extensus postea fauor primo ad prouinciam Castellæ, deinde ad preces Philippi III.Regis Hispanorum Catholici ad vniuersum Ordinem Augustinianum literis datis Tusculi *die* 15.*Octobris* 1603.refert nouissimè Thom. de Herrera *in suo alphabeto Augustiniano verbo B. Ioannes Gonzales de Castrillo dictus de Sahagun, siue de sancto Facundo pag* 388.*tom* 1. apud Aldan. *d.tit.*18.*de sanctis num.* 114.

42 B Ioannis de Deo officium pro omnibus suæ Congregationis Regularibus vbique existentibus quotannis in die eius obitus de communi Confess non Pont.ritu duplici maiori per annum iuxta rubricas Breuiarij Romani;in ciuitate verò Granaten. vbi sacrum eius corpus quiescit, & in terra nuncupata Montemoro nouo Lusitaniæ, vbi ortus est pro omnibus Ecclesiis tam Regularium quàm secularium sub ritu duplici minori. *Vrbanus VIII. constit.*108.incip. *In sede Principis* 21. *Septembris* 1630.apud Angel.Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4.*pag*.113.

43 B.Ioannis Capistrani Officium in die eius obitus 23. Octobris sub ritu duplici de communi Confess. non Pont. pro omnibus tam Fratribus quàm Monialibus Ordinis S.Francisci de Obseruantia. *S. Congr. Rit. sub die* 16 *Iulij* 1622. penes Aldan. *d.tit.*18.*de sanctis n.*115.

44 S.Iuliani officium pro ciuitate & diœcesi Burgen.*Sacra Congr.Rit.in Burgen.*20.*Iulij* 1600. Et pro ciuitate Conchen. *eadem Sacra Congr. Rit. sub die* 22.*Decembris* 1612. quarum meminit Aldan. *d.tit.*18. *de sanctis n.*216.

45 S.Leonsidi officium pro ciuitate de Baeza *S. Congr. Rit.in Gadicen.*11. *Aprilis* 1621. teste Aldan. *d. tit.*18.*de sanctis n.*217.

46 S.Ludouici officium pro cunctis fidelibus in die eius festo. *Sacra Congr. Rit in Gallia* 29.*Nouembris* 1618.Et sub ritu duplici pro Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis Ordinis Minimorum de Vrbe. *Eadem Sacra Congr. in Vrbe* 19.*Augusti* 1619. de quibus Aldan.*d.tit.*18.*de sanctis n.*218.

47 S.Margaritæ Mart. officium pro Monialibus Monasterij Donæ Reginæ Neapolis *Sacra Congr. Rit. in Neapolitana* 16 *Maij* 1601. referente Aldan. *d.tit.*18.*de sanctis n.*219.

48 B.Margaritæ de Cortona tertij Ordinis S.Frãcisci officium pro omnibus, & singulis personis, tam viris videlicet quàm mulieribus vbicunque existentibus in eorum Ecclesiis die eius festo 22. Februarij.*Vrbanus VIII.constit* 8.incip.*Cælestis, Idibus Decembris* 1623. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.*4.*pag.*21.

49 B.Margaritæ Virg. Tertiariæ professæ Ordinis Prædicatorum officium pro ciuitate tantum Tiphernaten. & in Ecclesia vbi eius corpus sepultum est. *Sacra Congr. Rit. sub die* 24. *Augusti* 1609. quam citat Castellin *de dilat. canoniz. sanctor. pag.* 143.

50 S.Mariæ de Monte Carmelo officium Pro Regno Maioricarum in eius festo, sicut recitatur in festo B.Mariæ ad Niues. *Sacra Congr. Rit. in Maioricen.*6.*Decembris* 1621.de qua Aldan. *d.tit.*18 *de sanctis num.*220.

51 S. Mariæ Officium paruum quando recitatur in choro tempore Paschali, dicitur sine addito *Alleluia Sacra Congr.Rit. sub die* 28.*Martij* 1626.quam refert Aldan *d.tit.*18. *de sanctis num.*221. Gauant *in rub.Breuarij sect.*9. *cap.*1. *num.*11. Et recitandum est in choro singulis diebus, exceptis tamen duplicibus, vbi adest talis consuetudo, quæ laudabilis est,& seruanda, licet secundum regulas Breuiarij idem Officium paruum non recitetur regulariter in choro nisi in diebus ferialibus & simplicibus:eadem *Sacra Congr. Rit. in Troiana* 1. *Septembris* 1607.apud Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis num.* 222. Gauant.*d.sect.*9.*cap.*1. *num.*6.vbi addit eandem *Sacram Congr. Rit.die* 2.*Ianuarij* 1627. decreuisse etiam mutato proprio Breuiario, & Romano acceptato adhuc eos teneri ad quotidianam Officij B.Virginis recitationem, qui antea ea consuetudine tenebantur.

52 S.Mariæ Conceptionis Officium in singulis Sabbatis festo nouem lectionum non impeditis pro Fratribus Obseruantibus Ordinis S.Francisci. *Sacra Congr Rit. sub die* 20 *Ianuar.*1609. Et pro Fratribus Conuentualibus, eadem *Sacra Congr. Rit. sub die* 28. & 30. *Ianuarij* 1612. Et pro Fratribus Capuccinis *sub die* 7.*Iulij eiusdem anni.* Quam tamen gratiam de Officio Conceptionis in Sabbato recitando ab omnibus prædictis Fratribus, declarauit *eadem Sacra Congreg sub die* 10. *Nouembris eiusdem anni* esse intelligendam eo modo, quo intelligitur rubrica de officio S. Mariæ in Sabbato, id est vt recipiantur sabbata occurrentia in Aduentu, Quadragesima,quatuor temporibus, & Vigiliis.refert Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis num.* 223.

53 B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Monialis Ordinis S. Mariæ de monte Carmelo Officium in ipsius obitus, seu alia subsequenti non impedita die singulis annis pro omnibus vtriusque sexus eiusdem Ordinis Religiosis, *Vrbanus VIII constit.* 64. incip. *In supremo* 23.*Aprilis* 1627. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.*78. Et pro omnibus Ecclesiis tam in diœcesi Florentina quam in vniuersa ditione temporali Magni Ducis Etruriæ,idem *Vrbanus in alia sua constit.incip.Aliàs pro parte* 18.*Ianuarij* 1628. ibidem pag.78.

54 SS. Mauri, Pantaleonis, & Sergij Officium pro ciuitate Vigliarum. *Sacra Congr.Rit.in Vigliarum* 2. *Iulij* 1618. teste Aldano *d.tit.*18. *de sanctis num.*224.

55 Nominis sanctissimi IESV Officium pro Monialibus sanctæ Mariæ Reginæ Cæli Neapolis. *Sacra Congreg. Rit. in Neapolitana* 10. *Nouembris* 1612. penes Aldan. *d.tit.*18. *de sanctis num.* 225.

56 S.Norberti Archiepiscopi Magdeburgen. Officium sub ritu semiduplici pro toto Orbe. *Sacra Congr.Rit. in Præmonstraten.* 5.*Norberti* 14. & 16. *Nouembris* 1610. quam citat Aldan. *d.tit.*18. *de sanctis num* 226.

57 Martyrum 23. ex Ordine Minorum sancti Francisci de Obseruantia prouinciæ discalceato-

eodem Sacra Cong. Rit. in Etruria 28. *Maij* 1626. Et vt à toto Ordine Obseruantium prima die cuiuslibet mensis non impedita recitari possit, *eadem S Congr. in causa Minorum de Obseruantia* 12. *Maij* 1618. quarum meminit Aldan. *d tit.* 18 *n.* 237.

71 S. Theresiæ Officium pro Religione Carmelitarum Discalceatorum. *Sacra Congr. Rit. sub die* 20. *Decemb* 1628. referente Aldan. *d tit.* 18. *de sanctis n.* 238 Vide infra *collect.* 658.

72 B. Thomæ de Villanoua Ordinis Eremitarum S. Augustini & Archiepiscopi Valentini Officium pro omnibus vtriusque sexus eiusdem Ordinis Religiosis in Hispania, nempe in Regnis Castellæ, Aragoniæ, & Cathaloniæ commorantibus, necnon pro omnibus vtriusque sexus Regularibus, & Presbyteris, ac Clericis secularibus commorantibus in oppido de Villanueoa de los Infantes Toletanæ diœcesis, vnde est oriundus *Paulus V. constitut.* 20. Incip. *In supremo* 24. *Septembris* 1619. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4 *pag.* 22. Ad omnes vtriusque sexus Religiosos eiusdem Ordinis vbique terrarum existentes extendit *Gregorius XV constit.* 5. incip. *Alias a felicis die* 14. *Maij* 1621. Cuius Gregorianæ Constitutionis meminit nouissimè Fr. Thom. de Herrera *in alphabeto Augustiniano verbo Thomas a Villanoua pag* 44. *num.* 1. apud Angel. Mar. Cherub. *d tom.* 4 *pag* 283.

73 S. Torcati Officium pro quodam oppido diœcesis Toletanæ. *Sacra Congr. Rit. in Toletana* 12. *Martij* 1618. teste Aldan. *d. tit.* 18. *de sanctis nu.* 239.

74 S. Vincentij Officium ritu duplici pro Ecclesia Maioricen. *Sacra Congr. Rit. in Maioricen.* 25. *Ianuarij* 1602. Et pro diœcesis Oscen. *ead. S. Cong. in Oscen.* 26 *Februarij* 1611. quarum meminit Aldan. *d. tit.* 18 *de sanctis n.* 240.

75 SS. Vincentij Mart. & Andreæ Apost. cum octaua pro Clericis Regularibus S. Pauli Cremonæ, & Bononiæ commorantibus. *Sacra Congr. Rit in Cremonen. & Bononien* 18. *Martij* 1617. referente Aldan. *d tit* 18. *de sanctis n.* 241.

76 S. Vrsulæ officium sub ritu duplici pro Ecclesia Caietana *Sacra Congr. Rit. in Caietana* 19. *Martij* 1611. Et pro Monialibus sanctæ Vrsulæ Bononien. Eadem *Sacra Cong in Bononien* 21. *Martij* 1613. penes Aldan *d tit.* 18 *de sanctis n.* 242.

SVMMARIVM.

1 *Cruciferi Fratres Oleum sanctum à quouis Episcopo recipiunt*
2 *Carmelitæ Fratres sanctum Oleum à quouis Episcopo recipiunt.*
3 *Episcopus permittere debet quod regulares teneant Oleum sanctum in eorum Ecclesiis pro ipsorum vsu duntaxat.*
4 *Episcopus potest benedicere & consecrare Olea sacra etiam in alia Ecclesia si à Cathedrali abfuerit.*
5 *Episcopus quotannis conficere debet sacra Olea, crematis veteribus.*
6 *Olea vetera non possunt adhiberi postquam noua sunt consecrata.*
7 *Episcopus potest conficere Olea sacra cum minori numero Sacerdotum ex causa necessitatis.*
8 *Consecratio oleorum sacrorum debet fieri iuxta formam Pontificalis.*
9 *In Cathedrali Ecclesia debet asseruari oleum sanctum, & ab eius Dignitatibus dispensari aliis Ecclesiis.*
10 *Manna S. Nicolai non est per viam ad infirmos deferendum cum cotta & luminaribus.*

Barb of. Apost. Decis. Sum.

Oleum Sanctum.

COLLECT. DXXXV.

1 OLeum sanctum à quouis Episcopo recipiunt Fratres Cruciferi. *Vrbanus III. constit.* 1. incip. *Cum antecessor* 7. *Kalend. Aprilis* 1537. cuius memini *in collect. ad Tridem. sess.* 14. *de extrema vnctione cap.* 1. *num* 8. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag* 1.

2 Oleum sanctum pro administranda Extrema vnctione suis Fratribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo per Archiepiscopos, & Episcopos exhiberi iussit *Clemens VIII. constit.* 57. Incip. *Expom* 24 *Martij* 1599. apud Laert. Cherub. *in Bullar tom* 3. *pag* 57. in nouiss. impress. cuius meminere Lezana *in sum quæst. Regular. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. Ioan Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo oleum post num.* 1. Ego ipse *in collect. ad d. c.* 1 *nu* 9.

3 Oleum sanctum permittere debet Episcopus quod Regulares teneant in eorum Ecclesiis pro ipsorum vsu duntaxat. *Sacra Congr. Episcop & Regul. in Æsina* 13 *Iulij* 1589. teste Ioan. Maria Nouar. *d verbo oleum n.* 1.

4 Olea sacra possunt ab Episcopo benedici & consecrari etiam in alia Ecclesia, si à Cathedrali abfuerit. *Sacra Congr. Rit. in Oriolen.* 17. *Nouembris* 1600. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 11.

5 Olea sacra quotannis ab Episcopo confici, & suæ diœcesis Presbyteris distribui debent, cre-
6 matis veteribus: & vetera non possunt adhiberi postquam noua sunt consecrata. *Sacra Congr. Rit in Septen* 7. *Septembris* 1601. penes Aldan. *d tit.* 8 *n.* 12. quem refero *in collect. ad Conc sess.* 14. *de extrema vnctione cap* 1. *n* 12.

7 Olea sacra ex causa necessitatis possunt confici ab Episcopo cum minori numero Sacerdotum, quam præscribitur in Pontificali. *Sacra Congr. Rit. in Curien.* 21. *Augusti* 1604. *& in Naxien.* 12. *Martij* 1616. quarum memini *in collect. ad d. cap.* 1. *num.* 14.

8 Olei sacri consecratio debet fieri omnino iuxta formam Pontificalis, & Canonici debent supplere si numerus sufficiens Presbyterorum non adsit præter Canonicos. *Sacra Cong Rit. in Lauretana* 9. *Maij* 606. quam citat Aldan. *d. tit* 8. *num.* 13.

9 Oleum sanctum debet asseruari in Cathedrali, & ab eius dignitatibus dispensari aliis Ecclesiis. *S. Cong Rit. in Tuscanen.* 19. *Augusti* 1619 apud Aldan. *d tit.* 8. *n* 14.

10 Oleum, seu Manna sancti Nicolai non est per viam ad infirmos deferendum cum cotta & luminaribus. *Sacra Congr. Rit. in Baren.* 28. *Ianuarij* 1606. referente Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 15.

Oliuetani Monachi, vide in verbo *Monachi Oliuetani collect.* 502.

3 *Quadraginta horarum oratio alternatim dicenda in ecclesiis Vrbis.*

4 *Oratio* Deus refugium, *iussa dici à Maioribus per annum non dicitur in festis primæ classis.*

5 *Patronorum S. Michaelis, vel S. Ioannis Baptistæ nomina præponi debent Apostolis in Oratione.* A cunctis.

7 *Episcopi non possunt concedere licentiam celebrandi in priuato Oratorio.*

8 *Parochiales functiones peragere non licet in Oratoriis Confraternitatum, & aliis similibus Ecclesiis.*

9 *Eucharistia sanctissimum Sacramentum pro adoratione fidelium ex licentia Episcopi asseruari continuo in Oratoriis Confraternitatum, & in aliis Ecclesiis non Parochialibus.*

10 *Immunitate ecclesiastica non gaudet Oratorium priuatum.*

Oratio.

Collect. DXXXIX.

1 ORatio, quæ dicitur in festo Sanctorum Fabiani & Sebastiani non est alteranda, itaut de Sancto Sebastiano tantum recitetur etiam in propria Ecclesia sancto Sebastiano dicata. *Sacra Congr. Rit in Egitanien. 6. Septembris 1605.* teste Sellio *in selectis Canonic cap. 2. n. 73.*

2 Oratio pro gratiarum actione non est alteranda, vel mutanda. *Sacra Congr. Rit. in Toletana 28. Nouembris 1609.* penes Sellium *d. cap. 2. num. 74.*

3 Orationem quadraginta horarum alternatim & iugiter in Ecclesiis, & piis locis Vrbis habendam instituit *Clemens VIII. constit. 17.* incip. *Graues 2. Nouembris 1592. Vrbanus VIII. constit. 7.* incip. *Vniuersis 22. Octobris 1623.* apud Angel. Mariam Chetub. *in Bullario tom 4 p. 22.*

4 Oratio *Deus refugium*, iussa dici à Maioribus per annum non dicitur in festis primæ classis. *Sacra Congr. Rit. die 28. Augusti 1617.* quam citat Gauant. *in rub. Missalis p. 1. tit. 9. numer. 16. in med.*

5 Oratione *A Cunctis* nomen Patronorum S. Michaelis, vel S. Ioannis Baptistæ præponi debent Apostolis. *Sacra Congr. Rit. die 22. Augusti 1620.* de qua Gauant. *in rub. Missal. pag. 4. tit. 17. num. 29.*

Orator Aueniouensis.

Collect. DXL.

ORatori Aueniouensi conceditur locus in capella in bancho Oratorum post omnes alios Oratores, qui ibi sedere solent. *Sacra Congr. Rit in Aueniouen. 17. Decembris 1605.* cuius meminit Aldan. *in compedio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 20. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Missa & alia diuina Officia celebrari possunt in Oratoriis, & capellis, quas Prouinciales Societatis Iesu deputauerint.*

2 *Oratoria in particularium dumtaxat domibus existentia comprehenduntur decreto Concilij Trid.* sess. 22. de obseru & euitan.

3 *Missa celebranda non sunt in Oratorio priuato nisi de licentia summi Pont.*

4 *Licentia celebrandi in priuatis Oratoriis nonnisi à Sede Apost. sunt concedenda.*

5 *Præcepto ecclesiastico de audienda Missa satisfaciunt illi interessentes in priuato Episcopi Oratorio.*

6 *Festiuitates solemniores quæ sint, in quibus celebrari non licet in priuatis Oratoriis*

Oratorium.

Collect. DXLI.

1 ORatoriis & Cappellis, quæ Prouinciales Societatis IESV per se in Domibus, Collegiis, & aliis locis vbi aliqui Societatis resideabunt, approbauerint, & ad diuinum dumtaxat cultum deputauerint, Missæ, & alia diuina Officia celebrari possunt. *Gregorius XIII. sua Constit.* incip. *Decet Romanum Pont. de anno 1575.* cuius meminit Lezana *in sum quæst Regul tom. 1. cap 21. n. 14.*

2 Oratoria in particularium duntaxat domibus existentia comprehenduntur decreto Concilij sess. 22. de obseruandis & euitandis. *Sacra Congr. Episcop & Regul. in Florentina 1. Septembris 16 5. & in Colimbrien. Iulij 1616.* quas citat Sellius *in selectis Canon. cap 5. n. 55.*

3 In Oratorio priuato Missæ celebrandæ non sunt nisi de licentia summi Pontificis. *S. Congr in Bononien. 10. Martij 1615.* penes Sellium *d. cap. 5. num.*

4 54. vbi etiam deciditur licentias celebrandi in priuatis Oratoriis nonnisi à Sede Apost. esse concedendas, ibique Sanctitatis suæ iussu Archiepiscopis, & Episcopis vniuersis significandam duxit facultatem huiusmodi licentias dandi Ipsius Concilij decretis vnicuique ademptam esse, solique beatissimo Romano Pont. esse reseruatam, refert Ioan. Anton. Nouar. *in summa Bullarum. tit. de Missarum celebrat. prohibita in Oratoriis priuatis absque summi Pont. licentia*, & *tit. de Oratoriis priuatis.*

5 Oratorio Episcopi priuato interessentes sacrificio Missæ satisfaciunt præcepto ecclesiastico tam in diœcesi quam extra. *Sacra Congreg. Concil. sub die 21. Septembris 1640.* de qua Antonin. Diana *moral. resolut. p. 6. tract. 8. miscel. resol. 40.*

6 Oratorij priuati in Altari, cui conceditur ex priuilegio Apostol. celebratio Missæ exceptis solemnioribus festis, non potest in eo celebrari in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. Mariæ Virginis, festo sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium sanctorum. *Sacra Congr. Rit. 17. Nouemb. 1617.* Gauant. *in rub. Missalis pag. 2. tit. 20. propè fin. vers. sciendum.* apud Lezanam *in sum quæst. Regul. tom. 1. cap. 21. num. 31.* & illius memini *de Iure eccles. vniuerso lib. 2. cap. 8. num. 6.*

7 Oratoriis priuatis celebrandi licentias ab Episcopo conceditas irritauit *Sacra Congr Conc. de mandato Pauli V. die 25. Octobris 1615.* pro hiberque omnibus Episcopis ne concedere possint facultates celebrandi in priuato Oratorio absque Sedis Apost. licentia, refert Sellius *d. cap. 5. numero 56.*

8 Oratoriis Confraternitatum, & aliis similibus Ecclesiis, quæ non sunt Curatæ, nec Regulares, minimè licet peragere Sacerdotalia munera, & Parochiales functiones, quæ populi, & animarum curam quoquomodo concernere videntur, quales sunt candelarum, cinerum, palmarum, fontis Baptismalis benedictiones, sanctissimi Sacramenti delationes, celebrationes Missarum feria quinta in Cœna Domini, & sabbathi aspersiones domorum. *Sacra Congr. Rit.* 18 *Maij* 1602. cuius meminit Marchin. *de Sacram. Ordinis p.3. cap. 8. num. 6.* quem refero *de officio & potest. Parochi cap.* 11. *num* 50. *prope fin.* vbi quod de licentia Episcopi hæc peragi debent.

9 Oratoriis Confraternitatum, & in aliis Ecclesiis non Parochialibus, quæ sub laicorum magistrorum gubernio, & directione esse solent, non potest Episcopus concedere facultatem asseruandi continuò, & permanenter sanctissimum Sacramentum pro adoratione fidelium, sed requiritur licentia Papæ. *Sacra Congr Conc.* referentibus Marco Anton. Genuensi *in pract. Archiep Neapol. cap.* 91. Paul. Piasec. *in praxi Episcop p.1. c.3 n.34. vers. huc pertinet*, meipso *de officio, & potest. Episcopi p.1. alleg.* 22. *& de officio, & potest. Parochi cap.* 11. *num.* 50. *in fine.*

10 Oratorium priuatum non gaudet immunitate ecclesiastica. *Sacra Congr. Immunitatis in Perusina* 9. *Decembris* 1631. penes Sellium *d. cap.* 5. *num.* 57.

Oratorij Congregatio.

Collect. DXLII.

1 ORatorij Congregatio à sancto Philippo Nerio moribus potiùs erudita quàm legibus adstricta, nullam ad Religiosorum hominum consuetudinem propriam sibi regulam habuit, ad quam consultationes dirigeret rerum gerendarum. Etenim Pater optimus omnium consilia pro cuiusque ingenio solitus paterno moderari affectu, satis habuit ad pietatem simul inflammatos in ipsa rerum humanarum despicientia Christi amore feruentiores videre suos, & quæ diuturna experientia ad probitatem assequendam, Deumque promerendum eis placere nouerat, & in dies prodesse, tanquam à Domini spiritu probare & confirmare. Et hanc viam meritò secularibus Presbyteris ille monstrauit, licet à Religiosorum institutis distantem, qui Congregationem non se auctore, sed Deo optimo Max. duce ac perfectore institutam sæpè dicebat. Ea igitur quæ vel ipse hac ratione concedenda curauit, vel ab eius institutione inter Congregationis huius homines consuetudine recepta, ac deinceps perpetuò seruata, vt breuiter cognosci possint, summatim collecta sunt in libello, cuius titulus est. *Instituta Congregationis Oratorij S. Mariæ in Vallicella de Vrbe à S. Philippo Nerio fundata.* Romæ apud Iacobum Mascardum 1630. & Constitutiones confirmauit *Paulus V. constit. sua incip. Christi fidelium* 24. *Februarij* 1612. apud Fr. Ludou. Beltram *in libello de la Vida y hechos milagrosos de san Philippo Nerio. in fine.* apud Laert. Cherub. *in Bullario constit.* 92. *tom.* 3. *pag* 244. in nouiss. impress. Ad hanc Congregationem non nisi homines probatæ vitæ, maximè idoneos & quasi ad institutum natos recipiendos & illi aggregandos voluit sanctus Pater, minores duodeviginti annis, ac maiores quadragintaquinque ad primam probationem non recipiantur, neque ij, quos Canones ab Ordinibus arcent, nisi in Ordine laicorum sint omninò permansuri, non infirmæ valetudinis, non ij qui ingressi sint aliquam Religionem, non nisi bonæ apud omnes famæ, qui Oratorij frequentes fuerint auditores vt in dictis institutis cap. 6. cautum est.

2 Oratorij Congregationis plures domus neque tanquam principales, neque tanquam membra à se inuicem dependentia insimul vniri valent, & in quauis ciuitate, terra, seu loco plusquam vna Domus huius Congregationis erigi, seu institui nullo modo potest. *Gregorius XV. constit. sua* incip. *Ex iniuncto nobis* 8. *Iulij* 1622. vbi etiam præcipitur vniuersis, & singulis locorum Ordinariis ne vllam huius Congregationis Domum nisi iuxta statutorum suorum formam & tenorem, nec aliter, nec alio modo visitare, minusve quovis casu pro tempore contingente, ac sub quouis prætextu, aut quæsito colore aliquam ipsius Congregationis personam à dicta Congregatione extrahere, aut ab obseruatione sui instituti remouere audeant, seu præsumant.

SVMMARIVM.

1 *Exemptorum delinquentium delicta inquirunt Ordinarij locorum si illos punire negligunt eorum superiores.*

2 *Præceptores militiæ S. Ioannis Hierosolymitani veri sunt Ordinarij intra limites suæ iurisdictionis.*

3 *Causas criminales clericorum merè ecclesiasticas cognoscunt Ordinarij ecclesiastici quoad seculares Iudices.*

4 *Græci subijciuntur Ordinariorum iurisdictioni circa ea, quæ ad Dei cultum, & Sacramentorum pertinent iurisdictionem.*

5 *Pœnitentiarius maior locorum Ordinariis committit matrimoniales dispensationes gratiosas.*

6 *Moniales professas ad seruandam clausuram cogunt Ordinarij locorum.*

7 *Beneficiorum ecclesiasticorum permutationes quales admittunt Ordinarij locorum.*

8 *Possessionem bonorum mobilium & immobilium illegitimis à personis ecclesiasticis relictorum capere tenentur Ordinarij.*

9 *Monialibus clausulatum seruantibus debent Ordinarij assignare dimidiam partem eleemosynarum, quæ fiunt in ciuitatibus.*

10 *Licentiam erigendi noua monasteria Regularibus concedere possunt Ordinarij.*

11 *Dispensare cum professo electo, & suspenso ab exercitio Ordinum non possunt Ordinarij.*

12 *Monasterium nouum Religiosorum, in quo saltem xij. ali non possunt Religiosi, subest iurisdictioni Ordinarij.*

13 *Regulares vt pro ipsorum vsu duntaxat teneant in eorum Ecclesiis Oleum sanctum permittere debent Ordinarij.*

14 Licentia

14 *Licentia iustis causis ex concessa recedendi à Parochiali ad aliquod tempus non fuit sublata Ordinariis modo ea vtatur intra limites præscriptos à Conc.*

15 *Collegiatæ erectionis in literis appellatione Ordinarij intelligitur Episcopus dumtaxat.*

16 *Fratrum Mendicantium causas tam ciuiles quam criminales cognoscere non possunt Ordinarij, nisi quatenus eis per Concilij Trid. decreta conceditur.*

17 *Resignatarius prima & secunda vice ab examinatoribus reprobatus potest tertia examinari, & approbari dummodò intra sex menses à die datæ literarum resignationis.*

18 *Monitione trina non præcedente potest Ordinarius contra concubinarios procedere stante quasi possessione sic procedendi.*

19 *Testes super miraculorum recognitione examinare potest Ordinarius, non autem inferior.*

20 *Resignationem factam ab aliquo Presbytero, nihil aliud habente vnde commodè sustentari posset admittens Ordinarius, Presbyterum illum alere tenetur.*

21 *Curatos in Parochialibus subiectis Commendatori Ordinis Theutonici punire potest Ordinarius ad præscriptum Concilij Trid.*

22 *Censuris & aliis pœnis contra inobedientes Clericos tam sæculares quam Regulares procedere potest Ordinarius illis prohibens in casibus sibi permissis.*

Ordinarius.

Collect. DXLIII.

1 ORdinarij locorum inquirunt in exemptos delinquentes si illos punire negligunt eorum Superiores. *Leo X. constit.* 10. incip. *Regimini* 4. *Non. Maij* 1515. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 411. in nouiss. impress.

2 Ordinarij veri sunt Præceptores Militiæ sancti Ioannis Hierosolymitani infra limites suæ iurisdictionis. *Pius IV. constit.* 9. incip. *Circumspecta Kalend. Iulij* 1560. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 9. aliàs *pag.* 7.

3 Ordinarij Ecclesiastici priuatiuè quoad sæculares Iudices causas criminales clericorum mere ecclesiasticas cognoscunt. *Pius IV. constit.* 52. incip. *Etsi cuncta*, 10. *Aprilis* 1562 apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 67. aliàs *pag.* 50.

4 Ordinariorum iurisdictioni subiiciuntur Græci circa ea, quæ ad Dei cultum & Sacramentorum pertinent administrationem. *Pius IV. constit.* 74. inci. *Romanus* 16. *Februarij* 1564. apud Laert. Cherubin. *d. tom.* 2. *pag.* 105. alias *pag.* 79.

5 Ordinariis locorum committit Pœnitentiarius maior dispensationes matrimoniales gratiosas. *Pius IV. constit* 53. incip. *In sublimi*, 4. *Non. Maij* 1562. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 71. alias *pag.* 53.

6 Ordinarij locorum cogunt Moniales etiam exemptas professas ad seruandam clausuram. *Pius V. constit.* 8 incip. *Cura pastoralis*. 4. *Kalen. Iunij* 1566. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 184. alias *pag.* 138 in nouiss. impress.

8 Ordinarij capere tenentur possessionem corporalem bonorum mobilium, & immobilium, ac quarumcunque rerum illegitimis relictarum à personis ecclesiasticis. *Pius V. constit.* 117. incip. *Quæ ordini* 6. *Kalend. Februarij* 1571. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag* 325. aliàs *pag.* 245.

9 Ordinarij debent dimidiam partem eleemosynarum, quæ fiunt in ciuitatibus assignare Monialibus clausuram seruantibus. *Gregorius XIII. constit.* 8. incip. *Deo sacris* 3. *Kalend. Ianuarij* 1572. apud Laert. Cherubin. *d. tom.* 2. *pag.* 368. aliàs *pag* 278.

10 Ordinarij concedere possunt Regularibus licentiam erigendi noua monasteria. *Clemens VIII. constit.* 99. incip. *Quoniam de anno* 1603. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 146. aliàs *pag.* 166. in nouiss. impress. & vide supra *verbo Monasteria collect.* 403 *n.* 1.

11 Ordinarij non possunt dispensare cum professo eiecto, & suspenso ab exercitio Ordinum. *Vrbanus VIII. constit.* 16 §. 10. *in decretis* 21. *Septembris* 1624 apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullar. tom.* 4. *pag.* 41. vbi referuntur decreta S. Cong. de apostatis, & eiectis. Vide *in verbo eiectis collect.* 275. *n.* 3.

12 Ordinarij iurisdictioni subest nouum Religiosorum monasterium, in quo inter alia saltem duodecim ali non possunt Religiosi. *Vrbanus VIII. constit.* 43. §. 14. apud Angel. Mariam Cherub *pag.* 19. vbi referuntur decreta de celebrat. Missarum, & vide in verbo *monasteria collect.* 403. *n.* 4.

13 Ordinarij permittere debent quod Regulares teneant in eorum Ecclesiis oleum sanctum pro ipsorum vsu duntaxat. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Esina* 13. *Iulij* 1589. teste Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo oleum numero* 1.

14 Ordinariis per motum proprium *Pij V. de mense Iunij* 1568. super residentiam Canonicorum habentium Parochiales, non fuit sublata facultas ita & taliter quod non possint iuxta formam decreti Concilij Trid. ex aliquibus iustis causis licentiam concedere recedendi à Parochiali ad aliquod tempus modo ea vtatur intra limites præscriptos à *Conc. sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.* *Sacra Congreg. Conc.* referente Nicol. Garcia. *de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 179.

Ordinarij nomine, cuius in literis erectionis Collegiatæ fit mentio, nullatenus est intelligendus Archipresbyter eiusdem Ecclesiæ Collegiatæ, sed Episcopus duntaxat, ideoque Ecclesiam ipsam, illiusque dignitates, Canonicatus, & beneficia pro tempore obtinentes, atque alios quoscunque ministros non eidem Archipresbytero, sed Episcopi duntaxat visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecti sint. *Sacra Congreg. Conc.* in Vicen. quam refert Sellius *in selectis Canon c* 8. *n.* 2.

16 Ordinarij in cognitionibus causarum Fratrum Mendicantium tam ciuilium quàm criminalium minimè se se ingerant, nisi quatenus eis per Concilij Trid. decreta conceditur. *Sacra Congreg. Conc. de anno* 1586, penes Lezanam

In sum quæst. Regul. tom. 1. cap. 3. num. 8.

17 Ordinarios, cui directæ sunt literæ Apost. resignationis Parochialis in forma dignum, potest procedere ad illarum executionem, stante quod resignatarius primò & secundò examinatus non fuit approbatus ab examinatoribus, dummodo tamen intra sex menses à die datæ litterarum examen subierit. *Sacra Congr. Conc. in nullius 2. Decembris* 1618. quam refert Sellius *dicto c. 8. n. 16.*

18 Ordinarius stante quasi possessione procedendi contra concubinarium ad carcerationes, pœnas pecuniarias, & alias arbitrarias absque eo quod præcedat trina monitio, id licitè facere potest. *Sacra Congreg. Conc. in Granaten. 23. Iunij* 1629. de qua Sellius *d. cap. 8. num. 14.*

19 Ordinarius loci, vbi fiunt miracula, debet examinare testes super illorum recognitione, non autem inferior, sub cuius cura est locus ille. *Sacra Congr. Rit. in Praten. Decembris* 1616. cuius meminit Sellius *dict. cap. 8. num. 17.*

20 Ordinarius, qui admiserit resignationem factam ab aliquo Presbytero, qui nihil aliud præter id beneficium habebat, vnde commodè se sustentare posset, tenetur illum alere, nec potest eidem beneficium illud resignatum restituere, sed in eo institui debet ille, qui præsentatus fuerat à patrono *Sacra Congreg. Conc.* 18 stibus Nicol. Garc. *de benefic part. 2. cap. 5. num. 228. in 3. declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 8. l. 1. de patron. n. 26.*

21 Ordinarius potest punire Curatos, & Sacerdotes deputatos ad curam in Ecclesiis Parochialibus subiectis Commendatori Ordinis Theutonici ad præscriptum cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. de reformat. *Sacra Congr. Conc. in Curien. 5. Aprilis* 1631. referente Sellio *d. cap. 8. num. 18.*

22 Ordinarius prohibens Clericis secularibus, & Regularibus in casibus eidem permissis, potest contra inobedientes procedere censuris, & aliis pœnis etiam non obstante contraria consuetudine. *Sacra Congr. Conc. in Lunen. 16. Aprilis* 1633. quam citat Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol. 6. n. 21.*

Plura vide in verbo *Episcopus collect.* 282. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus alienos Clericos ordinare potest si habeant proprij Ordinarij litteras dimissorias, licet in eis alia causa quam ægritudinis exprimatur.*

2 *Episcopus in aliena diœcesi potest ordinare suos proprios diœcesanos si in ea de licentia Ordinarij loci Pontificalia exercuerit.*

3 *Episcopus in alterius diœcesi existens de illius Ordinarij licentia potest ordinare tam subditos proprios, quam Episcopi licentiam concedentis.*

4 *Originem à Iudæis vel hæreticis trahentes non prohibentur ordinari.*

5 *Beneficij ratione etiam simplicis potest quis ordinari ab Episcopo, vbi illud habet.*

6 *Familiarem suum triennalem Episcopus ordinare non potest ex eo quia beneficium possidebat in aliena diœcesi.*

7 *Canonicus non est cogendus ad sacrum Ordinem requisitum promoueri intra annum, si in ætate dispensatus existat, & eam non habeat.*

8 *Canonicus prouisus à Papa cum expressione minoris ætatis si propter hoc, requisitum Ordinem non accipiat, nihilominus quotidianas distributiones lucratur si choro interfit.*

9 *Simoniacè, vel malè Ordines suscipientes, quibus pœnis puniendi?*

10 *Suspensi ipso iure sunt Ordines suscipientes extra tempora, vel ante legitimam ætatem vel sine litteris dimissoriis.*

11 *Ordinem, sed non executionem recipiunt illum suscipientes ab Episcopis schismaticis.*

12 *Inquisitores puniunt Missam celebrantes Ordinem Presbyteratus non adeptos.*

13 *Ordines fieri debent cum assistentia Dignitatum, & Canonicorum.*

14 *Cathedralis Ecclesia publicè Episcopus celebrare debet Ordinum sacrorum collationes.*

15 *Mercedem an aliquam accipere valeant Ordinum collatores.*

16 *Episcopis vicinioribus licet Ordines conferre subditis secularibus Abbatum, & aliorum inferiorum absque eorundem consensu.*

17 *Abbas etiam non benedictus de iure poterat suis subditis Ordines conferre.*

18 *Distributio Ordinum sacrorum Canonicatibus facienda quando habeat locum in illis, qui sunt de iurepatronatus laicorum.*

19 *Episcopus debet cum consilio Capituli designare quibus Canonicatibus quisque Ordo sacer annexus esse debeat, non quibus Canonicis.*

20 *Professionem tacitam inducit Ordinum susceptio.*

21 *Vltramontano Ordines cum dimissoriis, conferre quando liceat?*

Ordinare, Ordo.

COLLECT. DXLIV.

1 ORdinare potest Episcopus alienos clericos si habeant litteras dimissorias proprij Ordinarij, licet Episcopus litteras dimissoriales concedens alia legitima causa quam ægritudinis expressa *sess. 23. cap. 3. de reform.* fuerit impeditus. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 42.*

2 Ordinare potest Episcopus in aliena diœcesi suos proprios diœcesanos si in ea de Ordinarij loci expressa licentia Pontificalia exercuerit, non obstante decreto *sess. 5. de reform. cap. 5. Sacra Congr. Conc. sub die 6. Iulij* 1595. referentibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcop. nu. 55.* & Aldano *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 8. n. 3.*

3 Ordinare licitè potest Episcopus in alterius diœcesi existens de Ordinarij illius licentia tam

tam subditos proprios quàm Episcopi eam licentiam concedentis. *Sacra Congreg. Conc. sub die 22. Februarij* 1630. quam refert Aldan *d. tit. 8. num. 3.*

4 Ordinari non prohibentur (nisi aliud Canonicum obesset impedimentum) qui à Iudæis originem trahunt, & quorum Maiores, etsi hæretici fuerint, emendatos tamen esse constat, & reincorporatos Ecclesiæ vniati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quia vel perfecerunt, vel persectioni eius insistunt, aut paratos fuisse ad recipiendum eandem. *S. Congr. Conc.* de qua Armendar *d. lib. 1. tit. 21. l. Vnica n. 6.*

5 Ordinari potest quis ab Episcopo loci beneficij quod habet, quamuis illud simplex sit. *Sacra Congr. Conc. 26. Maij* 1594. vt per Sellum *in selectis Canon. cap. 18. num.* 29. quem refero *in collect. ad Triden. sess. 25. de reform cap. 8. num.* 24.

6 Ordinare non potest Episcopus familiarem suum triennalem, cui non contulit beneficium, ex eo quia beneficium possidebat in aliena diœcesi *Sacra Cong Conc. sub die 22. Aprilis* 1617. quam citat Sellius *d. c. 18. n. 26.*

7 Ordinari non est cogendus Canonicus infra annum de Ordine requisito in ætate dispensatus priusquam ad viginti duos annos perueniat. *Sacra Congr. Episc. & Regul. in Calagurritana* cuius meminit Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. cap. 4. num. 17.* quem refero *de Canonic. & Dignit. cap. 16. num 12.*

8 Ordinari non valens Canonicus de Ordine requisito propter defectum ætatis, si prouisus fuit à Papa cum illius expressione, distributiones quotidianas dum choro interfit, lucrari debet. *Sacra Congr. Conc. in Reatina 13. Septembris* 1631. *& in Mediolanen. 6. Martij* 1632. quarum memini *d. tract. de Canonic. c. 16. n. 12.*

9 Ordines simoniacè, vel malè suscipientes quibus pœnis puniendi. *Sixtus V. constit 91.* incip. *Sanctum, & salutare Non. Ianuarij* 1588. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2 pag. 651.*

10 Ordines suscipientes extra tempora, ante legitimam ætatem, vel sine litteris dimissoriis ipso iure sunt suspensi, & in eisdem ministrantes fiunt irregulares. *Pius II. constit. 7.* incip. *Cum ex sacrorum 15. Kalend. Decembris* 1561. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 319.* & illam refero *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 17. n. 11. vbi numeris seqq.* de eius materia.

11 Ordines suscipientes ab Episcopis schismaticis seruata debita forma recipiunt Ordinem, sed non executionem. *Clemens VIII. constit. 34.* incip. *Sanctissimus 31. Augusti* 1595. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 47.*

12 Ordinem Presbyteratus non adepti si Missam celebrent per Inquisitores hæreticæ prauitatis puniuntur. *Gregorius XIII. constit. 21.* incip. *Officij 6. Augusti* 1584. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 387. Clemens VIII. constit. 81.* incip. *Et si alias 1. Decemb.* 1601. apud Laert. Cherub. *tom. 3 pag. 128.*

13 Ordines fieri debent cum assistentia Dignitatum, & Canonicorum. *Sacra Congr. Rit. in Abulen. 10. Decembris* 1601. penes Aldan. *d. tit. 8. num. 11.*

14 Ordinum sacrorum collationes in Cathedrali Ecclesia, vocatis præsentibus ad id Ecclesiæ Canonicis, publicè Episcopus celebrare debet. *Sacra Congreg. Conc.* teste Nicol. Garcia *de benef. p. 8. c. 1. num. 77. in* 10. *declar.* quem cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 14. nu. 12. & 13.*

15 Ordinum collatores siue illorum ministri nihil accipere debent ab illis, qui ordinantur, etiam pro litteris dimissoriis, necnon pro sigillo, etiamsi ab immemoriali tempore fuerit obseruatum, vt certum quid recipiatur. Notarij verò pro dimissoriis decimam partem aurei recipiant, si nullum habeant salarium pro officio exercendo, ex quo emolumento nihil directè, vel indirectè proueniat Episcopis. In Indiis verò in quibus res maximo pretio venduntur, Notarij possunt exigere loco dictæ decimæ partis vnius aurei quantitatem permissam, ex decreto sanctæ memoriæ Sixti Quinti. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminit Aldan. *d. tit. 8. n. 13.*

16 Ordines conferre subditis secularibus Abbatum, & aliorum Inferiorum etiam nullius diœcesis, licet Episcopis viciniori bus sine consensu, seu litteris testimonialibus eorumdem Abbatum, & aliorum inferiorum. *Sacra Congr. Conc. sub die 22 Februarij* 1631. quam citat Aldan. *d. tit 8. n. 14.*

17 Ordines suis subditis secularibus potest de iure Abbas conferre, licet non sit benedictus *S. Congr. Conc sub die 16. February* 1619. de qua Aldan. *d. tit. 8. n. 15.*

18 Ordinum sacrorum distributio Canonicatibus facienda non habet locum in Canonicatibus iurispatronatus laicorum ante Concilium reseruati, in cuius fundationis limine expressè cauetur quòd descendentes à fundatore possint dictos Canonicatus obtinere licèt non sint Sacerdotes, sed tantùm simplices Clerici. *Sacra Congr. Conc. sub die 29. Nouembris* 1591. referente Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract de benefic. p. 3. c. 26 n* 244.

19 Ordo quisque sacer quibus Canonicatibus annexus esse debeat, non quibus Canonicis, Episcopus debet cum consilio Capituli designare. *Sacra Congr. Conc.* cuius memini *de Canon. & Dignit. c. 16. n. 4. in fine.*

20 Ordinum susceptio professionem tacitam inducit. *Sacra Congr. Episc. & Regul. in Beneuentana 20. Decemb.* 1619. refert Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. disp. 6. q. 13. num. 12.* Ego ipse *de iure eccles. vniu. lib. 1. c. 41. n. 167.*

21 Ordines Vel Tonsuram conferens Vltramontano absque litteris dimissoriis non approbatis à Nuntiis, seu Collectoribus illarum partium, illisque approbatis in Vrbe à Vicario Papæ, generaliter suspenduntur per annum à Pontificalibus, ipsique ordinati perpetuam incurrunt suspensionem. *Vrbanus VIII, constit sua* incip. *Secretis 11. Decembris* 1624. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul tom. 3. in additam. 6. 12. constit. 5. Vrbani VIII. pag. 492.*

Vide in verbo *Clericus quoad Ordines collect. 155. & verbo Regulares quoad Ordines collect.* 635.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus clericos suos ante Concilij Trid. promulgationem ordinare poterat ad diuersos titulos.*

2 *Patrimonium sufficiens habet qui obtinet beneficium insufficiens de per se, quod tamen sufficit iuncto patrimonio.*

3 *Patrimonium à patre assignatum filio in bonis quæ sunt directi dominij Ecclesiæ quando sit sufficiens.*

4 *Bonorum immobilium, & annuorum reddituum sibi donatorum ad titulum potest quis ordinari.*

5 *Sacerdotum ob penuriam potest quis aliquando sine beneficio, vel patrimonio ordinari.*

6 *Episcopus potest ordinare subditos ad Ordines sacros ad titulum Portionis Ecclesiæ Matricis, quamuis de illius fructibus non participet nisi post susceptum Presbyteratum.*

7 *Pœnas quas incurrant Ordinans, & Ordinatus sine patrimonio?*

8 *Ordinari nullus potest de industria, & honesto labore.*

9 *Patrimonio insufficienti non possunt iungi pitantia & alia emolumenta ad effectum vt ad illius titulum Sacris quis ordinari valeat.*

10 *Episcopus sine patrimonio quem Ordinare non valet etiamsi obliget se suppleturum alimenta, quibus se sustentari possit.*

11 *Suspensi sunt Ordinati sine patrimonio.*

12 *Patrimonij ad titulum Ordinatus in minoribus, & nulli Ecclesiæ tempore ordinationis adscriptus, non potest amplius adscribi.*

13 *Ordinatus ante Concilium ad Subdiaconatum absque titulo beneficij poterit postea absque eo promoueri.*

14 *Suspensionem non incurrit Ordinatus ad Subdiaconatum ad titulum patrimonij à patre assignati, & per prius alteri eo ignorante obligati.*

Ordinare, Ordinatus quoad patrimonium.

Collect. DXLV.

1 ORdinare ante Concilij Trid. promulgationem poterat Episcopus clericos suos ad diuersos titulos. Primo ad titulum beneficij *cap. Sanctorum 70 dist.* Secundò ad titulum paternæ hæreditatis *cap. Episcopus in fine, de præbend.* seu ad titulum proprij patrimonij, *cap. tuis de præbend.* Tertiò ad titulum alieni beneficij, *cap postulasti, de concess. præb. cap. per tuas 3. de simonia.* ad not. per Felin. *in cap. in nostra, de rescript. corol 34. num. 31.* Quartò ad titulum stipendij ab Episcopo sibi assignandi super fructibus suæ mensæ Episcopalis *ad cap. Episcopus, de præbend.* Abb. *in cap. cum secundum num. 21. eod. tit.* Quintò ad titulum pensionis, seu stipendij à laico assignandi, Rot. *decis 11. de præbend. in antiqu. & decis. 19. de rescript. in antiq.* Hodie Episcopus etiam vrgente vtilitate, vel necessitate suarum Ecclesiarum non poterit ad tertium & quartum clericos promouere, ad secundum verò poterit, sed in terminis tantum, in quibus Concilium loquitur, nempè pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, modò talis laicus sit verè facultatibus idoneus, ac in forma valida obliget se, suosque successores ad præstandum hoc stipendium, & non alienandi sine licentia Episcopi illa bona, super quibus assignatum erit illud stipendium, hæcque obligatio duret, donec ordinatus beneficium sufficiens, aut pensionem aliundè erit adeptus. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. cap. 5. n. 95.*

2 Ordinare potest Episcopus iuxta formam cap. 2. sess. 21. de reform. Clericum aliquem idoneum obtinentem beneficium insufficiens de per se, sed iuncto patrimonio habentem quod sufficiat ad honestam vitæ sustentationem, non obstante Bulla Sixti quinti. *Sacra Congr. Conc.* teste Sellio *in select. Canon c. 20. n. 52.*

3 Ordinari quis potest ad sacros Ordines iam patrimonio sibi assignato à patre in bonis, quæ sunt directi dominij Ecclesiæ, & de quibus soluitur quædam rata fructuum in recognitionem quatenus vtile dominium bonorum per patrē assignandorum legitimè transferri valeat, & ad illius vitam honestè sustentandam dicta bona sufficiant. *Sacra Congr. Conc. in Lucana 7. Septembris 1630.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut lib. 1. tit. 8 n. 53.*

4 Ordinari quis potest ad titulum bonorum immobilium, & annuorum redditnum, qui ei donentur, si Episcopus iudicauerit eum assumendum pro necessitate suarum Ecclesiarum, donationesque huiusmodi benè, & absque vlla fraude in forma valida fiant, & bona & redditus donati huiusmodi promouendo sufficiant ad vitam honestè sustentandam, & nullo modo possint alienari absque licentia Episcopi donec ille beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliundè habeat, vnde commodè viuere possit. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. c. 4. num. 79.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimon. 5.* quos refero *de offic. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 19. n. 16.*

5 Ordinari sine beneficio vel patrimonio aliquando conceditur ob penuriam Sacerdotum, dummodo quis spondeat se necessaria ordinandis subministraturum. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. cap. 5. num. 97.* Armendar. *d. l. 1. de patrimonio n. 2.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rub. 8 c. 4. n. 6.*

6 Ordinare potest Episcopus subditos suos ad Ordines Subdiaconatus, & Diaconatus ad titulū portionis Ecclesiarum Matricum non obstante quod non participent de fructibus illarum, nisi post receptum Presbyteratus Ordinem. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de p. 2. cap. 5. num. 100.*

7 Ordinare aliquem præsumens sine patrimonio à collatione quorumcúque Ordinum atque etiam ipsius Tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus, atque ab ingressu Ecclesiæ interdictus est: promotus verò ab executione, ministerio, & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuò suspensus est. *Sixtus V. constit. sua incip. Sanctum, & salutare Non. Ianuarij 1588.* Quam deinde Clemens *VIII. sua constit.* incip. *Romanum Pont. pridie Kalend. Mart. 1595.* restrinxit, & reduxit ad terminos

mluos sacrorum Canonum, & Constitutionis Pij II.& ad dispositionem decretorum sacri Concilij Trid.de quarum Constitutionum mareria, & intellectu Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg.* 20.

8 Ordinari nullus potest de industria. vel honesto labore,puta quod sit musicus magistar, grammatieus, pictor,aut alterius licitæ professionis. *Sacra Congr.* Coac.de qua Nicol Garcia *d p. 2. cap.* 5.a.126.

9 Ordinari in sacris nullus potest si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti iungantur pitantiæ,eleemosynæ, anniuersaria, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Missarum in exercitio Sacrorum Ordinum percipere & lucrari possunt, quæ omnia ad victum honestè sufficiant.

10 Prout nec etiam promoueri potest si nihil prædictorũ, vel minus sufficienter haberet, si Episcopus obliget se suppleturum alimenta, quibus se sustentari possit. *Sacra Congr. Conc.* referente Nicol. Garcia *d p 2.cap* 5.*n* 129.

11 Ordinati sine patrimonio sunt suspensi. *Sacra Congr. Conc sub die* 20.*Iulij* 1619. quam citat Aldan. *d tit.8.n* 55.

12 Ordinatus ad titulum patrimonij, & nulli Ecclesiæ tempore ordinationis adscriptus, non potest amplius ascribi. *Sacra Congr.* Coac penes Nicol. Garc *d part.2 c. : n.* 01.

13 Ordinatus ante Concilium Trid. ad Ordinem Subdiaconatus absque titulo beneficij, potest postea absque titulo ad alios sacros Ordines promoueri. *Sacra Congr.* Coac. teste Nicol. Garc. *d p. 2. cap.*5.a.123.

14 Ordinatús in Subdiaconum ad titulum patrimonij ipsi à patre & patruo assignati, qui habuit postmodum cuiusdam prioris obligationis notitiam cum ab initio fuerit in bona fide, non incurrit pœnas *cap.2.sess.22.de reformat. Sacra Congr.* Coac.26.Iunij 1621. quam refert Aldan.*d. tit.* 8. *numero* 56.

Ornamenta.

Collect. DXLVI.

1 ORnamenta, & paramenta capellarum Prælatorum decedentium non faciunt spolium, sed prorata diuiduntur Ecclesiis & monasteriis, quæ possidentur in titulum, vel commendam. *Pius V constit.*42. Incip. *Romani 3 Kalead. Septembris* 1567.apud Laert.Cherub. *in Bullario tom.2. pag.*238. aliàs *pag.*179. in nouiss.impress.

2 Ornamenta, & paramenta pretiosa quando possint habere in eorum Ecclesiis Fratres Minores Sancti Francisci strictioris obseruantiæ. *Clemens VIII. constit.*84. Incip. *Sanctissimus* 5.*Maij* 1602. apud Laert.Cherub. *d.tom.2.pag* 96. in nouissima impress.

Ostiarius.

Collect. DXLVII.

1 OStiarius siue Portinghetius cum sceptro argentao debet incedere non intar Clericos, seu ministros paratos, sed ante Crucem, non obstante quauis consuetudine in contrarium. *Sacra Congr. Rit. in Seguntina* 20. *Martij* 1604. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.1. tit* 19. *num.*53.

Pallium.

Collect. DXLVIII.

1 PAllij vsum retinere non potest Archiepiscopus translatus ad Ecclesiam Episcopalem. *Sacr. Congr. Rit in Maioricen.*16.*Octobris* 1604. teste Sellio *in selectis Canon cap.*27.*aa.* 8.

2 Pallium concessum, & non traditum Archiepiscopo cum non possit eo amplius vti, est comburendum, & cinares in Sacrario ponendi. *Sacra Congr. Rit. in causa Vrbn Subdiaconorum* 4.*Martij* 1606. quam refert Sellius *d c.* 27.a.30.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus debet benedicere palmas, si in die Palmarum vna cum Capitulo & Clero ad monasterium Regularium accedere teneatur.*

2 *Episcopo debet ministrari palma benedicta à prima Dignitate.*

3 *Vicario dantur palma ante Canonicos & Dignitates, exceptis iis qui cum paramentis assistunt Episcopo.*

4 *Curati in eorum Ecclesiis benedicere debent palmas, cineres, & candelas.*

5 *Dignitas vel Canonicus, à quo celebrans accepit palmam, in illius distributione omnibus praeferenda est.*

6 *Capite detecto, palmas distribuens eas distribuere debet.*

7 *Palmarum, cinerum, & candelarum in distributione praeferendus est ille a quo Episcopus praedicta recepit.*

8 *Capite detecto in Ecclesia incedere debent non verò foras Canonici incedentes in processionibus palmarum, & candelarum, in quibus Praelatus cum Mitra interuenit.*

Palma.

Collect. DXLIX.

1 PAlmarum in die si Episcopus vna cum Capitulo, & Clero personaliter ad monasterium Regularium accedere teneatur, debet ipse benedicere palmas priuatiuè quoad Abbates. *Sacra Cong. Conc.* teste Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Episcopus quoad Regulares num.*1. quem refert Lezana *in sum. quaest. Regular. tom.* 3. *sub eod. verbo num.*22.

2 Palma benedicta debet Episcopo ministrari à prima Dignitate. *Sacra Congr. Rit in Brixien.* 28. *Maij* 1616. quam refert Sellius *in selectis Canonicis cap.*40. *num.*15.

3 Palmæ dantur Vicario ante Canonicos, ac Dignitates, exceptis iis, qui cum paramentis assistunt Episcopo in sede Pontificali existenti. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Bisignanen.* 16. *Maij* 1600. cuius memini *in tract.de Canonic. & Dignitat.cap.*18.*nu.*27.

4 Palmarum, cinerum, candelarum, & similium benedictiones à Curatis in eorum Ecclesiis Paro-

chialibos peragi debent. *Sacra Congr. Rit. in Alatrina* 5. *Martij* 1633. quam citat Bonfadin. *in theſauro Canon deciſ. reſol.* 26. *n.* 8.

5 Palmarum, cinerum, & candelarum in diſtributione ſupra omnes alios, etiam ſopra Vicarium generalem perferenda eſt illa Dignitas, vel Canonicus, à quo celebrans recepit palmam, cinerem, candelam. & ſimilia, poſt quem immediatè Vicarius generalis in præmiſſis omnibus anteponendus eſt, *Sacra Congr Rit. in Vulterana terra Gualdi* 5. *Martij* 1633. referente Bonfadio. *d. reſol.* 26. *num* 9.

6 Palma diſtribuens, detecto capite eas diſtribuere debet. *Sacra Congr. Rit.* 18. *Iulij* 1626. de qua memini *in tract. de officio, & poteſt. Parochi cap.* 12. *num.* 10.

7 Palmas, cineres, & candelas diſtribuente Epiſcopo præferendus eſt ille à quo Epiſcopus prædicta recepit, poſt quem dignitates & Canonici Sacris veſtibus induti, & ante omnes Vicarius generalis. *Sacra Congr. Rit. in ſancti Marci* 1633. penes Bonfadin. *d. reſol.* 26. *n.* 10.

8 Palmarum, & candelabrum in proceſſionibus Canonici incedentes, quibus Prælatus cum mitra interuenit, debent in Eccleſia incedere capite detecto, extra verò Eccleſiam cum bireto. *Sacra Congr Rit in Lunen. Sarzanen.* 5. *May* 1633. apud Bonfadin. *d. reſol.* 26. *n.* 11.

Paramenta.

Collect. DL.

1 Paramenta à dignitatibus, & Canonicis ſomenda ſunt iuxta regulas libri Cæremonialis in proceſſionibus, & ſolemnitatibus Pontificalibus, licet Præbendæ non ſint diſtractæ. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in reſp. ad dub* 5. quam refert Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 33. *n.* 50.

2 Paramenta noua & antiqua mutare poſſunt Canonici abſque conſenſu Epiſcopi, & de aliis mobilibus non pretioſioribus diſponere quatenus non adſit conſuetudo quod de conſenſo Epiſcopi id fiat. *Sacra Congr Conc. in Maxien.* 23. *Augusti* 1631. cuius meminit Aldan. *d lib.* 1. *titul.* 33. *num.* 52.

3 Paramenta pro Miſſa de Altari ſumere non debent inferiores Epiſcopo. *Sacra Congr. Rit.* 7. *Iulij* 1612. apud Gauant. *in rub. Miſſal. part.* 2. *tit.* 1. *num.* 2. *in princip.* vbi quod Paramenta non debent poni in Altari niſi pro ſolis Epiſcopis, & Cardinalibus.

Paramentorum benedictio, vide *in verbo benedictio collect.* 59. *n.* 9. 13. *&* 15. *&* *verbo. Altare collect.* 1. *nu.* 10. *cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Concilia Generalia ſolus Papa conuocare, & Epiſcopos deponere poteſt.*
2 *Cardinales ſolus Papa indicat.*
3 *Prælatos quoſcunque ac Principes ſolus Papa deponit.*
4 *Concilia indicandi, transferendi, & abſoluendi poteſtatem ſolus Papa habet.*
5 *Nomen Epiſcopi Vniuerſalis Eccleſiæ ſoli Papæ conuenit.*
6 *Principes creare, ac eis nouos titulos concedere ſolus Papa poteſt.*
7 *Sponſiones damnantur ſuper futura electione, vita, & morte Papæ, necnon Cardinalium promotione.*
8 *Parochialis & Canonicatus vt vni conferatur ſi vtrique inſeruire poteſt, ſolus Papa diſpenſat.*
9 *Matrimonio rato, & non conſummato Papa diſpenſare poteſt ex cauſa publicam vtilitatem reſpiciente.*
10 *Celebrare vt quis poſſit cum bareino ſolus Papa licentiam concedit.*

Papa.

Collect. DLI.

1 Papa ſolus Generalia Concilia conuocare, & Epiſcopos deponere poteſt.

2 Papa ſolus indicat Cardinales. *Eugenius IV. conſt.* 15. incip. *Non mediocri de anno* 1439. apud Laert. Cherub *d. tom.* 1. *p.* 282. aliàs *pag.* 166.

3 Papa auctoritate ſibi diuinitùs tradita Prælatos quoſcunque ac Principes deponit. *Gregorius VII. conſtit.* 2. inci. *Quoniam Nonis Martij* 1080. apud Laert. Cherub. *d tom.* 1. *pag.* 13. aliàs *pag.* 49. in nouiſſ. impreſſ.

4 Papa eſt ſopra Concilium, & abſque illius auctoritate celebrari non debet, & habet plenum ius indicandi, transferendi, & abſoluendi Concilia. *Leo X. conſtit.* 20. incip. *Paſtor* 14. *Kalend. Ianuarij* 1516. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 499. aliàs *pag.* 424. in nouiſſ. impreſſ.

5 Papæ ſoli nomen Epiſcopi vniuerſalis Eccleſiæ iure conuenit. *Pelagius II. conſtit.* 1. incip. *Manifeſte Kalend. Martij* 589. apud Laert. Cherub. *tom* 1 *pag.* 7. aliàs *pag.* 22.

6 Papæ Principes creare, eiſque nouos titulos concedere poteſt. *Pius V. conſtit.* 88. incip. *Romanus* 6. *Kalend Septembris* 1569. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 188. aliàs *pag.* 217.

7 Papæ ſuper futura electione, vita, & morte, necnon Cardinalium promotione ſponſiones damnantur, ſub excommunicationis reſeruatæ, priuationis, & inhabilitatis pœnis. *Gregorius XIV. conſtit.* 4. incip. *Cogit nos, de anno* 1591. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 527. in nouiſſ. impreſſ. cuius meminit Ioan. Baptiſta Scortia *in ſelectas ſummorum Pont. Conſtit. epit.* 151.

8 Papa attenta perſonarum, & locorum qualitate diſpenſat vt vni Parochialis & Canonicatus conferatur, ſi vtrique inſeruire poteſt, *Sacra Congreg. Conc.* teſte Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *titul.* 7. *de beneſic. incomp. num.* 82.

9 Papa poteſt diſpenſare in matrimonio rato, & non conſummato ex cauſa publicam vtilitatem reſpiciente. *Sacra Congr. Conc. in Marſicana* 13. *Nouembris* 1627. quam refert *in ſelectis Canon. cap.* 18. *num.* 25.

10 Papa solus potest licentiam concedere, vt cum baretino quis celebrare possit. *Sacra Congr. Conc sub die* 16. *Februarij* 1619. penes Sellium *d. c.* 18. *num* 27. quem refero *de officio, & potest Parochi cap.* 11. *n.* 36.

Papæ electio, vide in verbo *electio Papæ collect.* 277.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ Parochiales si conferantur non reseruata forma Concilij Trid. ipso iure vacant, & Sedi Apost. reseruantur.*
2 *Collationes Ecclesiarum Parochialium aliter facta quam iuxta Concilij Trid. formam sunt nulla.*
3 *Episcopi intra quod tempus Parochiales Ecclesias prouidere teneantur?*
4 *Ecclesia Parochiales Militibus S. Ioannis Hierosol. quomodo subiecta qualiter prouidendæ?*
5 *Parochus, cuius Ecclesiæ Parochianos intra & extra ciuitatem habet, residere tenetur in ciuitate.*
6 *Parochus habitare tenetur propè Ecclesiam in ciuitate succurrendo illis, qui longo habent in oppidu.*
7 *Ecclesia Matrix non acquirit iuspatronatus in Ecclesia fundata intra suos limites nisi de suo aliquid contulerit.*
8 *Parochiæ, quæ certos fines non habent, sed per certas familias distinguuntur, non comprehenduntur decreto Concil. sess.* 24. *cap.* 13. *de reform.*
9 *Commendarum Militiarum Regni Portugaliæ Parochiales Ecclesiæ quomodo prouideantur?*
10 *Capitulo Cathedralis non potest Parochialis vniri per Episcopum.*
11 *Parochia Toletana in monasterium erecta, & vnita Iesuitarum collegio per quem gubernanda?*
12 *Parochiæ duæ quando ab vno possideri possint?*
13 *Eucharistia Sanctissimi Sacramentum asseruari debet in Ecclesia quantumuis paupero.*
14 *Concursui subiacent Parochiales iurispatronatus laicorum, quas Episcopi iure deuoluto conferunt.*
15 *Capitulo Cathedralis vniri non potest Parochialis etiam ob tenuitatem Canonicatuum.*
16 *Vacare non dicitur Parochialis per promotionem sui Parochi ad Episcopatum in terris infidelium.*
17 *Concursui non subiacent Ecclesiæ Parochiales S. Ioannis Hierosol.*
18 *Concursui non subiacent Parochiales, quæ de mensa nuncupantur, & spectant ad Abbatem Balneti Camaldulen.*
19 *Visitari ab Episcopo non possunt Parochiales in quibus Abbates vtramque iurisdictionem in Parochos & Parochianos habent.*
20 *Parochiales duas habens, quarum altera est beneficio simplici accessoriè vnita, alteram dimittere non tenetur.*
21 *Incompatibiles non sunt Parochiales duæ vel plures si sunt adinuicem vnitæ.*
22 *Sacerdos infra annum fieri non tenetur si Parochialem insufficientem ad victum obtineat.*
23 *Licentia percipiendi fructus in absentia causa studiorum Parocho non datur.*
24 *Vnio Parochialis, vel partis fructuum illius est prohibita.*
25 *Incompatabiles sunt Parochiales cum beneficiis, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ.*
26 *Litigiosæ Parochiales quando concursu conferantur?*
27 *Termino ad concursum elapso si re integra aliquis superueniat, admittendus est.*
28 *Rectores Parochialium nullius diœcesis tenentur ad Synodum viciniorem accedere.*
29 *Possessio Parochialis non potest denegari habenti cathedram in vniuersitate.*
30 *Subcollectoris Apost. Officium non excusat à residentia Parochialis.*
31 *Parochialem vnam habens, & titulum alterius, cuius fructus omnes alteri sunt reseruati, nihilominus alteram dimittere tenetur.*
32 *Ætas requisita ad Canonicatum sufficit etiamsi Parochialis ei vnita sit.*
33 *Parochiales debent conferre in perpetuum, & non ad nutum amouibiles.*
34 *Vicarij Visitatoris, vel secretarij ad Officium non potest Episcopus Parochos assumere.*
35 *Ordinem sacrum non habentes possunt Parochialem acquirere.*
36 *Prabendam pinguiorem optare post Concil. absque dispensatione potest Parochialem obtinens vna cum Canonicatu ex dispensatione Apostolica ante Conc.*
37 *Examen per concursum quando requiratur in vocatione Parochialium de iurepatron laicorum.*
38 *Edictum aliud ad concursum quando assignandum?*
39 *Institutio Parochialium de iurepatronatus ecclesiastici vbi ad superiores pertinet quid Episcopus, & quid inferior agere debeat?*
40 *Parochiales, quæ actu tales sunt, monasteriis vniri prohibentur.*
41 *Beneficium Parochiale obtinens in vna diœcesi non potest in alia absque Ordinarij approbatione eligi in Confessarium vigore Iubilæi.*
42 *Iurispatronatus Parochialis non potest vniri Parochialis libera.*
43 *Episcopus non potest ad Parochialem vacantem idoneum absque concursu prouidere.*
44 *Examen per concursum non requiritur in resignatione beneficij Curati.*
45 *Visitari debent ab Ordinariis Parochiales vnitæ monasteriis etiam quæ sunt capita Ordinum.*
46 *Ordinarij visitare possunt Parochiales vnitas monasteriis quæ iurisdictionem habent, sed personas tantùm quoad ea quæ ad curam animarum pertinent.*
47 *Episcopus potest visitare Parochiales omnes etiam Regularibus subiectas suæ diœcesis, in quibus sunt Sacerdotes seculares.*
48 *Parochiales Ecclesiæ in simplex beneficium conuerti non possunt.*
49 *Edictum examinis sed sine concursu quando faciendum in collatione Parochialium tenuium.*
50 *Ecclesiam Parochialem cum canonicatu ex dispensatione Apost. tenens in vno loco, vtrique potest inseruire, & quotidianas distributiones percipere.*
51 *Ecclesiam Parochialem habens, quæ longè abest à Collegiata in qua Canonicatum ex dispensatione Apost. obtinens. quando in Parochiali & Collegiata residere possit?*
52 *Parochus, cui in limine adepta possessionis fuit per*

aliquem in petitorio motam, tenetur se facere promouere intra annum.

53 *Ordines sacros suscipere tenetur Parochialem litigiosam obtinens si modo liberum habeat cura exercitium*

54 *Ordinarius potest Parochialem conferre habenti aliam, sed post pacificam possessionem secunda vacat prima.*

55 *Parochialem habens, & monasterium in commendam ad vitam, alteram dimittere non tenetur.*

56 *Rector Parochialis debet in processionibus ire cum suo clero.*

57 *Episcopi iurisdictioni, visitationi, & correctioni subsunt Parochiales quamuis Regulares in iis, quæ ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem pertinent.*

58 *Facultas eligendi magis idoneum in concursu Parochialium quarum collatio ad inferiorem spectat, ad ipsum Episcopum non ad inferiorem pertinet.*

59 *Concursui non subiacent Parochiales iurispatronatus mixti.*

60 *Episcopus non potest erigere Parochialem in Collegiatam.*

61 *Episcopus potest prophanare Parochiales Ecclesias ad præscriptum Conc. sess. 21. de reform. c. 8.*

62 *Rector Parochialis in sua Ecclesia sedere debet in scamno, non autem in sede.*

Parochialis Ecclesia.

Collect. DLII.

1 Parochiales Ecclesiæ collocatæ non seruata forma à Concilio Trid. tradita vacant. & Sedi Apost. reseruantur. *Pius V. constit.* 33. incip. *In conferendis* 15. *Kalend. Aprilis* 1567. apud Laert. Cherub *in Bullario tom* 2. *pag.* 219. aliàs *pag.* 165. in nouiss. impress. Ioann. Baptista Scortia *in selectas summorum Pontificum Constit. epit.* 96.

2 Parochialium Ecclesiarum collationes etiam à Cardinalibus, & Sedis Apost. legatis ac Nunciis aliter factæ quam iuxta Concilij Trid. formam sunt nullæ. *Pius d. const.* 33. incip. *In conferendis.*

3 Parochiales Ecclesiæ Episcopi in suis mensibus vacantes intra sex menses conferre tenentur; illarum vero quæ sunt de iure patronatus, si intra duos menses à die præsentationis non conferantur, institutio ad Metropolitanum vel ad viciniorem Episcopum pertinebit. *Pius V constit* 33. incip. *In conferendis.*

4 Parochialibus Ecclesiis Curatis vacantibus quouis modo subiectis Militibus sancti Ioannis Hierosolymitani tenentur ipsi præsentare ad earum vnamquamque Sacerdotem idoneũ locorum Ordinariis, vt ab eis instituatur, & quousque non præsentauerint constituant Ordinarij vnum Vicarium, qui interea animarum curam agat, proponantque iidem Ordinarij dictis Militibus breuem aliquem terminum ad præsentandum dictum Sacerdotem, alioquin eo elapso Ordinarij conferant Ecclesias huiusmodi personis sibi bene visis secundum earum naturam, vel titulum perpetuum, vel amouibilem. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Perusiana* 21. *Ianuarij* 1587. penes Sellium *in selectis Canonic. cap.* 11. *num.* 30.

5 Parochialis si Parochianos habeat intra & extra ciuitatem debet Parochus residere in ciuitate. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol Garc. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 179. *in* 15 *declarat.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. §. 2. *tit. sed in Parochi debeant residere n.* 143.

6 Parochialis Ecclesia licet sit in loco, vbi minor pars Parochianorum inhabitat, & maior pars habitat longe in oppidis, nihilominus Parochus habitare tenetur prope Ecclesiam in ciuitate, succurrendo illis, qui longe habitant secundum loci antiquam consuetudinem, per *cap.* 4. *sess.* 21. *de reform. Sacra Cong Concil.* referentibus Nicol. Garcia *de benef. p.* 3. *c.* 2. *nu* 179. *in* 20. *declar.* Armendar. *in addit ad recop legum Nauarræ lib.* 1. *tit* 23. *l.* 1. §. 2 *num* 148. Sanctarel *var. quæst.* 4. *num.* 46. metipso *de officio, & potest. Parochi cap.* 8. *num* 38.

7 Parochialis, seu Matrix Ecclesia non acquirit iuspatronatus in Ecclesia fundata intra suos limites, nisi de suo aliquid contulerit *S. Cong. Conc.* Penes Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 57.

8 Parochiales, quæ certos fines non habent, sed certum tantum populum, & per certas familias distinguuntur, vsque adeo vt Sacramenta promiscuè non administrentur, decreto *Concilij sess.* 24. *cap.* 13. *de reform* non comprehenduntur *S. Cong Conc.* quam citat Nicol Garcia *de benefic. part.* 12 *cap.* 2. *n.* 88.

9 Parochialium Ecclesiarum Regnorum Portugaliæ & Algarbiorum magna pars constat ex Commendis Militiarum S. Iacobi de Spatha, & S. Benedicti de Anis, illæque per Presbyteros dictarum Militiarum professos à Rege Hispaniarum earum administratore præsentandos, & ab Ordinariis locorum instituendos gubernari solent. *Paulus V constit.* incip. *Ex iniuncto de anno* 1605. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 180.

10 Parochialis non potest vniri per Episcopum Capitulo Cathedralis *Sacra Congr. Conc in Marianen.* 17. *Iunij* 1592. quam refert Sellius *d. cap.* 11. *num* 31.

11 Parochialis Toletana in monasterium erecta, & vnita Iesuitarum Collegio gubernari potest à deputato ab ipsis modo sit approbatus ab Ordinario. *Sacra Congr. Conc.* de qua Paul. Piasce *in praxi Episcop. part.* 2. *c.* 3. *n.* 46.

12 Parochiales duæ si per consuetudinem, quæ per 40. annos viguerit tanquam vnitæ, vni semper collatæ sine dispensatione fuerunt, non est earum possessor molestandus. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminete Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo vnio vers ad sextum,* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *c.* 2. *n.* 245.

13 Parochiali in Ecclesia quantumuis paupere asseruari debet Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. *Sacra Congr. Conc. in Vrbinaten.* 22. *Maij* 1594. quam adducit Sellius *d. cap.* 11. *num.* 35.

14 Parochiales iurispatronatus laicorum, quæ ab Episcopo ob præsentationem in tempore non sequutam iure deuoluto conferuntur, subiacent concursui. *Sacra Congr. Conc. sub die* 29. *Nouem-*

Nouembris 1600.apud Sellium *d.c.* 11.*num.*34

15 Parochialis vniri non potest Capitulo Cathedralis etiam ob tenuitatem Canonicatuum,& ob impossibilitatem etiam vniendi beneficia simplicia, & ob id quoque quod non decebat minuere eorum numerum iuxta mentem *Concilij Trid. c.* 15. *sess.* 24. *de reform. Sacra Conc. Cong in Alexandrina* 3. *Martij* 1594. penes Sellium *d. cap.* 11. *num.*35.

16 Parochialis obtenta ab eo, qui à Sede Apostol. ad Episcopatum in partibus infidelium existentem promotus, ac eodem tempore alicui Episcopo in Suffraganeum deputatus fuerit, non intelligitur vacare. *Sacra Congr. Conc. sub die* 14. *Decembris* 1601. de qua Sellius *d. c.*11. *num.* 36.

17 Parochiales S. Ioannis Hierosolymitani non subiacent concursui, & possunt conferri laicis, dummodo intra sex menses habitum suscipiant. *Sacra Congr. Conc. sub die* 2. *Septembris* 1603. quam citat Sellius *d.cap.* 11.*num.*37.

18 Parochiales, quæ de mensa nuncupantur, & spectant ad Abbatem Balnei Camaldulensis, & ab ipso Abbate conferri consueuerunt secularibus in titulum perpetuæ Vicariæ, non subiacent concursui ab ipso Episcopo vti viciniori instituendo. *Sacra Congr Conc. in Burgi sancti sepulchri* 13. *Ianuarij* 1601. referente Sellio *d. c.* 11.*n.*38.

19 Parochiales in quibus Abbates, vel eorum Superiores vtramque iurisdictionem in Parochos, & Parochianos actu exercent, non possunt ab Episcopo visitari vigore *Conc.Trid. sess* 25. *de Regularib. Sacra Congr. Conc. de mense Ianuarij* 1626. teste Sellio *d. c.* 11.*num.*39.

20 Parochiales duas habens, quarum altera est beneficio simplici in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef.p.*11.*c.*2 *num.* 24.

21 Parochiales duæ, vel plures si sunt inuicem vnitæ non sunt comprehensæ sub decreto *sess.* 24. *de reform.cap.*17. sed possunt legitimè retineri tanquam non incompatibiles. *Sacra Congr.Conc.*testibus Nicol Garc. *de benefic.part.*11.*cap* 2 *num* 14. Armendar. *in addit.ad recop. legum Nauarra lib.*4 *tit.*7. *de benefis.incomp num* 92.

22 Parochialem obtinens insufficientem ad victum non tenetur promoueri ad Sacerdotium infra annum iuxta *cap. licet canon. de elect. lib.* 6. sed tantum expedit vt dimittat. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benef.part.*2.*c.*4.*num.*121.

23 Parochiales obtinentibus post Concil. Trid. studendi licentia, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur. *Sacra Congr.Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefic. partu* 3. *cap.* 2. *num* 84.

24 Parochialis vnio non solum est prohibita per decretum *sess.* 24.*c.* 13. *de reform.* sed nec etiam aliqua pars fructuum illius vniri potest. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *d. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 87.

25 Parochiales sunt Incompatibiles cum beneficiis, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas absentes à Diuinis amittunt. *Sacra Congr.Conc.*quam adducit Nicol.Garc. *de benef. part.*3 *cap.*2.*num.*86.

26 Parochiales litigiosæ concursu conferuntur, quando in illis summus Pont. noluerit collitigantem subrogare, sed ius demortui in alium transferre, nisi constet Sanctitatem suam voluisse di-

Barbos. Apost. Decis.

cto decreto Concilij derogare. *Sacr.Congr. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num* 170.

27 Parochiales in concursu prouidendæ occurrente vacatione ad quam infra terminum in edicto præfixum plures sunt oppositi si dicto termino elapso alter superueniat, re integra est vtique admittendus *S.Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef part.*9 *c.*2.*num.*206.

28 Parochialium nullius diœcesis Rectores tenentur accedere ad Synodum viciniorem. *Sacra Congr.Conc. in Sarsinaten.* quam refert Sellius *in selectis Canon c.*13.*num.*11.

29 Parochialis possessio non potest denegari habenti cathedram in Vniuersitate pro interpretando iure Canonico, quia si non resideat poterit postea puniri. *Sacra Congr.Conc.* apud Nicol.Gar. *in addit.ad suum tract. de benefic.part.*3. *cap.* 2. *num.* 1.

30 Parochialis à residentia non excusat Subcollectoria Apostolici Officium. *Sacra Congr.Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef. part.*3.*cap.*2.*num.*41.

31 Parochialem vnam habens, & titulum alterius, cuius fructus omnes sunt alteri reseruati, nihilominus alteram dimittere tenetur. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 34.

32 Parochialis si sit vnita alicui Canonicatui Ecclesiæ Cathedralis accessoriè, sufficit ætas requisita ad Canonicatum, scilicet 22. annorum. *Sacra Congr Conc.* vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. *num.*4.

33 Parochiales debent cōferri in perpetuum, & non ad nutum amouibiles, non obstante quacunque contraria consuetudine. *Sacra. Congr. Conc.* teste Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 6. *num.*60.

34 Parochialis à seruitio non potest Episcopus extrahere illius Rectorem, eumque occupare in suo seruitio & Ecclesiæ Cathedralis, vt exerceat officium Vicarij Visitatoris, vel Secretarij seu in aliis ministeriis occupetur. *Sacra Congr Conc.* referente Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel.gloss* 6.*num.*158.

35 Parochialem obtinere poterit is, qui nullum habet sacrum Ordinem, dummodo infra annum ad Sacerdotium promoueri possit. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de beneficiis part.* 7. *capit.* 4 *numer.* 47.

36 Parochialem obtinens vnà cum Canonicatu ex dispensatione Apost. ante Concil. Trid. obtenta, potuit post Concilium absque alia dispensatione Præbendam pinguiorem optare. *Sacra Congr.Conc* cuius meminit Nicol. Garc. *de benef p.* 5. *cap.* 1.*num.* 341.

37 Parochialis de iurepatronatus laicorum vacatione eueniente, quando plures sunt præsentati requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantùm, vt ex iis, qui peracto examine idonei ab examinatoribus denunciati sint, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alium instituat. *Sacra Congr Conc.* apud Paul. Piasec. *in praxi Episcop.p.*2.*c.*5 *n.*8.

38 Parochialis ad concursum si intra terminum edicti vnus solus comparuerit, qui nolit se examini subiicere, nec Parochiam curet obtinere ab Episcopo, assignandum est aliud edictum, rursusque vocandi oppositores. *Sacra Congr Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic.p.* 9. *cap.*2.*num* 219.

Ll

39 Parochialium de iurepatronatus ecclesiastici institutio, vbi ad inferiores licet exemptos, & Abbates pertinet, nihilominus Episcopus Ordinarius debet edicta concursus proponere, & inferior instituat magis idoneum approbatum ab Episcopo, quod si secus actum fuerit, collatio est nulla. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. c. 2. num.* 262.

40 Parochiales dum monasteriis vniri prohibet Concil. Trid. c. 13. sess. 24. de reformat. id intelligi debet de Parochialibus, quæ actu non autem de illis, quæ habitu tantum supra hominum memoriam Parochiales existunt. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p.* 5. *c. 3. num.* 121.

41 Parochiale beneficium obtinens in vna diœcesi non potest in alia absque Ordinarij loci approbatione eligi in Confessarium ab habentibus priuilegium vigore subilæi eligendi Confessarium idoneum. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 8. num.* 87.

42 Parochialis libera non potest vniri Parochiali iurispatronatus etiam cum consensu patroni, nisi patronus renuntiet iuspatronatus propter decretum c. 9. sess. 25. quod non vult vniri liberum fer-no, saluo iurepatronatus, vel nisi aptetur remedium alternatiuæ, vt vna vice Ecclesiæ conferatur ad præsentationem, & altera liberè præsupposito tamen vt vel ex decretis Concilij, vel ex iure veteri vnio fieri possit. *Sacra Congr. Conc.* teste Sellio *in selectis Canon cap.* 18. *num* 24 quem refero *in collect. ad Trident. sess.* 25 *de reform cap.* 19. *num* 83.

43 Parochiali Ecclesia vacante non est satis eum, quem Episcopus idoneum iudicat, proponere examinandum absque alio concursu, sed tenetur Episcopus plures nominare examinatoribus, & alios etiam ab aliis nominatos admittere, sicque examen per concursum omninò facere, prout in Bulla Pij V. statuitur, exceptis illis casibus, quibus ex decreto Conc. sess. 24. cap. 18. de reform. vers. si tamen adeò, permittitur posse omitti examen per concursum si Episcopus pro sua Conscientia cum consilio deputatorum ita expedire arbitrabitur, *Sacra Congr Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic. pag. 9. c* 2. *n.* 100.

44 Parochialis resignatio cum fit in manibus Sanctissimi, quia tunc non dicitur vacare antequam alteri acquiritur, nec in ea potest statim deputare vicarium, non est necessarium examen, sed satis est resignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis, simul cum Ordinario probari idoneum. *Sacra Congr. Conc.* attestante Nicol. Garcia *de benefic. p. 9. c. 2. num.* 159.

45 Parochiales vnitæ monasteriis, etiam quæ sunt capita Ordinum, ab Ordinariis visitari debent. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. de visitat. leg. 5. §. 2. num.* 95.

46 Parochiales vnitas monasteriis, quæ iurisdictionem habent, Ordinarij visitare possunt, personas tantùm quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent; in his quoque Parochialibus possunt deputari à Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amouibiles, dummodò approbati sint ab Episcopis. *Sacra Congr. Conc.* teste Steph. d'Aluin *de Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum potest. c. 14. num* 1. *in fine.*

47 Parochiales omnes suæ diœcesis potest Episcopus visitare in quib⁹ sunt Sacerdotes seculares, licet Ecclesiæ sint Regularibus subiectæ, siue etiamsi sint Ecclesiæ Regularium, quando tamen cura exercetur per Sacerdotes seculares. *Sacra Congr. Conc.* apud Armendar. *d. tit. 6 de visitat. l. 5. §. 2. n.* 88. quem refero *in tract. de officiis, & potest. Episcopi p. 3 alleg. 74. num.* 12.

48 Parochialis in simplex beneficium conuerti non potest, nec aliqua pars fructuum illius. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic pag.* 12. *c. 8. num.* 87.

49 Parochialium tenuium in collatione quando fructus 24. ducatos auri de camara non excedunt, si præposito primo edicto examinis per concursum nemo comparuerit, fieri debet secundum edictum examinis, sed sine concursu, seruatis tamen temporibus præscriptis *à Pio V. in sua Bulla super collatione Parochialium. Sacra Congr. Conc.* quam adducit Nicol Garc. *de benef. p. 9. c. 2. num.* 210.

50 Parochialium cum canonicatu ex dispensatione Apost. tenens, si Parochialis, & Canonicatus sint in vno eodemque loco, potest vtrique inseruire, & quotidianas distributiones percipere. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *de benef. p. 2. cap. 2. num.* 179. *in 7. declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 23. leg 2. § 2. n.* 111. *sed an Parochi debeant residere n.* 135.

51 Parochialem habens, quæ longè abest à Collegiata, in qua Canonicatum ex dispensatione Apostol. obtinet, potest residendo in Parochiali in diebus ferialibus ad Ecclesiam Collegiatam accedere, & in ea Diuinis inseruire, dummodò omnibus diebus, & horis suis & congruis ipsi Parochiali inseruiat, & nihil prorsus relinquat ex debito seruitio ipsius Parochialis. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *d. n.* 179. *in 8. declar.* Armendar. *locis citatis n* 136.

52 Parochialem obtinens per prouisionem summi Pont. habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouentuum ad dictam Ecclesiam Parochialem pertinentium possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in petitorio, tamen tenetur se facere promouere infra annum lite pendente, & ad residentiam in dicta Ecclesia, etiam præsupposito quod non teneretur residere Episcopus, in eo casu debet deputare Vicarium, partemque fructuum ei pro sufficienti victu assignare iuxta Concilij Trid. formam. *Sacra Cong. Concil.* teste Nicol. Garcia *de beneficio. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 121.

53 Parochialis quamuis esset litigiosa tenebitur obtinens sacros Ordines suscipere, si modo liberum habeat curæ exercitium *Sacra Congr. Conc.* vt per Nicol. Garc. *de beneficiis. part.* 11. *capite quinque num.* 121.

54 Parochialem Ecclesiam habenti potest Ordinarius alteram Parochialem conferre, sed post adeptionem possessionis pacificæ secundæ vacat prima. *Sacra Congr Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib* 4. *tit. 7. de benefi. incompat. num* 71. *&* 85.

55 Parochialem habens, & monasterium in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non tenetur. *Sacra Congr. Conc.* testibus Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel gloss* 5. §. 8. *num.* 65. Zerol. *in praxi Episcop part.* 2. *verbo Parochia*, Ni-

col.

col. Garc. *de benef. part. 4 c. 4. num.* 35. Armendar. *d. tit. de benefic. incomp. num.* 78.

56 Parochialis Rector non debet in processionibus ire cum Archipresbytero Ecclesiæ Collegiatæ, sed cum Clero, *Sacra Congr. Rit. in Syracusana* 17. *Nouembris* 1617. quam refert Sellius *d. cap.* 11. *num.* 42.

57 Parochiales quamuis Regulares in quibus exercetur cura animarum secularium, subsunt in iis, quæ curam animarum, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi. *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* 5. *Iunij* 1627. de q a Sellius *d. cap.* 11 *num.* 42.

58 Parochialis collatio si cessantibus reseruationibus Apost. spectet ad inferiorem collatorem, & in concursu facto per Ordinarium sint renuntiati plures æquè idonei, facultas eligendi magis idoneum ad ipsum Episcopum, non autem ad inferiorem collatorem pertinet, siue Parochialis in mense Apost. siue Ordinario vacet. *Sacra Congr. Conc. in Asculana* 1. *Decembris* 1618. apud Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 4. *tit.* 6. *num* . . . . quem refero *in collect. ad Trident. sess.* 14. *de reform. c.* 8. *nu.* 124. & *de officio, & potest. Parochi cap.* 2. *num.* 130. *in fine.*

59 Parochiales iurispatronatus mixti, id est partim ecclesiastici, & partim laicalis non subiacent formæ examinis per concursum, quæ inter concurrentes præscribitur decreto *Conc. cap.* 18. *sess.* 24. *Sacra Congr. Conc.* 5. *Februarij* 1618. cuius meminit Viuian. *in appendice sua praxis iurispatron. ad lib.* 10. *cap. . num.* 14 *pag.* 760. *in vlt. impress.* quam refero *de officio, & potest. Parochi cap.* 2. *num* 126. *Eadem Sacra Congr.* quam refert Gabriel Pereira *de manu Regia pars.* 1. *c.* 7. *num.* 36.

60 Parochialem in Collegiatam erigere non potest Episcopus *Sacra Congr. Rit. in Caputaquen.* 12. *Iulij* 1628. quam refero *in tract. de Canon. cap.* 2. *num.* 8.

61 Parochiales prophanare potest Episcopus ad præscriptum *Concilij sess.* 21. *de reform c.* 8. *Sacra Congr. Conc. in Thelesina* 13. *Septembris* 1631. quam citat Sellius *d. c.* 11. *num.* 43.

62 Parochialis Rector in sua Ecclesia sedere debet in scamno, non autem in sede, & in dicta Ecclesia dignior locus debetur Canonicis Cathedralis immediatè post Episcopum, & post Canonicos sedere debet Rector. *Sacra Congr. Rit. in Turritana* 14 *Februarij* 1632. de qua Sellius *d c.* 11. *nu.* 44.

Alia plura vide sub. in *verbo Concursus collect.* 201. & in verbo *examen concursus collect.* 340.

SVMMARIVM.

1 *Approbandi & examinandi prius sunt ab Episcopo Parochi in Ecclesia exempta animarum curam exercere intendentes.*

2 *Parochi pro cura animarum non possunt deputari nisi de consensu Episcopi, & prauio examine.*

3 *Episcopo quando liberum sit iterum examinare Parochos approbatos ab antecessoribus.*

4 *Vagabundi Parochus quis sit.*

5 *Morbosus Parochus eo morbi genere, qui impedit exercitium functionum Sacerdotalium, non tenetur intra annum sacris Ordinibus se initiari facere.*

6 *Parochus per se ipsum & non per substitutum subire debet ea munia, ad quæ tenetur.*

7 *Functiones Presbyterales, quæ animarum curam concernunt, exercere debet Parochus.*

8 *Amouibiles Parochi absque rationabili causa amoueri non possunt.*

9 *Benedictionis sponsorum occasione eleemosynam percipere debet Parochus, & non alius.*

10 *Congrua debita Parocho vigore Concilij est summa scutorum centum.*

11 *Portio aliqua super fructibus Parochiæ alteri restruata si Parocho reseruetur, illa debet esse libera ab omnibus oneribus.*

12 *Decimas exigendi in possessione ratione prædiorum acquisitorum per Regulares est Parochus manutenendus, donec doceant de sufficienti priuilegio.*

13 *Præpositus vt vocari possit, conceditur, qui antea dicebatur SS. Geruasij & Protasij Parochus.*

Parochus.

COLLECT. DLIII.

1 PArochus in Ecclesia exempta animarum curam exercere intendens prius approbandus, & examinandus est ab Episcopo iuxta dispositionem *cap. exemptionem, de priuileg. lib.* 6. *Sacra Cong. Conc. in Caputaquen.* 23. *Iunij* 1629. quam refert Sellius *in select. Canon. cap.* 59. *n.* 18.

2 Parochus pro cura animarum non potest deputari nisi de consensu Episcopi, & præuio examine, *Sacra Congr. Conc. in Pictauien.* 5. *Iulij.* 1627. apud Sellium *d. c.* 59. *num.* 19.

3 Parochos approbatos ab antecessoribus tempore prouisioni Parochialium liberum est Episcopo iterum examinare tam in Visitatione quàm extra. *Sacra Cong. Conc. in Placentina* 28. *Augusti* 1628. quam citat Sellius *d. c.* 59 *num.* 21.

4 Parochus vagabundi potest esse omnis vbi ille reperitur, licet adsit certus Parochus mulieris *Sacra Congr. Conc. sub die* 28. *Augusti* 1621. teste Sellio *d. c.* 59. *num* 22.

5 Parochus si eo morbi genere teneatur vt ad functionem sui Sacerdotij, nec ad res diuinas per se obeundas minus idoneus esse videatur, non tenetur durante morbi genere sacris Ordinibus se initiari facere *Sacra Congreg. Conc.* referente Nicol. Garcia *de benefic. p.* 3. *c.* 4. *nu.* 9.

6 Parochi cogendi sunt ad subeunda per se ipsos, & non per substitutos ea omnia ad quæ tenetur: tolerandi autem vt per substitutos suppleant, in illis tantum casibus expressis verbis Canonum, & decretorum Concilij, quibus permissum est eis vt per Vicarios, coadiutores, vel substitutos possint officio suo fungi. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. part.* 3. *c.* 5. *num.* 53.

7 Parochus debet Sacerdotalia munia, & Presbyterales functiones, quæ populi & animarum curam concernunt, exercere, etiam in Ecclesiis, quæ sunt sub laicorum magistrorum gubernio, hæc enim non spectant ad Capellanos à dictis

Magiſtris deputatos. *Sacra Congreg. Rit. in Neapolitana* 18. *Maij* 1602. *& in Cæſarauguſtana* 14. *Ianuarij* 1612. quarum meminit Sellius *d. cap.* 59. *num.* 23.

Parocho victum subminiſtrare quando non poteſt populus, Ordinarius ea obſeruare debet quæ habentur *in cap.* 3. *ſeſſ.* 24. *de reform. Sacra Congr. Conc.* teſte Nicol. Garcia. *de beneſic. p.* 3 *ca.* 2. *num.* 179.

8 Parochi amouibiles abſque rationabili cauſa remoueri non poſſunt. *Sacra Congr Conc ſub die* 11. *Iulij* 1628. penes Sellium *d. c.* 59. *num* 24.

9 Parochus, & non alius, debet percipere eleemoſynam occaſione benedictionis ſponſorum. *Sacra Cong. in Acherontin.* 25. *Ianuary* 1601. de qua atteſtatur Sellius. *d. c.* 59. *num.* 25.

10 Parocho debita congrua Vigore Concilij eſt ſumma ſeutorum centum argenti illarum partium *Sacra Congr. Conc. in Albinganen.* 27. *Iuly* 1626. apud Sellium *dict. cap* 59. *num.* 26.

11 Parocho ſi reſeruetur aliqua portio ſuper fructibus parochiæ alteri reſeruatis, ea debet eſſe libera ab omnibus oneribus *Sacra Cong. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de beneſi. p.* 1. *c.* 5. *num.* 376.

12 Parochus eſt manutenendus in poſſeſſione exigendi decimas ratione prædiorum acquiſitorum per Regulares, donec doceant de ſufficiente priuilegio. *Sacra Congreg. Concil. in Piſauren.* 13. *Aprilis* 1630. quam refert Bonfadin. *in theſauro eccleſiaſt. deciſ. reſol.* 15. *num.* 16.

13 Parochus SS Geruaſij & Protaſij vt in futurum Præpoſitus vocari poſſit, declarauit concedi poſſe *Sacra Congr. Rit. in Mediolanen.* 17. *Nouembris* 1607. cuius meminit Sellius *d c.* 59. *num.* 27.

Alia Vide in verbo *Rectores Parochialium* collect. 619.

SVMMARIVM.

1 *Parochiani ſi ſint intra & extra ciuitatem, & Parochus habitet intra, quomodo ſuccurrendum illis, qui extra ſunt.*
2 *Sacramenta adminiſtrare non licet Parocho Cathedralis in aliena Parochia.*
3 *Sacramentorum pro adminiſtratione Parochi non poſſunt aliquid accipere etiam à ſponte dantibus.*
4 *Licentiam adminiſtrandi Sacramenta in ſua Parochia poteſt Parochus ſimplici Sacerdoti concedere, excepta Pœnitentia.*
5 *Matrimonia ritè & legitimè celebrare poſſunt Parochi abſque Epiſcopi licentia niſi ex iuſta cauſa Epiſcopus aliter præſcripſerit.*
6 *Matrimonium validè celebratur etiamſi Parochus, & teſtes per vim, & compulſi interueniant.*
7 *Parochus nihil poteſt recipere pro matrimonio contrahendo.*

Parochus quoad Sacramenta.

Collect. DLIV.

1 PArochus ſi Parochianos habeat intra & extra ciuitatem habitantes, qui propterea ob locorum diſtantiam ſeu difficultatem patiantur incommoda in percipiendis Sacramentis, & Diuinis Officiis audiendis, ſuccurrendum eſt remedio decreti Concil. cap. 4. ſeſſ. 21. & cap. ad audientiam, de Eccleſ. ædific. vt erigatur noua Capella extra ciuitatem, quæ non ſit Eccleſia de per ſe, ſed in proprietate Eccleſiæ principalis, in qua ponatur vicarius amouibilis approbatus ab Ordinario, qui adminiſtret ſacramenta illis, qui ſunt extra ciuitatem, cuius portæ de nocte clauduntur: vnde *Sacra Congreg. Concil. in Landen.* 12. *Auguſti* 1648. cenſuit non licuiſſe Epiſcopo illius ciuitatis diſmembrare à Parochia ſita extra muros ciuitatis partem parochianorum habitantium in ciuitate ſub prætextu quod ad illos non detur aditus de nocte, ſed eſſe conſtruendam capellam per Abbatem Parochum intra ciuitatem. refert Sellius *in ſelect. Canon. cap.* 59. *numer.* 28. Epiſcopus non debet expectare quod Parochiani decedant ſine Sacramentis ad cogendum Rectores ſibi adiungere alios Sacerdotes in Eccleſiis Parochialibus, in quibus populus ita numeroſus eſt vt vnus Rector non ſufficiat, iuxta *cap.* 4. *ſeſſ.* 21. *de reform. Sacra Cong. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de beneſ. p.* 12. *c.* 3. *num* 9.

2 Parocho Cathedralis non licet Sacramenta adminiſtrare, vel curam exercere in aliena Parochia. *Sacra Congr. Conc. in Eugubina* 20. *Septembris* 1628. quam citat Sellius *d c.* 59. *num.* 30.

3 Parochi non poſſunt accipere aliquid etiam à ſponte dantibus pro adminiſtratione Sacramentorum, poſſunt tamen accipere quod ſponte pro eleemoſyna offertur. *Sacra Congr. Conc. ſub die* 5. *Februarij* 1595. apud Sellium *d c.* 59. *num.* 31.

4 Parochus poteſt ſimplici Sacerdoti licentiam concedere adminiſtrandi Sacramenta in ſua Parochia, excepta Pœnitentia. *Sacra Congr. Epiſcopor. & Regular. in Caſtellanaten.* 20. *Auguſti* 1602. penes Sellium *d cap.* 59. *num.* 32.

5 Parochi poſſunt abſque Epiſcopi licentia matrimonia ritè, & legitimè celebrare, niſi Epiſcopus ex legitima cauſa aliter præſcripſerit. *Sacra Congreg. Concil. in Turritana* 12. *Martij* 1633. de qua Bonfadin. *in theſauro eccleſiaſt. deciſ. reſol.* 25. *num.* 12.

6 Parochus & teſtes quamuis inuiti, & per vim compulſi interueniant, & minimè conſentiant, tale matrimonium firmitatem habebit. *Sacra Cong. Concil.* referente Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 48. *num.* 7.

7 Parochus nihil poteſt percipere pro matrimonio contrahendo. *Sacra Congreg. Concil. ſub die* 17. *Martij* 1619. quam refert Sellius *d. cap.* 59. *num.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Miſſam celebrare debet Parochus diebus feſtis in propria Eccleſia, & non in alia.*
2 *Miſſam quibus diebus tenentur Parochi celebrare, non poſſunt pro ea manualem eleemoſynam recipere.*
3 *Miſſæ celebrationem non poteſt prohibere Parochus in capella ruri ædificata per laicum, antequam celebretur in Parochiali.*
4 *Epiſcopi non poſſunt cogere Parochos, ſed hortari vt ſub-*

vt subministrent necessaria Presbyteris volentibus celebrare in eorum Ecclesiis.

5 *Regularibus licitum de consensu Parochorum in eorum Ecclesiis secularibus celebrare absque Ordinarij loci licentia.*

6 *Episcopus potest Parocho concedere ob defectum Sacerdotum vt in diebus festis bis celebret.*

Parochus quoad Missam.

Collect. DLV.

1 PArochus diebus festis Missam celebrare debet in propria Ecclesia, & non in alia, quacunque consuetudine in contrarium non obstante. *Sacra Congreg. Concil. in Lucana 5. Septembris, & 17. Nouembris 1629.* teste Sellio *in selectis Canon. cap. 59. num. 34.*

2 Parochi quibus diebus tenentur Missam celebrare non possunt pro ea manualem eleemosynam recipere. *Sacra Congreg. Concil. in Fanen. 1. Septembris 1629.* quam refert Sellius *dict. cap. 59. num. 35.*

3 Parochus non potest prohibere vt absque eius licentia celebretur in capella ruri ædificata per laicum, antequam celebretur in Parochiali, & Matrice. *Sacra Congreg. Concil. in Caritana 18. Septembris 1627.* penes Sellium *dict. cap. 59. num. 36.*

4 Parochi per Episcopos non possunt cogi, sed hortari vt subministrēt necessaria Presbyteris volentibus celebrare in eorum Ecclesiis Parochialibus. *Sacra Cong. Rit in Egitanen. 10. Iunij 1601. in resp. ad dub. 3.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi c. 11. num. 51.*

5 Parochorum de consensu licitum est Regularibus celebrare in eorum Ecclesiis Parochialibus absque Ordinarij loci licentia. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. 10. Ianuarij* de qua etiam memini *d. ca. 11. num 51.*

6 Parocho concedere potest Episcopus ob defectum Sacerdotum, vt in diebus festis bis celebret. *Sacra Congr. Conc. sub die 17. Augusti 1627.* apud Sellium *d. c. 59. num. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicare potest Parochus, non autem Parochialis Presbyteri, per se ipsum inter Missarum solemnia quando ipse Episcopus prædicat.*

2 *Prædicandi in sua Parochia potest Parochus dare licentiam approbatis ab Ordinario.*

3 *Eleemosynam solitam dari prædicatoribus ab vniuersitate electis non potest prætendere sibi præstari Parochus si per se ipsum prædicet.*

Parochus quoad prædicationem.

Collect. DLVI.

1 PArochus per se ipsum in Missarum solemnia nō autē Presbyteri Parochialis potest sermonem habere etiam quando Episcopus ipse prædicat. *Sacra Cong. Conc. in Terulen. 11. Iunij 1631.* penes Lezanam *in sum. quæst. Regularib. tom. 1. cap. 20.*
2 *num 6.*

Parochus potest dare licentiam approbatis ab Ordinario prædicandi in sua Parochia. *Sacra Cong. Conc.* teste Galeto *in margarita casuum Conscient. verbo Parochus 3.* quem refero *de officio, & potest.*
3 *Episcopi p. 3. alleg. 76. num. 25.*

Parocho per se ipsum concionanti minimè licet prætextu cuiuscunque paupertatis prætendere sibi præstari eleemosynam solitam dari Prædicatoribus ab vniuersitate electis. *Sacra Congreg. Concil. in Vestana 20. Martij 1621.* apud Sellium *in selectis Canonic. capite 23. numer. 18.* quem refero *de officio, & potest. Parochi cap. 14. numer. 7.* Gauant. *in enchirid Episcop. verbo Concio sacra num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Regularibus quoruncunque Ordinum præcedunt Parochi, & clerici seculares.*

2 *Superpelliceo indutus Parochus in processionibus præcedit omnibus Rectoribus, & Presbyteris.*

3 *Canonicis Collegiatæ præcedit Parochus in associandis funeribus defunctorum propriæ Parochiæ.*

4 *Canonicis Cathedralis in funeralibus non præcedit Parochus.*

5 *Præcedentiam secundum prærogatiuam suarum Ecclesiarum habent Parochi.*

6 *Sedere debet in scamno non vero in sede Parochus in sua Ecclesia.*

7 *Parocho propriæ defuncti præcedit Parochus Cathedralis quando cum eius Capitulo interuenit.*

8 *Thurificandus est Parochus in sua Ecclesia ante dominum loci.*

9 *Parochus etiam amouibilis Cathedralis in processionibus debet incedere cum Capitulo Cathedralis supra Priores, & Plebanos.*

Parochus quoad præcedentiam.

Collect. DLVII.

1 PArochi, Rectores, & Clerici seculares præcedunt Regularibus tam Monachis quàm fratribus quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium in funerum associatione, processionibus, & aliis huiusmodi publicis actibus; nec debent ipsi Monachi seu Fratres cum Parochis, vel Clericis mixtim incedere non obstante quacunque consuetudine in contrarium. *Clemens VIII. in sua consti. incip. Decet Romanum Pont. 20. Februarij 1601. & in alia incip. Quæ ad remouendum 5. Nouem.*

brii 1603. *Gregorius X V. in constit.* incip. *Alias à felicis* 3. *Augusti* 1622. quarum memini *de Parocho ca.* 9. *in fine.*

2 Parochus indutus superpelliceo in processionibua præcedit omnibus Rectoribua & Presbyteris. *Sacra Congr Rit. in Firmana terra sancta Victoria* 31. *Martij* 1618. teste Sellio *in selectu Canon. cap.* 59. *num.* 40.

3 Parochus debet præcedere Canonicis Collegiaræ Ecclesiæ in associandis funeribus defunctorum propriæ Parochiæ. *Sacra Congr. Rit. in Prænestina causarum* 13. *Iuly* 1619. Vide supra *in verbo Canonicus collect.* 91. *num* 38.

4 Parochus in funeralibus non debet præcedere Canonicis Cathedralis, sed benè omnibus aliis Presbyteris, qui non sunt de Cathedrali. *Sacra Cong. Rit. in Viterbien.* 25. *Iuny* 1611. quam refert Sellius *d. c.* 59. *num.* 41.

5 Parochi plures siue sint seculares, siue Regulares inter se præcedunt secundum prærogatiuam suarum Ecclesiarum, non secundum prærogatiuam regulæ. *Sacra Congr Rit. in Asten.* 21. *Martij* 1609. cuius memini *de officio & potest. Parochi cap.* 9. *num* 12.

6 Parochus in sua Ecclesia sedere debet in scãno, non autem in sede. *Sacra Congreg. Rit. in Turritana* 7. *Augusti* 1610. penes Sellium *dict. cap.* 59. *num.* 42.

7 Parochus seu Curatus, aut Sacrista Cathedralis etiam quod sint amouibiles, quando interuenit Capitulum dictæ Cathedralis debent præcedere proprio parocho defuncti *Sacra Congreg. Rit. in Pisauren.* 22. *Martij* 1631. de qua memini *de officio, & potest. Parochi, cap.* 26. *num.* 78. *ante fin.*

8 Parochus siue Rector Ecclesiæ Parochialis tanquam illius caput thurificandus est ante dominum loci. *Sacra Congr. Rit. in Turritana* 14. *Februarij* 1632. referente Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 22. *num.* 11.

9 Parochus amouibilis Cathedralis in processionibus debet incedere cum Capitulo dictæ Cathedralis super Priores, plebanos, & Curatos perpetuos beneficiatos. *Sacra Congreg. Rit. in Callien.* 9. *Aprilis* 1633. apud Bonfadin. *d. resol.* 22 *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Officium supra corpus defuncti debet facere Parochus in sua Ecclesia etiamsi in ea adsint Canonici Cathedralis.*

2 *Officia omnia circa corpus defuncti apud Regulares sepeliendi debet facere Parochus domi & per viam.*

3 *Manutenendus est Parochus in quasi possessione faciendi officium supra defunctos sua Parochiæ in quacunque Ecclesia etiam Regularium.*

4 *Regulares non possunt leuare corpus defuncti absque licentia vel interuentu Parochi, nisi ipse venire recuset.*

5 *Clericos, quos voluerit, potest vocare Parochus ad funera nisi aliter disponatur ab hæredibus defuncti.*

6 *Officium facere debet Parochus defuncti in Ecclesia Clericorum Regularium Vrbis.*

7 *Defunctorum Parochi vsque ad Ecclesias Regularium, humandorum corpora associare, & in illis permanere possunt, absque eo quod in officio decantando se intromittere debeant.*

8 *Parochus proprius nullatenus excludendus quamuis ad sepeliendum cadauer Regulares dumtaxat à defuncto accersiri iubeantur.*

9 *Defunctus per quam viam sit exportandus Parocho spectat declarare.*

10 *Quartam funeralium prætendere possunt Parochi occasione cadauerum in Regularium Ecclesiis humandorum.*

11 *Parochiam secularium ingredi potest in funeralibus Parochus Monachus cum stola.*

12 *Collegiata Ecclesia sub Cruce debet incedere Parochus in leuandis funeribus si adsit consuetudo immemorialis.*

13 *Defunctus in Ecclesia Parochiali sepeliri potest sine licentia Parochi, si requisitus interesse recuset.*

14 *Regulares vocati ad funus non licet Parochis impedire ne veniant contra voluntatem hæredum defunctorum.*

15 *Hæredes defunctorum cogere non possunt Parochis, vt in suis Ecclesiis Officia faciant pro defunctis, qui tumulantur in Ecclesiis Regularium.*

Parochus quoad funeralia.

COLLECT. DLVIII.

1 PArochus facere debet Officium supra corpus defuncti etiamsi adsint Canonici Cathedralis in sua Parochiali Ecclesia. *Sacra Congreg. Rit. in Viterbien.* 25. *Iunij* 1611. & *in Prænestina causarum* 18. *Augusti* 1618. & *in Ostien. Ceren.* 28. *Aprilis* 1607. quas refert Sellius *in selectu Canon. cap.* 69. *nu* 45.

2 Parochus domi & per vias facere debet omnia officia circa corpus defuncti, qui sepeliendus est in Ecclesia Regularium, & ipse Parochus stolam deferens omnibus præcedere debet. Postquam verò cadauer collocatum fuerit intus Ecclesiam debet Parochus recedere, & officium facere debent ipsi Regulares, vel Parochus ipsius Ecclesiæ, qui tunc omnibus præcedat. *Sacra Congreg. Rit. in Engubina* 12. *Maij* 1612. & 5. *Iulij* 1614. & *in Placentina, & Lucen.* 23. *May* 1619. & *in Catanien. ciuitatis Platiæ* 12. *Octobris eiusdem anni*, quarum meminit Sellius *d. c.* 69. *n.* 46.

3 Parochus si sit in quasi possessione faciendi Officium supra defunctos suæ Parochiæ, etiamsi sepeliantur extra Parochiam in quacunque Ecclesia ciuitatis siue Regularium siue secularium, vel Abbatialium, manutenendus est. *Sacra Cong. Rit. in Rauenat.* 28 & 31. *Augusti* 1615. quam citat Sellius *d. c.* 69. *num* 47.

4 Parochi licentia, seu interuentus requiritur ad hoc vt Regulares possint defunctorum funera in eius Parochia leuare nisi ipse requisitus venire expressè omnino recuset. *Sacra Congr. Rit. in Catanien ciuitatis Platiæ* 18. *Octobris* 1619. & *in Vercellen. terræ Crescentini* 26. *Februarij* 1621. teste Sellio *d. cap.* 69. *num.*

69.num.48.

5 Parochus ad funera, quæ fiunt in sua Parochia, non tenetur vocare clericos, vel Presbyteros viciniores, sed potest vocare quos voluerit, dummodò illi sponte velint accedere, nisi aliter disponatur ab hæredibus defuncti. *Sacr. Congreg. Rit. in Ferrarien. 7. Septembris* 1613. cuius memini *de officio.& potest. Parochi c.26.num.60.*

6 Parochus defuncti debet facere Officium in Ecclesiis Clericorum Regularium Vrbis, præsertim Barnabitarum. *Sacra Congreg. Rit. in Barnabitarum 20. Martij* 1604. referente Sellio *d. cap. 69.num* 50.

7 Parochi defunctorum in Regularibus Ecclesiis humandorum possunt eorum corpora vsque ad easdem Ecclesias associare, ac etiam in illis permanere, absque tamen eo quod in Officio decantando vllatenus se intromittant, nisi contraria adsit consuetudo, *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Nicoteren. 6. Iulij* 1615. de qua memini *dict. tract. de officio, & potest. Parochi c. 26.num.80.*

8 Parochus proprius nullatenus excludendus quamuis ad sepeliendum cadauer Regulares dũtaxat à defuncto accersiti iubeantur. *Sacra Congr. Episcop & Regular. in Montisfiasc. de anno* 1581. apud Sellium *d.c.69.num.51.*

9 Parocho spectat declarare per quam viam sit exportandus defunctus, & facere omnia necessaria vsque ad ianuam Ecclesiæ Regularium, vbi sepeliendus est. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Castellanaten. 5 Ianuar* 1594. cuius meminere Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo defunctus n.4* Lezana *in sum.quæst Regul.tom.3.verbo defunctus n.4.* Ego *dict. tract. de officio. & potest. Parochi c.26.num.74.*

10 Parochi occasione cadauerum in Regularium Ecclesiis humandorum prætendere possunt quartam funeralium ceræ Ecclesiæ Parochiali debitæ. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Baren. 29. Iulij* 1616. penes Sellium *d.c.69.n.52.*

11 Parochus Monachus in funeralibus cum stola ingredi potest Parochiam secularium, prout ingrediuntur seculares Parochi Monachorum Parochiam. *Sacra Congr. Rit. in Asculana 29. Ianuarij* 1619. quam adducit Sellius *d.c.69.num* 53. Et iterum. Parochus secularis sicut defert stolam in propria Parochia, & in Parochia Fratrum, dum defuncti corpus ad eorum Ecclesiam defertur sepeliendum, ita in eodem casu, & eodem tempore Parochus Regularis eandem stolam deferre potest non solum in propria Parochia, sed etiam in Parochia defuncti. *Eadem Sacra Congr. Rit. sub die vlt. Septembris* 1628. teste Sellio *dict.cap.69 num* 54.

12 Parochus debet incedere sub Cruce Ecclesiæ Collegiatæ in leuandis funeribus defunctorum si adsit immemorialis consuetudo. *Sacra Cong. Conc. in Terracinen. 23. Februar.* 1619. de qua Sellius *dict. ca. 69.num.55.*

13 Parocho inconsulto ac sine eius licentia defuncti possunt sepeliri in sua Ecclesia Parochiali, vel in alia in qua elegerunt sepulturam si requisitus interesse recuset, vel petitam licentiam deneget. *Sacra Congr. Rit. in Capuana 22. Decembris* 1629. penes Sellium *d.c.69.n.56.*

14 Parochis non licet salutis eorum iuribus Parochialibus, impedire contra voluntatem hæredum defunctorum ne Regulares vocati ad funus corpora defunctorum ad quasuis Ecclesias deferenda vna cum Parochis, & Clericis processionaliter associent. *Sacra Congreg. Rit. sub die 23. Aprilis* 1633. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.3. in additam c.12.pag* 13.

15 Parochi non possunt cogere hæredes, seu executores testamentarios, vt pro defunctis, qui tumulãtur in Ecclesiis Regul. in Ecclesijs etiã Parochialib. celebrari faciant Officia, nocturnalia, & anniuersaria, prout celebrantur in Eccl. Regulariũ, in quibus cadauera sepeliuntur. *Eadem Sacra Congr. Rit. sub dict. die & anno*, & apud eundem Laurent. de Peyrinis *citato loco.*

Plura vide in verbo *cadauera collect. 76.* in verbo *defunctus collect. 245.*

SVMMARIVM.

1 *Residere debet Parochus in loco vbi sita est sua Ecclesia, licet ei datus fuerit coadiutor ratione infirmitatis.*

2 *Domum propriam non habens Parochus in loco vbi residere tenetur, aliquam conducere debet.*

3 *Residere intra Parochiam debet Parochus, etiamsi non adsit commoda domus Parochialis, & sit magna aëris intemperies, & habeat capellanum intra.*

4 *Domum Ecclesiæ cogendus est Parochus habitare, vel si eam non habeat in propinquiori intra limites Ecclesiæ.*

5 *Abesse vltra duos menses non possunt Parochi absque Ordinarij licentia.*

6 *Constitutio Episcopi valet ne Parochi possint abesse vltra duos dies sine licentia.*

7 *Episcopus potest Parochis sub pœna pecuniaria prohibere ne vltra biduum ab Ecclesia absint.*

8 *Licentiam Episcopi non petens Parochus, & absens per quatuor mensos etiam ex vrgenti causa non est liber à culpa.*

9 *Necessitas abessendi sine licentia quomodo Parochum excuset?*

10 *Dispensatio an concedenda Parocho vt possit degere in loco vicino?*

11 *Abesse à sua Ecclesia non potest Parochus per hebdomadam sine licentia.*

12 *Abesse à sua Ecclesia non potest Parochus etiam relicto in ea idoneo Vicario approbato.*

13 *Habitare extra Parochiam propter intemperiem aeris non potest Parochus ex alio loco oriundus.*

14 *Abesse non potest Parochus si Episcopus licentiam deneget iudicans minus æquam causam, cum tamen sit vera & sufficiens.*

15 *Ordinarij possunt Parochis abessendi licentiam concedere intra limites à Concilio præscriptos.*

16 *Pisin tempore tenentur Parochi residere in suis Parochialibus.*

17 *Scripturam Sacram legere potest Parochus in ciuitate vbi Parochiam habet.*

18 *Studiorum causa non licet Parochis post Conc. à suis Ecclesiis abesse.*

19 *Studendi licentiam quando à Sede Apostol. Parochus conceditur, quæ seruari debeant?*

20 *Studiorum causa non est hodie concedenda licentia Parochis.*

21 *Episcopus non potest vti Parochi opera in Visitatione.*

22 *Episcopus non potest Parochum occupare in officio Visitatoris, Vicarij, secretarij, vel fiscalis.*

23 *Vicarius Episcopi, vel Capituli Sedis vacantis non potest esse Parochus.*

24 *Inquisitionis Officium non excusat Parochum à residentia.*

25 *Residere non tenetur Parochus, in cuius Ecclesia adest Capellanus, cui imposita fuit tota animarum cura.*

26 *Episcopus Parochum ad residentiam cogere potest, licet Parochia pertineat ad inferioris etiam Regularis collationem.*

27 *Priuari seruato Iuris Ordine debet Parochus qui residere non vult.*

Parochus quoad residentiam.

COLLECT. DLIX.

1 PArochus debet residere in loco, vbi sita est Ecclesia Parochialis, etiamsi ei esset datus coadiutor ratione infirmitatis. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 2. num* 178.

2 Parochus, qui non habet domum propriam in loco, vbi residere tenetur, aliquam conducere debet. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefi. p. 3. cap. 2. num.* 179.

3 Parochus non excusatur quin intra Parochiam residere debeat, quamuis non adsit commoda domus Parochialis, & sit magna aëris intemperies, & retineat capellanum in Parochia, & ipse accedat singulis diebus festis. *Sacra Congr. Conc. in Sarzanen. 13. Nouembris* 1627. quam refert Scitiua *in select. Canon ca. 69. num.* 57.

4 Parochus cogendus est habitare in domo Ecclesiæ, vel si Ecclesia eam non habeat, in propinquiori intra limitas Parochiæ, quod si non habitauerit, tenetur ad restitutionem fructuum, de quibus *in decreto Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de reform. Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garc. *dict. part. 3. cap. 2. num* 179.

5 Parochi minimè abesse possunt vltra duos menses absque Ordinarij licentia ex causa, quæ sibi videatur iusta. *Sacra Congr. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic part. 9. cap. 2. num.* 295.

6 Parochi vltra bimestre tempus, immò nec per bimestre possunt abesse sine licentia Episcopi, & valet eius Constitutione Parochi possint abesse vltra duos dies sine licentia. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num.* 13.

7 Parochis potest Episcopus prohibere sub pœna pecuniaria arbitraria, quæ tamen dimidiam non excedat, ne vltra biduum ab Ecclesia sua possint abesse, non tamen id prohibere potest sub pœna excommunicationis latæ sententiæ *Sacra Congreg. Conc.* testibus Nicol. Garc. *d. part. 3. c. 2. nu. 24. declar.* 1. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit 23. l. 2 §. 2. tit. Sed an Parochi debeant residere num.* 156. *Eadem Sacra Congr. Conc. in Terracinen. 11. Februarij* 1618. *& in Monopolitana 16. Decembris eiusdem anni*, quarum memini *de officio, & potest. Parochi c. 8 num* 45.

8 Parochus non est liber à culpa, & pœna amissionis fructuum, qui veluti per quatuor mensium spatium ex vigenti admodum causa ad curandam suam infirmitatem, morbo graui instante pro huiusmodi absentia, non petit licentiam ab Episcopo, bona fide putans euidentiam causæ satis esse, nisi periculum esset in mora petendi licentiam. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *de benefi. part. 3. c. 2. nu.* 34.

9 Parochum non excusat sola distantia loci etiam cum necessitate ab eo discedendi, vt possit abesse à sua Ecclesia sine licentia in scriptis obtenta, nisi talis necessitas repentè se offerat, quæ non patiatur dilationem licentiam huiusmodi petendi, quo casu quamprimum de discessu & necessitate Ordinarius est certior faciendus, vt de causa cognoscere possit. *Sacra Congr. Conc.* vt per Nicol. Garc. *d. part. 3. c. 2. n* 34.

10 Parochus, qui non habebat commodam habitationem, obtinuit ex gratia dispensationem vt posset degere in loco vicino; dummodo prope Ecclesiam substitutus eius habitet; nonnunquam hæc facultas concessa fuit sine tali conditione. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garcia *d. part. 3. cap. 2. num.* 179.

11 Parochus non potest per hebdomadam abesse à sua Ecclesia non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo ab ipso Ordinario approbato. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. part. 3. cap. 2. num. 33. in 3. declar.* quem refero *de officio & potest. Parochi cap 8 num.* 56.

12 Parochus non potest abesse à sua Ecclesia etiam relicto in ea idoneo Vicario approbato cum congrua mercede, vt doceat in ciuitate grammaticam, etiamsi non inueniretur alius idoneus ad legendum, & ipse singulis diebus festis ad suam Ecclesiam accedere vellet *Sacra Congreg. Conc.* testibus Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloss. 6. num.* 254. Armendar. *vbi supra num* 134. *in fine*, Sanctarel. *variar. resol. q. 3. n. 32.* quos cum aliis refero *de officio & potest. Episcopi part. 3. alleg. 53. num.* 76.

13 Parochus ex alio loco oriundus non potest propter intemperiem aeris extra Parochiam habitare, quamuis in ea relinquat Vicarium approbatum *Sacra Congr. Conc.* attestantibus Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo residentia §. 7.* Armendar *sub d. tit. sed an Parochi debeant residere num.* 132. nisi accedat Ordinarij consensus ex iusta causa, ibid. *num.* 180.

14 Parochus habens iustam causam abessendi extra Parochiam per duos, aut tres menses, non satisfacit suæ Conscientiæ si petit licentiam iurans se habere grauem causam, quam non expedit manifestare, vt sic petita licentia abesse possit, licet Episcopus non concedat, similiter abesse non potest in casu, quo causam rationabilem expresserit, sed rigidus Prælatus eamus æquam iudicat, & licentiam denegat, vel quia mouetur suspicione, quòd ficta sit, cùm tamen sit vera, sed habere potest recursum ad Superiorem. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num.* 57.

15 Parochis possunt Ordinarij, aliquibus iustis de causis, iuxta Concilij Trid. formam, licentiam concedere recedendi à Parochiali ad aliquod tempus, modo ea vtantur intra limites præscriptos

à *Concilio sess. 23. de reform. cap.* 1. qui facultas huiusmodi non fuit ipsis Ordinariis ablate per Motum proprium sanctæ mem. *Pij V. publicatum de mense Iunij* 1568. super residentia Canonicorum habentium Perochiales *Sacra Congreg. Conc.* referentibus Nicol. Gerc *d. part. 3. c. 2. nu.* 179. Armendar. *d. tit. sed an Parochi debeant residere n.* 87.

16 Parochi tempore pestis residere omnino tenentur in suis Parochielibus, possunt temen per alium idoneum ministrare Parochienis suis peste infectis Sacramenta Bsptismi & Pœnitentiæ, & si non resederint contre eos procedeodum est servate forme *capite primo in fine sess. 23. de reform. Sacra Congreg. Concil. in Mediolanen.* 10. *Decembris* 1576. cuius memini *de officio, & potest. Parochi cap.* 17. *numer.* 18.

17 Parochus in ciuitete Ecclesiem suam bebens, potest inibi in publica Vniuersitete sacram Scripturam legere, ite tamen vt cure animerum per ipsum exercenda nihil detrimenti patiatur. *Sacra Congr. Conc.* quam refert Seilius *in select. Canon. ca.* 18. *num.* 15.

18 Parochis non licet causa studiorum à suis Parochialibus Ecclesiis post Concilium abesse, nec Episcopus licentias ad id concedere potest, ilæque si concessæ fuerint, non suffragantur. *Sacra Cong. Conc. sub die* 8 *Maij* 1595. penes Nicol. Gsrc. *in addit. ad p. 3. c. 2. n.* 81. alios refero, *de officio, & potest. Parochi c.* 5. *num* 22.

19 Parocho quendo ex gretia conceditur à Sede Apost. studendi facultas vt fructus suos faciat, bæc infrascripta seruari solent. Primo vt studeat Theologiæ, vel Iuri Canonico in celebri vniuersitate. Secundo, si est ætetis triginta annorum nulla facultas concedi debet, ideo ætas exprimende, & bæc nisi iam studia incœpisset, & illa nondum absoluisset. Tertiò ed quinquennium tantum à principio studij computandum licentia bæc concedende est, adiuncta clausula vt infre annum ed Subdiaconatum promoueatur. Quartò, interim cura enimarum per idoneum Vicarium ab Ordinario eligendum, essignata illi congrua portione fructuum, exerceetur. *Sacra Congreg. Concil.* de qua Nicol. Garcia, *d. p. 3. cap.* 2. *num.* 81.

20 Parocho causa studiorum non est concedenda licentia, cum hodie per Concilium non admittaurur, nisi qui per concursum magis idonei fuerint iudicati. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p. 3. cap.* 2. *num.* 81. & alios quos refero *de officio, & potest Parochi c.* 5. *num.* 22.

21 Perochi opera vel non potest Episcopus in visitatione, vel elio seruitio suæ diœcesis, nisi pro tempore duorum mensium permisso, & tunc pro eo idoneus deputetur Vicarius. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *d. p. 3. c. 2. num.* 42.

22 Perochus non potest per Episcopum occupari in sui, vel Ecclesiæ Parochialis seruitio, vt nempe sit Vicarius, visitator, secreterius, fiscelis, &c. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Piasec *in praxi Episcop p. 2. cap. 3. n.* 27. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloss.* 6. *n.* 258. Armendar. *d. loco numer.* 166. 167. & 175. Sanctarel. *var. resolut. q.* 3. *numer.* 49. quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg* 53. *nu* 85.

23 Perochus hebens curam animarum non potest esse Vicarius Episcopi, vel Capituli Sede vacante. *Sacra Congr. Conc. sub die* 12. *Maij* 1629. quam citat Sellius *d. ca.* 8. *num.* 26.

24 Parochus non excusatur à residentia propter officium Inquisitoris. *Sacra Congreg. Conc.* de qua meminit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num.* 265.

25 Parochus Ecclesiæ, in qua fuit constitutus Capellanus, cui ex institutione capellaniæ imposita fuit tote animarum cura, seu perpetua vicaria quoed Capellanus vixerit, non tenetur in ea residere *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *d. p. 3. cap.* 2. *n.* 176.

26 Perochum ed residentiam cogere potest Episcopus, quamuis Ecclesie, quem ipse Perochus obtinet, pertineat ad inferioris collationem, etiam Abbetis Regularis. *Sacra Congreg Concil.* testibus Nicol Gar. *d. p. 3. c. 2. nu.* 179 *declar.* 27. Armenderius *dict. titul. sed an Parochi debeant residere num.* 154.

27 Perochus, qui non vult in sua Parochiali residere, debet seruato Iuris Ordine priuari. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *d p. 3. c. 2. n* 199.

Vide in verbo Residere collect. 649.

Paruulus.

Collect. DLX.

1 Paruulorum sepulchrum ab iis debet esse seperatum. *Sacra Congr. Rit. in ciuitatis Castellana,* 12. *Decembris* 1610. teste Aldano *in Compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 36. num.* 12.

2 Paruulorum corpora possunt sepeliri in Ecclesiis Regularium, si ibi est sepulchrum Maiorum, vel concurrente consuetudine pater ibi eligit sepulturam. *Eadem sacra Congr. Rit. in dicta causa ciuitatis Castellana.*

B. Paschalie Beylon Minorum de Obseruentle S. Francisci discalceatorum beatificatio, vide *sub hoc verbo collect.* 58. *num.* 12. Et eius Officium *coll.* 534. *num.* 59.

Passio Domini.

Collect. DLXI.

1 Passio Domini vt decantetur à Canonicis in Ecclesie Cathedrali, Dominica Pslmerum, & ferie sexta in Parasceue si cõsuetudo obtineat, illa seruari debet, non obstante Cæremoniali, quo disponitur eam à Cantoribus decantandam esse. *Sacra Congr. Rit. in Viterbien.* 7. *Iulij* 1612. cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 18. de Sanctis n.* 175.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor pater in Canonicatu filij, tenetur cedere omne ius filio.*

2 *Filius ante Concilium patri datus coadiutor cum futura successione, non potest post Concil. patri succedere.*

3 *Beneficium habere non potest pater in vna Ecclesia, & filius in alia quando ambæ sunt sorores.*

4 *Celebrare possunt in eadem Ecclesia pater & filius.*

5 *Beneficium filij potest absque dispensatione pater legitimus immediatè obtinere.*

6 *Filius quamuis legitimus eget dispensatione ad obtinendum immediatè beneficium patris.*

7 *Filij sui illegitimi beneficium non prohibetur pater immediatè obtinere.*

Pater.

Collect. DLXII.

1 PAter, qui est coadiutor filij in Canonicatu, cedere tenetur omne ius filio, posset tamen aliquid sibi reseruare fructuum, aut pensionum. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol Garc. *de benefic. pag. 7.*
2 *cap 3 num. 80.* Et quamuis aliquando ipsamet Sacra Congr. in casu quo filius datus fuerat ante Concilium coadiutor patri cum futura successione censuisset post mortem patris dandum esse terminum filio sex mensium ad dimittendum, etiam quod Capitulum & Episcopus pro filio supplicarent, nihilominus postea eadem Sacra Congr. censuit non concedendum vt filius possit retinere Canonicatum, quia agitur de succedendo de nouo, & sic de acquirendo beneficium in quo pater, contra expressum decretum Concilij, vt refert Nicol. Garc. *d. c. 3 num. 86.*

3 Pater non potest beneficium habere in vna Ecclesia, & filius in alia quando ambæ sunt sorores, itaut residens in vna censeatur in alia residere, quarum aliquæ reperiuntur in Hispania. *Sacra. Congr. Conc* penes Nicol. Garc. *in addit. ad d. c. 3. num. 75.*

4 Pater & filius possunt celebrare in eadem Ecclesia. *Sacr. Congreg Conc. sub die 31. Ianuarij 1603.* quam refert Sellius *in selectis Canon. c. 92 num. 7.*

5 Pater legitimus nulla indiget dispensatione
6 ad obtinendum immediatè beneficium filij. Licet filius quamuis legitimus dispensatione egeat ad obtinendum immediatè beneficium patris. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *in addit. ad d. p 7. cap. 3. num. 29.*

7 Pater non prohibetur obtinere immediatè beneficium filij sui illegitimi. *Sacra Congreg. Conc. sub die 30. Maij 1602. & in Maceraten. 18. Nouembris 1628.* quarum meminit Sellius *d. cap. 92. num. 8.*

Patientia.

Collect. DLXIII.

1 PAtientiæ vsus potest concedi Confratribus secularibus, licet propriè solis Religiosis conueniat *Sacra Cong. Rit. in Firmana 13. Iunij 1641.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit. 5. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici Religiosi more Religiosorum in communi viuentes, professionem tamen non emittentes non possunt ad sacros Ordines sine titulo patrimonij promoueri.*

2 *Ordinarij arbitrio relinquitur an patrimonium tale sit, quod sufficiat.*

3 *Quantitas patrimonij non taxatur, sed remittitur ad terminos Concilij.*

4 *Fructifera res certa debet ad patrimonium constitui.*

5 *Assecurationem victus super alienis bonis habentes non possunt sine alio patrimonio ordinari etiam stante penuria Sacerdotum.*

6 *Census annui perpetui quando sint sufficientes ad patrimonium clericorum?*

7 *Familiares triennales Episcoporum an possint ad titulum patrimonij ordinari?*

8 *Vsusfructus bonorum donatus clerico pro interim quod congruum beneficium non adipiscitur, sufficiens est pro patrimonio.*

9 *Executioni an subiiciatur patrimonium clerici.*

10 *Organistæ & Magistri Capellæ officium non sufficit vt dicatur clericus de beneficio prouisus, ad effectum relinquendi bona pro patrimonio assignata.*

11 *Examen patrimonij pertinet priuatiuè ad Episcopum.*

12 *Emphyteutica bona sufficientia sunt ad effectum vt super illis patrimonium clerici constituatur.*

Patrimonium.

Collect. DLXIV.

1 PAtrimonij sine titulo, aut beneficio ad sacros Ordines promoueri non possunt Clerici Religiosi more Regularium in communi viuentes, qui nunquam, vel non nisi ad certum tempus professionem emittunt, & interim ad seculum redire possunt. *Pius V. constit. 75. Incip. Romanus Pontifex de anno* 1568. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2 pag. 272.*

2 Patrimonium an tale sit quod sufficiat, relinquitur arbitrio Ordinarij propter diuersitatem locorum, cum in vno loco sufficiat quod in alio non erit sufficiens. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra libr. 2. titul. 8. l. 1. de patrimon. num. 8.*

3 Patrimonij quantitas, ad cuius titulum quis promoueri valeat, non taxatur, sed ad terminos Concilij Trid. remittitur. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef. part. 2. c. 5. num. 113.* quem refero *de iure ecclesiast. vniu. lib. 1. c. 33. n. 155. & in collect. ad Trid. sess. 21. de reform. c. 2. nu. 38.*

4 Patrimonium ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, est res certa fructifera, de qua
5 ipse disponere valeat, & ideo nec ob penuriam Sacerdotum ad sacros Ordines promouendi sunt, qui super alienis bonis assecurationem habent victus, & aliarum rerum necessariarum cum cautione certa sine alio titulo beneficij, vel patrimonij. *Sacra Congreg. Conc.* apud Nicol. Garcia *de benefic. p. 2. c. 5. n. 96.* quem refero *in collect. ad Trid.*

ad Trid. sess. 21. de reform cap. 2. num. 37.

6 Patrimonium pro clericis ad sacros Ordines promouendis potest constitui super annuis perpetuis censibus, cum cautione *quod si census redimeretur, pecunia ex Iudicis decreto apud idoneas personas deponatur ad effectum inuestiendi. Sacra Congreg. Conc. sub die 2. Iunij 1619.* de qua meminere Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 10. num. 3.* Ego ipse *de iure eccles. vniu. lib. 1. c. 33. n. 157.*

7 Patrimonij ad titulum familiares triennales Episcoporum pro necessitate, & commoditate Ecclesiarum ordinari possunt iuxta formam Conc. sess. 23. de reform. cap. 9. dummodo tamen ascribantur Ecclesiis pro quarum necessitate fuerunt ordinati per *cap. 16. sess. 23. de reformat. Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garcia *de benef. p. 2. cap. 5. num. 8.*

8 Patrimonium donatum per parentes ea conditione, vt filius vsumfructum habeat interim dum beneficium aliquod, aut bona alia ad eius congruam sustentationem sufficientia acquirat, sufficiens est, & ad illius titulum potest Ordinari. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Eugubina 21. Maij 1590.* quam referunt Sclhius *in selectis Canon. cap. 3. num. 2.* Ego *de iure eccles. vniuerso lib. 1. c. 33. n. 154. & in collect. ad Trid. sess. 21. de reform. cap. 1. num. 41.*

9 Patrimonium clerici ad cuius titulum fuit ad sacros Ordines promotus, non potest capi in executionem ob illata vulnera alteri ad reficiendas curationis expensas à Iudice condemnatas, etiamsi nihil aliud præterea possideat, quia eius alienatio interdicta est decreto *Concil. c. 2. sess. 21. de reform Sacra Congr. Conc. sub die 5. February 1604.* cuius memini *d. lib. 1. c. 33. num. 160.*

10 Patrimonium assignatum clerico à consanguineis cum claus. *donec fuerit de beneficio promisus, &c.* non comprehendit Officium organistæ, & magistri capellæ. *Sacra Congr. Conc. 26. Iunij 1621.* penes Aldan. *d. tit. 10. num. 5.*

11 Patrimonij examen pertinet ad Episcopum priuatiuè quoad alios. *Sacra Congr. Conc in Placentina 16. Martij 1630.* cuius memini *d. lib. 1. cap. 33. num. 156.*

12 Patrimonium pro ordinando clerico potest constitui super bonis emphyteuticis. *Sacra Congr. Conc. in Lucana 7. Septembris 1630.* apud Aldan. *d. tit. 10. num. 6.*

Patronatus, vide in verbo *Iuspatronatus collect. 441.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij in dotatione concurrentes an & quando fiant patroni?*

2 *Ordinarius si post Conc. admisit præsentatum à patrono adhibita causæ cognitione super iurepatronatus, talis patronus non potest repelli à sua quasipossessione præsentandi.*

3 *Concursus fieri debet inter plures præsentatos à patrono laico.*

4 *Concubinarios beneficiarios possunt patroni, & laici Parochiani accusare.*

5 *Parocho congruam sustentationem præstare compellendus est patronus.*

6 *Cognitio iurispatronatus spectat ad Episcopum.*

Patronus beneficij.

COLLECT. DLXV.

1 PAtroni beneficiorum efficiuntur omnes concurrentes in eorum dotatione, licet æqualiter non contribuant, etiamsi sufficienter ex se dotem singuli non conferant, dummodò Ecclesiæ habeat dotem competentem, quia ex quo ille, qui plus contulit, admittit alium secum, videtur ipsi communicare ius sibi competens in ipsu patronatu, *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garcia *de benefic. p. 5. c. 9. num. 54.*

2 Patronus non potest repelli à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super iurepatronatus post Concilium Ordinarius à patrono præsentatum admisisset, etiamsi post obitum eiusdem præsentati de validitate iurispatronatus item contigerit dubitari; secus autem si simpliciter patroni præsentatio absque causæ cognitione admissa fuisset, & tunc demum, debet intelligi adhibita causæ cognitio inprobando iurepatronat us, cum seruata fuerit formà Conciliotredita, *Sacra Congr. Conc.* referente Nicoleo Garcia *d p. 5. cap 5. nu. 38.*

3 Patronus laicus si plures clericos præsentauerit, concursus fieri debet inter ipsos præsentatos tantùm, & ex idoneis ab examinatoribus approbatis, idoneior ab Episcopo est eligendus. *Sacra Congr. Conc.* penes Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. num. 138.* Lezena *in sum. quæst. Regular. tom. 2. cap. 11. num 29.*

4 Patroni ad quos spectat præsentatio alicuius beneficij per concubinarium detenti, vel alij laici Parochiani pro suo interesse, quia ab iis percipiunt Sacramenta possunt tales concubinarios accusare, quinimò Ordinarius procedere contra ipsos valet prout de Iure, non spectata forma *Conc. sess. 25. cap. 14. de reformat. Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garcia *de beneficiis p. 11. cap. 10. num. 186.*

5 Patronus compelli potest ad præstandam congruam sustentationem Parocho, vel ad patiendum Ecclesiam alteri Ecclesiæ vniri. *Sacra Congr. Conc.* de qua meminerunt Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori eccles. part. 2. cap. 16. num. 18.* R. P. D. meus Alaxand. Spetell. *in decisionibus fori eccles. decis. 68. num. 12.*

6 Patronorum discrepatiu, iurispatronatus cognitio spectat ad Episcopum, quamuis institutio pertineat ad Capitulum. *Sacra Congr. Conc. in Lucen.* apud Steph. D'Aluin *de Episcop. Abbatum, & Abbatiss. potestate capite decimo tertio num. 8. in princ.*

Patronatum beneficium, vide in verbo *beneficium patronatum collect. 66.*

SVMMARIVM.

1 *Electio patroni sancti quomodo & quibus conditionibus facienda?*

2 *Festum Patroni principalis loci tenentur etiam Regulares cum Officio celebrare.*

3 *Festum Sancti Patroni si occurrat in certis Dominicis, Officium fieri debet de Dominica, nisi &c.*

Patroni Sancti.

COLLECT. DLXVI.

1 PAtronorum sanctorum in electione *Sac. Rit. Congr. sub die 23. Martij 1630.* annuente S.D.N. Vrbano VIII. mandauit, & decreuit infrà scripta inposterum seruari debere, declarans quod aliter facta electio nulla sit ipso iure. Primò quod eligi possint patroni ij solum, qui ab Ecclesia Vniuersali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificati duntaxat Secūdò φ de patrono ciuitatis electio fieri debeat per secreta suffragia à populo, mediante Concilio generali illius ciuitatis, vel loci, non autem ab Officialibus solum, & quod accedere debeat consensus Episcopi & cleri illius loci. Idemque seruari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia à populo singulorum ciuitatum prouinciæ, & quod repræsentantibus Regnum, & Prouinciam nulla competat facultas eligen di Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & vlterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum ciuitatum. Tertiò quod causæ electionis nouorum Prælatorum debeant in sacra Congr. approbari & confirmari. Referunt Laurent. de Peytinis *de priuileg. Regular tom. 1. in additam. cap. 11. pa. 514.* & Gauant. *in rub. Breuiarij sect. 4. cap. 12. de patrono loci.*

2 Patroni principalis loci festum tenentur omnes etiam Regulares cum officio de eodem celebrare, non autem octauam Regulares. *Sacra Cong. Rit. 27. Maij 1628.* de qua meminit Gauant. *in rub. Breuiarij sect. 1. c. 5. tit. 1. num. 9.*

3 Patroni sancti festum si occurat in Dominica secunda, tertia & quarta Aduentus, & secunda, tertia, quarta & quinta Quadragesimæ, Officium fieri debet de Dominica, nisi sit festum solemne Titularis illius Ecclesiæ. *Sacra Congr. Rit. in Vlixbonen. 1. Septembris 1612.* penes Sellium *in select. Canon. cap. 3. num. 77.*

SVMMARIVM.

1 *Mendicare prohibentur pauperes tempore quo diuina Officia celebrantur.*
2 *Regulares in Ecclesijs suis aliquem deputare debent qui pauperes tempore diuinorum mendicantes eijciant.*
3 *Cadauera pauperum gratis sepeliri debent.*

Pauper.

COLLECT. CLXVII.

1 PAuperes mendicantes tempore quo diuina officia celebrantur, mendicare prohibentur. *Pius V. Constit. 5. incip. Cum primum de anno 1566.*
2 vbi etiam præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ Religiosis siue claustralibus, siue Regularibus vt in Ecclesijs suis deputent aliquem, qui pauperes mendicantes, seu eleemosynas petentes per Ecclesias tempore Missarum, prædicationum, aliorumque diuinorum officiorum eijciant. Referunt Zerol. *in praxi Episcop. part. 2. verbo pauperes.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 1. cap. 10. nu. 6.* Laurent. de Peytinis *de priuileg. Regular. tom. 1. in constit. 4. Iulij 11. §. 1.*

3 Pauperum cadauera gratis sepeliri debent. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Cassan. 5. Maij 1617.* cuius meminere Ioann. Sanc. *in select. disp. 47. num. 18.* Ego ipse *de officio, & potest. Parochi cap. 26. num 83.*

SVMMARIVM.

1 *Pax est vinculum charitatis, & spiritualis virtus.*
2 *Iniuriam remittere intus sufficit pro foro Conscientiæ, & nemo cogitur pacem facere.*
3 *Osculum pacis Viris ecclesiasticis in choro sedentibus cum osculo oris dandum.*
4 *Osculum pacis ante Episcopum nulli etiam Præsidenti vel Regio Consiliario dandum.*
5 *Diacono, & Subdiacono quando Pacis osculum dandū sit, ostenditur.*
6 *Domino loci danda est pax & thus iuxta formam libri Cæremonialis.*
7 *Dominico loci quādo, & à quo dāda sit pax ostenditur.*
8 *Mulieribus non datur pax.*

Pax.

COLLECT. DLXVIII.

1 PAx est vinculum charitatis, & spiritualis virtus, qua saluámur, & in bono pacis consistit vniuersorum salua. *Leo X. constit. 20. incip. Pastor 14. Kalend. Ianuarij 1516.* apud Laert. Cherub. *in Bullario. tom. 1. pag. 459.* alias *pag. 424.* in nouiss. Impress.

2 Pacem cum alio facere nullus est compellendus, sufficit enim pro foro conscientiæ intus iniuriam remittere. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Caietana 5. Nouembris. 1588.* quam refert Sellius *in select. Canon. c. 17. num. 14.*

3 Pacis osculum viris Ecclesiasticis in choro sedentibus non cum instrumento, sed osculo oris dandum est, *Sacra Cong. Rit. in Messanen. 8 Iuly. 1620.* de qua Sellius *d. c. 17. num. 15.*

4 Pacis osculum nulli etiam Præsidenti, vel Regio Consiliario dandum est ante Episcopum. *Sacra Congr. Rit. in Granaten. 9. Maij 1606.* teste Sellio *d. c. 17. num. 26.*

5 Pacis osculum quando dandum sit Diacono Euangelij, & Subdiacono Epistolæ dubitari potest; in quo dubio sic resoluendum quod Diaconus, & Subdiaconus ministrantes Sanctissimam Communionem de manibus Episcopi celebrantis accipiant, & deinde osculum pacis, vt in libro Cæremonialis cauetur. Sed si fuerint Sacerdotes, & iam celebrauerint, tunc postquam Canonicus Presbyter assistens cum Pluuiali pacem Episcopo celebrante acceperit, vt illam per chorum distribuat, Diaconus qui cantauit Euangelium, debet pacem ab Episcopo accipere, & illam Subdiacono dare, Subdiaconus verò tunc illam duobus Diaconis assistentibus ministrare debet. Episcopo verò non celebrante, sed Missæ ab aliquo Canonico celebratæ assistente, debet Diaconus à Subdiacono pacem accipere, quando ministrata pace cæteris Canonicis in choro

choro existentibus reuertitur ad Altare. *Sacra Congreg. Rit. in Bracharen. 17. Iunij 1606* quam citat Sellius *dict. c. 17. num. 27.*

6 Pax & thus domino loci dandum est iuxta formam libri Cæremonialis. *Sacra Congr. Rit. in Strengolen. 4. Martij 1606.* cuius meminit Sellius *d. c. 17. num. 29.*

7 Pax non debet dari domino loci, & aliis laicis, nisi post datam pacem omnibus de choro, & tunc debetur non à beneficiato, sed ab aliquo ministro cotta induto, non cum osculo, sed cum instrumento. *S. Congr. Rit. in Calaguritana 5. Iulij 1614. & in Pacen 21. Martij 1609.* referente Sellio *d. c. 17. num. 30.*

8 Pax mulieribus non datur *Sacra Congreg. Rit. in Lucerina 3. Iunij 1617.* & aliquando an danda sit remittitur arbitrio Episcopi *eadem sacra Cong. in Pacen. 28. Ianuarij 1611.* apud Sellium *d. c. 17. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Monopolij pœnis sunt puniendi pecuniam ad se redigentes ad instar monopolij.*
2 *Captiuorum pro redemptione collecta eleemosynam certa prouincia non possunt applicari pro captiuis extra eas.*
3 *Mobilia acquisita causa celebrandarum Missarum statim deponenda sunt ad effectum inuestiendi.*
4 *Religiosus nullus possidere potest pecunias, & bona nomine custodiæ.*
5 *Montis pietatis de Vrbe pecunia sequestrari non possunt.*
6 *Frumenti dispositionem Montis Pietatis prohibere censetur constitutio Pauli V.*
7 *Vicario pro sua mercede, vel cameræ suæ Episcopali non potest Episcopus applicare pecunias ex mulctis exactas.*

Pecunia.

Collect. DLXIX.

1 Pecuniam vndique congestam ita ad se redigentes, vt quasi monopolium pecuniæ facere videantur, monopolij pœnis puniendi. *Pius V. constit. 118. incip. In eam 5. Kalend. Februarij 1571.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag. 317. aliàs pag. 246.*

2 Pecuniæ pro redemptione captiuorum certarum prouinciarum collectæ à Fratribus B. Mariæ de Merede redemptionis captiuorum, non possunt applicari pro captiuis extra eas. *Clemens VIII. constit. 30. incip. In qua, 8. Nouembris 1594.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 44. aliàs pag. 33.* in nouiss. impress.

3 Pecuniæ & mobilia acquisita causa celebrandarum Missarum, statim deponenda sunt ad effectum inuestiendi cum mentione dicti oneris. *Vrbanus VIII. constit. 43. §. 5. & 6. incip. Cùm sæpè, 21. Iunij 1641* apud Angelum Matiam Cherub. *to. 4. pag. 58. & 59.*

4 Pecuniæ & bona quouis modo habita etiam nomine custodiæ nullus Religiosus potest possidere etiam vti conuentus, sed Conuentui incorporari debent ad alimenta communia *Vrbanus VIII. constit. 19.* in qua inserta est alia *Clementis VIII. §. 3. & 4. edita 25. Iunij 1599.* in Bollario *tom. 4. pag. 41.*

5 Pecuniæ Montis Pietatis de Vrbe sequestrari non possunt *Clemens VIII. constit. 93. incip. Quæ ad pietatis 18. Iulij 1602.* apud Laert. Cherub. *in Bul. tom. 3. pag. 135.* aliàs *pag. 98.* in nouiss. impress. *Barbos. Apost. Decis. Sum.*

6 Pecuniæ Montium Pietatis dispositionem prohibens Constitutio sanctæ mem. Pauli V. in alios quam pauperum vsus in ipsorum Montium erectione præscriptos absque Sedis Apost. licentia, prohibere etiam censetur dispositionem frumenti *Sacra Congreg. Episcopor. & Regul. sub die 14. Februarij 1631.* cuius meminit *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 76. num. 64.*

7 Pecuniae mulctas eo ipso quòd exactæ fuerint, debet Episcopus piis locis assignare, ac proinde non potest portionem aliquam etiam in minima parte, Vicario pro sua mercede limitate, & minus Cameræ suæ Episcopali applicare, non obstante contraria consuetudine. *Sacra Cong. Conc.* testibus Quaranta *in sum. Bullary verbo pœna pecuniaria pag. mihi 395.* Sbrozz. *de officio Vicarij in addit. lib. 2. q. 14.* Piasec *in praxi Episcop. p. 2. c. 4. num. 97. in princ.* Galer. *in Margarita casuum consc. verb. pœna* 1. quos cum aliis refert *de officio & potest. Episcop. p. 3. alleg. 107. n. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Annatam non soluunt pensiones annuũ valorem ducatorum non excedentes.*
2 *Officium B. Mariæ recitare tenentur pensiones ex beneficiis ecclesiasticis percipientes.*
3 *Vestes talares sub pœna priuationis deferre tenentur habentes pensiones vltra valorem 60. ducatorum auri de Camera.*
4 *Fori priuilegio gaudet pensionem obtinens.*
5 *Filius legitimus potest obtinere pensionem super beneficio, quod pater obtinet de præsenti.*
6 *Pater potest pensionem sibi reseruatam transferre in Clericum eius filium illegitimum.*
7 *Milites Lauretani possunt retinere pensionem ecclesiasticam vsque ad summam 100. ducatorum auri de Camera non obstante matrimonio contrahendo, & bigamia.*
8 *Milites SS. Mauritij & Lazari etiamsi contrahant matrimonium cum vnica & virgine sunt capaces retinendi pensiones vsque ad summam ducatorum 400. auri de Camera.*
9 *Milites S. Stephani retinent pensiones vsque ad summam 400. ducat. auri de Cameræ non obstante matrimonio, & bigamia.*
10 *Milites etiam bigami Militia Christiana possunt recipere pensiones vsque ad summam scutorum 300.*
11 *Indultum transferendi annuas quascunque pensiones annullatur pro summa, quæ medietatem veri annui valoris excedat.*
12 *Reseruationes pensionum perpetuarum effectum non sortita reuocata.*
13 *Declaratio facultatum transferendi & reseruandi per S. R. E. Cardinales obtentarum.*
14 *Consensus debet interuenire illius, qui soluere tenetur pensionem, in translatione eiusdem quacumque auctoritate facta.*

Pensio.

Collect. DLXX.

1 Pensiones annuum valorem ducatorum 24. non excedentes annatam non soluunt. *Clemens*

VII. constit. 33. incip. *Cum sicut* 30. *Ianuarij* 1532. apud Laert. Cherub *in Bullario tom. 1. pag.* 501. in nouiss. impress.

2 Pensiones, aut fructus ex beneficiis ecclesiasticis percipientes ad recitationem Officij parui B. Mariæ tenentur *Pius V. constit.* 135. incip. *Ex primo* 12. *Kalend. Octobris* 1571. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 147. aliàs *pag.* 160.

3 Pensiones habentes vltra valorem 60. ducatorum auri de Camera vestes talares sub pœna priuationis deferre tenentur. *Sixtus V. constit.* 92. incip. *Cum sacrosanctum* 5. *Id. Ianuarij* 1589. apud Laert. Cherub. *tom* 2 *pag.* 653. alias *pag.* 495.

4 Pensionem obtinens habetur pro clerico beneficiato ad effectum priuilegij & fori exemptionis. *Sacra Congr. Conc. sub die* 18. *Decembris* 1595. quam citat Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib* 3. *tit.* 5. *num.* 14. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 19. *de foro comp. num.* 3 *&* 7. *Eadem Sacra Congr. Conc in Portugalen.* 10. *Aprilis* 1621. quam refero *de officio & potest. Episcopi p.* 3 *alleg.* 57. *nu.* 15.

5 Pensionem super beneficio, quod pater obtinet de præsenti, potest filius legitimus obtinere, non obstante *Conc. Trid sess* 25. *cap.* 15 *de reform. Sacra Congr. Conc. die* 11. *Ianuarij* 1601. teste Aldano *d. tit.* 5. *num.* 16.

6 Pensionem sibi reseruatam auctoritate Apost. super fructibus Parochialis Ecclesiæ ad quam præsentatus fuerat absque vlla institutione potest Sacerdos transferre in Clericum eius filium illegitimum, non obstante dispositione *Conc sess* 25. *c.* 15. *de reform Sacra Congr. Conc. in Zamoren.* 9. *Nouembris* 1619. referente Aldano *d. tit.* 5. *nume.* 17. Et reseruatarius pensionis super Archypresbyteratu habente curam animarum, quem tamen ipse nunquam obtinuit, potest transferre medietatem ad fauorem sui filij illegitimi. *Sacra Congr. Conc. die* 15. *Septembris* 1629. de qua Aldan. *d. tit.* 5. *num.* 28.

7 Pensionem ecclesiasticam vsque ad summam ducentorum ducatorum auri de Camera possunt retinere Milites Lauretani, non obstante matrimonio contrahendo, & bigamia. *Sixtus V. constit.* 15. incip. cuius meminere Flamin Parif. *de resignat benef. lib* 6. *qu.* 4. *num.* 51. Gregor. XV. *decis.* 18. *nu.* 9. illius dispositio vendicat sibi locum non solum super beneficiis liberæ collationis, sed etiam iurispatronatus etiam Principum & Regum. *Rot. in Tertulen. pensionis* 15. *Septembris* 1600. *coram bonæ mem. Card. Sacrato.*

8 Pensiones vsque ad summam ducatorum 400. auri de Camera retinere possunt Milites SS. Mauritij & Lazari, etiamsi contrahant Matrimonium cum vnica tamen, & virgine. *Clemens VIII. constit.* 103. §. 13. incip. *Decet* 9. *Septembris* 1603. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 109. in nouiss. impress. & illius meminit *Rota in Romana pecuniaria* 26. *May* 1627. *coram bonæ mem. Cardinale Vrsili.*

9 Pensiones vsque ad summam 400. ducatorum de Camera retinent hodie Milites sancti Stephani, licet olim summam ducentorum ducatorum tantùm retinuerint, non obstante matrimonio contracto, & bigamia. *Paulus V. constit.* 46. incip. *Dum generosa* 14. *Kalend. Iulij* 1608. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *pag.* 174. in nouiss. impress.

10 Pensiones vsque ad summam scutorum 300. possunt recipere Milites etiam bigami Militiæ Christianæ. *Vrbanus VIII. constit.* 11. §. 13. incip. *Inscrutabilis* 11. *Kalend. Februarij* 1623. apud Angel. Mariam. Cherub. *tom.* 4. *pag.* 25.

11 Pensiones quascunque annuas transferendi Indultum quibusuis personis etiam Cardinalatus honore fulgentibus concessum cassantur, & annulantur pro summa, quæ medietatem veri annui valoris fructuum, super quibus pensio transferenda reseruata reperitur, excedat, pro alia verò parte firmum, & illæsum remaneat. *Vrbanus VIII. constit.* 20. incipient. *Sanctissimus* 24 *Ianuarij* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag* 36.

12 Pensionum omnium perpetuarum effectum non sortitarum reseruationes reuocantur, exceptis super iurepatronatus laicorum, & locis piis ad propagationem Fidei, & facultates eas transferendi vltra medietatem fructuum beneficiorum etiam reuocantur. *Vrbanus VIII. constit.* 69. incip. *Sanctissimus* 20. *Iulij* 1627. apud Angel. Mariam
13 Cherub. *tom.* 4. *pag.* 86. Et declaratio facultatum reseruandi & transferendi pensiones per S. R. E. Card. obtentarum. Idem *Vrbanus VIII. constit.* 112. Incip. *Cum S R E. Cardinales, Kalend. Aprilis* 1631. a-
14 pud Angel. Mariam Cherub. *d. tom.* 4. *pag.* 117. Et nouissimè *constit.* 34. *alias* 144. incip. *Inter grauissimas* 8. *Martij* 1636. declarat omnes & quascunque facultates concessas, & concedendas transferendi pensiones seu fructus ecclesiasticos earum loco pro tempore reseruatas & reseruatos, necnon pensionum, & fructuum huiusmodi trāslationes, seu nouas reseruationes super quibuscunque Ecclesiis etiam Cathedralibus, & maioribus, ac monasteriis etiam consistorialibus cæterisque beneficiis tam secularibus, quam quorumuis Ordinum Regularibus, etiam cuiuscunque iurispatronatus etiam laicorum, etiam quorumcunque Regum, & Principum per Romanos Pontifices prædecessores, & successores, ac etiam per ipsummet Vrbanum ex quacunque causa etiam onerosa etiam ratione quorumcunque Officiorum etiam Motu proprio, &c. ad fauorem quarumcunque personarum cuiuscunque gradus, dignitatis & conditionis fuerint etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, non posse cuiquam suffragari quoad pensiones, seu fructus, aliàs translatos, nisi in eis consensus pensiones, aut fructus huiusmodi soluere debentium accesserit, aut quod aliàs pensiones, seu fructus huiusmodi translati, seu de nouo reseruati fuerint, expressum sit, seu exprimatur, vel claus. *etiamsi pensiones seu fructus huiusmodi forsan aliàs translata, seu translati, vel de nouo reseruata vel reseruati fuerint*, apposita sit vel apponatur: deinde declarat non intendere præsenti Constitutione comprehendere facultates, translationes, & nouas reseruationes huiusmodi pro quarum validitate hactenus lata esset sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, vel pro quarum executione mandatum relaxatum, & executioni demandatum fuerit.

Permutans. Permutatio.

Collect. DLXXI.

1 PErmutans beneficium ad cuius titulum fuit ordinatus, inualidè agit, nisi facta mentione quo ad illius titulum fuerat promotus. *Sacra Congreg Conc. die* 18. *Iuly* 1602. cuius meminit Stephan. Gratian. *discept. forens. capite* 159. *numer. tertio*

quem

quem refero *de officio, & potest. Episco. p. 2. all. 19. n. 43.*

2 Permutatio Parochialis cum beneficio simplici, si coram Ordinario Iure fieri potest, requirit nouum examen quoad Parochialem, sed absque concursu. *Sacra Congr. Rit.* teste Nicol. Garcia *de benefi. p. 9. c. 2 num 165.*

3 Permutationes beneficiorum quales, & quando ab Ordinario admittendæ, *Pius V. const* 58. incip. *Quanta Ecclesia Kalend. Aprilis* 1568. quam referunt Quaranta *in summ. Bullarij verbo beneficiorum resignationes,* Flamin. *de resignat. benef. S. lib. q. 6. nu. 2.* Ego *de officio, & potest. Episcop p. 3. alleg. 69. num. 28.*

Peregrinus si mortuus, dum est in via, sepelitur in Cathed. vide in verbo *Sepultura coll. 671. n. 13.*

Personæ, in quibus cadit vsurpationis præsumptio, vide in verbo *Vsurpatio collect.* 471.

SVMMARIVM.

1 *Parochi tempore pestis tenentur residere in suis Ecclesiis.*

2 *Parochi per alium idoneum possunt Sacramenta Baptismi Pœnitentiæ ministrare Parochianis suis peste infectis.*

3 *Distributiones quotidianæ non debentur absentibus causa pestis, nisi consuetudo legitima probetur quod dari consueuerunt absentibus ex legitima causa.*

4 *Canonicus absens occasione pestis distributiones non lucratur, nisi pestis grassetur, & probetur legitima consuetudo quod distributiones dari consueuerunt absenti ex iusta causa.*

5 *Pestis quando grassetur vt sit iusta causa absentiæ relinquendum est arbitrio Episcopi.*

Pestis.

Collect. DLXXII.

1 PEstis tempore tenentur Parochi omnino residere in suis Parochialibus, possunt tamen per alium idoneum ministrare Parochianis suis peste

2 infectis Sacramenta Baptismi & Pœnitentiæ, & si non resederint contra eos procedendum est seruata forma *cap. 1. in fine sess. 23. de reform. Sacra Congr. Conc. instante S. Carolo Borromeo in vna Mediolanen. 10. Decembris* 1576. cuius memini *in collect. ad Trid. sess. de reform. cap 1 num. 60.*

3 Pestis causa qui abfuerunt, quotidianæ distributiones illis non debentur, nisi probetur legitima consuetudo quod distributiones huiusmodi darentur absentibus ex iusta causa *Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 2. num. 361.*

4 Pestis occasione Canonicus absens non lucratur distributiones quotidianas, nisi pestis grassetur, & probetur legitima cõsuetudo q; distributiones huiusmodi dari consueuerunt absentibus ex

5 iusta causa: quando autem dicatur pestis grassari vt sit iusta causa absentiæ, relinquendum est arbitrio Episcopi. *Sacra Congreg. Conc. in Mediolanen. 9. Nouembris* 1630. penes Cialim. *controuers. forens. c. 26. num. 22.* Aldan. *in compendio Canon. resol libr. 1. tit. 8. num. 11.* quem refero *in collect ad Trid. sess. 24 de reform. cap. 12. nu 97.*

S. Petri Chrysologi Lectiones pro Clero Imolen. approbatæ, sup. collect. 444 *n. 25.*

S Petri Episcopi Anagnini canonizatio, supra *collect. 117 num. 37.*

S. Petri Mart. canonizatio, supra *coll. 117. num. 38.*

B. Petri de Pisis eremitæ, vide in verbo *Eremita collect.* 331.

B. *Petri Gonzaluez* Ordinis Prædicatorum Officium pro Eccles. Palentina, supra *collect.* 534. *num. 61.*

B. Petri de Alcantara beatificatio, festique & officij concessio, sup. *collect 58. num 11.*

B. *Philippi Benitij* Officium, sup. *collect.* 534. *num. 62. Beatificatio collect. 58. nu. 3.*

S. Philippi Nerij Officium, sup. *collect. 534. n. 63.*

S. Placidi, Eutichij, Victorini, & Flauiæ mart. Officium sup. *collect. 534. n. 65.*

Pictura.

Collect. DLXXIII.

1 PIctura virorum non Sanctorum, vel Beatorum cum radiis ac fulgoribus prohibetur. *Sacra Congr. Rit. die 28. Augusti* 1615. cuius meminit Aldan *in compendio Canon. resolut. lib. 1 tit 18. de Sanctis num. 2.*

Pileolus.

Collect. DLXXIV.

1 PIleoli vsus in Missa etiam extra Canonem concedi non potest ab Episcopo, sed solum à Papa. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. 2. Ianuarij* 1590. *& die 17. Iunij* 1595 vbi quod nullus etiam Episcopus eo vti potest sine Sedis Apost. licentia, *Sacra Congr. Rit. 31. Ianuarij, & 24. Aprilis* 1626. quarum meminit Gauant. *in Rubricas Missalis p. 2. tit. 2. sub num. 2.* Ego ipse *de officio, & potest. Parochi cap. 11. num. 16.*

Vide supra in verbo *Birretum collect.* 70.

Planeta.

Collect. DLXXV.

1 PLanetis plicatis in Missa vti valent Regulares in Ecclesiis propriis insignioribus. *Sacra Congr Rit.* testibus Gauant. *in manuali Episcop. verbo Missa Conuentualis num.* 15. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo Planeta.* De planetis plicatis Gauant. *in rubricas Missalis part. 1. tit. 19 sub numer. 6. lit. F.*

Plebanus.

Collect. DLXXVI.

1 PLebanus Ecclesiæ, in qua Episcopus cum Capitulo residet ob intemperiem aëris ciuitatis, in qua Cathedralis sita est, debet sedere immediatè post Canonicos supra Portionarios. *Sacra Congreg. Rit. in Concordien 16. Maij* 1601. quam refert Sellius *in selectis Canon. capite 29. num. 30.*

Pluuiale.

Collect. DLXXVII.

1 PLuuialia non debent omnes Canonici deferre quando parati esse debent, sed tantum

Mm 2

dignitates, alij verò Canonici Presbyteri Planetis, Diaconi Dalmaticis, Subdiaconi Tunicellis vti debent. *Sacra Congr. Rit. in Neapolitana 23. Martij* 1602. quam refert Sellius *in ſelectis Canon. cap.* 7. *num.* 10. Aldan. *in Compendio Canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 16. *num.* 5.

2 Pluuialibus indui qui poſſunt in proceſſionibus, ſi non adſint dignitates, debent ſupplere antiquiores & digniores Canonici loco dignitatum, & ſi non adeſſint Canonici, qui poſſint deferre Pluuialia, debent pro eis ſupplere non dignitates, ſed antiquiores, & digniores Portionarij, quia digniores pro inferioribus ſupplere non tenentur, ſed inferiores pro dignitatibus. *Sacra Congreg. Rit. in Malacitana* 3. *Iunij* 1617. penes Sellium *d. c.* 7. *num.* 12.

De Pluuiali Durand. *in rationali diuinorum offic.*
3 *lib.* 2. *cap.* 1. Gauant. *in rubricas Miſſalis part.* 1. *tit.* 19 *ſub. num.* 3. *lit. D.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna dantis aliquid, vel promittentis, aut recipientis pro gratia vel iuſtitia obtinenda apud Sedem Apoſt. quæ?*

2 *Clauſuram violantium pœna contra mulieres ingredientes monaſteria Monialium quæ?*

3 *Miſſam celebrantium, vel audientium Confeſſiones abſque Presbyteratu pœna quæ?*

4 *Sacerdotium non percipientes Rectores intra annum quando pœnam euitent præſcriptam contra tales.*

5 *Epiſcopus ante ſententiam poteſt pœnã contra non reſidentes minuere, aut augere.*

6 *Priuationis à beneficio pœna poſita Clerico concubinario non tranſit ad ſucceſſorem.*

7 *Iuriſpatronatus priuatio præſcripta à Concil. ſeſſ. 25. de reform cap. 9. non habet locum quando patroni ſe ingerunt in perceptione fructuum.*

8 *Officium non approbatum in choro recitans quam pœnam incurrat ſuperior Religioſus.*

9 *Suſpenſionis à Miſſa pœna mulctatur Sacerdos, qui ex quodam accidenti pronuntiare non poteſt Euangelium ſancti Ioannis in fine Miſſæ.*

Pœna.

COLLECT. DLXXVIII.

1 POenam dantis aliquid, vel promittentis aut recipientis pro gratia, vel iuſtitia obtinenda apud Sedem Apoſt. expreſſit. *Bonifacius VIII. conſtit.* 1. incip. *Excommunicamus de anno* 1295. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1 *pag.* 139. *Gregorius XIII. conſtit.* 24. incip. *Ab ipſo, Nono Nouembris* 1574. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 391. *Clemens VIII. conſtit.* 10. incip. *Pro commiſſa* 18. *Kalend. Septembris* 1592. apud Laert. Cherub. *tom* 3 *pag* 8. De quarum materia Scortia in *ſelectas ſummorum Pontificum Conſtitutiones epit.* 125. Ioan. Anton. Nouar. *in ſumma Bullarij tit. de dato & promiſſo pro iuſtitia vel gratia obtinenda a Sede Apoſt.* Antonin. Diana *moralium reſolut part.* 6 *tract.* 7. *miſcel. reſol.* 14.

2 Pœna violantium clauſuram contra mulieres ingredientes monaſteria Monialium etiam cum licentia, niſi interuenerit earum conſenſus capitulariter, & per ſecreta ſuffragia. *Vrbanus VIII. conſtit.* 29. §. 3. incip. *Sacroſanctum* 17. *Octobris* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag.* 49.

3 Pœna celebrantium Miſſam, vel audientium Confeſſiones abſque Presbyteratu vt traditur Curiæ ſeculari quamuis minores ſint. 25. annis, dummodo maiores viginti. *Vrbanus VIII. conſtit.* 79. incipien. *Apoſtolatus* 23. *Martij* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *tom.* 4. *pag.* 92. Supra verbo *Miſſa collect.* 474. *num.* 7.

4 Pœna à Iure præſcripto his, qui vltra annum Sacerdotium non perceperunt, non habet locum in Rectore, qui intra annum à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ, vel intra tempus legitimè ei prorogatum comparuit, & ſe promoueri petiit, offerens quantum in ſe erat ſe paratum ſuſcipere Sacerdotium, & Ordines, & noluit eum Ordinarius propter Illiteraturam, vel aliam cauſam promouere *Sacra Congr. Conc.* teſte Nicol Garcia *de benef. p.* 3. *c.* 4 *num.* 7.

5 Pœnam contra non reſidẽtes poteſt Epiſcopus ante ſententiam minuere, vel augere, ſed non in totum tollere. *Sacra Congreg. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23. *de reſidentia tit. an Canonicus* n. 111. quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 53. *nu.* 151.

6 Pœna priuationis à beneficio poſita clerico concubinario à Concil. ſeſſ. 25. cap. 14 de reform. non tranſit ad ſucceſſorem beneficij ſi priuatus reſignet. *Sacra Cong. Conc.* quam citant. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 304. *in fine*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib* 4. *tit* 5. *de ſtupro leg. vnica. num.* 15.

7 Pœna cenſurarum, & priuationis iuriſpatronatus inflictæ per Conc. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. contra vendentes, aut aliàs illicitè transferentes iuſpatronatus, locum habent etiam in antecedenti caſu quando patroni ſe ingerunt in perceptione fructuum. *Sacra Congreg. Concil. in Burgen.* 16. *Auguſti* 1628. quam refert Sellius *in ſelectis Canon. c.* 30. *nu.* 6.

8 Pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ ad tempus punitur Prior, qui recitauit in choro Officium non approbatum *Sacra Congr Rit. in Mediolanen.* 25. *Nouembris* 1602. & ei remittitur quia bona fide putauit id ſibi licere. eadem *Sacra Cong. in dicta cauſa* 12. *Aprilis* 1603. apud Sellium *dicto cap.* 30 *num.* 7.

9 Pœna ſuſpenſionis à Miſſa mulctatur Presbyter, qui ex quodam accidenti pronuntiare non poteſt Euangelium ſancti Ioannis in fine Miſſæ, ſed loco illius aliud ad ſui arbitrium legebat. Ita Eminentiſſimo Card. Sabellio Archiepiſcopo Salernitano reſcripſit ſacra Congr. Rit. die 14. 1631. Il caſo eſpoſto nel memoriale dato in queſta ſacra Congregatione de Riti per parte di Claudio de Orio coadiutore della Parochiale di ſan Cypriano dieceſi di Salerno di non potere proferire l'Euangelio di ſan Giouanne in fine della Meſſa per paura ſopragiunta come s'aſſeriſce in occaſione della viſita fatta dal quondã Cardinale ſan Seuerino nel punto che detto Claudio cominciaua a pronunciare detto Euangelio; è parto eſtragno a queſti Eminentiſſimi Signori di ſacri Riti, & degno di grandiſſima conſideratione, come anco di giaotemerità l'auerſe preſa da ſe licenza di continuar a celebrar, & in vice di detto Euangelio di ſan Giouanne, dirne vn altro à ſuo capricio, eſſendo ciò eſpreſſamente contro le rubriche, che non ſi poſ-

si possa innouare, ni mutare il modo prescrito en elle, & nel Messale, che però i medemi Eminentissimi Signori hanno risoluto d'incarricare à V. Eminenza resti seruita sospendere detto Claudio da celebrare Messa in auenire fin tanto chianeia empatato, & potra liberamente pronunciare detto Euangelio di san Giouanne &c. *à di 5. di Luglio 1631.* Refert Sellius *d. c. 30. num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quando possit pœnas pecuniarias sibi sumere si ipse egeat.*

2 *Fabrica, vel Sacristie Ecclesia non sunt applicanda pœna pecuniaria.*

3 *Fabrica Ecclesia Cathedralis, vel reparationi domus Episcopalis applicanda non sunt pœna pecuniaria, quando redditus Ecclesia sunt pingues.*

4 *Pauperibus loci vbi habitat clericus condemnatus in pari necessitate melius est subuenire ex pœnis pecuniariis*

5 *Episcopus piis locis debet assignare pœnas pecuniarias eo ipso quod exacta fuerint.*

6 *Vicario, aut Camera Episcopali non potest Episcopus portionem aliquam pœnarum applicare, contraria non obstante consuetudine.*

7 *Notary & ministrorum pro salario pœnas pecuniarias applicare non potest Episcopus.*

8 *Birruarij Curia Episcopalis non possunt per applicationem Episcopi participare de pœnis pecuniariis.*

9 *Carcerum Episcopalium pro restauratione, & pro supplemento salary medicorum Ecclesie Cathedralis inseruientium, non potest Episcopus applicare pœnas pecuniarias.*

Pœna criminalis pecuniaria.

COLLECT. DLXXIX.

1 POEnæ pecuniariæ quæ arbitrariæ fuerint, locis piis sunt ab Episcopo omninò applicandæ, reliquas autem, quæ non fuerint arbitrariæ, potest Episcopus ita demum sibi sumere si ipse egeat, dummodò non sint mulctæ pecuniariæ, vel pœnæ non residentium, aut concubinariorum, quas omnes Concilium mandat locis piis applicari. *Sacra Congreg. Conc.* quam refert Aldan. *in compendio Canonicar. resolut. lib. 5. tit. 1. num.* 12.

2 Pœnæ omnes, & mulctæ siue ex Constitutionibus Synodalibus, siue ex præceptis, siue decretis Archiepiscopi, vel Vicarij prouenian, sunt piis locis, non autem fabricæ, vel sacristiæ Ecclesiæ applicandæ. *Sacr. Congr. Conc. in Messanen.* cuius memini *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 107. *numer.* 19.

3 Pœnæ pecuniariæ criminales, vbi redditus Ecclesiæ sunt pingues, non possunt erogari pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis, vel reparatione domus Episcopalis, sed aliis locis, & vsibus piis ad formam Concilij Trid. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Auersana 22. Ianuarij* 1591. testibus Pialec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 4. n. 97. in princ.* Galet. *in margarita casuum Conscientia verbo pœna* 1.

4 Pœnæ & mulctæ distribuendæ sunt locis piis ad arbitrium Episcopi, & in pari necessitate melius erit subuenire pauperibus loci, in quo habitat clericus condemnatus. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Venosina 21. Nouembris* 1600. quam citaui *d. p. 3. alleg.* 107 *num.* 19.

5 Pœnas eo ipso quod exactæ fuerint, debet Episcopus piis locis assignare; ac proinde non potest portionem aliquam etiam in minima parte Vicario pro sua mercede limitare, & minus Cameræ suæ Episcopali applicare, non obstante contraria consuetudine. *S. Cong. Conc.* referentibus Quarant. *in sum. Bullarij verbo pœna pecuniaria pag.* 395. Sbroz *de officio Vicarij in addit. lib. 2 qu.* 143. Piasec. *in praxi Episcop. p. 2 cap. 4. num. 97. in princ.* Galet. *d. verbo pœna* 1. met ipso *d. p. 3. alleg.* 107. *n.* 19.

6 Pœnas pecuniarias pro Vicario Curiæ Episcopalis, aut salario Notarij, & ministrorum applicare non potest Episcopus. *Sacra Congreg. Conc. in*
7 *Albanen. 5. Februarij* 1618. apud me *d. p. 3 alleg.* 107. *nu.* 19. *in fine.*

8 Pœnas ac mulctas pro birruariis Curiæ Episcopalis assignare non potest Episcopus. *Sacra Congr. Conc. in Ianuen. 5 Iunij* 1632. penes Bonfadio *in thesauro eccles. decis. resol.* 11. *num.* 16.

9 Pœnarum nulla portio potest assignari depositario earundem pœnarum, nec in restaurationem carcerum Episcopalium, nec pro vestiendis apostolis, quibus lauantur pedes in die cœnæ Domini, nec pro supplemento salarij medicorum Ecclesiæ Cathedrali inseruientium *Sacra Congr. Conc. in Firmana 16 Aprilis* 1633. quam refert Bonfadin. *d. resol.* 11. *n.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Officium Pœnitentiarij maioris Sede Apost. vacante conquiescit, nisi circa ea, quæ forum Conscientia respiciunt.*

2 *Absolutiones, vel mandata absoluendi ab homicidiis, & aliis grauibus delictis non concedit Pœnitentiarius maior.*

3 *Matrimoniales dispensationes non concedit Pœnitentiarius maior, nec apostatis licentias dat obtinendi beneficia ecclesiastica, & in illis deseruiendi.*

4 *Pœnitentiarius maior Presbyter esse debet, ac Magister in Theologia, & absens Propœnitentiarium subrogare debet.*

Pœnitentiarius maior.

COLLECT. DLXXX.

1 POEnitentiarij Maioris Officium Sede Apostol. vacante conquiescit, & tunc solum ea expedire potest, quæ Conscientiæ forum respiciunt: à commutatione vel derogatione vltimarum voluntatum, & ab vnionibus, suppressionibus, & translationibus beneficiorum ecclesiasticorum, & ab absolutionibus simoniacorum se abstinere debet: non concedit

2 absolutiones, vel mandata absoluendi ab homicidiis, & aliis grauibus delictis, nec commissiones alienationis bonorum ecclesiasticorum in forma *si incuidentem*, nec homicidæ voluntario etiam Canonicè absoluto Altaris ministerium, aut ascensum ad superiores Ordines, & restitutionē, aut retentionem beneficiorum, quibus priuatus fuit; nec dispensationes matrimoniales, nec
3 concedit apostatis licentias obtinendi beneficia ecclesiastica, ac in illis deseruiendi. *Pius IV. constit.* 53. incip. *In sublimi 4. Non. Maij* 1562. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 71.* aliàs *pag. 53.* in nouiss. impress.

4 Pœnitentiarius Maior debet esse Presbyter, Magister in Theologia, siue Decretorum Doctor, & absens Propœnitentiarium subrogare tenetur. *Pius V. constit.* 83. incip. *In omnibus 15. Kalend. Iunij* 1569. apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag. 113.* in nouiss. impress.

De Pœnitentiario Maiori Chasā. *in catalogo gloria mundi p. 4. consid. 17.* Lanor. *var. lucub. tom. 1. lib. 1. tit. 3. c. 3. num. 39. &* 4. Ego *de Iure eccles. vniuerso lib. 1. cap. 4. num. 97. &* 98. Machado *en su perfetto Confessor tom. 2. lib. 4 p. 7. tract. 3. docum. 3. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Collatio Præbendæ vniendæ Officio Pœnitentiarij, ab illis fieri debet ad quos antea spectabat.*
2 *Electio Pœnitentiarij facienda est ab Episcopo solo absque Capituli consensu.*
3 *Præsentatio Pœnitentiarij ad quem spectet?*
4 *Episcopus absens poterit extra diœcesim eligere Pœnitentiarium.*
5 *Sede Episcopali vacante electio & collatio Pœnitentiarij pertinet ad Papam.*
6 *Institutio Pœnitentiarij in Cathedralibus, & non in Collegiatis requiritur.*
7 *Pœnitentiarius electus & deputatus cū vnione Præbēda proximè vacatura tenetur inseruire Pœnitentiariæ.*
8 *Præbenda prima debet prius per Episcopum assignari pro Theologo quàm pro Pœnitentiario.*
8 *Pœnitentiarij prouisio in Regnis Castellæ & Legionis quomodo facienda?*
10 *Residentiam maiorem facere non tenetur Pœnitentiarius quam alij Canonici, dummodò non absit tempore, quo frequentiùs pœnitentes accedunt.*
11 *Præsens in choro censetur Pœnitentiarius, & processionibus, ac exequiis defunctorum pro eo tempore, quo ipse realiter Confessiones audit.*
12 *Processionibus, & orationibus censetur præsens Pœnitentiarius dum Confessiones audit in Ecclesia.*
13 *Præsens in choro censetur Pœnitentiarius dum audit Confessiones in Ecclesia siue in Confessionario, siue extra, non autem pro tempore, quo residet in Confessionario, sed non audit Confessiones.*
14 *Præsens in choro censetur Pœnitentiarius etiam dum Missam celebrat, seu priuatim Officium dicit, vt opportuniùs auditui Confessionum incumbat.*
15 *Optare aliam Præbendam non potest Pœnitentiarius, nec sua præbenda potest ab aliis optari.*
16 *Dalmatica vti amplius non debet, sed Planeta Pœnitentiarius, cuius Præbenda effecta est Presbyteralis.*
17 *Locum in Capitulo, & in choro non habet Pœnitentiarius antequam Præbenda, quæ suo officio fuit vnita, vacet, nec distributiones lucratur.*
18 *Confessiones integras audire tenetur Pœnitentiarius, non autem solos casus reseruatos.*
19 *Peccata confiteri volentibus debet Pœnitentiarius horis opportunis sui copiam facere.*
20 *Confessiones Parochianorum ciuitatis audire nullo modo recusare potest Pœnitentiarius.*
21 *Confessiones audire si renuerit Pœnitentiarius poterit ab Episcopo puniri.*
22 *Iudex delegatus appellationum, vel Ordinarius non potest esse Pœnitentiarius in tota Prouincia Tolet.*
23 *Resignare poterit Pœnitentiarius etiam ad fauorem illius, qui non est Doctor, nec Licentiatus.*
24 *Pœnitentiarius non potest absoluere quemquam à casibus, quos Episcopus sibi reseruauit expressè, nisi Episcopus hanc facultatem specialiter dederit.*

Pœnitentiarius Canonicus.

COLLECT. DLXXXI.

1 POenitentiarij Officij institutio, necnon electio quandocunque facienda ad solum Episcopum absque consensu Capituli pertinet, collatio verò Præbendæ vniendæ ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat, vnde si contingat in mense Apostolico Officij Pœnitentiarij, & vnitæ Præbendæ vacatio, vel aliàs Præbenda esset reseruata, vel affecta, electio personæ huiusmodi Pœnitentiarij pertinet ad Papam. *Sacra Congreg. Conc.* teste Nicol. Garcia *de benef. p. 5. c. 4. num. 144.*

2 Pœnitentiarij electio facienda ab Episcopo solo absque consensu Capituli, & licet vacaret Sedes Episcopalis, Capitolum nihil potest post eam quod eo tempore Pœnitentiarius morietur. *Sacra Congreg. Conci.* referente Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 4 num. 145.*

3 Pœnitentiarij electio facienda est ab Episcopo, collatio verò Præbendæ ad eos pertinet, ad quos antea spectabat: idem in præsentatione dicendum est quod in collatione, dummodo præsentatio fiat de electo ab Episcopo. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garciā *in addit. ad d. p. 5. capite 4. numer.* 141.

4 Pœnitentiarij electio pertinet ad solum Episcopum, vel eo absente ad Vicarium suum, cui Episcopus in specie delegauerit hanc facultatem, expensis tamen ipsius Episcopi: sed & ipse Episcopus absens poterit vbi est eligere Pœnitentiarium, non enim ad id est necessaria præsentia, seu existentia in diœcesi: nam etiam extra diœcesim potest expediri cum non sit contentiosæ, sed voluntariæ iurisdictionis. *Sacra Congreg. Concil.* penes Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 5. c. 4. num. 143.*

5 Pœnitentiarij electio, & collatio Sede Episcopali vacante neque ad Capitulum, neque ad futurum Episcopum, sed ad Sedem Apostolicam pertinet. *Sacra Congr. Conc.* attestante Nicol. Garcia *in addit. d. p. 5. ca. 4. nu. 150.* quem refero *de Canon. & Dignitat. c. 26. num. 5.*

6 Pœnitentiarij institutio in Cathedralibus tantum necessariò requiritur decreto *Concilij Trid. sess. 24. de reform. cap. 8.* non autem in Collegiatis *Sacra Congr. Conc.* quam adducit Nicol. Garcia *d. p. 5. cap. 4. num. 113.*

7 Pœnitentiarius ab Episcopo ad præscriptum Concilij institutus, & deputatus cum vnione Præbendæ proximæ vacaturæ, tenetur Officium exercere, & inseruire Pœnitentiariæ, ac Parochialem, quam obtinet, dimittere etiam ante vaca-

vscationem Præbendæ. *Sacra Congr. Conc. in Colimbrien. 11. Martij* 1602. penes Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 5. c. 4. n. 111.* & metipsum *de Canonic. & Dignit. cap. 26. n. 2.*

8 Pœnitentiarium prouidere de prima Præbenda non est in optione Episcopi, licet ratione curæ animarum videatur magis necessarium, sed potius Theologum propter verba *Concilij sess. 5. cap. 1. de reform.* Verum si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, vt prius de Pœnitentiario prouideatur, habenda est confirmatio à Sede Apost. ad omnem difficultatem tollendam. *Sacra Congr. Conc. in ciuitatis Castellana 17. Nouembris* 1629. quam refert Sellius *in selectis canon. cap. 26. num. 40.*

9 Pœnitentiarij Canonicatus & præbendæ prouisio in regnis Castellæ, & Legionis qualiter facienda, edixit *Gregorius XV. constit. sua* incip. *Suprema dispositionis. Nonis Nouembris* 1622. cuius summam refero *de Canon. & Dignitatib. c. 26. n. 24.*

10 Pœnitentiarius non potest cogi ad maiorem residentiam quàm alij Canonici qui per tres menses abesse possunt, dum tamen non absit tempore, quo frequentius pœnitentes accedunt, & diebus festis solemnibus, veluti tempore ieiuniorũ, Quadragesimæ, Aduentus, Quatuor temporum, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. Mariæ, Natiuitatis Domini, & omnium Sanctorum. *S. Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 4. n. 128* & alijs per me citatis *de Canon. c. 26. n. 19.*

11 Pœnitentiarius non solum censetur præsens in choro quando Confessiones audit, sed etiam censetur præsens processionibus & exequiis defunctorum, quæ eo tempore fiunt, quo ipse audit confessiones, sed non sufficit quod sit in confessionario, nisi realiter confessiones audiat. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 4. n. 129.*

12 Pœnitentiarius dum confessiones audit in Ecclesia, censetur præsens in processionibus & orationibus *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol Garc. *in addit. ad d. p. 5. c. 4. n. 115.* quem refero *in collect. ad Trid. sess. 24. de reform. c. 9. n. 10.*

13 Pœnitentiarius habendus est pro præsente in choro dum audit confessiones in Ecclesia siue in confessionario, siue extra, non autem pro tempore, quo residet in confessionario: nec audit confessiones aliis Diuina celebrantibus in choro: nec recitans Officium priuatum, quia antequam recitarentur Horæ Canonicæ in choro, audit confessiones, nec si dixerit Missam, est censendus præsens in choro. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 4. n. 124.*

14 Pœnitentiarius præsens in choro esse censetur dum audit confessiones vel casuum reseruatorum, vel venialium peccatorum, aut dum Missam celebrat, seu priuatim Officium dicit vt opportunius auditui confessionum incumbat *Sacra Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. cap. 4. n. 124.* & aliis per me citatis *in tractatu de Canon. cap. 26. numero* 20.

15 Pœnitentiarius, nec retento nec dimisso Officio potest optare aliam præbendam, cuius officio fuit perpetuò vnitus vnus Canonicatus, & certa præbenda ex decreto *Conc. sess. 24. cap. 8. de reform.* & auctoritate Apostol. vnio confirmata fuit. *Sacra Congr. Conc.* penes Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 34. num. 79.* Nicol. Garc *de benefic. part. 5. cap. 4. num. 134.* quam refero *in tract. de Canon. c. 26. nu. 23.* vbi addo *in Vercellen. 7. Iunij* 1601. fuisse decisum quod non solùm non potest optari præbenda Pœnitentiarij, sed nec titulus, ac ordo illius.

16 Pœnitentiarius, cuius præbenda mutauit statum, & effecta est Presbyteralis, non debet amplius vti Dalmatica vt Diaconus, sed Planeta vt Presbyter. *Sacra Congr. Rit. in Iamnen. 12. Maij* 1612. quam refert Sellius *d. c. 26. n. 42.*

17 Pœnitentiarius antequam Præbenda, quæ suo officio fuit vnita, vacet, non habet locum nec in Capitulo nec in choro, nec potest distributiones quotidianas percipere, sed postquam vacauerit, & eam adeptus fuerit, debet sedere in loco sui Canonicatus. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *in addit. ad d. p. 5. c. 4. n. 111.*

18 Pœnitentiarius tenetur integras confessiones audire, non autem solos casus reseruatos. *Sacra Congreg. Conc.* vt per Nicol Garciam *dict. p. 5. cap. 4. num. 117.*

19 Pœnitentiarius debet peccata confiteri volentibus sui facere copiam locis opportunis loco, & sede Episcopi, ad quem hoc spectat arbitrati. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 4. num. 117.*

20 Pœnitentiarius non potest recusare audire confessiones illorum Parochianorum vbi sunt Pœnitentiarij, volentium sua peccata eis confiteri. *S. Congr. Rit.* penes Nicolaum Garciam *de benef. p. 5. c. 4. n. 118.*

21 Pœnitentiarius vigore Concilij deputatus; si renuerit Confessiones audire, puniri potest ab Episcopo, & priuari. *Sacra Congr. Conc.* attestante Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 4. n. 119.*

22 Pœnitentiarius Canonicus non potest esse Iudex Ordinarius, vel delegatus appellationum in tota prouincia Toletana. *Paulus V. in sua constit.* incip. *Ecclesiæ vniuersæ 17. Augusti* 1615. quam *Gregorius XV. constit. sua* incip. *Aliàs à felicis 9. Maij* 1622. extendit ad Ecclesias omnes Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas totius Regni Castellæ, & Legionis, quarum Constit. memini *de Canon. cap. 26. n. 15. in vlt. impr.*

23 Pœnitentiarius resignare potest ad fauorem eius, qui non est Doctor, nec Licentiatus, sed ex attestationibus Ordinarij, Capituli, & Academiæ Elboren. asseritur admodum doctus, & habilis, quia sufficienter constat de idoneitate ad effectum vt Papa prouideat. *Sacra Congreg. Conc. in Elboren. Pœnitentiaria 12. Martij* 1633. quam adducit Bonfadin. *in thesauro Canon. decis. resol. 43. num. 5.*

24 Pœnitentiarius non potest absoluere quemquam à casibus, quos Episcopus sibi reseruauit expressè, nisi Episcopus hanc facultatem specialiter dederit. *S. Congr. Conc.* apud Sellium *in selectis Canon. c. 16. n. 8.*

25 Pœnitentiario deputato in vim Concil. Trid. confitens peccata sua tempore Paschalis, præcepto Ecclesiæ contento in cap. omnis vtriusque sexus, satisfecisse videtur. *Sacra Congreg. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarr. lib. 4. tit. 29. l. 1. § 1. de confitendo semel in anno num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in locis exemptis suæ diœcesis Pontificaliter celebrare de iure potest.*
2 *Baldachinum erigere potest Episcopus Pontificalia exercens in Ecclesiis Regularium.*
3 *Episcopus extra Cathedralem Pontificalia exercens non Presbyteros simplices, sed Canonicos Cathedralis adhibere debet.*
4 *Archiepiscopus in Ecclesiis Suffraganeorum absque eorum licentia Pontificalia exercere non potest.*
5 *Suffraganeus datus Episcopo Pontificalia exercere non potest post eius mortem Sede vacante, contradicente Capitulo.*
6 *Episcopus Pontificalia exercens in aliena diœcesi de Ordinarij loci licentia potest Ordines conferre etiam suis propriis diœcesanis.*
7 *Episcopus etiam vocatus ab inferiore non potest Pontificalia exercere in loco exempto sine licentia Episcopi, intra cuius diœcesis fines est locus ille.*
8 *Episcopus alienus non potest Pontificalia exercere de licentia Parochia in diœcesi alicuius Episcopi Suffraganei sine ipsius licentia.*

Pontificalia.

Collect. DLXXXII.

1 POntificalia exercere, & pontificaliter celebrare de iure potest Episcopus in locis exemptis suæ diœcesis *Sacra Congr. Rit in Ferrarien.* 20. *Iulij* 1600. teste Aldan. *in Compendio Canonic. resolut. lib. 2. tit. 8 num.* 15.

Pontificalia exercens Episcopus in Ecclesiis
2 Regularium baldachinum erigere potest. *Sacra Congr. Episcop. & Regul die* 10 *Iulij* 1605. quam referunt plures citati supra verbo *baldachinum collect.* 53. *num.* 1.

Pontificalia exercens Episcopus extra Cathe-
3 dralem non Presbyteros simplices, sed Canonicos Cathedralis inseruientes adhibere debet. *Sacra Congreg. Rit. die* 2. *Augusti* 1631. penes Aldan. *d. lib.* 2. *tit.* 8 *num* 16.

Pontificalia exercere in Ecclesiis Suffraganeo-
4 rum absque licentia Episcopi Ordinarij prohibitum est Archiepiscopo per *Concil. Trid. sess.* 6. *de reform. cap.* 5. *Sacra Congr Episcop. & Regul. die* 18. *Aprilis* 1599. apud Aldan. *d. lib.* 2. *tit.* 8, *num.* 17.

Pontificalia exercere non potest Suffraganeus
5 datus Episcopo post illius mortem, Sede vacante, Capitulo contradicente. *Sacra Congreg. Concil. in Vilnen.* 22. *Februarij* 1631. referente Sellio *in selectis Canon. c.* 21. *num* 3.

Pontificalia exercens Episcopus in aliena diœ-
6 cesi de Ordinarij loci expressa licentia potest Ordines conferre etiam suis propriis diœcesanis, non obstante *Conc. c.* 5. *sess.* 6. *de reform. Sacra Congreg. Conc.* de qua Sellius *d. c.* 21. *num.* 5.

Pontificalia exercere in loco exempto, & iu-
7 risdictionis non Episcopi, sed inferioris non potest Episcopus vocatus etiam ab ipso inferiore sine licentia Episcopi intra cuius diœcesis fines esset locus ille, etiamsi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Episcopum quem maluerit, ad administrandum Sacramentum Confirmationis, dummodo locus ipsius exempti sit intra fines diœcesis alicuius, itaut non sit nullius, quia tunc posset. *Sacra Congreg. Conc.* cuius meminit Armendar. in *add. ad recop. leg. Nauarra lib.* 1. *tit.* 18 *l.* 7. *de Episcopis num.* 68.

8 . Pontificalia exercere non potest alienus Episcopus de licentia Patriarchæ in diœcesi alicuius Episcopi Suffraganei sine ipsius licentia. *Sacra Congr. Conc.* teste Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Episcopus*, quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 6. *num.* 14.

Portinguerius.

Collect. DLXXXIII.

POrtinguerius siue minister deputatus ad dirigendas processiones non occupat locum, sed prout necessitas postulat, potest vbicunque discurrere, & incedere cum clericis, vel ante, vel post eos *Sacra Congreg. Rit in Hispaniarum Portinguerij* 6. *Decembr.* 1608. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 81.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda Canonicalis non verò Portio est erigenda in præbendam Pœnitentialem.*
2 *Dignitates, quæ habent Portiones vnitas, quando ad vtrumsque seruitium teneantur.*
3 *Capitulares vocem in Capitulo habentes quando censeantur Portionarij, & dimidij Portionarij.*
4 *Mansionarios seu beneficiatos repræsentant Portionarij.*
5 *Thurificandi sunt duplici ductu sicut Canonici Portionarij quando illis in omnibus sunt æquales.*
6 *Cathedralis Ecclesiæ Portionarij etiam curam animarum habentes in processionibus debent incedere post Canonicos.*
7 *Cathedralis Ecclesiæ Portionariis amouibilibus Præcedere debent Portionarij perpetui Parochialium Ecclesiarum.*
8 *Canonicis æquiparare se non debent in vestibus Portionarij.*
9 *Episcopus sine Adiunctis procedere potest contra portionarios si solum vocem in Capitulo habeant.*
10 *Habitu concisso Canonicis vti non possunt Portionarij Ecclesiæ Toletanæ.*
11 *Ternlen. Ecclesiæ Portionarij incedunt cum Canonicis.*

Portio. Portionarij Cathedralium.

Collect. DLXXXIV.

1 POrtio quæ fit in Ecclesia erigi non potest in Præbendam Pœnitentialem, sed Præbenda Canonicalis: at si non essent Præbendæ, sed fructus omnes in distributionibus quotidianis consisterent, tunc distributiones habebuntur pro Præbenda. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garcia *de benefic. part.* 5. *c.* 4. *num.* 127.

2 Portiones si perpetuo vnitæ sint dignitatibus, itaut Portionum titulo suppresso effectum sit vnum duntaxat beneficium, non tenentur ij, qui tales obtinent dignitates ad aliud seruitium quàm suarum Dignitatum Quod si absque suppressione tituli Portiones vnitæ sunt dignitatibus ad vitam obtinentium, & aliàs vti duo beneficia obtineantur, vtriusque beneficij seruitia

præstanda

præstanda sunt. *Sacra Congreg. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic.p.3.c.2.num.*109.

3 Portionarij & dimidij Portionarij vocem in Capitulo habentes sunt Capitulares; sed tunc inter Capitulares censendi sunt, cum ex Apostolico priuilegio, vel ex consuetudine, aut Ecclesiæ statuto inter Capitulares connumerantur: si autem ipsi talibus facultatibus non potiantur, Episcopus poterit contra eos absque Adiunctis procedere. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic.p* 11.*cap... numer.* 210 *& Rot.decis*.2,6.*num*.1.*p*.1.*diuers & decis*.708.*p*.2.*recent.* quam refero *de Canon & dignitat.capite*.28.*numer*.3. *in fine.*

4 Portionarij repræsentant beneficiatos, seu Mansionarios, & tenentur ad omnia sicut beneficiati. *Sacra Congreg. Rit.in Hispalen.die* 5. *Iulij* 1603. quam refert Sellius *in selectis Canon cap*.15 *nu* 48.

5 Portionarij & alij beneficiati si in omnibus sunt æquales Canonicis duplici ductu sicut Canonici thurificandi sunt, non obstante libro Cæremonialis, quie intelligitur quando Presbyteri non sunt æquales Canonicis. *Sacra Congreg. Rit in Cæsar Augustana de Daroca* 21.*Martij* 1615. penes Sellium *d.c.*15.*num*.47.

6 Portionarij Ecclesiæ Cathedralis etiam enimetium curam habêtes, debent in processionibus incedere post Canonicos, & tanquam membra non debent à corpore separari per interpositionem Rectorum aliarum Ecclesiarum. *S.Cong.Rit.in Terracona* 1 *Iunij* 1601. *&* 27. *Iulij eiusdem anni, & in Terulen.* 20. *Decembris etiam* 1601. quarum meminit Sellius *d.c.*15.*num*.48.

7 Portionarij perpetui Ecclesiarum Parochialium præcedere debent Portionariis amouibilibus Ecclesiæ Cathedralis in processionibus, in quib. dátur distributiones ex redditibus Capituli generalis *Sacra Cong Rit. in Terulen.*17. *Decembris* 1605.quam citat Sellius *d.c.*15.*num*.49.

8 Portionarij non debent quicquam alterare, & æquiparare se Canonicis in vestibus. *Sacra Congr. Rit. in Sebogien.*7.*Iulij* 1612.de quo Sellius *dict. cap.* 15 *num*.50.

9 Portionarij non comprehenduntur sub cap. 6. sess.25.de reform.si solum vocem in Capitulo habeant, & ideo potest Episcopus sine Adiunctis Capitularibus, ad correctionem, & punitionem eorum procedere. *Sacra Congr. Conc.* quam adducit Sellius *d.c.*15 *num*.51.

10 Portionariis, & beneficiatis Ecclesiæ Toletanæ prohibentur vti habitu concesso Canonicis, sed vt antiquum habitum retinere debeant declarat *Sacra Congreg. Rit.in Toletana* 17.*Decembris* 1605. apud Sellium *d.c.*15.*nu*.52.

11 Portionarij Ecclesiæ Terulen. vti de corpore illius Ecclesiæ debent insimul cum Canonicis, & aliis ministris incedere, & præcedere Portionarios, & Vicarios aliarú Ecclesiarum Parochialium illius ciuitatis. *Sacra Congr Rit. in Terulen.*15.*Martij* 1605. *&* 16.*Septembris* 1606. *&* 12. *Maij* 1612.vt per Sellium *d.c.*15.*num*.53.

SVMMARIVM.

1 *Parocho carcerato ex causa debiti pensionum assignanda est summa scutorum centum pro congrua portione.*

2 *Vicario congrua portio præstanda interim dum Parochiali de idoneo Rectore prouidetur, est duorum aureorum pro singulis mensibus.*

3 *Vicario assignanda congrua portio, est arbitraria Episcopo.*

4 *Fructuum Parochialium vacantium portio Vicario quæ constituenda?*

5 *Seminarij pro constitutione, & sustentatione ex distributionibus quotidianis portio non detrahitur.*

6 *Seminario debita portio ratione beneficiorum exigi potest post vnionem eiusdem beneficij factam Regularibus.*

Portio congrua.

COLLECT. DLXXXV.

1 Portio congrua assignanda Parocho ex causa debiti pensionum carcerato, censeri debet summa scutorum centum argenti illarú partium. *Sacra Congreg.Concil in Albinganen*.27.*Iunij* 1626. teste Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 3. *tit*.3. *num* 4.

2 Portio congrua Vicario præstanda interim dum Parochiali de idoneo Rectore prouidetur, est duorum aureorum pro singulis mensibus. *Sacra Congr.Conc.* referente Nicol. Garc *de benefi p* 9. *c*.2.*num*.15.

3 Portio congrua assignanda Vicario est arbitrarie Episcopo, pensata qualitate personæ, beneficij, & loci. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminere Nicol. Garc.*d.p.9.c.2.n.15.*& Mallobr.*in praxi habendi concursum req.1.dub.25.*

4 Portio fructuum Parochialium Ecclesiarum vacantium constituenda Vicario curam exercenti quousque ad nouam institutionem deueniatur, referenda est ad congruam portionem & stipendium arbitrio Ordinarij, & sumenda ex fructibus percipiendis, nisi aliquæ personæ sint Iure obligatæ ad supplendum aliundè. *Sacra Congr.Conc.* teste Nicol. Garc.*d.c.*2.*num*.15.

5 Portio non detrahitur ex distributionibus quotidianis pro constructione, & sustentatione seminarij. *Sacra Congr. Conc in Lucana*5. *Iulij* 1628. *in resp.ad* 2.penes Aldan.*d.lib.*3.*tit* 3 *num*.6.

6 Portio debita seminario ratione beneficiorum exigi potest post vnionem eiusdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegiis gaudent. *Sacra Congr.Conc.die* 21. *Iulij* 1629. apud Aldan.

SVMMARIVM.

1 *Spoliandus nemo est inauditus sua possessione quamuis iniusta.*

2 *Manutentionem in possessione exercendi suas functiones habere debet ille, qui per decennium præteritum eas exercuit.*

3 *Concil sess.* 24. *de reform. cap.* 20. *vers adhæc, sustulit quadragenariam possessionem cum titulo, seu priuilegio.*

4 *Coadiutori non suffragatur possessio ab eo capta viuente coadiuto.*

5 *Coadiutor non numerat suam possessionem nisi ab obitu coadiuti.*

Possessio.

Collect. DLXXXVI.

1 Possessione sua nemo inauditus est spoliandus, quamuis illa dicatur iniusta. *Sacra Congreg. Rit. in Eluen.* 10. *Ianuarij* 1604. de qua Sellius *in select. Canon c.* 43. *num.* 16.

2 Possessionis exercendi suas functiones manutentionem debet habere ille, qui per decennium præteritum illas exercuit, donec in petitorio aliter declaretur. *Sacra Congr. Rit. in Asten.* 16. *Iulij* 1605. teste Sellio *d. c.* 43. *num.* 22.

3 Possessionem quadragenariam cum titulo seu priuilegio sustulit omninò Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 10. vers. adhæc. *Sacra Congreg. Concil. in Theatina* 21. *Iulij* 1613. referente Sellio *d. c.* 43. *n.* 25.

4 Possessio capta à coadiutore viuente coadiuto non suffragatur post mortem coadiuti nisi de nouo capiatur. *Sacra Congr. Rit. in Colimbrien.* 16. *Septembris* 1606. & *in Patauina* 30. *Ianuarij* 1616. penes Sellium *d. c.* 43 *num.* 26.

5 Possessio ab obitu coadiuti numeranda est quamuis prior possessio per coadiutorem capta accederet ad annos viginti. *Sacra Congreg. Rit. in Bergomen.* 7. *Augusti* 1617. apud Sellium *d. c.* 43 *nu.* 27.

SVMMARIVM.

1 *Immemorialis possessio non suffragatur si constaret de iniusto, & inualido titulo.*

2 *Immemorialis possessio in terminis Conc. sess.* 25 *cap* 9. *de reform. sufficit quod probetur de tempore ante controuersiam de qua agitur.*

3 *Immemorialis possessio super cultu & veneratione alicuius Sancti non beatificati, nec canonizati est probanda in specie, & in illo loco.*

Possessio immemorialis.

Collect. DLXXXVII.

1 Possessio immemorialis quamuis legitimè sit probata non suffragatur si constaret de iniusto & inualido titulo, ac infecto principio. *Sacra Congreg. Conc.* teste Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 18 *nu* 48.

2 Possessio immemorialis in terminis Concilij sess. 25. cap. 9 de reform. non requiritur quòd probetur de tempore ante Concilium Trident. sed sufficit quòd probetur de tempore ante controuersiam, de qua agitur. *Sacr. Congreg Conc.* d. qua Gonzal. *d. gl.* 18 *num.* 89.

3 Possessio immemorialis probata super cultu, & veneratione alicuius Sancti non canonizati, nec beatificati suffragatur ad effectum quod de illo concedi possit Missa vel Officium, sed in specie, & in illo loco est probanda immemorialis quoad cultum cum Missa & Officio. *Sacra Congreg. Rit. die* 20. *Nouembris* 1628. cuius meminit Bonfadin. *in thesauro canonic. decis. resol.* 11. *nu* 8.

SVMMARIVM.

1 *Clerico seculari, & non Regulari assignandi sunt fructus Præbendæ suppressæ, qui tribuuntur assignari Theologo qui legat & prædicet.*

2 *Habitum Presbyteralem gerere debet Præbenda quæ de Diaconali effecta est Presbyteralis.*

3 *Episcopus potest conferre Præbendam Presbyteralem illi, qui Diaconalem, vel subdiaconalem habet.*

4 *Vacans Præbenda in mensibus reseruatis Sedi Apost. non potest erigi in Pœnitentialem.*

5 *Optari potest Præbenda post Concilium primò vacans si non fuit in Pœnitentialem erecta, secus si iam erat erecta.*

Præbenda.

Collect. DLXXXVIII.

1 Præbenda suppressa vt fructus assignentur Theologo qui legat, & prædicet, clerico seculari, & non Regulari assignandi sunt. *Sacra Congreg. Rit. in Illerden* 15. *Nouembris* 1603. quam refert Sellius *in selectis Canon. c.* 42. *num.* 11.

2 Præbenda quæ mutat statum, & de Diaconali effecta est Presbyteralis, debet gerere habitum Presbyteralem, non autem Diaconalem. *Sacra Congreg Rit. in Ianuen.* 24. *Martij* 1612. teste Sellio *d. c.* 42. *num* 11.

3 Præbenda Presbyterali vacante poterit Episcopus eam conferre illi, qui Diaconalem, seu Subdiaconalem habet, & has vni, qui ætatem habet pro his obtinendis. *Sacra Congreg Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef. part.* 7. *c.* 4 *num.* 26.

4 Præbenda in mensibus reseruatis Sedi Apost. vacans non potest erigi in Præbendam Pœnitentialem. *Sacra Cong Conc.* cuius meminit Nicol. Garc. *de benef p.* 5. *cap.* 4 *num.* 127.

5 Præbenda post Concilium primò vacans si non fuit in Pœnitentialem erecta, potest optari, sed si ante optionem Episcopus erexit, erectio præualet, etiamsi postea optaretur. *Sacra Congr. Concil.* apud Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 4. *num.* 129.

Alia vide in verbo *Canonicatus collect.* 87.

Præbenda Pœnitentialis, vide in verbo *Canonicus Pœnitentiarius collect.* 97. & in verbo *Pœnitentiarius collect.* 581.

SVMMARIVM.

1 *Deputatio actualis requiritur ad erectionem Præbendæ Theologalis.*

2 *Erectio Præbendæ Theologalis non habet locum in ea quæ vigore statuti à sequenti Canonico optatur.*

3 *Deputatio Præbendæ Theologalis non habet locum in Ecclesijs Regularibus.*

4 *Collatio Præbendæ Theologalis erectæ post Concilium spectat ad eum, ad quem ante Concilium spectabat.*

5 *Regulari conferri non potest Præbenda Theologalis Ecclesiæ Regularis.*

6 *Præsens in choro habendus est ille, qui habet Præbendam Theologalem pro diebus quibus legit, & quiescit.*

7 *Canonicus præbenda Theologalis si legere nolit quomodo ab Episcopo compellendus.*

8 *Canonici antiquiores precedunt illi, qui habet Præbendam Theologalem.*

9 *Optari non potest Præbenda, quæ erecta fuit in Theologalem.*

10 Optioni

10 *Optioni non subiacet Præbenda Theologalis postquam est effectum sortita.*

11 *Optandi ad ius competens Canonicis non est admittendus Canonicus Theologalis.*

12 *Optare aliam Præbendam ad instar aliorum Canonicorum non potest obtinens Præbendam Theologalem.*

13 *Theologus & Pœnitentiarius Canonicus non est admittendus ad ius optandi.*

14 *Episcopus dum Præbenda Theologalis vacat, potest fructus applicare personæ, quæ suppleat.*

Præbenda Theologalis.

Collect. DLXXXIX.

1 PRæbendæ Theologalis ad erectionem requiritur actualis deputatio. & ideò si in prouisione Præbendæ non fuit facta actualis deputatio, non potest prouisus compelli obire munus lecturæ. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benef. p. 5. cap. 4. num.* 153. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 6. n. 3. & de Canon. cap. 27. nu. 4.*

2 Præbendæ Theologalis erectio locum non habet in ea, quæ vigore statuti à sequenti Canonico optatur, sed illa Præbenda, quam dimittere Canonicus nouissimè optat, huic muneri vnita, & affecta remaneat. *Sacra Cong. Conc. in Saonen. 5. Iunij* 1592. penes Nicol. Gar. *in addit. ad suum tract. de benef. p. 5. cap. 4. nu.* 130. quam refero *de Canon. & dignit. cap. 27. nu. 9.*

3 Præbendæ Theologalis deputatio non habet locum in Ecclesiis Regularibus, vbi Ecclesiæ non sunt distinctæ, nec Ecclesiæ numeratæ, prout est Ecclesia Cathedralis Pampilonensis, sed cogendi sunt Monachi vt prouideant de lectore idoneo Theologiæ, qui publicè legat non solum ipsis Monachis, sed omnibus aliis audire volentibus. *Sacra Congreg. Concil. in Pampilonen. 9. Septembris* 1573. cuius memini *de Canonic. & dignitat. c. 27. num.* 2.

4 Præbendæ Theologalis collatio erectæ post Concilium spectat ad eum, ad quem ante Concilium spectabat, scilicet ad Capitulum, & institutio ad Episcopum. *Sacra Congr. Conc. in Toletana* 24. *Septembris* 1592. de qua Ego ipse *de Canon. & dignitat. cap. 26. nu. 14.*

5 Præbenda Theologalis Ecclesiæ Cathedralis conferri Regulari non potest *Sacra Congr. Episcop. & Regular. 28. Iunij* 1583. quam refert Sellius *in select. Canon. c. 16. nu.* 42.

6 Præbendam Theologalem habens diebus, quibus legit, habendus est tanquam præsens in choro, non modo pro illis horis Matutinis, & Missa solemni, sed etiam pro tota die, ac distributiones quotidianas percipere debet. *Sacra Cong. Conc.* testibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 23. l. 1. § 2. de resident. Canon. numer.* 68. Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. c. 2. numer.* 218. quos cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 56. numer. 8.*

7 Præbendam Theologalem obtinens si legere vllo modo nolit, poterit Episcopus illum cogere comminationibus pœnarum, sequestrationibus fructuum, assignatione portionis de eisdem fructibus alteri, qui ipsius loco legat; denique crescente contumacia ad alias pœnas etiam priuationis deuenire poterit, factaque priuatione ad corroborandum Concilij decretum Episcopus declarare debet talem Præbendam, & Canonicarum affectum fuisse & esse ex Concilio pro Sacræ Scripturæ lectore, tunc eligat personam idoneam, quæ id munus per se ipsum exercere valeat, & illi per Ordinarium collatorem huiusmodi Præbenda conferatur. *Sacra Congreg. Conci. Maioricen.* apud Sellium *in select. Canon. cap. 8 num. 12.*

8 Præbenda Theologalis non est dignitas, & ideo primum locum eam obtinens relinquere debet antiquioribus Canonicis *Sacra Congreg. Concil. in Mediolanen.* cuius memini *de Canon. & dignitat. c. 27. num.* 25.

9 Præbenda optari non potest quæ fuit erecta & deputata in Theologalem pro Theologo à sequenti Canonico. *Sacra Congreg. Conc.* teste Nicol. Garcia *de benefi. p. 5. ca. 4. num.* 132.

10 Præbenda tam Theologi quam Pœnitentiarij etiam postquam est effectum sortita, non subiacet optioni. *Sacra Congr. Conc. 12. Februarij* 1601. quam citat Nicol. Garc. *de benefic. in addit. p. 5. ca. 4. n.* 132.

11 Præbendam Theologalem obtinens non est admittendus ad ius optandi competens Canonicis *Sacra Congr. Conc.* quam adducit Nicol. Garcia *in addit. ad p. 5. c. 4. num.* 134.

12 Præbendam Theologalem obtinens non potest illam dimittere & aliam optare ad instar aliorum Canonicorum. *Sacra Congr. Conc. 7. Iunij* 1601. de qua memini *in tract. de Canon. & dignit. c. 27. numer.* 21.

13 Præbenda Theologalis, vel Pœnitentiarij sicut non potest ab aliquo Canonico optari cum detur per electionem præuio examine, ita Theologus, vel Pœnitentiarius non est admittendus ad ius optandi, *Sacra Congreg. Conc. die 12. Februarij* 1601. quam refert Sellius *d. c. 8. num.* 15.

14 Præbenda Theologalis dum vacat potest Episcopus fructus applicare alicui personæ, quæ suppleat munus legendi. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Camericen. 8. Februarij* 1594. penes Sellium *d. ca. 8 num.* 15.

Vide alia in verbo *Canonicus Theologus Collect.* 91. *num. 14 & 15.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus breui manu, summariè, & de plano componere potest præcedentiarum controuersias in processionibus & funeralibus exortas.*

2 *Dignioribus semper danda est præcedentia.*

3 *Episcopi præcedunt inter se secundum tempus electionis seu prouisionis.*

4 *Episcoporum in Conciliis Prouincialibus præcedentia statuitur iuxta tempus ordinationis, non secundum dignitatem Ecclesiarum.*

5 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis præcedunt Canonicis Collegiatæ.*

6 *Canonicis Ecclesiæ Cathedralis danda est præcedentia in processionibus, & funeralibus.*

7 *Canonici Collegiatarum an habeant præcedentiam supra Collegium Parochorum?*

8 *Parochi Ecclesiarum quomodo inter se præcedant?*

9 *Clero seculari supra Regulares præcedentia debetur.*

10 *Sacerdotes ex antiquitate Ordinis non ex grauitate Ordinis inter se præcedunt.*

11 *Antianitatis præcedentia inter eiusdem, & non di-*

uersi Ordinis Milites seruanda.

12 Balini Capitulares, & Milites magnæ Crucis Religionis Hierosol. inter se præcedunt per antianitatē.

13 Aduocatorum Consistorialium præcedentia ante alios aduocatos Romanæ Curiæ.

14 Canonicorum secularium Ecclesiæ Lateranen. præcedentia ante Canonicos Basilicæ. S. Petri.

15 Canonici S. Georgij in Alga præcedunt Canonicis Congr. Lateranens.

16 Canonici Regulares Lateranens. præcedunt Monachis Casinensibus.

17 Fratres Prædicatores præcedunt aliis Fratribus Mendicantibus, & non Mendicantibus.

18 Præcedentia inter Regulares in territorio Romano seruanda est sicut in ipsa Vrbe.

19 Monachi præcedentiam seruant iuxta Bullam Gregorij XIII.

20 Cistercienses reformati præcedent Mendicantibus.

21 Fratres Mendicantium semper & vbique tribuere debent præcedentiam Monachis.

22 Fratres Minores de Obseruantia præcedunt Fratribus Minoribus Conuentualibus.

23 Fratres Obseruantes, & Tertiarij S. Francisci præcedunt inter se iuxta Bullam Gregor. XIII.

24 Confraternitates & Ordines Mendicantes quomodo inter se præcedant?

25 Iesuati & Fratres Ordinum Minorum de Obseruantia quomodo inter se præcedant?

26 Carmelitæ, & Fratres S. Mariæ de Mercede quomodo inter se præcedant?

27 Fratres B. Ioannis Dei & Ordines Mendicantium præcedunt inter se iuxta Bullam Gregorij XIII.

28 Valuen. & non Sulmonen. Capitulo præcedentia debetur.

29 Moniales inter se præcedunt à die professionis.

Præcedentia.

Collect. DXC.

1 PRæcedentiarum controuersias in funeralibus, & processionibus componere potest Episcopus breui manu, summariè, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij. *Sacra Congreg. Conc.* testibus Franc. Leone *in thesauro fori eccles. p. 1. cap. 8. num. 18.* Campan *in diuersorio Iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 120.* Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarræ lib. 1. tit. 14. leg. 24 §. 31. de processton. numer. 10.* Modern. Hisp *de Regia protect. tom. 1. p. 2. cap. 9. numer. 15.* Lezana *in summ. quæst Regul. tom. 3. verbo Episcopus quoad Regulares nu 13.*

2 Præcedentia semper dignioribus danda est. *Sacra Congr Rit. in Sancti Seuerini 7. Septembris 1607.* quam refert Sellius *in selectis Canon c. 47. nu. 5.*

3 Præcedentia inter Episcopos nulla alia ratione regulatur nisi electionis, seu prouisionis vt qui prius electus seu prouisus fuerit de aliquo Episcopatu, alteri postea electo seu promoto præcedat. *Sacra Congr. Rit. in Segobricen 21. Martij 1609.* penes Sellium *d. c. 47. n. 6.* Et de præcedentia inter Episcopos & Protonotarios participantes. *Pius II. constit. 4. incip. Cum seruare pridie Id. Iunij 1459.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. p. 316.*

4 Præcedentia Episcoporum in Conciliis Prouincialibus statuenda est iuxta tempus ordinationis, non autem secundum dignitatem Ecclesiarum: *Sacra Congr. Conc. die 19. Aprilis 1596.* referente Sellio *d. c. 47. num. 7.*

5 Præcedentia semper debetur Canonicis Ecclesiæ Cathedralis supra Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, etiam in associandis funeribus propriæ ipsius Collegiatæ Parochiæ. *Sacra Congreg. Rit in in Prænestina causarum 28. Augusti 1618.* de qua Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 3 tit 6. nu. 3.*

6 Præcedentia in processionibus & funeralibus danda est Canonicis Ecclesiæ Cathedralis *Sacra Cong Rit. in Ripana 30. Iulij 1616.* apud Aldan. *d. tit. 6. num. 4.*

7 Præcedentia debetur Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ supra Collegium Parochorum, & aliorum Presbyterorum etiam ipsius ciuitatis, dum occasione Synodi, vel alterius similis causæ simul conueniunt. *Sacra Cong Rit. in Fauentina Brisiguella 12. Martij 1616.* attestante Sellio *d. c. 47. nu. 8.*

Plura de præcedentia Canonicorum vide in verbo *Canonicus quoad locum & præcedentiam, collect. 91.*

8 Præcedentia inter Curatos Ecclesiarum Parochialium non ratione regulæ, sed ratione antianitatis, seu prærogatiuæ Ecclesiæ Parochialis Curatis danda est *Sacra Congreg. Rit. in Asten. 21. Martij 1609.* teste Sellio *dict. c. 47 nu. 9.*

9 Præcedentia semper debetur Clero seculari supra Regulares etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis. *Sacra Congr. Rit. in Firmana terra sancta Victoria 31 Martij 1618.* cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo præcedentia numer. 4. & 5.* Hinc eadem *S. Cong. Rit. die 30. Augusti 1602* decreuit, & ordinauit vt in generalibus processionibus Fratres, seu Monachi, vel Ordines Regularium antecedant & Presbyteri seu clerici seculares subsequantur, & vltimum locum teneant, nec mixtim cum Regularibus incedant. Ex *Clemens VIII. in sua constit. incip. Quæ ad remouendum 5. Nouembris 1603.* ex voto eius Sacræ Congregationis declarauit Clerum secularem in omnibus locis etiam in propriis Ecclesiis, & conuentibus Fratrum, Monachorum, & Religiosorum quorumcunque in vniuerso Regno Castellæ, & Legionis præferendum esse & præcedere debere, quam Clementis VIII. constitutionem obseruari mandauit *Gregorius XV. in suis Constit.* incip. *Aliàs à felici die 3. Augusti 1622.* reperiuntur impressæ apud recollectionem Apostolicarum Constitutionum quam imprimi curauit Status ecclesiasticus Regnorum Castellæ, & Legionis.

10 Præcedentia inter Presbyteros sumitur ex antianitate Ordinis, non ex gradu Doctoratus quia Presbyteratus Ordo longè dignior est quàm gradus Doctoratus. *Sacra Congreg. Rit. in Mediolanen. 29. Nouemb. 1603.* & *in Messan. Taurimeni 20. Iunij 1609. & in Panormitana 15. Maij 1610. & in Terra Conigliones in Sicilia 19. Martij 1612. & in Fanen. sancti Constantij 4. Iulij 1615. & in Catan. 30. Ianuar. 1616. & in Nucerina terra Gualdi 19. Ianuarij 1619 & in Cephaluden ac Catanien. ead die, & in Messanen. terra Gagliani 20. Aprilis 1619. & in Catanien 22. Augusti 1620. & in Cephaluden. 30. Martij 1621.* quarum meminit Sellius *dict. cap. 47. numer. 10.* Sacerdos beneficiatus in Ecclesia sui beneficij præcedentiam habere debet supra alios beneficiatos in eadem Ecclesia non Sacerdotes. *Sacra Congreg Rit. in nullius prou. Florentia de mense Ianuarij 1633.* quam refert Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol. 32. nu. 10.*

11 Præcedentia Antianitatis inter eiusdē Ordinis Milites

Milites seruanda est, non autem inter Milites diuersi Ordinis. *Sacra Congreg. Rit. in Meliten. 9. Maij* 1609. penes Aldan. *d. tit. 6. nu. 7.*

12 Præcedentia inter Balinos Capitulares, & Milites magnæ Crucis Religionis Hierosolym. per antianitatem, & non per aliam rationem est discutienda. *Sacra Congr. Rit. in Meliten. 12. Augusti* 1608. teste Aldano *d. tit. 6. num. 8.*

13 Præcedentia Aduocatorũ Consistorialium est ante alios aduocatos Romanæ Curiæ *Sixtus V. constit. 62.* incip. *Sacri 10. Kalend. Septembris* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 538. aliàs *pag.* 477. in nouiss. impress.

14 Præcedentia Canonicorum secularium Ecclesiæ Lateranensis est ante Canonicos sancti Petri de Vrbe. *Pius V. constit. 94.* incip. *Infirma 12. Kalend. Ianuar.* 1569. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 296.* aliàs *pag. 223.* in nouiss. impress.

15 Præcedentiam habent Canonici Sancti Georgij in Alga quoad Canonicos Congregationis Lateranensis. *Pius V. constit. 127.* incip. *Cum alias 11. Kalend. Iunij* 1571. apud Laert. Cherub. *d. tom 2. pag.* 340. aliàs *pag. 255.* & illius meminit *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 78. n. 57.*

16 Præcedentiam habent Canonici Regulares Lateranenses quoad Monachos Cassinenses. *Pius V. constit. 75.* incip. *Romanus pridie Id. Octobris* 1568 apud Laert. Cherub *d. tom 2. pag. 272.* Immò etiã ante omnes alios Regulares post Clerum secularem, idem *Pius V. constit.* 116. incip. *Cum ex Ordinum 10. Kalend. Ianuarij* 1570. apud Laert. Cherubin. *d. tom. 2. pag. 324.* alias *pag. 243.* in nouiss. impress.

17 Præcedentia Fratrum Prædicatorum quoad alios Fratres Mendicantes & etiam non Mendicantes post Clerum secularem, & antiquos Ordines Monachales, *Pius V. const.* 71. incip. *Diuina 27. Augusti* 1568. apud Laert. Cheru. *d. tom. 2. pag. 267. Clemens VIII. const. 13.* incip. *Inter cætera 25. Septembris* 1592. referente Ioan. Maria Nouar *in lucerna Regul. verbo præcedentia numer. 16* & illorum meminere Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst 35. art. 3.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 3. cap. 3. pag.* 210. Scortia *in selectas summorum Pontificum Constitut. epit. 116. theorem.* 393. Michael Ferrus *de præcedent. ecclesiast. quæst. 43. numer. 3.*

18 Præcedentia inter Regulares de suburbiis, & territorio Romano seruatur, sicut in Ipsa Vrbe. *Sacra Congreg. Rit. in Tusculana 2. Martij* 1613. de qua Sellius *d. cap. 47. nu. 11.* Nam ad tollendas omnes lites & controuersias in materia præcedentiarum debet seruari id, quod in alma Vrbe omnium magistra seruatur. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. 26. & 30. Augusti* 1593. referente R. P. D. Sperello *in decis. fori ecclesiast. decis. 76. num. 16.*

19 Præcedentia inter Monachos seruatur iuxta Bullam Gregorij XIII. *Sacra Congr. Rit. in Saxoferraten. Nucerinæ diœcesis 19 Maij* 1614. penes Aldan. *d. tit. 6. num. 10.*

20 Præcedentiam habent Monachi Cistercienses reformati Ordinis B. Mariæ Fulien. ante Ordines Mendicantes. *Clemens VIII. constit. 56.* incip. *Regis Non. Februarij* 1599. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 3 pag. 72.* aliàs *pag. 53* & illius meminit Mich. Ferrus *de præcedent. Ecclesi. q. 45. nu. 5.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. allig. 78. numer. 37. vers. Clemens.*

21 Præcedentiam Monachis semper & vbique tribuere debẽt Fratres Mendicantes. *S. Cong Rit. in* Barbos. *Apost. Decis Sum.* *Monopolitana 13. Martii* 1619. teste Aldano *dict. tit. 6 num. 11.*

22 Præcedentiam habent Fratres Minores S. Francisci de Obseruantia ante Fratres Minores Conuentuales *Leo X constit. 26.* incip. *Licet 26. Decembris* 1517. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 520.* aliàs *pag.* 419. in nouiss. impress.

23 Præcedentia inter Fratres etiam Obseruantes, & Tertiarios sancti Francisci seruatur iuxta Bullam Gregorij XIII. vt ij præferantur, qui prius in loco controuersiæ monasterium, & locum obtinuerant. *Sacra Congreg. Rit in causa Montis-feltri 3. Octobris 1614. & in Consentina 1. Martij 1614. & in Terracinen. 3. Septembris eiusdem anni & in Rossanen. terra noua 14. Februarij* 1615. *& in Agrigentina terra Mari 4. Aprilis eiusdem anni, & in Meliten 15. Iulij* 1617. *& in Spoletana 8. Augusti 1618 & in Oritana terra Frate 28. Septembris* 1619. *& in Tudertino terra Altaris* 1620. de quibus Aldan. *d. tit. 6. nu. 13.* Quid quando sint plura eiusdem Ordinis monasteria diuersis temporibus fundata? Vide eandem *Sacr. Congr. Rit in causa Minorum Obseruantia 3. Iunij* 1617. de qua etiam Aldan *citato loco.*

24 Præcedentiam Ordinum Mendicantium & Confraternitatum inter se in processionibus decreuit *Gregorius XIII constit. 84.* incip. *Exposcit 15. Iunij* 1583. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 469.* aliàs *pag 312.* & Lauter. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regulares pag. 15.* vbi statuitur quod quicunque ex Fratribus Mendicantibus inter se de præcedentia contendentibus, aut Confratribus confraternitatum inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præsentandi sunt, ij (quibuscunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus tam publicis quam priuatis præcedere debeant. Quando verò non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi inter Fratres quidem Mendicantes, ij qui antiquiores in loco controuersiæ, inter Confratres verò inter se litigantes ij, qui prius faccis vsi sunt; in processionibus tam publicis quàm priuatis præcedere debent, itaut si contigerit quòd noua monasteria, aut domus erecta, & instituta sint, ille Ordo, qui prius monasterium, seu Domum in loco habuerit, præcedat, &c. Cuius constitutionis meminere Quarant. *in sum. Bullarij verbo præcedentia*, Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepis. Neapol. cap 52. in fine,* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 1. n 51.* Modern. Hispan. *de protect. Regia p. 0. c. 9. nu. 26. & 27.* Lauter. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regul. super dicta Const pag. 7. cum seqq.* Mich. Ferrus *de præcedent ecclesiast. q. 16 num. 3.*

25 Præcedentiam Minoribus Obseruantibus tribuere debent Fratres Iesuati. *Sacra Congr. Rit. in Pisana 4. Septembris* 1621. penes Aldan. *dict. tit. 6. n.* 54. Sed si in loco eodem eleemosynas quærant, illi præcedere debent, quorum Monasterium seu domus eodem in loco prius extractum fuerit *Sacra Congr. Episcop. & Regul. die 15. Iulij* 1616. de qua Aldan *d. tit. 6. num. 15.*

26 Præcedentiam in Fratres Carmelitas, & Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, declarauit *Clemens VIII. constit. 95.* incip. *Decet, 15. Nouembris* 1602. apud Laert. Cherub. *in*

in Bullario tom.3.pag.143. vbi habetur Fratres Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo vbique præcedere Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, non obstantibus constitutionibus, &c. quam citat Mich. Ferrus *de præcedent. eccles. q.45.n.4* Ego *de officio & potest. Episcopi p.3 allegat.78. sub n.37.vers. item.*

27 Præcedentia vt constituatur inter Fratres B. Ioannis Dei, & Ordines Mendicantium seruanda est constitutio. *Gregorij XIII. sub die 15. Iulij 1585.* à tempore tamen, quo dicti Fratres declarati fuerunt Religiosi. *Vrbanus VIII constit.76.*incip. *Commissi,26.Nouembris 1627.*apud Angel. Mariam Cherub *in Bullario tom. 4 pag.447.*

28 Præcedentia Capitulo Valuen. & non Solmonen. debetur tam in Synodo diœcesana, quàm in Congregationibus. *Sacra Congr Conc. in Valuen.16. Aprilis 1576. & 4. Aprilis 1601. & 20. Martij 1621.* de quibus Sellius *d c.47.n.12.*

29 Præcedentia inter Moniales à die professionis, non autem receptionis habitus regularis debetur: quatenus verò duæ insimul professionem emitterent, illa, quæ prius ad habitum admissa fuerit præcedere debet; & si eodem tempore ad habitum admissæ fuerint, data etiam professionis paritate quæ prius in Capitulo acceptata fuerit, præcedere debet, *S Cong. Conc. in Paduana de anno 1608.* penes Aldan *d.tit.6.n.17.*

De Præcedentia inter Confraternitates Vide suprà *in verbo Confraternitas collect.207.n.30.& 31.* & alia circa præcedentias, vide in verbo *Regulares quoad præcedentiam collect. 643.* & verbo *Canonicus quoad locum & præcedentiam collect.91.* & in verbo *Consuetudo circa præcedentiam collect.228.*& in verbo *Vicarius generalis circa præcedentiam collect.713.*

Præcepto Ecclesiæ de confitendo & communicando semel in anno quando quis satisfecisse censeatur? Vide in verbo *Communio sacra, collect. 191.num.3.cum seqq.* & verbo *Pœnitentiarius collect.58. num.25.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in quacunque Ecclesia etiam Regulari suæ diœcesis prædicare valet, nec ab vllo prohiberi potest, non sic extra suam diœcesim.*
2 *Ieiuniorum tempore quando iubetur prædicari non includuntur Vigiliæ.*
3 *Episcopus potest examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ non sunt suorum Ordinum.*
4 *Regulares in Ecclesiis, quæ sui Ordinis sunt, prædicare volentes, obtinere eos sufficit benedictionem petitam licet non obtentam.*
5 *Episcopus in constitutione synodali prohibere potest ne prædicetur feria quinta in Cœna Domini.*
6 *Iudæis Verbum Dei prædicandum.*
7 *Ordinarius mulctis & pœnis cogere non potest populum vt audiat Missam in Ecclesia parochiali.*
8 *Populus vt diebus Dominicis & festis maioribus frequentet suas Parochias pro prædicatione audienda admonendus non excommunicandus.*
9 *Episcopus potest interdicere prædicationem Regulari virtute Concilij etiam non reddita causa.*

Prædicare, Prædicatio.

COLLECT. DXCI.

1 PRædicare potest Episcopus in quacunque Ecclesia etiam Regulari, suæ diœcesis, nec ab illo potest prohiberi. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. die 17. Ianuarij 1584.* quam citat Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.3.verbo Concionari num.13.* Si verò prædicare voluerit extra suam diœcesim, id minimè illi licere potest cùm prohiberi valeat ab Ordinario, cuius est diœcesis, *Sacra Congr. Conc.* teste Stephano Gratiano *discept. forens. cap.393. num.9. cum seqq.* quem me citato refert Lezana *dict. verbo Concionari n.5.*

2 Prædicandi præceptum tempore ieiuniorum impositum à Concilio Trident. sess.24. cap.4. de form. refertur tantum ad tempus Quadragesimæ, & Aduentus, non autem ad Vigilias. *Sacra Congr. Conc.* de qua Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.4.tit.30.l.3.de Prædicatoribus sacra Scriptura num.28.& 29.*

3 Prædicare volentes Regulares in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt examinare potest Episcopus. *Sacra Congr. Conc. in Vigentina 22. Ianuarij 1622.* refert me citato Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.3.verbo Concionari n.7.*

4 Prædicare Verbum Dei Regulares non possunt sine Episcopi licentia in iis tantum Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt, in aliis vero Ecclesiis sui Ordinis, sufficit Episcopi benedictio petita, licet non obtenta, ita tamen vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicent tunc vllo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesiis licet illis prædicare, quemadmodum Sacræ Congregationis Concilij decretis salubriter est cautum. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. die 30. Ianuarij 1629.* penes Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo prædicare n.2.* & Lezanam *d. tom.3. verbo Concionari n.7.*

5 Prædicare feria quinta in Cœna Domini potest Episcopus in Constitutione Synodali prohibere quo populus Officiis, quibus mysteria Passionis Dominicæ eodem die recoluntur, attentiùs assistere possit, quæ Constitutio à Regularibus quibuscunque in eorum Ecclesiis seruanda est, & si recusauerint, ad illius obseruantiam compellendi sunt. *Sacra Congr. Rit. in Catacen. 1. Iunij 1601.* de qua meminit Lezana *d. verbo Concionari num.13.*

6 Prædicationem Verbi Dei Iudæis faciendam statuit *Nicolaus III. constit.* incip. *Vineam 2. Non. Augusti 1278.& Gregorius XIII. constit. 92.* incip. *Sancta mater Kalend. Septembris 1584.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.2.pag....*

7 Prædicationem, & Missam in Ecclesia Parochiali vt audiat populus, Ordinarius mulctis & pœnis illum cogere non potest. *Sacra Congr. Conc.* penes Zerol. *in praxi Episcopali p. 2. verbo Parochia pag.82.*

8 Prædicatione pro audienda admonendus est populus vt diebus Dominicis, & festis maioribus frequentet suas Parochias, excommunicandus tamen non est si monitionem non paruerit. *S. Congr. Conc.* referente Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.4.tit.30.l.3.de Prædicatorib. n.35.*

9 Prædi-

9 Prædicationem Regulari interdicere potest Episcopus virtute decreti *Concil. Trid. sess. 24. de reform cap. 4.* etiam non reddita causa. *Sacra Congreg. Concil.* testibus Franc. Leone *in thesauro fori eccles. p. 1. cap.* & *num.9.* Piasec. *in praxi Episcop. p.2. cap.3. num 41. vers. si item*, quos refero *de officio, & potest. Episcopi p.3. alleg. 79. numero 28.*

Vide in verbo *Regularis quoad prædicationem collect.637.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Prædicatoribus agentes.*
2 *Prælatos reprehendere, futura prædicere, & certum diem iudicij proponere non debent Prædicatores.*
3 *Quæstuarios Prædicatores ab officio abstinere iubent Inquisitores.*
4 *Inspirationes diuinæ Prædicatorum antequam prædicentur, Sedi Apost. aut Ordinarij examini reseruari debent.*
5 *Societatis Iesu Patres etiam Sacris non initiati prædicare possunt.*
6 *Clerico in Sacris non constituto committi potest munus prædicandi, non tamen laico.*
7 *Eligere prædicatorem in Cathedrali quando Episcopo incumbat.*
8 *Canonici & Capitulum non possunt se intromittere in deputatione Prædicatoris pro Cathedrali.*
9 *Vniuersitas eleemosynam pro Prædicatore ab Episcopo electo dare tenetur, quam hactenus præstare consueuit.*
10 *Episcopus prætendens Communitatem teneri præstare eleemosynam pro Prædicatore Cathedralis, tenetur probare immemorialem.*
11 *Episcopo pertinet deputare Prædicatorem in sua Cathedrali, nulla habita ratione consuetudinis etiam immemorialis, quæ competeret Capitulo.*
12 *Ordinarius debet eligere Prædicatores nisi in contrarium sit consuetudo ab immemoriali tempore.*
13 *Vniuersitas tenetur soluere Prædicatori solitas eleemosynas, nec licet eas ad certam paruam quantitatem reducere.*
14 *Communitas dare debet Prædicatoribus mercedem solitam illis exhiberi si ex consuetudine immemoriali constat eam olim fuisse illis exhibitam.*
15 *Pensionarij non tenentur Prædicatorum mercedem exigere.*
16 *Episcopus proprio sumptu conducere debet Prædicatorem pro Quadragesima si dubitetur quorum sumptu sit conducendus.*
17 *Pauperes & miserabiles personas non possunt commendare in pulpito Prædicatores absque Episcopi licentia.*
18 *Episcopus cùm prædicat omnes Prædicatores silere debent.*
19 *Regularibus prohibere potest Episcopus ne aliquo die concionentur vt totus populus conueniat ad Cathedralem.*
20 *Prædicatio non solita extra Cathedralem tempore Aduentus & Quadragesimæ prohiberi potest*
21 *Prædicatio Quadragesimalis in Parochiali prohiberi non potest eo titulo vt frequentior sit populus in Cathedrali.*

Prædicator.

COLLECT. DXCII.

1 DE Prædicatore, seu Concionatore Franciscus Panigarola Italice, Lælius Zech. *de Republ. eccles.* Iodoch. Lorichi, *in thesauro nouo Theolog.* Iacob. Perel. *in lib. de sacra concionandi ratione*, Ludou. Lopez *in epitome Concionatorum*, Nicolaus de Nisa *in gemma Prædicatorum*, Paulus Aresius *in suo modo bene concionandi*, Ital. Ioan. à Iesu Maria *de concionandi arte*, Petrus Rodulphius à Tossignano *in Concionatorum rudimentis*, Petrus Crespetius *in summa Catholicæ Fidei verbo Concio*, Ioseph Langius *in polyanthea eod verbo*, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 4. tit. 30. l. 3. de Prædicatorib.* Zerol. *in praxi Episcop p. 1. verbo Prædicatio*, Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Prædicatores*, Barthol. Gauant. *in manuali Episcop. verbo Concio sacra.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 1. verbo Concionari*, plures quos refero *de Officio, & potest. Episcopi part. 3 alleg. 76.*

2 Prædicator in actè Prælatos reprehendere, aut futura prædicere, & certum diem iudicij aut Antichristi aduentum proponere non debet. *Leo X constit. 21. incip. Superna 14. Kalend. Ianuarij 1516.* apud Laert Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 508.* aliàs *pag. 430.* in nouiss. impress.

3 Prædicatorem quæstuarium à prædicationis officio abstinere iubent, & inobedientes puniunt hæreticæ prauitatis Inquisitores. *Vrbanus IV. constit. 2. §. 14. incip. Licet 13. Kalend. Aprilis 1621.* apud Laert. Cherub *tom. 1 pag. 96.* aliàs *pag 120.*

4 Prædicatorum inspirationes diuinæ antequam prædicentur, Sedi Apost. aut Ordinarij examini reseruantur. *Leo X. d. const. 21.*

Prædicatores esse possunt Religiosi Societatis Iesu etiam sacris Ordinibus non initiati. *Gregorius XIII constit 9.* incip. *Vigore 20. Februarij 1584.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag 481* alias *pag. 16.* eam citat Lezana *in sum. quæst. Regul. verbo Concionari numero 5.*

6 Prædicatoris munus potest committi etiam Clerico, qui non sit in sacris Ordinibus constitutus, sed non laico, ex Concilio Lateranen. sub *Leone X. sess. 20.* *Sacra Congr. Conc. die 23. Iunij 1580.* quam me citato commemorat Lezana *d. tom. 3. verbo Concionari n. 4.*

7 Prædicatorem in sua Cathedrali eligere, & deputare erit in arbitrio Episcopi quando populus, vel quiuis alius illum etiam ab immemoriali tempore eligere, & nominare consueuisset, vel Prædicatoris nominationem alteri ex immemoriali competentem relinquere, ita tamen vt si Episcopus huiusmodi electionem sibi assumat, populum, aliumue ad solitas impensas, atque eleemosynas Prædicatori erogandas non compellat. *Sacra Congr. Conc. in Cæsaraugustana* teste Sello *in selectis Canon. c. 8 nu. 9.*

8 Prædicatoris deputatio in Cathedrali Ecclesia pertinet ad solum Episcopum, ita quod Canonici & Capitulum non possint se intromittere in huiusmodi deputatione, nec inconsulto, vel contradicente Episcopo aliquem ad prædicandum in Cathedrali etiam ex Prædicatoribus ab Episcopo

approbatis deputare, ſeu admittere. *Sacra Congr.* C[illegible]te ſte *d cap.8. num.*10. Nam in electione Cathedralis Eccleſiæ nihil poteſt Capitulum. *Eadem Sacra Congr* penes Armendar. *d l.3 de Prædicator.nu.* 11.quem refero *de officio & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg.* 76.*n.*7.

9 Prædicatoris electio pertinet ad Epiſcopum,
cui electo ab Epiſcopo tenetur Vniuerſitas elee-
10 moſynam dare, quam hactenus præſtare conſue-
uit. In Cathedrali vero ſi Epiſcopus prætendat
Communitatem quoque teneri præſtare eleemo-
ſynam ad ipſum incumbit onus probandi imme-
morabilem. *Sacra Congreg Conc. in Sutrina* 10.
Martij 6.8 & 10 *Iulij* 1627. apud Sellium *d.c.* 8.
*num.*11.

11 Prædicatoris deputatio in ſua Cathedrali ad ſolum Epiſcopum pertinet, nulla habita ratione conſuetudinis etiam immemorabilis quæ competeret Capitulo, ſeu Epiſcopo, cum Capitulo vel de conſilio Capituli. *Sacra Congr.Conc. in Abulen.* 3. *Auguſti* 1586. teſtibus Armendar. *d l.7. de Prædicatorib.num.*11.15 & 18. Laurent. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. pag.* 149. *in reſponſ. ad* 9.

12 Prædicatores eligere debet ipſe Ordinarius, niſi in contrarium ſit conſuetudo ab immemoriali tempore *Sacra Congr. Conc.* atteſtante Sellio *d.c.*8. *n.*3. Zerol. *in praxi Epiſcop p.*1. *verbo prædicatio* §.7. Armendar. *d l.7. de Prædicatorib. nu.*2. quos & alios refero *d p.3. alleg.*76.*n.*5.

13 Prædicatori ſoluere tenetur Vniuerſitas ſolitas eleemoſynas, nec illi licet eas ad certam paruam quantitatem reducere. *S. Congr.Conc. in Viterbien. ciuitatis Vetulæ de menſe Septembris* 1620. refert Lezana *in ſum. quæſt. Regul tom* 3. *verbo Concionari num.*12.

14 Prædicatoribus dare debet Communitas mercedem exhiberi ſolitam ſi ex conſuetudine immemoriabili conſtat eam olim fuiſſe illis exhibitam. *Sacra Congr.Rit.* de qua Galer. *in margarita caſuum Conſcientiæ verbo Prædicatores* 1. quem refero *d. alleg.* 76 *n.*14. Ad cuius laudabilis conſuetudinis obſeruantiam Epiſcopus populum cogere poteſt. *Sacra Congreg Conc* penes Franc. Leonem *in theſauro fori eccleſ p.*1.*cap.*8. *ſub num.* 6. quem refert R.P.D. Sperel. *in deciſ. fori eccleſ. deciſ.* 70. *nu* 1. Si detur illi eiuſdem Concionatoris electio, *Eadem Sacra Cong.* quam adducit Campan. *in diuerſ. Iuris Canon. rub.*12. *c.*13. *ſub n.*16.

15 Prædicatorum merces nulla ex parte à penſionariis eſt exigenda, atque eo minus ſi populus hos ſumptus ſ[illegible]ere ſolebat. *Sacra Congr. Conc.* apud Armendar. *d l.3 de Prædicatorib num.*2. quem refero *dict alleg.*76 *n.*13.

16 Prædicator pro Quadrageſima ſi dubitetur quorum ſumptu ſit conducendus, debet Epiſcopus interim proprio ſumptu illum conducere. *Sacra Cong Conc.* referentibus Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verbo prædicatio* §.7. Galet. *in margarita caſuum Conſcientiæ verbo eleemoſyna* 3. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.*546. *in* 1. *edit. alias reſol.* 468. *in* 2. *edit.*

17 Prædicatores non poſſunt tempore Quadrageſimæ, & Aduentus, aliiſque temporibus in pulpito pauperes & miſerabiles perſonas abſque licentia Epiſcopi commendare. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regular. in Placentina* 20. *Iulij* 1619. cuius meminit Sellius *d.c.*8. *n.*14.

18 Prædicatores omnes ſilere debent cum Epiſcopus prædicauerit, illiſque poterit inhibere vt in eo tempore à prædicatione ſe abſtineant. *Sacra Congr.Conc in Bituntina* 17. *Februarij & 2. Martij* 1629. de qua Sellius *d.c.*8.*n.*16.

19 Prædicatoribus Regularibus prohibere poteſt
Epiſcopus ne aliquo die concionentur, vt totus
populus conueniat ad Cathedralem. *Sacra Congr.*
Conc. vt per Gauant. *in manuali Epiſcop. verbo Concio*
ſacra n 5. quem refert Lezana *in ſum quæſt. Regular.*
20 *verbo Concionari n.*13 *in princip.* vbi etiam ſubdit pa-
riter ab eadem Congregatione deciſum prohiberi
poſſe Concionem non ſolitam extra Cathedralē
21 tempore Aduentus, & Quadrageſimæ, non ta-
men poſſe prohiberi in Parochiali Conciones
Quadrageſimales eo titulo vt frequentior ſit po-
pulus in Cathedrali.

Plura vide *in verbo Regularis quoad prædicationem collect* 637. & in verbo *Epiſcopus prædicator, & verba prædicatores collect.*293.

Prædicatores Fratres, vide in verbo *Fratres collect* 372.

SVMMARIVM.

1 *Commenſales Papæ ſunt Prælati panem accipientes de Palatio Apoſt. & eorum beneficia ſunt reſeruata.*

2 *Citari ad comparendum in Curia non poſſunt Eccleſiarum Prælati dum reſident, niſi de mandato Papæ.*

3 *Inquiſitionem facientes de promouendis ad Dignitates Eccleſiarum debent in hoc plurimum vigilare.*

4 *Excommunicationem incurrit offendens Prælatos eccleſiaſticos.*

5 *Olea ſancta ab Epiſcopo petere tenentur Prælati omnes inferiores etiam exempti habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, ſi intra fines eius diœceſis ſint.*

6 *Regularibus Prælatis competit facultas Epiſcopis attributa decreto Conc.c.*1 *ſeſſ.*14.

7 *Canonicis & Dignitatibus præcedere debet Prælatus extra Eccleſiam.*

8 *Paramenta benedicere non poſſunt Prælati inferiores.*

9 *Baldachini vſus quando concedatur Prælatis Congregationis Canon. Regul Lateranen.*

Prælatus.

Collect. DXCIII.

1 PRælati panem accipientes de Palatio Apoſt. ſunt Papæ commenſales, & eorum beneficia ſunt reſeruata. *Iulius III. conſtit.*21. incip. *Sanctiſſimus* 25. *Februarij* 1553. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.*1 *pag.*714. aliàs *pag.*576. in nouiſſ. impreſſ.

2 Prælati Eccleſiarum dum reſident non poſſunt citari ad comparendum in Curia, niſi de mandato Papæ. *Pius IV. conſtit.*10. incip. *De ſalute, pridie Non. Septembris* 1560. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.*20. aliàs *pag.*15. in nouiſſ. impreſſ.

3 Prælati inquiſitionem facientes de promouendis ad Dignitates eccleſiaſticas, plurimum in hoc vigilare debent. *Gregorius XIV. conſtit* 6. incip. *Onus*

Apoſtolicæ

Apostolica Idib. Maij 1591. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* [illegible] *aliàs pag.* 529.

4 Prælatos ecclesiasticos offendẽs excõmunicatur. *Paulus V. constit. 63.* incip. *Pastoralis Idib. Aprilis* 1610. apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 251. aliàs pag.* 184.

5 Prælati omnes inferiores etiam exempti habentes iurisdictionem Episcopalem, si intra fines alicuius diœcesis sint, tenentur pro oleis sanctis accedere ad Episcopum intra cuius fines existit: qui verò nullius est diœcesis, & habet iurisdictionem vt supra, potest quem voluerit Catholicum Antistitem accersere pro administrando Confirmationis Sacramento. *Sacra Congr. Conc.* teste Sellio *in selectis Canon. c.* 20 *n.* 1.

6 Prælatis Regularibus competit facultas Episcopis attributa decreto Conc. cap. 1. sess. 14 scilicet. Cum honestius, ac tutius sit subiecto debitam Præpositis obedientiam impendendo in inferiori ministerio deseruire, quam cum Præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatẽ, ei, cui ascensus ad sacros Ordines à suo Prælato ex quacumque causa etiam extraiudicialiter fuerit interdictus, aut qui à suis Ordinibus seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoueri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates siue honores restitutio suffragetur. *Sacra Congr. Conc. die 3 Aprilis* 1621. referente Sellio *d. c.* 20. *n* 9.

7 Prælatus extra Ecclesiam præcedere debet Canonicis & Dignitatibus. *Sacra Congr. Rit. in Veronen 6. Iunij & 4. Iulij* 626. cuius memini *in tract. de Canon. & Dignitat. c.* 8 *n.* 73.

8 Prælati inferiores non possunt benedicere paramenta, etiamsi habeant territorium separatum, & iurisdictionem, nisi habeant etiam ea quæ sunt Ordinis. *Sacra Congr. Rit. in nullius* 21. *Augusti* 1601. penes Sellium *d. c.* 20. *n.* 12.

9 Prælatis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium, habentibus vsum Mitræ, & Baculi conceditur vsus Baldachini quando solempniter celebrant, circa quod Vide supra in *verbo Baldachinum collect.* 54. *n.* 11. vbi à *n.* 7. idem Abbatibus Cælestinis, Cassinensibus, Oliuetanis, & Camaldulensibus concessum à Sacra Congr. Rituum refertur.

SVMMARIVM.

1 *Mitræ, & Baculi vsum habere solent Præpositi Cathedralium in Germania.*

2 *Indulgentias concedere & publicare non potest Præpositus habens ex priuilegio vsum Mitræ.*

3 *Dignitas proximior succedit in celebratione Missarum solemnium, Præposito prima dignitate impedito.*

4 *Pratensis Præpositus habet vsum Mitræ & Baculi.*

5 *Pratensis Præpositus vtitur Pontificalibus, & cappa.*

6 *Mirandulæ Præposito conceditur vsus Mitræ & Baculi.*

7 *Varesij Oppidi Præposito vsus cappæ concessus.*

8 *Aretinæ Ecclesiæ Præposito primæ dignitati competunt functiones Episcopales absente Episcopo.*

9 *Cortaldi Præpositus est principalis in eius Ecclesia Parochiali.*

10 *Sancti Antonini Collegiatæ Præpositus in ciuitate Placentiæ triplici ductu thurificandus.*

11 *Auenionen. Ecclesiæ Præpositus in absentia Archiepiscopi triplici ductu thurificandus.*

Præpositus.

Collect. DXCIV.

1 PRæpositi Ecclesiarum Cathedralium in Germania solent habere vsum Mitræ, & Baculi. *Sacra Congr. Rit. in Lubianen.* 24. *Aprilis* 1610. teste Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib.* 1. *tit.* 10. *num* 15.

2 Præpositus habens ex priuilegio vsum Mitræ, licet possit solemnem benedictionem populo dare inter Missarum solemnia, non potest tamen Indulgentias concedere & publicare. *Sacra Congr. Rit. in Praten* 4. *Martij* 606. referente Aldano *d. tit.* 20. *n.* 16.

3 Præpositus prima dignitas ad quem spectat Missas solemnes, & diuina officia celebrare, si noluerit, vel fuerit impeditus, non potest hoc alij suo arbitrio delegare, sed succedit proximior dignitas, & alij successiuè. *Sacra Congr. Rit. in Andrien.* 22. *Ianuarij* 1615. quam citat Aldan. *d. tit.* 20. *num.* 17.

4 Præposito Praten. vsum Mitræ, & Baculi concedi posse censuit *Sacra Congr. Rit. in Praten. nullius* 12. *Nouembris* 1605. penes Aldan. *d. tit. an. n.* 18. Et vt
5 possit vti Pontificalibus, & cappa in omnibus Ecclesiis suæ iurisdictionis tam intra quam extra terram, & Mitra ac aliis indumentis Pontificalibus, & in Ecclesiis Regularium de eorum consensu, & sic quando per eorum Ecclesias processionaliter transire contigerit. *Eadem Sacra Congr. Rit. in Praten. nullius* 10. *Maij* 1608. de qua Aldan. *dict. tit.* 20. *num.* 19.

6 Præposito oppidi Mirandulæ conceditur vsus Mitræ, & Baculi, dummodo Episcopus consentiat. *Sacra Congreg. Rit. in Regien. Mirandulæ* 7. *Februarij* 1604. apud Sellium *in selectis Canon. cap.* 30. *num* 12.

7 Præposito Ecclesiæ Collegiatæ oppidi Varesij Mediolanen. diœcesis vsum cappæ concedi posse censuit *Sacra Congr. Rit. in Mediolanen.* 23. *Iunij* 1607. penes Sellium *d. c.* 30. *n.* 12.

8 Præposito Ecclesiæ Aretinæ primæ dignitati competere functiones Episcopales absente Episcopo firmauit. *Sacra Congreg. Rit. in Aretina* 30. *Ianuarij* 1610. cuius meminit Aldan. *d. tit.* 20. *num.* 22.

9 Præpositus Parochialis Ecclesiæ S. Thomæ Cortaldi Florentinæ diœcesis, & eius Ecclesia est principalis, & præcedit Ecclesiæ S. Michaelis, & Iacobi Fratrum sancti Augustini. *Sacra Congr. Rit. in Florentina* 27. *Iunij* 1620 quam refert Aldan. *d. tit.* 20. *n.* 21.

10 Præposito Collegiatæ S Antonini ciuitatis Placentiæ triplici thuribuli ductu thurificandum, Canonici verò duplici iuxta consuetudinem, suæque familiæ insignia in festis solemnioribus exponere posse declarauit *Sacra Congr. Rit. in Placentina* 25. *Septembris* 1621. quam citat Sellius *d. c.* 30. *num.* 14.

11 Præpositus Ecclesiæ Auenionen. iuxta immemorabilem dictæ Ecclesiæ consuetudinem in ab-

ſeotia Archiepiſcopi triplici ductu thurificandus eſt. *Sacra Congr. Rit. in Auenionen.* 20. *Nouembris* 1610. referente Sellio *dict. cap.* 30. *num.* 15. Licet non probata tali conſuetudine prius declaratum fuerit Præpoſitum, & Canonicos Eccleſiæ prædictæ iuxta regulas libri Cæremonialis thurificandos eſſe, declaraſſet *ead. ſacra Cong. die* 24. *Aprilis eiuſdem anni* 1610.

SVMMARIVM.

1 *Romanus & Lateranenſis Eccleſia gaudet centennaria præſcriptione.*
2 *Monachi S. Mariæ Montis Oliueti gaudent ſexagenaria præſcriptione.*
3 *Canonici regulares Lateranenſes ſexagenaria gaudent præſcriptione.*
4 *Cenſus in extinctione non obſtat præſcriptio centum annorum.*
5 *Clericorum contra bona non poteſt induci præſcriptio.*

Præſcriptio.

Collect. DXCV.

1 PRæſcriptione centenaria gaudet Romana, & Lateranenſis Eccleſia. *Honorius III. conſtit.* 4. *incip. Si dū* 9. *Kalend. Maij* 1221. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1 *pag.* 46. aliàs *pag* 80. in nouiſſ. impreſſ. Et monaſterium ſancti Pauli extra Vrbem. *Paulus III conſtit.* 15 incip. *Benignitas Nonis Nouembris* 1537. apud Laert. Cherub *d. tom.* 1 *pag* 663 aliàs *pag.* 516. in nouiſſ. impreſſ.

2 Præſcriptione ſexagenaria gaudent Monachi B. Mariæ Montis Oliueti. *Iulius II. conſt.* 12. *incip. Etſi ad vniuerſos pridie Non. Iunij* 1507. apud Laert. Cherubin. *dict. tom.* 1. *pag* 421. aliàs *pag.* 369. in nouiſſ. impreſſ.

3 Præſcriptione ſexagenaria gaudent Canonici Regulares Lateranenſes *Sixtus IV conſtit.* 12. *incip. Dum ad vniuerſos* 10. *Kalend. Septembris* 1576. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 344 aliàs *pag* 312. in nouiſſ. impreſſ.

4 Præſcriptio centum annorum non obſtat in extinctione cenſus. *Pius V. conſtit* 79. incip. *Cum onus* 14. *Kalend. Februarij* 1569 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2 *pag* 276.

5 Præſcriptio non poteſt induci ſeu dari contra Clericum & illius bona ex eo quia quolibet anno interrumpitur per publicationem Bullæ in Cœnæ Domini *Sacra Congr. Immunitatis ſub die* 7. *Decembris* 1632. penes Bonfadin. *in theſauro Canon deciſ. reſol.* 21. *numer.* 2. per doctrinam Felini *in cap. cum non liceat verſ.* 5. *de præſcript.* Creſcent. *deciſ.* 4. *num* 5. *de locato*, Aputhar. *conſ.* 155. *num.* 11. Surd. *conſ.* 301. *num.* 45. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 52. *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij præſentationem vendere non intendens, ſi pecuniam accipiat vt exire poſſit de carcere & eam reſtituat, & præſentationem reuocet non incidit in pœnas, &c.*
2 *Inſtitutio non eſt facienda ab iis ad quos ſpectat præſentatis ad beneficia ſimplicia abſque præuio epiſcopi examine.*
3 *Examen coram aliis examinatoribus non Synodalibus ſufficit in præſentatis ad Parochialem de iurepatronatus laicorum.*
4 *Examen præſentandorum ad omnia beneficia iurispatronatus pertinet ad Epiſcopum etiamſi inferiores inſtitutores eſſent Monachi, vel Capitulum.*

Præſentatio, Præſentatus.

Collect. DXCVI.

1 PRæſentationem beneficij vendere non intendens, ſed exire de carcere, ſi pecuniam pro præſentatione acceptam reſtituat, & repræſentationem renocet, non incidit in pœnas priuationis iuris præſentandi alium infra legitima tempora. *Sacra Congr. Conc in Nicien.* 1. *Aprilis* 1628. quam refert Sellius *in ſelectis Canon. c.* 46. *nu.* 7.

2 Præſentati ad beneficia ſimplicia, abſque præuio examine Epiſcopi, inſtitui non poſſunt ab iis, ad quos inſtitutio ſpectat, iuxta *cap.* 3. *ſeſſ.* 7. *Sacra Cong. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de benefic part.* 9. *cap.* 3. *num.* 19. *in reſp ad* 2. Et iterum præſentati omnes ab Ordinario ſiue Epiſcopo ſunt examinandi etiam quod inſtitutio ad inferiores pertineat: nam Epiſcopus probare debet an ſint ætate, litteris, & ſufficientia idonei, licet alterius diœceſis eſſent. *Sacra Congreg. Conc. in Taurinen. & Cremonen.* referente Stephan. d'Aluin. *de Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſ. poteſt. cap.* 15. *ſub num.* 7.

3 Præſentatus à patronis laicis ad Eccleſiam Parochialem de iurepatronatus laicorum ſufficit quod examinetur coram aliis examinatoribus non ſynodalibus. *Sacra Congr Conc. die* 19. *Decembris* 1620. penes Sellium *d. c.* 46. *n.* 8.

4 Præſentati ad beneficia iurispatronatus examen pertinet ad Epiſcopum, etiamſi inferiores inſtitutores eſſent Monachi, vel Capitulum *Sacra Congr. Conc. in Cremonen* apud Steph. d'Aluin. *d. c.* 15. *n.* 7. *verſ eſt & tertia.*

Preces.

Collect. DXCVII.

1 PReces ordinatæ ad impetrandam pluuiam non ſunt recitandæ inter Miſſarum ſolemnia ne Sacrificium Miſſæ interrumpatur. *Sacra Congr. Rit. in Oſcen.* 11. *Iunij* 1605. teſte Sellio *in ſelectis Canon. cap.* 38 *n.* 10.

2 Preces & Orationes Societatis laicorum ob priuatam deuotionem recitandæ, approbari poſſunt dummodo ſeparatim ab officio imprimantur. *S. Congr. Rit, Ariminen.* 18. *Septembris* 1602. referente Sellio *d. cap.* 38. *n.* 12.

De precibus Gauant. *in rubric. Breuiarij ſeſſ.* 5. *cap.* 17. *à princ.*

Presbyter. vide in verbo *Sacerdos collect.* 659.

Prima Tonsura.

COLLECT. DXCVIII.

1 PRima Tonsura conferri potest illi, qui habet omnia requisita cap. 4. sess. 23. licet ob aliquod impedimentum non possit ascendere ad alios Ordines non obstante capit 11 eiusdem sess. quia hoc loquitur de quatuor minoribus, illud verò de Prima Tonsura tantum. *S. Congr.* Conc. teste Sellio *in select. Canonicis c. 2. n. 19.*

2 Primam Tonsuram conferre potest Episcopus, illi, qui legere & scribere, hoc est characteres formare sciat. *S. Congr. Episco. & Regul in Forosempronien. 13. Octobris* 1591. penes Sellium *d. c. 2. n. 20.*

Primas Nancien. in dominio Lotharingiæ quãdo vsum habeat Baculi, & Mitræ, Vide supra in verbo *Baculum collect. 52. sub n. 3.*

Primicerius.

COLLECT. DXCIX.

1 PRimicerij etiam quando dubitatur an sint verè Dignitates, debent in processionibus sicut dignitates Pluuialia deferre, & non Planetas sicut Canonici Presbyteri. *Sacra Congr. Rit. in Campana 18 Aprilis* 1607. teste Sellio *in select. Canon cap. 32. num. 12.*

2 Primicerij ad regendum chorum destinati non sunt inde amouendi vt assistant Episcopo. *Sacra Congr. Rit. in Metropolitana 6. Septembris* 1608. penes Sellium *d. c. 32. n. 13.*

3 Primicerius Cathedralis Lancianen. nullum ius, aut præcedentiam habet in Ecclesia Parochiali sanctæ Luciæ. quæ prius erat annexa. *S. Congr. Rit. in Lancianen. 3. Septembris* 1616. quam refert Sellius *d. c. 32. nu. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij visitare non possunt Prioratus Militum Hierosolymitanorum.*
2 *Visitare Episcopi non possunt Prioratus, qui suis Capitulis subsunt.*
3 *Cathedralis Ecclesiæ Priori, qui antea dum esset Ecclesia Regularis habebat iurisdictionem, & sedem cum puluino, post secularizationem competit prima sedes in choro sine puluino.*
4 *Collegiatæ Ecclesiæ Prior quando ad residentiam teneatur?*
5 *Collegiatæ Prior non habet præcedentiam super Canonicos Cathedralis, & vide n. 7.*
6 *Thurificandus est duplici ductu Collegiatæ Prior dum in Cathedrali simul cum illius Dignitatibus, & Canonicis interest.*
7 *Collegiatæ Prior præcedit Canonicis Cathedralis vti singulis incedentibus, non vero collegialiter.*
8 *Beneficiatis omnibus licet antiquioribus præcedit Prior vti dignior.*
9 *Curatus Prior ratione stolæ debet præcedere omnibus Presbyteris etiam Canonicis Collegiatæ.*
10 *Prior S. Venantij in ciuitate Camerinen. quem locũ in Cathedrali habeat?*
11 *Prior monasterij S. Catharinæ Ordinis Canonicorum Regul. Lateranen. ciuitatis Firmanæ vsum Mitræ & Baculi habens, quando & quomodo solemniter in Pontificalibus celebrare valeat?*
12 *Confraternitatis sanctissimi Sacramenti Prior non ante Baldachinum post Capitulum, sed à latere Baldachini debet incedere.*
13 *Euangelij Textus osculandus non est porrigendus Priori domino loci.*

Prioratus, Prior.

COLLECT. DC.

1 PRioratus Militum Hierosolymitanorum Ordinarij visitare non possunt, cum illi sint Præceptores, & non Commendatarij, & visitari debent à Capitulis sui Ordinis, *Sacra Congr. Conc* apud Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra lib. 1. tit 6. de visitat l. 1. §. 2. n. 101.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3 alleg. 74. n. 27.*

2 Prioratus, qui suis capitibus subsunt, etiam Ordinis Hierosolymitani, ab Episcopis visitari non possunt, *Sacra Congreg Conc.* teste Armendar. *vbi supra n 103.*

3 Prior Ecclesiæ Cathedralis, qui in eadem Ecclesia, dũ illa erat Regularis habebat iurisdictioné, & primum locum separatum ab aliis in choro cũ puluino, postquam Ecclesia fuit secularizata, & omnis iurisdictio reseruata Archiepiscopo, conuenit tantùm prima sedes in choro tanquam primæ Dignitati, sed sine puluino, & non sedem separatam. *Sacra Congr. Rit. in Tarantasien. 23. Ianuarij* 1611. quam refert Aldan. *in compendio Canon resol. lib. 1. tit. 22. n. 41.*

4 Prior insignis Ecclesiæ Collegiatæ (forsan nostræ Vimaranensis) obtinuit Prioratum præuio examine, & approbatione, vt fit in beneficiis curam animarum habentibus; in cuius litteris collationis dicitur Prioratui huiusmodi curam Parochianorum dictæ Ecclesiæ, quæ etiam Parochialis existit, imminere cum cura etiam iurisdictionali, nihilominus tamen antecessores per longum tempus & vltra quinquaginta annos non residentes in domo Canonicali, quam ibi habent, ad longum tempus habitarunt, sed à multo tempore locata reperitur laicali familiæ. Quæritur an Prior modernus de Iure ad residentiam in dicta Ecclesia, & in illius domo Canonicali prædicta obligatus existat? *S. Cong. Conc. die 20 Aprilis* 1601. respondit hunc Priorem ad residentiam teneri, refero Ego ipse *de Canon. & Dignitat. c. 11. n. 7.*

5 Prior Collegiatæ non habet præcedentiã super Canonicos Cathedralis. *S. Congr. Rit. in Tuscanen. 19. Augusti* 1619. quam citat Aldan. *d. tit. 22. n. 43.*

6 Prior Collegiatæ dùm in Cathedrali simul cum illius Dignitatibus, & Canonicis interest, duplici ductu thuribuli, thurificandus est: *Eadem Sacra Congr. Rit. in dicta Tuscanen.*

7 Prior Collegiatæ, qui caput est Capituli & Dignitas vnica, cui solent à Sede Apost. causæ committi, præcedit Canonicis Cathedralis non collegialiter, sed vti singulis incedentibus. *Sacra Congr. Rit in Viterbien. 20. Decembris* 1601. penes Aldan. *d. tit. 22. n. 44.*

8 Prior vti dignior præcedit omnibus aliis beneficiatis, licet antiquioribus. *Sacra Congr Rit. in Hispalen. 5. Iulij* 1632. referente Bonfadino *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 51. n. 32.*

9 Prior, seu Presbyter Curatus ratione stolæ debet præcedere omnes alios Presbyteros etiam Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ. *Sacra Congr Rit.*

in Saxoferraten. Nucerina diœcesis 14. *Octobris* 1609. apud Aldan. *d. tit.* 22. *n.* 45.

10 Prior Ecclesiæ S. Venantij in Ciuitate Camerinen. debet habere secundum locum in choro inter Dignitates, & Canonicos Ecclesiæ Cathedrali. *Sacra Congr. Rit. in Camerinen.* 15. *Mar.* 1608. de qua Ald *d. tit.* 22. *n.* 46.

11 Prior monasterij S. Catharinæ Ordinis Canonicorum Regularium Lateranen. ciuitatis Firmanæ, qui ex antiqua consuetudine, & priuilegiis Romanorum Pont. vsum habet Mitræ & Baculi, ac aliorum indumentorum Pontificalium quando solemniter celebrat, contentus esse debet sua sede, quæ, vt asseritur, locata est, & esse debet in cornu Euangelij, in plano Presbyterij cum duobus tantum gradibus paruis, & sine vllo suppedaneo suggestu lapideo, vel ligneo, ac sine baldachino desuper, sed cum postergali tantum ex aliquo panno, vel serico leui, sine auro, coloris conuenientis solemnitati, quæ celebratur. Nec debet habere duos Diaconos assistentes quando celebrat, vt suprà, sed contentus sit & esse debeat Subdiacono, & Diacono, qui in Missa cantaturi erant Epistolam, & Euāgelium, & vno Cappellano cum pluuiali, qui assistat ad librum, nec alios ministros habeat præter prædictos, nisi aliquos clericos, & ministros cum cotta, qui sibi de Mitra & Baculo ac aliis necessariis ministrent, ac etiam Altari inseruiant. Item in Altari sex tantum & non septem candelabra cum totidem candelis, & sua cruce locari debent, ac abacus alius præterquam parua mensa in cornu Epistolæ, super quo duo esse possint, Mitra qua Prior vtitur, Calix, Missale, thuribulum cum nauicula, & alia necessaria pro actu celebrationis, & sub Mitra, birretum paruo nigro, non alterius coloris omnino vti debet. *Sacra Congreg. Rit. in Firmana* 28. *Ianuarij* 1606. cuius meminit Aldan. *dict. tit.* 22. *numero* 47.

12 Prior Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti nonante baldachinum post Capitulum, sed à latere baldachini debet incedere, *Sacra Congr. Rit. in Nicien* 30 *Ianuar.* 1616. de qua Aldan. *d. tit.* 22. *numer.* 48.

13 Priori domini loci Euangelij Textus osculandus non est porrigendus, & multo minus eius procuratori. *Sacra Congr. Rit. in nullius prouincia Baren.* 24. *Augusti* 1609. penes Aldan. *d. tit.* 22. *num.* 49.

Priuatus.

Collect. DCI.

1 PRiuato iniustè debentur fructus, & distributiones quotidianæ, cæteraque emolumenta, quæ præsentibus tantum, & interessentibus lucrifieri consueuerunt pro toto eo tempore, quo ob dictam priuationem munera suo officio incumbentia obit, atque Horis Canonicis interesse non potuit. *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* 26. *Maij &* 11. *Iulij* 1625. *Sacra Congr. Conc. in Aquilana* 21. *Iunij eiusdem anni*, quarum meminit *in tract. de Canon. & dignitat. c.* 24. *n.* 45.

SVMMARIVM.

1 *Concilij Trid. decretis contraria priuilegia, dispensationes, & immunitates reuocantur.*
2 *Homicidas liberandi priuilegia concessa Confraternitatibus reuocantur.*
3 *Dispensandi super irregularitatibus & impedimentis matrimonialibus facultates locis piis concessa irritantur.*
4 *Missas vespertino tempore celebrandi priuilegia concessa reuocantur.*
5 *Doctorandi priuilegia aliis quàm Aduocatis Consistorialibus concessa reuocantur.*
6 *Confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione audiendi, concessa priuilegia reuocantur.*
7 *Ordini Fratrum B. Mariæ de Mercede concessa priuilegia confirmantur.*
8 *Episcopis concesso priuilegio in cap. fin. de priuil. in 6. non est per Concil. Trid. derogatum.*
9 *Episcopi post Concil. vti possunt priuilegio d. c. fin saltem occasione pestis & belli.*
10 *Oratorij Patribus circa confessiones audiendas priuilegium concessum.*
11 *Can. si quis suadente priuilegium in nihilo immutauit Concil. Trid.*
12 *Canonicis concessum priuilegium vacandi æstiuo, vel alio certo tempore ab Ecclesia moderandum.*
13 *Abbatibus Benedictis concessum priuilegium exercendi Pontificalia in eorum propriis Ecclesiis, non potest extendi ad Abbates non benedictos, & extra proprias Ecclesias.*
14 *Priuilegia quibus Regulares eximuntur ab obedientia prælatorum reuocantur.*
15 *Regularium priuilegia omnia, etiam ea, quæ Mare magnum appellantur, sunt reuocata in his, quæ Concilio Trid. aduersantur.*
16 *Interdicta non seruandi in aliquibus diebus priuilegia Regularia ante Concilium concessa censentur reuocata.*
17 *Absoluendi à casibus contentis in Bulla Cœnæ priuilegia sunt sublata.*

Priuilegium.

Collect. DCII.

1 PRiuilegia, indulta, dispensationes, immunitates, & aliæ gratiæ, variis monasteriis, Ecclesiis, Religiosis, hospitalibus, Militiis, Patriarchis, Episcopis, & aliis cuiuscunque dignitatis, personis à Romanis Pontificibus elargita, etiam pluries confirmata, & ex quauis honesta causa concessa, quæ contrariantur decretis Concilij Trid. reuocantur, eorumque vigore acta & agenda à die, qua dictum Concilium ligare cœpit, nulla esse decernuntur. *Pius IV. constit.* 95. incip. *In Principis de anno* 1564. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 156. & illius meminit Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.* 86.

2 Priuilegia liberandi homicidas confraternitatibus concessa reuocantur. *Pius IV. constit.* 92. incip. *Cum ad solitam* 19. *Kalend. Ianuarij* 1564. apud Laert. Cherub. *dict. tom.* 2. *pag.* 100. in nouiss. impress.

Priui-

5 Priuilegia locis piis concessa circa facultatem dispensandi super irregularitatibus, & impedimentis matrimonialibus irritantur. *Pius IV. const. 64.* incip. *Decem de anno* 1561. apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag. 94.*

4 Priuilegia quibuscunque Prælatis & aliis concessa celebrandi Missas vespertino tempore reuocantur. *Pius V. constit.* 4. incip. *Sanctissimus de anno* 1566. apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag. 178.* aliàs *pag.* 134. in nouissima impress.

5 Priuilegia doctorandi in Vrbe aliis quàm aduocatis Consistorialibus concessa reuocantur. *Pius V. constit. 60.* incip. *Quamuis à Sede Kalend. Iunij* 1568. apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag. 256.* aliàs *pag.* 193. in nouiss. impress.

6 Priuilegia omnia etiam per modum communicationis cõcessa Militiis, Hospitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibusuis tam Mendicantium, quàm non Mendicantium. exter (?) quæ locis piis, & eorum siue earum respectiuè personis a ... diendi secularium personarum Confessiones absque Ordinarij examine & approbatione, reuocat *Vrbanus VIII. constit. 92.* incip. *Cum sicut accepimus* 12. *Septembris* 1628. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. pag.* & apud Lauren. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom. 3. in addit. c. 12. pag.* 508.

7 Priuilegia & indulta Ordinis Fratrum B. Mariæ de Merccde Redemptionis captiuorum & illius personis concessorum, dummodò sint in vsu, vel sacris Canonibus, aut Concilio Trid. vel Constitutionibus Apost. non sint repugnantia, confirmat *Vrbanus VIII. constit. 94.* incip. *Ex clementi 7 Id. Octobris* 1628 apud Angel. Mariam Cherub. *d. tom. 4. pag.* 104.

8 Priuilegio concessu in fauorem Episcoporum, de quo *in cap. fin. de priuileg. lib. 6.* non est per decretum Concilij de Missis in priuatis domibus non celebrandis vlla ex parte derogatum, quia intentio Concilij est tollere abusus cum fiat ea causa, vt scilicet quotidie M ... tesse Sellio *in selectis Canon. c. 31. n. 5.*

9 Priuilegio *cap. fin. de priuileg. in 6.* vti possunt Episcopi post Concilium saltim occasione pestis, & belli. *Sacra Congreg. Conc. in causa Lombardia* 17. *Augusti* 1630. quam refert Bonsadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 23. n.* 2.

10 Priuilegium à Sede Apost. nulla facta derogatione Concilij indultum, Patribus Congregationis Oratorij, vt qui ex eis præuio examine ad audiendas Confessiones in ipsa Vrbe à Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbem absque alio examine, de licentia tamen Ordinariorum locorum Confessiones liberè audire valeant, omninò obseruandum est. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *in addit. ad tract. de benefic. p. 4. c. 5. n. 31.*

11 Priuilegium *Cum si quis suadente* 17. *quæst.* 4. in nihilo immutauit Concilium Trid. *sess. 24. cap. 6.* de reform. Vnde quiuis clericus etiam non habens beneficium ecclesiasticum, nec habitum, & Tonsuram deferens eo gaudet priuilegio. *Sacra Congr. Conc.* de qua Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 5. num.* 7.

12 Priuilegium concessum Canonicis vacandi æstiuo, vel alio certo tempore ab Ecclesia iuxta declarationem sacri Concilij moderandum est. *Sacra Congr. Rit. in Elnen* 10 *Ianuarij* 1604. *in resp. ad vll. 6 dub.* quam refert Sellius *d. c. 31. n.* 4.

13 Priuilegium concessum Abbatibus benedictis exercendi Pontificalia, & Pontificaliter celebrandi in eorum propriis Ecclesiis, non potest ab Episcopo eatidad Abbatem non benedictos, & extra proprias Ecclesias. *Sacra Congr. Rit. in Pampilonen.* 8. *Maij* 1617. cuius meminit Bonsadin. *d. resol.* 23. *numero* 4.

14 Priuilegia omnia concessa Fratribus particularibus in Regnis Hispaniarum propter quæ ab obedientia suorum Prælatorum, eximuntur, reuocauit *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Pastoralis* 30. *Iulij* 1626. referunt Lezana *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *c. 10 n. 26. & c. 16. n. 5.* Laur. de Peyrinis *de priuil. Regul. tom. 3. in addit. c. 11. pag.* 507.

15 Priuilegia omnia Regularium, etiam ea, quæ Mare magnum appellantur, sunt resoluta in his quæ Concilio Trid aduersantur per Bullam *Pij V. sub 11 Kalend. Martij* 1565. *S. Congr. Conc* referente Nicol. Garc *de benefic p. 5. c. 5. n.* 158.

16 Priuilegia Regularia quod non teneantur seruare interdicta in aliquibus diebus tantùm veluti in festis suorum Ordinum si ante Concilium concessa fuerint, vtique reuocata censentur. *S. Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc *de benefic. p. 5. cap. 8. num.* 87. *vers. ad octauum*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Relig. num.* 73. quos refert *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 105 *num.* 44.

17 Priuilegiorum per confirmationes, quas Regulares à Sede Apost. post sacrum Concilium Trid. obtinuerunt nequaquam reuiuiscere possunt priuilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata atque extincta, si quæ habebant absoluendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consueuit, vtpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem *Sacra Congr. Episco. & Regular.* 17. *Nouembris* 1628. quam citat Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. in additam. ad Constit. Sixti IV. c. 2. n. 38. pag.* 315.

Priuilegia diuersis concessa.

COLLECT. DCIII.

1 Abbreuiatoribus, & scriptoribus litterarum Apost. & archiuij *Iulius II constit.* 15. incip. *Sicut Kalend. Decembris* 1507. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 427. aliàs *pag.* 371. *Leo X. constit.* 14. incip. *Summus* 17. *Kalend. Augusti* 1515. apud Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag.* 486. aliàs *pag.* 415. in nouiss. impress.

2 Aduocatis Consistorialibus. *Sixtus V. constit.* 62. incip. *Sacri Apostolatus* 10. *Kalend. Septembris* 1587. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 558 aliàs *pag.* 447.

3 Ædificantibus in ciuitate Pia. *Pius IV. constit.* 101. incip. *Romanum* 10. *Kalend. Septembris* 1565. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 155. aliàs *pag.* 117.

4 Archiconfraternitati orphanorum de Vrbe. *Paulus III. constit.* 26. incip. *Altitudo*. 7. *Id Februarij* 1541. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 654. aliàs *pag.* 540.

5 Archihospitali sancti Spiritus in Saxia de Vrbe. *Sixtus IV constit.* 14. incip. *Illius* 12. *Aprilis* 1477. apud Laert. Cherub. *tom. 1 pag.* 112.

Aromatariis. *Clemens VIII. constit.* 47. incip. *Lin*

uersi Ordinis Milites seruanda.

12 *Balius Capitulares, & Milites magna Crucis Religionis Hierosol. inter se pracedunt per antianitatē.*

13 *Aduocatorum Consistorialium pracedentia ante alios aduocatos Romana Curia.*

14 *Canonicorum secularium Ecclesia Lateranen. pracedentia ante Canonicos Basilica. S. Petri.*

15 *Canonici S. Georgij in Alga pracedunt Canonicis Congr. Lateranens.*

16 *Canonici Regulares Lateranens. pracedunt Monachis Cassinensibus.*

17 *Fratres Pradicatores pracedunt aliis Fratribus Mendicantibus, & non Mendicantibus.*

18 *Pracedentia inter Regulares in territoris Romans seruanda est sicut in ipsa Vrbe.*

19 *Monachi pracedentiam seruant iuxta Bullam Gregorij XIII.*

20 *Cistercienses reformati pracedunt Mendicantibus.*

21 *Fratres Mendicantium semper & vbique tribuere debent pracedentiam Monachis.*

22 *Fratres Minores de Obseruantia pracedunt Fratribus Minoribus Conuentualibus.*

23 *Fratres Obseruantes, & Tertiarij S. Francisci pracedunt inter se iuxta Bullam Gregor. XIII.*

24 *Confraternitates & Ordines Mendicantes quomodo inter se pracedant?*

25 *Iesuati & Fratres Ordinum Minorum de Obseruantia quomodo inter se pracedant?*

26 *Carmelita, & Fratres S. Maria de Mercede quomodo inter se pracedant?*

27 *Fratres B. Ioannis Dei & Ordines Mendicantium pracedunt inter se iuxta Bullam Gregorij XIII.*

28 *Valuen. & non Sulmonen. Capitulis pracedentia debetur.*

29 *Moniales inter se pracedunt à die professionis.*

Pracedentia.

Collect. DXC.

1 PRæcedentiarum controuersias in funeralibus, & processionibus componere potest Episcopus breui manu, summariè, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij. *Sacra Congreg. Conc.* testibus Franc. Leone *in thesauro fori eccles. p.1. cap.8. num.*18. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub.12. cap.13. num.*120. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.1. tit.14. leg.24 §. 31. de processionion. numer.* 10. Modern. Hisp. *de Regia protect. tom.1. p.2. cap.9. numer.* 15. Lezana *in summ. quæst. Regul. tom.3. verbo Episcopus quoad Regulares nu.*15.

2 Præcedentia semper dignioribus danda est. *Sacra Congr. Rit. in Sancti Seuerini* 1. *Septembris* 1607. quam refert Sellius *in selectis Canon c.47. nu.* 5.

3 Præcedentia inter Episcopos nulla alia ratione regulatur nisi electionis, seu prouisionis vt qui prius electus seu prouisus fuerit de aliquo Episcopatu, alteri postea electo seu promoto præcedat. *Sacra Congr. Rit. in Segobricen* 21. *Martij* 1609. penes Sellium *d. c.47. n.6.* Et de præcedentia inter Episcopos & Protonotarios participantes. *Pius II. const.4. incip. Cum seruare pridie Id. Iunij* 1459. apud Laert. Cherub. *in Bullaris tom.1. p.*316.

4 Præcedentia Episcoporum in Conciliis Prouincialibus stenenda est iuxta tempus ordinationis, non autem secundum dignitatem Ecclesiarum. *Sacra Congr. Conc. die* 19. *Aprilis* 1596. referente Sellio *d. c.47. num.*7.

5 Præcedentia semper debetur Canonicis Ecclesiæ Cathedralis supra Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, etiam in associandis funeribus propriæ ipsius Collegiatæ Parochiæ. *Sacra Congreg. Rit. in Pranestina causarum* 28. *Augusti* 1618. de qua Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.3. tit.6. nu.*3.

6 Præcedentia in processionibus & funeralibus danda est Canonicis Ecclesiæ Cathedralis *Sacra Cong. Rit. in Ripana* 30. *Iulij* 1616. apud Aldan. *d. tit. 6. num.* 4.

7 Præcedentia debetur Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ supra Collegium Parochorum, & aliorum Presbyterorum etiam ipsius ciuitatis, dum occasione Synodi, vel alterius similis causæ simul conueniunt. *Sacra Cong. Rit. in Fauentina Brisiguella* 12. *Martij* 1616 attestante Sellio *d. c.47. nu.*8.

Plura de præcedentia Canonicorum vide in verbo *Canonicus quoad locum & pracedentiam, collect.* 91.

8 Præcedentia inter Curatos Ecclesiarum Parochialium non ratione regulæ, sed ratione antianitatis, seu prærogatiuæ Ecclesiæ Parochialis Curatis danda est *Sacra Congreg. Rit. in Asten.* 21. *Martij* 1609. teste Sellio *dict. c.47 nu.*9.

9 Præcedentia semper debetur Clero seculari supra Regulares etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis. *Sacra Congr. Rit. in Firmana terra sancta Victoria* 31 *Martij* 1618. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo pracedentia numer.* 4. & 5. Hinc eadem *S. Cong. Rit. die* 30. *Augusti* 1602. decreuit, & ordinauit vt in generalibus processionibus Fratres, seu Monachi, vel Ordines Regularium antecedant & Presbyteri seu clerici seculares subsequantur, & vltimum locum teneant, nec mixtim cum Regularibus incedant. Et *Clemens VIII. in sua constit.* incip. *Qua ad remouendum* 5. *Nouembris* 1603. ex voto eius Sacræ Congregationis declarauit Clerum secularem in omnibus locis etiam in propriis Ecclesiis, & conuentibus Fratrum, Monachorum, & Religiosorum quorumcunque in vniuerso Regno Castellæ, & Legionis præferendum esse & præcedere debere, quam Clementis VIII. constitutionem obseruari mandauit Gregorius XV. *in suis Constit.* incip. *Alias à felici die* 3. *Augusti* 1622. reperiuntur impressæ apud recollectionem Apostolicarum Constitutionum quam imprimi curauit Status ecclesiasticus Regnorum Castellæ, & Legionis.

10 Præcedentia inter Presbyteros sumitur ex antianitate Ordinis, non ex gradu Doctoratus quia Presbyteratus Ordo longè dignior est quàm gradus Doctoratus. *Sacra Congreg. Rit. in Mediolanen.* 29. *Nouemb.* 1603. & *in Messan. Tauromeni* 20. *Iunij* 1609. & *in Panormitana* 15. *Maij* 1610. & *in Terra Conigliona in Sicilia* 19. *Martij* 1611. & *in Fanen. sancti Constantij* 4 *Iulij* 1615. & *in Catan.* 30. *Ianuar.* 1616. & *in Nucerina terra Gualdi* 19. *Ianuarij* 1619 & *in Cephaluden ac Catanien. ead. die*, & *in Messanen. terra Gagliani* 20. *Aprilis* 1619. & *in Catanien* 22. *Augusti* 1620. & *in Cephaluden.* 30. *Martij* 1621. quarum meminit Sellius *dict. cap.* 47. *numer.* 10. Sacerdos beneficiatus in Ecclesia sui beneficij præcedentiam habere debet supra alios beneficiatus in eadem Ecclesia non Sacerdotes. *Sacra Congreg. Rit. in nullius prou. Florentia de mense Ianuarij* 1633. quam refert Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 32. *nu.* 10.

11 Præcedentia Antianitatis inter eiusdē Ordinis

Milites

Milites seruanda est, non autem inter Milites diuersi Ordinis. *Sacra Congreg. Rit. in Meliten. 9. Maij* 1609. penes Aldan. *d. tit. 6. nu. 7.*

12 Præcedentia inter Balliuos Capitulares, & Milites magnæ Crucis Religionis Hierosolym. per antianitatem, & non per aliam rationem est discentienda. *Sacra Congr. Rit. in Meliten. 12. Augusti* 1608. teste Aldano *d. tit 6. num. 8.*

Præcedentia Aduocatorũ Consistorialium est
13 ante alios aduocatos Romanæ Curiæ *Sixtus V. constit.* 61. incip. *Sacri* 10. *Kalend. Septembris* 1587. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 538. aliàs *pag.* 477. in nouiss. impress.

Præcedentia Canonicorum secularium Eccle-
14 siæ Lateranẽsis est ante Canonicos sancti Petri de Vrbe. *Pius V. constit.* 94. incip. *Infirma* 12. *Kalend. Ianuar.* 1569. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 296.* aliàs *pag.* 223. in nouiss. impress.

15 Præcedentiam habent Canonici Sancti Georgij in Alga quoad Canonicos Congregationis Lateranensis. *Pius V. constit.* 227. incip. *Cum alias* 11. *Kalend. Iunij* 1571. apud Laert. Cherub. *d. tom 2. pag.* 140. aliàs *pag.* 255. & illius memini *de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 78. n. 37.*

16 Præcedentiam habent Canonici Regulares Lateranenses quoad Monachos Cassinenses. *Pius V. constit.* 75. incip. *Romanus pridie Id. Octobris* 1568 apud Laert. Cherub *d. tom 2. pag.* 272. Immò etiã ante omnes alios Regulares post Clerum secularem, idem *Pius V. constit.* 116. incip. *Cum ex Ordinum* 10. *Kalend. Ianuarij* 1570. apud Laert. Cherubin. *d. tom. 2. pag.* 324. aliàs *pag.* 243. in nouiss. impress.

17 Præcedentia Fratrum Prædicatorum quoad alios Fratres Mendicantes & etiam non Mendicantes post Clerum secularem, & antiquos Ordines Monachales, *Pius V. const.* 71. incip. *Diuina* 27. *Augusti* 1568. apud Laert. Cheru. *d. tom. 2. pag.* 267. *Clemens VIII. const.* 13. incip. *Inter cætera* 25. *Septembris* 1592. referente Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo præcedentia numer.* 16 & illarum meminere Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst* 35. *art.* 1. Piasec. *in praxi Episcop. p. 3. cap. 3. pag.* 210. Scorria *in selectas summorum Pontificum Constitut. epit.* 116. *theorem.* 393. Michael Ferrus *de præcedent. ecclesiast. quæst.* 45. *numer.* 3.

Præcedentia inter Regulares de suburbiis, &
18 territorio Romano seruatur, sicut in ipsa Vrbe. *Sacra Congreg. Rit in Tusculana 2. Martij* 1613. de qua Sellius *d. cap. 47. nu.* 11. Nam ad tollendas omnes lites & controuersias in materia præcedentiarum debet seruari id, quod in alma Vrbe omnium magistra seruatur. *Sacra Congr. Episcop. & Regular.* 26. & 30. *Augusti* 1595. referente R. P. D. Spetello *in decis. fori ecclesiast. decis. 76. num.* 16.

Præcedentia inter Monachos seruatur iuxta
19 Bullam Gregorij XIII. *Sacra Congr. Rit. in Saxaferraten. Nucerina diœcesis* 19 *Maij* 1614. penes Aldan. *d. tit. 6. num.* 10.

20 Præcedentiam habent Monachi Cistercienses reformati Ordinis B. Mariæ Fulien. ante Ordines Mendicantes. *Clemens VIII. constit.* 56. incip. *Regis* Non. *Februarij* 1599. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 3 pag.* 72. aliàs *pag.* 53 & illius meminit Mich. Ferrus *de præcedent. Eccles. q. 45. nu.* 5. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 78. numer. 37. vers. Clemens.*

21 Præcedentiam Monachis semper & vbique tribuere debẽt Fratres Mendicantes. *S. Cong Rit. in*

Barbos. Apost. Decis Sum.

Monopalitana 13. *Martii* 1619. teste Aldano *dict. tit. 6 num.* 12.

22 Præcedentiam habent Fratres Minores S. Francisci de Obseruantia ante Fratres Minores Conuentuales *Leo X constit.* 26. incip. *Licet* 26. *Decembris* 1517. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 520. aliàs *pag.* 419. in nouiss. impress.

23 Præcedentia inter Fratres etiam Obseruantes, & Tertiarios sancti Francisci seruatur iuxta Bullam Gregorij XIII. vt ij præferantur, qui prius in loco controuersiæ monasterium, & locum obtinuerant. *Sacra Congreg. Rit in causa Montis-feltri 3. Octobris* 1613 *& in Consentina 1. Martij* 1614. *& in Terracinen. 3. Septembris eiusdem anni & in Rossanen. terra noua* 14. *Februarij* 1615. *& in Agrigentina terræ Mari 4. Aprilis eiusdem anni, & in Meliten* 15. *Iulij* 1617. *& in Spoletana* 8. *Augusti* 1618 *& in Oritana terra Fretta* 28. *Septembris* 1619. *& in Tudertina terra Altaris* 1620. de quibus Aldan. *d. tit. 6. nu.* 13. Quid quando sint plura eiusdem Ordinis monasteria diuersis temporibus fundata? Vide eandem *Sacr. Congr. Rit in causa Minorum Obseruantiæ 3. Iunij* 1617. de qua etiam Aldan *citato loco.*

Præcedentiam Ordinum Mendicantium &
24 Confraternitatum inter se in processionibus decreuit *Gregorius XIII constit.* 84. incip. *Exposcit* 15. *Iunij* 1583. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 469. aliàs *pag* 312. & Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regulares pag.* 15. vbi statuitur quod quicunque ex Fratribus Mendicantibus inter se de præcedentia contendentibus, aut Confratribus confraternitatum inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præsentandi sunt, ij (quibuscunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus tam publicis quam priuatis præcedere debeant. Quando verò non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi inter Fratres quidem Mendicantes, ij qui antiquiores in loco controuersiæ, inter Confratres verò inter se litigantes ij, qui prius saccis vsi sunt; in processionibus tam publicis quàm priuatis præcedere debent, ita vt si contigerit quòd noua monasteria, aut domus erecta, & instituta sint, ille Ordo, qui prius monasterium, seu Domum in loco habuerit, præcedat, &c. Cuius constitutionis meminere Quarant. *in sum. Bullarij verbo præcedentia*, Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiepis. Neapol. cap* 52. *in fine,* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. cap. 1. n* 51. Modern. Hispan. *de præced. Regia p. 2. c. 9. nu. 26. &* 27. Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regul. super dicta Const pag. 7. cum seqq.* Mich. Ferrus *de præcedent ecclesiast. q. 16. num* 5.

25 Præcedentiam Minoribus Obseruantibus tribuere debent Fratres Iesuati. *Sacra Congr. Rit. in Pisana 4. Septembris* 1621. penes Aldan. *dict. tit. 6. n.* 14. Sed si in loco eodem eleemosynas quærant, illi præcedere debent, quorum Monasterium seu domus eodem in loco prius extractum fuerit *Sacra Congr. Episcop. & Regul. die* 15. *Iulij* 1616. de qua Aldan *d. tit. 6. num.* 15.

26 Præcedentiam in Fratres Carmelitas, & Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, declarauit *Clemens VIII. constit.* 95. incip. *Decet*, 15. *Nouembris* 1602. apud Laert. Cherub. *in*

N n

in Bullario tom.3.pag.143. vbi habetur Fratres Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo vbique præcedere Fratres B. Mariæ ede Mercede Redemptionis captiuorum, non obstantibus constitutionibus, &c. quam citat Mich. Ferrus *de praecedent. eccles. q.45.n.4* Ego *de officio & potest. Episcopi p.3 allegat.78. sub n.37. vers item.*

27 Præcedentia vt constituatur inter Fratres B. Ioannis Dei, & Ordines Mendicantium seruanda est constitutio. *Gregorij XIII. sub die 15. Iuly 1583.* à tempore tamen, quo dicti Fratres declarati fuerunt Religiosi. *Vrbanus VIII. constit.76.* incip. *Commissi, 26. Nouembris 1627.* apud Angel. Mariam Cherub *in Bullario tom. 4 pag. 447.*

28 Præcedentia Capitolo Valnen. & ooo Sulmonen. debetur tam in Synodo diœcesana, quàm in Congregationibus. *Sacra Congr Conc. in Valnen. 16. Aprilis 1576. & 4. Aprilis 1601. & 20. Martij 1621.* de quibus Sellius *d c.47.n.12.*

29 Præcedentia inter Moniales à die professionis, non autem receptionis habitus regularis debetur: quatenus verò duæ insimul professionem emitterent, illa, quæ prius ad habitum admissa fuerit præcedere debet; & si eodem tempore ad habitum admissæ fuerint, data etiam professionis paritate quæ prius in Capitulo acceptata fuerit, præcedere debet, *S Cong. Conc. in Paduana de anno 1608.* penes Aldan *d. tit.6.n.17.*

De Præcedentia inter Confraternitates Vide supra *in verbo Confraternitas collect.207.n.30.& 31.* & alia circa præcedētias, vide in verbo *Regularis quoad praecedentiam collect. 643.* & verbo *Canonicus quoad locum & praecedentiam collect.91.* & in verbo *Consuetudo circa praecedentiam collect.228.* & in verbo *Vicarius generalis circa praecedentiam collect. 713.*

Præcepto Ecclesiæ de confitendo & communicando semel in anno quando quis satisfecisse censeatur? Vide in verbo *Communio sacra, collect. 191. num.3. cum seqq.* & verbo *Pœnitentiarius collect.58. num.25.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in quacunque Ecclesia etiam Regulari sua diœcesis praedicare valet, nec ab vllo prohiberi potest, non sic extra suam diœcesim.*

2 *Ieiuniorum tempore quando iubetur praedicari non includuntur Vigiliae.*

3 *Episcopus potest examinare Regulares praedicare volentes in Ecclesiis, quae non sunt suorum Ordinum.*

4 *Regulares in Ecclesiis, quae sui Ordinis sunt, praedicare volentes, obtinere eos sufficit benedictionem petitam licet non obtentam.*

5 *Episcopus in constitutione synodali prohibere potest ne praedicetur feria quinta in Cœna Domini.*

6 *Iudaeis Verbum Dei praedicandum.*

7 *Ordinarius mulctis & pœnis cogere non potest populum vt audiat Missam in Ecclesia parochiali.*

8 *Populus vt diebus Dominicis & festis maioribus frequentet suas Parochias pro praedicatione audienda admonendus non excommunicandus.*

9 *Episcopus potest interdicere praedicationem Regulari virtute Concilij etiam non reddita causa.*

Praedicare, Praedicatio.

Collect. DXCI.

1 PRædicare potest Episcopus in quacunque Ecclesia etiam Regulari, suæ diœcesis, nec ab illo potest prohiberi. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. die 17. Ianuarij 1584.* quam citat Lezana *in sum. quaest. Regular. tom.3. verbo Concionari num.13.* Si verò prædicare voluerit extra suam diœcesim, id minimè illi licere potest cùm prohiberi valeat ab Ordinario, cuius est diœcesis, *Sacra Congr. Conc.* teste Stephano Gratiano *discept. forens. cap. 393. num. 9. cum seqq.* quem me citato refert Lezana *dict. verbo Concionari n.3.*

2 Prædicandi præceptum tempore ieiuniorum impositum à Concilio Trident. sess.24. cap. 4. de form. refertur tantum ad tempus Quadragesimæ, & Aduentus, non autem ad Vigilias. *Sacra Congr. Conc.* de qua Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra lib.4. tit.30. l.3. de Praedicatoribus sacra Scriptura num.28. & 29.*

3 Prædicare volentes Regulares in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt examinare potest Episcopus. *Sacra Congr. Conc. in Vgentina 22. Ianuarij 1622.* refert me citato Lezana *in sum. quaest. Regul. tom.3. verbo Concionari n.7.*

4 Prædicare Verbum Dei Regulares non possunt sine Episcopi licentia in iis tantum Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt, in aliis vero Ecclesiis sui Ordinis, sufficit Episcopi benedictio petita, licet non obtenta, ita tamen vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit nominus prædicent tunc vllo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesiis licet illis prædicare, quemadmodum Sacræ Congregationis Concilij decretis salubriter est cautum. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. die 30. Ianuary 1629.* penes Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo praedicare n.2.* & Lezanam *d. tom.3. verba Concionari n.7.*

5 Prædicare feria quinta in Cœna Domini potest Episcopus in Constitutione Synodali prohibere quo populus Officiis, quibus mysteria Passionis Dominicæ eodem die recoluntur, attentiùs assistere possit, quæ Constitutio à Regularibus quibuscunque in eorum Ecclesiis seruanda est, & si recusauerint, ad illius obseruantiam compellendi sunt. *Sacra Congr. Rit. in Cataten. 1. Iunij 1601.* de qua meminit Lezana *d. verbo Concionari num.13.*

6 Prædicationem Verbi Dei Iudæis faciendam statuit *Nicolaus III. constit.* incip. *Vineam 2. Non. Augusti 1278. & Gregorius XIII. constit. 92.* incip. *Sancta mater Kalend. Septembris 1584.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1. pag....*

7 Prædicationem, & Missam in Ecclesia Parochiali vt audiat populus, Ordinarius mulctis & pœnis illum cogere non potest. *Sacra Congr. Conc.* penes Zerol. *in praxi Episcopali p. 2. verbo Parochia pag.82.*

8 Prædicatione pro audienda admonendus est populus vt diebus Dominicis, & festis maioribus frequentet suas Parochias, excommunicandus tamen non est si monitioni non paruerit. *S. Congr. Conc.* referente Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.4. tit.30. l.3. de Praedicatorib. n.35.*

9 Prædi-

9 Prædicationem Regulari interdicere potest Episcopus virtute decreti *Concil. Trid. sess.* 24. *de reform cap.* 4. etiam non reddita causa. *Sacra Congreg. Concil.* testibus Franc. Leone *in thesauro fori eccles. p.* 1. *cap.* 8. *num.*9. Pialec. *in praxi Episcop p.*2. *cap.*3. *num* 41. *versi. si item*, quos refero *de officio, & potest. Episcopi p.*3. *alleg.* 79. *numero* 28.

Vide in verbo *Regularis quoad prædicationem collect.*637.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de Prædicatoribus agentes.*

2 *Prælatos reprehendere, futura prædicere, & certum diem iudicij proponere non debent Prædicatores.*

3 *Quæstuarios Prædicatores ab officio abstinere iubent Inquisitores.*

4 *Inspirationes diuinæ Prædicatorum antequam prædicentur, Sedi Apost. aut Ordinarij examini reseruari debent.*

5 *Societatis Iesu Patres etiam Sacris non initiati prædicare possunt.*

6 *Clerico in Sacris non constituto committi potest munus prædicandi, non tamen laico.*

7 *Eligere prædicatorem in Cathedrali quando Episcopo incumbat.*

8 *Canonici & Capitulum non possunt se intromittere in deputatione Prædicatoris pro Cathedrali.*

9 *Vniuersitas eleemosynam pro Prædicatore ab Episcopo electo dare tenetur, quam hactenus præstare consueuit.*

10 *Episcopus prætendens Communitatem teneri præstare eleemosynam pro Prædicatore Cathedralis, tenetur probare immemorialem.*

11 *Episcopo pertinet deputare Prædicatorem in sua Cathedrali, nulla habita ratione consuetudinis etiam immemorialis, quæ competeret Capitulo.*

12 *Ordinarius debet eligere Prædicatores nisi in contrarium sit consuetudo ab immemoriali tempore.*

13 *Vniuersitas tenetur soluere Prædicatori solitas eleemosynas, nec licet eas ad certam paruam quantitatem reducere.*

14 *Communitas dare debet Prædicatoribus mercedem solitam illis exhiberi si ex consuetudine immemoriali constat eam olim fuisse illis exhibitam.*

15 *Pensionarij non tenentur Prædicatorum mercedem exigere.*

16 *Episcopus proprio sumptu conducere debet Prædicatorem pro Quadragesima si dubitetur quorum sumptu sit conducendus.*

17 *Pauperes & miserabiles personas non possunt commendare in pulpito Prædicatores absque Episcopi licentia.*

18 *Episcopo cùm prædicat omnes Prædicatores silere debent.*

19 *Regularibus prohibere potest Episcopus ne aliquo die concionentur vt totus populus conueniat ad Cathedralem.*

20 *Prædicatio non solita extra Cathedralem tempore Aduentus & Quadragesimæ prohiberi potest.*

21 *Prædicatio Quadragesimalis in Parochiali prohiberi non potest eo titulo vt frequentior sit populus in Cathedrali.*

Prædicator.

COLLECT. DXCII.

1 DE Prædicatore, seu Concionatore Franciscus Panigarola Italice, Lael Zech. *de Repub. eccles.* Iodoch. Lorichi. *in thesauro nouo Theolog.* Iacub. Perel. *in lib de sacra concionandi ratione*, Ludou. Lopez *in epitome Concionatorum*, Nicolaus de N *in gemma Prædicatorum*, Paulus Aresius *in suo modo bene concionandi*, Ital. Ioan. à Iesu Maria *de concionandi arte*. Petrus Rodulphius à Tossignano *in Concionatorum rudimentis*, Petrus Crespetius *in summa Catholicæ Fidei verbo Concio*, Ioseph Langius *in polyanthea eod verbo*, Armendar. *in addit ad recopil. legum Nauarræ lib.* 4 *tit.* 30. *l.*3. *de Prædicatorib.* Zerol. *in praxi Episcop p.*1. *verbo Prædicatio*, Gilet. *in margarita casuum Conscient verbo Prædicatores*, Barthol. Gauant. *in manuali Episcop. verbo Concio sacra*, Lezana *in sum. quæst. Regul tom.* 3. *verbo Concionari*, plures quos refero *de Officio, & potest. Episcopi part.*3 *alleg.* 76.

2 Prædicator in:anè Prælatos reprehendere, aut futura prædicere, & certum diem iudicij aut Antichristi aduentum proponere non debet. *Leo X constit.*11. incip. *Supernæ* 14. *Kalend Ianuarij* 1516. apud Laert Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.*508. alias *pag.*430. in nouiss. impress.

3 Prædicatorem quæstuarium à prædicationis officio abstinere iubent, & inobedientes puniunt hæreticæ prauitatis Inquisitores. *Vrbanus VI. constit.* 2. §. 14. incip *Licet* 13. *Kalend. Aprilis* 1621. apud Laert. Cherub *tom.*1 *pag.*96. aliàs *pag* 120.

4 Prædicatorum inspirationes diuinæ antequam prædicentur, Sedi Apost. aut Ordinarij examini reseruantur. *Leo X. d. const.*11.

Prædicatores esse possunt Religiosi Societatis Iesu etiam sacris Ordinibus non initiati. *Gregorius XIII constit* 9. incip. *Vigore* 20. *Februarij* 1584. apud Laert. Cherub. *tom.* 1 *pag* 481 alias *pag.* 461. eam citat Lezana *in sum. quæst. Regul. verbo Concionari numero* 5.

6 Prædicatoris munus potest committi etiam Clerico, qui non sit in sacris Ordinibus constitutus, sed non laico, ex Concilio Lateranen. sub *Leone X. sess.*20. *Sacra Congr. Conc. die* 23. *Iunij* 1580. quam me citato commemorat Lezana *d. tom* 3. *verbo Concionari n.*4.

7 Prædicatorem in sua Cathedrali eligere, & deputare erit in arbitrio Episcopi quando populus, vel quiuis alius illum etiam ab immemoriali tempore eligere, & nominare consueuisset, vel Prædicatoris nominationem alteri ex immemoriali competentem relinquere, ita tamen vt si Episcopus huiusmodi electionem sibi assumat, populum, aliumue ad solitas impensas, atque eleemosynas Prædicatori erogandas non compellat, *Sacra Congr. Conc. in Cæsaraugustana* teste Sellio *in selectis Canon. c* 8 *nu.*9.

8 Prædicatoris deputatio in Cathedrali Ecclesia pertinet ad solum Episcopum, ita quod Canonici & Capitulum non possint se intromittere in huiusmodi deputatione, nec inconsulto, vel contradicente Episcopo [illegible] ad [illegible] in Cathedrali etiam ex Prædicatoribus [illegible] Episcopo

approbatis deputare, seu admittere. *Sacra Congr.* [illegible] *teste d.cap.8. num.10.* Nam in electione Cathedralis Ecclesiæ nihil potest Capitulum. *Eadem Sacra Congr* penes Armendar. *d l.3 de Prædicator. nu. 11.* quem refero *de officio & potest. Episcopi p.3. alleg. 76.n.7.*

9 Prædicatoris electio pertinet ad Episcopum, cui electo ab Episcopo tenetur Vniuersitas eleemosynam dare, quam hactenus præstare consueuit. In Cathedrali vero si Episcopus prætendat Communitatem quoque teneri præstare eleemosynam ad ipsum incumbit onus probandi immemorabilem. *Sacra Congreg Conc. in Sutrina 10. Martij 1618 & 10 Iulij 1627.* apud Sellium *d.c.8. num.11.*

10

11 Prædicatoris deputatio in sua Cathedrali ad solum Episcopum pertinet, nulla habita ratione consuetudinis etiam immemorabilis quæ competeret Capitulo, seu Episcopo, cum Capitulo vel de consilio Capituli. *Sacra Congr. Conc. in Abulen. 3. Augusti 1586.* testibus Armendar. *d l.7. de Prædicatorib. num.11.15 &* 18. Laurent. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regul. pag. 149. in respons. ad 9.*

12 Prædicatores eligere debet ipse Ordinarius, nisi in contrarium sit consuetudo ab immemoriali tempore *Sacra Congr. Conc.* attestante Sellio *d.c.8. n.3* Zerol. *in praxi Episcop p.1. verbo prædicatio §.7.* Armendar. *d l.7 de Prædicatorib. nu.2.* quos & alios refero *d p.3. alleg.76 n.5.*

13 Prædicatori soluere tenetur Vniuersitas solitas eleemosynas, nec illi licet eas ad certam paruam quantitatem reducere. *S. Congr. Conc. in Viterbien. ciuitatis Vetula de mense Septembris 1620.* refert Lezana *in sum. quæst. Regul tom 3. verbo Concionatori num.12.*

14 Prædicatoribus dare debet Communitas mercedem exhiberi solitam si ex consuetudine immemorabili constat eam olim fuisse illis exhibitam. *Sacra Congr. Rit.* de qua Galer. *in margarita casuum Conscientiæ verbo Prædicatores 1.* quem refero *d.alleg. 76 n.14.* Ad cuius laudabilis consuetudinis obseruantiam Episcopus populum cogere potest. *Sacra Congreg Conc.* penes Franc. Leonem *in thesauro fori eccles. p.1.cap.8. sub num.6.* quem refert R.P.D. Speciel. *in decis. fori eccles. decis. 70. nu 1* Si detur illi eiusdem Concionatoris electio, *Eadem Sacra Cong.* quam adducit Camp in *in diuers. Iuris Canon. rub.12. c.13. sub n.16.*

15 Prædicatorum merces nulla ex parte à pensionariis est exigenda, atque eo minus si populus hos sumptus facere solebat. *Sacra Congr. Conc.* apud Armendar. *d l.3 de Prædicatorib num.2.* quem refero *dict alleg.75.n.13.*

16 Prædicator pro Quadragesima si dubitetur quorum sumptu sit conducendus, debet Episcopus interim proprio sumptu illum conducere. *Sacra Cong Conc.* referentibus Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verbo prædicatio §.7.* Galer. *in margarita casuum Conscientiæ verbo eleemosyna 3.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles decis.546 in 1. edit. alias resol.468. in 2. edit.*

17 Prædicatores non possunt tempore Quadragesimæ, & Aduentus. aliisque temporibus in pulpito pauperes & miserabiles personas absque licentia Episcopi commendare. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Placentina 20 Iulij 1619.* cuius meminit Sellius *d.c.8.n.14.*

18 Prædicatores omnes silere debent cum Episcopus prædicauerit, illisque poterit inhibere vt in eo tempore à prædicatione se abstineant. *Sacra Congr. Conc in Bituntina 17. Februarij & 2. Martij 1629.* de qua Sellius *d.c.8.n.16.*

19 Prædicatoribus Regularibus prohibere potest Episcopus ne aliquo die concionentur, vt totus populus conueniat ad Cathedralem. *Sacra Congr. Conc.* vt per Giuant. *in manuali Episcop. verbo Concio sacra n 5.* quem refert Lezana *in sum quæst. Regular.*
20 *verbo Concionatori n.13 in princip.* vbi etiam subdit pariter ab eadem Congregatione decisum prohiberi posse Concionem non solum extra Cathedralē
21 tempore Aduentus, & Quadragesimæ, non tamen posse prohiberi in Parochiali Conciones Quadragesimales eo titulo vt frequentior sit populus in Cathedrali.

Plura vide *in verbo Regularis quoad prædicationem collect 637.* & in verbo *Episcopus prædicator, & circa prædicatores collect.193.*

Prædicatores Fratres, vide in verbo *Fratres collect.372.*

SVMMARIVM.

1 *Commensales Papæ sunt Prælati panem accipientes de Palatio Apost. & eorum beneficia sunt reseruata.*
2 *Citari ad comparendum in Curia non possunt Ecclesiarum Prælati dum resident, nisi de mandato Papæ.*
3 *Inquisitionem facientes de promouendis ad Dignitates Ecclesiarum debent in hoc plurimum vigilare.*
4 *Excommunicationem incurrit offendens Prælatos ecclesiasticos.*
5 *Olea sancta ab Episcopo petere tenentur Prælati omnes inferiores etiam exempti habentes iurisdictionem Episcopalem, si intra fines eius diœcesis sint.*
6 *Regularibus Prælatis competit facultas Episcopis attributa decreto Conc.c.1.sess.14.*
7 *Canonicus & Dignitatibus præcedere debet Prælatus extra Ecclesiam.*
8 *Paramenta benedicere non possunt Prælati inferiores.*
9 *Baldachini vsus quando concedatur Prælatis Congregationis Canon. Regul Lateranen.*

Prælatus.

COLLECT. DXCIII.

1 PRælati panem accipientes de Palatio Apost. sunt Papæ commensales, & eorum beneficia sunt reseruata. *Iulius III. constit.21.* incip. *Sanctissimus 25. Februarij 1553.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.1. pag.714.* aliàs *pag.576.* in nouiss. impress.

2 Prælati Ecclesiarum dum resident non possunt citari ad comparendum in Curia, nisi de mandato Papæ. *Pius IV. constit.10.* incip. *De salute, pridie Non. Septembris 1560.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.10.* aliàs *pag.15.* in nouiss. impress.

3 Prælati inquisitionem facientes de promouendis ad Dignitates ecclesiasticas, plurimum in hoc vigilare debent. *Gregorius XIV. constit.6.* incip. *Onus*

Apostolicæ

Apostolicæ Idib. Maij 1591. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag. 651. alias pag. 539.*

4 Prælatos ecclesiasticos offendens excommunicatur. *Paulus V. constit. 63. incip. Pastoralis Idib. Aprilis 1610.* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 251. alias pag. 184.*

5 Prælati omnes inferiores etiam exempti habentes iurisdictionem Episcopalem, si intra fines alicuius diœcesis sint, tenentur pro oleis sanctis accedere ad Episcopum intra cuius fines existit: qui verò nullius est diœcesis, & habet iurisdictionem vt supra, potest quem voluerit Catholicum Antistitem accersere pro administrando Confirmationis Sacramento. *Sacra Congr. Conc.* teste Sellio *in selectis Canon. c. 20 n. 1.*

6 Prælatis Regularibus competit facultas Episcopis attributa decreto Conc. cap. 1. sess. 14 scilicet. Cum honestius, ac tutius sit subiecto debitam Præpositis obedientiam impendendo in inferiori ministerio deseruire, quam cum Præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatē, ei, cui ascensus ad sacros Ordines à suo Prælato ex quacunque causa etiam extraiudicialiter fuerit interdictus, aut qui à suis Ordinibus seu gradibus,
1 vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoueri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates siue honores restitutio suffragetur. *Sacra Congr. Conc. die 3 Aprilis 1621.* referente Sellio *d. c. 20. n 9.*

7 Prælatus extra Ecclesiam præcedere debet Canonicis & Dignitatibus. *Sacra Congr. Rit in Veronen 6. Iunij & 4. Iulij 626.* cuius memini *in tract. de Canon. & Dignitat. c. 8 n. 73.*

8 Prælati inferiores non possunt benedicere paramenta, etiamsi habeant territorium separatum, & iurisdictionem, nisi habeant etiam ea quæ sunt Ordinis. *Sacra Congr. Rit. in nullius 21. Augusti 1601.* penes Sellium *d. c. 20. n. 12.*

9 Prælatis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium, habentibus vsum Mitræ, & Baculi conceditur vsus Baldachini quando solemniter celebrant, circa quod Vide supra in *verbo Baldachinum collect. 53. n. 11.* vbi *à n. 7.* idem Abbatibus Cælestinis, Cassinensibus, Oliuetanis, & Camaldulensibus concessum à Sacra Congr. Rituum refertur.

SVMMARIVM.

1 *Mitræ, & Baculi vsum habere solent Præpositi Cathedralium in Germania.*
2 *Indulgentias concedere & publicare non potest Præpositus habens ex priuilegio vsum Mitræ.*
3 *Dignitas proximior succedit in celebratione Missarum solemnium, Præposito prima dignitate impedito.*
4 *Pratensis Præpositus habet vsum Mitræ & Baculi.*
5 *Pratensis Præpositus vtitur Pontificalibus, & cappa.*
6 *Mirandulæ Præposito conceditur vsus Mitræ & Baculi.*
7 *Varesij Oppidi Præposito vsus cappæ concessus.*
8 *Aretinæ Ecclesiæ Præposito primæ dignitati competunt functiones Episcopales absente Episcopo.*
9 *Cortaldi Præpositus est principalis in eius Ecclesia Parochiali.*
10 *Sancti Antonini Collegiatæ Præpositus in ciuitate Placentiæ triplici ductu thurificandus.*
11 *Auenionen. Ecclesiæ Præpositus in absentia Archiepiscopi triplici ductu thurificandus.*

Præpositus.

Collect. DXCIV.

1 PRæpositi Ecclesiarum Cathedralium in Germania solent habere vsum Mitræ, & Baculi. *Sacra Congr. Rit. in Lubianen. 24. Aprilis 1610.* teste Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 1. tit. 10. num 15.*

2 Præpositus habens ex priuilegio vsum Mitræ, licet possit solemnem benedictionē populo dare inter Missarum solemnia, non potest tamen Indulgentias concedere & publicare. *Sacra Congr. Rit. in Praten 4. Martij 606.* referente Aldano *d. tit. 20. n. 16.*

3 Præpositus prima dignitas ad quem spectat Missas solemnes, & diuina officia celebrare, si noluerit, vel fuerit impeditus, non potest hoc alij suo arbitrio delegare, sed succedit proximior dignitas, & alij successiuè. *Sacra Congr. Rit. in Andrien. 22. Ianuarij 1615.* quam citat Aldan. *d tit. 20. num. 17.*

4 Præposito Praten. vsum Mitræ, & Baculi concedi posse censuit *Sacra Congr. Rit. in Praten. nullius 12. Nouembris 1605.* penes Aldan. *d tit. 20. n. 18.* Et vt
5 possit vti Pontificalibus, & cappa in omnibus Ecclesiis suæ iurisdictionis tam intra quam extra terram, & Mitra ac aliis indumentis Pontificalibus,
1 & in Ecclesiis Regularium de eorum consensu, & sic quando per eorum Ecclesias processionaliter transire contigerit. *Eadem Sacra Congr. Rit. in Praten. nullius 10. Maij 1608.* de qua Aldan. *dict. tit. 20. num. 19.*

6 Præposito oppidi Mirandulæ conceditur vsus Mitræ, & Baculi, dummodo Episcopus consentiat. *Sacra Congreg. Rit. in Regien. Mirandula 7. Februarij 1604.* apud Sellium *in selectis Canon. cap. 30. num 12.*

7 Præposito Ecclesiæ Collegiatæ oppidi Varesij Mediolanen. diœcesis vsum cappæ concedi posse censuit *Sacra Congr. Rit. in Mediolanen. 23. Iunij 1607.* penes Sellium *d. c. 30. n. 12.*

8 Præposito Ecclesiæ Aretinæ primæ dignitati competere functiones Episcopales absente Episcopo firmauit. *Sacra Congreg. Rit. in Aretina 30. Ianuarij 1610.* cuius meminit Aldan. *d. tit. 20. num. 22.*

9 Præpositus Parochialis Ecclesiæ S. Thomæ Cortaldi Florentinæ diœcesis, & eius Ecclesia est principalis, & præcedit Ecclesiæ S. Michaelis, & Iacobi Fratrum sancti Augustini. *Sacra Congr. Rit in Florentina 27. Iunij 1610* quam refert Aldan. *d tit. 20. n. 23.*

10 Præposito Collegiatæ S Antonini ciuitatis Placentiæ triplici thuribuli ductu thurificandum, Canonici verò duplici iuxta consuetudinem, suæque familiæ insignia in festis solemnioribus exponere posse declarauit *Sacra Congr. Rit. in Placentina 25. Septembris 1621.* quam citat Sellius *d. c. 30. num. 14.*

11 Præpositus Ecclesiæ Auenionen. iuxta immemorabilem dictæ Ecclesiæ consuetudinem in ab-

sentia Archiepiscopi triplici ductu thurificandus est. *Sacra Congr. Rit. in Auximan. 20. Nouembris* 1610. referente Sellio *dict. cap.* 30. *num.* 15. Licet non probata tali consuetudine prius declaratum fuerit Præpositum, & Canonicos Ecclesiæ prædictæ iuxta regulas libri Cæremonialis thurificandos esse, declarasset *ead. sacra Cong. die* 24. *Aprilis eiusdem anni* 1610.

SVMMARIVM.

1 *Romanus & Lateranensis Ecclesia gaudet centennaria præscriptione.*

2 *Monachi S. Mariæ Montis Oliueti gaudent sexagenaria præscriptione.*

3 *Canonici regulares Lateranenses sexagenaria gaudent præscriptione.*

4 *Census in extinctione non obstat præscriptio centum annorum.*

5 *Clericorum contra bona non potest induci præscriptio.*

Præscriptio.

Collect. DXCV.

1 PRæscriptione centenaria gaudet Romana, & Lateranensis Ecclesia. *Honorius III. constit.* 4. *incip. Sedis* 9. *Kalend. Maij* 1221. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 46. aliàs *pag* 80. in nouiss. impress. Et monasterium sancti Pauli extra Vrbem. *Paulus III constit.* 15 incip. *Benignitas Nonn Nouembris* 1537. apud Laert. Cherub *d. tom.* 1 *pag* 663 aliàs *pag.* 516. in nouiss. impress.

2 Præscriptione sexagenaria gaudent Monachi B Mariæ Montis Oliueti. *Iulius II. const* 12. *incip. Etsi ad vniuersos pridie Non. Iunij* 1507. apud Laert. Cherubin. *dict. tom.* 1. *pag* 421. aliàs *pag.* 369. in nouiss. impress.

3 Præscriptione sexagenaria gaudent Canonici Regulares Lateranenses *Sixtus IV. constit.* 12. *incip. Dum ad vniuersos* 10. *Kalend Septembris* 1578. apud Laert. Cherub *tom.* 1 *pag.* 344 aliàs *pag* 312. in nouiss. impress.

4 Præscriptio centum annorum non obstat in extinctione census. *Pius V. constit* 79. *incip. Cum onus* 14 *Kalend. Februarij* 1569 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2 *pag* 276.

5 Præscriptio non potest induci seu dari contra Clericum & illius Bona ex eo quia quolibet anno interrumpitur per publicationem Bullæ in Cœnæ Domini. *Sacra Congr. Immunitatis sub die* 7. *Decembris* 1632. penes Bonfadin. *in thesauro Canon decis. resol.* 22. *numer.* 2. per doctrinam Felini *in cap. cum non liceat vers.* 5. *de præscript.* Crescent. *decis.* 4. *num.* 5. *de locato*, Anchar. *cons.* 155. *num.* 11. Surd. *cons.* 301. *num.* 45. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 52. *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij præsentationem vendere non intendens, si pecuniam accipiat vt exire possit de carcere & eam restituat, & præsentationem reuocet non incidit in pœnas, &c.*

2 *Institutio non est facienda ab iis ad quos spectat præsentatio ad beneficia simplicia absque præuio episcopi examine.*

3 *Examen coram aliis examinatoribus non Synodalibus sufficit in præsentatis ad Parochialem de iurepatronatus laicorum.*

4 *Examen præsentandorum ad omnia beneficia iurispatronatus pertinet ad Episcopum etiamsi inferiores institutores essent Monachi, vel Capitulum.*

Præsentatio, Præsentatus.

Collect. DXCVI.

1 PRæsentationem beneficij vendere non intendens, sed exire de carcere, si pecuniam pro præsentatione acceptam restituat, & repræsentationem reuocet, non incidit in pœnas priuationis iuris præsentandi alium infra legitima tempora. *Sacra Congr. Conc in Nicien.* 1. *Aprilis* 1628. quam refert Sellius *in selectis Canon. c.* 46. *nu.* 7.

2 Præsentati ad beneficia simplicia, absque præuio examine Episcopi, institui non possunt ab iis, ad quos institutio spectat, iuxta *cap.* 3. *sess.* 7. *Sacra Cong. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic part.* 9. *cap.* 3. *num.* 19. *in resp ad* 2. Et iterum præsentati omnes ab Ordinario siue Episcopo sunt examinandi etiam quod institutio ad inferiores pertineat: nam Episcopus probare debet an sint ætate, litteris, & sufficientia idonei, licet alterius diœcesis essent. *Sacra Congreg. Conc. in Taurinen. & Cremonen.* referente Stephan. d'Aluin. *de Episcoporum, Abbatum, & Abbatiss. potest. cap.* 15. *sub num.* 7.

3 Præsentatus à patronis laicis ad Ecclesiam Parochialem de iurepatronatus laicorum sufficit quod examinetur coram aliis examinatoribus non synodalibus. *Sacra Congr. Conc. die* 19. *Decembris* 1620. penes Sellium *d. c.* 46. *n.* 8.

4 Præsentati ad beneficia iurispatronatus examen pertinet ad Episcopum, etiamsi inferiores institutores essent Monachi, vel Capitulum *Sacra Congr. Conc. in Cremonen* apud Steph. d'Aluin. *d. c.* 15. *n.* 7. *vers. est & tertia.*

Preces.

Collect. DXCVII.

1 PReces ordinatæ ad impetrandam pluuiam non sunt recitandæ inter Missarum solemnia ne Sacrificium Missæ interrumpatur. *Sacra Congr. Rit. in Oscen.* 11. *Iunij* 1605. teste Sellio *in selectis Canon. cap.* 38. *n.* 10.

2 Preces & Orationes Societatis laicorum ob priuatam deuotionem recitandæ, approbari possunt dummodo separatim ab officio imprimantur. *S. Congr. Rit. Ariminen.* 18. *Septembris* 1602. referente Sellio *d. cap.* 38. *n.* 12.

De precibus Gauant. *in rubric. Breuiarij sess.* 5. *cap.* 17. *à princ.*

Presbyter. vide in verbo *Sacerdos collect.* 659.

Prima

Prima Tonsura.

Collect. DXCVIII.

1 PRima Tonsura conferri potest illi, qui habet omnia requisita cap.4.sess.23. licet ob aliquod impedimentum non possit ascendere ad alios Ordines non obstante cap. 11 eiusdem sess. quia hoc loquitur de quatuor minoribus, illud verò de Prima Tonsura tantum. *S.Congr. Conc.* teste Sellio *in select. Canonicis c.1.n.19.*

2 Primam Tonsuram conferre potest Episcopus, illi, qui legere & scribere, hoc est characteres formare sciat. *S.Congr.Episco. & Regul in Forosempronien. 13. Octobris* 1591. penes Sellium *d.c.1.n.20.*

Primas Nancien. in dominio Lotharingiæ quādo vsum habeat Baculi, & Mitræ, Vide supra in verbo *Baculum collect.52.sub n.3.*

Primicerius.

Collect. DXCIX.

1 PRimicerij etiam quando dubitatur an sint verè Dignitates, debent in processionibus sicut dignitates Pluuialia deferre, & non Planetas sicut Canonici Presbyteri. *Sacra Congr. Rit. in Campana .8 Aprilis* 1607. teste Sellio *in select. Canon cap 32. num. 12.*

2 Primicerij ad regendum chorum destinati non sunt inde amouendi vt assistant Episcopo. *Sacra Congr.Rit. in Metropolitana 6. Septembris* 1608. penes Sellium *d c.32.n.13.*

3 Primicerius Cathedralis Lancianen. nullum ius, aut præcedentiam habet in Ecclesia Parochiali sanctæ Luciæ. quæ prius erat annexa. *S.Congr. Rit. in Lancianen. 3.Septembris* 1616. quam refert Sellius *d c.32.num.14.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij visitare non possunt Prioratus Militum Hierosolymitanorum.*

2 *Visitari Episcopi non possunt Prioratus, qui suis Capitulis subsunt.*

3 *Cathedralis Ecclesiæ Priori, qui antea dum esset Ecclesia Regularis habebat iurisdictionem, & sedem cum puluino, post secularizationem competit prima sedes in choro sine puluino.*

4 *Collegiatæ Ecclesiæ Prior quando ad residentiam teneatur?*

5 *Collegiatæ Prior non habet præcedentiam super Canonicos Cathedralis, & vide n.7.*

6 *Thurificandus est duplici ductu Collegiatæ Prior dum in Cathedrali simul cum illius Dignitatibus, & Canonicis interest.*

7 *Collegiatæ Prior præcedit Canonicis Cathedralis vti singulis incedentibus, non verò collegialiter.*

8 *Beneficiatis omnibus licet antiquioribus præcedit Prior vti dignior.*

9 *Curatus Prior ratione stolæ debet præcedere omnibus Presbyteris etiam Canonicis Collegiatæ.*

10 *Prior S.Venantij in ciuitate Camerinen. quem locū in Cathedrali habeat?*

11 *Prior monasterij S.Catharinæ Ordinis Canonicorum Regul. Lateranen. ciuitatis Firmanæ vsum Mitræ & Baculi habens, quando & quomodo solemniter in Pontificalibus celebrare valeat?*

12 *Confraternitatis sanctissimi Sacramenti Prior non ante Baldachinum post Capitulum, sed à latere Baldachini debet incedere.*

13 *Euangelij Textus osculandus non est porrigendus Priori domino loci.*

Prioratus, Prior.

Collect. DC.

1 PRioratus Militum Hierosolymitanorum Ordinarij visitare non possunt, cum illi sint Præceptores, & non Commendatarij, & visitari debent à Capitulis sui Ordinis. *Sacra Congr. Conc* apud Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarræ lib. 1. tit 6. de visitat. l.1 §.2.n.101.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.3 alleg.74.n.27.*

2 Prioratus, qui suis capitulis subsunt, etiam Ordinis Hierosolymitani, ab Episcopis visitari non possunt, *Sacra Congreg Conc.* teste Armendar. *vbi supra n 103.*

3 Prior Ecclesiæ Cathedralis, qui in eadem Ecclesia, dū illa erat Regularis habebat iurisdictionē, & primum locum separatum ab aliis in choro cū puluino, postquam Ecclesia fuit secularizata, & omnis iurisdictio reseruata Archiepiscopo, conuenit tantùm prima sedes in choro tanquam primæ Dignitati, sed sine puluino, & non sedem separatam. *Sacra Congr.Rit. in Tarantasien. 23.Ianuarij* 1610. quam refert Aldan. *in compendio Canon resol.lib.1.tit. 22.n 41.*

4 Prior insignis Ecclesiæ Collegiatæ (forsan nostræ Vimaranensis) obtinuit Prioratum præuio examine, & approbatione, vt fit in beneficiis curam animarum habentibus; in cuius litteris collationis dicitur Prioratui huiusmodi curam Parochianorum dictæ Ecclesiæ, quæ etiam Parochialis existit, imminere cum cura etiam iurisdictionali, nihilominus tamen antecessores per longum tempus & vltra quinquaginta annos non resederunt nec in domo Canonicali, quam ibi habent, ad longum tempus habitarunt, sed à multo tempore locata reperitur laicali familiæ. Quæritur an Prior modernus de iure ad residentiam in dicta Ecclesia, & in illius domo Canonicali prædicta obligatus exista: *S.Cong.Conc.die 20 Aprilis* 1602. respondit hunc Priorem ad residentiam teneri, refero Ego ipse *de Canon. & Dignitat.c.11.n.7.*

5 Prior Collegiatæ non habet præcedentiā super Canonicos Cathedralis. *S.Congr.Rit.in Tuscanen.19. Augusti* 1619. quam citat Aldan *d.tit.22.n.43.*

6 Prior Collegiatæ dum in Cathedrali simul cum illius Dignitatibus, & Canonicis interest, duplici ductu thuribuli, thurificandus est: *Eadem Sacra Congr.Rit. in dicta Tuscanen.*

7 Prior Collegiatæ, qui caput est Capituli & Dignitas vnica, cui solent à Sede Apost. causæ committi, præcedit Canonicis Cathedralis non collegialiter, sed vti singulis incedentibus. *Sacra Congr. Rit in Viterbien.20. Decembris* 1601. penes Aldan. *d tit. 22 n.44.*

8 Prior vti dignior præcedit omnibus aliis beneficiatis, licet antiquioribus. *Sacra Congr Rit. in Hispalen. 5. Iulij* 1632. referente Bonfa lino *in thesauro ecclesiast. decis. resol.11.n.32.*

9 Prior, seu Presbyter Curatus ratione stolæ debet præcedere omnes alios Presbyteros etiam Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ. *Sacra Congr Rit.*

in Saxoferraten. Nucerinæ diæceſis 24. *Octobris* 1609. apud Aldan. *d. tit* 22. *n.* 45.

10 Prior Eccleſiæ S. Venantij in Ciuitate Camerinen. debet habere ſecundum locum in choro inter Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Cathedrali. *Sacra Congr. Rit. in Camerinen.* 15. *Mar.* 1608. de qua Ald. *d. tit.* 22. *n.* 46.

11 Prior monaſterij S. Catharinæ Ordinis Canonicorum Regularium Lateranen. ciuitatis Firmanæ, qui ex antiqua conſuetudine, & priuilegiis Romanorum Pont. vſum habat Mitræ & Baculi, ac aliorum indumentorum Pontificalium quando ſolemniter celabrat, contentus eſſe debet ſua ſede, quæ, vt aſſeritur, locata eſt, & eſſe debet in cornu Euangelij, in plano Presbyterij cum duobus tantum gradibus paruis, & ſine vllo ſuppedaneo ſuggeſtu lapideo, vel ligneo, ac ſine baldachino deſuper, ſed cum poſtergali tantum ex aliquo panno, vel ſerico leui, ſine auro, coloris conuenientis ſolemnitati, quæ celebratur. Nec debet habere duos Diaconos aſſiſtentes quando celebrat, vt ſuprà. ſed contentus ſit & eſſe debeat Subdiacono, & Diacono, qui in Miſſa cantatur. etant Epiſtolam, & Euágelium, & vno Cappellano cum pluuiali, qui aſſiſtat ad librum, nec alios miniſtros habeat præter prædictos, niſi aliquos clericos, & miniſtros cum cotta, qui ſibi de Mitra & Baculo ac aliis neceſſariis miniſtrent, ac etiam Altari inſeruiant. Item in Altari ſex tantum & non ſeptem candelabra cum totidem candelis, & ſua cruce locari debent, ac abacus alius præterquam parua menſa in cornu Epiſtolæ, ſuper quo dun eſſe poſſint, Mitra qua Prior vtitur, Calix, Miſſale, thuribulum cum nauicula, & alia neceſſaria pro actu celebrationis, & ſub Mitra, bireto paruo nigro, non alterius coloris omnino vti debet. *Sacra Congreg. Rit. in Firmana* 18. *Ianuarij* 1606. cuius meminit Aldan. *dict. tit.* 22. *numero* 47.

12 Prior Confraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti non ante baldachinum poſt Capitulum, ſed à latere baldachini debet incedere, *Sacra Congr. Rit. in Nicien.* 30. *Ianuar.* 1616. de qua Aldan. *d. tit.* 22. *numer.* 48.

13 Priori domino loci Euangelij Textus oſculandus non eſt porrigendus, & multo minus eius procuratori. *Sacra Congr. Rit. in nullius prouincia Baren.* 24. *Augusti* 1609. penes Aldan. *d. tit.* 22. *num.* 49.

Priuatus.

Collect. DCI.

1 PRiuato iniuſtè debentur fructus, & diſtributiones quotidianæ, cæteraque emolumenta, quæ præſentibus tantum, & intereſſentibus lucrifieri conſueuerunt pro toto eo tempore, quo ob dictam priuationem munera ſuo officio incumbentia obit, atque Horis Canonicis intereſſe non potuit. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul.* 26. *Maij &* 21. *Iulij* 1625. *Sacra Congr. Conc. in Aquilana* 21. *Iunij eiuſdem anni*, quarum memini *in tract. de Canon. & dignitat. c.* 24. *n.* 49.

SVMMARIVM.

1 *Concilij Trid. decretis contraria priuilegia, diſpenſationes, & immunitates reuocantur.*

2 *Homicidas liberandi priuilegia conceſſa Confraternitatibus reuocantur.*

3 *Diſpenſandi ſuper irregularitatibus & impedimentis matrimonialibus facultates locis piis conceſſa irritantur.*

4 *Miſſas veſpertino tempore celebrandi priuilegia conceſſa reuocantur.*

5 *Doctorandi priuilegia aliis quàm Aduocatis Conſiſtorialibus conceſſa reuocantur.*

6 *Confeſſiones abſque Ordinarij examine, & approbatione audiendi, conceſſa priuilegia reuocantur.*

7 *Ordini Fratrum B. Mariæ de Mercede conceſſa priuilegia confirmantur.*

8 *Epiſcopis conceſſo priuilegio in cap. fin. de priuil. in 6. non eſt per Concil. Trid. derogatum.*

9 *Epiſcopi poſt Concil. vti poſſunt priuilegio d. c. fin ſaltem occaſione peſtis & belli.*

10 *Oratorij Patribus circa confeſſiones audiendas priuilegium conceſſum.*

11 *Can. ſi quis ſuadente priuilegium in nihilo immutauit Concil. Trid.*

12 *Canonicis conceſſum priuilegium vacandi æſtiuo, vel alio certo tempore ab Eccleſia moderandum.*

13 *Abbatibus Benedictis conceſſum priuilegium exercendi Pontificalia in eorum propriis Eccleſiis, non poteſt extendi ad Abbates non benedictos, & extra proprias Eccleſias.*

14 *Priuilegia quibus Regulares eximuntur ab obedientia prælatorum reuocantur.*

15 *Regularium priuilegia omnia, etiam ea, quæ Mare magnum appellantur, ſunt reuocata in his, quæ Concilio Trid. aduerſantur.*

16 *Interdicta non ſeruandi in aliquibus diebus priuilegia Regularia ante Concilium conceſſa cenſentur reuocata.*

17 *Abſoluendi à caſibus contentis in Bulla Cœnæ priuilegia ſunt ſublata.*

Priuilegium.

Collect. DCII.

1 PRiuilegia, indulta, diſpenſationes, immunitates, & aliæ gratiæ, variis monaſteriis, Eccleſiis, Religioſis, hoſpitalibus, Militiis, Patriarchis, Epiſcopis, & aliis cuiuſcumque dignitatis, perſonis à Romanis Pontificibus elargita, etiam pluries confirmata, & ex quauis honeſta cauſa conceſſa, quæ contrariantur decretis Concilij Trid. reuocantur, eorumque vigore acta & agenda à die, qua dictum Concilium ligare cœpit, nulla eſſe decernuntur. *Pius IV. conſtit.* 95. *incip. In Principis de anno* 1564. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 136. & illius meminit Scortia *in ſelectas ſummorum Pont. Conſtitutiones epit.* 86.

2 Priuilegia liberandi homicidas confraternitatibus conceſſa reuocantur. *Pius IV. conſtit.* 92. *incip. Cum ad ſolitam* 19. *Kalend. Ianuarij* 1564. apud Laert. Cherub. *dict. tom.* 2. *pag.* 100. in nouiſſ. impreſſ.

Priui-

3 Priuilegia locis piis concessa circa facultatem dispensandi super irregularitatibus, & impedimentis matrimonialibus irritantur: *Pius IV. constit.* 64. incip. *Decens de anno* 1562. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 0. *pag.* 94.

4 Priuilegia quibuscunque Prælatis & aliis concessa celebrandi Missas vespertino tempore reuocantur. *Pius V. constit* 4. incip. *Sanctissimus de anno* 1566. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 178. aliàs *pag.* 134. in nouissima impress.

5 Priuilegia doctorandi in Vrbe aliis quàm aduocatis Consistorialibus concessa reuocantur. *Pius V. constit.* 60. incip. *Quamuis à Sede Kalend Iuny* 1568. apud Laert. Cherub *d. tom.* 0. *pag.* 256. aliàs *pag.* 193. in nouiss. impress.

6 Priuilegia omnia etiam per modum communicationis concessa Militiis, Hospitalibus, Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, & Ordinibus quibusuis tam Mendicantium, quam non Mendicantium, cæterisque locis piis, & eorum siue earum respectiuè personis audiendi secularium personarum Confessiones absque Ordinarij examine & approbatione, reuocat *Vrbanus VIII. constit.* 92. incip. *Cum sicut accepimus* 12. *Septembris* 1618. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4 *pag.* & apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 1. *in addit. c.* 10 *pag* 508.

7 Priuilegia & indulta Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum & illius personis concessorum, dummodò sint in vsu, vel sacris Canonibus, aut Concilio Trid. vel Constitutionibus Apost. non sint repugnantia, confirmat *Vrbanus VIII. constit.* 94. incip *Ex clementi* 7 *Id. Octobris* 1618 apud Angel. Mariam Cherub. *d. tom.* 4. *pag* 104.

8 Priuilegio concessu in fauorem Episcoporum, de quo *in cap fin. de priuileg. lib.* 6. non est per decretum Concilij de Missis in priuatis domibus non celebrandis vlla ex parte derogatum. quia intentio Concilij est tollere abusus cum fiat ex causa, vt scilicet quotidie Missam audiant. S. *Cong Conc.* teste Sellio *in selectis Canon. c.* 31. *n.* 5.

9 Priuilegio *cap fin. de priuileg in* 6. vti possunt Episcopi post Concilium saltem occasione pestis, & belli. *Sacra Congreg. Conc. in causa Lombardiæ* 17. *Augusti* 1630. quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast decis resol.* 13. *n* 2.

10 Priuilegium à Sede Apost. nulla facta derogatione Concilij indultum, Patribus Congregationis Oratorij, vt qui ex eis præuio examine ad audiendas Confessiones in ipsa Vrbe à Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbem absque alio examine, de licentia tamen Ordinariorum locorum Confessiones liberè audire valeant, omninò obseruandum est. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *in addit. ad tract de benefic p.* 4 *c.* 5 *n.* 31.

11 Priuilegium *Cau si quis suadente* 17. *quæst.* 4. in nihilo immutauit Concilium Trid. sess. 23. cap. 6. de reform. Vnde quiuis clericus etiam non habens beneficium ecclesiasticum, nec habitum, & Tonsuram deferens eo gaudet priuilegio. *Sacra Congr. Conc.* de qua Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 5. §. 5. *num.* 7.

12 Priuilegium concessum Canonicis vacandi æstiuo, vel alio certo tempore ab Ecclesia iuxta declarationem sacri Concilij moderandum est. *Sacra Congr. Rit. in Eluen* 10 *Ianuarij* 1604. *in resp. ad vlt. dub.* quam refert Sellius *d c* 31. *n.* 4.

13 Priuilegium concessum Abbatibus benedictis exercendi Pontificalia, & Pontificaliter celebrandi in eorum propriis Ecclesiis, non potest ob Episcopo extendi ad Abbates non benedictos, & extra proprias Ecclesias. *Sacra Congr. Rit. in Pampilonen.* 8. *Maij* 1617. cuius meminit Bonfadin. *d. resol.* 03. *numero* 4.

14 Priuilegia omnia concessa Fratribus particularibus in Regnis Hispaniarum propter quæ ab obedientia suorum Prælatorum, eximuntur, reuocauit *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Pastoralis* 30. *Iuly* 1616. referunt Lezana *in sum. quæst Regul tom* 1. *c.* 10 *n.* 26. *& c.* 16. *n.* 5. Laur. de Peyrinis *de priuil. Regul. tom.* 3. *in addit. c.* 12. *pag.* 507.

15 Priuilegia omnia Regularium, etiam ea, quæ Mare magnum appellantur, sunt reuocata in his quæ Concilio Trid aduersantur per Bullam *Pij V. sub* 12 *Kalend. Martij* 1565. *S. Congr. Conc* referente Nicol. Garc *de benefic p.* 3. *c.* 2. *n* 258.

16 Priuilegia Regularia quod non teneantur seruare interdicta in aliquibus diebus tantùm velut in festis suorum Ordinum si ante Concilium concessa fuerint, vtique reuocata censentur. *S. Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc *de benefic. p* 5. *cap.* 8. *num.* 87. *vers. ad octauum*, Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num* 73. quos refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg* 105 *num.* 44.

17 Priuilegiorum per confirmationes, quas Regulares à Sede Apost. post sacrum Concilium Trid. obtinuerunt nequaquam reuiuiscere possunt priuilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata atque extincta, si quæ habebant absoluendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consueuit, vtpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem *Sacra Congr. Episco. & Regular.* 17. *Nouembris* 1628. quam citat Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul in additam ad Constit.* Sixti IV. *c.* 2. *n.* 38. *pag.* 415.

Priuilegia diuersis concessa.

Collect. DCIII.

1 ABbreuiatoribus, & scriptoribus litterarum Apost. & archiuij *Iulius II constit.* 15. Incip. *Sicut Kalend. Decembris* 1507. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 427. aliàs *pag.* 371. *Leo X. constit.* 14. Incip. *Summus* 17. *Kalend Augusti* 1515. apud Laert. Cherub. *d tom.* 1. *pag.* 486. aliàs *pag.* 415. in nouiss. impress.

2 Aduocatis Consistorialibus *Sixtus V. constit* 62. incip. *Sacri Apostolatus* 10. *Kalend Septembris* 1587. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 588 aliàs *pag* 447.

3 Ædificantibus in ciuitate Pia. *Pius IV. constit.* 101. incip. *Romanum* 10. *Kalend. Septembris* 1565. apud Laert. Cherub. *tom.* 0. *pag.* 155. aliàs *pag.* 117.

4 Archiconfraternitati orphanorum de Vrbe. *Paulus III. constit.* 26. incip. *Altitudo.* 7. *Id Februarij* 1541. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 654. aliàs *pag.* 540.

5 Archihospitali sancti Spiritus in Saxia de Vrbe. *Sixtus IV constit.* 14. incip *Illius* 12. *Aprilis* 1477. apud Laert. Cherub. *tom* 1 *pag.* 212.

6 Aromatariis. *Clemens VIII. constit.* 47. incip *Lic*

dabilis 3 *Kalend. Ianuarij* 1596. apud Laert. Cherub. *tom* 3 *pag* 6;. aliàs *pag*.46.

7 Auditoribus Rotæ Romanæ. *Paulus III. constit.* 12. incip. *Romani* 17. *Augusti* 1537. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag*.524. in nouiss. impress. & *Clemens VIII. constit*.13. incip. *Conuenit*, *Nonis Augusti* 1525. apud Laert. Cherub. *tom*.1. *pag*. 577. aliàs *pag*. 484.

8 Auditoribus Rotæ Maceratensis. *Sixtus V. constit*.94. incip. *Romanus Idib. Martij* 1588. apud Laert. Cherub. *tom* 1. *pag*. 658. alias *pag*. 499.

9 Auditoribus Rotæ Ferrariensis. *Clemens VIII. constit* 59 incip. *In supremo* 29. *Maij* 1559. apud Laert. Cherub. *tom*.3. *pag*.77. aliàs *pag*.56.

10 Camaldulensibus *Leo X. constit*.2. incip. *Et si à summo* 4 *Iunij* 1513 apud Laert. Cherub. *tom*.1. *pag*. 460. aliàs *pag* 395.

11 Capuccinis *Clemens VII. constit*. 21. incip. *Religionis* 5. *Non. Iulij* 1528. apud Laert. Cherub. *tom*.1. *pag*. 589. aliàs *pag*. 491.

12 Carmelitis *Pius V. constit*. 44. incip. *Romanus* 1. *Octobris* 1567. apud Laert. Cherub. *tom*. 2. *pag*. 140. aliàs *pag* 81.

13 Ciuibus Romanis *Iulius II constit* 29. incip. *Si nostrarum* 5. *Kalend. Aprilis* 1512. apud Laert. Cherub. *tom* 1. *pag*. 449. *Leo X* *const* 1. incip. *Dum singularem* 24. *Kalend Aprilis* 1513 pud Laert. Cherub *tom*. *pag*. 458. *Innocentius IX. constit*.2. incip *Ad Romanum Kalend. Decembris* 1591. apud Laert. Cherub. *tom*.2. *pag*. 714. aliàs *pag*. 547.

14 Clericis Cameræ. *Sixtus IV. const*. 1. incip. *dispositione* 16. *Kalend Februar*. 1472. apud Laert. Cherub. *tom* 1 *pag*. 301. in nouiss. impress. *Leo X. constit*. 12. incip. *licet* 12. *Iunij* 1517. pud Laert. Cherub. *tom* 1. *pag*. 514. aliàs *pag*. 435.

15 Clericis Congregationis doctrinæ Christianæ. *Gregorius XV constit*.12. incip. *Ex incumbenti* 12. *Nouembris* 1621. apud Angel. Mariam Cherub. *tom*.3. *pag*.291. in nouiss.

16 Clericis ministrantibus infirmis. *Gregorius XIV. constit*.17. incip. *Illius* 11 *Kalend. Octobris* 1591. apud Laert. Cherub. *tom* 1. *pag*. 706. alias *pag*. 40.

71 Clericis Minoribus *Gregorius XIV const*.2. incip. *Romanus* 18. *Februarij* 1591. apud Laert. Cherub. *tom*. 2 *pag* 687. aliàs *pag*. 526.

18 Clericis sancti Pauli. *Paulus III constit*.5. incip. *Dudum* 8. *Kalend. Augusti* 1535. apud Laert. Cherub. *tom*. 1. *pag* 617. aliàs *pag* 513.

19 Clericis de Somaschia. *Pius V. constit*.78. incip. *Iniunctum* 6. *Decembris* 1568. apud Laert. Cherubin. *tom*. 2. *pag* 275. aliàs *pag*. 207.

20 Clericis Theatinis. *Pius V. constit*.13. incip. *Ad immarcescibilem Idib. Februarij* 1567. apud Laert. Cherub. *tom*. 1. *pag*. 215.

21 Clericis Societatis Iesu *Paulus III. constit*. 25. incip. *Regimini* 5 *Kalend. Octobris* 1540. apud Laert. Cherub. *tom*. 1. *pag* 653. & *const* 48. incip. *licet* 15. *Kalend. Nouembris* 1549. apud Laert. Cherub. *tom*. 1 *pag*. 687. *Gregorius XIII. const*. 36. incip. *Quicunque* 21. *Septembr*. 1576. apud Laert. Cherub. *tom*. 2. *pag*. 404. & *const* 57. incip. *Vsum Altaris* 1. *Octobris* 1579. apud Laert. Cherub *tom*. 2 *pag*. 433.

22 Collegio Germanico. *Gregorius XIII. constit*. 14 incip. *Postquam* 8. *Idib. Augusti* 1573. apud Laert. Cherub. *tom* 2. *pag*. 375. aliàs *pag*. 285.

23 Collegio Græcorum de Vrbe *Gregorius XIII. constit*. 42. incip. *In Apostolica Idib. Ianuarij* 1577. apud Laert. Cherubin. *tom*. 2. *pag*. 410. aliàs *pag*. 308.

24 Collegio Maronitarum de Vrbe. *Gregorius XIII. constit*.95. incip. *Romana* 5. *Kalend. Iulij* 1584. apud Laert. Cherubin. *tom*. 2. *pag*. 477. aliàs *pag*. 358

25 Collegio Montis alti. *Sixtus V. constit*. 89. incip. *Inter* 5. *Kalend Decembris* 1588. apud Laert. Cherub. *tom* 2. *pag* 445. aliàs *pag* 489.

26 Collegio Scotorum de Vrbe *Clemens VIII. constit*. 83. incip. *In suprema* 2. *Aprilis* 1602. apud Laert. Cherub *tom*. 3 *pag*. 129. aliàs *pag*. 75.

27 Commissariis fabricæ sancti Petri *Iulius II. const*. 23 incip. *Liquet* 11. *Ianuarij* 1509. *Pius V. const*. 95. incip. *Etsi* 11. *Kalend. Ianuarij* 1569. apud Laert. Cherub. *tom*. 2 *pag*. 197.

28 Conclauistis. *Clemens VIII. constit*. 16. incip. *Æquitati de anno* 1592. apud Laert. Cherub. *tom*. 3. *pag*. 20. *Paulus V. const*. 3. incip. *Romanum de anno* 1605. apud Laert. Cherub. *tom*. 3. *pag*. 177. *Vrbanus VIII. constit*. 1. incip. *Circumspecta* 8. *Idib. Augusti* 1623. apud Angel. Mariam Cherub. *tom*. 1. *pag*. 1.

29 Cruciferis *Gregorius XIV. constit*. 13. incip. *Romanus* 12. *Iulij* 1591. apud Laert. Cherub. *tom*. 2. *pag* 701. aliàs *pag* 537.

30 Curialibus. *Paulus V. constit*. 18. incip. *In eminenti* 8. *Aprilis* 1606. apud Laert. Cherub. *tom*. 3. *pag*. 195.

31 Cisterciensibus. *Paschalis II. constit*. 1. incip. *Desiderium Kalend Maij* 1100. apud Laert. Cherub. *tom*. 1. *pag*. 15. aliàs *pag*. 11.

32 Discalceatis Fratribus S. Augustini prouinciæ Castellæ. *Clemens VIII. constit*. 93. incip. *Apostolici* §. 3. *de anno* 1602. apud Laert. Cherubin. *tom*. 3. *pag*. 141.

33 Episcopis residentibus. *Pius IV. const*. 10. incip. *De salute pridie Non. Septemb*. 1560. apud Laert. Cherub. *tom*. 2. *pag*. 20 aliàs *pag*. 15.

34 Eremitis Montis Coronæ. *Paulus III. constit*. incip. *Rationi* 3. *Non. Nouembris* 1534. apud Laert. Cherub. *tom*. 1 *pag*. 610. aliàs *pag*. 508.

35 Eremitis S. Augustini. *Iulius II. const*. 18. incip. *Etsi* 17. *Iunij* 1508. apud Laert. Cherub. *tom*. 1. *pag*. 433. aliàs *pag*. 376.

36 Eremitis sancti Hieronymi. *Eugenius IV. constit*. 12. incip. *Prouenit* 8. *Kalend Martij* 1437. apud Laert. Cherub. *tom*. 1 *pag* 413. aliàs *pag* 262.

37 Iesuatis S. Hieronymi. *Clemens VII. constit*. 36. incip. *Sacra*, *pridie Kalend. Februarij* 1532. apud Laert. Cherub. *tom* 1. *pag* 503. in nouiss. impress. *Pius V. constit*. 50. incip. *Romanus* 13. *Nouembris* 1567. apud Laert. Cherub. *tom*. 2. *pag* 245. aliàs *pag*. 145.

38 Mercatoribus ripæ *Paulus III. const*. 45. incip. *Cum postquam de anno* 1547. apud Laert. Cherubin. *tom* 1 *pag* 684.

39 Mercatoribus Anconæ. *Clemens VIII. constit*. 26. incip. *Ex Apostolica* 8. *Id. Martij* 1594. apud Laert. Cherub. *tom*. 3 *pag*. 54.

40 Militibus sancti Benedicti de Anis. *Gregorius XIII. constit*. 32. incip *Ex Apostolica de anno* 1573. apud Laert. Cherub. *tom*. 2. *pag*. 398. aliàs *pag*. 300.

41 Militibus de Alcantara *Leo X. constit*. 44. incip. *In Apostolica de anno* 1515. apud Laert. Cherub. *tom*. 1. *pag*. 543. aliàs *pag*. 456.

42 Militibus de Calatraua *Iulius II. constit*. 26. incip. *Ex paterna Non. Kalend. Aprilis* 1511. apud Laert. Cherub. *tom*. 1. *pag*. 442. aliàs *pag*. 374.

Militibus

43 Militibus S. Iacobi de Spata. *Gregorius XIII const.* 31. incip. *Ex Apostolica de anno* 1575. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 398 aliàs 300.

44 Mendicantibus Religiosis. *Sixtus IV. constit.* 6. 7. & 8. *de anno* 1475. apud Laert. Cherub *tom* 1. *pag.* 137. *Iulius II constit.* 13. incip. *Dudum* 5. *Kalend. Augusti* 1506. apud Laert. Cherub. *tom.* 1 *pag.* 411. *Pius IV. constit.* 41. incip. *Cum sicut Kalend. Decembris* 1562. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 15. *Pius V. constit.* 11. incip. *Dum ad uberes* 19. *Iulij* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 191 aliàs *pag.* 144.

45 Minimis S. Francisci de Paula. *Sixtus IV constit.* 5 incip. *Sedes* 6. *Kalend. Iulij* 1474. apud Laert. Cherub. *tom.* 1 *pag.* 335. aliàs *pag.* 301.

46 Minoribus Conuentualibus *Clemens IV. constit.* 4. incip. *Virtute* 12. *Kalend. Augusti* 1265. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 110. aliàs *pag.* 130.

47 Minoribus sancti Francisci reformatis. *Vrbanus VIII. constit.* 36. incip. *Ad sacram.* 31. *Augusti* 1622. apud Ioan Mariam Cherub. *tom.* 4 *pag.* 54.

48 Prædicatoribus *Sixtus IV. constit.* 7. incip. *Regimini de anno* 1474. apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 340. aliàs *pag.* 307.

49 Protonotarius. *Sixtus V. constit.* 12. incip *Romanus* 16. *Kalend Decembris* 585. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 503. aliàs *pag.* 382.

50 Referendariis. *Paulus III constit.* 23. incip. *Debita* 30. *Iulij* 1540. & *Sixtus V. constit* 41. incip. *Copiosus* 3. *Kalend Nouembris* 1585. apud Laert. Cherub. *tom.* 2 *pag.* 498. aliàs *pag* 413. in nouiss. impress.

SVMMARIVM.

1 *Missa vel Officium vt de aliquo sancto non canonizato, nec beatificato concedatur non suffragatur probatio immemorialis super cultu, sed requiritur in specie quoad cultum cum Missa & officio.*

2 *Iurispatronatus probatio in iis personis in quibus vsurpatio plerumque præsumitur, est de forma per scripturas.*

3 *Iurispatronatus mixti probatio non requiritur amplior.*

Probatio.

Collect. DCIV.

1 Probatio immemorialis super cultu, & veneratione alicuius Sancti non canonizati nec beatificati non suffragatur ad effectum vt de illo possit concedi Missa, vel Officium, sed in specie & in illo loco est probanda immemorialis quoad cultum cum Missa & Officio. *Sacra Congr. Rit. die* 20 *Nouembris* 1628. cuius meminit D. Contelor. *de canonizat. Sanctorum cap.* 22. *num.* 19. quem refert *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 97. *prope fin.*

2 Probatio per scripturas est de forma, & aliæ probationes non sunt admittendæ in ea parte, in qua *Conc. Trid. cap.* 9. *sess.* 25. requirit pleniorem & exactiorem probationem iurispatronatus in iis personis, seu Communitatibus, in quibus vsurpatio plerumque præsumitur, nec vult immemorabilem aliter suffragari, nisi præsentationes etiam continuatæ non minori quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes sortitæ sint effectum, authenticis scripturis probentur. *Sacra Congreg. Conc. die* 13. *Augusti* 1592. penes Sellium *in selectis Canon cap.* 30. *n.* 12.

3 Probationes illæ ampliores, quas Concilium exigit in iis personis, vel vniuersitatibus à quibus ius plerumque ex vsurpatione quæsitum præsumi solet, non requiruntur in iurepatronatus mixto septem officialium laicorum nomine vniuersitatis laicalis & trium Ecclesiasticorum priuato nomine præsentantium ratione mixturæ & fauore Ecclesiæ *Sacra Congreg. Conc. in Pampilonen. de Tafala* 8. *Augusti* 1620. quam refert Sellius *d. cap.* 30. *num.* 13.

Probationis annus pro Nouitiatu, vide in verbo *Annus collect.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest processiones dirigere à quocumque loco discessuri erunt, non obstante immemoriali consuetudine.*

2 *Episcopo priuatiuè quoad alios priuatiuè pertinet processiones indicere & ordinare.*

3 *Episcopi est processiones indicere, atque deducere de consilio tantum Capituli, non autem de consensu.*

4 *Capituli consilium requiritur vt Episcopus valeat processiones publicas indicere. ac præscribere quomodo & quò sint dirigendæ.*

5 *Capitulum vel alij quamuis sint per longum tempus in quasi possessione indicendi publicas processiones, semper ad Episcopum spectabit eas dirigere.*

6 *Processiones quò & quadrigi, quasue ad Ecclesias perduci debeant? remissiuè.*

7 *Vicarius generalis absente Episcopo, processiones dirigere valet.*

8 *Vicarius generalis, absente Episcopo, cum consilio Capituli processiones dirigere valet.*

9 *Episcopi arbitrio indicenda est hora processionis.*

10 *Episcopus potest ex causa prohibere processiones ex deuotione populi & Confratrum introductas.*

11 *Processio debet fieri Ordinatim successiue.*

12 *Feria quinta & sexta maioris hebdomada non conuenit fieri processiones de nocte cum Sanctissimo Sacramento.*

13 *Episcopi arbitrio conceditur vt noctu fieri possint processiones feria sexta maioris hebdomadæ.*

14 *Episcopus potest declarare an liceat facere processiones per Ecclesiam diebus Dominicis & festiuis.*

15 *Canonici Cathedralis possunt facere processiones etiam per limites Parochianum sine licentia Curati.*

16 *Parochianus sine consensu nullus etiam regularis per Parochiam processiones facere potest.*

17 *Carminum processio non potest fieri prima Dominica cuiuslibet mensis in præiudicium Confraternitatis Rosarij, quæ prius ea die suam processionem faciebat.*

18 *Episcopus sub pœnis compellere potest Confratres vt conueniant solum processionibus.*

19 *Clerus Ecclesiarum quando sub vnica cruce incedit, Ecclesia, cuius est crux, dignitorem locum obtinere debet.*

20 *Processiones dua eodem in die, in eodem loco non sunt permittenda.*

21 *Manutentio in proceſſione facienda certo die concedenda antiquioribus, itaut non liceat aliis eodem die facere ſimilem proceſſionem.*

22 *Roſarij proceſſiones fieri poſſunt per totam ciuitatem ſi ita habeat conſuetudo.*

23 *Proceſſiones publicæ dicuntur illæ, quæ fuerint indictæ pro bono publico, vel publico honore.*

24 *Epiſcopus an ſub cenſuris Religioſos compellere valeat vt accedant ad publicas & generales proceſſiones.*

25 *Regulares extra eorum Eccleſiam proceſſiones facere non poſſunt feria quinta in Cœna Domini, & in feſto Corporis Chriſti.*

26 *Regulares non poſſunt facere proceſſiones extra clauſuram propriorum monaſteriorum.*

27 *Regularibus non licet proceſſiones facere extra Eccleſias, & ambitum illarum*

28 *Regulares, & confraternitates laicorum intra clauſtra tantum, & non extra, ſuas proceſſiones facere non poſſunt, ſi non habeant clauſtra prope muros Eccleſiæ.*

Proceſſio.

Collect. DCV.

1 PRoceſſiones dirigere à quocunque loco diſceſſerint, & iuerint, pertinet ad Epiſcopum, non obſtante etiam immemoriali conſuetudine. *Sacra Congr. Rit in Cantrinen.* 24. *Auguſt.* 1619. quam refert Aldan. *in compendio Canon. reſol lib.* 2. *titul.* 40. *num.* 5.

2 Proceſſiones publicas, & ſolemnes indicere, dirigere, & ordinare non ad Cantorem, ſed ad Epiſcopum priuatiuè quoad alios ſpectat. *Sacra Congr. Rit. in Tullen.* 17. *Decembr.* 1602. *& in Elboren.* 14. *Ianuar.* 1617. cujus memini *de Epiſcopo p.* 3. *alleg* 78. *num.* 5.

3 Proceſſiones edicere, decernere, dirigere, atque deducere Epiſcopi eſt de conſilio tantum Capituli, non autem de conſenſu, quod in omnibus proceſſionibus ſeruari debet. *Sacra Congr. Rit in Elboren.* 28. *Martij* 1628. quam citat Aldan. *d lib.* 2 *tit.* 40. *num* 6.

4 Proceſſiones publicas indicere & præſcribere quomodo, & quò ſint dirigendæ, ad Epiſcopum pertinet, cum Capituli tamen conſilio. *Sacra Cong. Conc. in Comnen* 7. *Februarij* 1632. apud Bonfadin. *in theſauro Canon. deciſ. reſol.* 17. *nu.* 2. Et ſic requiritur conſilium, non autem conſenſus Capituli. *eadem Sacra Congr. Conc.* 28. *Mar.ij* 1628. Itaut Epiſcopus ſolus ſine conſilio Capituli eas indicere & dirigere minime valeat. *Eadem Sacra Congr.* teſte Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 14.
5 *l.* 28. §. 2. *de proceſſion. n.* 4. Non obſtante quod Capitulum, vel alij ſint per longum tempus in quaſi poſſeſſione indicendi publicas proceſſiones, vel præſcribendi quomodo, & quo ſint dirigendæ. *Eadem Sacra Congr.* 16. *Februarij* 1619. penes Aldan. *d lib.* 2. *tit.* 40. *n.* 7.

6 Proceſſiones conſtituere, atque indicere, quò & quà dirigi, quaſve ad Eccleſias perduci debeant, declarauit *Sacra Congr. Conc.* referente Laurero de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcopos, & Regular. circa Bullam Gregorij XIII. de præcedent. & proceſſionib. in reſp. ad* 7. *pag.* 18.

7 Proceſſiones ordinare, & diſtribuere, abſente Epiſcopo, pertinet ad Vicarium. *Sacra Congr. Rit. in Vigilien.* 28 *Septemb.* 1630. *& in Biſinina* 5. *Aprilis* 1632. *& in Caſſanen.* 5. *Martij* 1633. quarum memini *in tract. de Canon. & dignit. c.* 6. *n.* 7.

8 Proceſſiones publicas edicere ſpectat ad Vicarium generalem, abſente Epiſcopo, cum conſilio Capituli, prout poſſet Epiſcopus ſi præſens eſſet. *Sacra Congr. Rit. in d Vigilien.* 28. *Septembris* 1628. de qua Ego *d. p* 3. *alleg* 78. *n.* 5.

9 Proceſſionis hora indicenda eſt arbitrio Epiſcopi, cui Magiſtratus, & omnes debent obedire. *Sacra Congr. Rit. in Urbeuetana* 17. *Iunij* 1606. quam refert Aldan. *d lib.* 2. *tit.* 40 *n.* 8.

10 Proceſſiones ex deuotione populi, & confratrum introductæ poſſunt ex cauſa ab Epiſcopo prohiberi. *Sacra Congr. Rit. in d. Elboren.* 14. *Iannarij* 1617. apud Aldan. *d. tit.* 40 *n.* 9.

11 Proceſſio debet fieri ordinatim, & ſucceſſiuè abſque aliqua diuiſione tam quãdò incedit quàm quando ſtat. *Sacra Congr. Rit. in Toletana* 15. *Maij* 1612. apud Aldan. *d. tit.* 40. *n.* 10. Modus quo debent incedere Canonici, dignitates, & Portionarij in proceſſionibus, quando eorum habitus eſt vniformis & quando eſt diuerſus, declarauit *Sacra Congr. Rit. in Malacitana* 3. *Iunij* 1617. vt per Aldan. *d. tit.* 40 *n* 11.

12 Proceſſiones facere de nocte cum Sanctiſſimo Sacramento feria quinta & ſexta maioris hebdomadæ non conuenit, & repugnat myſteriis Eccleſiæ, & eſt abuſus omnino tollendus. *Sacra Congr. Rit. in Mantuana* 18. *Auguſti* 1606. quam adducit Aldan. *d. tit.* 40. *n.* 12.

13 Proceſſiones vt de nocte fieri poſſint feria ſexta maioris hebdomadæ arbitrio Epiſcopi conceditur. *Sacra Congr. Rit. in cauſa Indiarum* 20. *Iulij* 1600. teſte Aldan. *d. lib.* 2. *tit.* 40. *n.* 13.

14 Proceſſiones per Eccleſiam facere diebus Dominicis & feſtiuis an liceat, Epiſcopus poteſt declarare. *Sacra Congr. Rit. in Poracharen.* 20. *Martij* 1604. de qua Aldan. *d. lib.* 2. *tit* 40. *nu.* 14.

15 Proceſſiones fieri poſſunt à Canonicis Cathedralis etiam per limites Parochiarum ſine licentia Curati. *Sacra Congr. Rit in Theleſina* 28. *Auguſti* 1615. *& 11. Iunij* 1619. quarum meminit Aldan. *d. tit.* 40. *num.* 15.

16 Proceſſionem facere per Parochiam ad Curatos ſpectat, & ſine eorum conſenſu nullus etiam Regularis, illas dirigere valet. *S. Cong. Rit. in Hiſpalen.* 28. *Februarij* 1628. cuius meminere Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo proceſſiones n.* 24. *&* 25. Ioan. Anton. Nouar. eius frater *in ſumm. Bullarum tit. de proceſſionibus Regul.* Ego *de officio, & poteſt. Parochi c.* 11. *n.* 13.

17 Proceſſio Carminis in terra Caſalis noui Oritan. diœceſis non poteſt fieri à Confraternitate Carminis nouiter erecta, prima dominica cuiuſlibet menſis in præiudicium Confraternitatis ſanctiſſimi Roſarij, quæ per prius eadem prima dominica cuiuſlibet menſis proceſſionem facere conſueuerat. *Sacra Congr. Rit. in Oritan.* 24. *Ianuarij* 1615. referente Sellio *in ſelectis Canon. cap.* 52. *num.* 3.

18 Proceſſionibus ſolitis vt Confratres conueniant, compellere poteſt Epiſcopus ſub pœnis arbitrio illius, maximè ſtandi poſſeſſione illos vocandi per edicta. *Sacra Congr. Conc. die* 21. *Ianuarij* 1622. *&* 8. *Maij* 1627. de quibus Sellius *dict. cap.* 52. *num.* 4.

19 Proceſſionibus in quibus quilibet Clerus Eccleſiarum

clesiarum sub propria Cruce incedit, sub eadem Cruce propria incedere debet: in processionibus vero, in quibus non interuenit nisi vnica tantum Crux, Cletus illius Ecclesiæ, cuius est Crux, quæ defertur digniorem locum obtinere debet. *Sacra Congreg. Rit. in Senogallien. 29. Nouembris 1632.* vt per Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 8. num. 81*

20 Processiones duæ eodem in die in eodem loco non sunt permittendæ, & qui vltimò suam facere intendunt, in alium diem protrahere debent *Sacra Congr. Rit. in Taurinen 5. May 1633.* quam refert Bonfadin. *d. resol. 8. num. 24.*

21 Et sanè manutenendi illi, qui in processione facienda antiquiores sunt, ita vt non liceat aliis eodem die facere similem processionem. *Eadem Sacra Congr. in eadem causa 9. Apr. 1633.* citata per Bonfadin *d. resol. 8. n. 25.*

22 Processiones Rosarii possunt fieri per totam ciuitatem si ita habeat consuetudo a decem retro annis seruata, & in quatuor festiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis. *Sacra Congr. Conc.* teste Laurent. de Peyrinis *in Constit. sui Ordinis Minimor. tom. 2. constit. 7. Pij V. num. 13. vers. ad 8 pag. 193.* quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 78 num 7. in medio.*

23 Processiones publicæ ad quas Regulares exempti ab Episcopo vocati accedere tenentur, dicuntur illæ, quæ fuerint indictæ pro bono publico, vel publico honore. *Sacra Congreg Conc.* quam refert & sequitur *Sacra Cong Rit. in Ferrarien 27. Iuly 1603.* de qua Lezana *in sum quæst. Regul. tom. 2. cap. 1. num. 50 in fine,* Ego *ipse de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg 78. n. 2. in fine.* Et idem Lezana *tom. 1 cap 11. n. 47.* ait Sacram Congreg. Concil. declarasse publicas processiones, ad quas Regulares compelli possunt per Ordinariosesse, quæ fiunt in festo Corporis Christi, in litaniis, & Iubilæis publicis faciendis in plebibus, in quibus ipsi habeant monasteria, dummodo processiones sint eius generis ꝙ in Bulla S. D. *Pij V* Mendicantibus concessa, quæ incipit *Et si Mendicantium* publicata 17 *Kalend Iuny anno* 1567. comprehenduntur, & dummodo Regulares non sint ex illis Conuentibus Collegia nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur. Quæ autem dicantur solemnes processiones, expressit *Sacra Congr. Rit. in causa Vrbis sancti Onufrij 18. Nouembris 1606.* penes Sellium *dict. cap 52. num. 5.* Vnde dicuntur processiones priuatæ quæ à Capitularibus, & Clericis, & Cathedralibus tantum fiunt ob aliquas causas. *Sacr. Congr Conc.* teste Armendar *dict §. 31 de processionib. num. 3.* quem refero *d. alleg. 78. nu 5.*

24 Processionibus publicis vt intersint Regulares Episcopus sub censurarum ipso facto incurrendarum pœna intimari facere potest, sed cum non obediant, illos punire non valet sed hoc casu *Sacram Congr.* certiorem reddere debet. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Vercellen. 20. Maij 1616.* penes Sellium *d. cap. 52. num. 7.* Et quod Episcopus compellere possit sub censuris omnes Religiosos & Monachos vt accedant ad publicas & generales processiones, sæpius declarauit. *Sacra Congr. Rit. in Ferrarien. 27. Iuly 1609 & in Chilen in Indiis 17. Februar. & 15. May 1610. & in Toletana 4. Iuny 1615.* quarum memini *d. alleg. 78. num. 25.* & alibi fuisse decisum testatur Laurent. de Franch. *de controuers. inter Episcop. & Regul. circa Bullam Gregorij XIII. in resp ad 10. dub pag. 19. in princ.* Barbos. Apost. Decis. Sum.

25 Processiones facere non possunt Regulares extra eorum Ecclesiam feria quinta in Cœna Domini, nec in festo Corporis Christi extra eorum iurisdictionem, & per Parochiam alienam. *Sacra Congr. Rit. in Aretina die 11. Nouembris 1613.* referente Sellio *d. c. 52. num. 8.*

26 Processiones facere non possunt Regulares extra clausuram propriorum monasteriorum. *Sacra Congreg. Rit. in Aretina Montis sancti Sauini 19. May 1614* de qua Sellius *d. c. 52. num. 9.*

27 Processiones facere extra Ecclesias, & ambitum illarum non licet Regularibus. *Sacra Congreg Conc. 2. Iulij 1620.* apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg Regul tom. 1. constit. 7. Pij V. n. 13 vers ad 8. pag. 153.* quem refero *d p. 3 alleg 78. num. 7.*

28 Processiones per Regulares aut Cōfraternitates laicorum fieri non possunt in Ecclesiis habentibus claustrum, nisi intra claustra tantùm, & non extra. In Ecclesiis verò carentibus claustro, fieri possunt intra ambitum, hoc est propè muros Ecclesiæ; extra verò ambitum Ecclesiæ non licet neque Regularibus, neque Confraternitatibus facere processiones, nisi de licentia, consensu aut cū Cruce Parochi, exceptis tamen illis Ecclesiis, quæ habent in hoc speciale priuilegium. *Sacra Congreg. Rit. in Hispalen. 16 Februarij 1628. & in Lunan. 12. Decembris 1632.* testibus Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit de processionib num 2.* Guard. *in manuali Episcop. verbo processiones num. 46 cum seqq.* Lezana *in sum. quæst Regul. tom. 2. cap. 1. num. 51.* vbi id intelligit seclusis particularibus priuilegiis, qualia Dominicanis pro processionibus Sanctissimi Sacramenti, & Rosarij in quibusdam locis dicuntur concessa.

Vide in verbo *Regulares quoad processiones collect. 642.* & in verbo *Consuetudo circa processiones collect. 227.* & in verbo *Clericus quoad processiones collect. 156.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopo soli, non aliis Ecclesiis licet processiones facere in festo Corporis Christi.*

2 *Sanctissimi Sacramenti processio in eius festo debet inchoari à Cathedrali, & in ea terminari.*

3 *Sacramenti Sanctissimi processiones debent fieri iuxta formam libri Caremonialis.*

4 *Sacramenti sanctissimi processio vt de consensu Episcopi in vnoquoque proprio oppido fiat, conceditur.*

5 *Sacramenti sanctissimi processio vt singulis quintis feriis fiat per Ecclesiam conceditur.*

6 *Regularibus non licet processiones facere cum Sanctissimo Sacramento maxime per limites Parochiæ.*

7 *Fratres Dominicani quando possint facere processiones sanctissimi Sacramenti per plateas, remissiuè.*

Processio sanctissimi Sacramenti.

COLLECT. DCVI.

1 PRocessiones in festo Corporis Christi facere non licet aliis Ecclesiis, sed soli Episcopo. *S. Congr. Rit. in Pisana 12. Maij 1615.* teste Sellio *in select. Canon. c 52 num. 12.*

2 Processio Sanctissimi Sacramenti in eius festo debet inchoari à Cathedrali *Sacra Congreg. Rit. in Tusanen. 19. Augusti 1619.* & in ea termin[illegible]

sacta *Congr. in Sulmonen. 15. Ianuarij* 1633. quatum meminit Bonfadin. *in thesauto Canon. decis. resolut.* 8. *num.* 27.

3 Processiones Sanctissimi Sacramenti debent fieri iuxta formam libri Cæremonialis. *Sacra Congre. Rit. in Isolan de forio* 19. *Iunij* 1604 penes Sellium *d. c.* 52 *num.* 13.

4 Processio Sanctissimi Sacramenti vt de consensu Episcopi in vnoquoque proprio oppido fiat, attenta loci distantia conceditur, licet ad aliud oppidum ad celebrandum dictam processionem alterius oppidi incolæ deberent accedere. *Sacra Cong. Rit. in Conimbricen.* 29. *Ianuarij* 1605. apud Sellium *d. cap.* 52 *num.* 14.

5 Processio sanctissimi Sacramenti vt singulis quintis feriis fiat per Ecclesiam concedi posse declaratur cum commemoratione in Missa, dummodo Officium, & Missa sint de feria, vel festo occurrente. *Sacra Congr. Rit. in causa feria* 30. *Aprilis* 1604. referente Sellio *d. c.* 52 *num.* 15.

6 Processiones facere cum sanctissimo Sacramento, maximè per limites Parochiæ, & Ecclesiæ Collegiatæ, non licet Regularibus. *Sacra Congr. Rit. in Gabalitcen. insula* 27. *Augusti* 1615 & 18. *Februarij* 1617.

7 Processiones sanctissimi Sacramenti per plateas facere possunt Fratres Prædicatores, &c. Vide supra in verbo *Fratres Prædicatores coll.* 272. *numer.* 12. & 13.

Plura vide in verbo *Corporis Christi festiuitas collect.* 23. & in verbo *Eucharistia sanctissima collect.* 3,5. *nu* 9 *cum seqq.*

SVMMARIVM.

Ad processiones publicas ire cogendi sunt:

1 *Clerici omnes diœcesani quantumuis exempti, beneficia etiam simplicia in diœcesi habentes.*
2 *Clerici seculares alicuius Ecclesiæ exempti in fundatione illius.*
3 *Sacerdotes inseruientes Ecclesiis Relig. Hierosol.*
4 *Monachus curam exercens in Ecclesia Parochiali vnita monasterio S. Benedicti.*

Processionibus interesse nō sunt compellendi:

5 *Sacerdotes nullum Officium aut beneficium ecclesiasticum in ciuitate vel diœcesi obtinentes.*
6 *Clerici qui sunt nullius diœcesis.*
7 *Clerici extra ciuitatem in locis in quibus habent plebem degentes.*
8 *Clerici Regulares Congr. Sancti Pauli decollati.*
9 *Clerici Regulares Societatis Iesu.*
10 *Clerici Regul. Matris Dei scholarum piarum.*
11 *Canonici Congregationis Lateranēsis.*
12 *Monachi Casinenses.*
13 *Monachi Oliuetani.*
14 *Monachi sancti Hieronymi.*
15 *Monachi sanctissimæ Trinitatis Cauen.*
16 *Fratres Carmelitæ discalceati.*
17 *Regulares qui absunt à ciuitate per dimidium milliare.*

Processionibus publicis interesse qui cogendi, vel non?

COLLECT. DCVII.

1 PRocessionibus publicis interesse tenentur ad mandatum Episcopi, Clerici omnes diœcesani quantumuis exempti, beneficia etiam simplicia in diœcesi obtinentes, vel officia, prout àsi deseruiant pro Capellano etiam in Ecclesiis exemptis. *Sacra Congreg. Concil.* cuius meminere Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 362. *in prima edit. alias resol.* 308. *in* 2. *edit.* Modern. Hispan. *de Regia protect. tom.* 1. *p.* 2. *c.* 9. *num.* 107.

2 Processionibus publicis interesse etiam tenentur Clerici seculares alicuius Ecclesiæ quamuis in fundatione illius exempti sint à iurisdictione Ordinarij intra cuius diœcesim existunt. *Sacra Congr. Conc.* 21. *Martij* 1602. teste Sellio *in select. Canon. cap.* 52. *nu.* 20.

3 Processionibus publicis interesse cogi possunt Sacerdotes inseruientes Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ. *Sacra Congreg. Conc.* de qua Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib* 1. *tit.* 14. *l.* 24. *num.* 5. & *tit.* 24. §. 31. *de processionib. numer* 5. Modern. Hispan. *de protect. Regia tom.* 1. *pag.* 2. *cap.* 9. *nu.* 103. Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regul. fol.* 17. *vers. ad secundum*, Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 3 *alleg.* 78. *nu.* 11.

4 Processionibus publicis interesse debet Monachus curam animarum habens in Ecclesia Parochiali vnita monasterio Ordinis S. Benedicti Curien. diœcesis. *Sacra Congr. Conc. in Curien.* 5. *Aprilis* 1631. penes Sellium *d. c.* 52 *num.* 21.

5 Processionibus publicis interesse non sunt compellendi ab Episcopo Sacerdotes nullum Officium, aut beneficium ecclesiasticum in ciuitate, vel diœcesi obtinentes. *S. Congr. Conc.* 9. *Maij* 1597. apud Sellium *d. c.* 52. *num.* 22.

6 Processiones publicas comitari cogere non potest Episcopus clericos qui sunt nullius diœcesis. *Sacra Congreg. Conc.* referentibus Armendar. *d. lib.* 1. *tit.* 14. *leg* 24. *num.* 10. Modern. Hispan. *d. p.* 2. *ca.* 9. *nu.* 105.

7 Processionibus publicis ab Episcopo cogendi non sunt interesse degentes extra ciuitatem in locis in quibus habent plebem, quia cum illa plebe debent facere processionem. *Sacra Congr. Conc.* referente Campon. *in diuersor. Iuris Canon. rub.* 12. *ca.* 13. *num* 117.

8 Processionibus publicis interesse ab Episcopo compelli non possunt Clerici Regulares Congregationis S. Pauli decollati. *Sixtus V. constit.* 5. incip. *Rationi Kalend Maij* 1585. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pagina* 490.

9 Processionibus publicis cogi non possunt interesse Clerici Regulares Societatis Iesu. *Gregorius XIII. constit. sua* incip. *Quacunque* 16. *Iulij* 1576. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 404.

10 Processionibus publicis interesse minimè cogendi sunt Clerici Regulares Matris Dei scholarum piarum. *Vrbanus VIII. constit.* 100. incip. *Debitum Kalend. Iunij* 1629. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom* 4 *pag.* 10[illegible].

11 Processionibus publicis vltra solitum cogendi non sunt interesse Canonici Regulares Congregationis Lateranensis. *Sacra Cong. Rit. in causa Canonico-*

Canonicorum Regul. Lateranensi. 30. *Iulij* 1616. quam citat Sellius *d. c.* 52. *num.* 25.

12 Processionibus publicis interesse non sunt vllo modo cogendi Monachi Congregationis Cassinensis, nisi ad processionem Sanctissimi Sacramenti iuxta eorum antiquam consuetudinem. *Sacra Congr. Rit. in Placentina* 10. *Iunij* 1602. penes Tāburin. *de iure Abbatum tom* 1. *disp.* 24. *quæst.* 8 *numer.* 2. Carol. Marantā *tom* 3. *resp.* 29. *nu* 46. *Vrbanus VIII. constit. sua* incip. *Nuper.* 17. *Nouembris* 1638. quam refert Laur. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tō.* 3. *in fine circa Constitutiones nouissimas Vrbani VIII. pag* 551. *in vlt. edit.*

13 Processionibus interesse cogi non debent Monachi Oliuetani. *Sacra Congreg. Rit.* de qua Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul verbo processio nu.* 11.

14 Processionibus publicis interesse non sunt cogendi Monachi S. Hieronymi. *Sacra Congreg. Conc.* referente Ioan. Maria Nouar. *d. verbo processio nu.*...

15 Processionibus publicis interesse compelli nō possunt Monachi sanctissimæ Trinitatis Cauen. quorum monasterium est immediatè subiectum Sedi Apost. *Sacra Congreg. Conc. die* 13. *Augusti* penes Sellium *d. c.* 52. *nu.* 26.

16 Processionibus publicis interesse cogere non potest Episcopus Fratres Carmelitas discalceatos. *Clemens VIII. constit. sua* incip. *Religiosorum de anno* 1596. cuius meminit Lezana *in sum. qu. Regular. tom* 1. *c.* 9. *num.* 47.

17 Processionibus publicis interesse cogi non possunt Regulares, qui absunt à ciuitate per dimidium milliare. *Sacra Congr. Conc.* testibus Armendar. *d. §.* 31. *de processionib. num.* 9. 11. *&* 14. Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *c.* 3 *numer.* 47. *in fine*, Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 47. quos refero *d. p.* 3. *alleg.* 78. *num.* 21. Ildefons. à Iesu Maria *in priuileg. Fratrum discalc. B Mariæ de Monte Carmelo pag.* 290. *num* 4.

Circa hanc materiam processionum vide quæ dicta sunt in verbo *Episcopus quoad processiones collect.* 299. & verbo *Regulares quoad processiones collect.* 642.

Processus.

Collect. DCVIII.

1 PRocessus appellatione *in c.* 6. *sess.* 25. *de reform.* comprehenditur & intelligitur prima citatio. *Sacra Congreg. Conc.* referentibus Armendar *in addit. ad recop legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *de visit. num.* 61. Ludou. à Sarauia *de iurisdict. Adiunctor. quæst.* 28. *num* 1.

2 Processus in causa visitationis personarum Cathedralis Ecclesiæ coram notario per Episcopum assumendo est fabricandus. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *d tit.* 6. *de visitat num.* 61.

SVMMARIVM.

1 *Regulares liberi sunt à contributione procurationis nisi Parochialem aliquam Ecclesiam Conuentui suo vnitam haberent.*
2 *Episcopus re ipsa non visitans nihil procurationis causa exigere potest.*
3 *Visitare gratis debet Episcopus absque procuratione hospitalia, & alia pia loca.*
4 *Vicarij Ecclesiarum Parochialium vnitarum, & dependentium à Religione Hierosolymitana non debent procurationem Episcopo visitanti.*
5 *Episcopo visitanti beneficium à Cardinale possessum procuratio soluenda est.*

Procuratio.

Collect. DCIX.

1 PRocuratione visitationum non adstringuntur ij, qui non fuerint visitati, vnde ab huiusmodi contributionibus sunt omnino liberi Regulares, nisi Parochialem aliquam Ecclesiam Conuentui suo vnitam haberent. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Spoletana* 11. *Ianuarij* 1585. teste Sellio *in selectis Canon. cap.* 82. *num.* 3.

2 Procurationis causa Episcopus re ipsa non visitans nihil exigere potest. *Sacra Congr. Conc.* referente Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarræ libr.* 1 *titul.* 6. *de Visitation. num.* 17.

3 Procurationem ab hospitalibus, & aliis locis leprosorum, domorum Dei, pauperum, & infirmorum Episcopus, aut alius Visitator non potest recipere, sed debet gratis visitare. *Sacra Congreg. Concil.* penes Zerol. *in praxi Episcop. part.* 2. *verbo visitatio §* 6. *dub.* 7 quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3 *alleg.* 75. *num.* 50.

4 Procuratio non debetur Episcopo visitanti Ecclesias Parochiales vnitas, & dependentes à Religione Hierosolymitana, à Vicariis earundem Ecclesiarum. *Sacra Congr. Conc. in Augustana* 14. *Decembris* 1630. quam refert Sellius *d. c.* 82. *num.* 4.

5 Procuratio soluenda est Episcopo visitanti beneficium à Cardinale possessum, quia est onus reale super beneficio, non personale super persona Cardinalis. *Sacra Congr. Conc. in Neritonin.* 13. *Septembris* 1631. apud Sellium *d c.* 82. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Patrini in Baptismo esse non possunt duo viri, aut duæ mulieres, bene tamen possunt esse procuratores.*
2 *Mandatum generale ad eligendum admittendum est, reprobatur verò speciale de eligenda certa persona.*
3 *Monasteriorum Monialium procuratores de triennio in triennium mutari debent.*
4 *Cognationem spiritualem procurator non contrahit sibi, sed mandanti.*
5 *Distributionibus quotidianis gaudent, & à residētia excusantur procuratores generales Status ecclesiastici.*
6 *Obseruantium procurator generalis debet præcedere in Capella Pontificia procuratori Fratrum Conuentualium.*

Procurator.

Collect. DCX.

1 PRocurator vnus qui sit viri, & alter qui sit procurator mulieris, baptizatū de sacro fonte suscipere possunt, sed non duo viri, nec duæ mulieres, vnusquisque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri. *Sacra Congreg. Conc.* teste Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de matrimon. num* 80.

2 Procuratores legitimè constituti cum generali mandato ad eligendum non excluduntur, dum-

modo non habeant speciale mandatum de eligenda certa persona, quia tunc votum non posset esse secretum, prout in decreto Conc *sess 25. cap. 6. de Regular. Sacra Congr. Conc* referentibus Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 4 numer* 200. Sigism. à Bononia *de elect. dub. 14 numer. 9.* Lezana *in summa qu. Regular. tom 3 verbo electio num 7 vers prima.*

3 Procuratores monasteriorum Monialium de triennio in triennium mutari debent *Sacra Congr. Episcop. & Regul in Orien. 31. Iulij 1615.* quam refert Sellios *in selectis Canon c. 26 num* 8.

4 Procurator non trahit cognationem spiritualem sibi, sed mandanti. *Sacra Congreg. Concil. in Trulentina 16. Maij 1630.* penes Sellium *dict cap. 26. num. 7.*

5 Procuratores generales à statu ecclesiastico seu maiori parte Regnorum Castellæ, & Legionis de gremio Ecclesiarum Cathedralium, seu etiam quorumcumque Regnorum præfatorum Collegiatarum deputati, seu deputandi, durante deputatione, à residentia excusantur, quotidianis distributionibus gaudent. *Clemens VIII. constit. sua* incip. *Ex iniuncto 9. Martij* 1596. cuius meminit *de Canonic. & dignitat c 25. n. 13.*

6 Procurator Generalis Obseruantium debet præcedere in Capella Pontificia procuratori Fratrum Conuentualium. *Sacra Cong. Rit. in Romana 25. Ianuarij* 1601 quam citat Sellius *d cap. 26. nu. 19.* In reliquis locis seruatur Bulla *Gregorij XIII. eadem sacra Congr Rit. in Terracinen. 30. Septembris.* 1614. apud Sellium *d c. 26 num. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Promoti ad Cathedrales. & de quibuscunque Canonicatibus, & beneficiis curatis, & ad gradus Doctoratus, & Lecturas promouendi tenentur Fidei professionem facere.*

2 *Prouisi de monasteriis ac aliis locis Regularium tenentur Fidei facere professionem*

3 *Regulares antequam prædicationis munus incipiant possunt ab Ordinariis compelli Fidei professionem emittere.*

4 *Parochiam secundam consequens Professionem Fidei de nouo facere tenetur.*

5 *Professio Fidei per procuratorem fieri non potest.*

6 *Canonici Collegiatarum Ecclesiarum non tenentur facere Fidei professionem.*

7 *Fructus restituere tenentur non facientes Fidei professionem.*

8 *Distributiones quotidianas non amittit Fidei professionem non faciens.*

9 *Possessionis effectibus non priuat professionis Fidei omissio.*

10 *Professio Fidei sufficit semel fieri præsente Episcopo in Capitulo.*

11 *Canonici Cathedralium, qui nondum Fidei professionem emiserunt, pro præsentibus haberi non possunt, licet pro causis & negotiis Capituli absentes fuerint.*

Professio Fidei.

COLLECT. DCXI.

1 PRofessionem Fidei facere tenentur promoti ad Cathedrales, & de quibuscunque Canonicatibus & beneficiis Curatis prouisi, & ad gradus Doctoratus, ad Lecturas, & Cathedrales promouendi, & est inferenda de verbo ad Verbum in instrumento et litteris Doctoratus. *Pius IV. constit.* 88. incip. *In sacro sancto Idib. Nouembris* 1564 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 128.* de cuius materia Scottio *in selectas summorum Pontificum Constitut epit* 84. Ioan. Maria Nouar. *in summ. Bullarum tit. de Fidei profess.*

2 Professionem Fidei facere tenentur prouisi de monasteriis, Conuentibus, domibus, & aliis locis Regularium quorumcunque Ordinum etiam Militarium. *Pius IV. constit.* 89 incip. *Iniunctum Idib Nouembris* 1564. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 129 & illius meminit Ioan. Maria Nouar. *in summa Regular. verbo Fidei professio numer* 1. Sed hanc Constitutionem in aliquibus Religionibus receptam non fuisse testantur Hieron. à Sorbo *in compend. priuileg. tit. professio Fidei numer* 3. Villalob. *in summ. tom. 2. tract. 1. diffic. 6. numer. 3.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom 1. lib. 2. cap. 5 numer. 3.* Sigism. à Bononia *de elect. p. 1 capite 7 dub 50.* Ascan. Tamburin. *de iure Abbatum tom 1. disp. 8. quæst. 3 numer. 3.* Antonin. Diana *moral. resolut. tract. 2. de dubiis Regular. resol.* 78. Ioan. Maria Nouar. *dict. verbo Fidei professio à numer. 2.* Lezana *in sum. quæst Regular. tom. 2. capite 13. num. 55.*

3 Professionem Fidei emittere per Episcopos locorum Ordinarios, si ita illis videbitur, sunt compellendi Regulares antequam prædicationis munus incipiant. *Sacra Congreg. Conc.* testibus Ioan. Maria Nouar. *dict verbo Fidei professio num.* 5. Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori ecclesi. c.* 42 *nu.* 4.

4 Professionem Fidei de nouo facere tenetur is, qui secundam Parochialem fuit assequutus, si in adeptione primæ, quam amisit, vel aliàs quacunque de causa coram Episcopo siue aliis etiam publicè Fidei professionem semel emisit. *Sacra Congreg Concil.* penes Nicol. Garcia *de benefic. p. 3. c. 3. num.* 18.

5 Professionem Fidei per se ipsos & non per procuratorem tenentur emittere prouisi de Parochialibus, & de Canonicatibus in Cathedralibus. *Sacra Congreg Concil. in Seguntina* 18. *Aprilis* 1590. & iterum in alia causa *die* 22. *Septembris* 1620. quarum meminere Nicol. Garc. *de benefic p. 3. cap. 3. numer. 51. declar.* 1. Scottia *in selectas summorum Pont. Constitut. epit. 84. theorem.* 207. *vers. quid si beneficiarius.* & citato Farin. & Bellarm. D. Ioan. de Solorzano *de iure Indiarum tom. 2. lib 3 ca. 6. num.* 15.

6 Professio Fidei non requiritur in Canonicis Collegiatarum Ecclesiarum. *Sacra Congr Concil. die* 12. *Februarij* 1588. de qua Nicol. Garc. *de benef. p. 3. c. 5. num.* 12.

7 Professionem Fidei non emittentes, fructus restituere tenentur. *Sacra Congreg. Concil. in dicta Seguntina* 18. *Aprilis* 1590. quam citat Nicol. Garc. *dict p. 3. capite 3. numer. 51. in 4. declar.* nisi eadem *Sacra Congr. Conc.* eos condonauerit & remiserit, vt ipsamet censuit, & benignè condonauit in *Tuscanen. 5. Martij* 1614 cuius memini *de Canon. & Dignit. c. 17. nu.* 22.

8 Professio Fidei si non amittatur, licet talis non faciat fructus suos, distributiones tamen acquirit & facit suas. *Sacra Congr. Conc.* referente Gonzal. *ad reg. 8. Cancel §. 7. proœm. nu.* 169.

9 Professionis Fidei omissio non priuat Canonicum

nicum aliis effectibus poſſeſſionis, ſed ipſum & vocem in Capitulo, & præcedentiam habere à die adeptæ poſſeſſionis, niſi aliud obſtet, declarauit *Sacra Congr. Conc.* de qua Quarant. *in ſumm. Bullarij verbo beneficiorum poſſeſſio in addit. lit.* b. *verſ. refertur.*

10 Profeſſio Fidei ſufficit ſemel fieri præſente Epiſcopo in Capitulo, & non requiritur vt prius coram Epiſcopo, vel eius Vicario, poſtmodum coram Capitulo ſeparatim fiat. *Sacra Congreg. Conc. in d. Seguntina*, referentibus Nicol Garc. *d p.* 3 *c.* 3 *nu.* 51. Squillante *de obligat. cleric. p.* 1. *n.* 93. Marcel. Vulpe *in d. praxi. c.* 48 *n.* 56.

11 Fidei profeſſionem non emittentes Canonici Cathedralium, pro præſentibus haberi non poſſunt, licet pro cauſis, & negotiis Capituli abſentes fuerint. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *d p* 3 *c.* 3. *n* 52. quem refero *tract. de Canon. & dignit. c.* 17. *num.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Viuentes ſub voluntaria obedientia & in communi, emittere debent intra menſem Regularem profeſſionem trium votorum.*

2 *Ordinum ſuſceptio inducit tacitam profeſſionem.*

3 *Teſtandi de ſuo patrimonio reſeruata ſibi facultate à profitente, profeſſio eſt valida.*

4 *Anno integro nouitiatus peracto in ætate* 12. *annorum licet habitu retento fuerit commoratus domi ſuæ vſque ad tempus* 16. *annorum, reuerſus ad Religionem potest profiteri.*

5 *Anno biſſextili emiſſa profeſſio non expectato lapſu illius diei, qui de nouo additur, eſt nulla.*

6 *Nouitiatus tempore lapſo poteſt ex cauſa profeſſio per Superiorem prolongari.*

7 *Anni nouitiatus curriculo non completo etiam per duas horas emiſſa profeſſio non valet.*

8 *Probationes infra annum profeſſionem emittens non eſt obligatus ad Religionem nec in genere, nec in ſpecie.*

9 *Minimorum Ordinis ſtatuto cauetur ne quis ante* 18. *annum in eo profeſſionem emittat, ſi illa in ætate* 16. *annorum fiat, valida eſt.*

10 *Sanctiſſimæ Trinitatis Ordinis in Conſtitutionibus cautum eſt ne quis ante* 20. *annum profeſſionem faciat, & tamen in ea facta profeſſio in ætate* 16. *annorum valida eſt.*

11 *Ordinarius poteſt declarare nullam profeſſionem ante* 16 *annum expletum emiſſam.*

12 *Nullitatem profeſſionis intra quinquennium deducens, tenetur eam probare coniunctim coram proprio Superiore Regulari monaſterij, & Ordinario loci illius.*

13 *Profeſſiones tacitæ non tolluntur decreto Conc. ſeſſ* 25. *de Regularib cap.* 15.

14 *Monialis in mortis articulo ante* 16. *annum profeſſionem emittere non poteſt.*

15 *Puella inhabilis notoria inhabilitate inualidam profeſſionem emittit.*

16 *Profeſſio emiſſa inſtante Abbatiſſa à puella, quæ iam compleuerat annum nouitiatus, & in morbum inciderat, eſt valida.*

17 *Profeſſio emiſſa à puella vtcunque ad mortem ægrotante eſt valida.*

18 *Profeſſus in Religione incapace bonorũ recuperat bona ſi ad aliam capacem ex legitima cauſa transferatur.*

19 *Profeſſi legitimè, vt poſſint à Religione eiici, & fugientes è carceribus qualiter puniendi.*

Profeſſio Regularis.

Collect. DCXII.

1 PRofeſſionem Regularem trium votorum intra menſem emittere debent omnes ſub voluntaria obedientia, & in communi, in quibuſcunque domibus, Eccleſiis & Conuentibus viuentes extra votum Religionis, & quorum habitus à ſecularibus Presbyteris eſt diſtinctus. *Pius V. conſtit.* 76. incip. *Lubricum de anno* 1565. apud Laert. Cherub *in Bullario tom* 2. *pag* 273.

2 Profeſſionem tacitam inducit Ordinum ſuſceptio. *Sacra Congr. Epiſcop & Regul. in Beneuentana* 20. *Decembr.* 1619. teſtibus Sellio *in ſelect. Canon. c.* 18. *nu.* 50. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 3 *diſp* 6. *q.* 13 *n.* 12. met ipſo *de iure eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 1. *c* 42. *nu.* 167.

3 Profeſſio reſeruata ſibi facultate teſtandi de ſuo patrimonio, eſt valida. *Sacra Congreg. Conc. die* 14. *Decembris* 1613. referente Tamburin. *d. tom.* 3. *diſp* 6. *q* 16. *num.* 15. quem nouiſſimè refero *de Iure eccleſ. vniuerſo lib* 1. *c* 42. *n.* 153. *in vlt. impreſſ.*

4 Profeſſionem emittere poterit in Religione ille, qui cùm eſſet duodecim annorum permanſit per annum integrum in nouitiatu, & poſtmodum habitu retento fuit commoratus domi ſuæ vſque ad tempus 16. annorum requiſitum ad profeſſionem emittendam, & cum fuerit reuerſus ad Religionem, petit admitti ad profeſſionem, ſi aliud non obſtet. *Sacra Congreg. Conc. die* 20. *Martij* 1621. quam refert Sellius *d cap* 18. *num.* 51. Ego ipſe *d lib.* 1. *c.* 42 *num.* 129.

5 Profeſſio eſt nulla ſi ſit emiſſa in anno biſſextili non exſpectato lapſu illius diei, qui de nouo additur, ſi tamen ſic profeſſus non reclamauit intra quinquennium, non poteſt audiri. *S. Congr. Conc. in Patauina* 5. *Iunij* 1627. *& in Andegauen.* 21. *Auguſti* 1627. quas citat Sellius *d c.* 18 *num.* 52. Ego *d. lib.* 1. *c.* 42. *num.* 119.

6 Profeſſio poteſt per Superiorem prolongari lapſo tempore Nouitiatus in his, qui non benè adhuc didicerunt, & aliquantulum inhabiles reperiuntur, dummodo habeant ſpem probabilem quod efficiantur habiles infra ſex menſes. *Sacra Congr Conc.* 8. *Nouembris* 1569. quam referunt Paſſarel. *de priuileg. Minimor. in canon. Concil. Trid. can* 52 *pag.* 464. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. ad conſtit.* 2. *Sixti IV. in fine nu.* 51.

7 Profeſſio emiſſa à Regulari non completo anni curriculo etiam per duas horas non valet. *Sacra Congr. Conc. die* 21. *Ianuarij* 1617. cuius memini *de Iure eccleſiaſtico vniuerſo lib.* 1. *ca.* 42. 139. Vnde eadem *Sacra Cong. die* 2. *Februarij* 1631. cenſuit Religioſum, qui ſua profeſſione facta tribus horis ante completum annum probationis, à Religione diſceſſit, & in habitu clericali laudabiliter vixit, ſi poſtea redeat ad Religionem debere ratificare profeſſionem, & ei locum deberi à die ratificationis.

8 Profeſſionem emittens infra annum probationis non eſt obligatus ad religionem, nec in genere, nec in ſpecie, nec etiam in foro Conſcientiæ vlla inducta eſt obligatio. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benef p.* 11. *c.* 9 *n.* 6.

9 Profeſſio valida eſt poſt decimum ſextum annum facta, ſed ante decimum octauum requiſitũ

à statuto Ordinis Minimorum non annullante aut irritante, facta. *Sacra Congreg. Conc. die 8. Nouembris* 1582. quam de verbo ad verbum refert Laurent. de Peyrinis *de Prælato quæst.* 3. *c.* 1. § . 6. *num.* 178. & illius meminit Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Religion. num.* 14. quem cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 101. *num.* 15.

10 Professiones emissæ iuxta dispositionem Concilij Trid. hoc est in ætate 16. annorum sunt validæ, quamuis in Constitutionibus Religionis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum auctoritate Apost. confirmatis cautum sit quod in ea Religione aliquis non recipiatur antequam annum vigesimum videatur compleuisse. *Sacra Cong Conc. die 2. Augusti* 631. *& die* 24. *Aprilis* 1632. quarum memini *de Iure eccles. vniuerso lib.* 1. *ca.* 42. *num.* 141.

11 Professionem ante decimum sextum annum expletum emissam nullam declarare potest Ordinarius *Sacra Cong. Conc.* apud Armendar. *dict. l.* 7. *de Relig. num.* 11. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 101. *num.* 1.

12 Professionis nullitatem deducens infra quinquennium, tenetur eam probare coniunctim coram proprio Superiore Regulari illius monasterij, in quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, vbi existit monasterium. *Sacra Congreg. Conc. die 1. Decembris* 1595. teste Armendar. *d. leg.* 7. *de Religion. num.* 18. quem refero *d. p.* 3. *alleg.* 104. *num.* 12. Et quod intelligi debeat de Superiore monasterij, non autem Religionis, censuit eadem *Sacra Cong. in Meten. & Romana* 7. *Aprilis* 1629. quam commemorat Sellius *d. c.* 18. *n.* 53.

13 Professiones tacitæ non tolluntur per decretum Concilij sess. 25. de Regular. cap. 15. sed in suo pristino valore manent. *Sacra Congreg. Conc.* cuius meminere Armendar. *dict. leg.* 7. *de Relig. num.* 6. *&* 8. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo professio num.* 24.

14 Professionem emittere non potest Monialis ante decimum sextum annum in mortis articulo ad affectum vt monasterium succedat in dote, & bonis. *Sacra Congr. Conc in Montis Regalis* 13. *Nouembris* 1627. de qua Ego ipse *de Iure eccles. vniuerso lib.* 3. *c.* 42. *num.* 138.

15 Professio emissa à Religione à puella inhabili est inualida, dummodò sit nota inhabilitas *c. constituit* 26. *q.* 4. *Sac. Congr Conc. die* 26. *Iunij* 1621. quam refert Sellius *d. c.* 18. *num* 54.

16 Professio emissa instante Abbatissa à puella, quæ iam compleuerat annum nouitiatus, & in morbum inciderat, & à medicis fuerat dictum morituram, est valida, etiamsi postea fuerit verè mors sequuta. *Sacra Congr. Conc. die* 26. *Iunij* 1621. cuius memini *d. tract. d. Iure. eccles. vniuerso lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 170.

17 Professio à sanæ mentis puella vtcunque ad mortem ægrotante etiam Monialium suasionibus emissa, nisi aliud obstiterit, est valida. Cæterum an puella fuerit per dolum & circumuentionem ad profitendum inducta, itaut propterea dos monasterio non debeatur à Iudicibus competentibus est diligenter inspiciendum. *Sacra Congr. Concil.* referente Sellio *in select. Canon. capite* 17. *n.* 8.

18 Professus in Religione incapace bonorum, & translatus ex legitima causa ad Religionem capacem, recuperat bona post translationem sibi delata ad vtilitatem secundæ Religionis. *Sacra Congr. Conc. in Neritonen.* 22. *Ianuarij* 1618. cuius memini *d. lib.* 1. *c.* 42. *nu.* 92.

19 Professi legitimè non possunt à Religione eijci nisi postquam per annum integrum in carceribus, in ieiunio, & pœnitentia detenti, & probati fuerint, & eo elapso non resipuerint; fugientes verò è carceribus etiam pro huiusmodi fugæ delicto sunt puniendi, & firma custodia in carceribus detinendi, *Sacra Congr. Conc in causa Minimorum* 13. *Nouembris* 1632 de qua Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 11. *n.* 14.

Promotus.

Collect. DCXIII.

1 PRomotum à suo antecessore non potest Episcopus examinare nisi post promotionem aliqua noua causa superuenerit, quod si idem Episcopus aliquos minus idoneos iudicauerit, eos suspendere debet. *S. Cong Conc.* testibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis num.* 69. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 4. *n.* 8. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol.* 329. *in fine.*

2 Promotus ad Ordines cum collatione vnius beneficij, redditus duorum scutorum annuorum qui, incedens in habitu laicali cum armis dum caperetur à birruariis, vnum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit, gaudet priuilegio fori, sed remanere debet in carceribus laicalibus, donec coram Iudice ecclesiastico probetur clericatus. *Sacra Congr. Conc in Iannen* 28. *Martij* 1628. penes Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 23. *numer.* 16.

Prophanare.

Collect. DCXIV.

1 PRophanare potest Episcopus Ecclesias Parochiales ad præscriptum *Concilij sess.* 21. *cap.* 7. *de reform. Sacra Cong Conc. in Thelesina* 13. *Septembris* 1631. cuius meminit Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 11.

Propina.

Collect. DCXV.

1 PRopinarum Monialibus soluendarum abusus non solùm tolli, sed etiam grauissimarum pœnarum, sed etiam censurarum comminatione prohiberi debet, pro ea tamen die, qua ad habitum Monachalem admittentur puellæ, aliquid esculenti, vel poculenti modici valoris, & pro eiusdem diei vsu dumtaxat elargiri vetitum non censetur. *Sacra Congreg. Episcop & Regular. in Lusitana* 6. *Iunij* 1615. *in resp. ad* 2. *dub.* cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo propina*, & Ego ipse *de Iure ecclesiast. vniu. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Protonotariis agentes.*

2 *Familiares & domestici Papæ sunt Protonotarij de numero*

numero participantes.

5 *Spurios legitimare & Notarios creare possunt Protonotarij de numero.*

4 *Ordinariorum à iurisdictione exempti sunt Protonotarij de numero.*

5 *Pileum nigrum cum cordulis & ornamentis violaceis portant Protonotarij de numero.*

6 *Canonicis cuiuscunque Cathedralis etiam quatuor Patriarchalium Vrbis praecedunt Protonotarij de Vrbe.*

7 *Sacrista & Abbatibus in capella Papæ debent praecedere Protonotarij de numero.*

Protonotarij de numero participantium.

Collect. DCXVI.

1 DE illis Ioan Anton. Nouar. *in sum. Bullarium tit. de Protonotariis,* Theodor. de Rubeis *in singular. Rota tom. 2. p 4. tit. de praecedent. Protonot.* Ego ipse *de Iure Ecclesiastic vniuerso lib. 1. capite 23*

2 Protonotarij de collegio, & numero participantium, sunt ad numerum duodecim redacti, familiores, & Prælati domestici Papæ, panem quo-
3 tidie, & vestes in morte & coronatione Pontificis, & locum in caualcatis habent, spurios legitimare, & Notarios creare possunt. Sunt exempti
4 à iurisdictione Ordinariorum, & eorum familiares arma gestare valent. *Sixtus V. constit. 12. incip. Romanus 16. Kalend. Decembris* 1585. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2 pag. 482* in nouiss. impress. cuius memini *de Iure eccles. lib. 1. cap. 23 num. 4.*

5 Protonotarijs de numero participantium priuatiuè quoad omnes alios Prælatos conceditur pileum nigrum cum cordulis, & ornamentis violaceis. *Sacra Congr. Rit. in causa Vrbis Protonotariorum 17. Februarij* 1607. penes Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de Protonotar. num. 5.*

6 Protonotarij de numero participantium præcedunt Canonicis etiam Ecclesiarum Patriarchalium, etiam Lateranensis de Vrbe. *Sacra Congreg. Rit. die 4. Maij* 1613. testibus Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de Protonot. num* 5. Theodor. de Rubeis *in singul. Rotæ tom. 2 p 4. tit. de Praecedent. Protonot. à pag.* 487. *& in fine eiusdem tit pag.* 493. quem refero *de Canonic. & Dignitat cap. 8 num. 34.*

7 Protonotarij de numero participantium in capella sanctissimi debent præcedere Sacristæ, & Abbatibus vsum Mitræ habentibus *Sacra Congreg. Rit. in Romana 15. Iulij* 1601. de qua Sellius *in select. Canon. c. 17. n. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatitium habitum in Ecclesia & functionibus ecclesiasticis deferre potest Protonotarius titularis & extra numerum.*

2 *Habitu Prælatitio in Ecclesia & in processionibus stare, sedere, & incedere debet Protonotarius titularis.*

3 *Exemptus à iurisdictione Ordinarij qualiter sit Protonotarius titularis.*

4 *Fori priuilegio gaudet Protonotarius titularis in ciuilibus, & criminalibus causis.*

5 *Priuilegio fori, & clericali gaudent Protonotarij titulares, etiamsi Ecclesiæ non inseruiant.*

6 *Pileum super insignibus apponere, & habere annulum sine gemma dum celebrat potest Protonotarius titularis.*

7 *Locum supra, aut inter Canonicos habere non debent Protonotarij Apost.*

8 *Officialibus Episcopi, & Dignitatibus, ac Canonicis Cathedralium locum digniorem cedere debet Protonotarius Apostol.*

9 *Canonicis Cathedralium vti singulis præcedit Protonotarius, non autem si collegialiter incedant.*

10 *Munera alias de Iure seu consuetudine spectantia sibi vendicare non debet Protonotarius ratione Protonotariatus.*

11 *Rochetum cum mantelleto potest in choro deferre prima Dignitas, quæ sit Protonotarius.*

12 *Archidiaconi prima Dignitati præcedit Protonotarius vtens habitu Protonotarij & Prælati etiamsi non sit prima Dignitas.*

13 *Abacum præparare non potest Protonotarius dignitas dum celebrat more Prælatorum.*

14 *Paramenta benedicere non potest Protonotarius titularis.*

15 *Annulum in Missa gestare non licet Protonotarius titularibus.*

16 *Paramenta sumere de Altari pro Missa non possunt Protonotarij titulares.*

17 *Protonotarij titulares post Abbates, & non supra sedere debent.*

18 *Conseruatores esse possunt Protonotarij Apost.*

Protonotarius titularis.

Collect. DCXVII.

1 PRotonotarius titularis, siue extra numerum non potest prohiberi deferre habitum Prælatitium, nempe rochetum cum mantelleto coloris violacei, & in Ecclesijs & functionibus ecclesiasticis cum eodem habitu incedere, & sedere iuxta dispositionem *Cæremonialis lib. 1. capite 13. circa fin Sacra Congr. Rit. in Mazarien. 28. Septembris* 1630. quam refert Sellius *in selectis Canon c. 36. n. 3.*

2 Protonotarius titularis non participans in habitu Prælatitio in Ecclesia, & in processionibus stare, sedere, & incedere debet iuxta dispositionem *Cæremonialis lib 1. cap. 13. Sacra Congr. Rit. in Catanien. 5. Iulij* 1631. penes Ioan. Anton. Nouar *in sum. Bullarium tit de Protonotar. num. 9.*

3 Protonotarius titularis ex priuilegio in ciuilibus est exemptus à iurisdictione Ordinarij quoad causas excedentes summam 25. ducatorum ex Bulla 8. Leonis X. quia Concilium non derogauit priuilegijs Protonotariorum, nisi in causis criminalibus *Sacra Congreg. Conc. in Papien 14. Decembris* 1630. cuius meminit Ioan. Anton. Nouar *d. tit de Protonotar. num. 13.*

4 Protonotarius in habitu clericali incedens tam

in ciuilibus quàm in criminalibus cauſis, fori priuilegio gaudet, quamuis non ſit adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ. *Sacra Congreg. Conc. in Toletana* 27. *Martij* 1632. de qua Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de Protonot. nu.* 23 *&* 24. Egoipſe *de iure eccleſ. vniu. lib.* 1. *c.* 23. *num* 36.

5 Protonotarij titulares ſiue honorarij gaudent priuilegio fori & clericali etiamſi Eccleſiæ non inſeruiant. *Sacra Congr. Conc. die* 9. *Iulij* 1626. quam refert Sellius *d. c.* 36. *n.* 4.

6 Protonotarius titularis poteſt apponere pileum ſuper inſignibus, & habere annulum dum celebrat, dummodo non cum gemma. *Sacra Congreg. Rit. in Clomacen. & Neocaſtren.* 11. *Augusti* 1601. penes me *dict. tract. de Iure eccleſ. vniu. lib.* 1. *capite* 23. *num.* 29.

7 Protonotarij titulares neque ſupra, neque inter Canonicos locum habere debent. *Sacra Congr. Rit. in Spoletana terra Caſciæ* 23 *Martij* 1619. quam citat Sellius *d. cap.* 36 *num* 5.

8 Protonotarij titulares tam in ſeſſionibus in Eccleſia quam in proceſſionibus debent cedere locum digniorem Officialibus Epiſcopi, ac dignitates obtinentibus, & Canonicis Eccleſiarum Cathedralium. *Sacra Congr. Rit. in cauſa Caſtella & Legionis* 30. *Aprilis* 1604. *Clemens VIII conſtit. ſua incip. Decet Romanum Pont. die* 28. *Maij* 1604.

9 Protonotarius titularis præcedit Canonicis Cathedraliũ vti ſingulis, non autem collegialiter, *Sacra Congr. Rit. in Concordien.* 16 *Maij* 1601. *&* 12. *Iulij* 1602. quarum memini *de Iure eccleſ. vniu. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 24.

10 Protonotarius titularis non debet ratione ſui Protonotariatus munera aliis de Iure ſeu de conſuetudine ſpectantia ſibi vendicare. *Sacra Congreg. Rit. in Putaquen.* 16 *Maij* 1601. apud Sellium *d. cap.* 36. *num.* 7.

11 Protonotarius ſi ſit prima dignitas poteſt in choro deferre rochettum cum mantelleto: ſi vero non ſit prima dignitas, ſedere debet in ſuo ſtallo cum ſuo habitu Canonicali. *Sacra Cong. Rit. in Clomacen. & Neocaſtren.* 21. *Augusti* 1601. de quibus Sellius *d. c.* 36. *num.* 8.

12 Protonotarius vtens habitu Protonotarij & Prælati, etiamſi non ſit prima dignitas, debet præcedere Archidiaconi primæ dignitati, dummodo tunc non lucretur diſtributiones quotidianas. *Sacra Congreg. Rit. in nullius terra Piſciæ.* 15. *Ianuarij* 1611. penes Sellium *d. c.* 36. *n.* 9. ſed non poteſt vti dicto habitu in proceſſionibus, & aliis actibus publicis, in quibus cum Capitulo interuenit. *Eadem Sacra Congr. die* 19. *Nouembris* 1611. de qua Sellius *d. c.* 36. *num.* 10.

13 Protonotarius dignitas non poteſt præparare abacum dum celebrat more Prælatorum *Sacra Congr. Rit. in Colmacen. & Neocaſtren.* 21. *Augusti* 1601. vt per Ioan. Anton. Nouar. *d. tit. de Protonotar. n.* 20. metipſum *de Iure eccleſiaſt. vniuerſo lib. primo cap.* 23. *num.* 32.

14 Protonotarius titularis paramenta benedicere non poteſt. *Sacra Congr. Rit. die* 17. *Iulij* 1627. cuius memini *de iure eccleſiaſt. vniu. lib.* 1. *c.* 23. *n.* 35.

15 Protonotariis titularibus non licet annulum in Miſſa geſtare. *Sacra Congr. Rit. die* 15. *Februarij* 1623. de qua memini *de Iure eccleſ. vniuerſo lib.* 1. *cap.* 23. *numer.* 30.

16 Protonotarius titularis non poteſt paramenta ſumere pro Miſſa de Altari, ſed in Sacriſtia vt cæteri *Sacra Congr. Rit. in Aſculana in Apulia* 6. *Martij* 1610. de qua mentionem feci *dict. lib.* 1. *capite* 23. *numer.* 31.

17 Protonotarij titulares poſt Abbates, & non ſupra ſedere debent. *Sacra Congr. Rit. in Aſculana in Apulia.* 6. *Martij* 1610. cuius memini *dict. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 26.

18 Protonotarij titulares in conſeruatores deputari poſſunt. *Sacra Congr. Conc. de anno* 1630. cuius memini *d. lib.* 1. *c.* 13 *n.* 28.

Vide in verbo *Canonicus Protonotarius collect.* 97.

Prouinciale Concilium, vide in verbo *Concilium prouinciale collect.* 198.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum proviſiones in perſonas propter genus, aut hæreſim contaminatas irritantur.*

2 *Adminiſtrationi ſe ingerere non poſſunt prouiſi de beneficiis eccleſiaſticis niſi litteris Apoſtol. expeditis.*

3 *Ordinarij publicare in loco tenentur conceſſionem de beneficiis reſeruatis Germaniæ.*

4 *Priuati censẽtur prouiſi de beneficiis Militum S. Ioannis Hieroſolymitani, ſi intra tres menſes habitum non ſuſcipiunt.*

5 *Inquirendi ſunt iuxta formam examinis Epiſcopalis prouiſi de beneficiis, & aliis Dignitatibus conſiſtorialibus.*

6 *Poſſeſſionem beneficij apprehendens litteris non expeditis quas pœnas incurrat.*

7 *Ordinarius compellere debet ad reſidentiam prouiſos ab inferiore collatore de beneficio eam requirente.*

8 *Diſpenſatus in ætate ad Canonicatum Cathedralis habet vocem in Capitulo, & lucratur diſtributiones quotidianas.*

9 *Annum* 22. *attingere debet prouiſus de Canonicatu in Cathedrali vbi non fuit facta diſtributio ſacrorum Ordinum.*

10 *Locum vltimum inter alios eiuſdem Ordinis habere debet prouiſus per reſignationem.*

11 *Ordinem ſacrum ſuo Canonicatui annexum qui non ſuſcipit debito tempore, quas pœnas incurrit?*

12 *Cæcus factus poſt captam poſſeſſionem Canonicatus, ita vt ob id non poſſit intra annum promoueri, reputatur præſens quoad fructus.*

13 *Diſpenſatus pro obtinendo vno Canonicatu in certa Eccleſia, & Decanatu in alia quando ſatisfaciat reſidendo in digniore.*

14 *Ætas completa requiritur ad Canonicatum etiam quando prouiſi ante poſſeſſionem debent expectare per biennium.*

15 *Confeſſiones quando & quo loco audire poſſit prouiſus de Parochiali per concurſum.*

16 *Profeſſionem Fidei ſponte facere tenetur prouiſus de Parochiali, nec opus eſt vlla admonitione.*

17 *Synodo cogenda ob difficultatem ſi non potuerunt deputari examinatores, & ſeruari forma Concilij, prouiſus de Parochiali, ea ob id non ſeruata, minimè eſt remouendus.*

Prouiſio. Prouiſus.

COLLECT. DCXVIII.

1 PRouiſiones tam Sedis Apoſt. quàm aliorum de beneficiis in perſonas propter genus, aut

aut hæresim, & à Fide apostasiam, siue proprio, siue stirpis suæ agnatorum vitio contaminatas per Canonicas sanctiones, aut ista vsa à Sede Apost. confirmata aut priuilegia ab eadem data prohibitas. *Gregorij XIII. constit. 66.* incip, *In Ecclesiis de anno* 1580. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 2. pag* 448.

2 Prouisi de Ecclesiis, ac beneficiis ecclesiasticis nō possunt se ingerere administrationi nisi litteris Apost. expeditis. *Iulius II. constit* 4. incip. *Romanus* 5. *Kalend Augusti* 1505. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 1 *pag* 556. in nouiss. impress.

3 Prouisi de beneficiis reseruatis Germaniæ concessionem, Ordinarij intra tres menses in loco beneficij publicare tenentur. *Gregorius XIII. constit.* 41. incip. *Qua in Ecclesiam Kalend. Nouembris* 1576. apud Laert. Cherub *tom 2 pag* 505. in nouiss. impress.

4 Prouisi tam de Curatis quàm non Curatis beneficiis Militum Sanct. Ioannis Hierosolymitani, censentur illis priuati, si intra sex menses habitum non suscipiant. *Gregorius XIII. constit.* 60. Incip. *Quo magis* 25. *Martij* 1580 apud Laert. Cherub. *tom 2. pag* 529. in nouiss. impress.

5 Prouisi, vel potius Prouidendi de Abbatiis, & aliis Dignitatibus consistorialibus sunt inquirendi iuxta formam examinis Episcopalis, *Gregorius XIV. constit. 6* incipien *Onus Apostolica Idib Maij* 1591. apud Laert. Cherub *tom 2 pag*. 529. in nouiss. impress.

6 Prouisus Apost. apprehendens possessionem beneficij litteris non expeditis amittit beneficiū, seu ius ad illud habendum, ac ad aliud obtinendum de cætero inhabilis efficitur. *Sacra Congreg. Conc.* teste Nicol. Garcia *de benefic. 9 p. capite* 22. *nu.* 22. *in respons. ad* 6.

7 Prouisus ab inferiore collatore de beneficio personalem residentiam requirente, compellendus est per Ordinarium ad residentiam. *Sacra Congr. Conc* quam refert Sellius *in selectis Canon c.* 20. *num* 18.

8 Prouisus in ætate 16 annorum, & à Sede Apost. dispensatus ad Canonicatum in Ecclesia Cathedrali, habet vocem in Capitulo, distributiones quotidianas cum diuinis Officiis interest, lucratur. *Sacra Congreg. Conc. in Reatina* 10. *Iulij* 1627. *& in Montis Politiani* 13. *Ianuarij* 1629. *& in Sancti Miniati* 15. *Septembris* 1629. quarum meminit *de Canonic. & Dignitat c.* 37. *num.* 9.

9 Prouisus de Canonicatu in Ecclesia Cathedrali vbi facta non fuit sacrorum Ordinum distributio, debet ad minus attingere 22. annum, itaut collatio facta habenti vigesimum tantùm, non valeat *Sacra Congreg. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefi p* 7. *c.* 4. *nu.* 29.

10 Prouisus per resignationem non debet habere locum resignantis, sed vltimum locum inter alios eiusdem Ordinis *Sacra Congreg. Rit. in Ferrarien* 10. *Ianuar.* 1603 penes Sellium *in selectis Canon. c.* 82. *numer.* 3.

11 Prouisus de Canonicatu habente annexum Ordinem sacrum, qui est completæ ætatis, vt possit intra annum Ordinem requisitum suscipere, nón habet vocem in Capitulo iuxta decretum *Concilij sess.* 24. *de reform. c.* 12 *&. Clemen* 2. *de ætate & qualit.* sed non perdit partem aliquam distributionum, quæ dantur his, qui exteris Horis intersunt, pro primo anno infra quem ad Ordines potest se facere promouere: elapso verò anno si non fuerit ad Ordinem sacrum annexum promotus, subtrahitur illi dimidia pars distributionum, nec habet vocem in Capitulo, licet aliàs sit in Sacris, ex quo habet Ordinem requisitum iuxta dispositionem dictæ *Clem iuncta glos. verbo extunc. Sacr. Congr Conc.* cuius meminit Nicol. Garcia *de benef. p* 7 *c* 4. *num* 26.

12 Prouisus de Canonicatu si capta possessione lumine orbetur, & non possit promoueri ad Ordinem requisitum, reputatur præsens quoad fructus, sed non tenetur assistere choro. *Sacra Congr. Conc die* 11. *Augusti* 1618. de qua Sellius *dict. cap* 82. *numer.* 5.

13 Prouisus de Canonicatu in vna Ecclesia, & de Decanatu in alia eiusdem diœcesis cum dispensatione quod dictum Canonicatum vnà cum Decanatu simul retineri possit cum derogatione Constitutionum Apost. ac statutorum etiam iuramento roboratorum, addita tamen clausula quod debitis non defraudentur obsequiis, sufficit vt resideat in digniore, & per alium adimplere debet onera in altera Ecclesia. *Sacra Congr. Conc. in Colonien.* 13. *Aprilis* 1630. quam transcribit Bonfadin. *in thesauro eccles. decis resol.* 20. *n.* 4.

14 Prouiso in decimo tertio ætatis anno de Canonicatu in Ecclesia Collegiata, vbi vigore statuti Ecclesiæ prouisi ante realem possessionem, & fructuum perceptionem debent expectare per biennium, obstat decretum *Concilij sess* 23. *cap* 6. *de reform. Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic p.* 7. *cap* 4. *numer.* 13 quem refero *de Canon. ca.* 13. *num* 15

15 Prouisus de Parochial. Ecclesia per concursum censendus est approbatus idoneus minister ad audiendas Confessiones duntaxat in ea ciuitate, vel oppido vbi sita est Parochialis, non autem passim per totam diœcesim. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminere Piasec *in praxi Episco. p* 2. *c.* 4. *S.* Stephan. d'Alain *de Episcoporum. Abbat. & Abbatissarum potestate cap.* 23. *num.* 13 *vers cuius.*

16 Prouisus de Parochiali tenetur sponte se offerre ad professionem faciendam, nec vlla admonitione opus est. *Sacra Congr. Conc.* vt per Nicol. Garc. *de benefic part* 3. *c.* 1. *n.* 20.

17 Prouisus de Parochiali non seruata forma Concilij Trid. ex eo quod ob varias difficultates non potuisset cog Synodum, neque deputari examinatores Synodales, non est remouendus: at danda est facultas Episcopo deputandi examinatores extra Synodum, illeque mouendus & hortandus vt quanto citius conuocet Synodum eo meliori modo, quo potest. *Sacra Cong Conc in Traneren.* 26. *Iunij* 1627. teste Bonfadin. *d. resol.* 20 *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Abbatum in electionibus necessaria est publicatio scrutinij. realis. & distincta.*

2 *Beneficiorum resignatorum publicatio qua forma fauenda et... sine.*

3 *Renunciationes beneficiorum siue simplicium siue cum dignitate, & Consistorialium comprehendit Gregoriana Constitutio de publicandis.*

4 *Beneficiorum etiam partis reddituum renunciationes comprehendit Gregoriana Constit de publicandis.*

5 *Commendarum, & hospitalium quæ in titulum vel*

administrationem dantur, resignationes comprehendit Gregoriana Constit. de publicandis.

6 *Resignationes nullas & inualidas comprehendit Gregoriana Constitutio de publicandis.*

7 *Gregoriana Constit. de publicandis resignationibus in quibus casibus locum non habeat.*

Publicatio.

Collect. DCXIX.

1 PVblicatio scrutinij, realis, & distincta necessaria est in electionibus Abbatum per quorum obitum viduatur Ecclesia *Sac. Cong Conc. in nullius 5. Iulij* 1628. teste Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 3. tit 8. num 15.*

2 Publicatio beneficiorum resignatorum qua forma facienda expressit *Gregorius XIII. constit.* 87. incip *Humano vix iudicio Nonis Ianuarij* 1583. quam referunt & exornant Quarant. *in summ. Bullarij verbo beneficiorum resignatorum publicatio*, Lotter. *de re benefi. lib. 3 quaest. 21. numer. 1.* Ioan. Anton Nouar. *in sum. Bullarum tit. de beneficior. resign publicat.* Scortia *in selectas summorum Pont. constitutiones epit.* 135. Ego ipse *in tract de iure eccles. Vniuerso lib. 3. cap. 15. nu.* 187. *cum seqq.* Comprehendit haec Gregoriana
3 Constitutio renunciationes beneficiorum siue simplicium, siue cum dignitate, siue non, & beneficiorum Consistorialium minorum, vt sunt Abbatiae, & similia, quae licet sint consistorialia, solent tamen prouideri extra consistorium, secus in cessione Archiepiscopatus, & Episcopatus, ac similium, vt bene probat Flamin. Parif. *d.*
4 *lib. 11 qu : per tot.* Comprehendit quoque renonciationes beneficiorum etiam patroni reddituum; illa enim loquitur de quibuscunque beneficiis, Ioan. Anton. Nouar. *dict. tit. de benefic resign. publicat. numer* 10. vbi *numer.* 14. extendit ad beneficia ad nu-
5 tum amouibilia Comprehendit etiam renunciationes Commendatum, Flamin. *dict. lib. 11. quaest. 5. num.* 32 Seraph in *decis.* 1289. Ioan. Anton. Nouar. *dict loco num* 9. & hospitalium tam quae dantur in titulum, quàm quae dantur in administrationem, Flamin *dict lib. 11. quaest. 3. numer.* 45. Prosper. de Augustino *in addit. ad Quarant. in sum. Bullar. verbo beneficiorum resignator publicatio vers. quartò amplia*, Ioan. Anton. Nouar. *dict. loco numer.* 8. Lotter. *de re benefic. lib tertio quaest* 21. *numer.* 28. vbi *numer.* 9. post Rot. *decis.* 661. *ex numer. primo & decis.* 666. *ex numer. primo pag. 4. diuers.* Seraph. *decis.* 1309. *numer. 1. & 4.* subdit necessitatem publicandi intrare in simplici resignatione, seu dimissione in mani-
6 bus Ordinarij. Comprehendit pariter resignationes nullas, seu inualidas, vt in ipsa dicitur, & refert Nicol. Garc *de benefic. par. 11. capite tertio numer.* 276. vbi *numer. seqq.* id limitat quando resignatio est nulla ex defectu consensus, quia tunc verè non est resignatio, & numer. 279. pariter limitat vbi resignatio fuerit nulla, quia resignans in Sacris constitutus non habet aliunde, vnde cōmodè viuere possit, vt Papa vlt. Denique comprehendit impetrantes ob non publicationem, quia & ipsi tenentur publicare. Seraph. *decis.* 1064. *numer.* 5. Nicol. Garcia *d. cap.* 3. *num.* 301. Loter. *d. lib. 3. q* 21 *num.* 22.

7 Non habet locum dicta Constitutio Gregoriana in beneficiis vacantibus per adeptionem aliorum iuxta decretum apponi solitum de dimittendo liberè in manibus Sanctissimi intra duos menses, vt ex decisione Rotae resoluit Nicol. Gar. *dict. c. 3. num.* 334. Nec in simplici cessione ad fauorem eius, qui iam existeret in possessione. Card. Cavaler. *decis.* 458. *num.* 4 & 5 Lotter *d. lib. 3 quaest* 21. *numer.* 8. Nec in translatione pensionis in aliquem facta, Ludou. Gom. *in reg de publicand quaest.* 10. Prosper. de Augustino vbi supra vers. secundo limita; Nec quoties praetextu legitimi impedimenti publicatio fieri non potuit, vt cauetur in ipsa Constitutione. Ita Prosper. de Augustino *dict. loco vers. tertiò limita*, Sayr. *decis* 4. *de renunciat.* Ioan. Anton. Nouar. *vbi supra num.* 25. Nec in aliis casibus relatis per me *d. lib. 3. c. 15. num.* 193.

SVMMARIVM.

1 *Licentia sacra Congr. prius non obtenta, admittenda non est puella ad habitum monachalem nisi duodecimo aetatis anno completo.*

2 *Dispensari non potest puella, quae 12. annum non compleuit vt habitum in monasterio suscipiat.*

3 *Matrimonio in 12. aetatis anno coniuncta, & Religionem illo non consummato ingressa puella, eius sponsus per quatuor annos expectare debet vsque dum profiteatur.*

4 *Ordinarius certum dierum numerum praefigere debet Nouitiabus intra quem deliberent vtrum velint profiteri, vel non.*

5 *Episcopus intra 25. dies examen Nouitiarum perficere tenetur postquam hac de re certior factus fuerit.*

6 *Examinanda est puella diligenter ab Episcopo, quae eo inconsulto habitum suscepit.*

7 *Professionem emittere non possunt puellae ante 16. aetatis annum.*

Puella Religionem ingressa.

Collect. DCXX.

1 PVella ad habitum Monachalem admitti non debet absque sacrae Congregationis licentia nisi duodecimo aetatis anno completo. *Sacra Congreg Episcop. & Regul. in Neapolitana de anno* 1582. & 1. *Martij* 1608. teste Aldan. *in compendio Canon resolut. lib. 2. tit. 32. num.* 4.

2 Puella, quae duodecimum annum non compleuit, non potest dispensari vt habitum in monasterio suscipiat. *S. Cong. Conc.* referentib. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num.* 43. Antonin. Diana *moral. resol. p. 3. tract. 2. resol.* 47. *Didac.* Narbona *de aetate ad humanos actus requisita anno 8. q. 2. num. 6.*

3 Puella si in duodecimo aetatis anno matrimonio coniuncta, & Religionem illo non consummato ingressa sit, cogendus sponsus per quatuor annos expectare vsque dum profiteatur. *Sacra Congreg. Conc.* penes Armendar. *dict l. 7. de Relig. nu.* 42. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 101. *num* 11.

4 Puellis, quae sumpserunt Sacrum habitū in aliquo Monialium monasterio, debet ab Ordinario certus dierum numerus 15. vel 20. praefigi, intra quem deliberent vtrum velint profiteri, vel nōe si no-

si noluerint, remittendæ sunt ad domos consanguineorum, vel Affinium. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminere Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit 18 leg. 7. de Relig. num.* 49. Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub* 12. *cap.* 16. *num.* 16. quos refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 100. *numer.* 2.

5 Et postquam Episcopus hac de re certior factus fuerit intra intra 25. dies examen hoc perficere tenetur, quibus elapsis amplius de eo se non intromittat. Eadem *Sacra Cong. Conc.* de quâ Armendar. *d. leg* 7. *de Relig. numer.* 45. Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Nouitij vlt.* Campan. *dict. cap.* 16. *num.* 10. Tamburin *de iure Abbatissar disp.* 4. *q.* 2. *n.* 10.

6 Puella quæ inconsulto Episcopo habitum Religionis suscepit, antequam profiteatur ab Episcopo diligenter examinanda est. *Sacra Congreg. Conc.* teste Armendar. *d. leg.* 7. *Relig num.* 46. quem refero *d. alleg* 100. *n.* 4.

Puellæ ad professionem admittendæ non sunt
7 ante decimum sextum ætatis annum completum. *Sacra Congr. Conc.* vt per Armendar. *d. l.* 7. *de Relig. num.* 41.

Plura habes supr. in verbo *Nouitia collect.* 524.

SVMMARIVM.

1 *Educationis causa non sunt in Monialium monasteria introducendæ puellæ nisi sacra Congr. licentia suffulta.*

2 *Educationis causa puellæ recipi possunt in Monialium monasterijs concurrentibus aliquibus conditionibus, quæ hic referuntur, & non alias.*

3 *Minores septennio, & maiores 25. annis puellæ in monasterijs Monialium recipi non possunt.*

4 *Consensus omnium Monialium singulariter præstitus præcedere debet admittendam puellam in monasterio educationis causa.*

5 *Puella causa educationis in monasterio Monialium recepta si postquam compleuit ætatem 25. annorum, non egrediatur, excommunicationem, aut censuram vllam non incurrit.*

Puella educationis causa.

Collect. DCXXI.

1 PVellas educationis causa in Sanctimonialium monasteria introduci nullatenus permittant Episcopi nisi sacræ Congreg. licentia suffultas, eamque exequi nullatenus præsumant, ni-
2 si adimpletis sequentibus conditionibus. Quod Moniales capitulariter, secretisque suffragiis puellarum recipiendarum admissioni consentiãt, monasterium eas recipere sit solitum, illisque actu retineat, peculiaris habitatio seorsum à dormitorio, & habitatione Monialium professarum, ac nouitiarum, vbi interdiu opus facere & exercere, atque noctu quiescere possint, pro eis existat, excedant septimum, & sint infra 25. annum ætatis suæ, non sint vltra numerum præfixum, ingrediantur solæ, modesto vtantur vestitu, clausuræ legibus Monialium instar sint obstrictæ, & si vnquam è monasterio egressæ fuerint, ad illud, vel ad aliud monasterium redire non permittantur absque sacræ Congregationis licentia, cum egressus huiusmodi expressione nisi habitum Regularem suscipiendi animo esse sit reuersuræ. Debitum debet esse idoneus fideiussor, qui pecunias in alimẽto puellarum huiusmodi erogandas anticipatis solutionibus in singulis mensibus soluturum se obliget. Cæterum finito vigesimoquinto ætatis anno similes è monasterio expellantur: & non permittatur quod eisdem puellis victus diætim quotidianus à parentibus, vel consanguineis transmittatur, sed tantum pecuniæ pro eodem victu, vt dictum est, persoluatur. *Sacra Congreg. Conc.* referentibus Quarant. *in sum. Bullarij verbo monasteria Monialium pag* 449. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo Moniales* §. 11. Pratec. *in simili praxi p.* 2. *cap.* 5 *nu* 57 Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 16 *num.* 18. Gauant. *in man. Episcop. verbo Monialium educatio*, Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *ca.* 16. *n* 61. *cum seqq.* Tamburin. *de iure Abbatissar disp.* 2. *q.* 1. *n.* 2. *cum seqq. & qu.* 2. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p.* 3 *alleg* 102 *num* 63.

3 Puellæ causa educationis in monasteriis recipi non possunt minores septennio, & maiores vigintiquinque annorum. *Sacra Congr.* testibus Zerol. *in praxi Episcop p.* 1. *verbo Moniales* §. 11. Galet. *in margarita casuum Consc. verbo Moniales.* 5. quos cum aliis refero *dict p.* 3. *alleg. st.* 102, *numer.* 64. & illis addo nouissimè Didac. de Narbona *de ætate ad humanos actus requis. anno* 7. *q* 21. *in princ.*

4 Puellæ recipi non possunt educationis causa in monasteriis Monialium nisi præcedat omnium consensus singulariter præstitutus, & non est standum simpliciter relationi Abbatissæ. *Sacra Congr. Conc. in Amelien.* 4. *Ianuarij* 1608. cuius meminit Tamburin. *de iure Abbatissar. disp.* 1. *quæst.* 1. *num.* 5. quem refero *dict. alleg* 102 *numer.* 63. *vers.* 2.

5 Puella educationis causa in monasterio recepta, si postquam præterit tempus 25. annorum intra quod illi morari conceditur ex causa educationis, si statim non egrediatur, nec ipsa, nec quæuis alia excommunicationem, aut censuram incurrit, sed potest Episcopus terminum constituere, intra quem eligat puella vtrum velit Monialis fieri aut è monasterio egredi. *Sacra Congreg Conc.* de qua meminere Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p.* 1. *cap.* 16 *num.* 54. Campan. *de rub.* 12. *cap.* 16. *num* 29. Tamburin. *d. disp.* 1. *q.* 2. *num.* 2. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo educatio num.* 9. Ego *dict. alleg.* 102. *numer.* 65.

Puer.

Collect. DCXXII.

1 PVeri seruitio chori, seu Sacristiæ adscripti debent habere primam Tonsuram si per ætatem ad id sint capaces. *S. Cong Rit. in Egitanien.* 23. *Nouembris* 1602. quam refert Sellius *in selectis Canon. c.* 3. *num.* 8.

2 Pueros in monasteria Monialium introducentes qualiter peccent, & incidant in censuras, expressit *Sacra Congreg Episcop. & Regular.* quam referunt Paul. Comitol *respons. moral. lib.* 6. *quæst.* 19. Scottia *in selectas summorum Pont. constitutiones theorem.* 36.

Puluinar.

Collect. DCXXIII.

1 PVluinar cum tapete nõ debet poni ante dignitatea, sed debent illæ sedere in suo stallo sicut

reliqui Canonici, & ratione Dignitatis potest indulgeri puluinar de corio tantùm. *Sacra Cong. Rit. in Tudertina 24. Martij 1612.* cuius memini *in tract. de Canonicis, & dignitat. 6.35. num. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Monasteria quæ à 40. annis citra Tridentinum fundata existunt quartam funeralem soluere non tenentur.*

2 *Ordinarius à Regularibus quartam piorum legatorum exigere non potest.*

3 *Locare non potest quarta funeralis.*

4 *Parocho non debetur quarta funeralis ex intorstitiis, seu cereis Confraternitatum secularium funera associantium.*

5 *Parocho debetur quarta funeralis ex funeralibus sequenti die in alia Ecclesia factis.*

6 *Parocho non debetur quarta funeralis intra cuius limites Viator, seu peregrinus decessit si consuetudo sit vt ius eas sepeliendi ad Cathedralem pertineat.*

Quarta.

Collect. DCXXIV.

1 QVartam funeralem nequaquam soluere tenentur monasteria quæ à quadraginta annis circa Tridentinum fundata existunt, vel quæ ipsam quartam soluere non consueuerunt. *Pius V. constit. sua* incip. *Etsi Mendicantium Kalend. Iulij* 1567. cuius meminere Gutier *de Iuram. confirmat. p. 2. cap. 4 num. 3.* Fr. Emman. *quæst Regular tom. 1 quæst. 41 art 2.* Archangel. Caraccia *de quarta funerali cap. 1.* Lezana *in summa quæst Regular. tom. 1. cap. 5. numer. 13.* quos refero *de officio. & potest. Parochi capite 25 numer. 13.*

2 Quartam legatorum piorum exigere non potest Ordinarius à Regularibus, nisi eam soluere sint soliti, aut abhinc quadraginta annis citra, iuxta dispositionem Sacri Concilij Trident. exegerit. *Sacra Cong. Episcop & Regular. de anno* 1581. testibus Fr. Emman. *quæst Regular tom. 1 quæst. 39. art. 2.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Quarta.* Lezana *in sum. quæst Regular tom secundo capite prima numer. 30. in fine, & tom. 3. verba* Canonica portio *num. 5.*

3 Quarta funeralis locari non potest. *Sacra Congreg Episcop. & Regul. in Cusentina 24. Decembris 1592.* quam refert Aldan *in compendio Canon resolut. lib. 3. tit. 8. num 12.*

4 Quarta funeralis non debetur Parocho ex Intorttiis seu cereis Confraternitatum secularium funera associantium. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Firmana 5. Martij 1616.* penes Aldan *lib. 3. tit. 8. numer. 14.*

5 Quarta funeralis debetur Parocho ex funeralibus sequenti die in altera Ecclesia ab alia, in qua mortuus sepulturæ mandatus fuerat, factis, magnis adhibito Religiosorum, & Presbyterorum, candelarum, & intortitiorum numero in maiori quantitate diei præcedentis. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. die 3. Augusti 1621.* referente Aldan. *d. lib. 3. tit 8. num. 16.*

6 Quarta funeralis non debetur Parocho, intra cuius limites viator detentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit stante consuetudine in ciuitate quod ius sepeliendi peregrinos & viatores spectet ad Ecclesiam Cathedralem. *Sacra Congreg. Conc. in Pisauren. 21. Ianuarij 1628.* de qua Aldan. *d. lib. 3. tit. 8. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicatores quæstuarij à prædicationis officio se abstinere debent.*

2 *Licentias concessas publicandi Indulgentias ad quæstum renocauit Pius V.*

3 *Quæstores prauos eleemosynarum comprehendit Conc. Trid sess. 21. de reform. cap. 9.*

4 *Collectores eleemosynarum, qui collectas in pios vsus conuertendas sine fraude sponte datas accipiunt non comprehendit Concil. sess. 21. cap. 9. de reform.*

Quæstuarius.

Collect. DCXXV.

1 QVæstuarios Prædicatores à prædicationis officio abstinere iubent, & inobedientes puniunt Inquisitores hæreticæ prauitatis. *Vrbanus IV. constit. 2.* incip. *Libet de anno* 1262. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag 96.* aliàs *pag. 120.*

2 Quæstuarios & ad quæstum Indulgentias publicandi licentias concessas renocauit *Pius V. constit. 30.* incipien. *Etsi 6. Idib. Februarij* 1567. apud Laert. Cherub. *tom. 2 pag. 214.* aliàs *pag. 161.* in nouiss. impress.

3 Quæstores prauos eleemosynarum comprehendit *Concil. Trid. sess 21. de reform cap. 8.* non earum
4 receptores, qui collectas in pios vsus conuertendas sine fraude sponte datas accipiunt. *Sacra Congr. Conc.* testibus Zerol. *in praxi Episcop part. 2. verbo Quæstores.* Bonacin. *de censuris extra Bullam disp. 2. qu. 3. puncto 30. num. 9. vers. tertio.*

Plura vide in verb. *Eleemosyna collect. 278. num. 4. & 5.*

Quindenia.

Collect. DCXXVI.

1 PAulus II. *constit. 6.* incip. *Decet Romanum Pont. sub dat. Id. Ianuarij* 1496 apud Laert. Cherub. *in Bullario 1. pag. 330.* statuit quòd monasteria, Prioratus, Præposituras, Dignitates, Personatus, Administratores, officia, & beneficia quibuslibet aliis similibus, aut etiam fabricis, & piis locis vnita, pro quibus Cameræ Apost. annata, seu alia iura solui consueuerant, vel quæ debeant annatam, siue medios fructus vnius anni, inposterum singulis quindecim annis perpetuo sequuturis soluere tenentur & debent. Deinde *Paulus IV. constit. 17.* incip. *Decens esse censemus sub. Dat. 20. Kalend. Februarij* 1508 apud Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag. 737.* aliàs *pag. 680.* ampliat ad omnes Congregationes tam seculares quàm Regulares etiam Ordinis Cassinensis, Montis Oliueti, & Camaldulensis, mandando pariter eosdem posse cogi ad ipsum per sententiam, censuras, & pœnas etiam priuationis, dissolutionis vnionum, annexionum, & incorporationum, & declarando comprehendi tam Ecclesias & monasteria virorum, quæ taxata

reperiun-

reperiuntur in libris cameræ, quam omnes Dignitates, Personatus, officia, & beneficia secularia & Regularia, quæ excederent valorem annuorum 24. Florenorum de Camera. Postmodum *Pius V. constit. 58 incip. Apostolica Sedis de anno* 1567. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 225. aliàs *pag.* 169. illas extendit etiamsi apparerent vniones factæ quibusnis Cathedralibus etiam Metropolitanis, seu Collegiatis Ecclesiis, aut Capitularibus mensis, nec non Collegiis, Vniuersitatibus, Congregationibus quorumcunque Ordinum, &c. Denique *Sixtus V. constit. 54. incip. Cameræ nostræ 14 Maij* 1586. apud Laert. Cherub. *d. tom. 1. pag.* 129. alias *pag.* 405. sanciuit comprehendi sub dictis Constitutionibus vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones de quibuscunque beneficiis ecclesiasticis tam secularibus, quàm Regularibus, etiamsi monasteria Monialium, & hospitalia fuerint, &c. De quarum Constitutionum materia Ioan. Anton. Nouat. *in sum Bullarum tit. de quindenniorum solutione* Scortia, *in selectas summ. Pont. Constit. epit.* 14 137. 141 171. *&* 363.

Sanct. Raphaelis Archangeli Missa, vide *in verbo Missa collect.* 479. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo de omnibus locis piis tam publicis quam priuatis ecclesiasticis vel laicalibus ratio ab administratoribus reddenda est.*

2 *Ordinario ab administratoribus rationes administrationis exigere potest, donec coram eo doctum fuerit de institutione, in qua secus cautum sit.*

3 *Tempore quo recitantur Horæ Canonicæ, & Diuina celebrantur, nec Episcopus nec Capitulum rationes exigere valet.*

4 *Episcopus solus sine Coniudicibus potest exigere rationem administrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium dummodo non procedat criminaliter in forma iudicij.*

5 *Distributionum quotidianarum de diuisione & applicatione potest Episcopus à Capitulo in Visitatione sua Cathedralis rationem exigere.*

Ratio.

Collect. DCXXVII.

1 Ratio de omnibus locis piis reddenda est Episcopo ab administratoribus, siue ea sint publica, siue priuata, ecclesiastica, vel laicalia. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit* 18 *l.* 7. *n.* 78. quam refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 75. *n.* 58.

2 Rationes administrationis Ordinarius exigere valet ab administratoribus donec coram se doctum fuerit de institutione, in qua secus cautum sit. *Sacra Congr. Conc.* referente Marta *de iurisdict. p.* 2. *c.* 18. *n.* 9. *&* 10. quem refero *d. alleg.* 75. *n.* 5[illegible].

3 Rationes exigere non debet Episcopus, vel Capitulum de tempore, quo recitantur Horæ Canonicæ, & Diuina celebrantur. *Sacra Congreg. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 1. titul.* 18. *l.* 7. *num.* 79. *vers. neque.* Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 568.

4 Rationem administrationis operum piorum ad curam Capituli pertinentium potest Episcopus solus sine coniudicibus exigere, dummodo non procedat ad priuationem, vel aliàs criminaliter in forma iudicij. *Sacra Congr. Conc. in Ortolen.* 27 *Martij* 1632. *in resp. ad* 7. quam citat. Aldan. *in compendio Canon. resol lib.* 2. *tit.* 15. *n.* 12.

5 Rationes de applicatione, & diuisione distributionum quotidianarum, aliorumque emolumentorum duplorum, & anniuersariorum exigere potest Episcopus à Capitulo in visitatione suæ Cathedralis. *Eadem Sacra Congr. Conc. in d. Ortolen. in resp. ad octauum.*

S Raymundi de Penafort canonizatio, vide in verbo *Canonizatio collect.* 117. *n.* 42. & in verbo *Missa collect.* 534 *n.* 66.

Recollecti Fratres S. Augustini *colle.* 326. & Carmelitæ *collect* 376. & B Mariæ de Mercede *collect.* 376. & S Francisci *collect.* 376. *à n.* 15 *& à n.* 36.

Reconciliatio Ecclesiæ.

Collect. DCXXVIII.

1 Reconciliatio Ecclesiæ consecratæ & cæmeterij non est committenda alteri quam Episcopo *S. Congr. Rit. in Cameracen.* 9. *Februarij* 1608. referente Sellio *in selectis Canon c.* 11. *num.* 2. & Lezana *in sum. quæst. Regul tom.* 3. *in* verbo Ecclesia *nu.* 14. *in fine.*

2 Reconciliatio Ecclesiæ pollutæ, quæ prius consecrata non erat, aliquando conceditur Vicario Episcopi, seu alteri personæ in dignitate constitutæ; pro Ecclesiis verò, quæ antea fuerant consecratæ minime concedenda. *Sacra Congr. Rit. in Remen.* 9. *Maij* 1609. teste Sellio *d. c* 11. *n.* 3.

Plura vide sup. in verbo *Ecclesia collect.* 269. *nu.* 15. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicare sine licentia Episcopi non possunt Rectores Parochiales seculares subiecti alicui Regulari.*

2 *Præcedentiam habere super aliis Rectoribus in synodo, & aliis actibus non potest Rector Parochialis.*

3 *Processionibus incedere non debent Rectores Parochialium inter Dignitates, & Canonicos, & separatim.*

4 *Synodum diœcesanam illius Episcopi, qui tanquam proximior potest visitare, petere debent Rectores nullius diœcesis.*

5 *Residere quando teneatur Rector Parochialis, in qua habet Vicarium ostenditur.*

6 *Residere in domo Parochialis debet ipsius Rector.*

7 *Immunes sunt à quacunque contributione Episcopo facienda Rectores, quandiu inseruiunt Ecclesiis Sancti Ioannis Hierosolymitani.*

8 *Episcopi visitationi, correctioni, & iurisdictioni subsunt Rectores Parochialium S. Ioannis Hierosol. in iis, quæ concernunt curam, & Sacramentorum administrationem.*

9 *Episcopo non licet corrigere, aut punire Rectores Parochialium S. Ioannis Hierosol. curam animarum exercentes nisi in actu visitationis.*

10 *Stare in sua Ecclesia debet Rector Parochialis in stamino, non autem in sella.*

11 *Canonici Cathedralis immediatè post Episcopum sedent in Parochiali, & post illos eius Rector sedere debet.*

Rector.

Collect. DCXXIX.

1 REctores, & beneficiati alicuius Ecclesiæ Parochialis secularis subiectæ alicui Regulari nõ possunt in dicta Ecclesia prædicare sine licentia Episcopi. *Sacra Congr. Conc. in Calaguritana* teste Aldano *in compendio Canon. resolut. lib* 1. *tit.* 3. *numer.* 10.

2 Rector Parochialis non potest in Synodo, & aliis actibus super aliis Rectoribus præcedentiam habere, ex eo quod Prioratus Ordinis Camaldulensis in commendam obtineat. *Sacra Congr. Rit. in Arboren* 27. *Iulij* 1601. referente Aldan. *d. lib.* 1. *tit.* 23. *num.* 1.

3 Rectores Ecclesiarum Parochialium in processionibus non debent incedere inter Dignitates & Canonicos, sed separatim *Sacra Congr. Rit. in Materana* 12. *Maij* 1612. penes Sellium *in selectis Canon. cap* 36. *n* 14.

4 Rectores, qui sunt nullius diœcesis tenentur accedere ad Synodum diœcesanam illius Episcopi qui tamen proximior potest eos visitare, quia cum Episcopus ius habeat eos visitandi, frustra videretur visitare nisi prius ad Synodum vocati, & instructi essent eorum omnium, quæ scire eos oportet; tamen aliqui aliter dixerunt, quia *cap* 9. *sess.* 24. *de reformat.* tribuit tãtùm ius visitandi, quod est diuersum à Iure cogendi ad Synodum, & ideo diuisa *sacra Congregatio* nihil firmauit, vt testatur Aldan. *d. tit.* 23. *n.* 12.

5 Rector qui habet Vicarium perpetuam in eius Parochia, sine Rectoria potest, & debet compelli ad personaliter residendum, nisi tota cura animarum translata fuerit legitimè in solum, Vicarium perpetuum. *S. Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic p.* 3 *c.* 2. *n.* 175.

6 Rectores Parochialium debent residere in domo ipsarum Parochialium, quodsi Parochiales domos non habent, tunc in alia domo, quæ sit intra limites Parochiæ, aut saltim in vicina Parochiali Ecclesiæ, vt inde commodè possint per se ipsos ei inseruire. *Sacra Congr.* quam citat Nicol. Garc *de benefic p.* 3 *cap.* 2 *n* 179.

7 Rectores quandiu inseruiunt Ecclesiis sancti Ioannis Hierosol sunt immunes à quacunque contributione Episcopo facienda, & à Synodalibus accessibus, & ab alio quouis onere. *Sacra Congr. Conc. in Augustana* 25. *Iunij* 1627. de qua Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol.* 28 *n.* 5.

8 Rectores in Ecclesiis Parochialibus S. Ioannis Hierosol. curam animarum secularium habentes, subsunt in omnibus visitationi, correctioni, & iurisdictioni Episcopi in his, quæ concernunt curam, & Sacramentorum administrationem, qui potest ratione visitationis procurationes exigere, nisi in contrarium adsit consuetudo. *Eadem Sacra Congr. Conc. in d. Augustana*, cuius meminit Bonfadin. *d. resol.* 28. *n* 6.

9 Rectores, seu Parochos in Ecclesiis S. Ioannis Hierosolym. curam animarum exercentes non licet Episcopo corrigere, aut punire, nisi in actu visitationis. *Eadem Sacra Congr. Conc. in d. Augustana*, quam refert Bonfadin. *d. resol.* 28. *n.* 7.

10 Rector Parochialis in sua Ecclesia sedere debet in scamno, non autem in sella, & in ea Ecclesia di-
11 gnior locus debetur Canonicis Cathedralis immediatè post Episcopum, & post Canonicos sedere debet Rector. *Sacra Congr. Rit. in Turritana* 14. *Februarij* 1632. referente Bonfadin. *d. resol.* 28. *num.* 9.

Alia vide in verbo *Curatus collect.* 236. *& in verbo Parochus collect.* 515. *cum seqq.*

Redditus annui.

Collect. DCXXX.

1 REdditus annui relicti pro Missarum celebratione ex sanctissimi D. N. & sacræ Congregationis Concilij benignitate conuersi fuerunt in quotidianas distributiones, quæ inter Dignitates obtinentes, & cæteros Diuinis interessentes iuxta diuisionem ab Episcopo faciendam proportionabiliter diuidantur, illisque facultas tribuitur in propria diœcesana Synodo quoad reductionem Missarum celebrandarum id statuendi, quod magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiæ suæ vtilitatem viderit expedire. *Sacra Congr. Conc in Politanen* 19. *Maij* 1625 cuius meminit Aldan. *in compendio Canonic. resol lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 9.

SVMMARIVM.

Referendarij vtriusque Signaturæ.
1 *Nobilitatis vera priuilegio decorantur.*
2 *Comites Palatini creantur.*
3 *Insignis Pontificiis, vel Pontificalibus si Abbates fuerint, in eorum Ecclesiis vti possunt.*
4 *Beneficia vbique existentia obtinere & retinere possunt.*
5 *Studij occasione absentes fructus suorum beneficiorum percipiunt.*
6 *Horas Canonicas postpositis horis recitare valent.*
7 *Litterarum Apost pro expeditione nihil soluunt Referendarij, & eorum duo familiares.*
8 *Testari possunt de bonis acquisitis ex beneficiis.*
9 *Exempti sunt à iurisdictione Ordinariorum ipsi & eorum familiares.*

10 *Numerum Referendariorum præscripsit Sixtus V.*
11 *Canonicis, & Dignitatibus extra Ecclesiam præcedere debet Referendarius, non tamen intra eam.*
12 *Auditori confidentiarum cedunt præcedentiam Referendarij.*

Referendarius.

Collect. DCXXXI.

REferendarij vtriusque Signaturæ Papæ nobilitatis veræ priuilegio decorantur. Comites Palatini creantur: insignis Romani Pontificis, & si

Abba-

3 Abbates fuerint, in eorum monasteriis Pontifica-
4 libus vti possunt: beneficia vbique existentia ob-
5 tinere, & retinere valent: absentes iussu Pontificis,
6 aut studiis occasione fructus suorum beneficio-
7 rum percipiont: Hotas Canooicas postpositis ho-
8 ris recitare possunt: & illi ac eorum familiares duo
9 nihil soluunt pro expeditione litterarum Aposto-
licarum: testari possunt de boois acquisitis ex beneficiis ecclesiasticis ipsi & eorum familiarea à iurisdictione Ordinariorũ exempti sunt. *Paulus III. const. 23. incip. Debita consideratione de anno* 1540. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag.* 647. aliàs *pag.* 534. *Sixtus V constit.* 41. incip. *Quemadmodum* 10. *Kalend Octobris* 1586. apud eundem Laert. Chetub *tom* 2. *pag.* 543. quarum memini de *Iure eccles. vniu. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 1 *cum seqq.*

10 Referendariorum numerus ad centum redactus, præscribitor eorum legitimitas, qualitas, gradus, & ætas, & alia præter supra relata priuilegia illis conceduntur *Sixtus V. d. constit.* 41. apud Laert. Cherub. *& meipsum citatis locis.*

11 Referendarius extra Ecclesiam precedere debet Canonicis, & Dignitatibus, non tamen intra eam. *Sacra Congr. Rit. in Veronen.* 6. *Iunij, & 4 Iulij* 1626. penes me *dict. tract de Iure eccles. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 16.

12 Referendarij cedunt præcedentiam Auditori coufidentiarum. *Sacra Congr Rit. die* 6. *Decembris* 1621. quam citaui *d. lib* 1. *c.* 22. *n* 14.

Reformati Fratres S. Francisci, vide *collect.* 386. *n.* 36. *cum seqq.*

Regressus.

Collect. DCXXXII.

1 REgressus, accessus, coadiutoriæqoe quibuscunque concessæ reuocantur, & regressuum accessuum & coadiutoriarum huiusmodi litteras, officiales Cancellariæ, & Cameræ Apost. expedire non possunt. *Pius V. constit.* 134. inicp. *Romani pr. die Id. Septembr.* 1571. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 146.

2 Regressus, ingressus, & coadiutorias factas super beneficiis Ordinis, seu militiæ S. Ioannis Hierosolymitani, non tamen ex causa onerosa, & de consensu magni Magistri cassat, & reuocat *Pius IV. constit.* 9. incip. *Circunspecta Kalend. Iulij* 1560. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 9.

Regulæ Cæremoniales, vide supra *collect.* 78. *nu.* 17. *&* 18.

SVMMARIVM.

1 *Modus, & forma circa victum, vestitum Religiosorum Monasteriorum regimen, nouitiorumque receptionem, & educationem præscribitur.*

2 *Professionem emittentes, habito probationis anno in Monasteriis ad id non designatis, ad illam denuo emittendam tenentur.*

3 *Nullitatem receptionis & professionis allegantes ex eo quia facta fuit in Conuentu ad id minimè designato, non possunt post lapsum quinquennij audiri.*

4 *Numerus Regularium cuique monasterio & Conuentui præfigendus.*

5 *Superioribus suis subiecti esse debent omnes Regulares.*

6 *Causas suorum subditorum ad Officium sanctissimæ Inquisitionis spectantes non cognoscunt Regularium Superiores.*

7 *Inquisitores hæreticæ prauitatis puniunt Regulares de hæresi suspectos.*

8 *Inhabilis ad omnes Religionis gradus, & officia eo ipso censetur Regularis, quibus pro delictis ad officium Inquisitionis spectantibus, pœnitentia imposita fuit.*

9 *Electi Regulares ad monasteria, Prioratus, & quascunque dignitates Conuentuales priuãtur iure quæsito.*

10 *Pauperes mendicare in Ecclesiis suis dum Diuina celebrantur permittere non debent Regulares.*

11 *Superiorum litteras commendatitias nisi ostenderint Regulares non sunt in Conuentibus recipiendi.*

12 *Romam seu Curiam absque superiorum licentia petentes Regulares ad eosdem superiores grauiori pœnâ plectendi remittantur.*

13 *Fori priuilegio gaudent Regulares intra claustra degentes.*

14 *Munerum largitio interdicitur omnibus Regularibus vtriusque sexus, & tam nouitiis quàm professis.*

15 *Curam animarum exercentes Regulares subsunt iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi in iis, quæ ad dictam curam pertinent.*

16 *Exempti Regulares, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, minime subiicit Gregorius XV. Episcoporum iurisdictioni in iis, quæ sacramentorum administrationem concernunt.*

17 *Episcopus prohibere potest Regularibus curam animarum secularium exercentibus ne in emolumentis percipiendis excedant taxam ab eo præscriptam.*

18 *Episcopus potest prouidere contra Regulares ne ipsi aliqua indecentia, aut prohibita in Ecclesiis suis habeant.*

19 *Visitare Ordinarij non possunt Regulares inseruientes de licentia suorum superiorum beneficiis simplicibus, quæ sunt tamen membra monasteriorum.*

20 *Beneficij simplicis incapaces sunt Regulares.*

21 *Clerici Ordinum Militarium ad concursum Parochialium admittendi non sunt.*

22 *Decimas Parochialibus soluere tenentur Regulares pro prædiis ad eos prouenientibus, pro quibus decimæ soluebantur.*

23 *Ritus Regularium quoad Missas celebrandas & cætera Diuina semper permanere debent.*

24 *Festa, & non octauas obseruare per Episcopum cogi possunt Regulares.*

25 *Festorum ad obseruantiam per Episcopum censuris compelli possunt Regulares.*

26 *Censuris & pœnis ecclesiasticis in decretis Episcopo specialiter commissis sess. 25. de Regularibus. Regulares ad eorum obseruationem compellere potest Episcopus.*

27 *Orationi quadraginta horarum in Cathedrali interuenire, non possunt Ordinarij constringere Regulares.*

28 *Licentiam quærendi eleemosynas à Superioribus sibi datam tenentur Ordinario ostendere Regulares Mendicantes.*

29 *Eleemosynas quærere ex facultate Apost. valentes Regulares, non tenentur petere ab Ordinariis licentiam illas per diœcesim petendi.*

30 *Limina Apost pro Episcopo non visitat Regularis eius familiaris, & commensalis.*

31 *Generalis in sua Religione non potest eligi illegitimus legitimatus vigore facultatum dominorum de Campegiis.*

32 *Eligere potest Regularis suspensus à Diuinis.*

33 *Exempti Regulares, qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, possunt ab Episcopo publicè denunciari.*

34 *Eleemosynas & oblationes recipere ab offerentibus licet Regularibus in medio Altaris sistentibus, non autem ab Altari discedere & Ecclesiam circumire.*

35 *Domos extra Conuentum benedicere non possunt Regulares in sabbato sancto.*

36 *Campanas sabbato sancto pulsare non possunt Regulares antequam pulsentur in Ecclesia Cathedrali.*

37 *Mulieres post partum ad purificationem admittere non prohibentur Regulares in eorum Ecclesiis.*

38 *Nullitatem professionis intra quinquennium deducens regularis tenetur eam probare coniunctim coram Ordinario & superiore Regulari.*

39 *Regula sua non possunt Regulares aggregare personas in articulo mortis constitutas.*

40 *Officium & Horæ Canonicæ vt cantentur in choro per Regulares & clericos non conuenit.*

41 *Priuilegia, immunitates, & exemptiones Regularibus per Hispaniam concessæ reuocantur.*

42 *Regulares vocati ad funus conuenire debent in Parochiali, aut in Ecclesia iuxta loci consuetudinem.*

43 *Votum adimplere tenentur Regulares de non procuranda, minusve acceptanda aliqua dignitate extra religionem, etiamsi ad aliam transferantur, aut à sua dimittantur.*

44 *Abbas monasterij licet non sit religiosus, nihilominus bona & subditi gaudent priuilegio sui Ordinis.*

45 *Regulares non comprehenduntur constitutione generali Concil. Lateran. edita, quæ incip.* volentes *neque decreto Concil. Trid. c. 14 sess. 7.*

46 *Regulares professi, & ad Episcopatum promoti, recuperant ius succedendi in bonis ab eis renunciatis.*

Regularis.

Collect. DCXXXIII.

1 REgularibus omnibus modum & formam circa victum, vestitum, monasteriorum regimen, nouitiorumque receptionem, & educationem præscripsit *Clemens VIII. const. 60.* incip. *nullus* 20. *Martij* 1601. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. 3. pag.* 80. Et quod illegitimi & criminosi publici Religionem ingredi non possint nisi facta diligenti inquisitione de vita, & moribus eorundem; item quod nullus admittatur nisi facta relatione in Capitulo saltim Prouinciali, ac de consensu diffinitorum. *Sixtus V. constit.* 71. incip. *Cum de omnibus 6. Kalend. Decembris* 1587. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* ...

2 Regulares, qui ad habitum Regularem aliàs canonicè recepti annum probationis in monasteriis, seu domibus Regularibus ad id designatis minimè fecerunt, subindeque professionem nihilominus emiserunt, ad illam denuò emittendam, seruatis aliàs seruandis, tenentur, quæ sic emissa illis, & eorum cuilibet tam in foro interiori quàm exteriori suffragari debeat, absque nouo probationis anno ex speciali sanctæ Sedis benignitate, illique postquam professionem denuò, vt præfertur, emiserint, ad omnes gradus, honores, dignitates, præeminentias, atque habilitates, quas si ab initio validè professi essent, legitimè obtinerent, restituantur. *Vrbanus VIII. sua constit.* incip. *religiosos viros* 2. *April.* 1631. apud Mariam Cherub. *in appendice Bullarij tom. 4 pag.* 11.

3 Regulares recepti & professi contra formam decretorum sanctæ mem. Clementis VIII, de nouitiis ad habitum Regularem & professionem nō admittendis nisi in Conuentibus designatis, allegantes propterea nullitatem receptionis & professionis, non possunt super huiusmodi nullitate post lapsum quinquennij quoquo modo audiri. Quod si aliqui contra formam præfatorum decretorum recepti & professi è Religione infra quinquennium exire, vel Superiores extra eam respectiuè illos eiicere voluerint, tam ipsi professi quàm Superiores respectiuè tenentur iura, quæ sibi facere visa fuerint, prius deducere coram *Sacra Congr. Conc.* quæ prouidebit, inhibendo omnibus, &c. Si verò iidem vt supra recepti & professi iuribus suis minimè deductis coram sacra Congregatione Concilij, & sine illius expressa licentia è Religione exire, vel Superiores Religionis eos eiicere ausi fuerint, ipsi recepti & professi tanquam apostatæ puniantur, & pro talibus habeantur. *Sacra Congr. Conc. die 5. Ianuarij* 1636. quam refert Angel. Maria Cherub. *in appendice Bullarij tom. tom. 4 pag* 13.

4 Regularium numerus cuique monasterio & Conuentui præfigendus. *Paulus V. constit.* 9. incip. *Sanctissimus 4. Decembris* 1605. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag.* 187.

5 Regulares cuiuscunque Ordinis etiam Mendicantium, quantumuis Sedis Apost. sint Capellani Superioribus suis subiecti esse debent. *Gregorius IX. const 6.* incip. *Per Romanis 5 Id Nouembr.* 373. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag* 121.

6 Regularium Superiores non cognoscunt causas suorum subditorum ad officium sanctissimæ Inquisitionis spectantes. *Paulus V. constit.* 16. incip. *Romanus Kalen. Septembr.* 1606. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag* 210 de cuius materia Ioann. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de hæresi super Bulla Pauli V.*

7 Regulares cuiuscunque Ordinis quantumuis exempti de hæresi suspecti puniuntur ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. *Pius IV. consti 5.* incip. *Pastoris 1. Aprilis 1562 Paulus V d constit.* 26.

8 Regulares omnes cuiusuis Ordinis, Religionis, & instituti, quibus pro delictis ad sanctæ Inquisitionis Officium spectantibus pœnitentiæ genus aliquod impositum fuerit (salutaribus pœnitentiis exceptis) eo ipso ad omnes Religionis suæ gradus & officia inhabiles censeantur, & deinceps, etiamsi pœnitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint, ad illa tamen promoueri nullatenus possint, nisi prius obtenta à S. D. N. vel ab hac sacra Congreg. coram Sanctitate sua habenda speciali & expressa rehabilitationis gratia, aliàs promotio quælibet nulla sit, & promouentes ipsi priuationem suorum officiorum, ac præterea vocis actiuæ & passiuæ ipso facto incurrant, ad quæ restitui nisi ab eodem S. D. N. vel ab eadem Sacra Congregatione coram Sanctitate sua habenda non possint. *Sacra Congr. generalis S. R. & vniuersalis Inquisitionis die* 1. *Octob.* 1626. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit. 9. Pauli V. num.* 29.

Rega-

9 Regulares electi ad monasteria, Prioratus, & quæcunque Dignitates Conuentuales p. luantur iure quæsito, nisi confirmentur à Sede Apostolica. *Pius IV. constit.* 87. incip *Cum inter Kalend. Nouembris* 1564. apud Laert. Cherub *tom.* 2 *pag.* 22.

10 Regulares in eorum Ecclesiis quando diuina celebrantur Officia, pauperes mendicare non permittant. *Pius V constit.* 5. incip. *Cum primum Kalend. Aprilis* 1568. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 179.

11 Regulares transeuntes de Prouincia in prouinciam non sunt in Conuentibus recipiendi, nisi Superiorum litteras commendatitias ostendant. *Sixtus V. constit.* 51. incip. *Cum de omnibus* 6. *Kalend. Decembris* 1584. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 601.

12 Regulares temerè, leuive ex causa Vrbem Romam, siue Curiam absque sui Superioris licentia adire præsumentes ad eosdem Superiores seuiori pœna plectendos remittantur. *Sacra Cong Episcop. & Regul.* quam refert Campan. *in diuers. Iuris Canon rub.* 12. *cap.* 14. *sub n.* 31. Ioan Anton. Nouar. *in sum Bullarum tit. de Religiosis recurrentibus ad Curiam Romanam*, R. P. Alex. Sperelli *in decis. fori eccles. decis.* 38 *n.* 25.

13 Regulares intra claustra degentes fori priuilegio gaudent. *Paulus V. constit.* 34. incip. *Religiosorum* 24. *Augusti* 1607. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2 *pag.* 223.

14 Regulares vtriusque sexus, & tam Nouitij quā professi comprehenduntur sub Constitutione Pontificia, qua munerum largitio interdicitur. *S. Cong. Episcop. & Regular. in sancta* 24. *Iulij* 1601. penes Sellium *in selectis Canon. cap.* 31. *n.* 12. Vide in verbo *Munera collect.* 520.

15 Regulares exercentes curam animarum subsunt iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in iis tamen, quæ ad dictam curam pertinent, non obstante Breui *Pij V. sub dat. Romæ* 24. *Martij* 1567. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. die* 6. *Februarij* 1627. teste Sellio *d. c.* 31 *nu.* 13.

16 Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, minimè subijcit Constitutio Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis, Episcoporum iurisdictioni in iis, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi quando in Sacramentis personis secularibus administrandis iidem Regulares delinquūt. *Sacra Congr. Conc de anno* 1623. de qua Sellius *d. c.* 31. *num.* 14.

17 Regulares curam animarum secularium personarum exercentes in emolumentis legitimè percipiendis prohiberi possunt per Episcopum ne excedant taxam ab eo præscriptam. *Sacra Cong. Conc. in Liman.* 18. *Septembr.* 1625. referente Sellio *d. cap.* 31. *n.* 15.

18 Regulares si aliqua indecentia, aut prohibita in Ecclesiis suorum Ordinum habeant ex Concilio Prouinciali, potest Ordinarius etiam contra ipsos Regulares, eorumque Ecclesias prouidere, prout ei videbitur, etiam per viam censurarum, & interdicti, dum tamen ad illud non procedat, nisi ritè & rectè obseruatis omnibus à iure requisitis. *S. Cong. Conc.* quam adducit Aldan. *in Compendio Canon. resol lib.* 1. *tit.* 21. *n.* 2.

19 Regulares insequentes de licentia suorum Superiorum beneficiis simplicibus, quæ sunt tamen membra monasteriorum, seu Religionis, non possunt ab Ordinariis visitari. *S Cong. Conc.* quam citat Armendar. *ad recop. legam Nauarræ lib.* 1. *tit.* 6 *de visitat. l.* 5. § 2. *n.* 96.

20 Regulares sunt incapaces beneficij simplicis, etiamsi essent Canonici Regulares non autem beneficij Curati iuxta dispositionem cap. quod Dei timorem, de statu monachi sed hoc ex stylo concedi non debet, nisi instante Episcopo pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ. *Sacra Congr Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p.* 7. *cap.* 10. *n.* 31. & 32.

21 Regulares clerici etiam Ordinum Militarium ad concursum Parochialium admittendi non sunt. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol Garc. *d. p.* 7. *cap.* 10. *n.* 32.

22 Regulares tenentur ad decimam Parochiali pro prædiis ad eos prouenientibus, pro quibus decimæ soluebantur. *Sacra Congr. Conc die* 18 *Decembris* 1627. cuius meminit Aldan. *d. lib.* 1. *tit.* 21. *n.* 3.

23 Regularium Ritus diebus festis non obstante *Concilio Trid. cap.* 12. *sess.* 25. *de Regal.* semper permanere debent quoad Missas celebrandas, & cætera Diuina tam publicè quàm priuatè ab Episcopis Regularibus in eorum Ecclesiis persoluenda. Nec circa hæc ab Episcopo quoquo modo quicquam in contrarium præcipi potest; quod si de facto præceperit, Regulares nunquam ipsi Episcopo obedire tenentur, Verum quoad Conciones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debent se conformare Euangeliis, & Epistolis, quibus Clerus secularis vtitur illis diebus festiuis. *Sacra Congreg. Conc.* quam refert Aldan. *d. tit.* 22. *n.* 5.

24 Regulares quoad festum possunt cogi ad eius obseruationem, sed quoad Octauam non possunt, sed seruandæ sunt rubricæ Breuiarij, & decreta nouissima Congregationis Rituum. *Sacra Congr. Rit. die* 25. *Iulij* 1619. teste Sellio *d. cap.* 31. *numero* 16.

25 Regulares per Episcopum compelli possunt censuris ad obseruantiam festorum per illum cum approbatione populi indictorum. *Sacra Congreg. Conc. in Ostunen.* 31. *Iulij* 1627. referente Sellio *d. c.* 31. *n.* 17.

26 Regulares etiam pœnis & censuris ecclesiasticis in decretis Episcopo specialiter commissis *sess.* 25. *de Regularib.* licet eidem Episcopo ad eorum executionem cōpellere. *Sacra Congr. Conc in Limana* 19. *Septembris* 1615. de qua Sellius *d. c.* 31. *nu.* 18. Et iterum. Regulares etiam sub censuris ecclesiasticis compellere potest Episcopus in omnibus casibus, in quibus iurisdictio illi tribuitur à iure communi, & Concilio Trid. ac Constitutionibus Apost. in Regulares. *S. Congr. Conc. in Nebbien.* 7. *Febru.* 1632. quam refert Bonfadin. *in thesauro Canon. decis. resol* 37. *n.* 8.

27 Regulares ad interueniendum Orationi quadraginta horarum in Cathedrali non possunt constringere Ordinarij. *Sacra Congr. Episcop & Regular. in Salernitana de anno* 1581. vt per Sellium *d. cap.* 31. *num.* 19.

28 Regulares Mendicantes tenentur ad ostendendam Ordinario licentiam quærendi eleemosynas à suis Superioribus sibi datam. *Sacra Congr Conc.* cuius meminere Piasex *in praxi Episcop. p.* 2 *c.* 1 *nu.*

47. Laur. de Peyrinis *de privilegiis Regul. ad const. 4. Sixti IV. §. 8. n. 43.* R. P. Sperell. *in decision. fori eccles. decis. 8. n. 29.*

29 Regulares, qui ex constitutione, aut facultate Sedis Apost. eleemosynas quaerere, aut aliàs mendicare possunt, non tenentur petere ab Ordinariis licentiam eleemosynas per dioecesim petendi, cum in erectione monasteriorum haec licentia illis tacitè ab Ordinariis impertita censeatur. *S. Cong. Episcop. & Regul. in causa Venetiarum 6. Octobris 1597.* de qua Aldan. *d. tit. 22. n. 15.*

30 Regularem Episcopi familiarem & commensalem noluit sacra Congregatio Concilij acceptare ad visitanda limina pro Episcopo. *Sacra Congr. Conc. in Visen. 13. Nouembris 1627.* cuius meminit Bonfadin. *d. resol. 37. n. 7.*

31 Regularis illegitimus, sed ad instantiam patris legitimatus in infantia per legitimationem amplissimam vigore facultatum dominorum de Campegiis, non potest eligi Generalis suae Religionis. *Sacra Congr. Conc die 12. Maij 1629.* me citato refert Lezana *in sum. quaest. Regul. tom.* [illegible] *p. 13. num. 50. in fine.*

32 Regularis suspensus à Diuinis potest eligere, quia in Regularibus electio non pendet ab Ordine, sed à regularitate. *Sacra Congr. Conc. in causa Minorum 7. Septembris 1628.* de qua Lezana *d. tom. 2. c. 12. n. 16.*

33 Regulares exempti qui ob notorium delictum in excommunicationem inciderunt, possunt ab Episcopo publicè denunciari excommunicati vt tanquam tales ab aliis euitentur. *Sacra Congr. Conc. in Limana 29. Ianuarij 1633.* apud Bonfadin. *d. resol. 37. num. 10.* Sed si fuerit difficultas in eo quod Episcopus in huiusmodi causa debeat citare, & citatio est actus iurisdictionis, quam Episcopus non potest in huiusmodi personas exemptas exercere, ideo placet pro solutione doctrina Felini *in cap. non potest. de sent & re iudic. nu. 3.* *Sacra Congr. Episcop. & Regul. die 24 Maij 1621.* penes Aldan. *dict. tit. 22. num. 16.*

34 Regularibus non est prohibitum inter Missarum solemnia vertere se ad populum, & generalem Confessionem pro eo facere, atque etiam in medio Altaris sistendo eleemosynas, & oblationes ab offerentibus recipere non autem eis licet ab Altari discedere, & Ecclesiam circumire. *Sacra Congr. Conc in nullius prouinciae Rauennaten. 15. Septem. 1629.* quam refert Bonfadin. *d. resol. 37. n. 11.*

35 Regulares non possunt in sabbato sancto benedicere domos cum non possint hoc munus extra Conuentum suum exercere. *Sacra Congr. Conc. die 23. Nouembris 1619. & in Bononien. 4. Iulij 1620.* quam refert Lezana *in sum. quaest Regular. tom. 1. c. 12. n. 41. vers. ad 1. &*

36 Regulares non possunt in sabbato sancto pulsare campanas antequam pulsentur in Ecclesia Cathedrali. *Sacra Congr. Rit. in Placentina 21. Augusti 1604.* de qua Sellius *d c. 31. n. 22.*

37 Regulares non prohibentur in eorum Ecclesiis mulieres post partum ad purificationem admittere. *S. Cong. Cong in d. Bononien. 4. Iulij 1620.* relata per Lezan. *d. n. 41. vers ad 9.*

38 Regularis deducens inter quinquennium nullitatem professionis, tenetur eam probare coniunctim coram proprio Superiore Regulari illius monasterij, in quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, in quo professus est. *Sacra Congr. Conc. in nullius 1. Decembris 1593.* quam citat Sellius *d. c. 31. n. 23.*

39 Regulares non possunt aggregare suae regulae personas in articulo mortis constitutas. *S. Congr. Rit. in Spoletana terra de Visso 20. Iunij 1609.* de qua Sellius *d. c. 31. n. 24.*

40 Regularibus non conuenit Officium & Horas Canonicas cum Clericis secularibus in choro cantare. *Sacra Congr. Rit. in Illerden. 15. Nouembr. 1603.* teste Sellio *d. c. 31. n. 25.*

41 Regularibus in Regnis Hispaniarum existentibus omnia & singula priuilegia, praerogatiuae, immunitates, & exemptiones tam per Apostolicam Sedem, illiusque in dictis Regnis Nuncios, quàm eorum Superiores concessa, renouat ac prohibet, illa de caetero absque sua, & Sedis Apost. licentia concedi *Vrbanus VIII. constit. 57. incip. Pastoralis 30. Iulij 1626.* apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom. 4. pag. ...*

42 Regulares vocati ad funus conuenire debent in Parochiali, aut in alia Ecclesia iuxta loci consuetudinem, & nullo modo expectare per vias, aut ire ad domum defuncti. *Sacra Congr. Rit. in Limana 15. Decembris 1631.* referente Bonfadin. *d. resol. 37. n. 12.*

43 Regulares omnes quorumcunque Ordinum & institutorum, qui vltra alia vota etiam votum, promissionem, siue iuramentum solemniter, siue simpliciter emittunt, aut praestant de petenda nec procuranda, minusue acceptanda aliqua dignitate extra Religionem, per quancunque eorum ad aliam Religionem translationem, seu habitus priuationem, aut dimissionem à voto huiusmodi nullatenus liberantur. *Vrbanus VIII. constit. 30. aliàs 140.* incip. *Cum sicut* 21. *Maij* 1635. apud Angel. Mariam Cherubin. *in Bullario tom. 4 pag. 50.*

44 Regularium bona, & subditi monasterij debent gaudere priuilegiis sui Ordinis, non obstante quod Abbas eiusdem monasterij non sit Religiosus sed inceperit esse perpetuus Commendatarius, quia Monachorum non est immutatus status *S. Congr. Conc. die 8. Martij 1627.* referente Sellio *d c. 31. n. 26.*

45 Regulares neque Constitutione in generali Concilio Lateranensi edita, quae incip. Volentes neque decreto *Concilij Trid cap. 14. sess. 7.* comprehenduntur, ideoque illi iuxta eorum priuilegia coram Superioribus, vel Conseruatoribus licet conueniendi, necnon decretum eiusdem *Concilij cap. 20. sess. 24.* ad Regulares non pertinet, vel eorum conseruatoriis imminuit, nec quoad primam illarum instantiam aliquid noui inducit. *Paulus V. constit. 34.* incip. Religiosorum de anno 1607. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3. pag. 223.* & censuit *Sacra Congr. Conc.* penes Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. ad constit. 2. Sixti IV. §. 11. n. 30.*

46 Regulares professi, & ad Episcopatum promoti recuperant ius succedendi etiam in bonis ab eis renunciatis, dummodo non sint alteri quaesita. *Sacra Congr. Conc die 12. Ianuarij 1631.* quam ad litteram refert Ianez Faiardo *in disputatione Vtrum legitima renunciatio ante professionem, & iuxta Concilij Trid normam facta Monacho ad Episcopatus culmen euecto sit impedimento vt ad illam non habeat regressum nu. 98.* cuius memini *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 99. sub. n. 15.*

Vide

Vide alia in verbo Episcopus quoad Regulares collect. 297. & ver. Episcopus Regularis collect. 284. & in verbo *Superior Regularis collect. 690.*

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis administrare possunt Regulares Superiores secularibus de familia monasteriorum.*

2 *Tertiariis suis non debent Regulares extra Conuentum ministrare Sacramenta præter Sacramentum Pœnitentiæ.*

3 *Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum proponere non licet Regularibus in eorum propriis Ecclesiis.*

4 *Eucharistiæ Sacramentum Regulares populo administrare non possunt in die Paschatis.*

5 *Regularibus nequaquam prohibitum est Missas celebrare & campanas pulsare, in suis Ecclesiis ante celebrationem Missæ & pulsationem campanæ in Ecclesia parochiali.*

6 *Regulares contra charitatem faciunt, si in canone missæ suos superiores nominant, tacito nomine Antistitis.*

7 *Regularibus non licet in suis Ecclesiis admittere Presbyteros ad celebrandum, contra prohibitionem Episcopi.*

8 *Regulares missæ sacrificium in Ecclesia seculari de consensu Rectorum celebrare possunt.*

9 *Regulares inter missarum solemnia possunt recipere ea quæ sibi offeruntur.*

Regularis quoad Sacramẽta, & Missam.

COLLECT. DCXXXIV.

1 REgulares Superiores possunt secularibus de familia monasteriorum administrare Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis. *Sacra Congr. Conc* teste Stephano d'Aluin. *de Episcoporum, Abbatum, & Abbatiss. potest. cap. 19. numer. 9. vers. imo.*

2 Regulares non debent extra Conuentum ministrare Sacramenta suis Tertiariis præter Sacramentum Pœnitentiæ. *S. Congr. Rit. in Spoletana terræ de Visso 20. Iunij 1609.* referente Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. c. 14. n. 34.*

3 Regularibus non licet etiam in eorum propriis Ecclesiis sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum proponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario: ex causa autem priuata possunt dummodo ex tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat, ita ut ipsa Hostia videri possit. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Tortonen. 27. Maij 1603. & 14. Aprilis 1615.* & *in Neapolitana 17. Augusti 1630. in resp. ad 4.* quarum meminit Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 26. num. 3.*

4 Regulares in die Paschatis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum populo administrare non possunt, stante quod in priuilegio Eugenij IV. hoc eis interdicitur expressè illa die. *Sacra Congr. Conc. die 2. Martij 1619.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi p. 2. cap. 2. n. n. 10.*

5 Regularibus nequaquam prohibitum est Missas celebrare, & campanas pulsare in suis Ecclesiis ante celebrationem Missæ, & pulsationem campanæ in Ecclesia Parochiali, ideoque Ordinarius minimè hoc illis prohibere potest, sed tantum monere populum ut accedat ad Ecclesiam Parochialem ad sacri Concilij præscriptum. *Sacra Cong. Conc. in nullius prouincia Rauennaten. 15. Septembr. 1629.* de qua Ego ipse *d. tract. de Officio, & potest. Parochi c. 11. n. 21.*

6 Regulares, qui in Canone Missæ, vel in precibus tacito nomine Antistitis, suos superiores nominant contra charitatem faciunt. *S. Congr. Rit. in Vlixbonen. 12. Nouemb. 1605.* referente Aldano *d. lib. 1. tit. 26. n. 4.*

7 Regularibus non licet in suis Ecclesiis ad celebrandum admittere Presbyteros seculares contra prohibitionem Episcopi. *S. Congr. Conc. in Bononien. 2. Iunij 1610.* quam citat Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 1 cap. 12. num 41. in resp ad 12.* Vide infrà *collect. 659. n. 17.*

8 Regulares Missæ Sacrificium in Ecclesia seculari de consensu Rectorum celebrare possunt. *S. Congr. Episcop. & Regul. die 10. Ianuarij 1617.* penes Aldan. *d. lib. 1. tit. 20. n. 5.*

9 Regulares inter Missarum solemnia possunt recipere ea, quæ sibi offeruntur, dummodò à perambulationibus per Ecclesiam, ac similibus eleemosynarum exactionibus se abstineant. *Sacra Congr. Conc. in Bononien. 1. Iulij 1620.* quam refert Lezana *d. tom. 1 c. 12. nu. 41. in resp ad 2.* & illius memini *de officio, & potest. Parochi cap. 11. n. 22. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Litteras dimissorias ad Ordines an & quando suis subditis Regularibus concedere possint Superiores Regulares, ostenditur.*

2 *Episcopo viciniori litteras dimissorias ad Ordines remittere debet Superior Regularis monasterij existentis in territorio nullius diœcesis.*

3 *Dispensare super interstitiis Regularium Ordinandorum non possunt Superiores Regulares.*

4 *Ordines ne Vltramontanis absque sua Sanctitatis licentia conferantur prohibitio non comprehendit Regulares.*

5 *Ordines sacros suscipiens Regularis Clericus ante professionem ipso facto suspensus est.*

Regularis quoad Ordines.

COLLECT. DCXXXV.

1 REgulares Superiores possunt suis subditis iisdẽ Regularibus, qui præditi qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerint, litteras dimissorias concedere ad Episcopum tamen diœcesanum, nempè illius monasterij, in cuius familia ab iis, ad quos pertinet, iidem Regulares positi fuerint; & si diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus Ordinationes ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus diœcesanus vel abfuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes. *Sacra Congr. Conc. die 15. Martij 1595.* quam referunt Lezana

in ſum.quæſt.Regul.tom.1 cap.14. Ioan. Anton. Nouar. *in ſum Bullarum tit. de Ordinandis Regular n 1.*

2 Regulares Superiores monaſteriorum exiſtentium in territorio nullius diœceſis ſubditis ſuis iiſdem Regularibus, inibi commorantibus litteras dimiſſorias pro ſuſcipiendis Ordinibus concedere poſſunt ad Epiſcopum viciniorem, in eoque procedunt omnia quæ de Epiſcopo diœceſano ſuperius præſcripta ſunt. *Sacra Congr. Conc.* quam refert Ioan. Anto. Nouar. *citato loco n. 3.* Lauren. de Peyrinis *de priuileg. Regul. in conſtit. 2. Sixti IV. §. 31. n 36.*

3 Regulares Superiores non poſſunt diſpenſare ſuper interſtitiis Regularium Ordinandorum cũ id pertineat ad Epiſcopum ordinantem, qui tamen quoad cauſas diſpenſationis iudicium ſuum formare debet ex atteſtatione Superiorum Regularium *Sacra Congr. Conc.* penes Quarant. *in ſum. Bullarij verbo Ordo*, Laurent. de Peyrinis *d. §. 11. nu. 35* Ioan. Anton. Nouar. *d tit. de Ordinandis Regul. num 4.*

4 Regulares non comprehenduntur ſub Conſtitutione, ſeu Ordine quo præcipitur vt Vltramontanis abſque Sanctitatis ſuæ, vel ſacræ Congregationis licentia Ordines non conferantur, quia in Ordinibus generalibus, niſi ſpecialiter nominentur, non comprehenduntur *Sacra Congr. Epiſcop & Regular. in Neapolitana 30. Decemb. 1617.* quam citat Aldan. *in compendio Canon. reſol. lib. 1. titul. 26. num. 7.*

5 Regulares Clerici, qui ante profeſſionem factam ad ſacros Ordines promouentur, ij ſo facto ſuſpenſi ſunt, & ita actus Ordinum ſuſceptorum exercendo fiunt irregulares, ita *Pius V. conſtit. ſua* Incip. *Romanus Pont ſub Dat. pridie Id. Octobris 1568.* à qua Conſtitutione *Gregorius XIII.* exemit, ſeu declarauit non comprehendi clericos Societatis Ieſu. *Sacra Congr. Conc.* apud Aldan. *dict. lib. 1. tit. 22 n. 3.*

Vide in Verbo *Ordo collect. 544.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſiones ſecularium audire non poſſunt Regulares etiam graduati niſi præuio examine ab Epiſcopis, & ſuis Superioribus approbati fuerint.*
2 *Confeſſiones ſecularium non poſſunt audire Regulares in vim priuilegiorum illis ante Concil. conceſſorum, niſi prius fuerint approbati ab Ordinariis.*
3 *Confeſſiones ſecularium, qui ſunt de familia, & continui commenſales audire poſſunt Regulares Confeſſores ab Ordinario non approbati.*
4 *Approbati Regulares præuio examine ab Epiſcopo ad audiendas ſecularium Confeſſiones, ab eodem ſunt non iterum examinandi.*
5 *Epiſcopus modernus poteſt rurſus examinare Regulares ab Epiſcopo anteceſſore præuio examine approbatos ad audiendas ſecularium Confeſſiones.*
6 *Epiſcopus quando Regulares Confeſſarios ſuſpendere, aut reprobare valeat?*
7 *Ordinariorum arbitrio relinquitur an expediens ſit Confeſſariis Regularibus licentiam concedere cum limitata facultate.*
8 *Confeſſarij ab Regulares ab Ordinario liberè approbati an ab audiendis Confeſſionibus ſuſpendi poſſint?*
9 *Epiſcopi ab audiendis Confeſſionibus Regulares Confeſſarios ſuſpendere valent ſi cum ſcandalo, aut inhoneſtè viuant, vel aliquod delictum committant dignum tali ſuſpenſione.*
10 *Epiſcopus non poteſt adimere facultatem audiendi Confeſſiones omnibus ſimul Confeſſariis Regularibus vnius Conuentus.*
11 *Ordinarij impedire non debent quominus Regulares Confeſſiones audire poſſint in domibus pœnitentium ægrotorum.*
12 *Facultas audiendarum Confeſſionum per Ordinarios ad beneplacitum Regularibus conceſſa poteſt quandocunque reuocare.*
13 *Approbati Regulares ab Epiſcopo ad Confeſſiones ſecularium audiendas, non cenſentur approbati ad audiendas Confeſſiones Monialium ſibi ſubiectarum.*
14 *Approbatus ab Epiſcopo ad audiendas Confeſſiones Monialium vnius monaſterij, minimè poteſt audire Confeſſiones Monialium alterius monaſterij.*
15 *Superiores Regulares quot Confeſſarios in ſingulis Domibus, & Conuentibus deputare debeant pro abſoluendis Religioſis à caſibus reſeruatis, & non reſeruatis.*
16 *Iubilæi & Indulgentiarum virtute quando poſſint Regulares Confeſſarij abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopo?*
17 *Priuilegium, quod Mare magnum appellatur, non concedit Regularibus facultatem abſoluendi pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*
18 *Confeſſarios ſibi eligere non poſſunt Regulares in vim Bullæ Cruciatæ, vt ab eis abſoluantur à caſibus in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis.*
19 *Abſoluere à caſibus reſeruatis in diœceſi pœnitentium quando poſſint Regulares approbati in Confeſſarios cum facultate etiam caſuum reſeruatorum?*
20 *Abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reſeruatis non poſſunt Regulares cuiuſcunque Ordinis.*
21 *Ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſt. quoad ſibi reſeruata ſubiecti ſunt Regulares vtriuſque ſexus quoad Confeſſionis adminiſtrationem, etiamſi Bullam ſanctæ Cruciatæ habeant.*

Regularis quoad Confeſſiones.

COLLECT. DCXXXVI.

1 REgulares etiam graduati ſeculares perſonarũ Confeſſiones audire non poſſunt, niſi præuio examine ab Ordinariis approbati fuerint, *Pius V. conſt 132.* incip. *Romani 16. Kal.* [illegible] *Id. Auguſti 1581.* cuius meminit Scottia *in ſelectas ſummorum Pont. Conſtitutiones epit 115.* & etiam à ſuis Superioribus. *Clemens VIII conſtit. 115.* incip. *Quæcunque 7. Decembris 1604.* apud Laert. Cherub *in Bullario tom. 3. pag.*

2 Regulares non poſſunt in vim priuilegiorum illis ante Concilium conceſſorum audire Confeſſiones perſonarum ſecularium, niſi prius fuerint approbati ab Ordinario. *S. Congr. Conc.* teſte Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig n. 52.*

3 Regulares Prælati, ſiue alij Religioſorum Confeſſores poſſunt audire Confeſſiones ſecularium, qui ſunt de familia, & continui commenſales, non autem illorum, qui deſeruiunt in eorum monaſteriis abſque licentia, ſiue approbatione Epiſcoporum. *Sacra Congreg. Conc. die 18. Martij 1594.* quam refert Sellius *in ſelect. Canon. cap. 31. n. 27.*

4 Regu-

Regulares ad audiendas in ciuitate, & diœcesi Confessiones secularium personarum semel ab Episcopo præuio examine approbati, iterum ab eodem Episcopo non sunt examinandi: cæterum à successore possunt vtique examinari iuxta Constitutionem *sanctæ mem. Pij V. sub dat. 8. Id Augusti, Pontificatus illius anno sexto*, quæ à felicis record. Gregorio XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum Regularium ad terminos Concilij Tridentini. *Sacra Congr. Conc.* quam referunt Quarant. *in sum. Bullary verbo Confessor, pag. mihi* 235. Laurent. de Peyrinis *de priuil. Regul. ad constit. 2. Sixti IV.* §. 11. *n.* 41.

5 Regulares ab Episcopo antecessore præuio examine approbatos ad personarum secularium Confessiones audiendas, potest modernus Episcopus pro maiori Conscientiæ suæ quiete rursus examinare *Sacra Congr. Conc.* in Albanen. 5. *Februarij* 1628. de qua Sellius *d. c.* 31. *n.* 18.

6 Regulares à prædecessoribus Episcopis examinati, & approbati ad Confessiones secularium personarum audiendas à præsente Episcopo successore pro maiori Conscientiæ suæ quiete possunt iterum examinari, & si minus idonei reperti fuerint, reprobari ad præscriptum Constitutionis sanctæ mem. Pij V. hac de re editæ, sed illi, quos idemmet Episcopus approbauit, si quidem prohibitionem obtinuerint ad certum tempus, eo elapso non possunt Confessiones audire, absque noua ipsius Episcopi licentia, & approbatione, præuio, etiam, si ei libuerit, nouo examine: illi autem, quos ipsemet Episcopus ad Confessiones huiusmodi audiendas semel admisit simpliciter, & sine vlla temporis præfinitione, nullatenus possunt ab eodem reprobari sine noua causa, eaque Confessiones ipsas concernente. Cæterum an eadem causa subsit, vel ne, Episcopus non tenetur ipsis Regularibus edicere, sed Sedi Apost. duntaxat, vbi eam sibi aperire postulauerit. *Sacra Congr. Episcopor. & Regular. in Gienen.* 30. *Ianuarij* 1629. quam refero *de Iure eccles. vniuers. lib. 1. cap. 43. nu.* 210. *cum seqq.*

7 Regulares, qui quoad Confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis, eorumve examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, cæterorumve locorum, aut generis personarum, admittantur in diœcesi propria. De cæteris verò qui non adeo idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare & admittere: qui autem in domibus laicorum Confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem auditæ Confessionis pro medico aduenienter relinquere. *Sacra Congr. Conc. die 2. Iulij* 1587. teste Laurent. de Peyrinis *ad d. constit. 2. Sixti IV.* §. 11. *num.* 42.

8 Regulares Confessarij ab Ordinariis (ad quos Confessarios approbandi ius spectat) liberè approbati, ab audiendis Confessionibus suspendi minimè possunt, nisi ex noua causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. *S. Congr. Episcoporum & Regular. die 20. Nouembris* 1615. referente Laurent. de Peyrinis *ad d. constit. 2. Sixti IV.* §. 11. *n.* 45.

9 Regulares si cum scandalo, aut aliàs inhonestè viuant, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Episcopi iudicio videantur à Confessionibus suspendendi, possunt ab Ordinariis suspendi ab audiendis Confessionibus, cum præcipua ministri qualitas sit integritas vitæ, & morum honestas, vtique ea causa ad ministerium Confessionis pertinet, ac proinde nihil obstat quominus ab ea possit Episcopus Regulares vtrumque à semetipso approbatos à Confessionibus audiendis repellere. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in dicta Gienen.* 30. *Augusti* 1630. relata per me *de Iure eccles. vniu. lib. 1. cap. 43. num.* 310. *cum seqq.*

10 Regularibus Confessariis omnibus simul vnius Conuentus non potest Episcopus adimere facultatem audiendi Confessiones Sacra Congregatione inconsulta. *Eadem Sacra Congreg. Episcop. & Regular. die* 2. *Nouembris* 1620. de qua Laurent. de Peyrinis *ad d. constit. 2. Sixti IV.* §. 11. *num.* 45.

11 Regulares approbatos ad audiendas Confessiones non debent Ordinarij impedire quo minus illas audire possint in domibus pœnitentium ægrotorum, quando ab eis vocantur. Verum præcipere possunt iidem Ordinarij sub pœna suspensionis à facultate audiendi Confessiones quod Regulares huiusmodi infirmorum Parochos de audita Confessione eo die certiores reddant. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. die 1. Iulij* 1605. penes Sellium *d. c.* 31. *n.* 29.

12 Regularibus concessa per Ordinarium facultas audiendarum Confessionum ad beneplacitum, potest quandocunque reuocari. *S. Cong. Episcop. & Regul. in Papien.* 12. *Martij* 1619. cuius meminit Sellius *d. c.* 31. *n.* 32.

13 Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad Confessiones personarum secularium audiendas, nequaquam censentur approbati ad audiendas Confessiones monialium sibi subiectarum, sed egent quoad hoc speciali Episcopi approbatione. *S. Congr. Conc. de anno* 1623. *in resp. ad dub.* 9. quæ reperitur impressa in fine mei tract. *de officiis & potest. Episcopi.*

14 Regularis ad audiendas Confessiones Monialium vnius monasterij ab Episcopo approbatus, minimè potest audire Confessiones Monialium alterius monasterij. *Eadem S. Congr. Conc. in resp. ad dub.* 10.

15 Regulares Superiores in singulis Domibus deputare debent duos, tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero maiori, vel minori, iique docti & prudentes, qui à non reseruatis eos absoluant, quibus etiam reseruatorum absolutio committatur quando casus occurrerit. *Sacra Congreg. die 16. Maij* 1593. apud Ioan. Anton. Nouar. *in summ. Bullarum tit. de Pœnitent. pro Regular.*

16 Regulares virtute litterarum Iubilæi, & Indulgentiarum, ac alij quicunque Confessarij possunt absoluere à casibus reseruatis Episcopo, si in eisdem litteris tribuitur eis facultas absoluendi à quibuscunque casibus etiam Sedi Apost. reseruatis. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. in addit. ad p. 3. c. 2. n.* 300.

17 Regulares per priuilegium, quod Mare magnum appellant, non habent facultatem absolu-

uendi pœnitentes à caſibus Epiſcopo reſeruatis. *Sacra Congr Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic. p 3 c 2. n.267.*

18 Regulares in vim Bullæ Cruciatæ non poſſunt ſibi Confeſſarios eligere,& ab eis abſolui à caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini propter Breue Clementis VIII *S Congr. Conc. in cauſa Portugalia, & Caſtellæ* 4. Decembris 1627. teſte Sellio *d cap 31.num.34.* Vide in verbo *Cruciata collect.133. num 2.*

19 Regulares audientes Confeſſiones in ea diœceſi in qua ſunt approbati cum facultate etiam caſuum reſeruatorum abſoluere poſſunt aduenientes ex alia,à caſibus reſeruatis in diœceſi pœnitentium,non autem in illa,in quibus Regulares Confeſſiones audiunt,dummodo non mali ioſe huiuſmodi pœnitentes talem abſolutionem quærant. *S.Congr.Conc. die* 19.*Nouembris* 1616. quam adducit Sellius *d.c.31 n.35.*

20 Regulares cuiuſcunque Ordinis, Congregationis,Societatis,inſtituti etiam neceſſario exprimendi, nec intra nec extra Italiam in vim priuilegiorum,aut confirmationem huiuſmodi, quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps forſan obtinebunt, poſſunt quemquam abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reſeruatis, ſi quidem Regulares habent à Sede Apoſt. abſoluendi facultatem,illa extra Italiam minime ſublata fuit. *Sacra Congr. Epiſcop & Regular. die* 17. *Nouembris* 1618. cuius meminit Sellius *dict. cap. 31. num.36.*& Laorent.de Peyrinis *de priuileg. Regul.tom. 3.in additam ad conſtit. Sixti IV. cap.2. num.38. pag. 415.*

21 Regularibus vtriuſque ſexus quorumcunque Ordinum quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ ſeu Confeſſionis adminiſtrationem ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſt. quoad ſibi reſeruata ſubiecti ſunt, quamuis Bullam ſanctæ Cruciatæ habeant. *Vrbanus VIII conſti,* 15.Incip *In ſpecula* 19.*Iunij* 1630.apud Angelum Mariam Cherub. *in Bullario tom.4.pag....*

Vide in verbo *Caſus reſeruatus collect.*133.*num.*10. *cum ſeqq. & verbo Confeſſarius collect.* 202. *num.*19. *cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Prædicare in Eccleſiis ſuorum Ordinum ſi voluerint Regulares ab Epiſcopo licentiam obtinere non tenentur. ſed tantum benedictionem petere quocunque tempore.*

2 *Epiſcopi punire poſſunt Regulares prædicantes in alienis Eccleſiis abſque eius licentia.*

3 *Prædicandi licentia non eſt deneganda Regulari præſentato Ordinario,ſi fuerit idoneus.*

4 *Ordinarius ad libitum & ſine rationabili cauſa non poteſt ſuſpendere à prædicatione.*

5 *Adhortationem ad populum etiam in Eccleſiis ſuis habere non poſſunt Regulares, non prius petita benedictione ab Ordinario.*

6 *Ordinarius poteſt, ſi videbitur ſibi expedire Fidei profeſſionem à Regularibus exigere quo tempore illis licentiam ad prædicandum concedit.*

7 *Epiſcopus poteſt interdicere Regulari ne prædicet licentia non petita etiam non reddita cauſa.*

Regularis quoad prædicationem.

COLLECT. DCXXXVII.

1 Regulares in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare volentes non tenentur ab Epiſcopo licentiam obtinere,ſed tantum à ſuis Superioribus de moribus, & ſcientia examinari, & approbari debent,ab eiſque habere licentiam, & cum ea ſe perſonaliter coram Epiſcopo præſentare ab eoque benedictionem petere, tametſi eam minimè obtinuerint. *Sacra Congr.Conc.* teſtibus Fr.Emman. *quæſt.Regul.tom 3 quæſt 31 art.5.* Armendar. *ad recop. legum Nauarra lib.1.tit 18 l.7.de relig num. 56.* Galet. *in margarita caſuum Conſcient.verbo licentia, metipſo de officio,& poteſt. Epiſcopi p.3.alleg.76.num.19.* Lezana *in ſum.quæſt. Regular.tom.1.cap.20. num.3. & tom. 3. verbo concionari num.7.* vbi etiam cum Gauant. *in man. Epiſcopor. verbo Concio ſacra num.16. addit.* quod illud de petenda benedictione ab Epiſcopo intelligitur de Prædicatoribus extra Aduentum,& Quadrageſimam:ſed nouiſſimè Ricciul. *eccleſiaſt. lucubrat lib.5.cap.12 num.6.*atteſtatur *ſacram Congr. Epiſcop. & Regular. die* 15.*Septembris* 1603. declaraſſe prædicatorem Regularem in Eccleſia ſui Ordinis prædicare volentem teneri benedictionem accipere non ſolum in Aduentu & Quadrageſima,ſed etiam quocunque alio tempore. Addit idem Ricciul *d.lib.5.cap.11.num 13.* *Eandem Sacram Congreg. Epiſcopor. & Regul. in Theatina* 16. *Iulij* 1604. cenſuiſſe prædicatorem Regularem in Eccleſia ſui Ordinis ab Epiſcopo examinari non poſſe.

2 Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt,tametſi decreto Concilij ſeſſione 5.cap. 2.de reform. contrafecerunt, non poſſunt puniri ab Epiſcopo,ſed tantum à ſuis Superioribus Regularibus. *Sacra Congr. Conc.* penes Piaſec. *in praxi Epiſcop p.1.cap.3.num.41.verſ.prædicans.*Flau. Cherub. *ſcbol.1. ad Bullam 41. Pij V.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg.Regul ad conſtit.2. Sixti IV. §.11. num.21.* metipſum *d p 3. alleg. 70.num* 24. Sed hodie per Conſtitutionem *Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis* Incip. *Inſcrutabili* §. *ac demum, nonis Februarij* 1622.apud Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcopos, & Regul pag.136.cum ſeqq.* Regulares prædicantes in alienis Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque licentia Epiſcopi, vel etiam Eccleſiis ſuorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, ab Epiſcopo puniuntur, vt referunt Antonin. Diana *moral. reſolut. p.3. tract.2. reſol.*111. Lezana. *d. cap.20. num.3.*

3 Regularis præſentatus Ordinario,ſi fuerit idoneus iuxta *cap.2. ſeſſ 5. de reformat.* non eſt deneganda licentia ad prædicandum, nec poteſt Ordinarius ad libitum, & ſine rationabili cauſa ſuſpendere à prædicatione. *Sacra Congr.Conc* referente Armendar. *in addit. ad recop.legum Nauarra lib.4. tit 30.l.7.de prædicator.n 8 & 9.* Si tamen ſuſpendat non tenetur cauſam exprimere quare ad hoc prohibendum moueatur. *Eadem S Congr.* cuius meminit Franc.Leo *in Theſauro fori eccleſ.p.1.c.8 n.9.* Campan.*in diuerſ.Iuris Canon. rub 12. c.13 nu 8.* quos refero *de officio,& poteſt. Epiſcopi p 3.alleg.76.n.21.& 22.*

Et

Et quod etiam non debeat denegari benedictio pro concione sine causa, declarauit *S.Congr.Conc. die 21. Augusti 1615.* de qua Gauant. *in man. Episcop. verbo Regularium iura sub Episcopo n.* 36. Lezana *in sum. quaest. Regul. tom. 3. verbo Concionari n.7.*

5 Regulares non possunt adhortationem ad populum etiam in Ecclesiis suorum Ordinum habere, non petita prius benedictione ab Abbate, vel eo contradicente, quatenus sit nullius, & iurisdictionem quasi Episcopalem habeat; verum si Regulares contra fecerint, non ab Abbate, sed à suis Superioribus Regularibus sunt puniendi. *Sacra Congr. Conc. in nullius prouinciae Rauennaten 15. Septembris 1629.* cuius meminit Selius *in selectis Canon. c. 31. num. 37.*

6 Regulares prædicatores licet non teneantur Fidei professionem facere antequam prædicandi munus assumant, potest tamen Ordinarius, quo tempore solet prædicandi licentiam concedere, ab eis exigere hanc Fidei professionem, si tamen videbitur sibi expedire. *Sacra Congr. Conc.* penes Aemendar. *in addit. ad recop legum Nauarræ lib. 4. tit. 30. l. 7. de prædicatorib. num. 35. & 37.* Franc Leon. *in thesauro fori eccles p. 1 cap 6. nu* 8. Campan *in diuersor. Iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num* 8. Lauret. de Franchis *in controu inter Episcopos & Regular. pag. 148. in resp. ad 2.*

7. Regulari interdicere poterit Episcopus ne prædicet licentia non petita, etiam non reddita causa. *Sacra Congr Conc* apud Franc. Leon *d. p. 1. c. 8. num. 9.* Piasec. *in praxi Episcop p. 2 cap 3 num 41. versi si item,* quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 76. num. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Indorum Confessiones audire, & liberè prædicare possunt Regulares cuiuscunque Ordinis in India, habita licentia Superiorum.*

2 *Regulares, qui in partibus Indiarum Occidentalium ad prædicandum à Prælatis deputantur, tanquam Religiosi viuentes intra claustra sunt reputandi.*

3 *Missi Regulares per Superiores ad aliquas Indiarum partes pro Fidei Catholicæ negotio ad alias se transferre non possunt.*

4 *Regulares etiam Ordinis S. Francisci de Obseruantia Indis nouiter ad Fidem conuersis animarum curam exercentes in concernentibus illam Ordinario loci subsunt.*

Regulares quoad missiones Indiarum.

Collect. DCXXXVIII.

1 Regulares cuiuscunque Ordinis in India, habita licentia Superiorum in Capitulo Prouinciali possunt liberè prædicare, ac Indorum Confessiones audire. *Pius V. constit. 34.* Incip. *Exponi 24. Martij 1567.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 5. pag. ...*

2 Regulares, qui in partibus Indiarum Occidentalium ad prædicandum sacrosanctum Dei Euangelium, & viam veritatis, salutisque demonstrandam in dies à Prælatis, & Superioribus deputati existunt, reputandi sunt tanquam Religiosi viuentes intra claustra, & sub obedientia Prælatorum suorum, ac propterea non sunt ab Ordinariis illarum partium molestandi, nisi in casibus per Concilium Trid. reseruatis, dummodò quolibet anno coram suis Superioribus se præsentent, & innouationem licentiarum obtineant. *Clemens VIII. in sua constit* Incip. *Quamquam vos 9. Maij 1595.* quam refert D. Solorzan. *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3 cap. 18. num. 48.*

3 Regulares omnes ad aliquas Indiarum partes pro Fidei Catholicæ negotio per eorum Superiores transmissi, ad alias se transferre non possunt, sed ad illas recta via transmeare debent. *Paulus V. constit. 16.* incip. *Accepimus de anno 1609.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 3 pag. 245.* & illius meminit Scortia *in selectas summorum Pont. Constitut. epit. 165. theorem. 406.*

4 Regulares etiam Ordinis sancti Francisci de Obseruantia Indis nouiter ad Fidem conuersis animarum curam exercentes ob penuriam Sacerdotum secularium ex Apostolicæ Sedis indulto in loco extra claustra habitantes, in quo pro tali administratione deputantur, in concernentibus ipsam curam animarum, Ordinario loci subsunt; in reliquis verò non Ordinario loci, sed suis Superioribus subiecti remanent, de quorum licentia extra claustra degunt. *Clemens VIII. constit. sua* incip. *Relig. 8. Nouembr. 1600.* quam refert Solorzan. *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 16. n. 63.*

SVMMARIVM.

1 *Delinquens notoriè Regularis, & ad aliam diœcesim de industria transmissus Episcopo instante, debet reuocari ad locum, in quo deliquit.*

2 *Delinquens Regularis in Ecclesia sui monasterij quando subsit dispositioni Conc. cap. 4. sess. 25. de Regularibus.*

3 *Delinquens extra claustra Regularis, & de mandato Ordinarij captus statim remittendus ad suum Superiorem.*

4 *Delinquens Regularis in Domo deputata ad erectionem monasterij, in quo adhuc non est Regularis Obseruantia, poterit ab Ordinario puniri.*

5 *Certioratio facienda Episcopo de punitione Regularis extra claustra delinquentis, in scriptis debet fieri.*

6 *Delinquens Regularis extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, sed à suis Superioribus punitur.*

7 *Regulares circa personas intra septa degentes, aut citra clausuram ipsam delinquentes ab Episcopo loci puniri possunt.*

Regularis delinquens.

Collect. DCXXXIX.

1 Regularem notoriè delinquentem, ac in aliam diœcesim de industria transmissum, Episcopo Instante intra tempus ab eo præfigendum, Superior tenetur à loco, ad quem transmissus fuerat, reuocare, & in eo, in quo deliquit, sistere sub pœna priuationis Officij, & inhabilitatis ad alia imposterum obtinenda, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ: & si adhuc dictum

2

delinquentem ad dictum locum reuocare prætermiserit, tali casu Episcopus loci, in quo patratum fuerit delictum, vti Sedis Apost. delegatus, in illum animaduertere valeat. *Clemens VIII. constit.* 19. incip. *Suscepti* 7. *Kalend. Martij* 1596. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 53. Quarant. *in sum. Bullarij verbo Exemptio*, Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *sub numer.* 44. Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordin. in exempt. part.* 1. *quæst.* 17. *num.* 29. Scortia *in selectas summorum Pontificum Constit. epit.* 160. *theorem.* 401. Nald. *in sum. verbo Religiosus num.* 36. & illius meminere Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regular. in lucubrat. ad Constit.* R.P. D. Alex. Sperell. *in decis. fori ecclesi. decis.* 38. *num.* 12. *cum seqq.*

2 Regularis delinquens in Ecclesia sui monasterij, in quo degit, cum scandalo populi notorio subest dispositioni *Concilij Trid. cap.* 14. *sess.* 25. *de Regular.* secus si clausis Ecclesiæ portis, & solis videntibus Regularibus in ea existentibus, delictum fuerit commissum. *Sacra Congr. Conc.* teste R. P. D. Alex. Sperell *d. decis.* 38. *n.* 14.

3 Regularis extra claustra delinquens de mandato Ordinarij captus, remittendus est statim, etiam nemine instante, ad Superiorem. *Sacra Congr. Conc. in Panormitana* penes R.P.D Sperell. *d. decis.* 38. *n.* 15. *in fine.*

4 Regularis manens extra claustrum de licentia Superioris etiam in domo deputata ad erectionem monasterij, nisi in dicta domo sit Regularis obseruantia, vt saltim viuat sub Superiore conuentualiter, si deliquerit poterit ab Ordinario puniri. *Sacra Congr. Conc.* quam citant Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 21. *in fine.* Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum titul. de Regularib. delinquentibus num* 4. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *num.* 60.

5 Regulares Superiores qui ad præscriptum Concilij tenentur facere certiores Episcopos de punitione Regularium extra claustra delinquentium, non satisfaciunt faciendo verbo huiusmodi certiorationem, sed in scriptis facere debent. *Sacra Congr. Conc. in Lucana* 14. *Decembris* 1630. quam refert Bonfadin. *in thesauro Canon. decis. resol.* 18 *nu.* 3. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3 *disp.* 5. *quæst.* 11. *num.* 64.

6 Regularis delinquens extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum non ab Episcopo, sed à suis Superioribus punitur. *Sacra Cong Conc.* referente Galen. *in margarita casuum Conscient. verbo Parochus* 3.

7 Regulares circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram ipsam delinquentes, ab Episcopo loci tanquam ad hæc Sedis Apost. delegato, quoties & vbi opus fuerit, puniri, & corrigi possunt. *Gregorius XV. constit. sua* incip. *Inscrutabili, Non Februarij* 1622. apud Lauret. de Franchis *de controuers. inter Episcopos, & Regular. pag.* 136. *cum seqq.* Quam Constit. Lotter *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 24. *n.* 66. *&* 67. ait non intelligi de notoriis tantum delictis, & quæ sunt scandalo toti populo, quasi quod dicta Constit. debeat sumere hanc interpretationem à decreto *Concilij sess.* 25. *de Regul. cap.* 14. sed de omnibus indistinctè cum in legibus indefinita oratio æquipolleat vniuersali.

Vide alia in verbo *Episcopus quoad Regulares collect.* 297. *n.* 7. 8.

SVMMARIVM.

1 *Licentia egrediendi è Conuentu an & quando Regularibus concedenda ostenditur.*
2 *Fœminas in monasteria intromittentes Regulares quas pœnas incurrant?*
3 *Monasteria Regularia quæ sunt in fieri, vel in quæ dum fabricantur adhuc Conuentus non fuerit introductus, possunt fœminæ intrare.*
4 *Fundatrices omnes monasteriorum Ordinis Minimorum, ac singulæ dominæ de stirpe Regia possunt ea intrare.*

Regularis quoad clausuram.

Collect. DCXL.

1 REgularis nullus è Conuentu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adiungat non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sæpius. Licentiæ verò generales exeundi nulli concedantur. Contrauenientes autem pœna graui etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur, eandem etiam ianitor subeat si sciens exeundi facultatem fecerit. *Clemens VIII. in decretis pro reformat. Regul. inter eius Bullas const* 6. apud Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *c.* 16. *n.* 5.

2 Regulares, qui fœminas in monasteria intromittere, vel admittere præsumūt, etiamsi fœminæ absque prætextu licentiarum ingrediantur, incurrunt ipso facto suspensionem à Diuinis, & propterea priuationem Officiorum, & inhabilitatem ad illa, & alia imposterum obtinenda. *Pius V. const.* 20. incip. *Regularium personarum de anno* 1567. apud Scortiam *in selectas summorum Pont. Const. epit.* 95. Et Regulares, qui faciunt, aut permittunt fœminas ingredi sua monasteria prætextu facultatum à summo Pont. vel ab aliis concessarum, incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, & priuationem dignitatum, & beneficiorum, ac inhabilitatem ad illa & alia imposterum obtinenda. *Gregorius XIII. constit. sua* incip. *Vbi gratiæ Id. Iunij* 1575. Quas constitutiones citant & exponunt Coriolan. *de casibus reseruatis p.* 2. *casu* 3. *num.* 36. *cum seqq.* Suar. *de Relig. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 9. Lezana *in sum. quæst. Regular. tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 9. Ego ipse *de officio, & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 102. *num.* 86. *cum seqq.*

3 Sub hac prohibitione non comprehenduntur monasteria, seu loca eorum, quæ sunt in fieri, vel in quæ dum fabricantur, adhuc Conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solum ibi aliqui habitauerint Fratres pro fabricæ potius seruitio, quam aliter, ac proinde clausura non est talis, vt si mulieres intrarent, pœnas propterea in supradictis Constitutionibus incurrerent. *S. Congr. Conc.* sub nomine illius Cardinalis Alexandrinus Prælatis Ordinis Capuccinorum rescripsit, vt referunt Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccl. c.* 4. *n.* 8. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom.* 1. *ad const.* 6. *Iulij* 2. *n.* 9.

4 Nec per easdem Constitutiones censetur derogatum regulæ Ordinis Minimorum, qua cauetur vt singulæ dominæ de stirpe Regia procreatæ,

ac etiam

ac etiam omnes eiusdem Ordinis fundatrices, quæ locorum illius septa communiora videre postulauerint eædem honestè cum suis comitiua intrare, ac deuote visitare tolerentur. *Gregorius XIII. ex sententia Sacræ Congreg.* penes Sorb. *in compendio priuileg. verbo ingreds monasterium*, Campan. *in diuers. Iuris Canon. rub. 16. c. 16. n. 37 in fine*, Laureot. de Peytinis *de priuileg. Regular. tom. 1. constit. 6. Iulij II. à numer. 6. & in formulario lit F. c. 3. num. 3.*

Vide supr. *in verbo clausura collect* 153. *nu.* 13. *cum seqq. & in verbo monasteria collect.* 503. *num* 5.

SVMMARIVM.

1 *Propria retinere non possunt Regulares vtriusque sexus.*

2 *Possidere, vel tenere agros, annuos, redditus, aliaque bona immobilia, & mobilia superflua non licet Regularibus ex dispensatione inferiorum à Papa.*

3 *Superiorum arbitrio & præfinitioni stare debent Regulares quoad mobilium superfluitatem, & conuenientiam.*

4 *Bona immobilia, vel mobilia superflua non licet Regularibus clam vel superiore inuito comparare, aut retinere cum necessaria illis desunt, nisi sit præcisa necessitas.*

5 *Regularibus non conuenit vendere stabilia pro fabrica monasterij, vel ad effectum emendi census.*

Regularis quoad proprietatem.

COLLECT. DCXLI.

1 Regulares vtriusque sexus non possunt retinere propria, sed omnia dare debent suis Superioribus, quibus primo subueniendum est necessitatibus eorum, vel earum, quibus munera destinata fuerunt, reliquum vero conferendum in vsum monasterij. *Sacra Congreg. Conc.* testibus Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. leg. 7. de Relig num.* 18. Franch. Leone *in thesauro fori eccles. p. 2. cap. 1. num. 41.* Lezana *in summ. qu. Regul. tom. 1. cap. 6. num.* 8 Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo proprietas num.* 1. me ipso *de officio, & potest. Episcopi part. 4. alleg* 103. *num.* 5.

2 Regularibus non licet ex dispensatione inferiorum à Summo Pont. possidere vel tenere agros, annuos, redditus, aliaque bona immobilia, & mobilia superflua, non obstante decreto *Concilij sess. 25. de Regular cap.* 2. itaut non excusentur neque à culpa neque à pœna ipso facto incurrenda propter talem dispensationem, seu scientiam Superiorum possidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia superflua, neque fides aliqua adhibenda sit Superioribus asseuerantibus huiusmodi licentiam se posse concedere. *Sacra Cong. Episcop. & Regul.* referentibus Armendar. *d. l. 7. de Religion. nu.* 64. *&* 65. Lezana *dict cap. 6. num.* 14. me ipso *de allegat.* 103. *num. 5. vers. quæ quidem.*

3 Regulares quoad mobilium superfluitatem, & conuenientiam Superiorum arbitrio, præfinitioni stare debent, habita videlicet ratione personæ, officij, & regulæ, statusque paupertatis, quam professi sunt, & qualitatum, secus si de excessu arbitrij constiterit. *Sacra Congreg. Concil.* penes Armendar. *dict. leg. 7. de Religion. num.* 84. Lezanam *d. c. 6. num.* 14. *vers. quarto.*

4 Regularibus non licet cum eorum Superior etiam requisitus illis necessaria negauerit, vel subtraxerit, clam, vel inuito eo, illa comparare, vel retinere, secus si præcisa necessitas sit ad indiuidui sustentationem. *Eadem sacra Congr.* quam citat Lezana *d. c. 6. n. 14. in resp ad 6. & 7.*

5 Regularibus non conuenit vendere stabilia pro fabrica monasterij, vel ad effectum emendi census. *Sacra Congreg. Episcop & Regul. in Messanen.* & iterum *in Spoletana* 12. *Mart.* 1619. cuius meminit me citato Lezana *in sum. quæst. Regular tom. 2. cap. 19. num. 51. post. med.*

Vide in verbo *Moniales proprietaria collect* 511.

SVMMARIVM.

1 *Parochum expectare tenentur Regulares ad ordinandum processiones publicas à suis Ecclesiis principium & finem habentes.*

2 *Processionibus simul vniti incedere debent Regulares eiusdem Ordinis quando habent plura monasteria in loco*

3 *Processionibus interesse debent Regulares cum numero decenti, debito, & consueto.*

4 *Crucem discoopertam in publicis processionibus d... non possunt Regulares etiam Canonici Lateranenses.*

5 *Ordinarius Regularibus præcipere potest vt eant ad publicas processiones.*

6 *Processionibus publicis interesse compelli non debent Regulares, qui secundum eorum institutum ad strictiorem clausuram tenentur si illam obseruant.*

7 *Missas in Ecclesiis Regularium etiam exemptis, ad quas diriguntur & terminantur processiones potest Episcopus cantari facere per suos Canonicos.*

8 *Processiones facere intra vel extra claustra monasteriorum quando liceat Regularibus.*

9 *Mulieres introducere intra claustra monasteriorum in processionibus comitandis an liceat Regularibus*

Regularis quoad processiones.

COLLECT. DCXLII.

1 Regulares antequam processiones publicas, quæ in aliquo loco fiunt, inchoent, à suis Ecclesiis principium & finem habentes expectare tenentur Parochum, per quem eædem processiones ordinari etiam debent. *Sacra Congr Conc. in Spoletana*, quam refert Sellius *in selectis Canon. c.* 25. *num.* 8.

2 Regulares eiusdem Ordinis quando habent plura monasteria in loco, debent in processionibus simul vniti incedere, & præcedere aliis diuersi Ordinis, qui post primum monasterium locum obtinuerunt, licet alia sint nouissimè, & post eos fundata, quia primum monasterium acquirit anterioritatem supra alia diuersi Ordinis post ipsum fundata pro omnibus sui Ordinis postea fundandis. Regulares vero eiusdem Ordinis diuersorum monasteriorum præcedunt inter se iuxta Ordinis statuta, quæ si non adsint, iuxta anterioritatem monasteriorum; ita tamen vt à Regularibus diuersi Ordinis non interrumpantur. *Sacra Cong Rit. in Panormitana* 10. *Maij*

1598. *& in causa Minorum de obseruantia 3. Iunij 1617.* penes Sellium *d. c. 25. n. 9.*

3 Regulares tenentur accedere ad processiones cum numero decenti debito, & consueto. *Sacra Congr. Rit. in causa Castellæ, & Legionis 30. Augusti* 1602 quam refert Sellius *d. c. 25. num.* 10.

4 Regulares etiam Canonici Lateranenses in publicis processionibus non possunt deferre eorum Crucem discoopertam, sicut defert Clerus, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, sed cum velo, seu pallio appenso. *Sacra Congr. Rit. in Neapolitana 14. Ianuarij* 1617. cuius meminit Sellius *d. cap. 25 numer.* 11.

5 Regularibus potest Ordinarius præcipere vt eant ad processiones publicas, vt puta in festo Corporis Christi, in Litaniis, & Iubilæis publicis faciendis in plebibus, in quibus ipsi habent monsteria, dummodo processiones sint eius generis, quod in Bulla P. V. Mendicantibus concessa, quæ incip. Etsi Mendicantium publicata 17. Kalend. Iunij anno 1567. comprehendantur, & dummodo Regulares non sint ex illis Conuentibus Collegia nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur. *Sacra Congreg. Conc.* quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. ad Constit. 7. Pij V. num.* 25.

6 Regulares qui secundum eorum institutum ad strictiorem clausuram tenentur, si illam obseruant, ad publicas processiones accedere compelli non possunt. *Sacra Congr. Conc.* referente Ildefons. à Iesu Maria *in priuileg. Fratrum discalc. B. Mariæ de monte Carmelo n. 1 pag* 290.

7 Regulares non possunt impedire quominus Episcopus per suos Canonicos cantari faciat Missas in eorum Ecclesiis etiam exemptis, ad quas dirigantur, & terminentur processiones. *Sacra Congr. Rit. in Firmana 25. Ianuarij* 1603. penes Sellium *d. ca. 25 num.* 18.

8 Regularibus habentibus claustra non licet extra ea facere processiones, carentibus verò claustro non nisi circa ambitum hoc est prope muros Ecclesiarum, siue exeundo à ianua Ecclesiæ, & intrando per illam siue per eandem, & semper prope muros Ecclesiæ, extra vero ambitum Ecclesiarum, non nisi de licentia, & consensu, aut cum Cruce Parochiali. *S. Cong. Rit. in Lunana 15. Decembris* 1632. quam cita. Bonfid. n. *in thesauro eccl. decis. resol. 15 n. 16.*

9 Regulares cum faciunt processiones annuatim tam solemnes Rogationum, Candelarum, Palmarum de Sanctissimo Sacramento, ac alias, quam priuatas de Cruce tempore Passionis, de Rosario, de Carmine, de cingulo sancti Francisci, de corrigia sancti Augustini, & similibus, singulis mensibus per claustra suorum monasteriorum, non possunt mulieres introducere ad processionem comitandam, nisi adsit in hoc expressa licentia S. Sedis Apostolicæ *S. Cong. Rit. in Oriolen 30. Septembris* 1628. de qua Marcel. Vulpe. *in praxi iudic. fori eccl. c. 4. n. 7.*

Vide in verbo *processio collect. 605. nu. 25 cum seqq. & collect. 606. n. 6. & collect. 607. n. 8 cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares inter se præcedunt secundum Ordinem præscriptum in Bulla Gregorij XIII.*
2 *Clero seculari semper & vbique dare debent præcedentiam Regulares.*
3 *Clerus secularis etiam in propriis Ecclesiis & Conuentibus Regularium illis præcedere debet.*
4 *Clerici seculares semper præcedunt Regularibus, quamuis aliquando secus factum fuerit.*
5 *Regulares in processionibus incedunt post Confraternitates laicorum.*
6 *Præcedentiam seruant Regulares in suburbiis & territorio Romano sicut in ipsa Vrbe.*
7 *Clerum secularem in processionibus anteire debent Regulares, nec cum eo possunt mixtim incedere.*
8 *Præcedentiam prætendere non possunt Regulares super Parochum Regularem, quando inter alios Parochus præcedit in processionibus.*
9 *Clero seculari in processionibus digniorem locum cedere debent Regulares, licet Prior Regularium deferat Reliquiam.*

Regularis quoad præcedentiam.

COLLACT. DCXLIII.

1 Regulares inter se præcedunt secundum Ordinem præscriptum in Bulla Gregorij XIII. vt scilicet hi præcedant, qui prius in loco monasterium, & locum obtinuerunt. *Sacra Congr. in Vrgentina 23 Maij 1603 & in Tuscanen. 14. Iunij 1607. & in Cusintina 1. Martij, & in Terracinen. 30. Septembris* 1614 *& in Rossanen. terra noua 14. Februarij & in Agrigentina terra Nari 14. Aprilis, & in Auersana 3. Octobris 1615. & in Meliten 15. Iunij 1617. & in Liburni 21. Iulij 1618. & in Spoletana 18. Augusti eiusdem anni, & in Oristana terra Fralle 29. Septembris* 1519. quarum meminit Sellius *in selectis Canon. c. 25. num.* 15.

2 Regulares semper, & in omni loco præcedentiam dare debent Clero seculari, etiam in eorum propriis Ecclesiis. *Sacra Congr. Rit. in causa Hispaniarum 17. Nouembris 1600. & in Elboren 28. Septembris 1601. & in Tullen 12. Martij 1616. & in Firmana terra S. Victoriæ 31 Martij 1618.* quas refert Sellius *d. c. 25. nu.* 16. Vnde *Clemens VIII constit. sua* incip. *Quæ ad*
3 *mouendum die 5. Nouemb. 1603.* ex voto Eminentissimorum Cardinalium Sacrorum Rituum declarauit Clerum secularem in omnibus locis, etiam in propriis Ecclesiis, & Conuentibus Regularium quorumcunque in vniuerso Regno Castellæ, & Legionis præferendum esse, ac præcedere debere, quam Clementis Constitutionem obseruari mandat Gregorius XV. constit. sua incip. Alias à felicis die 3. Augusti 1612. commissa earum executione quibusuis locorum Ordinariorum in Regnis Hispaniarum existentibus quoties pro parte alicuius ex Clero seculari fuerint requisiti. Etiam
4 ante idem *Clemens VIII. in alia sua Constit.* incip. *Decet Romanum Pont. die 20. Februarij* 1601. ex decreto S. R. E. Cardinalium super Sacris Ritibus & Cæremoniis deputatorum declarauit Regulares tam Monachos quàm Fratres quorumcunque Ordinum etiam mendicantium in funerum associatione, processionibus, & aliis huiusmodi publicis actibus non debere Canonicos, Rectores, & Clericos seculares præcedere, neque cum eis mixtim incedere, etiamsi aliquando ex secularium indulgentia, aut humanitate seu alia forsan de causa secus factum fuerit, & quamcunque contrariam consuetudinem tanquam abusum corrigendam esse, idque indubitati iuris existere, atque ita vbique locorum in Regnis Hispaniarum perpetuò obseruari

obseruari debere mandauit. Sed cum adhuc Regulares non obtemperarent, pro parte Ecclesiarum, Presbyterorum, seu Clericorum secularium Regni Castellæ, & Legionis in Hispania, *Sacra Congreg. Rit. sub die 30. Augusti* 1602. mandauit prædicta obseruari, non obstante quacunque asserta, seu prætensa consuetudine in contrarium, refero *de Canonicis & dignit. c.* 18. *n.* 70.

5 Regulares in processionibus incedunt post Confraternitates laicorum, & post eos in digniore loco Clerus secularis. *Sacra Congr. Rit. in Messanen. 7. Augusti* 1621. penes Sellium *dict. capite* 25. *numer.* 17.

6 Regulares in Suburbiis, & territorio Romano seruant præcedentiam sicut in ipsa Vrbe *Sac. Congr. Concil. Rituum in Tusculana 2. Martij* 1613. teste Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit.* 16. *numer.* 42.

7 Regulares in processionibus debent Clerum secularem anteire, nec cum clero seculari misti incedere valent. *Sacra Cong. Rit. in causa Castella & Legionis 30. Augusti* 1602. *& in Legionen. 24. Septembris* 1605. *& in Neapolitana 7. Iulij* 1612. referente Aldano *d. lib. 2 tit.* 16. *num.* 43.

8 Regulares non possunt prætendere præcedentiam super vnum Clericum Parochum Regularem, quando inter alios Parochos præcedit in processionibus. *Sacra Congr Rit. in Asten. 23. Nouembris* apud Sellium *d. c.* 25. *num.* 18.

9 Regulares debent locum digniorem in processionibus cedere Clero seculari, licet Prior Regularium deferat in processionem Reliquiam. *Sacra Congreg Rit. in Senogallien. Montis Bodij 24. Septembris* 1605. *& 23. Ianuarij* 1610. de qua Aldan. *dict. lib. 2. tit.* 16. *num.* 44.

Vide verbu *pracedentia collect.* 590. *numer.* 17. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Monialium ad Monasteria accedere ac colloquendum cum illis non possunt Regulares sub pœnis priuationis.*

2 *Peccatum mortale incurrunt etiam Regulares alloquentes cum Monialibus contra formam decreti sacra Congr.*

3 *Equites Regular. Ordinis S. Ioannis Hierosol. peccatum mortale committunt, & in pœnas priuationis incidunt, si cum Monialibus contra formam decreti loquantur.*

4 *Regulares accedentes ad Monasteria puellarum, vel mulierum secularium loquendi causa non incidunt in pœnas decreti contra loquentes cum Monialibus.*

5 *Litteras ad Moniales mittentes non incidunt in pœnas decreti emanati contra loquentes cum Monialibus.*

6 *Monialium monasteria adeuntes Regulares an incidant in excommunicationem ab Episcopo sub edicto propositam.*

7 *Carcerari debent Regulares qui reperti fuerint cum Monialibus alloqui.*

8 *Processionaliter nunquam accedant Regulares ad ianuas monasteriorum clausura Monialium, ad Reliquias, aut alia recipienda.*

9 *Episcopus vti Sedis Apost. delegatus stante constit. de exemptorum priuilegiis potest punire Regularem accedentem ad monasteria Monialium etiam regularibus subiectarum.*

Regulares quoad locutionem cum Monialibus.

COLLECT. DCXLIV.

1 REgulares cuiuscunque Ordinis & Instituti (Superiore, cui monasterij, seu domus cura incumbit, visitatore, vel visitatoribus, Confessarioque ordinario, & extraordinario cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) non possunt absque licentia expressa Sacræ Congreg. accedere ad monasteria, seu domus quacunque Monialium vel sororum, siue sui, siue alterius cuiusuis Ordinis colloquendum, siue tractandum cum eis, sub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendis. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. 9. Maij* 1596. Referunt Sorb *in compendio Mendicant. verbo ingredi monasteria,* Quarant. *in summ. Bullarij verbo monasteria Monialium pagin.* 451. Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub. 12. cap 16. num. 43 vers Illustrissimi.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p 3. alleg* 102. *num.* 72. & illius meminere Bonacin. *de clausura quast. 3. puncto 4. numer.* 4. Antonin Diana *moral. resolut part. 1. tract* 10. *resol.* 22. Laurent. de Peyrinis *de priuil Regular tom. 2. in constit. 6. Pij V. numer.* 7. Lezana *in summ. quast. Regul. tom 1. cap. 25. num.* 37. Tamburin. *de iure Abbatissar. disp. 25 quast.* 5. Ioann. Antonin. Nouar. *in summ. Bullar tit. de clausura & accessu Regularium ad Monasteria Monialium prohibito.*

2 Regulares accedentes ad monasteria Monialium contra formam decreti Sacræ Congreg. quo huiusmodi accessus prohibetur, vltra Pœnas priuationis officiorum ac vocis actiuæ, & passiuę incurrunt etiam peccatum mortale. *Sacra Congr. Episcop & Regul. 1. Iulij* 1606. penes Laurent. de Peyrinis *ad dict constit. 6. Pij V. num.* 56. Coriolan. *de casibus reseruatis p. 2. casu 3. num.* 42. vbi *num.* 43 subdit hanc priuationem, si delictum est occultum, non teneri quem subire.

3 Regulares cuiuscunque Ordinis, Militiæ, Societatis, vel Congregationis ad monasteria Monialium etiam sui Ordinis, ad colloquendum siue tractandum cum eis sine sacræ Congreg. licentia particulari desuper edito decreto accedere prohibentur. Cui prohibitioni etiam subiacent Milites Regulares Ordinis S. Ioannis Hierosol. & præter pœnas in prædicto decreto contentas incurrunt etiam peccatum mortale, & ab huiusmodi pœnis non possunt absolui, nec rehabilitari ab aliis præterquam à Sede Apostol. aut Sacra

4 Congregatione. Quibus tamen non subiacent

5 Regulares accedentes ad Monasteria puellarum, vel mulierum secularium loquendi causa: nec etiam comprehenduntur supradicto decreto litteras ad Moniales mittentes, quamuis tam huiusmodi Religiosi quàm Moniales sint debitè corrigendi, ac puniendi à Superioribus, quibus in delinquentes huiusmodi competit iurisdictio. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. die 22. Augusti & 7. Septembris* 1605. quam refert Sellius *in selectis Canon. c. 25. num.* 19.

6 Regulares adeuntes monasteria Monialium absque Episcopi licentia, incidunt in pœnam ex-

communicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit, si Regulares habeant ex priuilegio non posse ab Episcopo excommunicari, & aliàs, sic excommunicati non possunt absolui à suis Superioribus, sed ab Episcopo, qui sibi hanc absolutionem reseruauit. *Sacra Congr Conc. die 9. Aprilis 1587.* testibus Quarant. *in sum. Bullary verbo monasterio Monialium vers. dubitari pag. 453.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 45. art. 2. in fine.* Suarez. *de Relig. tom. 4. lib. 1. tract. 8. c. 10. n. 17.* Campan. *in diuers. Iuris Canon rub. 12 c. 16. n 42. in fine.* Diana *moral resolut. p. 3. tract. 2. resol. 03.* Laurent. de Peyrinis *ad dict. const. 6. Pij V. num. 37.* Tamburin. *de iure Abbatiss. disp. 25. q. 9.* Lezana *in sum. q. Regul. tom. 1. c. 25. num 35 & tom 3. verbo Exemptio Regul. n. 11. post med.*

7 Regulares cuiuscunque Ordinis, aut Congregationis existant, quotiescunque absque sacræ Congregationis licentia Moniales alloqui reperti fuerint, carcerati debent, eorumque Superioribus iuxta Sac. Congregationis decretum puniendi consignentur, qui Superiores deinde sacram Congregationem, ac Ordinarium de executione certiores reddant. *Sacra Congr. Conc. in Fauentina 7. Mart. 1617.* quam citat Sellius *d. c. 25. num. 12.*

8 Regulares ad ianuas monasteriorum clausuræ Monialium processionaliter ad Reliquias & alia recipienda nunquam accedant, eædemque ianuæ perpetuò, necessitatibus exceptis, clausæ permaneant. *eadem sacra Congr. in d. Fauentina.*

9 Regularis absque legitima licentia accedens ad monasteria Monialium etiam Regularibus subiectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens, potest stante constitutione felicis record. Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis, à diœcesano Episcopo tanquam Sedis Apost. delegato coërceri, & puniri. *S. Congr. super dicta constit inter decreta impressa de anno 1624.* quam adducunt Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum tit. de clausura & accessu Regul. n. 8.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg Regul. tom. 3 in additam. c. 15. num. 1.*

Vide supra in verbo *Moniales alloquendi prohibitio collect. 513.*

SVMMARIVM.

1 *Parochis inconsultis possunt Regulares extra claustra decedentes ad eorum Ecclesias deferri.*

2 *Ius sepulturæ non debetur Parocho si Regulares extra claustra decedentes ad eorum Ecclesias eo inconsulto deferantur.*

3 *Corpus defuncti Magistri, aut alterius superioris Religiosi cum moritur non potest portari per ciuitatem absque Parochi interuentu.*

4 *Parocho defuncti proprio prius vocato & expectato, non licet Regularibus cuiuscunque consuetudinis prætextu Parochiam processionaliter intrare ad leuanda defunctorum funera.*

5 *Cadauera irrequisito proprio Parocho non licet Regularibus de domo leuare.*

6 *Regulares vocati ad sepeliendum mortuos etiam in suis Ecclesiis, debent accedere ad eas, è quibus cadauera amouentur, & inde cum Clero seculari discedere.*

7 *Regulares vocati ad funus non debent expectare per viam, aut ire ad domum defuncti.*

8 *Cadauer vbi in aliqua Ecclesia deponi contingat ad eandem Ecclesiam conuenire debent Regulares.*

9 *Corpus defuncti in eius domo & per viam benedicere non debent Regulares antequam intus eorum Ecclesias collocetur.*

10 *Paruulorum corpora an sepelire possint Regulares.*

11 *Tertiarios collegialiter viuentes absque Parochi interuentu in eorum Ecclesiis sepelire possunt Regulares.*

Regulares quoad suam & aliorum sepulturam.

COLLECT. DCXLV.

1 Regulares extra claustra decedentes possunt ad eorum Ecclesias deferri, etiam Parochis inconsultis. *Sacra Congr. Conc. die 2 Iuly 1602* quam referunt Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom. 2. constit 7. Pij V. num. 10* Lezana *in summa quæst. Regular. tom. 1. cap. 12. n. 41. vers. ad 10.*

2 Regularibus extra claustra decedentibus prohiberi non possunt ad eorum Ecclesias deferri Parochis inconsultis sub prætextu quod debeant prius ius sepulturæ soluere, qui ab huiusmodi prætensione Parochi abstinere debent. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Puteolana 22. Maij 165.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi capite 26 numero 68.*

3 Regularium Superior, aut Magister, vel Cathedraticus cum moritur, non possunt Religiosi corpus illius portare per ciuitatem, per plateas, & alias Parochias cum musica, & ritibus extraordinariis sine interuentu Parochi. *Sacra Congr. Conc. in Bononien. 2 Iuly 1620.* penes Lezanam *d. c. 12. num. 41 vers. ad vndecimum.*

4 Regularibus quorumcunque Ordinum, & Congregationum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium nullo modo licet etiam specialis alicuius consuetudinis prætextu Parochias cum Cruce processionaliter, aut aliàs ad efferenda & leuanda defunctorum funera intrare, vel illa leuare, & efferre, nisi vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem præsente, si tamen ipsi aliter fieri non consentiat, & permittat, vel nisi requisitus venire expresè omnino recuset. *Sacra Congreg Episcop. & Regul. 12. Ianuarij 1604.* quam refert Ioan Anton. Nouar. *in summ. Bullary tit de officio super cadauera defunctorum ad Ecclesiam Mendicantium delatorum faciendo sub num. 4.*

5 Regularibus non licet leuare de domo cadauera irrequisito proprio Parocho. *Sacra Congreg. Rit. in Thelesina 18 augusti 1629.* de qua memini *d. cap. 26. num. 66.*

6 Regulares vocati ad sepeliendum mortuos, etiam in eorum propria Ecclesia, debent accedere ad Ecclesias, è quibus cadauera amouentur, & inde cum Clero seculari discedere, non autem expectare extra ianuam Ecclesiæ, & aliis se postea associare. *Sacra Cong. Episcop. & Regul. in Vigleuanen. 13. Nouembris 1600.* penes me *d. c. 26. n. 64.*

7 Regulares vocati ad funus conuenire debent in Parochiali, aut in alia Ecclesia iuxta loci consuetudinem, & nullo modo expectare per vias, aut ire ad domum defuncti. *Sacra Congreg. Rit. in Limana 15. Decembris 1632.* apud me *d. c. 26. nu. 64. in fine.*

8 Regulares ad aliquod funus vocati debent ad Parochialem Ecclesiam accedere, & exinde cum Parocho ad domum, ex qua cadauer extrahendum

bendũ eſt, cõferre; caſu autem quo dictum cadauer in aliqua Eccleſia deponi contingat, ad eãdem Eccleſiam, vbi depoſitum erit, conuenire debent. *Sacra Congr. Rit. in Senogallien. 26. Auguſti 1618.* de qua Ego Ipſe *d.c.26 num.65.*

9 Regulares non debeot benedicere corpus defuncti in eius domo, & per viam, licet ad eorum Eccleſiam pro ſepultura deferendum ſit, nec aliquod officium ſuper illud facere, antequam intùs eorum Eccleſiam collocetur, ſed hoc partinet ad Curatum, in cuius Parochia deceſſit. In Eccleſia verò propria, in qua corpus ſepelitur, debent ipſi officium facere. *Sacra Congr. Conc. in Squillacen. 18. Nouembris 1606. & in Catanien. ciuitatis Platiæ 12. Octobris 1619.* quas refert Sellius *in ſelectis Canon. cap. 27 num. 25.* Sed ſi Parochus eſt in quaſi poſſeſſiõne faciendi officium intra eorum Eccleſias, manutenendus eſt. *eadẽ S. Cong in Rauennaten. 28 & 31. Auguſti 1615.* quam citat Sellius *d. cap. 27. numero 50.*

10 Regulares non prohibentur ſepelire corpora paruulorum, ſi adeſt in eorum Eccleſia ſepulchrũ Maiorum, vel concurrente conſuetudine ab eorum patribus eſt electa ſepultura: debent autem habere cœmeterium ſeparatũ pro ſepultura paruulorum. *Sacra Congreg Rit. in ciuitatis Caſtellanæ 11. Decembr.* 1620. teſte Sellio *d. c. 27. num. 54.* ſepel.re

11 Regulares puſſunt in eorum Eccleſiis ſepeliri abſque Parochi interuentu Tertiarios coitaores, tet viuentes, aut cum clauſtralibus habitantes necnon mulieres virginalem, ſeu cælibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes. Quod ſi Tertiarij, vel Tertiariæ his careant qualitatibus non ſunt ſepeliendi in Eccleſia Regularium, niſi ipſi dum vixerint in ea elegerint ſepulturam, & tunc Parochus etiam eſt adhibendus. *Sacra Congr. Rit. in Spoletana terra de Viſſo 20. Iunij & in Nepeſina 11. Decembris. 155.* referente Lezana *in ſum q. Regul. tom. 1. c. 24. nu. 33.* & metipſo *d c. 26. num 69.*

Vide in verbo *defunctis collect. 245. num. 7. & 12. cum ſeqq. & verbo Officium defunctorum collect. 533. & verbo Parochus quoad funeralia collect. 557. num. 4. 6. 7. 10. & 11.*

Regularium bonorum alienatio prohibita, vide *infra collect. 690. num 6. & 7.*

Regularis Epiſcopus, vide in verbo *Epiſcopus Regularis collect. 184.*

Regularis quoad tranſlationem ad aliam Religionem, vide in verbo *Tranſitus Religioſus collect. 705.*

Regulare beneficium, vide *Beneficium Regulare collect. 65.*

Regularium Eccleſias & loca quando poſſit viſitare Epiſcopus, vide in verbu *viſitare collect. 727.*

SVMMARIVM.

1 *Sanctorum Reliquiæ veneranda.*
2 *Sanctorum Reliquiæ non ſunt recipiendæ antequam ab Epiſcopis approbatæ fuerint.*
3 *Reliquiæ antiquæ habendæ ſunt in ea veneratione, qua hactenus fuerunt.*
4 *Reliquiæ in Altari locandæ debent eſſe Sanctorum ab Eccleſia approbatorum.*
5 *Reliquia nullius eſt in bonis.*
6 *Donari poteſt alicui Eccleſiæ Reliquia modica iam facta alienabilis.*
7 *Alienari Reliquia non poteſt ſine beneplacito Sedis Apoſt.*
8 *Prior Conuentus in proceſsionibus Reliquiam deferre debet.*
9 *Clauis vna Reliquiarum Sanctorum Patronorum ciuitatis concedi poteſt Magiſtratui ſeculari eiuſdem ciuitatis.*
10 *Incenſandæ non ſunt Reliquiæ niſi cum incenſantur oblata.*
11 *Monialium in Monaſteriis non ſunt aſſeruandæ Reliquiæ, ſed in exterioribus Eccleſiis.*
12 *Inſignis Reliquia quæ dicatur? oſtenditur.*
13 *Officium de Sancto vt celebrari poſſit, debet de eo ibi eſſe Reliquia inſignis.*

Reliquiæ Sanctorum.

COLLECT. DCXLVI.

1 Reliquiæ Sanctorum venerandæ ſunt. *Gregorius XIII conſtit. 33. incipien. Sanctiſſimus de anno* 1575 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom 2. pag 400.* Plura circa venerationem adhibendam Sanctorum Reliquiis congerit nouiſſimè Anton. Ricciul. *eccleſiaſt. lucubrat lib. primo capite 16. & ſeqq.*

2 Reliquiæ Sanctorum recipiendæ non ſunt antequam ab Epiſcopis recognitæ, & approbatæ fuerint. *Sixtus V. conſtit. 58. §. 5.* Incipien. *Dominus, Idib. Nouembris* 1588. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 644.

3 Reliquiæ antiquæ habendæ ſunt in eã veneratione, qua hactenus fuerunt. *Sacra Congr. Conc.* teſte Bonacina *in 1. Decalogi præceptum diſp. 3. q. 1. puncto 4 num. 4. verſ dixi*, quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg 97. num. 13.*

4 Reliquiæ in Altari locandæ debet eſſe Sanctorum ab Eccleſia approbatorum. *Sacra Congreg. Epiſcop. & Regul.* quam citant Gauant. *in manuali Epiſcop. verbo Altare num. 12.* Lezana *in ſum. q. Regul. tom. 3. verbo Altare n. 6.*

5 Reliquia nullius eſt in bonis. *Sacra Congreg. Rit. in Senogallien montis Bodij 23. Ianuarij* 1610. quam refert Sellius *in ſelectis Canon c. 58. n 2.*

6 Reliquia modica iam facta alienabilis, alicui Eccleſiæ, vel Oratorio donari poteſt. *Sacra Congreg. Rit. in Aſten. 8. Iulij 1602.* referente Sellio *d. c 58. num.*

7 3. Alias enim non poſſet alienari ſine beneplacito Sedis Apoſt. vt reſoluunt Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap. 56. in addit. nu. 4.* Carol. Maranta *conſ. 3. p. 2.* nouiſſimè Ricciul. *eccleſiaſt. lucub lib. 1. c. 44. n. 1.*

8 Reliquiam deferre in proceſſionibus pertinet ad Priorem Conuentus, vnde Reliquia ſumitur, ſed Regulares debent in proceſſione cedere digniorem locum clero ſeculari. *Sacra Congr. Rit. in d. Senogallien montis Bodij 24. Septembris 1605. & 19. Aprilis 1608. & 23. Ianuarij 1610.* quarum meminit Ricciul. *d. lib. 1. c. 42. in fine.*

9 Reliquiarum Sanctorum Patronorum ciuitatis clauis vna concedi poteſt Magiſtratui ſeculari eiuſdem ciuitatis. *Sacra Congr Rit. in Letteren. 8. Maij* 1604 penes Sellium *d. c. 58. num. 3.*

10 Reliquiæ non ſunt incenſandæ niſi cum incenſantur oblata. *Sacra Congr. Rit. in Lucanã 20. Aprilis* 1602. de qua Sellius *d. c. 58 num. 5.*

11 Reliquiæ non in monaſteriis Monialium, ſed

in exterioribus Ecclesiis asseruari debent, vt de locis decentibus prouideantur. *Sacra Congr. Episcop. & Regular in Fauentina 7. Martij* 1617. teste Sellio *d. c. 58 num. 6.*

11 Reliquia insignis dicitur Corpus, Caput, brachium, crus, & ea pars, non parua tamen, in qua Sanctus passus fuit martyrium. *Sacra Cong. Rit. die 8. Aprilis* 1628. de qua meminit Ricciul. *d. lib. 1. c. 36. num. 1.*

12 Reliquia Sancti ad hoc vt de eo possit celebrari Officium, debet esse insignis, videlicet Corpus integrum, caput, &c. & sic ex Sanctis approbatis, & positis in Martyrologio. Et tunc celebrari debet tantùm in Ecclesia vbi est Reliquia, seruatis rubricis Breuiarij: & si talis Ecclesia sit Cathedralis, non propterea aliæ Ecclesiæ debent se in hoc conformare cum alia. *Sacra Congr. Rit. in Calagurritana 1. Septembris* 1611. *& in causa Vrbis Theatinorum 3. Iunij* 1617 *& in Conchen 12. Martij* 1618. apud Sellium *dict. c. 58. num. 7.* Si verò Reliquia non sit insignis, non licet, nec est alterandum Officium, sed recitandum prout in Breuiario Romano. *Eadem Sacra Congr. Rit. in Viterbien. 1. Septembris* 1612. referente Sellio *d. c. 58 num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Donationes ante habitus susceptionem etiam animo Religionem ingrediendi factas non comprehendit decretum* Concilij sess. 25. cap. 16. de Regular.

2 *Nouitius excedens annum 16. inualidè renuntiat sine solemnitate Concilij sess. 25. cap. 16 de renunciat.*

3 *Nouitius etiam ante 16 annum expletum potest validè renuntiare dummodò id faciat per duos menses ante renuntiationem.*

4 *Monialis nouitia inualidè renuntiat per diem ante duos menses præfixos à Concilio.*

5 *Nouitij Societatis Iesu validè renuntiant sine licentia Episcopi.*

6 *Nouitius inualidè renunciat per duos menses ante professionem sine licentia Episcopi seu eius Vicarij.*

7 *Nouitius si renuntiationem suorum bonorum faciat, & postea inualidè profiteatur, si professio nulla declaretur, renuntiatio huiusmodi sustinere non potest.*

Renuntiatio Nouitij.

COLLECT. DCXLVII.

1 RENunciationem, vel donationem ante habitus susceptionem, etiam animo, & proposito Religionem ingrediendi factam non comprehendit decretum *Concilij sess. 25. Cap. 16. de Regul. Sacra Congr. Conc.* testibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. leg. 7. de Religion. nu.* 20. *& 25* Alexand. Pereg. *in suas Constitut. p. 2. cap. 1. lit. G. §. 2. vers. quinto ita declarauit.* Laurent. de Peyrinis *de Priuileg. Regular. tom. 1. in constit. 2. Sixti IV. num.* 73 *pag.* 30. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad religionis statum nouitiis disp. 8. dub. 8. num. 4 in fine*, quos & alios refero *de Officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 99. num. 17.*

2 Renunciatio à Nouitio excedente ætatem 16. annorum facta absque solemnitate decreti Concilij Trid. citato loco, est inualida, itaut Concilium locum habeat etiam in iis, qui excedunt annum decimum sextum. *Sacra Cong. Conc. die 15. Ianuarij* 1601. referentibus Molfes. *ad. consuet. Neapolit. tit. de renunciat. q. 16. num. 31. cum seqq.* Armendar. *dict. leg. 7. de Relig. num. 36.* Barthol. de Vecchis *dict. disp. 8 dub. 8. n. 1.* quos citaui *d. alleg. 99. numer. 08. vers. contrarium.*

3 Renuntiatio à nouitio facta per duos menses ante professionem tenet, licet ante expletum decimum sextum annum. *Sacra Congr. Conc.* penes Armendar. *d. l. 7. Religion n. 12.*

4 Renuntiatione facta à Moniali per diem ante duos menses præfixos à Concilio Trid. non valet, quia contra formam Concilij. *Sacra Congr. Conc. 21. Ianuarij* 1617. apud Tamburin. *de iure Abbatiss. disp. 4. quæst. 10. numer.* 10. quem refero *d. alleg. 99. sub num. 11.*

5 Renunciatio facta ad fauorem Patrum Societatis Iesu per Nouitium inter Patres dictæ Societatis, est valida, non obstante quod non fuerit facta cum licentia Episcopi. *Sacra Congr. Conc. in Neapolitana 20. Martij* 1621. quam refert Sellius *in select. Canon. c. 19 num. 15.*

6 Renuntiatio à nouitio per duos menses ante professionem facta sine licentia Episcopi seu eius Vicarij, est ipso iure nulla. *Sacra Congr. Conc.* de qua Rota *in Romana fideicommissi 15. Nouembris* 1624. coram *bonæ mem. Pirouano.*

7 Renuntiatio facta per eum, qui nulliter emisit professionem, si postea cognita inualiditate iterum validè professus sit, declarans nolle denuo bonis renuntiare, quatenus prior renuntiatio non sustineatur, est nulla *Sacra Congreg. Conc. die 3. Decembris* 1632. cuius meminit Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 22. num. 3.* per doctrinam Molfesij *in summ. moral. tom. 1. tr. 1. 6. de renunciat. num. 28.* & Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 5. n. 56.*

Reseruatarius pensionis, vide in verbo *Pensio collect. 569. num. 6.*

Reseruatio.

COLLECT. DCXLVIII.

1 REseruatio de aliquibus bonis, quam facit sibi Miles Hierosolymitanus in renuntiatione facta bonorum ante professionem, sub prætextu vt de reseruatis testari possit, non sustinetur. *Sacra Congr. Conc. in Neapolitana 5. Iulij* 1628. teste Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 5.*

2 Renuntiatione testandi de patrimonio suo facta in actu emittendæ professionis, adhuc illa sic emissa, nisi aliud obstiterit, valida est. *Sacra Congreg. Conc. die 14. Decembris* 1613. referente Aldano *d. tit. 8 num. 6.* metipso *de Iure eccles. vniu. lib. 1. c. 42. n.* 207. *& in votis decisiuis Canon. voto.*

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum residentium priuilegia, & non residentium pænæ*

2 *Rectores in suis Parochialib. quatenus residere teneantur.*

3 *Parochialis & fructuũ possessionem habens tenetur residere, quamuis in limine adepta possessionis mota lis fuerit in petitorio.*

4 *Curam animarum iurisdictionalem habens tenetur residere.*

5 Baptisma

5 *Baptismalem Ecclesiam obtinens tenetur residere.*
6 *Parochus duarum Ecclesiarum perpetuo inuicem & aequè principaliter vnitarum, potest in earum vna sibi bene visa residere.*
7 *Parochi in domibus Parochialium Ecclesiarum residere debent.*
8 *Distributiones quotidianas licet quis amittere velit, nihilominus à residentia non excusatur.*
9 *Collegiatarum Ecclesiarum Canonici in quibus casibus residere non teneantur?*
10 *Canonicus seu dignitas habens accessoriè vnitam Parochialem, ad aliquam residentiam in ea faciendam non obligatur.*

Residere.

Collect. DCXLIX.

1 RESidentium Episcoporum priuilegia, & non residentium pœnæ quæ? *Pius IV. constit.* 10. *incip. De salute pridie Non. Septembris* 1560. & *constit.* 91. *incip In suprema 7 Kalend. Decembris* 1564. de quib. Scottia *in selectas summorum Pont. Const. epit.* 73. Vrbanus *VIII in constit. sua inci. Sancta Synodus* 10. *Decembris* 1634. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *in appendice pag.* 46. & penes me *de officio, & potest. Episcopi part* 3. *alleg.* 53 *sub nu.* 21. *in vlt. impress.* plura supra in verbo *Episc. circa residentiam coll.* 283.

2 Residere in suis Parochialibus quatenus teneantur illarum Rectores, *Pius V. constit.* 65. *inci. Cupientes* 8. *Id. Iuly* 1568. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom.* 2. *pag....* & de illius materia Scottia *in selectas summorum Pont. Constitut. epit.* 102. Ioan. Anton. Nouar. *in sum. Bullarum* tit *de residentia Canonic. & Parochorum super Bulla Pij V.* Vide latè *in verb. Parochus quoad residentiam collect.* 358.

3 Residere tenetur obtinens Ecclesiam parochialem per prouisionem Apost. & habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuũ, & prouentuum ad dictam Ecclesiam pertinentiũ possessionem, licèt in limine adeptæ possessionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in petitorio. *Sacra Congreg. Conc.* referente Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori eccles. resol.* 593. *num.* 5.

4 Residere tenetur habens beneficium, quod curam animarum iurisdictionalem habet. *Sacra Cong. Conc.* teste Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra lib.* 2. *tit.* 23. §. 2. *sub rub. sed an Parochi debeant residere num.* 173.

5 Residere tenetur ad minus tanquam coadiutor obtinens baptismalem Ecclesiam, cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & existentes sub cura Archipresbyteri. *Sac. Cong Conc.* referente Armendar. *d. loco n.* 178.

6 Residere potest Parochus in vna sibi bene visa ex duabus Parochialibus perpetuò inuicem, & æquè principaliter vnitis, itaut vna non sit dignior, nec principalior altera. *Sacra Congreg. Conc.* de qua meminere Nico. Gar. *de benef part* 3. *c.* 2. *n* 179. *in* 16. *declarat.* Armendar. *d. tit. sed an Parochi debeant residere num.* 144.

7 Residere debent Parochi in domo Ipsarum Ecclesiarum Parochialium: si verò Parochiales huiusmodi non habeant domos, tunc in alia domo, quæ sit intra limites Parochiæ, aut saltim ita vicina Parochiali Ecclesiæ, vt inde cõmodè possint per se ipsos ei inseruire, *Sacra Congreg. Conc.* penes Zerol. *in praxi Episcop. part* 1 *verbo Parochus* §. 4. Nicol. Garc. *d. part.* 3. *c.* 2. *n.* 179. *in declar.* 11. Armendar. *d. loco num.* 149.

8 Residere nullus excusatur licèt distributiones quotidianas amittere velit. *S. Cong Conc* apud Nicol. Garc. *d part.* 3. *c.* 2 *nu.* 325. *declar.* 29 Armendar. *d. lib.* 2. *tit.* 23. *in rub an Canonici debeant residere n.* 41.

9 Residere tenentur prouisi de Canonicatibus in Collegiatis Ecclesiis præterquam in duobus casibus: primò quando Collegiata sit ruralis, & propter ruinam amplius in ea non resideatur ex consuetudine, secundò quando redditus sunt ita tenues quod non sufficiant ad sustentationem victus, & adsit consuetudo immemorabilis non residendi. *Sacra Cong. Conc.* penes. Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib* 1. *tit.* 41. *num.* 10.

10 Residere debens in Ecclesia in qua habet dignitatem, seu Canonicatum, non obligatur ad aliquam residentiam in Parochiali accessoriè & in perpetuum vnita dignitati, vel Canonicatui, *Sacra Congr. Conc* de qua meminere Nicol. Garc. *d. p.* 3. *ca.* 2 *n* 179. *in* 12. *declar.* Armendar *d. lib.* 2. *tit.* 23 *leg.* 2. §. 2. *rub. Sed an Parochi debeant residere n.* 138.

Vide *in verbo absens collect.* 8. & *in verbo Canonici absentes, & non residentes collect.* 171. & *in verbo distributiones quotidiana collect* 158 & *in verbo Episcopus circa residentiam collect.* 283 & *in verbo Parochus quoad residentiam collect.* 358.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum resignatio quibus casibus permissa.*
2 *Beneficiorum resignationes, & iurium cessiones publicanda.*
3 *Beneficij resignatio, & permutatio facta ab illo, ad cuius titulum fuit ordinatus, non facta mentione dicta qualuam, est ipso iure nulla.*
4 *Beneficium resignans pro forma requiritur vt faciat mentionem se ad titulum illius fuisse promotum.*
5 *Ordinarius admittens resignationem beneficij ad cuius tituli resignans fuerat ordinatus, tenetur illi de proprio prouidere, & beneficium vacat Sede Apost.*
6 *Præsentare ad beneficium à se resignatum potest eiusdem patronus, quem voluerit, & Ordinarius debebit instituere.*
7 *Resignatio de beneficio facta ab eo quem Ordinarius postea priuauit, valida est.*
8 *Priuationes non prohibet* Concil. sess. 21. de reform. cap. 2 *sed voluntarias resignationes.*
9 *Reciproca resignationes post Concil. in fauorem filiorum facienda comprehenduntur sub illius decreto* sess. 25. cap. 15 de reform.
10 *Parochialis Ecclesia resignatio admittitur per datariam ad fauorem Canonici sancti Georgij in Alga.*

Resignans. Resignatio.

Collect. DCL.

1 REsignatio beneficiorum quibus casibus permissa. *Pius V. constit.* 58. *incip. Quanta Kalend. Aprilis* 1568. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag* 253. de qua dixi sub *verbo Beneficium collect.* 61. *n.* 13. *cum seqq.*

2 Resignationes beneficiorum, & iurium cessi-

ones publicandæ ſunt intra ſex menſes ſi beneficia ſint citra montes, ſi vltra intra nouem; & forma publicandi has reſignationes in ſpecie ſeruanda eſt, nec impletur per æquipollens. *Gregorius XIII. conſtit.85.* incip. *Humano Non. Ianuarij* 1584. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 2. *pag.* 469. De quo infra in verbo *publicatio collect.* 649.

3 Reſignatio & permutatio beneficij facta ab illo, ad cuius titulum fuit ordinatus, non facta mentione dictæ qualitatis, videlicet quod fuerit ad illius titulum ordinatus, eſt ipſo iure nulla, cum diſpoſitio c. 2. ſeſſ. 21. de reform. non poſſit per æquipollens adimpleri. *Sacra Congr. Conc.* teſte Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloſ.* 5 §. 10. *n* 35.

4 Reſignans beneficium vt teneatur facere mentionem ſe ad titulum illius fuiſſe promotum pro forma traditum eſt in Concilio *ſeſſ.* 21. *c.* 2 *de reform.* ſtante clauſula annullatiua, & quod Concilium negatiuè loquitur, Iaſ. *in l. quod ſi nominatim* 1. *ff. de liber. & poſthum.* Felin. *in cap. cum dilecta, de reſcript.* quo ſtante per æquipollens non poteſt adimpleri. *Sacra Congreg. Conc.* referente Nicol. Garcia *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 4, 8. & *p* 2. *c.* 5. *num.* 193.

5 Reſignationem beneficij, ad quod reſignans ordinatus erat, admittens Ordinarius non habens facultatem admittendi reſignationes ſibi à Pio V. in certis caſibus ſublatam, beneficium huiuſmodi vacat Sedi Apoſt. ſed Ordinarius illi de proprio prouidere tenetur. *Sacra Congreg. Conc* penes Nicol. Garc. *d p.* 1. *c.* 5. *n.* 218.

6 Reſignans beneficium de iurepatronatus, qui eſt patronus eiuſdem beneficij, poteſt præſentare quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarius inſtituere, non obſtante diſpoſitione Conſtitutionis Pij V. de non admittendis reſignationibus per Ordinarium, §. caueant autem. *Sacra Congr. Conc in Viterbien.* 18 *Martij* 1628. quam refert Sellius *in ſelectu Canon. cap.* 43. *numero ſecundo* Et vide ſupra in *verbo beneficium in collect.* 66. *numer.* 2.

7 Reſignatio Eccleſiæ Parochialis, ſi verè fuit Romæ expedita, antequam Ordinarius reſignantem titulo dictæ Parochialis priuaret, eadem reſignatio debet ſuum effectum ſortiri, nec Ordinarius poteſt eam infringere. *Sacra Congreg Conc.* referente Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 299.

8 Reſignationes voluntarias prohibet *Concilium Trid ſeſſ* 21. *de reform. capite ſecundo* ſed non priuationes. *Sacra Congr. Concil.* teſtibus Nicol. Garcia *d.* *lib. p.* 2. *capite* 5. *numer.* 220. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. ſecundo tit.* 8. *leg. prima de patrim n.* 24. quos refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 1. *alleg.* 19. *num* 45.

9 Reſignationes reciprocæ poſt Concilium Tridentinum in fauorem filiorum faciendæ comprehenduntur ſub illius decreto ſeſſ. 25. capite 15. de reform. *Sacra Congreg. Concil.* cuius meminit Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 19. *l.* 1. *de filiis Presbyter. num.* 5.

10 Reſignatio Eccleſiæ Parochialis ſecularis admittitur per Datariam ad fauorem Canonici ſancti Georgij in Alga. *Sacra Congr. Conc. in Veronen.* 27. *Nouembris* 1619. quam citat Bonfadin. *in theſauro eccleſ. deciſ. reſol.* 48. *num.* 2.

Reſtitutio.

Collect. DCLI.

1 Reſtitutio in integrum conceſſa fuit per Sacram Congregat. Concilij aduerſus lapſum quinquennij Moniali Colimbrienſi prætendenti ſe per vim & metum parentum ingreſſam monaſterium, & profeſſionem emiſiſſe, de quo reclamauit intra quinquennium apud conſanguineos, & alios examinatos, & mortuis parentibus poſt quinquennium apud Collectorem Portugaliæ, & quod profeſſio fuerit facta in decimoquarto ſuæ ætatis anno. *Eadē Sacra Congr. Conc. in Colimbrien.* 17. *Aprilis* 1630. cuius memini *in collect. ad Tridentinum ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 19. *num.* 20.

Reuelare.

Collect. DCLII.

1 Reuelare tenentur ſcientes, itaut non eximantur ab excommunicatione comminata in litteris monitorialibus Apoſtolicis quando veritas haberi aliter non poteſt, nec attenditur excuſatio reſpectu affinitatis in hoc caſu. *Sacra Congr Conc in Fulginaten.* 24. *Decembris* 1630. teſte Sellio *in ſelectu Canon cap.* 10. *num.* 16. quem refero *in collect. ad Tridentinum ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Armeniorum Regis coronatio.*
2 *Bulgarorum Rex Caloioannes creatur ab Innocentio III.*
3 *Bohemia Regem, Regem vocari iuſſit Innoc. III.*
4 *Aragonum Regis coronatio.*
5 *Hiſpaniarum Rex eſt magnus Magiſter Ordinum Militarium Hiſpania.*
6 *Indiarum Orientalium, & Occidentalium diuiſio inter Reges Portugaliæ, & Caſtella.*
7 *Galliarum Regum auctoritas & poteſtas circa præſentationes ad Eccleſias Cathedrales, & collationem beneficiorum.*
8 *Franciſcus Galliarum Rex filialem obedientiam perſonaliter præſtitit Leoni X.*
9 *Militiam B. Mariæ de monte Carmelo inſtituit Rex Galliarum.*
10 *Magiſter magnus & perpetuus adminiſtrator Militia S. Spiritus eſt Rex Galliarum.*

Rex.

Collect. DCLIII.

1 Regis Armeniorum coronationem approbauit. *Innocentius III. conſtit.* 4. incip. *In eccleſiam* 8. *Kalend. Decembris* 1199. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 37

Rex Coloioannes Bulgarorum, & Blacchorum creatur Rex ab eodem Innocentio III. *conſtit.* 5. incip. *Rex Regum* 6. *Kalend. Martij* 1203. apud Laert. Cherub. *d. tom.* 1. *pag.* 3.

2 Regem Bohemiæ, Regem vocari iuſſit *Innocentius III. conſtit.* 6. incip. *licet* 13. *Kalend. Maij* 1204. apud

apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag.* 38.

4 Regis Aragonum coronatio Romæ facta ab *Innocentio III. constit.* 8. incip. *Cum quando* 15. *Kalend. Iulij* 1206. apud. Laert. Cherub. *tom.* 1 *pag.* 40.

5 Rex Castellæ est magnus Magister Militiarum S. Iacobi de Spatha, & de Alcantara, & de Calatraua. *Adrianus VI. constit.* 1. incip. *Dum intra* 4. *Non. Maij* 1522. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag* 252. Vide supra in verbo *Administratio collect.* 12 *n.* 1.

6 Regibus Catholicis Ferdinando & Elisabethæ, ac eorum in Regnis Castellæ, & Legionis hæredibus, & successoribus Alexander VI. omnes Insulas & terras firmas versus Occidentem & Meridiem consque ipsorum cura & expensis detectas, & inposterum detegendas, auctoritate omnipotentis Dei sibi in B. Petro concessa, & Vicariatus Iesu Christi, qua in terris fungebatur, Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine in perpetuum pleno iure donauit, concessit, & assignauit, ita tamen vt linea quædam à Polo arctico, ad antarcticum duceretur, quæ centum leucia versus Occidentem, & Meridiem à Gorgonum, siue Hesperidum insulis, quæ vulgo vocantur de los *Acores* & de *Caba verde* distaret, & pars Orbis. quæ in Oceano ad Occidentem solem iaceret, ea Catholicis Regibus cederet, quæ verò ad Orientem spectaret iuris Regum Lusitaniæ censeratur, ne occasione huius nouæ gratiæ præiudicium aliquod fieret aliis sibi prius circa Indiæ Orientalis nauigationem & conquisitionem indultis, *vt in sua Constit.* 2. incip. *Inter cætera* 4. *Non. Maij* 1493. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1 *pag.* 392. & apud Ioann. de Solorzano *de Iure Indiarum tom* 1. *lib.* 2. *cap.* 24 *numer.* 16. & de ea meminere Petr. Mathæ. *in addit. ad lib.* 7. *Decretal. lib.* 1. *tit.* 9. *pag* 74. *& in summ. Constitutionum Pont. pag* 152. Hieron. Osor. *de rebus Emmanuelis lib.* 11. Maphæ. *in historia India Oriental. lib.* 1. *pag.* 5. *&* 18. Petr. Martyr. *in sua decad noui Orbis decad.* 1. Ioann Boter. *in cosmograph. p* 2 *lib.* 4 *pag.* 184. *& p.* 4. *lib.* 2. *pag.* 49. Fr. Anton. de san Roman *lib* 1. *histor. Oriental cap.* 6. *& lib.* 3 *cap.* 13. Bossi. *de signis Eccles. Dei lib* 17. *cap* 4. *pag.* 212 *& de Italia statu lib.* 3. *cap.* 5. *pag* 342. Matta *de Iurisd p* 1. *cap* 24. *num.* 32. Molin. *de iustit. tract* 2 *disp.* 102. Rebell. *de obligat. Iustit. p.* 2. *lib.* 18. *quæstion.* 23. *sect.* 1. *numer.* 7. Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.* 47. Seraphin. de Freytas *de Imperio Asiatico cap.* 7. *ex num* 1.

7 Rex Galliarum quæ possit circa collationem beneficiorum Ecclesiasticorum, & præsentationes ad Ecclesias Cathedrales, Metropolitanas, monasteria, & Prioratus Conuentuales Vigore concordatorum. *Leo X constit.* 20. incip. *Pastor.* 14. *Kalend. Ianuarij* 1516. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 499.

8 Rex Galliarum Franciscus filialem obedientiam personaliter præstitit Leoni X. in ciuitate Bononiæ *Leo X. constit.* 13. §. 5. incip. *Ite & vos* 4. *Kalend. Iunij* 1517. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag* 511.

9 Rex Galliarum instituit Militiam B. Mariæ de Monte Carmelo. *Paulus V. constit.* 41. incip. *Romanus* 14. *Kalend. Martij* 1607. apud Laert. Cherub. *tom.* 3. *Bullarij pag* 229.

10 Rex Galliarum est magnus Magister & perpetuus administrator Militiæ S. Spiritus in Gallia. *Paulus V. constit.* 42. incip. *Maiestatis* 16. *Februarij* 1608. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 232.

Riccardi canonizatio, vide in verbo *Canonizatio collect.* 117. *num.* 41.

Rituum Sacrorum Congregatio, vide in verbo *Congregatio pro sacris Ritibus collect.* 212.

SVMMARIVM.

1 *Vsus Rochetti intra suam Ecclesiam potest concedi illi, cui concessus est vsus Mitræ & Baculi.*
2 *Archipresbytero primæ Dignitati Almutia, & superpellicei conceditur Rochettum, & mantelletum*
3 *Abbati sæculari conceditur Rochettum in casu, quo Abbas Regularis vtebatur superpelliceo.*
4 *Beneficiatis de Massa Ecclesiæ Vrbeuetanæ conceditur vsus Rochetti sine manicis, & cappæ.*

Rochettum.

Collect. DCLIV.

1 ROchetti vsus intra suam Ecclesiam potest illi concedi, cui concessus est vsus Mitræ, & Baculi. *Sacra Cong Rit. in Zamaren. in Polonia* 15. *Nouembris* 1603. teste Sellio *in selectis Canonic cap* 7. *numer.* 16.

2 Rochettum, & Mantelletum conceditur Archipresbytero primæ Dignitati loco Almutiæ, & superpellicei, attenta qualitate personarum. *Sacra Congr. Rit. in Placentina* 10. *Iulij* 1621. quam refert Sellius *d. cap.* 7. *num.* 27.

3 Rochettum conceditur Abbati sæculari in casu, quo Abbas Regularis vtebatur superpelliceo. *Sacra Congreg. Rit in Turris.* 23. *Ianuarij* 1621. penes Sellium *d. c.* 7. *n.* 28.

4 Rochetti sine manicis, & cappæ vsus ad instar beneficiatorum S. Petri conceditur beneficiatis de Massa Ecclesiæ Vrbeuetanæ. *Sacra Congreg. Rit. in Vrbeuetana* 15. *Ianuarij* 1611. cuius meminit Sellius *d. c.* 7. *n.* 29.

S. Rochus.

Collect. DCLV.

1 SAncti Rochi de Vrbe confraternitatem, cuius intercessione multi ibidem præseruabantur, & liberabantur à peste, confirmasse *Alexandrum VI.* refert *Pius IV constit.* 16. incip. *Regionis*, apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 2 *pag.* 25.

2 S. Rochi Officium & Missa, vide supra in verba *Officium collect.* 534. *nu.* 68. & verbo *Festa propria collect.* 356. *num.* 26.

S. Romualdus.

Collect. DCLVI.

1 SAncti Romualdi Ordinis Camaldulen. fundatoris festum pro die septima Februarij (quo eius translatio facta fuit) restitui, duplicique Officio celebrari iussit *Clemens VIII. constit.* 32. incipien. *Pia mater* 9. *Iulij* 1595. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pagina* 46. vbi eius filius Flauius Cherub. *in scholio* dicit quod die 19. Iunij Rauennæ obiit, & inde translatū ad Fabrianū

oppidum in Piceno in Ecclesia sancti Blasii Ordinis Camaldulensis, & illius Monachorum pater appellatur & quod collapsam in Italia Eremiticam disciplinam restituit, & mirificè propagauit.

SVMMARIVM.

1 *Minister Generalis Ordinis S. Dominici, & ab eo deputati habent facultatem erigendi capellas sanctissimi Rosarij.*
2 *S. Dominicus adinuenit Rosarium B. Mariæ.*
3 *Festum Rosarij in Ecclesiis vel Capellis illius duplici Officio prima die Octobris celebratur.*
4 *Fratres Dominicani non habent facultatem in Societatibus Rosarij extra eorum Ecclesias fundatis.*
5 *Processiones Rosarij quando Parocho inconsulto possint fieri per ciuitatem?*
6 *Missa Rosarij est prohibita concessa tantùm Ordini Prædicatorum.*
7 *Missa secularis de Rosario quando in legato pio celebranda imponitur, celebranda est Missa votiua B. Virginis de tempore.*

Rosarium B. Virginis.

Collect. DCLVII.

1 ROsarij sanctissimi capellas erigenda facultas spectat dumtaxat ad Ministrum Generalem Ordinis sancti Dominici, & ab eo deputatos, cuius Confratres nihil pro ingressu, aut alia causa soluere debent, eosdemque absque alterius licentia ad processiones, & ad sepeliendos mortuos ire posse indulgetur. *Pius V. constit.* 86. incip. *Inter desiderabilia de anno* 1569. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 286. & alii summi Pontifices, quorum meminit Lezana *in sum. q. Regular. tom.* 2. *c.* 15. *n.* 51. *cum multis seqq.*

2 Rosarium B. Virginis sanctus Dominicus Ordinis Fratrum Prædicatorum fundator adinuenit,
& illius festum pro gratiarum actione de Victo-
3 ria contra Turcas die 7. mensis Octobris anno
1572. parta in Ecclesiis, vel capellis Rosarij duplici Officio prima Dominica mensis Octobris celebrandum statuit *Gregorius XIII constit.* 11. incip. *Monet Apostolus* 1. *Aprilis* 1573. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag* 373.

4 Rosarij pro Societate concessa facultas Fratribus Dominicanis, locum non habet in Societatibus eiusdem extra eorum Ecclesias. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular.* 13. *May* 1603. penes Gauant. *in man. Episcopor verbo Confraternitates numer.* 8. Lezana *in sum. q Regul tom.* 2. *c.* 15. *n.* 61. nouissimè Ricciul. *ecclesiast. lucubrat lib.* 4. *c.* 2. *in fine.*

Rosarij processiones fieri possunt à Fratribus
5 Prædicatoribus per totam ciuitatem Parocho inconsulto, si ita habeat consuetudo à decem annis retro seruata, & in quatuor festiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis. *Sacra Congreg. Conc.* testibus Festo *in Constit. sui Ordinis p.* 1. *ca.* 23. Lezana *d. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 62. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. tom.* 2. *constit.* 7. *Pij V. numer.* 13. *vers. ad* 8. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 78. *n.* 7. *in med.*

6 Rosarij Missa prohibita fuit, concessa tantùm Ordini Prædicatorum. Sacra Congreg. Rit. die 25.
Iunij 1622. de qua Ego Ipse de officio, & potest.
7 Parochi c. 21. n. 31. Quando verò onus in legato pio imponitur celebrandi Missam peculiarem de Rosario, tunc loco Missæ de Rosario celebranda est Missa votiua B. Virginis de tempore. *eadem sacra Congreg. Rit. in Polignanen.* 31. *Iulij* 1632. quam refert Bonfad. *in thesauro ecclesiast. decis. resol.* 8. *num.* 15.

S. Ruperti festum, vide in verbo *festa collect.* 356. *num.* 27.

SVMMARIVM.

1 *Campanas in Ecclesiis suis pulsare non possunt seculares & Regulares clerici in sabbato sancto, antequam campana Cathedralis vel maioris Ecclesiæ pulsentur.*
2 *Ecclesiis etiam S. Ioannis Hierosol. prope & extra muros existentibus, & etiam Confraternitatum non possunt Campanæ pulsari in sabbato sancto ante pulsationem in Ecclesia Cathedrali, vel Matrice.*
3 *Collegiata Ecclesia habens omnimodam præcedentiam supra Matricem ante eam in sabbato sancto campanas pulsare non valet.*
4 *Regulares non possunt benedicere domos in Sabbato sancto.*

Sabbatum sanctum.

Collect. DCLVIII.

1 SAbbato sancto maioris hebdomadæ antequam campana Cathedralis, vel maioris Ecclesiæ pulsetur, seculares & Regulares clerici, etiam super hoc Apostolicæ Sedis priuilegio muniti campanas in Ecclesiis suis pulsare minimè possunt. *Leo X. constit.* 17. incip. *Sacro approbante Concilio* § *& vt debitus*, referunt Franc. Leo *in thesauro fori eccles. p.* 1. *cap.* 8. *numer.* 21. Campan. *in diuersor. Iuris Canon. rub* 12. *cap.* 13. *num.* 162. Marcel. Vulpe *in praxi iudiciali fori eccles. cap.* 42. *numer.* 15. Laurent. de Franchis *in controuers. inter Episcop. & Regular. quæst.* 5. *nu.* 13. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo campana num.* 1. Idem declarauit *Sacra Congr. Rit. in Oriolen.* 11. *Aprilis* 1601. *& in Marsicen.* 21. *Martij* 1609. *& in Venusina* 30. *Decembris* 1614. *&* 14. *Nouembris* 1615. *& in Syracusana* 3. *Iunij* 1617. *&* 23. *Februarij* 1619. quas
2 refert Sellius *in selectis Canon. cap.* 29. *num.* 14. Tam in Ecclesiis secularibus quam Regularibus etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, etiam prope & extra muros existentibus, & etiam in Ecclesiis Confraternitatum. *Eadem Sacra Cong. Rit. in Placentina* 21. *Augusti* 1604. *& in Meliten.* 6. *Decembris* 1621.
3 de quibus Sellius *dict. cap.* 29. *numer.* 13. Etiamsi adsit Ecclesia Collegiata, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem *eadem Sacra Congr. in Syracusana Modica* 23. *Decembris* 1619. penes Sellium *d. c.* 29. *num.* 15.

4 Sabbato sancto non possunt domos benedicere Regulares, cum non possint hoc munus extra Conuentum suum exercere. *Sacra Congr. Conc. die* 3. *Nouembris* 1619. quam citat Sellius *d. c.* 29. *num.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris Officium exercere non possunt Sacerdotes.*

2 *Abiurans*

2 *Abiurans de leni non est impeditus exercere omnes Ordines. Sacramenta ministrare, secus in abiurante de vehementi.*

3 *Græci Sacerdotes coniugati quomodo viuere, & se portare debeant?*

4 *Græco Sacerdoti conceditur licentia celebrandi vsu Latino post ingressum & professionem emissam in Religione.*

5 *Parochus non celebrans diebus Dominicis, & aliis solemnibus quomodo compellendus?*

6 *Delinquens Sacerdos in sua diœcesi, si in alio loco reperiatur, ad suum Ordinarium remittendus.*

7 *Sacerdos prius ordinatus præferendus est Presbytero postea ordinato.*

8 *Thurificandus est sacerdos assistens, licet non sit prima Dignitas ante Archidiaconum assistentem Episcopo a dextris.*

9 *Benedicere nouam Ecclesiam, vel Oratorium non potest sacerdos simplex sine licentia Sedis Apost.*

10 *Vesperas cantans sacerdos an debeat incipere* Deus in adiutorium, *in medio ante Altare, an vero in Presbyterio?*

11 *Benedictionem Episcopi exspectare debet Sacerdos celebrans solemniter coram Episcopo cum suis ministris antequam descendat ad Altare.*

12 *Episcopus non potest cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes.*

13 *Sedere in bancho dum cantatur* Gloria, & Credo, *possunt Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus solemniter celebrantes.*

14 *Episcopus ob necessitatem Ecclesiæ non potest cogere clericos adscriptos Ecclesiis ne discedant ab ea causa studij.*

15 *Missas ratione beneficij, seu capella aliquibus diebus celebrare obligati, non possunt eleemosynam pro eiusdem Missis accipere.*

16 *Confessiones audire non potest Parochus postquam Parochiam demiserit.*

17 *Missam celebrantes Sacerdotes exteri absque licentia Ordinarij in Ecclesiis Regularium, incurrunt pœnas inflictas in Synodo diœcesana.*

18 *Sacristæ Ecclesiarum Regularium adstringi possunt ad non permittendum celebrationem Sacerdotum secularium nisi exhibita Ordinarij licentia.*

19 *Processionibus publicis interesse cogi ab Episcopo non possunt Sacerdotes, qui nullum obtinent beneficium ecclesiasticum.*

Sacerdos.

Collect. DCLIX.

1 Sacerdotes exercere nequeunt procuratoris Officium. *Martinus V constit.* 5. inci. *In Apostolica Kalend. Septembris* 1418. apud Laert. Cherub *in Bullario tom* 1. *pag.* 250.

2 Sacerdos abiurans de leni non est impeditus exercere omnes Ordines, & Sacramenta ministrare, ac Fidelium etiam secularium Confessiones audire, secus in abiurante de vehementi. *Sacra Congr. generalis Inquisitionis 6. Martij* 1596. cuius meminit Laurent. de Franchis *de controuers. inter Episcop. & Regul. pag* 279. *in resp. ad* 4. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 25. *num.* 57. *in fine.*

3 Sacerdotes Græci coniugati, ante Missam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abstinere debent ab vxoribus: in casu necessitatis Latinos possunt absoluere: baptizatos Chrismate in fronte non debent consignare: Oleum sanctum ab Episcopis diœcesanis Latinis accipere non sunt cogendi: Vidui, seu vxoribus orbati habitum aliis diuersum deferre debent. *Clemens VIII. constit.* 34. incip. *Sanctissimus* 31. *Augusti* 1595. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *p.* 47.

4 Sacerdoti Græco ordinato, qui Religionem ingredi voluit, conceditur licentia celebrandi vsu Latino post ingressum Religionis & emissionem professionis. *Sacra Congr. Rit. in Anconitana seu Vrbis* 19. *Octobris* 1604. quam refert Sellius *in selectis Canon c.* 12. *nu.* 73.

5 Sacerdos curam animarum gerens si diebus Dominicis, & aliis solemnibus nec celebret, prius est monendus, postea procedendum per subtractionem fructuum, demum excommunicandus, si non est legitimè impeditus, & tunc per alium celebrare debet. *Sacra Congr. Conc. die vlt. Augusti* 1600. penes Sellium *d. c.* 12. *nu* 47.

6 Sacerdos delinquens in sua diœcesi, si in alio loco reperiatur, ad suum Ordinarium remitti debet. *Sacra Congr Conc.* referente Sellio *in selectis Canon. c.* 2. *n* 23.

7 Sacerdos prius Ordinatus præferendus est Presbytero postea Ordinato, licet Capellaniæ possessionem prius acceperit, qui postea ordinatus est. *Sacra Congr Rit. in Nouarien.* 16. *Iunij* 1605. *& in Lucan.* 19. *Ianuarij* 613. quarum meminit Sellius *d. c.* 12. *n.* 75.

8 Sacerdos assistens licet non sit prima Dignitas, thurificandus est ante Archidiaconum assistentem Episcopo à dextris, licet Archidiaconus sit prima Dignitas. *Sacra Congr. Rit. in Vercellen.* 23. *Iunij* 1607. quam citat Sellius *d. c.* 12. *n.* 76.

9 Sacerdos simplex sine licentia Sedis Apostol. non potest benedicere nouam Ecclesiam vel Oratorium, nec reconciliare Ecclesiam pollutam. *Sacra Congr. Rit. in Placentina* 19 *Maij* 1607. *in resp. ad dub.* 10. de qua Sellius *d. c.* 12. *num.* 77.

10 Sacerdos cantans Vesperas an debeat incipere, *Deus in adiutorium* in medio ante Altare, an verò in Presbyterio, in sede, vbi sedere consueuit ad cornu Epistolæ, & an ipsemet debeat intonare primam Antiphonam, Hymnum, & Antiphonam ad *Magnificat*, seruanda est forma Cæremonialis *lib.* 1. *c.* 3. *Sacra Congreg. Rit. in dicta Placentina in resp. ad dub.* 15. de qua Sellius *citato loco.*

11 Sacerdos celebrans solemniter coram Episcopo, debet cum suis ministris expectare benedictionem Episcopi antequam descendat. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina* 19. *Maij* 1618. *in resp. ad* 7. *dub.* teste Sellio *d. c.* 12. *num.* 79.

12 Sacerdotes vt omnes Canonici efficiantur, Episcopus cogere non potest, sed sufficit quod dimidia pars Canonicorum sint Presbyteri, inter quos is sit, qui prima dignitate fulget, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi sint. *Sacra Congreg. Conc.* cuius memini *de Canon. & dignitat. c.* 16. *n.* 4.

13 Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus solemniter celebrantes possunt, & debent sedere in bancho dum cantatur *Gloria. Credo,* &c. etiamsi sint beneficiati vel Capellani prout sedent Canonici, non obstante qualibet consuetudine. *Sacra Congreg. Rit. in Perusina* 15. *Ianuarij* 1611. quam adducit Sellius *d. c.* 12. *num.* 80.

14 Sacerdotes & clericos adscriptos Ecclesiis non potest Episcopus ob necessitatem Ecclesiæ cogere ne discedant ab ea causa studij, imo tenetur illis

dimiſſorias, ſeu commendatitias litteras dare. *Sacra Congr. Conc. die* 11. *Martij* 1617. penes Sellium *d. ca.* 12. *num.* 81.

15 Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeu capellæ, legati, aut ſalarij ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſas celebrandis ſuſceperint, non poſſunt eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere. *Sacra Congreg. Conc.* apud Alphonſ. de Leone *in tract. de officio Capellani* q. 8. *ſect.* 7. *num* 42. *& ſect.* 8. *num.* 44. Niſi in fundatione expreſsè cautum ſit quod nõ teneatur Sacrificium applicare. *Sacra Congr. Conc. in Aretina* 28. *Aprilis* 1629. teſte Bonfadin. *in theſaura eccleſ. deciſ. reſol.* 15. *num.* 21.

16 Sacerdos qui aliquando approbatus, & idoneus iudicatus eſt, atque ideo in Parochum aſſumptus fuerit, dimiſſa poſtea Parochiali, non eſt habendus adhuc idoneus ad Confeſſiones validè audiendas *Sacra Congr. Conc* atteſtante Stephan. de Aluin. *de Epiſcopor. Abbatum, & Abbatiſſ. poteſt. cap.* 23. *in fine.*

17 Sacerdotes extari ſeculares, qui abſque licentia Ordinarij celebrant in Eccleſiis Regularium, incurrunt pœnas inflictas in Synodo diœceſana; &

18 Sacriſtæ, ſeu Præfecti Eccleſiarum Regularium adſtringi poſſunt ad non permittendum celebrationem prædictam niſi exhibita licantia Ordinarij. *Sacra Congreg. Conc in Neapolitana* 17 *Auguſti* 1630. vt per Bonfadin. *d. reſal.* 15. *n.* 23.

19 Sacerdotes nullum Officium, aut beneficium eccleſiaſticum obtinentes cogi non poſſunt ab Epiſcopo ad publicas proceſſiones accedere. *Sacra Congreg. Conc. in Meſſanen.* 7. *Februarij* 1631. referente Bonfadino *d. raſal.* 15. *num.* 24.

Sacerdotes inter ſe quomodo præcedant? Vide ſupra *collect.* 590, *num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Capella Palatij Apoſtalici Sacriſta debet eſſe aliquis ex Fratribus Eremitanis ſancti Auguſtini.*

2 *Eccleſiarum Regularium Sacriſta adſtringi debent ad non permittendum celebrare Sacerdotes ſeculares, niſi prius exhibita Ordinarij licentia.*

3 *Cantor dignitas non cogitur ſuſcipera Sacriſta munus per ſimplices Sacerdates Eccleſia exercere ſolitum.*

4 *Sponſi & ſponſa pro benedictione nihil exigere debent Sacriſta.*

5 *Benedicere cineres, candelas, & palmas licet iuxta conſuetudinem Sacriſta maiaris Eccleſie Annunciata ciuitatis Caieta.*

6 *Clauſura ſubiecta eſt Sacriſtia contigua choro manaſterij Religioſorum.*

7 *Sacriſtanatum obtinens cum abligatiane inſeruiendi in diuinis Officiis quanda poſſit deſeruire per ſubſtitutum?*

Sacriſta.

Collect. DCLX.

1 SAcriſtæ capellæ Palatij Apoſt. officium ab immemoriali tempore citra alicui ex Fratribus Eremitarum ſancti Auguſtini committi cenſueuit; & deinceps committi debere concedit, commiſſioneſque aliter fundatas irritat *Alexander VI.* *conſtit.* 3. *incip. Ad ſacram de anno* 1497. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 394.

2 Sacriſtæ, ſeu Præfecti Eccleſiarum Regularium adſtringi poſſunt ad non permittendam celebrationem in eis, niſi exhibita Ordinarij licentia. *Sacra Congr Concil. in Neapolitana* 17. *Auguſti* 1630. quam refert Bonfadin. *in theſauro eccleſ. deciſ. reſol.* 32. *numer.* 2.

3 Sacriſtæ munus per ſimplices Sacerdotes Eccleſiæ exerceri ſolitum non cogitur ſuſcipere Cantor, qui ſit vna ex Dignitatibus Eccleſiæ. *Sacra Cong. Rit. in Adrien.* 2. *Martij* 1602. quam citat Sellius *in ſelectis Canon. c* 37. *num* 8.

4 Sacriſtæ nihil exigere debent pro benedictione ſponſi & ſponſæ. *Sacra Congr. Rit. in Neritanen.* 25. *Februarij* 1606. teſte Sellio *d. c.* 37. *n* 9.

5 Sacriſtæ maiori Eccleſiæ Sanctiſſimæ Annunciatæ ciuitatis Caietæ licet iuxta antiquam conſuetudinem benedicere cineres, candelas, & palmas, illaſque diſtribuere, etiamſi Miſſam non ſit ipſe celebraturus. *Sacra Congreg Rit. in Caietana* 13. *Februarij* 1619. referente Sellio *dict. capite* 37. *numero* 10.

6 Sacriſtia contigua choro alicuius monaſterij Religioſorum, eſt ſub clauſura comprehenſa. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regul. in Sulmonen.* 10. *Auguſti* 1615. penes Sellium *d. c.* 37. *num.* 11.

7 Sacriſtanatum obtinens in Parochali erectum cum vnione ſimplicis beneficij pro vno clerico, qui in diuinis Officiis, & cura exercenda, ac aliis oneribus adiuuare teneretur, poteſt deſeruire per ſubſtitutum, & fructus eidem debentur. *Sacra Congreg. Conc. in Spoletana* 21. *Iulij* 1619. cuius meminit Bonfadin. *de reſol.* 32. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa vel Officium concedi non poteſt de ſancto non canonizato, nec beatificato, niſi immemorabilis probetur in ſpecie quoad cultum cum Miſſa & Officio.*

2 *Informationes ſuper miraculis quomodo capienda, & exquirendæ? oſtenditur.*

3 *Reliquiæ Sanctorum quando & quomodo venerandæ? remiſſiuè.*

Sanctus.

Collect. DCLXI.

1 SAncti non canonizati nec beatificati ſuper cultu, & veneratione, probata immemorabilis non ſuffragatur ad effectum quod de illo poſſit concedi Miſſa, vel Officium, ſed in ſpecie, & in illo loco eſt probanda immemorabilis quoad cultum cum Miſſa & Officio. *Sacra Congreg. Rit.* 20. *Nouembris* 1628. quam refert D. meus Conteloc. *de canonizat. Sanctarum c.* 22. *n.* 19. & Ego *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 97. *propè fin. in vlt. impreſſ.*

2 Sancti alicuius ſuper miraculis & ſanctitate nullus tam ſecularis quàm Regularis etiam ſpeciali nota dignus informationes capere; aut vllo modo exquirere poteſt. Sed ſi Superiori, Sacriſtæ, aut alteri Officiali illius Eccleſiæ in qua requieſcit corpus ipſiuſmet defuncti, vel alterius etiam Eccleſiæ fuerint reuelata aliqua miracula ſiue prophetiæ dona, poterunt ea recipere ſub

ſigillo

sigillo secreti ab ipsis tantùm relatoribus, in quorum gratiam eo n... gisse narrabitur, & tenebuntur quamprimum commodè poterunt eadem deferre, vel obsignata ... transmittere Episcopo loci cum expressa declaratione quod reuelationes, sic vt supra receptæ, non faciant aliquem probationis gradum, etiam cuiusuis longissimi temporis cursu. *Sacra Cong Rit. die 12. Martij* 1631. quam transcribit D. meus Contelor *citato loco*, & Ego *d alleg. 97 in fine.*

3 Sanctorum Reliquiæ, vide in verbo *Reliquia Sanctorum collect. 646.*

Sancti Patroni, vide in verbo *Patroni Sancti collect 565.*

Satellites.

Collect. DCLXII.

1 SAtellites tot quot sibi libuerit, retinere potest Episcopus. *Sacra Congreg Episcop. & Regular. in causa ciuitatis Castelli 14. Aprilis 1615. in resp. ad 4.* quã refert Aldan. *in compendio Canonic resolution. libr. 1. tit. 52 num 8.*

2 Satellites in executionibus peragendis pignora debito tantum æquiualentia auferre debent. Eadem *Sacra Congr. in d. causa ciuitatis Castelli in resp ad 7.* cuius meminit Aldan. *citato loco.*

Scholares.

Collect. DCLXIII.

1 SCholares in Ecclesiis Cathedralibus studentes non gaudent iisdem priuilegiis sicut studentes in studiis publicis, vel academiis; interim tamen in academiis studentes distributiones quotidianas non percipiunt. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol Garc. *de benefic. p. 3. cap 2. num.* 117. Armendar. *in addit. ad recopil legum Nauarra lib. 2. tit. 23. de residentia Canonic. num. 124.*

Scholastria.

Collect. DCLXIV.

1 SCholastria conferenda est Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra Pagina aut Iure Canonico in qualibet Vniuersitate approbata; nec obstat quod non esset ex illis, quæ essent in illa regione, in qua erat Scholastria. *Sacra Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *in benefic. part. 7. capite 7. numer.* 35. quem refero *de Canonicis & Dignit. c. 10. n. 3.*

Scriba. Scriptura.

Collect. DCLXV.

1 SCriba pro electione Superioris alicuius Conuentus potest assumi persona extranea aliàs facultatem habens acta, seu instrumenta conficiẽdi in rebus ecclesiasticis, si non adsit scriba Frater propriæ Religionis. *Sacra Congr. Conc. die 12 Augusti 1616.* teste Laurent. de Peyrinis *de Prælato Religioso q 1. cap. 4 § 5. num. 159.*

Scripturas, & iura concernentia statum Ecclesiæ Cathedralis recognoscere potest Episcopus adhibitis tamen aliquibus eiusdem Ecclesiæ Canonicis. *Sacra Congr. Conc. in Ortolen. 27 Martij 1632. in resp ad 10.* quam refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 72. n. 3.* Barbos *Apost. Decis. Summ.*

SVMMARIVM.

1 *Sedes Apostolica omnes iudicat, & à nemine iudicatur.*
2 *Iure diuino omnium prima est Sedes Apostolica.*
3 *Officiales, & Curiales Sedis Apostol. non possunt coram vllo Ordinario conuenire.*
4 *Fixa & immobilis debet esse Sedes Episcopi in choro existens.*
5 *Episcopi sedes in choro existens quomodo ornanda?*
6 *Chorus Canonicorum, & sedes Episcopi debent reduci ad formam Ceremonialis.*
7 *Episcopi sedes in Ecclesia exempta, in qua Abbas vsum Mitræ habens etiam habet sedem, quomodo collocanda?*
8 *Sede Episcopali vacante pro suscipiendis Ordinibus adeunda est Sedes Apost.*
9 *Abbatis, seu Prioris habentis vsum Mitræ & Baculi; sedes quomodo locanda?*
10 *Abbatis exempti sedes etiam in Ecclesiis suæ iurisdictioni subiectis debet esse inferior sede Episcopi.*
11 *Dignitatum absentium sedes non debent occupari ab aliis Dignitatibus, sed vnaquæque debet in proprio stallo permanere.*
12 *Gubernatoris ciuitatis sedes qualis quando vadit ad prædicationem?*
13 *Laicorum etiam Præfectorum sedes non sunt locandæ in Presbyterio apud Altare.*
14 *Laicorum sedes, & loca in Ecclesia moderari debent arbitrio Episcopi.*
15 *Sedes pro audienda concione quomodo aptari debeant.*

Sedes.

Collect. DCLXVI.

1 SEdes Apostolica omnes iudicat, & à nemine iudicatur, nec vllo modo ab ea appellatur, & illius est Conciliorum approbatio. *Gelasius I. Constit. 2. incip. Valde Kalend. Februarij* 1495. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1 pag. 2.*

2 Sedes Apostolica est omnium prima iure diuino. *Innocentius III. constit.* 3. incip. *Ex eo 9. Kalend. Septembris* 1199. apud Laert. Cherubin. *tomo 1. pag. 36.*

3 Sedis Apostolicæ Officiales & Curiales non possunt coram vllo Ordinario, aut alio quocunque, sed in Vrbe tantum iurisdictionem habente conueniri. *Eugenius IV, constit.* 4. incip. *Diuina 8. Id. Martij* 1432. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag. 272.* vbi eius filius Flauius *in schol 1. & 2.* ait venire omnes Curiales etiam non Officiales si per annum in Curia commorati fuerint.

4 Sedes Episcopi in choro existens debet esse quasi fixa, & immobilis iuxta dispositionem libri *Ceremonialis in tit. de sedibus Episcopi. Sacra Congreg. Rit. in Colimbrien. 23. Maij 1603. in resp. ad 2.* penes Sellium *in select. Canon. capite 43. numer. 21.*

5 Sedes Episcopi in choro existens ornanda est

serico vel alia materia coloris conuenientis tempori iuxta regulam libri *Caremonialis dict. tit. de sedibus Episcopi Eadem Sacra Congreg. Rit. in dict. Colombrien.* teste Sellio *d. c. 43. n. 22.*

6 Sedes Episcopi & chorus Canonicorum si fieri potest debent reduci ad formam libri Caeremonialis. *Sacra Congreg. Rit. in Granaten. 9. Maij* 1609. referente Sellio *d. c. 43. num. 24.*

7 Sedes Episcopi in Ecclesia exempta, vbi Abbas vsum Mitrae habens etiam sedem tenet, quando illuc accedit, est in cornu dextro chori siue Ecclesiae collocanda vno gradu eminentiori cum ornatu congruo, & situ aliquatenus superiori respectu Sedis Abbatis, quae in sinistro ponenda est vno gradu humilior absque ornatu, & loco aliquatenus inferiori, adeo vt non sit apposita Sedi Episcopali. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina Sancti Petri in Brogeglio 7. Februarij* 1604. de qua Sellius *dict. c. 43. num. 25.*

8 Sedi Episcopali vacante pro suscipiendis Ordinibus non est adeundus vicinior, vel Metropolitanus sed adeunda est Sedes Apostolica. *Sac. Congreg. Conc.* quam citat Nicol. Garcia *de benefi part. 5. cap. 7. num* 93.

9 Sedes Abbatis seu Prioris habentis vsum Mitrae, & Baculi debet collocari in cornu Euangelij, in plano Presbyterij, cum duobus tantùm gradibus paruis, & sine vllo suppedaneo suggestu lapideo, vel ligneo, ac sine baldachino desuper, sed cum postergali tantum ex aliquo panno, vel serico leui, sine auro, coloris conuenientis solemnitati. *Sacra Congr. Rit. in Neapolitana 18. Martij* 1617. cuius meminit Sellius *d. c. 43 n 26.*

10 Sedes Abbatis exempti etiam in Ecclesiis suae iurisdictioni subiectis debet esse inferior sede Episcopi. *Sacra Congreg. Rit in Aquilana 18. Martij* 1617. quam refert Sellius *d. c. 43 num. 27.*

11 Sedes Dignitatum absentium non debent occupari ab aliis dignitatibus, seu Canonicis, sed vnaquaeque dignitas in proprio stallo permanere debet. *Sacra Congr. Rit. in Capuana 12. Martij* 1618. *& in Placentina 25. May* 16,2. quarum memini *de Canon. & dignitat. c. 34 sub n. 22.*

12 Sedes Gubernatoris ciuitatis quando audit Concionem simul cum Episcopo, debet esse apud Episcopum, quae non sit maior, nec pulchrior sede ipsius Episcopi, & neutra sit coloris rubri. *Sacra Congreg Rit in Perusina 3 Octobris* 1615. teste Sellio *d c 43 num 29.*

13 Sedes laicorum, veluti Praefecti, seu locumtenentis non sunt locandae in Presbyterio apud Altare. *Sacra Congr. Rit. in Egitanien. 10. Iunij* 1602. *in resp. ad 5. dub.* de qua Sellius *dict. capite* 43. *numero* 28.

14 Sedes, scamna, & loca laicorum in Ecclesia moderari debent arbitrio Episcopi. *Sacra Congreg. Rit. in Vintimilien. 10. Decembris* 1604. *in resp. ad tertium dub* de qua Ego ipse *dict. capite 34 num. 22. in fine.*

15 Sedes pro audienda Concione ita debent optari vt aliis retro stantibus, ad visum Praedicatoris non officiant. *Sacra Congreg Rit. in Faventina 11. Aprilis* 1601. quam refert Sellius *dict. capite* 43. *num* 32.

Sede vacante Capitulum, vide in verbo *Capitulum Sede vacante, collect.* 125.

SVMMARIVM.

1 *Deputatos quatuor debet adhibere Episcopus in consilium pro temporali administratione seminarij.*

2 *Electio deputati seminarij sufficit fieri per Clerum ciuitatis.*

3 *Votum consultiuum non autem decisiuum habent deputati, & alij Officiales seminarij.*

4 *Cathedralis Ecclesiae membrum non est seminarium.*

5 *Cooptatus in Collegium seminarij quando ad titulum seminarij ordinari possit, ostenditur.*

6 *Clerici seminarij debent in publicis processionibus primi incedere ante Clerum secularem.*

7 *Canonicis Collegiata non praecedunt Clerici seminarij.*

8 *Bona stabilia seminarij non licet ad nouennium locare, nec alienare, aut permutare, &c.*

Seminarium.

COLLECT. DCLXVII.

1 SEminario adhibere in consilium debet Episcopus quatuor deputatos pro tota temporali illius administratione, excepta exactione, quae ad solum Episcopum spectat, non tamen tenetur eorum sequi consilium. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc *de benefic part. 12. cap. 2. num.* 191. Aloys. Riec *in praxi rerum fori eccles. resol.* 380. *numer. 3. in 2 edit.*

2 Seminarij deputati electio sufficit fieri per Clerum ciuitatis. *Sacra Cong. Conc. in Lucana 19. Nouembris* 1616. referente Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib 3. tit. 21 num. 10.*

3 Seminarij deputati & alij Officiales habent votum consultiuum, non autem decisiuum. *Sacra Congr. Conc. die 11. Ianuarij* 1620. penes Aldan *d. tit. 22. numer. 9.*

4 Seminarium non est membrum Ecclesiae Cathedralis, licet in ea Clerici seminarij officiant. *Sacra Congr Rit. in Capuana 1. Septembris* 1607. quam refert Aldan. *d. tit. 21. num. 12.*

5 Seminarij in Collegium cooptatus non potest Ordinari ad titulum Seminarij nisi ob causam inseruiendi beneficio, quod forsan esset seminario iniunctum. *Sacra Congr Conc.* referentibus Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Seminarium* §. 6. Galet. *in margarita casuum Conscient. verbo Ordo pen.* Armendar. *in addit ad recop legum Nauarra lib. 2. tit. 8. leg* 1. *de patrim numer. 9. &* 10. Poterit nihilominus ordinari sub certa assignatione fructuum in seminario facta causa inseruiendi beneficio iuncto seminario, donec ei prouisum fuerit de congrua sustentatione. *Eadem Sacra Congr.* penes Nicol. Garc. *de benefic p. 2. c. 5 n. 104.*

6 Seminarij clerici debent in publicis processionibus primi incedere ante Clerum secularē, at relinquere locum digniorem Curatis. *Sacra Congr. Rit in Capuana 1. Septembris* 1607. *& in Adrien Rodigij 21. Martij* 1620. quarum meminit Aldan. *d. tit. 21. n. 12.*

7 Seminarij clerici non praecedunt Canonicis Collegiatae. *Sacra Congr. Rit. in Fundana 20. Decembris* 1601. quam refert Aldan. *d. tit. 21. n. 13.*

Seminarij bona stabilia non licet ad nouennium locare, nec eadem bona cum aliis bonis in euidentem Ecclesiæ vtilitatem permutare, nec sterilia & inculta in emphyteusim ad tertiam generationem concedere. *Sacra Cong. Conc. in Vercellen. 19 Februarij 1633.* apud Bonfadin. *in thesauro ecclesiast decis. resol 26. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Exemptus à seminarij contributione nullus est, nisi qui nominatim à Concilio excipiuntur.*

2 *Contributio seminarij anticipate soluenda est de quadrimestri in quadrimestre.*

3 *Onera perpetui causa soluendum prius detrahendum est in contributione seminarij.*

4 *Taxam seminario soluere recusantes potest Episcopus punire.*

5 *Portio debita seminario ratione beneficiorum exigi potest post vnionem eiusdem beneficij factam Regularibus.*

6 *Taxa pro pensionibus occasione seminarij potest detrahi & exigi à titularibus.*

7 *Titularis occasione contributionis per eum seminario factæ non potest detrahere ex pensione quam soluit, nisi pro rata illius.*

8 *Ecclesiæ seculares, quæ non sunt de mensa monasteriorum contribuere tenentur seminario.*

9 *Hospitalia data in titulum & administrationem tenentur soluere, si habeant beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus ecclesiasticos. Vide nu. 6.*

10 *Seminarij pro sustentatione nihil potest detrahi ex redditibus hospitalium, & Confraternitatum nisi nomine beneficiorum annexorum.*

11 *Beneficia in diœcesi existentia licet in alia habeant bona, contribuere debent seminario.*

12 *Confraternitates, Capellæ, & scholæ habentes redditus ecclesiasticos tenentur contribuere seminario.*

13 *Beneficiati beneficiorum collationis Monachorum, si intra fines diœcesis sunt, seminario tenentur contribuere.*

14 *Clerici Cameræ Apost ratione beneficiorum quæ obtinent, sunt exempti à contributione seminarij.*

15 *Abbas qui in suo territorio prius seminarium proprium erexerat, & prouisum retinebat, Seminario Episcopi contribuere non tenetur.*

16 *Hospitalia, in quibus sunt bona laicorum seminario contribuere non tenentur.*

17 *Canonici de quotidianis distributionibus suarum Præbendarum seminario contribuere non tenentur.*

18 *Emolumenta, prouentus, & legata relicta pro celebratione Missarum non contribuunt seminario.*

19 *Abbatia vnita Capitulo Cathedralis ante Concilium non tenetur contribuere seminario.*

20 *Seminario non est contribuendum ex iis, quæ in incerto, & in eleemosynis piorum consistunt.*

21 *Fratres S. Ioannis Hierosolymitani siue eorum Vicarij non tenentur ad contributionem seminarij.*

Seminario contribuere qui teneantur, vel non?

COLLECT. DCLXVIII

1 SEminarij à contributione nullus est exemptus nisi qui nominatim à Concilio excipiuntur. *Sacra Cong Conc. die 11. Ianuarij* 1601. teste Sellio *in selectu Canon. c. 56. num. 3.*

2 Seminarij contributio anticipate soluenda est de quadrimestri in quadrimestre. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. die 8. Martij* 1588. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolu. lib. tertio tit. 16. numer. 23.*

3 Seminarij in contributione prius detrahendum est totum id quod ea causa oneris perpetui, puta quarta fructuum, quæ soluitur Cameræ Apost. & similium soluendum est, *Sacra Congreg. Conc. in Caten. 17. Nouembris* 1629. referente Bonfadin. *in thesauro ecclesiast decis. resol. 32 n. 8.*

4 Seminario taxam soluere recusantes potest Episcopus punire interdicendo, & alia grauiora iuris remedia introducendo. *Sacra Congreg. Conc. in Marsicana* penes Aldan. *d. tit. 16. n. 24.*

5 Seminario debita portio ratione beneficiorum exigi potest post vnionem eiusdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegiis gaudent. *Sacra Congreg. Conc. die 21. Iulij* 1629. de qua Bonfadin *d. resol. 32 n. 9.*

6 Seminarij occasione potest taxa pro pensionibus detrahi, & exigi à titularibus, dummodò specialiter non sint exemptæ, qui titulares retinebunt pro rata solum. *Sacra Cong. Conc. in Lucana 5. Iulij* 1628. cuius meminit Bonfadin. *d. resol. 32. num. 10 in resp. ad 6.* 7 Titularis enim occasione pensionis per eum factæ seminario non potest detrahere ex pensione, quam soluit, nisi pro rata illius, & ad eam rationem qua ipse titularis contribuit. *Sacra Congr Conc* apud Nicol. Gar. *in addit. ad suum tract. de benefic p. 1. cap. 5. num. 171.*

8 Seminario contribuere tenentur Ecclesiæ seculares, quæ non sunt de mensa monasteriorum, tamen si ad eorum institutionem & collationem pertineant. *Sacra Congreg Conc. in Caputaquen. 23 Iunij 1584. & 4. Februarij* 1593. quas citat Aldan. *d tit. 16. num 25.*

9 Seminario soluere tenentur hospitalia data in titulum, & administrationem, si habeant beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus ecclesiasticos. *Sacra Congr Conc.* testibus Zerol *in praxi Episcop. p. 1 verbo hospitale dub. 10.* Aloys. Riec. *in decisione Curiæ Archiep Neapol. d. decis. 96. num 6. 7. & 8. p. 4.*

10 Nam pro sustentatione seminarij nihil potest detrahi ex redditibus hospitalium, & Confraternitatum, nisi nomine beneficiorum annexorum. *S. Congr. Conc. in Lucana 5. Iulij 1628 in resp ad 3. 4. & 5. dub.* quam adducit Bonfadin. *d resol 32 n. 11.*

11 Seminario contribuere debent beneficia in diœcesi existentia, licet habeant bona in alia diœcesi. *Sacra Congr. Conc. in Caputaquen. 23. Iunij* 1586. referente Aldan. *d. tit. 16. num. 27.*

12 Seminario contribuere tenentur Confraternitates, Capellæ, & scholæ habentes redditus ecclesiasticos, etiam intra Regularium Ecclesias existentes. *Sacra Congr. Conc* de qua memini *in tract de officio, & potest. Episcop p 3 alleg. 77 n. 10.* Et Episcopus potest pro contributione Seminarij taxare bona Confraternitatum, quatenus sint ecclesiastica. *Eadem Sacra Congr. Conc. in Signina 18. Nouembris* 1618 penes Bonfadin. *d resol. 32. num. 12.*

13 Seminario contribuere tenentur beneficiati beneficiorum collationis Monachorum si intra fines diœcesis sunt. *Sacra Congreg Concil in Caputaquen. 4. Februarij* 1593. quam refert Aldan. *d. tit. 16. num. 28.*

14 Seminarij à contributione sunt exempti Clerici Cameræ Apost. ratione beneficiorum, quæ obtinent. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Maceraten. 12. Maij* 1604. vt per Aldan. *dict. tit* 16. *num* 29.

15 Seminario contribuere cogi non debet Abbas, qui in suo territorio, & iurisdictione prius seminarium proprium erexerat, & promisum retinebat. *Sacra Congr. Conc. die* 30. *Maij* 1594. penes Aldan. *d. tit* 16 *num* 31.

16 Seminario contribuere non tenentur hospitalia, quæ administrantur à laicis, & in quibus sunt bona laicorum, quæ data non sunt in titulum, commendam, seu administrationem. *Sacra Congr. Conc.* de qua Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 4. tit.* 29. *leg.* 1. *§.* 2. *de hospitalib. num.* 3.

17 Seminario contribuere non tenentur Canonici de quotidianis distributionibus Præbendarum suarum. *Sacra Congr. Conc.* testibus Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo distributiones* §. 5. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. num.* 170. *cum seqq.* quos refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *all.* 77. *n.* 13.

18 Seminario non est contribuendum ex emolumentis, prouentibus, & legatis relictis pro celebratione Missarum. *Sacra Congr. Conc. in Cauen.* 17 *Nouembris* 1619. quam citat Bonfadin. *d. resol.* 32. *num* 14.

19 Seminario contribuere non tenetur Abbatia vnita Capitulo Cathedralis ante Concilium. *Sacra Congr. Conc. in Lucana* 17. *February* 1619. de qua Bonfadin. *d. resol.* 32. *num.* 15.

20 Seminario non est contribuendum ex iis, quæ in incerto, & in eleemosynis piorum, & finibus consistunt. *Sacra Congr. Conc.* apud Piasec. *in praxi Episcop p.* 1 *c.* 2. *n.* 5. *in fin.*

21 Seminarij ad contributionem non tenentur neque compelli possunt Fratres S. Ioannis Hierosolymitani, siue eorum Vicarij in Ecclesiis Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, & ab eâ dependentibus. *Sacra Congreg. Conc. in Augustana* 14. *Decembris* 1630. cuius meminit Bonfadin. *d. resol.* 32. *num* 16.

Vide supra in verbo *beneficium seminario vniendum collect* 62.

Senectus.

Collect. DCLXIX.

1 SEnectus in Parocho non excusat à residentia, sed debet poni Vicarius idoneus cum assignatione congruæ portionis ex ipsius Parochialis redditibus. *Sacra Congregat. Concil.* de qua meminit Zerol. *in praxi Episcop. p. prima verbo residentia* §. 9.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus seculares absque processuum reuisione tenentur exequi sententias Inquisitorum.*

2 *Hæreticorum ad fauorem sententia prolata extra stylum sanctæ Inquisitionis nunquam transeunt in rem iudicatam.*

3 *Beneficium obtinere non possunt, qui tulit sententiam priuationis, & illius consanguinei.*

4 *Fideiussoribus reorum in cautionibus de non offendendo præiudicant sententiæ contumaciales.*

5 *Executioni demandatur sententia contumaciales contra reos probata.*

6 *Lauda & sententia immemoriali consuetudine approbata seruanda sunt.*

7 *Delinquens vt extrahatur è loco communi non sufficit sententia contumacialis.*

Sententia.

Collect. DCLXX.

1 SEntentia Inquisitorum hæreticæ prauitatis Magistratus seculares absque processuum reuisione exequi tenentur. *Innocentius VIII. constit.* 10. incip. *Dilectus* 30. *Decembris* 1486. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 1. *pag.* 3[?]1.

2 Sententiæ in fauorem hæreticorum prolatæ extra stylum sanctæ Inquisitionis nunquam transeunt in rem iudicatam. *Pius V. constit.* 22. incip. *Inter* 12. *Kalend. Ianuarij* 1566. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 200.

3 Sententiam ferens super beneficij priuatione, & illius consanguinei non possunt illud obtinere. *Pius IV. constit.* 14. incip. *Cupientes Idib. Octobris* 1560. apud Laert. Cherub *tom* 2. *pag* 13.

4 Sententiæ contumaciales reorum non præiudicant eorum fideiussoribus in cautionibus de non offendendo. *Pius IV constit.* 52. incip. *Etsi* 10. *Aprilis* 1562. apud Laert. Cherub. *tom.* 2 *pag* 67.

5 Sententiæ contumaciales contra reos prolatæ executioni demandantur. *Pius V. constit.* 4. incip. *Cum ob innumeras de anno* 1571. apud Laert. Cherub, *tom* 2 *pag.* 186.

6 Sententiæ & lauda immemoriali consuetudine approbata, seruanda sunt. *Sacra Congr. Rit. in Cæsaraugustana* 10. *Aprilis* 1604. quam refert Sellius *in select. Canon c.* 82. *n.* 3.

7 Sententia contumacialis non sufficit ad extrahendum delinquentem è loco immuni, & Curiæ seculari consignandum. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Cremonen.* 27. *Iulij* 1618. teste Sellio *d. ca.* 82. *num* 4.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticis denegatur sepultura ecclesiastica.*

2 *Duello mortuis non datur sepultura ecclesiastica.*

3 *Taurorum agitationibus congredientibus, aut cum aliis feris in spectaculis certantibus denegatur ecclesiastica sepultura.*

4 *Pauperibus in Vrbe sepulturam gratis impendit Confraternitas mortis.*

5 *Ecclesiarum in tumulis profundis danda est mortuis sepultura.*

6 *Pater sepulturam pro filio minori in vita, non post eius mortem eligere potest.*

7 *Maiorum suorum in sepultura humari debet, non habens facultatem illam sibi eligendi.*

8 *Mortuis sub quouis prætextu non debet sepultura retardari aut impediri.*

9 *Excommunicatus, qui in mortis articulo Confessionem petiit, sepulturæ ecclesiasticæ tradi debet.*

10 *Electio sepulturæ in alia Ecclesia præter Parochialem non potest per Parochum impediri.*

11 Paro-

11 *Parochiano suo vt in Ecclesia à se ædificata sepeliri valeat non potest Curatus prohibere.*
12 *Vxor sepelienda in sepultura mariti.*
13 *Parochus non potest prohibere suo Parochiano ius sepulturæ pro se & successoribus in Ecclesia ab eo ædificata.*
14 *Sepulturam eligere licet parentibus in quacunque Ecclesia voluerint etiam Regularium, pro eorum filiis minoribus, qui ad annos pubertatis nondum peruenerunt, &c.*

Sepultura.

Collect. DCLXXI.

1 Sepultura ecclesiastica hæreticis denegatur. *Nicolaus III. constit. 2. §. 18.* incip. *Nouerit 5. Non. Martij 1279.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pag. 124* Item & mortuis in duello *Clemens VIII. constit. 11. §. 1.* incip. *Illius vices 16. Kalend. Septembris 1592.* apud Laert. Cherub. *tom. 3 pag. 13.* Et congredientibus ad agitandum & certandum cum tauris, & aliis feris in spectaculis. *Pius V. constit. 48.* incip. *De salute Kalend. Nouembris 1567.* apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag 244.*

4 Sepulturam pauperibus mortuis gratis in Vrbe impendit Confraternitas mortis. *Pius V. constit. 22.* incip. *Diuina 5. Kalend. Decembris 1560.* apud Laert. Cherub *tom. 2. pag 31.*

5 Sepultura mortuis danda est in tumbis profundis Ecclesiarum. *Pius V constit. 5. § 6* incip. *Cum primum Kalend. Aprilis 1566.* apud Laert. Cherub. *tom. 2 pag. 176.*

6 Sepulturam pro filio minori in vita non post eius mortem potest pater eligere. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Foglinen. 27. Octobris 1587.* testibus Aldan *in compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 17. numer. 5.* Ioli Lauor. *var. lucubrat tit. 2. c. 11. sub num. 15.* R.P. Sperell *in decision. fori eccles. decis 89. num. 5.*

7 Sepulturam sibi eligendi facultatem non habens in Maiorum suorum sepultura humari debet. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Asculana 21. Octobris 1616.* penes Aldan. *d. lib. 2. tit. 17. num. 4.*

8 Sepultura mortuorum nullatenus retardari, aut impediri debet sub quouis prætextu compositionis quartæ funeralis. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Cassan. 5. Maij 1617.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi c 26 num. 65.*

9 Sepulturæ ecclesiasticæ tradi debet excommunicatus, qui in mortis articulo confessionem petiit, vel beatissimam Virginem inuocauit. *Sacra Congr Episcop. & Regul. in Nolana 19. Iulij 1619.* referente Aldan *d lib. 2 tit. 17. num. 5.*

10 Sepulturæ electio in alia Ecclesia præter Parochialem non potest per Parochum impediri, dummodò illi reseruata sit sua quarta funeralis. *Sacra Congr. Rit. in Capuana 31. Martij 1629.* penes Aldan. *d. tit. 17. num. 8.*

11 Sepulturæ ius pro se & successoribus potest Parochus prohibere suo Parochiano in Ecclesia ab eo ædificata, reseruata tamen eidem Parocho quarta funerali. *Sacra Congr. Rit. in Capuana 31. Martij, & 22. Decembris 1629.* quam refert Alphons. de Leone *de officio Capellani p. 1. q. 1. sect. 1. num. 7. & 8.*

12 Sepultura non electa si vxor præmoriatur & maritus habet proprium sepulchrum, in ipso tumulari debet, quamuis extra limites Parochiæ, vbi mortua est. *Sacra Congreg. Rit. in Sinogalien. 15. Ianuarij 1633.* cuius memini *de officio, & potest. Parochi c. 26. num. 28. in fine.*

13 Sepultura in Cathedrali danda peregrino dum in via est. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. die 9. Maij 1592.* cuius memini *de officio, & potest Parochi cap. 26. num. 35.*

14 Sepulturam eligere licet parentibus in quacunque Ecclesia voluerint etiam Regularium pro eorum filiis minoribus, qui ad annos pubertatis nondum peruenerunt, nec à Parochis locorum impediri possunt, aut debent, præsertim si in dictis Regularium Ecclesiis sepeliri consueuerunt, vel in eis habeant sepulchrum Maiorum. *Sacra Cong. Regul. die 20. Ianuarij 1640.* quem refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg Regular. tom. 3. in fine, vbi de decretis nouissimis Sacra Congr. pag 570.*

Vide in verbo *Cadauera collect. 76. & in verbo defunctus collect. 245.*

Seruita Fratres, vide in verbo *Fratres Seruitæ B. Virginis collect. 572.*

Seruus.

Collect. DCLXXII.

1 Serui siue mancipia ad senatus Cametæ Vrbis Officium & Conseruatores pro libertate confugientes, libertatem consequuntur, & Romani ciues, liberique homines efficiuntur. *Paulus III. constit. 2. incip. Nouimus Pius V constit. 18.* incip. *Dignum,* quarum memini Zerol. *in praxi Episcop. p 2. verbo mancipium.*

Sigillo cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum vti potest Minister Generalis de Obseruantia, vide in *verbo Minister collect. 472.*

Siluestrini Monachi, vide in verbo *Monachi Siluestrini collect. 498.*

SVMMARIVM.

1 *Ordines simoniacè consequentes quas pœnas incurrant ostenduntur.*
2 *Dignitates, beneficia, seu Officia ecclesiastica obtinentes simoniacè in quas pœnas incidant, ostenduntur.*
3 *Simonia quibus casibus committatur non expedit in Constitutione exprimi.*
4 *Prouisio si fiat mercede & pretio, & non gratis, committitur simonia.*
5 *Præceptoria S Iacobi, & Calatraua prouisio si mercede & pretio fiat, simonia committitur.*

Simonia.

Collect. DCLXXIII.

1 Simoniæ prauitatis crimen qui commiserint in consequendis Ordinibus, eo ipso sint ab executione illorum per decennium sine spe dispensationis suspensi, & per annum carceribus mancipari debent. Qui verò Dignitates ecclesia-
2 sticas simoniacè acquisiuerint, illis sunt ipso iure priuati, & inhabiles in futurum ad eas, & alias; qui ante beneficium, aut officium ecclesiasticum

simoniacè obtinuerint, illis suis ipso iure priuati, & tenentur ad restitutionem fructuum perceptorum, & inhabiles ad ea, & quæcumque alia: & coniuncti pl nis de tali crimine corporaliter puniuntur, & degradantur: consentientes verò Ordines, & beneficia pœnis à iure statutis puniuntur. *Pius V constit.* 5. incip. *Cum primum de anno* 1566. apud Laert. Cherub in *Bullario tom.* 2 *pag.* 179 cuius meminit Ioan. Anton. Noua. *in summ. Bullarij tit. de simonia numer primo* Et aliàs pœnas addidit *Sixtus V. constit. sua* incip. *Sanctum & salutare de anno* 1588. de qua Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.* 147. Epo ipse *de officio, & potest. Episcopi p* 2. *alleg.* 10 *numer. primo* vb *numer.* 2. aduerto quod licet illa Sixtina Constitutio reducta fuerit ad terminos Sacrorum Canonum, ac Constitutionis Pij Papæ II. per *Clementem VIII. constit. sua* incip. *Romanum Pont pridie Kalend. Martij anni* 1595. nihilominus ibidem additur, præterquam contra simoniacè Ordinantes, & ordinatos.

3 Simonia in materia Sacramentali, & beneficiali, quibus casibus committatur, non expedit in Constitutione exprimi, sed iuxta casuum contingentiam respondeti debet. *Sacra Congr Conc. die* 16. *Iunij* 1607. penes A'dan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 14 *num* 6.

4 Simonia committitur si prouisio fiat mercede, & pretio vel cum aliquo pacto, & conditione, & non gratis. *Sacra Cong Conc* teste Nicol. Garc *de benefic p* 8 *c.* 1 *num* 14.

5 Simonia committitur si Præceptoriæ sancti Iacobi, Calatrauæ, &c. prouisio fiat mercede & pretio, & non gratis. *Sacra Congr. Conc* referente Nicol. Garc. *de benefic p* 1 *cap.* 7. *num* 4.

Societas, vide in verbo *Confraternitas collect.* 207.

Societatis Iesu Patres, vide in verbo *Clerici Regulares Societatis Iesu collect.* 69.

Sodomia.

Collect DCLXXIV.

1 SOdomiæ crimen omnes, & quicumque Presbyteri, & alij Clerici seculares, & Regulares cuiuscumque gradus, & dignitatis exercentes, omni priuilegio clericali, & beneficio ecclesiastico priuantur. *Pius V constit* 72. incip. *Horrendum.* 1. *Kalend. Septembris* 1568 apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 2 *pag.* 268. de cuius materia videas Quarant. *in summ Bullarij verbo Sodomia*, Ioan. Anton Nouat. *in sum Bullarum sub eod verbo*, Ioan. Maria Nouat. *in lucerna Regular eod verbo*, Nicol. Garc *de benefic p.* 11 *c.* 10 *nu* 102 *cum seqq.* Campan. *in diuers. Iuris Canon rub* 11 *cap* 22. *num* 11. *cum seqq.* Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.* 103. Lezana *in sum. quæst Regul. tom.* 1. *c.* 5 *nu.* 11. *cum seqq.* plures per me *de officio, & potest. Episcopi p* 2 *alleg.* 44 *per tot.*

Sodomiæ criminis cognitionem habent Inquisitores in Regno Portugaliæ ex concessione *Pij IV. Gregorij XIII* de qua attestantur Emman. Moura *de incantat. & ensalmis opusc.* 1. *sect* 3 *c.* 1. *n.* 16. Sousa *in aphorism Inquisit lib.* 1. *c* 59 *nu.* 10. Ego ipse *de officio, & potest Episcopi p* 2 *alleg* 34 *n.* 31. Et ex Bulla *Clementis VII.* idem obseruatur in Regno Aragoniæ & Valentiæ ac Barcinone, vt referunt Salzed. *ad Bernard in pract c.* 86. Narbona *l.* 10. *gl.* 8. *nu.* 3. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ Recop* Castr Palao *in opere morali tom.* 1. *tract.* 4. *disp* 8 *punct.* 11. *nu.* 11. Diana *moral. resol. p.* 4. *tract.* 7. *resol.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres ad turpia, & inhonestos actus solicitantes in Confessione, quas pœnas incurrant.*
2 *Masculos ad turpia in Confessione solicitantes easdem pœnas incurrunt in quas incidunt solicitantes mulieres in Confessione.*
3 *Inquisitores quibus pœnis punire debeant solicitantes mulieres, vel masculos in Confessione.*
4 *Confessarios in actu Confessionis ad turpia mulieres solicitantes non intendunt restituere Cardinales Inquisitores per quancunque gratiam factam vel faciendam.*

Solicitantes mulieres in Confessione.

Collect. DCLXXV.

1 SOlicitantes mulieres in Confessione ad turpia, & inhonestos actus in Regnis Hispaniarum cuiuscunque Ordinis illi sint, possunt inquiri ab inquisitoribus contra hæreticam prauitatem, qui illos in hoc culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitatem prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione secularis iudicis arbitrio puniendos tradant. *Pius IV constit.* 31. incip. *Cum sicut, die* 16. *Aprilis* 1561. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 46. de qua etiam Scortia *in selectas sum norum Pontificum Constit. epit.* 77. *Paulus V. constit. sua* incip. *Dilecte fili* 16. *Septembris* 1608. apud Laert. Cherubin. *tom.* 3. *pag.* ... quam eleganti stylo & doctissimis velut commentariis exornauit Illustrissimus Acuña Archiepiscopus Vlixbonensis in suo tract. de confessariis so-
2 licitantibus mulieres in Confessione. Has Constitutiones nouissimè confirmauit, & extendit ad omnes vbique locorum existentes, & ad solicitantes etiam masculos in Confessione ad nefaria
3 *Gregorius XV constit.* 34. incip. *Vniuersi Dominici gregis* 30. *Augusti* 1622. apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regular. const* 4. *Gregorij XV. pag.* 344. & apud Laurent. de Franchis *de controuers. inter Episcopos, & Regul pag.* 179. vbi Inquisitoribus antedictis indulget, vt quos in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circunstantiis suspensionem ab executione Ordinis, priuationis beneficiorum Dignitatum, & officiorum quorumcunque ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & passiuæ, si Regulares fuerint exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliasque pœnas decernant, eos quoque si pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione Curiæ seculari puniendos tradant: quas omnes Constitutiones ponit Trullench. *in exposit Decalogi tom.* 1. *c* 3. *dub.* 18. *post. n.* 10. 3. & de illarum materia Illustriss. Acuña *in d. tract. de Confessariis solicitantibus*, & Seraphinus de Freitas *eius additionator*, Bonac. *in tract. variis, tract. de onere denunciandi*, Scortia *in selectas summorum Pontificum Constitutiones theorem.* 197 Sanctarel. *de hæresi ca* 44. Anton. de Sousa *in Aphorism Inquisit. lib.* 1. *cap.* 34. Trullench. *d. dub* 18. Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constitut.* 4. *Gregorij XV pag.* 446. *cum seqq.*

Lauret.

Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcopos & Regulares pag.*179: Fr. Hieron. Trimarchi *de Confeſſario abutente Sacramento Pœnit.* Ioan. Anton. Nouar. *in ſumm. Bullarum ſub tit de ſolicitat. in Confeſſion.* nouiſſimè Ioan. à Eſcobar. *in ſuis tractatibus ſelectiſſimis tract. 2. de Confeſſariis ſolicitantibus pœnitentes ad Venerea ad explicationem Conſtitutionis Gregorij XV.* Ego *de officio, & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg.* 105. *nu.* 60. *cum ſequentibus.*

4 Solicitantes ad turpia mulieres in actu Confeſſionis, vel antea, vel poſtea per quamcunque gratiam factam, vel faciendam, quibuſuis aliis decretis non intendunt reſtituere domini Cardinales Inquiſitores Generales. *Sacra Congr. ſancti officij*, apud Lauret. de Franchis *d. loco pag.* 189. *verſ. Ad quartum.*

Somaſchæ Clerici Regulares vide in verbo *Clerici Regulares Somaſchæ collect.* 166.

Sorores.

Collect. DCLXXVI.

1 SOrores vltra duas in eodem monaſterio habitum Regularem ſuſcipere ac profeſſionem emittere non poſſunt abſque Sacræ Congregationis licentia, & ſi hac licentia obtenta ſoror ad habitum admittatur, voce actiua, & paſſiua tandiu careat, quouſque altera ex eiſdem duabus ſororibus vitam cum morte commutauerit, dotemque duplicatam ſoluat quatenus intra, triplicatam vero ſi ſupranumerum exiſtat, aliique caſu adimpleantur conditiones in licentiis impreſſis pro Monialibus ſupra numeratis concedi ſolitis contentæ. Vbi autem laudabilis conſuetudo inoleuit, vel Pontificia Conſtitutione cautum quod nec duæ ſorores in eodem monaſterio habitum ſuſcipiant, prout Florentiæ, & alibi, ita obſeruetur. *Sacra Congreg. Epiſcop. & Regular. in Bracharen. 26. Auguſti* 1616. cuius meminit Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regular. verbo ſorores.*

Sortilegium.

Collect. DCLXXVII.

1 DE ſortilegiis Paul Griland. *in tract ſpeciale hac de re.* Iacob. de Graffiis *in aureis deciſ. libr 2. c. 4* Petr. Gregor Syntagm. *Iuris lib.* 34. *ca.* 1. *cum ſeqq.* Azot. *inſtit moral. p.* 1. *lib.* 9 *c.* 21. Martin. Delri. *diſquiſitor. magic lib* 3. *p* 1. *quæſt. cum ſeqq & lib.* 4. *cap* 4. *qu.* 1. Leſſ de Iuſtitia *lib.* 2 *c.* 43. *dub* 9. Caualcan. *de brachio Regio p.* 1. *n* 84 Raph. de la Torre *in* 2. *tom.* 2. *q.* 95 *art.* 8 *pag* 330. Sanch *in præcepta Decalogi lib* 2. *c.* 38. *à nu.* 56. Cardoſo *in praxi Iudicum verbo ſortilegium*, Farin. *in praxi crimin q.* 20. *n.* 72. *cum ſeqq. & de hæreſi q* 181. Torreblanca *de iure ſpirituali lib.* 2. *cap.* 7. *&* 8. Marcel. Vulpe *in praxi Iudicum fori eccleſ cap* 37. *num.* 4. *cum ſeqq.*

2 Sortilegiis ſiue maleficiis vnam aut plures perſonas lædēs itaut ex maleficio, ſeu ſortilegio mors ſequuta ſit, pactum cum diabolo faciens, & à Fide apoſtatando, etiam pro primo lapſu, Curiæ ſeculari traditur, debitis etiam puniendus pœnis. Qui verò ſimiliter apoſtatando pactum cum diabolo, vt præfertur, fecerit, & maleficium, ſeu ſortilegium commiſerit, ex quo licet mors ſequuta non ſit, infirmitas tamen, diuortia, impotentia generandi, ſiue animalibus, frugibus, vel aliis fructibus damnum notabile prouenerint, muro claudi, ſiue perpetuis carceribus, in ſancto Inquiſitionis officio, vbi illud exiſtit, fabricandis, mancipari debeat. *Gregorius XV ſua Conſtit. incipient. Omnipotentis Dei 10. Maij* 1623. quam referunt Marcel. Vulpe *in praxi Iudic. fori eccleſ. c.* 37 *n.* 25. Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. pag.* 199.

SVMMARIVM.

Spoliorum nomine veniũt.
1 *Bona clericorum extra reſidentiam decedentium.*
2 *Bona clericorum ex illicita negotiatione acquiſita.*
3 *Bona Regularium extra clauſtra vagantium*
4 *Beneficiorum Italiæ Sedi Apoſt. reſeruatorum fructus.*

Spoliorũ nomine nõ veniunt
5 *Ornamenta.*
Paramenta.
Vaſa.
Libri Eccleſiarum.
Res ſacræ, aliaque bona ad cultum diuinum deſtinata.

6 *Cameræ Apoſt. ſpectant ſpolia eccleſiaſticarum perſonarum ſine teſtamento, aut facultate teſtandi decedentium.*
7 *Penſiones & beneficia non excedentia ſummam ducatorum* 40. *non faciunt ſpolium.*
8 *Curato permanenti per duos menſes extra reſidentiam de licentia Epiſcopi non fit ſpolium.*
9 *Bona Ciuium Romanorum, incolarum, Curialium quando non faciant ſpolium.*

Spolium.

Collect. DCLXXVIII.

1 SPoliorum nomine veniunt bona clericorum extra reſidentiam decedentium. *Pius IV. conſtit.* 91. incip. *In ſuprema 7. Kalend. Decembris* 1564 apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. ſecundo pag.* 132.

2 Et bona eorundem ex illicita negotiatione acquiſita. *Pius IV conſtit* 19. incipien. *Decens, Nonis Nouembris* 1560. apud Laert. Cherub. *dict tom. 2. pag.* 29. de qua Scortia *in ſelectas ſummorum Pont. Conſtitutiones epit.* 76.

3 Et bona Regularium extra clauſtra vagantium. *Gregorius XIII conſtit.* 45 incipien. *Officij 21. Ianuarij* 1577. apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pag* 56 cuius meminere Zerol *in praxi Epiſcop p.* 2. *verbo ſpolium* §. 7. Lezana *in ſumm. quæſt Regul. tom.* 1 *cap.* 16 *num.* 20. 21. *&* 31. *& tom* 3. *verb apoſtata num.* 8. vbi addit quod ſi ipſi reuertuntur ad Religionem, bona, quæ ſecum portant, pertinent ad illam tam ipſis viuentibus, quam poſt illorum mortem, refert & declarat Carol. Maranta *tom.* 2. *reſp.* 42. & Scortia *in ſelectas ſummorum Pontif. Conſtitutiones epit.* 128.

4 Et fructus beneficiorum Italiæ Sedi Apoſt. reſeruatorum, vel affectorum aliter quàm per ceſſum vacantium. *Pius IV. conſtit.* 42. incip. *Cupientes* 25. *Aprilis* 1561. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 46 de qua Scortia *citato loco epit.* 78.

5 Spoliorum nomine ad Cameram Apoſtol. ſpectantium minimè comprehenduntur omnia &

ſingula ornamenta, & paramenta, ac vaſa necnon Miſſalia, & Gradualia, ac cantus firmi, & muſicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res ſacræ etiam auri & argenti, ac quæcunque alia bona, quæ per quoſcunque Epiſcopos ad vſum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & capellis, vel Oratoriis deſtinata tempore eorum obitus reperiuntur, quæ etiam ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & aliàs diſponendi minimè comprehenduntur, ſed ea omnia ad eorum Eccleſias, idque proportionabiliter habita ratione fructuum, & temporis, quo bene ficia, ſi plura fuerint, poſſiderunt, nec ad hæredes ex teſtamento, vel ab inteſtato deueniunt: *Pius V. conſtit.* 42. incipien. *Roman: Pontifices de anno* 1567. apud Laert. Cherubin. *tom. 2. pag.* 238. Scorria *loco citato epit.* 98. Carol. Maranta *tom. 2. reſp.* 15. latè Solorzan. *de iure Indiarum tom. primo lib. tertio capite* 11 *numer.* 18. *cum ſeqq. & eod. lib. tertio capite d nodecimo a numer.* 22. aduertit Romanos Pont. tempore Catholicorum Regum in his Regnis Caſtellæ & Legionis ſimul cum ſpoliis defunctorum Epiſcoporum redditus Sedis vacantis Cameræ Apoſt. reſeruaſſe, & ad eos adminiſtrandos, colligendos, & exigendos Collectores introduxiſſe.

6 Spolia eccleſiaſticarum perſonarum ſine teſtamento, aut facultate teſtandi decedentium ad Cameram Apoſt. ſpectant. *Paulus III. conſtit.* 29. incip. *Romani* 3. *Non. Ianuarij* 1542. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 518. *Pius IV. conſtit.* 8. incip. *Grane* 26. *Maij* 1560. apud. Laert. Cherub. *tom.* 2 *pag.* 8.

7 Spolia non faciunt bona clericorum, qui obtinent penſiones, & beneficia non excedentia ſummam ſcutorum triginta. *Pius V. conſtit* 42. incip. *Romani* 3. *Kalend. Septembris* 1567. apud Laert. Cherub. *d. tom. 2. pag.* 238. de cuius materia Ioan. Anton Nouar. *in ſum. Bullar. ſub tit. de ſpoliis clericorum.*

8 Spolium non fit curato permanenti per duos menſes extra reſidentiam de licentia Epiſcopi ex magna cauſa, iuxta *c.* 1 *ſeſſ.* 23 quia Bulla *Pij IV.* incip. *ſuprema*, de ſpoliis contra non reſidentes, non derogauit Concilio Trid. *Sacra Congreg. Concil. die* 2. *Aprilis* 1593. penes Sellium *in ſelect. Canon c.* 43. *n.* 12.

9 Spolium quando non faciant bona ciuium Romanorum, incolarum & Curialium. *Paulus V. conſtit.* 18. incip. *In eminenti* 8. *Aprilis* 1606. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 3. *pag.* 199.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro per carnalem copulam ſubſequutam non tranſeunt in matrimonium.*

2 *Sponſalia inter puberes ante ætatem contracta etiam per verba de præſenti non tranſeunt in matrimonium etiam ſubſequuta copula poſt ætatem.*

3 *Parochus proprius, & non alius niſi de eius licentia, debent benedicere ſponſos.*

4 *Eleemoſyna, quæ occaſione benedictionis ſponſorum dari ſolent, ad Parochum ſpectant.*

Sponſalia. Sponſus.

Collect. DCLXXIX.

1 SPonſalia de futuro per carnalem copulam ſubſequutam, non tranſeunt in matrimonium: debet tamen Epiſcopus cognoſcere an poſſit per cenſuras eccleſiaſticas cogere renuentes, ex coniugibus ad obſeruanda ſponſalia de futuro, iuxta tradita *in cap ex litteris* 2. *de ſponſalib. Sacra Congr. Conc.* teſte Carolo Maranta *tom.* 1. *reſp.* 6. *num.* 91.

2 Sponſalia inter puberes ante ætatē etiam vnius ex ſponſis contracta per verba de præſenti ſeruata forma Concilij, non tranſeunt in matrimonium etiam ſubſequuta copula poſt ætatem non ſeruata de nouo eadem forma Concilij *Sacra Congr. Conc.* referente Carol. Maranta *d. reſp.* 6. *etiam num.* 91.

3 Sponſi debent benedici à proprio Parocho non ab alio, niſi de ipſius licentia: & eleemoſynæ, 4 quæ occaſione huius benedictionis dari ſolent, ad ipſum ſpectant. *Sacra Congr. Rit in Acheruntina* 15. *Ianuarij* 1602 penes Sellium *in ſelect. Canon. cap.* 21. *num.* 3.

Stabilia non conuenit Regularibus vendere, vide in verbo *Regularis collect.* 641. *num.* 5.

S. Stanislai canonizatio, vide in verbo *Canonizatio collect.* 117. *nu.* 43. Eius feſtum die 8. menſis Maij celebrandum ad diem 7. eiuſdem menſis transfertur, vide in verbo *feſtum collect.* 356. *n.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitionis officio contraria ſtatuta edita ſunt abroganda.*

2 *Cæremoniale non tollit ſtatutum in Eccleſia laudabiliter introductum, & iuratum.*

3 *Eccleſiæ Collegiatæ ſtatuta ſunt petenda ab Epiſcopo.*

4 *Coadiutores exempti non ſunt ex eo quod ex cauſa ſtatutum exemit Canonicos.*

5 *Statutum vt bidellus poſſit deferre clauam argenteam ante Clerum Eccleſiæ Collegiatæ confirmatur.*

6 *Diſpenſationes Matrimoniales non comprehendit ſtatutum concedens Epiſcopis vt certum quid poſſint accipere in cauſis commiſſariis.*

7 *Epiſcopus non tenetur iurare in ingreſſu ſuæ Eccleſiæ ſtatuta, quæ ſacris Canonibus, & decretis Concilij Trid ac Conſtitutionibus Apoſt ſunt contraria.*

8 *Canonici etiam ex ſtatuto non poſſunt ſeruire per ſubſtitutum.*

9 *Canonicis ſi ſtatuto permittatur per quatuor menſes quolibet anno abeſſe ab Eccleſia, illud ſeruandum eſt ſi à Sede Apoſt. confirmatum ſit.*

10 *Coadiutoribus ſi per ſtatutum concedatur vt poſſint gradatim aſcendere, & præcedere poſterioribus Canonicis non eſt ſeruandum.*

11 *Statutum non eſt validum vt vna hora, vel duabus intereſſentes lucrentur maſſam groſſam, ſiue Præbendam, amiſſis diſtributionibus.*

12 *Capitulo non intereſſentes, ſi vigore ſtatuti mulctentur, etiamſi choro & officiis diuinis interſint, valida eſt mulcta.*

13 *Elboren. Eccleſiæ ſtatutum validum.*

14 *Caſalen. Eccleſiæ ſtatutum.*

15 *Compoſtellanum ſtatutum tolerandum.*

16 *Aquipendij ſtatutum quomodo intelligendum.*

Statutum.

Collect. DCLXXX.

1 STatuta contra Officium Sanctæ Inquiſitionis hæreticæ prauitatis edita ſunt abroganda Alexan-

Alexander IV. constit. 10. incip. *In placida* 15. *Kalend. Ianuarij* 1256. apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 87.

2 Statutum in Ecclesia laudabiliter introductum, & iuratum non tollitur per Cæremoniale. *Sacra Cong. Rit. in Montis Regalis* 27. *Septembris* 1608. teste Sellio *in selectis Canon cap.* 74. *n.* 11.

3 Statuta pro Ecclesia Collegiata quærenda sunt ab Episcopo loci. *Sacra Congreg. Rit. in Mediolanen.* 28 *Septembris* 1602. quam refert Aldan. *in compendio Canon resolut. lib* 3. *tit.* 16. *num* 8.

4 Statutum stricte est intelligendum, & ideo eximens ex causa Canonicos à seruitio, non eximit coadiutores. *Sacra Congreg. Rit in Elboren.* 15. *Aprilis* 1606. penes Aldan. *d. tit* 16. *n.* 9.

5 Statutum vt bidellus, seu massarius possit deferre clauam argenteam ante Clerum Ecclesiæ Collegiatæ confirmari posse declarauit *Sacra Congreg. Rit. in Vicen.* 28. *Aprilis* 1607. quam citat Aldan. *d. tit.* 16. *num.* 10.

6 Statutum concedens Episcopis vt certum quid possint accipere in causis commissariis non habet locum in dispensationibus matrimonialibus, etiamsi factum sit in Synodo Prouinciali: notarius autem quartam partem vnius ducati accipere potest. *Sacra Congr Conc.* referente N. col. Garc. *de benefic part* 8. *c.* 1. *n.* 104.

7 Statuta quæ sacris Canonibus, & sacri Concilij decretis, Apostolicisve Constitutionibus sunt contraria, Episcopus non tenetur iurare in ingressu suæ Ecclesiæ, nisi à Sede Apost. ex certa scientia confirmata existant. *Sacra Congr. Conc. in Oveten.* 27. *Maij* 1632. apud Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 7. *num.* 11.

8 Statutum quod Canonici possint inseruire per substitutum, vel alternatim vnus pro alio, est contra Concilium, ac proinde eius ratio habenda non est. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol Garc. *de benefic. part.* 3. *c.* 2. *num* 498.

9 Statutum, quo Canonicis permissum est per quatuor menses quolibet anno ab Ecclesia abesse, si à Sede Apost. confirmatum est, non fuit sublatum à Conc. sess. 24. cap. 12. de reform. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *c.* 2. *n.* 516. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 23. *de residens. Canon num.* 26.

10 Statutum quod coadiutores viuentibus coadiutis possint gradatim ascendere, & præcedere posterioribus Canonicis non est seruandum. *Sacra Congr. Rit. in Casalen.* 10. *Decembr.* 1619. *&* in *Elnen.* 2. *Maij* 1620. cuius meminit Aldan. *dict. tit.* 16. *numero* 12.

11 Statutum non est validum vt vna hora, vel duabus interessentes lucrentur massam grossam sine Præbendam amissis distributionibus quotidianis. *S. Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *d. part.* 3. *c.* 2 *num.* 329. *in* 1. *declar.* Armendar. *d. loco num.* 52.

12 Statutum seu consuetudo Capituli valida est, qua mulctantur non interessentes Capitulo, etiamsi intersint in choro, & officiis diuinis. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Aldan. *d. tit.* 16. *numero* 13.

13 Statutum Ecclesiæ Elboren. ante Concil à Sede Apost. confirmatum vt Canonici semel in vita per annum abesse possint causa Hierusalem proficiscendi, & sex menses cum Basilicam S. Petri in quolibet quinquennio visitare vellent, non est sublatum per Concilium. *Sacra Congr. Conc.* vt per Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benef part.* 3. *ca.* 2. *num.* 395.

14 Statutum Ecclesiæ Casalen. disponens quod Capellani teneantur, & debeant continuò interesse horis Canonicis cum Canonicis, alioquin puntentur secundum Capituli discretionem, inducit residentiam præcisam inducendo incompatibilitatem ex præscripto *Concilij Trid. sess.* 24 *cap.* 17. *de reform. Sacra Congr. Conc.* penes Sellium *d. cap.* 74. *num.* 17.

15 Statutum Compostellanum per quod debentur distributiones non seruientibus, qui per quadraginta annos seruierunt, mandauit tolerari Gregorius XIII. senibus, & benemeritis misertus. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic part.* 3. *c.* 2. *n.* 344.

16 Statutum Aquipendij volens quod alueus derelictus à flumine Paleæ sit Communitatis, non autem habentium prædia adiacentia, non habet locum vbi prædia adiacentia sunt Ecclesiarum, & Religionis Militaris Sancti Stephani. *Sacra Cong. Conc. die* 5. *Iulij* 1628. teste Bonfadin. *dict. resol.* 7. *num.* 16.

Stygmata S. Francisci.

Collect. DCLXXXI.

1 Stygmatum S. Francisci veritatem approbauit, & contrarium credi prohibuit *Gregorius IX. constit.* 12. incip. *Confessor* 11. *Kalend.* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 58.

2 Stygmatum S. Francisci Missa, & Officium approbatur a *Sacra Congr Rit die* 28. *Augusti* 1615. teste Sellio *in selectis Canon. c.* 2 *num.* 73. Et pro Clero est semi duplex. *Eadem sacra Congr. die* 2. *Octobris* 1627. quam citat Gauan. *in rubricas Breuiarij sect.* 7. *c.* 11. *num.* 17.

4 Stygmatum S. Francisci Officium vt in loco Aluerniæ possit singulis sextis ferijs non impeditis, à Fratribus sui Ordinis celebrari, conceditur *à Sacra Congr. Rit in causa Etruriæ* 18. *Maij* 1616. Item vt à toto Ordine obseruantium prima die non impedita cuiuslibet mensis recitari possit, indultum fuit ab *eadem Sacra Congr. Rit. in causa Minorum de Obseruantia* 12. *Martij* 1618. quarum meminit Sellius *d. c.* 2. *num.* 74.

Stola.

Collect. DCLXXXII.

1 Stolæ ratione danda est præcedentia Archipresbytero. *Sacra Cong. Rit. in nullius* 12. *Maij* 1612. quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.* 42. *num* 3.

2 Stolam sicut defert Parochus secularis in propria Parochia, & in Parochia Fratrum dum defuncti corpus in eorum Ecclesia sepelitur, potest in eodem casu, & in eodem tempore Parochus Regularis stolam deferre non solum in propria Parochia, sed etiam in Parochia defunctorum. *Sacra Congr. Rit. die vlt Septembris* 1628. teste Aldan. *d. tit.* 42. *n.* 5.

3 Stolam in funeralibus Parochus Monachus deferens ingredi potest Parochiam secularium sicut ingrediuntur seculares. Parochi Monachorum

Parochiam. *Sacra Cong. Rit. in Asculana. 29. Ianuarij* 162, penes Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol.* 3. *num.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Parocho non est danda licentia se absentandi studiorum causa à propria Parochia.*
2 *Canonicus vltra quinquennium causa studij abesse non potest, & hoc tempore distributiones quotidianas non lucratur.*
3 *Studiorum causa absentes Canonici distributiones quotidianas percipiunt, si in iis consistant omnes fructus.*
4 *Canonicus absens studiorum causa non excusatur ab amissione tertiæ partis detracta.*

Studium.

Collect. DCLXXXIII.

1 Studiorum causa non est danda licentia Parocho se absentandi à propria Parochia, cum iam hodie per Concilium non admittantur, nisi qui per concursum magis idonei fuerint iudicati. *Sacra Congreg. Conc.* testibus Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. numer.* 251. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 23. leg. 2 § 2. sub. tit. sed an Parochi debeant residere in suis Curatu n.* 122. quos refero *de Officio, & potest. Parochi c 8 n 27.*

2 Studiorum causa in Canonicatibus (in quibus datur facultas studendi etiam post Concilium Trid.) nemo abesse potest vltra quinquennium, & hoc tempore distributiones quotidianas non lucratur. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. c. 2. num.* 8. *in 2. declarat. & num.* 101. Armendar. *d. lib. 2. tit. 23. de residentia Canonicorum n.* 102. *&* 103.

3 Studiorum causa absentes Canonici distributiones quotidianas percipere debent, exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, si omnes fructus consistant in dictis distributionibus. *Sacra Congreg. Conc* penes Nicol. Garc. *part. 3 capite 2. numer.* 113.

4 Studiorum causa absens Canonicus etiam obtenta licentia à Sede Apost. non excusatur ab amissione tertiæ partis detractæ, sicut nec excusatur ab amissione cæterarum distributionum. *Sacra Cong. Conc.* apud Nicol. Garc. *d. c. 2. n.* 112. Armendar. *d. tit. de residentia Canon. n.* 123.

Subcantor.

Collect. DCLXXXIV.

1 Subcantoris officium iuxta consuetudinem Ecclesiæ exerceri debet. *Sacra Congr. Rit. in Tarentina cryptaliarum 3. Septembris* 1605. *in resp ad 3. dub.* quam refert Aldan. *in compendio ecclesiast. resolut lib. 1. tit. 27. num.* 81.

SVMMARIVM.

1 *Ordinariorum à iurisdictione exempti sunt Subcollectores Cameræ Apost.*
2 *Causa delictorum, ac excessuum à Subcollectoribus commissorum cognoscuntur à Nuncio in Regno Neapolitano, etiam post dimissum Officium.*
3 *Parochialis à residentia non excusatur Subcollector Apost.*
4 *Subcollectores Apost. non comprehenduntur sub decreto Concil sess. 6. de reform. c. 4. & sess. 7. cap. 1. & sess. 25. cap 6. de reform.*
5 *Visitari non possunt Subcollectores nec corrigi ab Episcopo.*
6 *Commissarij spoliorum. & Subcollectores non comprehenduntur sub dispositione Ordinariorum.*
7 *Excommunicari potest Subcollector absque Ordinarij licentia cum Monialibus alloquens.*
8 *Informationem delictorum saltem notoriorum Subcollectoru potest capere Ordinarius ad effectum transmittendi suis Subcollectoribus.*

Subcollector Apost.

Collect. DCLXXXV.

1 Subcollectores Cameræ Apost. Aduocati, Procuratores, Fiscales, & Notarij in causis spoliorum, & iurium præfatæ Cameræ, eorum officio durante sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum ex literis *Pauli III. Pij IV. Gregorij XIII. & Sixti V.* quarum meminit Ioan. Anton. Nouar. *in summam Bullarum tit. de Subcollectoribus.*

2 Subcollectoribus in locis Regni Neapolis à Sede Apost. illic nuncio deputatis priuilegium conceditur quod causæ delictorum, ac excessuum ab eis commissorum ab ipso Nuncio solum, non verò ab aliis Iudicibus etiam Ordinariis cognoscantur, & decidantur, donec ipsi vixerint, etiam post dimissum officium. *Gregorius XIII constit. 25. incip. Cupientes de anno* 1576. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2 pag.* 392. Vnde *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Egitanien.* 15. *Iulij* 1616. declarauit in vim dictæ Constitutionis Gregorianæ Subcollectores spoliorum tam in officio quàm post ab Ordinarij iurisdictione exemptos esse, refert Sellus *in selectis Canon. cap.* 73. *num.* 8. Eadem Constitutione agens Carol. Marantta tom. 2. resp. 42. disputat, an Subcollectores Cameræ Apostol. fori exemptione gaudeant in omnibus criminibus etiam post dimissum eorum officium patratis, & an illud dimittere valeant. Quam Constitutionem ad excessus, & crimina patrata in aliis Regnis, & Prouinciis, etiam expletis eorum officiis, extendit *Vrbanus VIII. constit 3. aliàs* 145. *inci. Aliàs recolendæ mem.* 2. *Iulij* 1636. apud Angel. Mariam Cherub. *tom. 4. Bullarij in appendice pag* 58.

3 Subcollector Apostolicus non excusatur à residentia Parochialis. *Sacra Congreg. Concil.* testibus Gonzal. *ad reg. 8 Cancel. gloss 6. num.* 266. Nicol. Gar. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 42. in 3. declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. sub rub. an Parochi debeant residere in suis Curatu num.* 164. quos refero *de officio, & potest. Parochi cap. 3. numer.* 21.

4 Subcollectores Apostolici tanquam prorsus exempti non comprehenduntur sub decreto *Concilij sess 5. cap 4. & sess. 7. c 1. & sess. 25. ca. 6. de reformat. Sacra Congr. Conc.* penes Gonzal. *ad reg 8. Cancel. gl. 53. num* 81 *&* 82.

5 Subcollectores non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopo. *Sacra Congr. Conc. in Segobien. 11. Iulij* 1590. cu-

1590. cuius meminere Nicol. Garcia *de benef. p. 3. ca. 2. num. 168. in fine*, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit. 6. de visitatione numer.* 80. quos refero *de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 47. num. 28.*

6 Subcollectores, vel Commissarij spoliorum non comprehenduntur sub dispositione Ordinariorum, sed Nuncij Apost. iuxta eorum priuilegia. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garcia *de benefic. p. 11. capite 10. numer. 186 declar. 13.* Armendar. *in addit. ad recop legum Nauarra li. 1. 4 tit. 5. de sinpro leg. vnica num. 11.*

7 Subcollector absque Ordinarij licentia alloquens cum Monialibus potest excommunicari. *Sacra Congr Conc. in Hippotegien* quam citat Selhus *d. c. 7. num 9.*

8 Subcollectoris delictorum falrem notariorum informationem potest capere Ordinarius, vel capi facere ad eff. ctum transmittendi suis Superioribus. *Eadem Sac. Congr in dicta Hippotegien.* relata per Selinum *citato loco n. 10.*

Subdelegare potest Episcopus facultatem visitandi Ecclesiam Collegiatam exemptam, vide in verbo *Collegiata Ecclesia collect. 181. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Officium Subdiaconi non potest exerceri à Clerico in minoribus constituto, quamuis sit penuria Subdiaconorum.*

2 *Fori priuilegio gaudet subdiaconus, qui in vim dispensationis Apost. cum vidua matrimonium contraxit, & personis obtinet.*

3 *Apostolici Subdiaconi debent esse in Sacris, vel infra duos menses ordinari sub pœna amissionis emolumentorum.*

Subdiaconus.

COLLECT. DCLXXXVI.

1 SVbdiaconi Officium non potest exerceri à Clerico in minoribus constituto, quamuis sit penuria Subdiaconorum, & conferendo: *Sacra Congr Rit. in Gerunden. 11 Augusti* 1602. quam refert Aldan *in compendio Canon resolut lib. 1. tit. 26. num. 12.*

2 Subdiaconus, qui in vim dispensationis Apost. cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones ecclesiasticas obtinet, in integrum est fori priuilegio *Sacra Congr. Concil die 7. Septembris* 618. penes Aldan *d. lib. tit 26 num 43.*

3 Subdiaconi Apostolici debent esse in Sacris, & ideò illis præcipitur sub pœna amissionis emolumentorum Officij ex . . . dans menses ordinentur. *Sacra Congreg. Rit in causa Vrbis Sanctorum* 4. *Martij* 1606. apud Aldan *d tit. 26 n. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Expensas factas in Bullis expediendis non debet excedere charitatiuum subsidium.*

2 *Nullus cogi debet ad subsidij contributionem maiorem solito.*

3 *Fratres S. Ioannis Hierosolymitani, siue eorum Vicary in Parochialibus Religionis vnitis non tenentur ad solutionem charitatiui subsidij.*

4 *Hispanici subsidy prima, secunda, & tertia concessio.*

5 *Milites S. Iacobi de Spatha, excepta Magistrali mensa, ad subsidy Hispanici solutionem tenentur.*

6 *Fratres quatuor Ordinum Mendicantium bona immobilia possidentes ad subsidy Hispanici solutionem tenentur.*

7 *Concordia subsidij inter vniuersum Clerum Regnorum Castellæ, & Regem Catholicum inita confirmatur.*

8 *Excusatum subsidium in Hispania quid. & quando inceperit? & quæ decima sub eius concessione comprehendantur.*

9 *Monachi Cistercienses, & S. Hieronymi, Religiosi Fratres & Moniales ac Militarium Ordinum Equites ad Excusati solutionem tenentur.*

10 *Concordia inita inter Clerum Regnorum Castellæ & Legionis cum Rege Catholico super Excusati solutione confirmatur.*

11 *Cardinales an a solutione Excusati liberentur, ost. nditur.*

Subsidium.

COLLECT. DCLXXXVII.

1 SVbsidium charitatiuum non debet excedere expensas factas in Bullis expediendis. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. die 24. Maij* 158 . quam refert Aldan. *in compendio ecclesiast resolut. lib. 3. tit. 31. num 2.*

2 Subsidij ad contributionem maiorem solito nullus cogi debet *Sacra Congr. Episcop & Regular die 17. Ianuarij 1589.* cuius meminit *de iure ecclesiastico vniuerso lib 3 c. 21. num. 7.*

3 Subsidij charitatiui ad solutionem non tenentur, neque compelli possunt Fratres S. Ioannis Hierosolymitani, siue eorum Vicarij in Parochialibus Religioni præd. &æ vnitis. *Sacra Congr. Conc. in Augustana 4. Decembris* 630. penes Bonlad n. *in thesauro ecclesiast. decis. resol* 36. *num* 20.

4 Subsidij Hispanici prima concessio incepit à Pio IV. *in sua Constit* incip. *Ad Romani Pont. indefessam, sexto Non. Martij* 1561. de trecentis millibus ducatis auri annis vsque ad quinquennium proxime futurum à Kalend s Ianuarij proxime futuri computandum, & deinde vsque ad aliud quinquennium Sedis Apostol arbitrio super omnium, & singularum Cathedralium & Metropolitanarum, Collegiatarum, & dualium Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium & Regularium, Canonicatuum, & Dignitatum etiam post Pontificales maiorum, & Capitulorum, & Conuentualium, & aliarum Ecclesiarum fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, obuentionibus & emolumentis, &c. ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui pro vniuersali Ecclesia inguter laborant, & Militibus Hierosolymitanis dumtaxat exceptis.

Secunda concessio facta fuit à Pio V. *in sua Const. incip. Cum sicut accepimus sub die* 16 *Martij* 1566.

Tertia concessio ab eodem Pio V. *in sua Constit. incipient. Cum sicut accepimus sub die* 21. *Maij* 1571. Idem Pius V. *in alia sua Constit.* incip. *Dudu Romanum sub die 7. Martij* 1571. exactionem huius subsidij à Capitulis, & Collegiis prouinciæ, seu Episcopatus suscipi mandat.

5 Gregorius XV. *in ſua Conſtit.* incip. *Conceſſit alias, ſub die 11. February* 573. declarat Milites Sancti Iacobi de Spatha (excepta tamen Magiſtrali menſa)
6 necnon quatuor Mendicantium ordinum Fratres bona immobilia, ſeu quæ immobilium loco habentur, poſſidentes ab ſubſidiorum hactenus non ſolutorum ſolutionem teneri, &c.

7 Paulus V. *in ſua Conſtit.* incip. *Pro noſtro munere ſub die 31 Octobris* 1614. confirmauit concordiam ſubſidij inter vniuerſum Clerum regnorum Caſtellæ, & Regem Catholicum initam.

8 Subſidium excuſatum Hiſpaniarum incœpit à Papa Pio V. *qui per ſuam Conſtit.* incip. *Circa paſtoralis die 15. Iulij* 1567. conceſſit Regi Catholico plenam liberam & omnimodam facultatem petendi, exigendi, & leuandi, ac recuperandi decimas tritici, hordei, vini, aquarum, lanæ, olei, caſei, & aliorum quoruncunque fructuum & rerum, ex quibus decimæ tam de iure quam de conſuetudine, & priuilegio ſolui & dari conſueuerunt, ex vna domo, illiuſque domino poſt duas, quæ vberiores, & opulentiores decimas habuerint, quam maluerit in qualibet Parochia tam ſeculari quam cuiuſuis Ordinis Regulari ex vniuerſis Parochis in Regnis, & dominiis Hiſpaniarum & inſulis eiſdem Regnis adiacentibus: necnon decimas huiuſmodi ab illis, qui hactenus ipſas perceperunt, exegerunt, & leuarunt, abdicat, & ſeparat, illoſque eidem Philippo Regi per Nuncium ſeu perſonas eccleſiaſticas ab eo deputandas, exigendas, leuandas, & recuperandas ipſi Philippo Regi, ſeu eius pro tempore ad hoc deputatis miniſtris cum effectu tradendas, & conſignandas applicat, &c. Voluit tamen conceſſionem, ac donationem huiuſmodi à Kalendis Ianuarij proximè futuri anni 1568. incipere, & ad quinquennium ex tunc proximè futurum durare, &c.

Idem Pius V. *per aliam ſuam Conſtit.* incip. *Sane alias ſub die 21 May* 1571. illam conceſſionem ad aliud quinquennium extendit. Necnon per aliam *Conſtitut.* incip. *Apoſtolicæ ſedis ſub die 24. Martij* 1572. declarauit ob conceſſione huiuſmodi comprehendi omnes & ſingulas decimas ex Parochialibus prouenientes, ex quibus primitiæ percipi, vel ſubſidia eccleſiaſtica ſolui ſolent, & quæ ex indulto Apoſt. laicis tam ſeparatim, quam etiam quæ eis, & quibuſcunque perſonis, & locis eccleſiaſticis mixtim, ſeu etiam per diſtinctas partes quomodolibet ſoluuntur, etiamſi illæ in terris olim à Mauris & Sarracenis in re bellica recuperata conſiſtant, &c.

9 Gregorius XIII. *in ſua Conſtit.* incip. *Aliæ felicis ſub die 13. May* 1575. prorogauit huiuſmodi excuſatum vſque ad aliud quinquennium. Idem Gregorius *per aliam ſuam Conſtit.* incip. *Romani Pont. ſub die 15. Nouembris* 1578. declarauit ad huiuſmodi conceſſionem Excuſati teneri etiam S. Hieronymi & Ciſtercienſes Religioſos, Monachos, Fratres, & Moniales, necnon quaſcunque ſeculares, ac quorumuis Ordinum Regulares perſonas Militias, Ordineſque Militares Domus, Vniuerſitates, collegia, & alia pia loca, &c. *Et in alia ſua Conſtit.* incip. *Decet Romanum ſub die 4. Ianu.* 1573. confirmat concordiam initam inter Clerum Regnorum Coronæ Caſtellæ, & Legionis cum Rege Ca-
10 tholico, vt ſcilicet pro & loco huiuſmodi conceſſionis, Status eccleſiaſticus dictæ Coronæ ſoluat ſuæ Maieſtati, & illi, qui ſuo nomine illud habere deberet, videlicet ducentos quinquaginta mille ducatos annuos in duabus ſolutionibus pro medietate diuidendos pro certis quantitatibus cuilibet diœceſi dictæ Coronæ, prout diuiduntur, dummodo tamen extra hanc concordiam & diuiſionem remaneant Regna Aragoniæ, Cathaloniæ, & Valentiæ, & Inſulæ illis adhærentes: confirmationem eandem fecit Paulus V. *in ſua Conſtit.* incip. *Pro noſtro ſub die 28. Iulij* 1620.

11 Clemens VIII. *in ſua Conſtit.* inci. *Perſonarum eccleſiaſticarũ ſub die 11. Febr.* 1594. Motu proprio, & ex certa ſciẽtia ſtatuit, & declarat vt inpoſterũ omnes, & tota illa rata, ad quã Cardinales ratione quarũnis penſionum, quas in Regnis Hiſpaniarum quomodolibet percipiunt, & percipient in futurum ſi ab eadem contributione exempti non eſſent, ſoluere tenerentur, & quæ illos ac penſiones ipſas quomodolibet tãgeret per eos, qui dictas penſiones nunc & quandocunque in futurum ſoluere debent, & debebunt, quauis Dignitate etiamſi Patriarchali, & Metropolitana præfulgeant, ac etiamſi S.R.E. Cardinales beneficia tamen, & Eccleſias huiuſmodi penſionum onere grauatas obtinentes exiſtant, perſoluere debent, &c. Idem Clemens VIII. *in alia Conſtit.* incip. *Perſona noſtra die 12. Aprilis* 1601. abſoluit, & pleniſſime liberat Regem Catholicum, eique remittit, & condonat notabilem, ac etiam notabiliſſimam ſummam ſubſidij & Excuſati per illum in alios vſus conuerſam, quam in illos, ad quos fuit deſtinata, videlicet ad ſuſtentandum ſexaginta triremes, &c.

S.D.N. Vrbanus VIII. *in ſua Conſtit* incip. *Apoſtolatus officium die 9. Martij* 1634. committit, & mandat Laurentio Epiſcopo Senogallien. Sedis Apoſt. in Hiſpaniarum Regnis Nuncio, vt ſignificet Commiſſario Cruciatæ ne poſt elapſum Concordiæ, & Confirmationis Apoſt. tempus nihil à Clero exigat ratione ſubſidij & Excuſati, donec alia cum eodem Clero concordia deſuper inita, & Apoſtolica auctoritate confirmata fuerit Necnon eundem Commiſſarium monere mandat ne Notariatus, & officia Cruciatæ ſubſidij & primæ decimæ Excuſati, cum eccleſiaſtica Officia ſint, à Miniſtris Regiis vendi ſeu alienari quoquomodo permittat, minus cogat Clerum ad ſolutionem aliquam faciendam eis, qui officia huiuſmodi, ſiue alterum eorum emerint, ſeu iam forſan de facto, emerint.

SVMMARIVM.

1 *Canonici per ſubſtitutum quando & per quos deſeruire poſſint? oſtenditur.*

2 *Canonicus abſens ex iuſta cauſa non cogitur deſeruire per ſubſtitutum.*

3 *Canonici non poſſunt ſuo muneri ſatisfacere niſi legitimè ſint impediti.*

4 *Archipresbyteri ſubſtitutus non debet cantare Miſſas, quæ ad Archipresbyterum pertinent, ſed ſpectat ad Canonicos ſucceſſiuè vt n. 6.*

5 *Archipresbyteri ſubſtitutus non poteſt prætendere locum, & honorem incenſi, & pacis ipſius Archipresbyteri.*

7 *Archipresbyteri ſubſtitutus nullam habet præminentiam ſuper Canonicos.*

Subſti-

Substitutus.

Collect. DCLXXXVIII.

1 Substituto possunt Canonici deseruire in decantatione Missæ, Euangelij, Epistolæ, & similium functione, quando legitimo impedimento detenti, & per seipsos adimplere non poterunt, debebunt tamen deputare alios eiusdem Ordinis, & gradus, non autem inferioris; Dignitates nempe, alias Dignitates, Canonici Canonicos, & Portionarij respectiuè Portionarios in sua quisque hebdomada ne gradunm, & Ordinum prærogatiuæ confundantur. *Sacra Congr Rit. in Abulen. 18. Martij 1602.* quam refert, authenticamque vidisse attestatur Nicol. Garcia. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 496.* & eum citaui *de Canon. & dignitat. cap. 31. num. 6.*

2 Substitutus non datur in loco Canonici absentis ex iusta causa, nec tunc Canonicus cogitur deseruire per substitutum, quacunque etiam immemoriali consuetudine non obstante *Sacra Cong. Conc.* teste Nicolao Garcia *d. l. part. 3. cap. 2. nu. 197.*

3 Substituto non possunt Canonici suo muneri satisfacere nisi legitimè sint impediti. *Sacra Congr. Conc. in Neritonen. 15. Aprilis 1606.* cuius memini *d. tract. de Canonic. c. 31. n 3.*

4 Substitutus Archipresbyteri non debet cantare Missas, quæ ad ipsum Archipresbyterum pertinent nec locum & honorem incensi & pacis ipsius Archipresbyteri prætendere. *S. Congr. Rit. in Marugien nullius 14. Decembris 1602.* penes Sellium *in selectis Canon. c 31. n. 16.*

6 Substitutus Archipresbyteri non potest Missas, & diuina Officia celebrare, quæ ad ipsum si adesset, pertinerent, sed spectat ad Canonicos successiue. *S. Congr. Rit. in Ciuitatis Castellana 21. Ianuarij 1618.* apud Sellium *d. c. 31. n. 17.*

7 Substitutus Archipresbyteri nullam habet præeminentiam super Canonicos. *Eadem Sacra Congr. Rit. in dicta ciuitatis Castellana,* quam citat Sellius *d. c. 31. nu. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus non potest cognoscere causas ciuiles Episcoporum Suffraganeorum.*

2 *Metropolitani curare debent vt Suffraganei Episcopi in ecclesiis suis morentur.*

3 *Suffraganei extra Concilij Prouincialis celebrationem ad Metropolitanum accedere non tenentur.*

Suffraganeus Episcopus.

Collect. DCLXXXIX.

1 Suffraganeorum Episcoporum causas ciuiles non potest cognoscere Archiepiscopus. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Regien. 31. Maij 1588.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 32. num. 3.*

2 Suffraganei Episcopi vt in suis Ecclesiis commorentur, Metropolitani curare, & super eorum absentia inquirere debent. *Sacra Congr. Conc.* testibus Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 23. l. 2. §. 2. sub rub. Vtrum Episcopi possint se absentare à suis Episcopatibus n 5. & 6.* Sanctarel. *var. resol. q 4. num 7.* quos citaui *de Officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg 53 n. in fine.*

3 Suffraganei extra Concilij Prouincialis celebrationem ad Metropolitanum accedere non tenentur. *Sacra Congr. Conc* penes Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Suffraganus pag. mihi 318.*

Alia vide in verbo *Episcopus Suffraganeus collect. 286.*

SVMMARIVM.

1 *Regularibus licet clam, vel Superiore inuito necessaria comparare, vel retinere vbi necessitas fuerit ad indiuidui sustentationem si ipse ea negauerit, vel subtraxerit.*

2 *Religiosorum exemptorum Superiores vti non possunt facultate à Trid sess 24 c. 6. de reform. concessa erga Religiosos sibi subditos.*

3 *Regularis Superior circa punitionem suorum Religiosorum extra claustra delinquentium tenetur de punitione ipsa & sententia executione in scriptis Episcopum certiorem facere.*

4 *Causa Religiosorum ad Inquisitores pertinentes, non ad eorum Superiores, sed ad ipsos Inquisitores pertinent.*

5 *Regularium Ordinandorum super interstitiis non possunt dispensare ipsorum Superiores, sed id pertinet ad Episcopum ordinantem.*

6 *Alienationem argentorum, & aliarum rerum pretiosarum in hæreditate relicta monasterio si Regularium Superiores faciant, incidunt in pœnas decreti de non alienanda Regularium rebus.*

7 *Fructus non comprehenduntur in decreto de non alienandis bonis Regularium.*

Superior Regularis.

Collect. DCXC.

1 Superiore quantumuis requisito necessaria Regularibus negante, vel etiam subtrahente, quia monasterij facultates non suppetunt, si eorum necessitas fit ad indiuidui sustentationem, licere ipsis clam, vel eo inuito illa sibi comparare, seu retinere. *Sacra Congr Conc.* referente Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. n. 81. & 83.*

2 Superiores Religionum exemptarum vti non possunt facultate à Concilio Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. concessa erga Religiosos sibi subditos. *S. Congr. Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 11. n. 13. & 20.* Armendar. *in addit ad recop legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregul. in declarat. num. 10.* quos refero *de officio, & potestate Episcop. part. 2. alleg. 39. num 18.*

3 Superior Regularis circa punitionem suorum subditorum extra claustra delinquentium iuxta formam *Trid sess. 25. de reform. cap. 14.* non sufficit vt sententiam, aut etiam acta ad Episcopum transmittat, sed opus est vt de punitione ipsa, & sententiæ executione Episcopum certiorem faciat. *Sacra Congr. Conc. die 19. Septembris 1615.* cuius memini *in collect. ad cap. vlt. nu. 8. de statu monach* & me citato Fr. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol. 62 sub n. 8. vers. tertio.* Non verbo, sed in scriptis eam certiorationem facere teneotur. *Eadem Sacr.*

Congr.Conc.in Lucana 14.Decembris 1610. quam citat Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decision. resol. 48. num. 2.*

4 Superiores Regularium non possunt cognoscere de causis suorum subditorum ad Inquisitores hæreticæ prauitatis pertinentib. *Paulus V. const. sua incip. Romanus Pont. Kalend. Septemb. 1606.* apud Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. constit. 9. Pauli V.*

5 Superiores Regulares non possunt dispensare super interstitiis Regularium ordinandorum, sed id pertinet ad Episcopum ordinantem, qui tamen quoad causam dispensationis iudicium formare debet ex attestatione Superiorum Regularium. *Sacra Congr. Conc.* testibus Quarant. *in sum. Bullarij verbo Ordo,* Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. c. 1. n. 50.* Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad constit. 22 Sixti IV. §. 11. n. 35.*

6 Superiores Regulares incidunt in pœnas decreti de non alienandis bonis Regularium ob alienationem argentorum, & aliarum rerum pretiosarum in hæreditate relicta monasterio. *Sacra Congr. Conc. in causa S. Bernardi ad Thermas in Vrbe 31. Iulij, & 31. Augusti 1627.* quam refert Bonfadin. *d. resol. 48. n. 3.*

7 Superiores monasteriorum non obstante decreto de rebus Regularium non alienandis, possunt ex fructibus bonorum pingues eleemosynas facere, puta decem rubiorum tritici & similium, quia fructus non comprehenduntur in dicto decreto. *Sacra Congreg. Conc. in nullius 8. Septembris 1627.* cuius meminit Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 2. c. 19. n. 57. in med.*

Suppressio Canonicatuum alicuius Collegiatæ, vide in verbo *Canonicatus collect. 86. n. 25.*

Supranumerariæ Moniales, vide *collect. 510.*

Suspectus.

Collect. DCXCI.

1 SVspectus recusari non potest Episcopus in visitatione si in ea processum non compleat & se intra visitationis terminos contineat, nec in visitando modum excedat, sic etiam in præparatoria inquisitione non potest vt suspectus recusari, nec probatione, vel allegatione suspicionis impediri quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem respiciat Visitator afficere possit. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicolao Garcia *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 198.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit. 6. de visitat. l. 5. §. 2. num. 7. 8. & 34.* Mare. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap. 21.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 61.* Et Paulum V. id ipsum rescripsisse Episcopo Portugalensi per suas litteras in forma *Breuis sub die 29 Octobris 1610.* referunt Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccles. cap. 25. num. 17.* Laurent. de Peyrinis *in formulario Regul. lit. R. cap. 2. num. 3.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part. 1. alleg. 73. num. 38.* & illarum tenorem transcribit Thom. Valasc. *allegationum Iuris tom. 1. alleg. 70. num. 7.*

Suspensus.

Collect. DCXCII.

1 SVspensi sunt qui sine patrimonio sacris Ordinibus fuerunt insigniri. *Sacra Congr. Conc. die 2. Iulij 1619.* quam citat Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib. 3. tit. 20. n. 3.*

2 Suspensus Regularis à diuinis potest eligere, quia in Regularibus electio non pendet ab Ordine, sed à Regularitate. *Sacra Congr. Conc. in causa Minimorum 7. Septembris 1628.* quam refert Laurent. de Peyrinis *de Prælato quæst. 2. cap. 5. §. 1. num. 35.*

Symbolum.

Collect. DCXCIII.

SYmbolum Sancti Athanasij, quod dicitur ad Primam, laudabilius recitant stantes in choro. *Sacra Congr. Rit. die 23. Decembris 1624.* cuius meminit Gauant. *in rubr. Breuiarij sect. 10. cap. 2. numer. 7.*

De Symbolo Fidei, vide *supra collect. 232.*

SVMMARIVM.

1 *Dignitatibus in Synodo Prouinciali non licet imponere onus.*

2 *Exempti omnes intra diœcesim Episcopi existentes Synodo diœcesana interesse debent.*

3 *Iurisdictionem vtramque actu exercentes in Parochos ratione Parochialium Synodo diœcesana interesse non tenentur.*

4 *Abbas monachus, qui curæ monasterio incumbenti deseruit per Vicarium secularem, non tenetur accedere ad Synodum diœcesanam.*

5 *Vicarius generalis Episcopi absque speciali eius mandato Synodum diœcesanam celebrare non potest.*

6 *Episcopus solus sine consensu, vel consilio Capituli Synodum diœcesanam indicere potest.*

7 *Constitutiones seu acta & decreta in Synodo diœcesana facere potest Episcopus absque consensu Capituli.*

8 *Celebratio Synodi diœcesanæ nequaquam retardari potest etiam prætextu appellationis.*

9 *Capitulum & Canonici recusantes Synodo interesse cogi non possunt ab Episcopo etiam per censuras.*

Synodus.

Collect. DCXCIV.

1 SYnodo Prouinciali non licet imponere onus Dignitatibus quod quis nisi graduatus non possit eas obtinere sine Sedis Apost. auctoritate. *S. Congr. Conc.* teste Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 7. num. 45.*

Synodo diœcesanæ interesse debent exempti omnes, & illorum subditi, dum tamen sint intra diœcesim Episcopi. *S. Congr. Conc.* quam refert Sellius *in selectis Canon. c. 25. n. 8.*

Synodo diœcesanæ interesse non tenentur ratione Parochialium Ecclesiarum, qui actu exercent vtramque iurisdictionem, spiritualem, & tem-

& temporalem, in Parochos, & parochianos, iuxta cap. 11. sess. 25. de Regular. *Sacra Congreg. Conc.* quam citat Sellius *dict. cap. 25. numer.* 15.

4 Synodo diœcesanæ interesse non tenetur Abbas Monachus, cuius Ecclesiæ, vel monasterio imminet cura animarum, si illi deseruire faciat per Vicarium secularem ab Episcopo approbatum, quia sufficit mittere dictum Vicarium, cum curam per se ipsum exerceat. *Sacra Cong. Conc.* cuius meminit Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo Abbas num.* 17.

5 Synodum diœcesanam celebrare non potest Vicarius generalis Episcopi absque mandato speciali. *Sacra Congr. Conc. die 11. Augusti* 1618. penes Sellium *d. cap* 25. *n* 14.

6 Synodum diœcesanam indicere, & publicare potest Episcopus solus sine consensu vel consilio Capituli. *Sacra Cong. Conc. in Orsolen. 27. Martij* 1632. *in resp. ad* 14. *dub* apud Bonfadin. *in thesauro eccles. decis resol.* 52 *n.* 10.

7 Synodo diœcesana facere potest Episcopus Cōstitutiones, seu acta absque consensu Capituli, debet tamen requirere illius consilium, licet illud non teneatur sequi nisi in casibus à Iure expressis. *Eadem Sacra Congr. Conc. in d. Orsolen in resp. ad* 15. referente Bonfadin. *d. resol.* 52. *n* 11.

8 Synodi diœcesanæ celebratio impediri vel retardari nequaquam potest etiam prætextu cuiuscunque appellationis. *Eadem Sacra Congr. in d. Orsolen. in respon. ad* 17. *dub.* de qua Bonfadin. *d resol.* 52. *num.* 12.

9 Synodo interesse recusantes Canonici & Capitulum cogi possunt ab Episcopo etiam per censuras ecclesiasticas. *Eadem Sacra Conc. in d. Orsolen. in resp ad* 19. *dub.* cuius meminit Bonfadin. *d. resol.* 53. *num.* 13.

Synodalis Index vide in verbo Iudex *collect.* 436. *n* 6. & 7.

Synodales Constitutiones, vide in verbo *Constitutiones Synodales collect.* 220.

Synodales examinatores vide in verbo *Examinatores Synodales collect.* 341.

Tabaccum.

Collect. DCXCV.

1 TAbaccum siue solidum, siue in frusta concisum aut in puluerem redactum ore, vel naribus in fumo per tubulos, & aliàs quomodolibet sumere prohibetur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ in eo ipso absque aliqua declaratione incurrenda, omnibus, & singulis vtriusque sexus personis tam secularibus quam ecclesiasticis etiam cuiusuis Ordinis, instituti, ac militiarum etiam hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani Regularibus quomodolibet qualificatis, in quibusuis ciuitatis & diœcesis Hispalen. Ecclesiis, earumque atriis & ambitum. *Vrbanus VIII. constit. sua incip. Cum Ecclesia* 30. *Ianuarij* 1642. quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom. 3. in fine in Constitutionibus nouissimis Vrbani VIII. pag.* 562. De tabacci sumptione an impediat Communionem? Vide Antonin. Diso. *moral. resolut. p. 5. tract. 13. resol. 1.* Anton. de Leone *in quæst. moralib. del Chocolate p. 2. §. 4. num.* 10. *cum seqq.* Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo Eucharistia sub num* 16.

Tabellæ.

Collect. DCXCVI.

1 TAbellæ seu imagines quorumuis hominum cum Sanctitatis, seu martyrij famâ (quantacunque illa sit) defunctorum, & quodcunque aliud venerationem, & cultum præferens, & indicans in Oratoriis, aut locis publicis, seu priuatis, vel Ecclesiis tam secularibus, quam Regularibus cuiuscunque Religionis apponi possunt antequam à Sede Apost. canonizentur, aut Beati declarentur, & si quæ appositæ sunt, amoueri debent. *Sacra Congr. Romana, & vniuersalis Inquisitionis die* 13. *Martij* 1625. *tom.* 4. *Bullarij constit.* 37. *Vrbani VIII.* §. 1. cuius meminere D. Felix Contelor. *de canonizat. Sanctorum cap.* 22. *num.* 19. Laurent. de Franchis *de controuers. inter Episcopos & Regul. pag.* 241. *cum seqq.* Trullench *in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 9. dub. 6. num. 56. cum seqq.* Ego ipse *de officiis, & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 97. *post n.* 18.

2 Tabellæ atque Imagines ex cera aut argento, seu ex alia quacunque materia tam pictæ, quàm fictæ, atque excultæ, ad horum hominum sepulchra appendi, aut affigi non possunt sine recognitione ab Ordinario omnino, Sedique Apost. referenda, ac probanda. Eadem *Sacra Congr. Romana. & Vniuersalis Inquisitionis* §. 3. de qua Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul ad constit. 3. Leonis X.* §. 2. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Tabella, & alij n. 1. citati.*

Taurorum agitationes.

Collect. DCXCVII.

1 TAurorum, aliarumque ferarum bestiarum agitationes, certamina, & spectacula sunt prohibita, & feudatarij illa non prohibentes Ecclesiæ feudis priuantur, & in illis moriens ecclesiastica caret sepultura. *Pius V. constit.* 48. incip. *De salute gregis Kalendis Nouembris* 1567. apud Laertium Cherubin. *in Bullario tom. 2. pag* 144. Scortia *in selectas summorum Pont. Constitutiones epit.* 99. In Regnis Hispaniarum quoad laicos, & Fratres Militia tantum (dummodo sacris Ordinibus initiati non fuerint) reuocata fuit Constitutio prædicta per *Gregorium XIII. constit. sua* incip. *Exponi* 25. *Augusti* 1575. duabus adhibitis constitutionibus, vt scilicet agitationes taurorum festis diebus non fiant, necnon prouiso per eos, ad quos spectabit, quod exinde alicuius mora quoad fieri poterit, sequi non possit, & insuper in eisdem Hispaniarum Regnis dumtaxat, ac cum eisdem limitationibus *Clemens VIII. constit. sua* incip. *Nos considerantes* 13. *Ianuarij.* 1596. cuius meminit Scortia *d. epit. 99. theorem.* 146. abundantius prædictas pœnas & censuras in Pij V. Constitutione contentas sustulit, & amouit, scilicet quoad omnes in ea expressos, exceptis Monachis, & Fratribus Mendicantibus, cæterisque Regularibus cuiuscunque Ordinis, & instituti, illam ad terminos Iuris communis

reducendo, non tamen illi derogando. De quarum Constitutionum materia Quaranr. & Prosp. de Augustino *in summa Bullarij verbo Torneamenta*, Fr. Emman. *quaest. Regul. tom. 3. quaest.* 68. *art.* 1. Lexana *in sum. quaest. Regul. tom.* 1. *cap.* 10. *nu.* 7.

Tempus.

Collect. DCXCVIII.

1 TEmpus ad Visitationem perficiendam debet esse moderatum, & discretum arbitrio Episcopi, qui tenetur suam Visitationem continuatè prosequi, neque potest ad diuersos extraneos actus diuertere. *S. Congr. Conc.* teste Sellio *in selectis Canon c.* 13. *nu* 8.

2 Tempus anni ad emittendam professionem à Concilio Trid. præfixum potest arbitrio Superioris Regularis prorogari. *Sacra Congr. Conc.* 31. *Maij* 1597. referente Sellio *d. c.* 13. *n.* 9.

3 Tempus ordinationis Episcoporum attendendum est in actibus Conciliorum Prouincialium, non autem Dignitas, aut Ordo Ecclesiarum. *Sacra Congr. Conc.* penes Pialec. *in praxi Episcop. part.* 1. *c.* 2. *n.* 3. *ad* 1.

S. Teresia.

Collect. DCXCIX.

1 TEresiæ de Iesu Officium & Missa tanquam de vna sancta Virgine iuxta formam Missalis, & Breuiarij Romani pro vniuersa Religione Carmelitarum reformatorum, & pro omnibus secularibus, & Regularibus in oppido de Alua Salamantinæ diœcesis existentibus conceditur. *Sacra Congr. Rit. die* 12. *&* 14. *Aprilis* 1614. quam refert Aldan, *in compendio Canon. resolut libr.* 1. *tit.* 19 *de sanctis num.* 193. Et pro toto Regno Castellæ Veteris. Eadem *Sacra Congr. Rit. in Abulen. B. Teresia de Iesu* 3. *&* 5. *Septembris* 1616. penes Aldan. *d. tit.* 19. *num.* 195. Et pro omnibus Regnis Hispaniarum, & Portugaliæ. eadem *Sacra Congr. Rit. die* 15. *&* 17. *Iulij* 1617. cuius meminit idem Aldan *d. tit.* 19. *n.* 196. Et pro vniuersa Religione Calceatorum Carmelitarum, eadem *S. Congr. Rit. die* 22. *Augusti* 1620. de qua idem Aldan. *d. tit.* 19. *num.* 197. Et eam in sanctorum catalogo adscripsit Gregorius XV. vt supra in verbo *Canonizatio collect.* 117. *n.* 44.

SVMMARIVM.

1 *Auctores referuntur de Tertiariis agentes.*
2 *Tertiaria mulieres qua, & quis recipere eas valeat?*
3 *Clausuram seruari tenentur Tertiaria, qua votum solemne emiserunt.*
4 *In Congregatione manere non debent Tertiaria nisi professionem emittant.*
5 *Professionem solemnem non emittentes Tertiaria nec in clausuram se reducere volentes, Episcopi iurisdictioni subiecta sunt.*
6 *Confessores Regulares Tertiariarum Confessiones quando audire valeant?*
7 *Episcopus explorare non debet Tertiariarum voluntates si domi degant.*
8 *Sepeliri in Fratrum Ecclesiis, Parocho minimè requisito, quando valeant Tertiarij, & Tertiaria.*
9 *Priuilegiis Ordinis, & exemptione à iurisdictione Ordinarij an & quando gaudeant Tertiarij.*

Tertiariæ, & Tertiarij.

Collect. DCC.

1 DE his Casarub. *in compendio priuilegiorum Mendicant. verbo Tertiarij.* Sosa *in tract. de profess. Tertiar.* Ioan. Siluera *in tract. de Tertiariis Carmelit.* Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Tertiarij*, Ioan. Anton. Nouar. eius frater *in summa Bullarum, sub tit. de Tertiariis*, Fr. Laurent. de Portel. *in dubiis Regularib. verbo Tertiarij*, Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 34. Gauant. *in man. Episcop. verbo Tertiarij*, Lezana *in sum. quaest. Regular. tom.* 2. *cap.* 14. *de Tertiariis.*

2 Tertiarias mulieres ad habitum tertiæ regulæ recipere licet Superioribus Regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apost. suffultis (Capuccinis exemptis) atque ad ipsos vestiendi eas Officium pertinent, non autem ad habitum admittendæ, & recipiendæ sunt nisi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditæ, atque in ætate saltem quadraginta annorum constitutæ, quæ de proprio habeant, vnde sufficienter viuere possint, & non cum aliis viris, quam cum consanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu sibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, nisi de prædictis præuio examine diligenti sibi constiterit. Verum in huiusmodi habitu concedendo respectiuè deferendo, omnino à velo supra caput, à pectorali, & à patientia abstinendum est, quinimo eæ, quæ supra dicta tria, vel aliquod ipsorum deferre deprehensæ fuerint, illa dimittere etiam per censuras ecclesiasticas ab Ordinariis locorum compellendæ sunt. *Sacra Congr. Episc. & Regul. die* 20. *Decembris* 1616. cuius meminere Efrem. à Cochier *de iurisd. in exemptos p.* 1. *q.* 17. Ioan. Maria Nouar. *in lucerna Regul. verbo Tertiarij* Ioan. Anto. Nouar. eius frater *in sum Bull tit. de Tertiariis.*

3 Tertiariæ, quæ votum solemne emiserunt, clausuram seruare tenentur, & ad id per Ordinarios cogi possunt: si vero sine clausura & professione viuare voluerint, in Religionibus non sunt recipiendæ. *Pius V. constit.* 8. incip. *Circa* 4. *Kalend. Iunij* 1566. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 2. *pag.* 184.

4 Tertiariæ si aliquæ repetiantur sine clausura & professione viuentes prohiberi possunt ne in Congregatione maneant, nisi professionem emittant. *Sacra Congr. Conc. die* 22. *Ienuar.* 1596. quam citat Pialec. *in praxi Episcop. p.* 1. *cap.* 3. *sub num.* 57. Laurent. Peyrinis *de priuileg. Regul. ad const.* 4. *Sixti IV.* §. 7. *num.* 55.

5 Tertiariæ, quæ trium votorum substantialium professionem solemnem non emittunt nec in clausuram se reducere volunt, omnimodæ Episcopi curæ, & iurisdictioni subiectæ sunt & esse debent. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. in Posturien.* 29. *Decembris* 1616. quam refert Sellius *in select. Canon. c.* 27. *n.* 16.

6 Tertiariarum Confessiones Sacramentales audire non possunt Confessores Regulares, nisi fuetiæ

rint ab Ordinario approbati ad Confessiones personarum secularium audiendas. *Sacra Congr. Episcop. & Regul. sub dicta die 20. Decembris 1620.* de qua supr. *num.2.*

Tertiariarum voluntates Episcopus explorare non debet, si domi degunt, & ibi votum cælibatus emittunt. *Sacra Congr. Conc. die 7. Nouembris* 1620. apud Lezanam *in sum. quæst. Regul. tom.2.c.14 nu.31. in fine.*

8 Tertiarij si qualitatibus in Bulla felicis record. Leonis X. præscriptis sint prædit, Videlicet si viri collegialiter, aut claustraliter viuant: mulieres vero virginalem, vel cælibem, aut castam vidualem sub expresso voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, possunt, & debent, etiam inuito, & minimè requisito Parocho, in Fratrum Ecclesiis sepeliri, secus verò si supradictis qualitatibus careant. *S. Congr. Episcop & Regul in Nepesina 11. Decembris 1615. in resp. ad 1.* de qua meminerunt Iul. Lauor. *var. lucubrat. tit. 2 cap. 11 n. 102. & seqq* Lezana *in sum quæst. Regul tom. 2 c.14. n.33.* Speciell. *in decision. fori eccles. decis. 87. n.17.* Ego ipse *de officio & potest. Parochi cap. 26. n.69.*

9 Tertiarij . Ordinis Fratres, cuius tertiæ regulæ habitum assumpserunt, priuilegiis illius potiuntur, & ab Ordinarij iurisdictione exempti sunt, si viri collegialiter viuant, seu cum claustralibus habitent: & mulieres virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur Constitutione Concilij Lateranens. sub Leone X. quæ habetur sess. 12. in fine; hoc autem voto mulierum, alia duo, scilicet paupertatis. & obedientiæ nequaquam includuntur, quinimo huiusmodi mulieres si vitam virginalem, aut cælibem simpliciter, expresseque vuerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes supradictis priuilegiis Ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iurisdictione frui debent; vt idem Leo X. postea declarauit cõstitutione sua edita *die 1. Martij* 1518. an autem prædictæ qualitates in Tertiariis concurrant, Ordinarij loci iudicium spectetur. *Sacra Congr Episcop. & Regul. sub dicta die 20. Decembris* 1616. de qua citati *supra num. 2.*

Tertiarij Fratres de Pœnitentia, Vide supra *collect. 386. n. 48. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Dispositiones quæcunque vltima facta à personis ecclesiasticis sine licentia Sedis Apostol. sunt nullæ.*

2 *Codicills, & donatio causa mortis non comprehenduntur sub decreto Conc. sess. 25. de Regul. cap. 16.*

3 *Constitutiones de spoliis bonorum ex illicita negociatione agentes, non comprehendunt habentes facultatem testandi.*

4 *Clericis extra residentiam decedentibus non suffragatur facultas testandi, quominus eorum bona spolium faciant.*

5 *Facultates testandi ad fauorem illegitimorum reuocantur.*

6 *Equites S. Lazari de bonis suis disponere quomodò possint?*

7 *Equites S. Stephani de bonis sui testari ad fauorem illegitimorum quomodo valeant?*

8 *Equites S. Iacobi de Spatha, & de Alcantara, & Calatraua ex indultu Gregorij XIII. possunt de bonis suis testari.*

Testamentum.

COLLECT. DCCI.

1 TEstamentum, legata, & quæcunque vltimæ dispositiones factæ à personis ecclesiasticis sine licentia Sedis Apost. nullæ sunt, ideoque eorum bona tanquam spolia ad Cameram Apost. spectant. *Pius IV. constit.* 8. incip. *Graue nobis 26 Maij* 1560. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2 pag.* 8.

2 Testamenta, codicilli, & donatio causa mortis sub decreto Concilij sess. 25. de Regularib. cap. 16. non comprehenduntur. *Sacra Congr. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Relig num.* 21. quem cum aliis refero *de officio, & potest. Episcopi part. 3. alleg. 99. numer. 12.*

3 Testandi facultatem habentes non comprehenduntur in Constitutionibus de spoliis bonorum ex illicita negociatione. Idem *Pius IV. in d. constit 8.*

4 Testandi facultas non suffragatur Clericis extra residentiam decedentibus quominus eorum bona spolium faciant. *Pius IV. constit.* 93. incip. *In suprema 7 Kalend. Decembris* 1562. apud Laert. Cherub. *d. tom 2 pag.* 132.

5 Testandi facultates ad fauorem illegitimorum quibuscunque concessæ reuocantur, & ecclesiasticæ personæ de bonis suis ad eorum fauorem disponere non possunt. *Pius V. constit.* incip. *Quæ Ordini 6. Kalend. Februarij* 1571. apud Laert. Cherub. *tom. 1. pag.* 325.

6 Testari possunt Equites S. Lazari de quibuscunque quæsitis ex fructibus beneficiorum si quintam partem Conuentui eiusdem Militiæ relinquant. *Pius IV. constit.* 95. incip. *Inter assiduas 4. Non. Maij* 1564. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 137.

7 Testari possunt de eorum bonis etiam ad fauorem illegitimorum Equites S. Stephani, dummodo quintam partem Conuentui eiusdem Militiæ relinquant. *Pius IV. constit.* 60. incip. *His quæ, Kalend Februarij* 1562. apud Laert. Cherub, *tom. 2. pag.* 86.

8 Testari, ac disponere de bonis suis possunt Equites S. Iacobi de Spatha, & de Alcantara, & Calatraua ex indultu *Gregorij XIII. constit.* 30. incip. *Romani 6. Octobris* 1575. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 396.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores puniant falsum deponentes in causis Fidei.*

2 *Inquisitores non tenentur publicare testium dicta contra schismaticos, & hæreticos.*

3 Milites vasalli,& famuli Militia S.Ioan.Hierosolym. possunt esse testes in causis Religionis.
4 Episcopus sub pœna pecuniaria, & in subsidium excommunicationis potest citare testes laicos ad ferendum testimonium veritatis pro Curia Episcopalis informatione.
5 Episcopus potest punire laicum attentantem subornare testes in causa pendente coram Iudice ecclesiastico.

Testis.

Collect. DCCII.

1 Testes falsum in causis Fidei deponentes ab Inquisitoribus puniuntur. *Leo X. constit.* 29. incip. *Intelleximus* 14. *Decembris* 1518. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 1 *pag* 521.

2 Testium dicta contra schismaticos, & hæreticos, Inquisitores hæreticæ prauitatis publicare nō tenentur. *Pius IV. const* 40. incip. *Cum sicut* 1. *Nouembris* 1561. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 2. *pag.* 54.

3 Testes in causis Religionis, seu Militiæ S. Ioānis Hierosolymitani, possunt esse Equites, Vasalli, & famuli eiusdem Militiæ. *Paulus IV. constit.* 9. incip. *Circumspecta Kalend. Iulij* 1560. apud Laert. Cherub. *d. tom* 2. *pag* 9.

4 Testes laicos ad ferendum testimonium veritatis pro Curiæ Episcopalis informatione potest Episcopus sub pœna pecuniaria, & in subsidium excommunicationis citare. *Sacra Cong. Conc. in Lucana* 16. *Martij* 1630 quam refert Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol* 73. *n.* 3.

5 Testes in causa pendente coram Iudice ecclesiastico laicus subornare attentans, per Episcopum puniri potest. *Sacra Congreg. Immunitatis* 18. *Martij* 1631. cuius meminit Bonfadin, *d. resol,* 72. *num.* 5.

Theatini Vide in verbo *Clerici Regulares Theatini collect.* 164.

Theologus Canonicus. Vide in verbo *Canonicus Theologus collect.* 95.

SVMMARIVM.

1 Familiaris, & capellanus, ac commensalis est Thesaurarius Papæ.
2 Cancellarias criminales Status ecclesiastici locare, & vendere potest Thesaurarius Papa.
3 Thesaurarij Papæ facultas.
4 Cathedralis Ecclesiæ Thesaurarius, licet nullos fructus habeat, ad residentiam tenetur.

Thesaurarius.

Collect. DCCIII.

1 Thesaurarius Papæ, est eius commensalis familiaris, & capellanus. *Calixtus III. constit.* 1. incip. *Qua laudabili* 8. *Id. May* 1445. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag* 309.

2 Thesaurarius Papæ habet amplam facultatem locandi, & vendendi Cancellarias criminales status ecclesiastici tam originarijs, quàm forensibus obligandi Cameram pro venditione illarum, & decidendi lites, & dubia orta occasione Cancellariarum criminalium, de plano, summariè, omnique appellatione remota. *Pius IV. constit.* 81. incip. *Superna pridie Non. Octobris* 1564. apud Laert. Cherob. *tom.* 2. *pag.* 113.

3 Thesaurarius Papæ habet facultatem recuperandi spolia de fructibus, ac redditibus perceptis ex beneficiis ecclesiasticis, litteris Apost, non expeditis, deputat Collectores, necnon depositarios, Commissarios occasione spoliorum, causas spoliorum à quibuscunque iudicibus reassumit, in illis procedit summariè, & de plano: Vicecancellarium Locumtenentem, & Auditorem in eius locum deputat, & reuocat, cognoscit de appellationibus a sententiis Nunciorum Sedis Apost. Collectorum, & aliorum Officialium à se deputatorū, & à suis, ac ab eo deputatorum sententiis appellatio deuoluitur tantùm conceditur etiam post factam executionem locorum Montium resignationes admittit, eaque vacantia per quamcunque dimissionem confert, cognoscit de causis ortis occasione bonorum vacantium, & Montium, tam ciuilibus quàm criminalibus: edicta, ordinationesque promulgat, ac debitores Cameræ ad soluendum cogit, nihil soluit pro expeditione suarum litterarum Apostol. habet priuilegium transferendi pensiones vsque ad scuta quatuor mille, restari potest de bonis etiam iurisdictionalibus, & acquisitis de rebus ecclesiasticis *Sixtus V constit.* 100. incip. *In conferendis* 11. *K al. Martij* 1590. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag* 640.

4 Thesaurarius Cathedralis Ecclesiæ, licet nullos fructus habeat, tenetur ex Conc. sess. 14. cap. 12 de reform. ad residentiam, quia illa consuetudo non residendi, quæ valet de iure communi, cum nulli sunt fructus, sublata est a Concilio in Dignitatibus, Canonicatibus, & Curatis. *S. Congr. Conc.* teste Nicolao de Garcia *in addit. ad suum tract. de benefic. p* 3 *cap.* 2. *nu.* 198.

SVMMARIVM.

1 Festum sancti Thomæ Aquinatis iubetur solemniter celebrari die 7. Martij
2 Festus dies S. Thomæ Aquinatis de præcepto in Regno Neapolitano coli iubetur.
3 Patronis ciuitatis Neapolitanæ adiungitur S. Thomas Aquinas.
4 Ossa S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis comburi, & in cineres in ventum spargi iussit Henricus VIII.
5 Festum S. Thomæ Episcopi Herfordien. die 2. Octobris celebrari iubetur.
6 Beatificatio B. Thomæ de Villanueua, Officium & Missa.

S. Thomas.

Collect. DCCIV.

1 Sanctum Thomam Aquinatem Sanctorum catalogo adscripsit, & eius festum septima die Martij solemniter celebrari iussit *Ioannes XXII. constit.* 22. incip *Redemptionem* 15. *Kalend. Augusti.* 1323. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 163. Eius diem festum vti de præcepto in Regno Neapolitano coli iussit *Pius V. constit.* 38. incip. *Mirabilis Idib. Aprilis* 1567. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 223.

Illumque

Illumque ad reliquos Patronus ciuitatis Neapolitanæ adiunxit *Clemens VIII. constit. sua* incip. *In quo die 11. Nouembris 1603.* apud Laert. Cherub. & Castellin. *de dilatione canonizat. Sanctorum pag.* 149.

4 S. Thomam Archiepiscopum Cantuariensem canonizauit *Alexander III. constit.* 4. incip. *Redolet 4. Id. Martij* 1172. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom* 1. *pag.* 24. Et eius ossa, quæ in Anglia seruabantur, comburi, & cineres in ventum spargi iussit *Henricus VIII. Rex Angliæ. Paulus III. constit.* 7. incip. *Etsi 3. Kalend. Septembris* 1535. apud Laert. Cherub. *d. tom* 1. *pag.* 619.

5 S. Thomam Episcopum Herforden canonizauit, & festum die 2. Octobris celebrari iussit *Ioannes XXII. constit* 7. incip. *Vnigenitus 15. Kalend. Maij* 1320. apud Laert. Cherub *tom* 1. *pag* 160.

6 B. Thomæ de Villanueua Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, & Archiepiscopi Valentini beatificatio, Officium & Missa, vide in verbo *Beatificatio collect.* 58 *num.* 14. & in verbo *Officium collect.* 534. *num* 71.

SVMMARIVM.

1 *Thurificatio iuxta formam Ceremonialis cum vnico tantum Thuribulo facienda.*
2 *Vsus duorum thuribulorum non probatur.*
3 *Diacono pertinet munus thurificandi.*
4 *Episcopo non debetur thurificatio à Canonico vel Dignitate assistente flexis genibus.*
5 *Episcopo tantùm conuenit thurificatio cum triplici ductu.*
6 *Celebranti in absentia Episcopi competit thurificatio cum triplici ductu.*
7 *Thurificatio celebranti, Dignitatibus, & Canonicis, ac cæteris de choro quibus ductibus facienda.*
8 *Dignitatibus Cathedralium debetur thurificatio duplici ductu.*
9 *Canonici ab Episcopo celebrante thurificari non debent.*
10 *Canonici parati ante Vicarium thurificandi.*
11 *Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ prius debetur thurificatio quam Gubernatori, & Officialibus.*
12 *Thurificatio in Ecclesia Collegiata exempta præsente Episcopo & Abbate quomodo facienda?*
13 *Canonici Collegiatæ debent thurificari ante Rectores, & beneficiatos Parochialium.*
14 *Canonicis Collegiatæ debetur thurificatio duplici ductu, Clericis verò Parochialium vnico.*
15 *Portionariis & aliis beneficiatis quando debeatur thurificatio duplici ductu.*
16 *Vicario generali sedenti in choro duplici ductu thurificandum.*
17 *Magistratui post Canonicos quis ductibus thurificatio debetur.*
18 *Dominus loci, & quiuis alius, à Presbytero celebrante thurificari non debet.*
19 *Thurificatio inter personas æquales quo ordine facienda?*

Thurificatio.

COLLECT. DCCV.

1 Thurificatio iuxta formam Cæremonialis cum vnico tantùm thuribulo facienda. *Sacra Cong. Rit. in Lucerina* 21. *Iulij* 1618. teste Aldano *in compendio Canonic. resolution. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 34.

2 Vsus enim duorum thuribulorum non probatur *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in resp. ad* 4. *dub.* & in *dict. Lucerina*, prout eas refert Aldan. *d. tit.* 9. *num.* 36.

3 Thurificationis munus est Diaconi qui etiamsi sit ex Dignitatibus, vel Canonicis debet post incensatum Episcopum, alios Prælatos, si adsint, Magistratum secularem, Dignitates, & Canonicos incensare, Mansionarios vero, & alios Capellanos alius Capellanus, seu Magister Cæremoniarum pro Ecclesiæ consuetudine incensare debet. *Sacra Congr. Rit in Lucen.* 10. *Iunij* 1600. quam citat Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 37.

4 Thurificatio non debetur Episcopo à Canonico, vel dignitate assistente genibus flexis, sed stante. *Sacra Congr. Rit in Oscen.* 4. *May* 1613. apud Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 38.

5 Thurificatio cum triplici ductu thuribuli vnico tantum, & digniori, idest Episcopo conuenit. *Sacra Congr. Rit. in Entomilien.* 11. *Decembris* 1604. & *in causa Ciuitatis Ducalis* 11 *Nouembris* 1611. cuius memini

6 *de Canon & Dignit cap* 34 *num.* 26. Vel celebranti in absentia Episcopi. Eadem *Sacra Cong. Rit. in Pataniña plebis satis* 9. *May* 1606 de qua Ego ipse *d. c.* 34. *num* 28.

7 Thurificatio iuxta regulas Cæremonialis debet fieri celebranti triplici ductu, Dignitatibus, & Canonicis, cæteris de choro vnico ductu *Sacra Congr. Rit. in dicta Pataniña, & in Comen. Valacia* 30. *Ianuarij* 1610. penes Sellium *in selectis Canon. cap.* 16 *nu.* 21.

8 Thurificatio duplici ductu debetur Dignitatibus Cathedralium nisi firmiter probetur immemorabilis quod triplici ductu thurificentur absente Episcopo. *Sacra Congr. Rit in Casertana* 18 *Septembris* 1632. penes me *d. tract. de Canon cap.* 34. *sub num.* 31.

9 Thurificatio non debetur Canonicis ab Episcopo celebrante. *S. Cons. Rit. in Vladislauien.* 2. *Martij* 1613. quam refert Sellius *d. c.* 16. *n.* 12.

10 Thurificatio debetur Canonicis paratis ante Vicarium. *S. Cong. Rit in Egitanien.* 3. *Augusti* 1602. & *in Tyburtina* 6. *Martij* 1610. quarum memini *d. tract. de Canon c.* 18. *nu* 29.

11 Thurificatio debetur prius Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ, quam Gubernatori, & Officialibus. *S. Congr. Rit. in Camplen.* 18. *Ianuarij* 1612. de qua Sellius *d. c.* 16 *nu.* 23.

12 Thurificatio in Ecclesia Collegiata exempta præsente Episcopo cum Canonico Ecclesiæ Cathedralis, & Abbate cum Canonicis dictæ Ecclesiæ Collegiatæ, debetur primum Episcopo triplici ductu thuribuli, & post Episcopum, immediatè Canonico Cathedralis Ecclesiæ duplici ductu, deinde Abbati etiam duplici ductu *S. Congr. Rit in Alexandrina S. Petri in Bregoglio* 7. *Februarij* 1604. cuius memini *d. tract. de Canon. c.* 34. *n.* 32.

13 Canonicis Collegiatæ thurificatio debetur ante Rectores & beneficiatos aliarum Ecclesiarū Parochialium etiam quando in eorum propriis Ecclesiis simul Diuinis intersunt, nec est huiusmodi cæremonia aliquo prætextu omittenda sic ex consuetudine fieri solet. *S. Congr. Rit. in Calagurritana* 1. *Iunij* 1601. referente Aldan. *d. tit.* 9. *n.* 40.

14 Thurificatio debetur duplici ductu thuribuli Canonicis Collegiatæ, Clericis vero Parochialiū

Ecclesiarum vnico ictu. *Sacra Congr. Rit. in Cæsaraugustana de Daroia 19. Ianuarij* 1613. cuius memini *d. tract. de Canon* 638. *n*.66.

15 Thurificatio debetur duplici ductu Portionariis & aliis beneficiatis, sicut & Canonicis, quando tales Portionarij & beneficiati in reliquis omnibus, & per omnia æquiparantur Canonicis & qualiter incedunt in processionibus, & sedent in æqualibus scamnis, non obstante Cæremonialis libro, qui intelligitur quando non adsunt Presbyteri, qui sunt omnino æquales Canonicis. *Sacra Congr. Rit. in dicta Cæsaraugustana de Daroia* 21. *Martij* 1615. de qua Ego ipse *d. tract. de Canonicis cap*. 34. *num*. 5.

16 Thurificatio duplici, non autem triplici ductu thuribuli debetur Vicario generali sedenti in choro, licet supra Canonicos, si tamen non sit Prælatus *S. Cong. Rit. in Nepesina* 13. *Ianuarij* 1617. de qua etiam Ego ipse *d c*.34 *n*.29.

17 Thurificatio debetur magistratui post Canonicos æquis ductibus. *Sacra Cong. Rit in Interamnen*. 10 *Iunij* 1600 *& in Fauentina eadem die & anno*, quas refert Aldan. *d tit*.9 *n*.41 Nam Canonici ante Magistratum thurificandi sunt tam in Ecclesia Cathedrali, quàm in aliis, in quibus simul conueniunt, vbi talis est consuetudo. Eadem *Sacra Congr Rit. in Narnien* 16. *Ianij* 1615. cuius memini *d tract de Canon. c*.:8 *n* 75.

18 Thurificatio à Presbytero celebrante non est præstanda domino loci nec alij, *Sacra Congr. Rit. in Calaguritana* 5. *Iulij* 1614. teste Aldan. *dict titul*.9. *num* 42.

19 Thurificatio inter personas æquales quo ordine si facienda vt æqualitas seruetur, tradit. *Sacra Congr. Rit. in Calaguritana* 5. *Iulij* 1603. apud Aldon. *d. tit. nu*. 43.

Thus & pax mulieribus non est danda, vide in verbo *mulier collect* .19. *num* 5.

Titularis Episcopus, vide in verbo *Episcopus Titularis collect* 187.

Tituli sanctissimæ Crucis inuentio, vide in verbo *Crux collect*. 14. *nu* 2.

Tituli Cardinalium, vide in verbo *Cardinalis collect*. 131. *n*. 3. *&* 7.

SVMMARIVM.

1 *Camaldulensi ab Ordine & Eremo ad alium Ordinem transitus non conceditur sine expresso consensu maioris dicti Eremi.*

2 *Monachis Montis Coronæ Ordinis Camaldulensis ad Eremum transitus prohibetur.*

3 *Discalceatis S. Augustini ad Fratres calceatos eiusdem Ordinis transitus prohibetur.*

4 *Officium nullum, aut dignitatem habere possunt Fratres Minores S. Francisci transitum facientes ad reformationem.*

5 *Locum ordinem, & præcedentiam à die tantum incorporationis consequuntur Fratres Obseruantes transeuntes de prouinciis Cismontanis ad alias.*

6 *Capuccinis Ordinis S. Francisci interdicitur transitus ad laxiorem.*

7 *Reformationis S. Mariæ de Mercede prohibetur transitus ad calceatos sine licentia Sedis Apost.*

8 *Discalceatis sanctissimæ Trinitatis transitus prohibetur ad alios Ordines etiam Minorum, excepto Carthusianorum Ordine.*

9 *Fratres Ordinis sanctissimæ Trinitatis quando possunt ad alium quemcunque etiam Mendicantium Ordinem transferri.*

10 *Discalceati Ordinis sanctissimæ Trinitatis de licentia Sedis Apost. ad laxiorem calceatorum transeuntes debent facere annum probationis, non tamen emittere professionem.*

11 *Regularibus ad strictiorem Religionem transire volentibus sufficit petita, licet non obtenta licentia à suis Superioribus.*

12 *Fratres Ordinum Mendicantium non possunt transire ad alium Ordinem præterquam ad Carthusianos & tunc voce actiua & passiua carent, & ad officia & gradus inhabiles fiunt.*

13 *Fratres ex Ordine Minorum de Obseruantia ad secundum Ordinem sancti Francisci legitimè translati recuperant ius succedendi.*

14 *Transitus ad parem, vel arctiorem Religionem quando fiat, ostenditur, & hodie quando concedatur vt num*. 15.

16 *Priores in claustro & extra claustrum procuratores in Religione Carthusiensi fieri possunt, transitum ad eam facientes.*

17 *Superior potest dare licentiam ad modicum tempus standi extra monasteria causa prædicationis, vel audiendi Confessiones.*

Transitus Regularis.

COLLECT. DCCVI.

1 TRansitus ab Ordine, & Eremo Camaldulensi ad alium Ordinem & Religionem, etiam quæ Montis Coronæ vocatur eiusdem Ordinis Camaldulensis, sine expresso consensu, & licentia in scriptis obtenta Maioris dicti Eremi non conceditur. *Gregorius XIII. constit*.99. incip. *Ea est de anno* 1585. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom*. 2. *pag*. 485.

2 Transitus ex aliis Ordinibus ad strictiorem obseruantiam Congregationis Monachorum sancti Romualdi Montis Coronæ Ordinis Camaldulensis permittitur: ipsis verò ad Eremum Camaldulensem transire vetat. *Sixtus V. constit*.35. incip. *Ea est*, apud Laert. Cherub *tom*. 2. *pag*.515.

3 Transitus à Discalceatis S Augustini ad Fratres calceatos eiusdem Ordinis, siue ad quemcunque alium Ordinem laxiorē sine speciali Sedis Apost. licentia prohibetur. *Clemens VIII. constit*. sua incip. *Apostolicæ* §.10. *sub die* 1. *February* 1601. apud Aldan. *in compendio Canon resolut lib* 2. *tit*. 23. *n* 8.

4 Transitum si aliqui de familia Fratrum Minorum sancti Francisci ob aliquam causam, priuilegium, seu facultatem fecerint ad Reformationem, nullum Officium, & dignitatem habere possunt, nisi per sex annos inter eos permanserint, & laudabiliter cum eis vixerint, & antea licentiam obtinuerint in Congregatione, seu Capitulo. *Gregorius XV. constit* 8. incip. *Onerosa* 1. *Septembris* 1621. apud Angel. Mariam Cherub *in Bullario tom*. 4 *pag*...

5 Transitum si aliqui ex Obseruantibus de prouinciis Cismontanis fecerint sua sponte, licet obtenta prius licentia ad alias prouincias Fratres tā incorporati quam incorporandi eis locum, Ordinem, & præcedentiam à die tantùm incorporationis suæ, non autem à die receptionis aut emissæ professionis

professionis tenent. *Vrbanus VIII.* post *Constit.*49. in approbatione Statutorum generalium incip. *In supremo* 10 *Nouembris* 1625. apud Angel. Mariam Cherub. *in Bullario tom.* 4. *pag*...

6 Transitus Capuccinis Ordinis sancti Francisci interdicitur ad laxiorem Ordinem absque speciali Papæ & Sedis Apost. ad Carthusiensem verò seu quemcunque alium Ordinem, vel Congregationem, nisi de Ministri generalis pro tempore existentis dicti Ordinis licentia in scriptis obtinenda sub quouis prætextu, aut ex quauis quantumuis iusta, legitima, & priuilegiata causa, sub apostasiæ, & infamiæ perpetuæ nota, necnon excommunicationis, vocis actiuæ, & passiuæ pœnis ipso facto absque vlla declaratione incurrendis. *Vrbanus VIII. constit.* 91. incip. *Iniuncti* 9. *Augusti* 1628. apud Angel Mariam Cherub *tom.* 4 *pag* 101.

7 Transitus Reformatorum Ordinis B. Mariæ de Merceda Redemptionis captiuorum, ad calceatos sine licentia Sedis Apost. prohibetur *Vrbanus VIII. constit.* 77. §. 2. & 3. incip. *Iniuncti* 19. *Ianuarij* 1628 apud Angel. Mariam Cherub. *d. tom.* 4. *pag*...

8 Transitus Discalceatorum sanctissimæ Trinitatis ad alios quoscunque Ordines etiam Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, excepto Carthusianorum Ordine. prohibetur. *Vrbanus VIII. const.* 1 aliàs 21. *in appendice* incip. *Commissi* 9. *Augusti* 1624. apud Angel. Mariam Cherub. *in fine tomi* 4. *pag* 8.

9 Transitus Fratrum Sanctissimæ Trinitatis fieri non potest ad alium quemcunque etiam Mendicantium Ordinem nisi petita à Superiore licentia, cognitaque & approbata prius à Sacra Congr. transitus causa, atque inuentis in Religione, ad quam transire intendunt, beneuolis receptatoribus, necnon seruata, vbi opus fuerit felicis record. Sixti Papæ V. constitutione. *S. Congr. Episcop. & Regul. die* 13. *Martij* 1616. quam refert Aldam *d. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 12.

10 Transitum facientes Religiosi Discalceati Ordinis sanctissimæ Trinitatis de licentia S. Sedis Apost. ad laxiorem calceatorum, debent facere annum probationis, non tamen emittere professionem. *Sacra Congr. Conc die* 12. *Ianuary* 1619. penes Aldan. *d lib.* 2. *tit.* 23. *n.* 13.

11 Transitum facere volentes ad strictiorem Religionem si in ea inueniant receptatores, ac deuotionis feruore ducti, non autem alicuius criminis perpetrati pœnam subterfugituri, sufficit petitam, licet non obtentam licentiam à suis Superioribus obtinere. *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* 13. *Septembris* 1583. cuius meminit Aldan. *d. lib.* 2. *tit.* 23. *num.* 14.

12 Transitum facere ad alium Ordinem præterquam ad Carthusianos non licet Regularibus Ordinum Mendicantium, inter quos Carthusianos postmodum Mendicantes huiusmodi iuxta Constitutionem Clementis VIII. voce actiua & passiua carent, atque ad quæuis officia, & ministeria ac gradus istius Religionis perpetuò inhabiles existant. *Sacra Congr. Episcop & Regular. de mense Martij* 1596. de qua Aldan. *dicto lib.* 2. *tit.* 23. *num.* 15.

13 Transitum faciens ex indultu à Religione Fratrum Minorum de Obseruantia ad secundum Ordinem Sancti Francisci ex legitima causa, recuperat ius succedendi in bonis sibi ex testamento, vel ab intestato post translationem delatis. *Sacra Cong. Conc in Neritonen.* 22. *Ianuarij* 1622. referente Aldan. *d. tit.* 23. *n.* 16.

14 Transitus ad parem, vel arctiorem Religionem non fit nisi causa cognita, & vitæ ac morum ratione, idque ex approbatione Capituli Generalis. *S. Congr. Conc.* teste Quarant. *in sum Bullarij verbo monasteria, & Conuentus vers. quoad transitus.*

15 Transitus vlterius non conceditur ad arctiorem Religionem, nisi prius Superiori legitimè constiterit eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tuncque Regularis recta via se transferat ad arctiorem. *S. Congr. Conc. in decretis de Regularibus apostatis, & eiectis* §. 3. *sub die* 21. *Septemb.* 1624. cuius meminere citati per me *collect.* 275. *n.* 2.

16 Transitum facientes ea quacunque Religione ad Carthusianos possunt in eadem Carthusiensi Religione in claustro Priores, & extra claustrum procuratores esse. *S. Cong. Conc.* de qua Sellius *in selectis Canon c.* 25. *n.* 8.

17 Translato potest Superior ad modicum tempus dare licentiam standi extra monasteria causa prædicationis, vel audiendi confessiones. *S. Congr. Conc.* quam citat Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Religionibus n.* 69.

SVMMARIVM.

1 *S. Aureliani translatio ab antiqua in nouam Ecclesiam.*

2 *S. Bruni translatio de rustica in nouam capsam.*

3 *S. Mercurialis translatio ab Altari maiori in Sacellum nouum*

4 *S. Raymundi translatio.*

5 *Imaginis translatio de vno loco ad alium in eadem Ecclesia non comprehenditur sub dispositione Conc. sess* 21. *c.* 7. *de reform.*

6 *Festi sanctissimi Sacramenti translatio post octauam non conceditur.*

7 *Festum SS. Iusti & Pastoris conceditur à die* 7. *Martij ad diem* 5. *Maij.*

8 *S. Norberti festum in Ordine à die* 6. *Iunij in diem* 11. *Iulij transfertur.*

9 *S. Thomæ de Aquino officium translationis in diem sequentem post festum Sancti Sebastiani transfertur.*

Translatio SS. & festorum.

Collect. DCCVII.

1 Translatio corporis Sancti Aureliani in ciuitate Papien. ab antiqua in nouam Ecclesiam vt fiat cum assistentia Episcopi, conceditur. *Sacra Congr Rit. in Papien.* 15. *Nouembris* 1603. teste Sellio *in selectis Canon. c.* 58. *n.* 3.

2 Translatio corporis sancti Bruni de rustica in nouam capsam conceditur, dummodo translatio fiat priuatiuè. *Sacra Congr. Rit. in Certosina nullius* 24. *Septembris* 1605. referente Aldano *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 19. *de Sanctis n.* 159.

3 Tranſlatio corporis S. Mercurialis Epiſcopi Foroliuien. ab Altari maiori in Sacellum nouiter conſtructum conceditur. *S. Congr. Rit. in Foroliuien. 12. Aprilis* 1603. quam citat Aldan. *d. tit. 19. de Sanctis num.* 178.

4 Translatio corporis S. Raymundi vt fieri poſſit conceditur cum toto corpore & capite vnito, ſi caput corpori vnitum ſit, quod ſi fuerit ſeparatũ, conceditur vt caput poſſit in capſula argentea ſeparatum à corpore conſeruari. *S. Congr. Rit. in Barchinon. 19. Iunij* 1604 penes Aldan. *d. tit. 19. de Sanctis num.* 180.

5 Tranſlatio Imaginis alicuius Eccleſiæ de vno loco ad aliumin eadem Eccleſia non comprehenditur ſub diſpoſitione *Concil. ſeſſ. 21. cap. 7. de reform. Sacra Congr. Conc. die 3 Decembris* 1632. quam refert Bonfadin. *in theſauro Canon. deciſ. reſol.* 4. *num.* 11.

6 Tranſlatio feſti ſanctiſſimi Sacramenti poſt octauam ad proceſſionem decentius celebrandam non conceditur à *Sacra Congreg. Rit. in Bargea.* 24. *Septembris* 1605. quam refert Aldan. *d. tit. 19. de Sanctis num.* 182.

7 Tranſlationem feſti, SS. Iuſti, & Paſtoris à die 7. Martij ad diem , Maij concedi poſſe attentis narratis, cenſuit *Sacra Congr. Rit. in Compluten.* 21. *Martij* 1609. cuius meminit Aldan *d. tit. 19. de ſanctis num.* 183.

8 Tranſlatio feſti S. Norberti in Ordine à die 6. Iunij in diem 11. Iulij conceditur. *Vrbanus VIII. die* 14. *Aprilis* 1625. vt refert Ioan. Chryſoſt. Vander. *ſacello S. Norberti triumphantis pag.* 173. *Antuerpiæ* 1629.

9 Tranſlationis S. Thomæ de Aquino Officium ob feſtum ſancti Sebaſtiani vt in diem ſequentem celebrari poſſit, conceditur à *Sacra Congr. Rit. in Neapolitana* 15. *Febru* 1606. de qua Aldan. *d. tit. 19. de ſanctis n.* 184.

Tranſlationes Monialium, vide in verbo *Monialium, & earum monaſterij tranſlatio, collect.* 512.

Tranſlationes, ſeu quæcunque verſiones Concilij Trid. vide in verbo *Concilium Tridentinum collect.* 197. *n.* 7.

Transferendi licentia. Vide in verbo *licentia, collect.* 449. *à n.* 33.

Triennium.

Collect. DCCVIII.

TRiennium quod quis debet ſeruire Epiſcopo, vt ab eo ſibi conferente ſtatim re ipſa beneficium, ordinari valeat, ſufficit quod inceperit antequam fuiſſet Epiſcopus. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Gallet. *in margarita caſuum Conſcient. verbo Ordo pag.* 594. *col.* 2. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 83. quos cum aliis refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 2. *alleg.* 5. *numer.* 8.

Vacantia.

Collect. DCCIX.

1 VAcantiæ omnes vnius, aut plurium menſium, quibus abſentes diſtributiones percipere ſolebant, ſublatæ ſunt, niſi adſint ex cauſis à iure permiſſis, præterquam ſi dictæ vacationes conceſſæ eſſent in fundatione, quæ non eſt ſublata; illæ etiam intelliguntur ſublatæ, ſi Canonicatuum fructus omnes ſint diſtributiones quotidianæ. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic p.* 3. *c.* 2. *num.* 150.

2 Vacantia quam habent Canonici in Cathedralibus, & Collegiatis ita eſt intelligenda vt in toto anno non excedat ſpatium trium menſium, & alias habentes debent compenſari in ſeruitio trium menſium, vel per continuum, vel per ſeruitium partiale. *S. Cont. Conc die* 2. *Martij* 1629. quam refert Sellius *in ſelect. Canon c.* 72. *n.* 5.

Vacatio beneficij, vide in verbo *beneficium collect.* 61. *n.* 33. *& collect.* 64 *n.* 11.

Vagus.

Collect. DCCX.

1 VAgus ducens vxorem in aliquo loco, vbi eſt vere domicilium mulieris, poteſt contrahere in aliquo loco vbi voluerit, cum omnes poſſint eſſe Parochi vagi, quamuis adſit Parochus mulieris, quia tunc eſt etiam vere Parochus vagi alius in alio loco vbi reperitur vagus. *S. Congr. Conc die* 28. *Auguſti* 1607. apud Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib.* 1. *tit.* 78 *n.* 1.

Valentia Regni beneficia alienigenis non conferuntur, vide in verbo *beneficium collect.* 61. *num.* 32.

Valentiæ Regni Canonicatus, Præbenda & Dignitates illegitimis etiam legitimatis conferri non poſſunt, vide in verbo *Canonicatus collect.* 87. *num.* 1.

Valor centum ducatorum intelligendus iuxta morem vniuſcuiuſque regionis, vide in verbo *Ducata collect.* 267.

Vaſa aurea & argentea ac omnia ornamenta Prælatorum etiam Regularium ad cultum diuinum deſtinata non faciunt ſpolium, vide in verbo *ſpolium collect.* 678. *nu.* 5.

Vaſorum eccleſiaſticorum benedictio, vide in verbo *benedictio collect.* 59. *n.* 9.

S. Vbaldi canonizatio, vide in verbo *Canonizatio collect.* 117 *n.* 48.

S. Vbaldi feſtum die 16. Maij agi, & de eo commemorationem tanquam de feſto ſimplici in vniuerſo Orbe fieri iubetur, vide in verbo *feſtum collect.* 356. *n* 31.

Verſiculi.

Collect. DCCXI.

VErſiculi ad Veſperas tam in duplicibus quam in ſemiduplicibus, & in commemorationibus ſemper à duobus, & non ab vno tantum cantandi ſunt. *S. Congr. Rit. in Placentina* 19. *Maij* 1607. *in reſp. ad dub.* 19. quam refert Aldan. *in compendio Canonic. reſolut. lib.* 1. *tit.* 89. *n.* 16.

Veſperæ defunctorum vltima die menſis poſt Veſperas Dominicæ, vel feſtiuitatis recitandæ, vide in verbo *defunctus collect.* 246. *numero* 17.

Veſtis, vide in verbo *Habitus collect.* 401.

SVMMA.

SVMMARIVM.

Vicarius Papæ.

1 *Monasteria etiam exempta de vrbe visitat.*
2 *Miserabilium personarum causas scutorum 60. summariè cognoscit.*
3 *Carceres vrbis visitat.*
4 *Causas vsurariorum Iudaeorum, clericorum, & Religiosorum ac Confraternitatum iudicat.*
5 *Synodum congregare potest in Romano Clero.*
6 *Ordines confert, & consecrat vrbis Ecclesias.*
7 *Blasphematores, periuros, & eos qui festis diebus vetita exercent, punit.*
8 *Clericorum vrbis, & eius districtus omnes causas cognoscit.*
9 *Alienationum, & venditionum bonorum ecclesiasticorum causas cognoscit.*
10 *Iurisdictionem in Hebraeos quando habeat Vicarius Papæ ostenditur.*
11 *Apostatarum vel malè translatorum causas cognoscit Vicarius Papa.*
12 *Ordinare familiares Papæ, vel Cardinalium seu Episcoporum in Curia residentium quando possit Vicarius Papa.*
13 *Clauas argenteas vbi & quando portare possunt Mandatarij Vicarij Papæ*

Vicarius Papæ.

Collect. DCCXII.

1 VIcarius Papæ habet iurisdictionem Visitandi
monasteria etiam exempta in Vrbe; cognos-
2 cit summariè causas miserabilium personarum
non excedentium summam scutorum sexaginta:
Visitat carceres Vrbis vnà cum aliis Visitatori-
3 bus, & votum dat: iudicat de causis vsurariis Iu-
4 dæorum, & Clericorum in Vrbe degentium, Re-
ligiosorũque vtriusque sexus, & Cõfraternitatum
5 laicorum hospitaliumque: Potest congregare Sy-
nodum in Romano Clero pro correctione mo-
6 rum: Confert Ordines per se vel alium Episco-
pum, consecrat Vrbis Ecclesias, & cæmeteria per
7 se, vel alios: Habet auctoritatem puniendi eos, qui
festis diebus vetita exercent, blasphematores, &
8 periuros: Cognoscit causas tam ciuiles quam cri-
minales clericorum Vrbis, & eius districtus, & ma-
trimonialium spiritualium actiuè, & passiuè, &
9 priuatiuè quoad alios Vrbis Iudices: item cogno-
scit causas alienationum, & venditionum bono-
rum ecclesiasticorum. *Paulus III. constit.* 36. incip. *Licet* 3. *Nouembris* 1542. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 672.

10 Vicarius Papæ habet iurisdictionem in Hebræos si causæ inter eos agantur actiuè, secus si inter alios, nempè Christianos, quia tunc habet locum præuentio. *Iulius III. constit.* 2. incip. *Cum sicut de anno* 1550. apud Laert. Cherub *tom.* 1. *pag.* 691.

11 Vicarius Papæ cognoscit causas apostatarum, & malè translatorum in Curia. *Pius IV. constit.* incip. *Sedis* 3. *Non. Aprilis* 1560. apud Laert. Cherub. *tom.* 2 *pag.* 3.

12 Vicarius Papæ potest familiares, seu Officiales Papæ, & familiares Cardinalium, (etsi Cardinales habitassent Romæ) atque etiam Episcoporum in Curia residentium, qui saltim per triennium habitauerint in Vrbe, de licentia ipsorum promoueri, dum tamen supradicti omnes sufficientem titulum habeant, & alia à Iure requisita. *S. Cong. Conc.* teste Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis in declarat. num.* 49. quem refero *de officio, & potest. Episcopi p.* 1. *alleg.* 5. *num. vlt.*

13 Vicarij Papæ mandatarij possunt deferre clauas argenteas in Ecclesia Lateranensi tantùm, & in processionibus priuatis, quæ intra dictam Ecclesiam, vel circa illam fiunt, illorumque vestes debent esse coloris leonati obscuri, & non rosæ sicæ, non ex lana, quam saietam vocant, & non ex camisoto. *Sacra Congr. Rit. in causa Vrbis* 17. *Martij* 1607. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap.* 53. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Clericus secularis debet esse Vicarius generalis Episcopi.*
2 *Sacerdos debet esse Vicarius generalis Episcopi in Regni Hispaniarum.*
3 *Parochus non potest esse Vicarius Episcopi.*
4 *Reuerentia debita etiam ab exemptis debetur Vicario generali Episcopi.*
5 *Honor idem non debet præstari Vicario generali, qui præstaretur Episcopo si præsens esset.*
6 *Vicarius generalis debet abstinere ab iis, quæ soli Episcopo conueniunt.*
7 *Mozzeta & Rochetto vti non debet Vicarius generalis nisi sit Pretonotarius.*
8 *Decretis Congregationis recusans obedire Vicarius cogendus est remediis opportunis coram Auditore Cameræ.*
9 *Portio nulla pœnarum assignari potest Vicario generali.*
10 *Canonici si nolint non tenentur admittere in Capitulo Vicarium Episcopi.*

Vicarius generalis Episcopi.

Collect. DCCXIII.

1 VIcarius generalis Episcopi debet esse Clericus secularis idoneus & Episcopus non debet id muneris per Regularem exerceri facere. *S. Congr. Episcop. & Regul. in Motulana* 8. *Maij* 1615. teste Aldano *in compendio Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 83. *numer.* 12.

2 Vicarius generalis in Regnis Hispaniarum non potest esse nisi qui est in Ordine sacerdotali constitutus. *Vrbanus VIII. in sua constit.* incip. *Decet Romanum* 16. *Decembris* 1623. cuius memini *de Canonic. & Dignitat. c.* 42. *n.* 54.

3 Vicarius Episcopi, vel Capituli Sede vacante non potest esse Parochus habens curam animarum. *S. Congr. Conc. sub die* 12. *Maij* 1629. referente Bonfadin. *in thesauro eccles. decis.* 1. *sol.* 41. *n* 2.

4 Vicario generali Episcopi præstanda est debita reuerentia etiam à Canonicis à iurisdictione Ordinarij exemptis. *Sacra Congr. Rit. in Caietana* 11.

Aprilis 1614. quam citat Aldan. *d. tit.* 43. *n.* 13.

5 Vicario generali non debet præstari idem honor, qui præstaretur Episcopo si præsens esset. *S. Congr. Rit. die 7. Septembr.* 1618. de qua Aldan. *d. tit.* 43. *n.* 14.

6 Vicarius generalis debet abstinere ab iis, quæ soli Episcopo conueniunt. *S. Congr. Rit. d. die 7. Septembris* 1618. *& in Neritonen. 4. Maij* 1606. de quibus Aldan *d. tit.* 43. *n.* 15.

7 Vicarius generalis non debet vti rochetto, & mozzeta, nisi sit Protonotarius. *Sacra Congr. Rit. in Lauretana 20. Aprilis* 1601. nam cum fuerit Protonotarius poterit deferre rochettũ, & mantelletum in choro, processionibus, & aliis functionibus in locis per diœcesim suæ iurisdictionis, si verò sit de Capitulo non lucratur distributiones quotidianas nisi vtatur habitu proprio Canonicali. *S. Congr. Rit. in Clemacen. 4. Iulij.* 615. quas refert Aldan *d. tit.* 43. *n.* 16.

8 Vicarius recusans obedire decretis Congregationis, cogendus est remediis opportunis coram Auditore Cameræ *S. Congr. Rit. in Brundusina 25. Ianuarij* 1603 penes Aldan. *d. tit.* 43 *n.* 17.

9 Vicario generali nulla potest pœnainm assignari potest. *S. Congr. Conc. in Albanen. 5. Februarij* 1618. apud Aldan *d. tit.* 43. *n.* 8.

10 Vicarium Episcopi non tenentur Canonici admittere in Capitulo si nolint. *S. Congr. Conc. in Amerien 24. Aprilis* 1631. teste Bonfadin. *d. resol. 41. numer.* 3.

Vicarius Canonicus, vide in verbo *Canonicus Vicarius collect.* 98.

SVMMARIVM.

1 *Locus Vicarij illi assignandus secundum Ecclesiæ consuetudinem.*
2 *Sedem Arbitrio suo sibi parare non potest Vicarius generalis.*
3 *Stallum primum chori licet habere debeat Vicarius generalis, non propterea dicitur occupare stallum, seu locum Dignitatum, vel Canonicorum.*
4 *Locum primum chori si occupauerit Vicarius generalis, quomodo sedere tunc debeant Dignitates? remissiuè.*
5 *Locum Episcopi absentis occupare non licet Vicario generali.*
6 *Capitulo & Clero præcedit Vicarius generalis.*
7 *Locum primum supra omnes Dignitates absente Episcopo habere debet Vicarius generalis, non obstante consuetudine.*
8 *Præcedentia super dignitates & Canonicos etiam Protonotarios danda in processionibus Vicario generali in habitu Vicarij incedenti.*
9 *Canonicis omnibus tam in processionibus, quàm in sessionibus præcedit Vicarius generalis.*
10 *Præcedentiam habere intendens Vicarius generalis Canonicus, debet habitum Canonicalem dimittere.*
11 *Habitu suo ordinario non debet incedere Vicarius generalis inter Canonicos paratos.*
12 *Distributiones quotidianas non lucratur Vicarius generalis Canonicus nisi sedeat in proprio stallo, & cum habitu Canonicali, n.* 13.
14 *Distributiones si lucrari velit Vicarius generalis Canonicus debet stare, vel sedere & incedere in suo loco Canonicali.*
15 *Distributiones, quæ dantur interessentibus processionibus non lucratur Vicarius generalis Canonicus, nisi incedat in habitu Canonicali.*
16 *Canonicus Pluuiali, Planetis, aut aliis sacris paramentis iuxta sumptus Ordinis gradum indutis non præcedit Vicarius generalis Canonicus.*
17 *Canonicis non paratis, vt in adoratione Crucis præcedit Vicarius generalis Canonicus, & debet habere digniorem locum immediatè post celebrantem.*
18 *Dignitatibus, & Canonicis paratis non præcedit Vicarius generalis, quacunque contraria consuetudine non obstante.*
19 *Canonici assistentes Episcopo celebranti præcedunt Vicario generali.*
20 *Ceram & distributiones non lucratur Vicarius generalis Canonicus in funeralibus qui cum Canonicis in suo loco non incedit.*
21 *Candelam accipere non debet Vicarius generalis præsente Episcopo in die Purificationis ante Canonicum, vel dignitatem, qui Episcopo ministrauit.*
22 *Thurificandus est duplici ductu Vicarius generalis sedens in choro in primo loco supra Canonicos.*
23 *Vicarius generalis thurificandus est, & accipere debet candelam, palmam, & cineres, & adorare Crucem ante vel post Capitulum iuxta Ecclesiæ consuetudinem.*
24 *Gubernatori ciuitatis in temporalibus debet semper in omni loco præcedere Vicarius generalis.*
25 *Potestatibus, & Commissariis omnibus in sua diœcesi debet semper præcedere Vicarius generalis.*
26 *Commissario vbique & in omni loco debet præcedere Vicarius Episcopi.*

Vicarius generalis circa locum, & præcedentiam.

COLLECT. DCCXIV.

1 VIcarij locus debet esse secundum consuetudinem Ecclesiæ, quæ non est mutanda. *Sacra Congr. Rit. in Alexandrina 15. Martij* 1608. *in resp. ad 3. dub.* teste Sellio *in selectis Canon. cap 36. num.* 29.

2 Vicarius generalis non potest sedem arbitrio suo sibi parare, sed debet sedere in sede solita pro Vicariis assignata. *Sacra Congr. Rit. in Neritonen. 4. Maij* 1606. quam refert Sellius *d. c. 36. n.* 40.

3 Vicarius generalis licet sedeat in primo stallo chori, in quo sedere debet prima Dignitas, & habeat thuris & pacis honorem ante omnes Dignitates, & Canonicos, non propterea dicitur occupare stallum, siue locum dignitatum & Canonicorum. *Sacra Congr. Rit. in Placentina 19. Maij* 1607. *in resp. ad 4. dub.* quam citat Sellius *d. c. 36. n.* 41.

4 Vicario generali occupante primum locum chori, & stallum Archidiaconi quomodo sedere debeant Dignitates in choro, ne Archidiacono præiudicium inferatur. S. Cong. *Rit. in Andrien. 7. Augusti* 1610. referente Aldan. *in compendio Canonicar. resolut. lib. 1. tit. 43. n.* 19.

5 Vicario generali non licet occupare locum Episcopi absentis, nec parare sibi sedẽ cum tapetis, & puluino, sed idem debet esse eius locus absente

Episcopo

Episcopo, quem illo præsente habere consueuit. *Sacra Congr. Rit. in Brundusina 16. Iulij 1605.* penes Aldan. *d. tit. 43. num. 20.*

6 Vicarius generalis præcedit Capitulo, & Clero. *Sacra Cong. Rit. in Melsten. 13. Iulij 1619.* attestante Aldan. *d. tit. 43. num. 21.*

7 Vicarius generalis absente Episcopo debet habere primum locum super omnes dignitates & Canonicos, non obstantibus consuetudin. alijsque in contrarium. *Sacra Congreg. Rit. in Andrien. 7. Augusti 1610. & in Ferrarien. 20. Decembris* 1614. quarum meminit Aldan. *dict. tit. 43. num 22.*

8 Vicario generali habitu Vicarij in processionibus incedenti danda est præcedentia super omnes dignitates, & Canonicos, & etiam super illos, dignitates, & Canonicos, qui habitu Protonotarij incedunt *Sacra Cong. Rit. in Brundusina 16. Iulij 1605.* de qua Aldan. *d. tit. 43 num. 23.*

9 Vicarius generalis debet præcedere omnibus Canonicis tam in processionibus quam in sessionibus, dummodo Canonici non incedant parati. *Sacra Congr. Rit. in Egitanen 3. Augusti 1602. in resp. ad 3. dub. & in ciuitatis Piña 12. Aprilis 1603 & in Lauretana 16. Decembris 604. & in Tyburtina 6. Martij* 1610. de quibus Aldan. *d. tit. 43 num. 24.*

10 Vicarius generalis Canonicus cum sedet vti Canonicus, debet sedere in loco suæ receptionis, & in habitu Canonicali. Si verò velit præcedere vti Vicarius, debet habitum Canonicalem dimittere. *Sacra Congr Rit in Compostellana 4 Februarij* 1600. *& in Vlmarien. 11. Aprilis.* 1601. referente Selio *d. c. 36. num 42.*

11 Vicarius generalis in habitu suo ordinario non debet incedere inter Canonicos paratos, nec eis præcedere. *S. Congr. Rit. in Camerinen. 14. Iunij* 1608. *& in Casalen. 5. Iulij* 1614. teste Selio *dict. capite 36. num. 43.*

12 Vicarius Generalis debet habere primum locum ante Capitulum, Canonicos, & dignitates, tam præsente quàm absente Episcopo: si autem sit Canonicus, debet sedere in proprio stallo, & cum habitu Canonicali, aliàs non lucratur distributiones quotidianas. *Sacra Congreg. Rit. in Egitanien. 20. Decembris 1601. & in Sutrina 1. Octobris 1616. & in Oritana 5. Aprilis 1620. & in Gallipolen. 11. Decembris 1613.* de quibus Aldan. *d. tit 43. num 52.* Ego de *Canon c. 18. n. 12.*

13 Vicarius Generalis præfertur Diacono, & omnibus Canonicis, nisi ipse simul sit Canonicus, quia tunc sedere debet in suo stallo Canonicali, si distributiones quotidianas lucrari velit. *S. Congr. Rit. in Nolana 8. Iulij* 1602. *& in ciuitatis Pene 12. Aprilis 1603 & in Compostellana 21. Februarij* 1604. *& in causa Candia 7. Augusti* 1610. de quibus Aldan. *dict. tit. 43. num. 25.*

14 Vicarius Generalis Canonicus præsente Præposito suo principali, & in omnibus actibus Capitularibus, & quandocunque distributiones quotidianas lucratur, debet stare, vel sedere, & incedere in suo loco Canonicali, absente verò Præposito tanquam Vicarius Generalis in primo, & digniori loco. *Sacra Congreg. Rit. in Atinen nullius 4. Martij 1606.* quam refert Aldan. *dict. tit. 43. numer. 27.*

15 Vicarius Generalis Canonicus, siue beneficiatus debet sedere in loco suæ receptionis, & cum habitu Canonicali, siue beneficiati, vt lucretur distributiones, & quando vult præcedere Canonicis, seu beneficiatis, debet habitum Canonicalem, seu beneficiati dimittere, & non potest percipere distributiones. *Sacra Congreg Rit. in Calaguritana 2. Augusti* 1603. penes Sellium *d. cap. 36. num.* 44. Nec lucratur distributiones, quæ dantur interessentibus processionibus, nisi incedat in habitu Canonicali. *Sacra Congr. Rit. in Compostellana 21. Februarij 1604. & in Brundusina 16. Iulij* 1607. apud Sellium *d. c. 36. num. 45.*

16 Vicarius generalis licet etiam ipso Episcopo præsente in Ecclesia, choro, processionibus, Synodo, & alijs publicis, & priuatis actibus, Canonicis & Dignitatibus præcedere debeat, tamen hoc intelligitur quoties Canonici, & Dignitates huiusmodi in habitu Canonicali, etiamsi cappa & rocheto vtantur, stare, aut incedere consueuerunt, non autem si Pluuiali, Planetis, aut alijs sacris Paramentis iuxtà cuiusdam Ordinis gradum sint induti, prout in distributione candelarum, in die Purificationis, & in receptione cinerum feria quarta cinerum & similibus diebus, quibus Episcopus solemniter celebrare ex ritu ecclesiastico teneatur, tunc enim non decet vt Vicarius, præsertim si in suo quotidiano habitu existat, eisdem sacris vestibus paratis siue stando, siue incedendo præcedat. *Sacra Congreg. Rit. in Lauretana, & Nolana 23. Martij 1602. & 6. Septembris 1603. & in Tyburtina 6. Martij 1610. & in Monopolitana 7. Augusti* 1628 de quibus Aldan. *d. tit. 43. num. 28.*

17 Vicarius Generalis licet præcedat omnibus Dignitatibus, & Canonicis, tamen ratione Paramentorum in distributione candelarum, & palmarum non debet habere locum digniorem quàm Canonici parati: in adoratione verò Crucis, & quandocunque Canonici non sunt parati digniorem locum habet immediatè post celebrantem: & similiter thurificandus est ante Canonicos, nisi sint parati, quia tunc post Canonicos thurificandus. *Sacra Congr. Rit in Placentina 19. May 1607. in resp. ad 6. dub. & in Alexandrina 15. Martij 1608. in resp. ad 1. dub.* quas refert Sellius *d. c. 36. n. 47.* Et quod in adoratione Crucis præferendus sit Vicarius Generalis ante Dignitates & Canonicos. censuit *eadem Sacra Congreg Rit. in causa S. Marc. 5. Martij* 1633. apud Bonsadin. *d. resol. 46. n. 1.*

18 Vicarius generalis non præcedit Dignitatibus, & Canonicis paratis, consuetudine in contrarium non obstante. *Sacra Congreg. Rit. in Lauretana 6. Septembris 1603. & in Casalen. 5. Iulij 1614. & in Castellaten. 25. Septembris* 1621. teste Sellio *d. c. 36. n. 47.*

19 Vicario generali præcedunt Canonici sacris vestibus induti, qui assistunt Episcopo celebranti. *Sacra Congreg. Rit. in Ripana 27. Februarij* 1610. cuius memini *in tract. de Canon. & dignit. cap. 18. numero 25.*

20 Vicarius generalis Canonicus in funeralibus debet cum Canonicis in suo loco incedere, alias non lucratur ceram nec distributiones. *Sacra Congr. Rit. in Nicien. 10. Maij* 1604. referente Aldan. *d. tit. 43. num. 30.*

21 Vicarius generalis præsente Episcopo in die Purificationis non debet accipere candelam ante Canonicum, vel Dignitatem, qui Episcopo ministrauit. *Sacra Cong. Rit. in Lucerina 14. May 1608. in resp. ad 3. dub.* apud Sell. *d. c. 36. n 48.*

22 Vicarius generalis ſi non eſt Prælatus licet abſente Epiſcopo cum ſuo habitu ordinario cum ſubtana & mantelleto nigro ſedeat in choro in primo loco ſupra Canonicos thurificandus eſt duplici non autem triplici ductu thuribuli. *Sacra Congr. Rit. in Nepeſina 14. Ianuary 1617.* penes Aldan. *d. tit. 43. nu. 31.*

23 Vicarius generalis thurificandus eſt, & debet accipere candelam, palmam, & cineres. & adorare Crucem ante, vel poſt Capitulum iuxta Eccleſiæ conſuetudinem. *Sacra Congr. Rit in Neocaſtren. 16 Ianuarij 1607. & in Alexandrina 15 Martij 1608 in 1. dub.* de quibus Sellius *d c. 36 num. 49.*

24 Vicarius generalis in ſpiritualibus iuxta Eccleſiæ laodabilem conſuetudinem debet ſemper in omni loco præcedere Gubernatori ciuitatis in temporalibus tam præſente quam abſente Epiſcopo. *Sacra Cong. Rit. in Rauennaten. 28. Aprilis* 1607. teſte Aldan *d tit. 43 num 32.*

25 Vicarius generalis debet præcedere omnibus Poteſtatibus, & Commiſſariis ſiue iudicibus temporalibus in ſua diœceſi exiſtentibus. *Sacra Congr. Rit. in Nucerina Saxoferrati 15. Maij* 1610. quam citat Sellius *d c. 36 num. 50.*

26 Vicarius generalis Epiſcopi debet præcedere Commiſſario vbique, & in omni loco tam præſente quàm abſente Epiſcopo, non obſtante conſuetudine, dummodo non ſit de gremio Capituli, & incedat in habitu Canonicali. *Sacra Congr. Rit. in Ripana 28. Maij 1616 & die 19. Ianuarij* 1619. *& in Terracinen. 19. Auguſti* 1617. de quibus Sellius *d c. 36. num 48.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationes pro rebus deperditis decernere poteſt Vicarius Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante.*

2 *Proceſſiones indicere & dirigere valet Vicarius generalis abſente Epiſcopo cum conſenſu Capituli.*

3 *Synodum celebrare poteſt Vicarius generalis abſque ſpeciali mandato.*

4 *Paramenta de Altari non poteſt accipere Vicarius generalis, nec habere niſi vnum miniſtrum.*

5 *Baldachinum erigere non poteſt Vicarius Epiſcopi eo abſente.*

6 *Functiones Epiſcopales non poteſt facere Vicarius etiam Apoſt. abſente Epiſcopo.*

7 *Conſtitutiones Synodales arbitrio ſuo mutare non poteſt Vicarius generalis.*

8 *Officium ne inchoetur donec ipſe veniat, prohibere non poteſt Vicarius generalis.*

9 *Benedictionem diacono antequam cantet Euangelium, & Concionatori antequam pulpitum aſcendat, dare non poteſt Vicarius generalis.*

10 *Licentiam ædificandi noua monaſteria, & Conuentus in loco ſuæ diœceſis dare non poteſt Vicarius abſque ſpeciali Epiſcopi mandato.*

11 *Denuntiationes ne faciant Parochi abſque ſua licentia impedire non poteſt Vicarius generalis.*

12 *Officiis, aut functionibus Epiſcopalibus non poteſt Vicarius generalis ſe immiſcere, ſed tantum præeſſe.*

13 *Capitulum ſi ſit exemptum ad illud non admittitur Vicarius generalis.*

14 *Epiſcopo abſente in Capitulo interuenire non poteſt Vicarius generalis.*

15 *Vicarius generalis ſi ſit de Capitulo debet inde exire, vbi tractandum ſit de rebus ad ſuum vel Epiſcopi commodum pertinentibus.*

16 *Licentiam alteri Epiſcopo exercendi Pontificialia non poteſt Vicarius generalis concedere in ſua diœceſi.*

17 *Massinientalibus ſeu diſpenſationibus quicquam quãuis minimum, & ſponte datum recipere non poteſt Vicarius generalis.*

18 *Circulum in Miſſa ſolemni facere non poteſt Vicarius generalis.*

19 *Denunciationes ſine ſpeciali commiſſione remittere non poteſt Vicarius generalis.*

Vicarius generalis Epiſcopi quam habeat authoritatem?

COLLECT. DCCXV.

1 VIcarius generalis Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante poteſt excommunicationes pro rebus deperditis, & ſubtractis decernere, adhibita cauſæ cognitione, nec indiget ſpeciali mandato *Sacra Congr. Conc.* teſte Nicol. Garc. *de benefic p. 5. c 8. n. 97 & 98.*

2 Vicarius generalis abſente Epiſcopo proceſſiones indicere, & dirigere poteſt cum conſenſu Capituli *Sacr. Congreg. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 24. l. 14 §. 31. de proceſſion. n. 3* quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 78 num. 5.*

3 Vicarius generalis abſque mandato ſpeciali poteſt Synodum celebrare *Sacra Congr. Con. die 11. Auguſti* 1618. quam refert Sellius *in ſelectis Canon. c. 36. num. 51.*

4 Vicarius generalis quamuis ſit Protonotarius & Canonicus non poteſt de ipſo Altari accipere Paramenta, nec habere niſi vnum miniſtrum, qui ei celebranti inſeruiat. *Sacra Congr. Rit. in Cremonen 7. Iulij* 1612. apud Sellium *dict c. 36. num. 52.*

5 Vicarius Epiſcopi non poteſt abſente, & non intereſſente Epiſcopo erigere baldachinum in Eccleſiis monaſteriorum Congregationis Caſſinenſis, inuitis Monachis. *Sacra Congreg. Rit. in cauſa Congregationis Caſinen* 10. *Iulij* 1621. referente Aldano *in compendio Canon. reſolut. lib. 1. tit. 43. num. 32.*

6 Vicarius etiam Apoſtolicus non poteſt facere functiones Epiſcopales abſente, vel impedito Epiſcopo, ſed ad primam Dignitatem, & ſucceſſiuè ad alios ſpectat. *Sacra Congreg. Rit. in Algaren. & Brundiſina 20. Decembris 1601. & in eadem Brunduſ. 5. Februarij 1614 & in Alatrina 22. Ianuarij 1618.* de quibus Aldan. *d. tit. 43. n. 34.*

7 Vicarius generalis non poteſt mutare arbitrio ſuo Conſtitutiones Synodales. *Sacra Congr. Rit. die 25. Februarij 1606.* de qua Aldan. *dict. tit. 43. num.*

8 35. Nec prohibere ne Officium inchoetur donec ipſe veniat, quia ſtatim ſigno dato eſt inchoandum. Eadem *Sacra Congreg. Rit. dict. die 25. Februarij.*

9 Vicario non licet dare benedictionem Diacono antequam cantet Euangelium, neque benedicere Prædicatori antequam pulpitum aſcendat. *Sacra Congr. Rit in Pacen. 17. Martij* 1607. quam citat Sellius *d. c. 36 num. 54.*

01 Vicarius generalis non poteſt abſque ſpeciali mandato Epiſcopi concedere licentiam ædificandi

noua

noua monasteria,& Conuentus in loco fœdiœcesis,ex eo quia est de maioribus. *Sacra Congr Conc. die 11. Iulij 1520.* referente Aldano *dict. tit.43 numer 36.*

11 Vicarius generalis non potest impedire quod Parochi denuntiationes faciant absque sua licentia. *Sacra Congr.Conc.die 17.Martij 1617.* cuius meminit Aldan. *d tit.43.num 37.*

12 Vicarius generalis vel Vicarius non potest Missas Conoentuales, aut Pontificales celebrare,nec Sanctissimum Sacramentum, aut sacras Reliquias paratus in processionibus deferre, nec aliis diuinis Officiis, aut Ecclesiasticis functionibus se immiscere, sed tantùm præesse, vt omnia suo Ordine fiant. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular.* de qua Sellius *in selectis Canon. cap.14 n.8.*

13 Vicarius generalis non admittitur ad Capitulum si illud iit exemptum. *Sacra Congr. Conc.* teste Sbrozz *de officio Vicarij in addit. ad lib. secundū quæst.*

14 10. Vel si oolin: Canon ei, ead *Sacra Congr.Conc. in Amerien.24 Aprilis 1631.* quam adducit Bonfadin. *in thesauro eccl. fiast. decis. res ol 51 numer 10.* Ille enim absente etiam Episcupo, in Capitulo interuenire non pust. Eadem *Sacra Congr Conc.* de qua Massobri, *de Synodo Episcopi cap 4. dub. 43. numer. 35.* Si

15 verò sit de Capitulo debet inde exire, vbi tractandum fuerit de rebus ad suum, vel Episcopi commodum pertinentibus. *Sacra Congr. Episcop & Regular.die 17.Ianuarij 1584* penes Aldan.*dict.tit.4.,numer.38.*

16 Vicarius generalis non potest concedere licentiam alteri Episcopo exercendi Pontificalia in sua diœcesi, nisi haberet speciale mandatum. *Sacra Congreg Concil.* vt per Sbrozz. *in addit ad dictum lib.1.quæst 7.*

17 Vicarius generalis pro Matrimonialium dispensatione quicquam quamuis minimum, & sponte datum, recipere non potest. *Sacra Congr. Episcop. & Regular in Surrentina 21. Aprilis 16 6.* penes Aldan. *d.tit.43.n.39.*

18 Vicarius generalis non potest facere circulum in Missa solemni ante Episcopum a l hymnū Angelicum, Credo, Sanctus, &c. sed tantùm D gnitates,& Canonici. *Sacra Congr Rit in Ma eraten 18. Septembris 6* o teste Bonfadin. *d resol 51. num 11.*

19 Vicarius generalis non potest remittere denuntiationes sine speciali commissione *Sac.Congr.Conc.* referente Nicol. Gar. *de benef p. 5.c.8 n 61.*

SVMMARIVM.

1 *Doctor debet eligi Vicarius Capitularis.*
2 *Doctorari debet in aliqua Vniuersitate non à persona priuata, eligendus in Vicarium Capitularem.*
3 *Doctor,aut Licentiatus necessariò eligendus Vicarius Capitularis si in Capitulo adsit.*
4 *Doctor Theologus esse non potest Vicarius Capitularis.*
5 *Capituli de gremio non requiritur necessariò vt sit Vicarius Capitularis.*
6 *Electio seu deputatio Vicarij Capitularis an de gremio Capituli & Doctor sit eligendus necessariò, si id obtineat consuetudo?*
7 *Electio de Vicario Capitulari cum claus. quod non duret nisi per annum, valet.*
8 *Ætas ad Vicarium Capitularem sufficit 23.annorum, non tamen expedit.*
9 *Plures si assumantur ad Officium Vicarij Capitularis, in dubio magis idoneus remanere debet.*
10 *Eligendus vnus tantum Vicarius Capitularis, sine præiudicio tamen confuse ad inem præsertim tumenmortalis duos aut plures eligendi.*
11 *Substitutionem potest facere Vicarius Capitularis si absesse velit.*
12 *Suspectus si allegetur Vicarius Capitularis recurrendum ad Capitulum tanquam superius.*
13 *Dimissorias ad Ordines intra annum concedens Vicarium Capitularem. incidit in pœnam capite 10. sess. 23. quam illa vsus fuerit illis, cui concessa fuerunt.*
14 *Dimissoriam infra annum concedens Vicarius Capitularis non incurrit pœnam suspensionis per annum, sed tantum pœnam interdicti.*
15 *Salarium competens dari debet Vicario Capitulari.*
16 *Electione Vicarij Capitularis facta non potest Episcopus eum ad libitum reuocare, etiam apposita* claus. ex causis sibi bene visis. *vt num. 7.*
17 *Metropolitanum ad suum nutum amouere potest Vicarium à se deputatum in vim Concil.* cap. 16. sess 24. de reform.

Vicarius Capitularis sede vacante.

Collect. DCCXVI.

1 Vicarios Capitularis debet eligi Doctor,alias electi o est irrita. *Sacra Congr.Conc* teste Ni-
2 col. Garc *de benefic part.5.cap 7 num. 10.* Et debet doctorari in aliqua Vniuersitate, non verò à persona priuata. *Sacra Congr Conc die 19. Septembris 620.* penes Aldan. *in compendio Canon.resolution.lib. prime tit 43.num.41.*

3 Vicarius Capitularis necessariò eligendus est Doctor, vel Licentiatus,si in Capitulo adsit,alias sufficit vt vnus eligatur, qui sit quantum fieri potest idoneus. *Sacra Congr.Conc.* referente Nicol. Garc.*d part 5.c.7.num.12.*

4 Vicarius Capitularis non potest esse Doctor Theologus. *Sacra Congr. Conc. die 8 Augusti 1641.* cuius meminit *in tract de Canonic. & Dignitat cap.42. num 3.*

5 Vicarius Capitularis non requiritur necessariò vt sit de gremio Capituli, si tamen adesset idoneus, cæteris paribus esset præferendus. *Sacra Congreg. Rit.* apud Nicol. Garciam *dict part.5.cap.7. num.13.*

6 Vicarij Capitularis electio, seu deputatio fiet ex consuetudine Capituli fieret de ipsius gremio, & bini,vel singuli per singulos menses administrent, obseruando Ordinem sed non essent omnes Doctores. vel Licentiati, dicta deputatio non valet, vbi alij Doctores possunt con trul, nec inspicitur ordo vel consuetudo, aut lex nouam etiam formam constituens. *Sacra Congr.Conc.* de qua Nicol. Garcia *d part.5.cap 7.numer.10. & 11. in 1 dub.*

7 Vicarius Capitularis potest eligi cum claus. *quod non duret nisi per annum*, *Sacra Congreg. Concil. die 17.Ianuarij 1617.* cuius memini *de Canon.cap.42. num.44.*

8 Vicarius Capitularis potest esse in ætate viginti trium annorum, si al às est idoneus, non tamen expedit. *Sacra Congregat.Concil. die 11. Augu-*

Tt 2

ſti 1618. cuius memini *de Canonic. cap.* 42. *num.* 54.

9 Vicarij capitularis ad officium ſi plures aſſumerentur, in controuerſia magis idoneus, & habens qualitates Concilij Tridentini remanere debet, & cæteri remouendi ſunt. *Sacra Cong. Conc.* atteſtante Nicol. Garc. *d. c.* 7 *num.* 23.

10 Vicarius Capitularis vnus tantum eſt eligendus, ſed non eſt per decretum Concilij ſublata conſuetudo, præſertim immemorialis, duos, aut plures eligendi, *Sacra Congr. Conc. in Panormitana* 31. *Ianuary* 1592. cuius memini *d. tract. de Canon. cap.* 42. *num.* 34.

11 Vicario Capitulari propter eius abſentiam competit ſubſtitutionem facere. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garc *d. c.* 7. *num.* 23.

12 Vicarius Capitularis ſi allegetur ſuſpectus, non poſſunt eligi arbitri, ſed recurrendum eſt ad Capitulum tanquam Superius. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Nicol Garc. *d. p.* 5 *c.* 7 *nu* 23 *in* 3. *dub.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 4. *tit.* 33. *l.* 3. *de recuſat. in* 6. *declarat.*

13 Vicarius Capitularis litteras dimiſſorias ad Ordines concedens infra duos menſes à die vacationis, quibus tamen vſus non eſt ille, cui conceſſæ litteræ fuerunt, nihilominus dictus Vicarius incidit in pœnam *cap.* 10. *ſeſſ* 23. qui actus fuit perfectus quoad ipſum, per quem non ſtetit. *Sacra Congreg. Conc.* penes Nicol Garc. *in addit. ad ſuum. tract. de benefic part.* 5 *cap.* 92.

14 Vicarius Capitularis concedens dimiſſoriã infra annum non incurrit pœnam ſuſpenſionis per annum iuxta *c.* 1. *ſeſſ.* 23. ſed tantum pœnam interdicti iuxta *c.* 10. *ſeſſ* 7. *de reform.* ita quod nõ prohibeatur concedere alias dimiſſorias, & caſu, quo dictum *cap.* 10. imponeret pœnam ſuſpenſionis, aliæ tamen dimiſſoriæ datæ poſt annum valent, ſi non fuit declaratus ſuſpenſus. *Sacra Congreg. Concil.* referente Rota *in Burgen Canonicatus* 17. *Octobris &* 28. *Nouembris* 1586. *coram Gipcio.*

15 Vicario Capitulari debet prouideri de competenti ſalario. *S. Congr. Conc. die* 15. *Octobris* 1601. cuius memini *d. tract. de Canonic. c.* 42. *n.* 35.

16 Vicarij Capitularis facta electione non poteſt Capitulum illum ad libitum reuocare, & nouum conſtituere, niſi ex cauſa benè viſa ſacræ Congregationi negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, vt ipſa met reſcripſit Capitulo Neapolitano 1. *Septembris* 1603. & Nuncio Neapolitano *ſub die* 22. *eiuſdem menſis & anni*, & Capitulo Terentino *die* 24. *Nouembris*, & Capitulo Aretino *die* 18. *Octobris etiam eiuſdem anni*, & alibi, de quibus meminere Nicol. Garc. *in addit. ad tract. ſuum de benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num* 22. Larrea *Granatenſi deciſ.* 2 *num.* 4. Ego ipſe *dict tract. de Canon cap.* 42. *num.* 47. vbi aſſero ita cenſuiſſe de anno 1631 Quamuis alij aliam ex diametro contrariam adducant declarationem, vt præ alijs adducit Anton. Nald *in ſum. verbo Vicarius num.* 8 his verbis *Vicarius Capitularis poteſt ad libitum Capituli à quo fuit electus, amoueri, & illo caſu tenetur infra octo dies alium conſtituere: alias enim ius deputandi deuoluitur ad Metropolitanum, & ſi ipſa fuerit Metropolitana deuoluitur ad antiquiorem Epiſcopum.* cui ſubſcribere videtur Solorzan. *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13 *à num.* 50.

17 Vicarius Capitularis ab exercitio Vicariatus per Capitulum reuocari non poteſt etiã ex clauſ. *Ex cauſis ſibi bene Viſis. Sacra Congregat. Concil. in Eccleſien.* 1. *Aprilis* 1628. quæ tandem remiſit ad Congregationem Epiſcoporum & Regularium cauſis præpoſitam vt refert Bonfadio. *in theſauro eccleſiaſt. deciſ. reſol.* 51. *num.* 22.

17 Vicarius à Metropolitano deputatus in vim ca. 16. ſeſſ. 24. quando in Sede vacante Capitulum, ad quod ſpectabat, intra tempus à Concilio præſcriptum illum non deputauit amoueri poteſt ad nutum ipſius Metropolitani. *Sacra Congreg. Concil. in Liman.* 29. *Septembris* 1623. cuius meminit Solorzan. *d. tom* 2. *lib* 3. *cap.* 13. *num.* 65. & Ego *d. tract. de Canon. c.* 42. *num.* 48.

SVMMARIVM.

1 *Viſitare diœceſim poteſt Vicarius Sede Vacante ſine ſpeciali commiſſione ad id conſtitutus.*

2 *Dimiſſorias litteras ad primam Tonſuram poteſt concedere Vicarius Capitularis ei, qui præſentatus ad aliquod beneficium.*

3 *Litteras Epiſcopo per ſacram Congreg. directas, & ab illo non exequutas poteſt Vicarius Capitularis executioni demandare.*

4 *Eccleſiam non conſecratam reconciliare poteſt Vicarius Capitularis.*

5 *Abſoluere à caſibus ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat. poteſt Vicarius Capitularis.*

6 *Vicarios idoneos Parochialibus vacantibus deputare poteſt Vicarius Capitularis.*

7 *Adiunctorum ſine præſentia poteſt Vicarius Capitularis procedere ſi Epiſcopus ſine illis procedendi auctoritatem habeat.*

8 *Matrimoniales non vero criminales cauſas cognoſcendi facultatem habet Vicarius Capitularis ex mandato generali.*

9 *Subſtituere alium in ſui locum quando poſſit Vicarius Capitularis, oſtenditur.*

10 *Interſtitia Ordinum non poteſt remittere Vicarius Capitularis ex cauſis in Concilio expreſſis.*

11 *Commiſſiones Apoſtolicas exequi non poteſt Vicarius Capitularis.*

12 *Diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo & eius Vicario non poteſt expedire Vicarius Capitularis.*

13 *Vicarius deputatus cum generali commiſſione non habet facultatem illa faciendi, quæ indigent ſpeciali delegatione.*

14 *Examinatorum abſentium in locum non poteſt alios ſufficere Vicarius Capitularis.*

15 *Cauſas confugientium ad Eccleſiam, vel ab illa extractorum cognoſcere non poteſt Vicarius Capitularis.*

16 *Archidiaconi ſedem non debet occupare Vicarius Capitularis, ſed debet ſedere in alia ſede portatili.*

17 *Monaſteria noua erigendi licentiam concedere non poteſt Vicarius Capitularis.*

Vicarius Capitularis quam habeat auctoritatem.

COLLECT. DCCXVII.

1 Vicarius Capitularis Sede vacante poteſt viſitare diœceſim quamuis id à Capitulo ſpecialiter ei non fuerit commiſſum. *Sacra Cong. Conc.* teſte

teste Nicol. Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. p. 5. cap. 7. num. 29.*

2 Vicarius Capitularis potest concedere litteras dimissorias ad primam Tonsuram ei, qui est præsentatus à patronis laicis ad beneficium ecclesiasticum iuris patronatus ipsorum vt illud obtinere valeat. *Sacra Congr. Conc.* de qua Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 7. num. 93.* Stephan d'Aluin. *de Episcopor. Abbatum, & Abbatiss. potestate c. 27. sub n. 1.* & illius memini *de Canō. & Dignit. cap. 42. num. 118.*

3 Vicarius Capitularis potest executioni demandare litteras Episcopo per sacrā Congr. directas, & ab illo non executas. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. die 10. Aprilis 1615.* cuius memini *dict. ca. 42. num. 60.*

4 Vicarius Capitularis potest Ecclesiam non consecratam reconciliare. *Sacra Cong. Rit. in Hydruntina 15. Decembris 1632.* quam refert Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resolut. 51. num. 23.*

5 Vicarius Capitularis potest absoluere à casibus *sess. 24. de reform. c. 6. Sacra Congr. Conc. die 4. Decembris 1632.* cuius memini *de Canon. c. 42. n. 62. in fine.*

6 Vicarius Capitularis potest absque Capitulo idoneus Vicarios Parochialibus vacantibus deputare, donec de Rectore prouisum sit, & proponere edicta ad concursum. *Sacra Congreg. Concil.* quam adducit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 43. num. 46.*

7 Vicarius Capitularis potest sine Adiunctis procedere si Episcopus dum viuebat auctoritatem habebat procedendi sine illis: si minus posset Episcopus sine Adiunctis, ita nec poterit Vicarius. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 7. num. 23.*

8 Vicarius Capitularis ex mandato generali habet facultatem cognoscendi causas matrimoniales, non autem criminales, nisi adsit speciale. *Sacra Cong. Conc. die 30. May 1602.* referente Aldan. *d. tit. 43. num. 47.*

9 Vicarius Capitularis non potest in locum sui quempiam substituere nisi in tribus casibus; videlicet infirmitatis, absentiæ ad modicum tempus, & in delegatis, & tunc multo magis tenetur substituere præditum qualitatibus, quas decretum *Concilij c. 16. sess. 24.* de reform. in ipso Vicario Capituli requirit, quam ipsum Capitulum *Sacra Congr. Conc. die 7. May 1600.* penes Aldan. *dict. tit. 43. n. 49.*

10 Vicarius Capitularis non potest ex causis in Concilio expressis Ordinum interstitia remittere, cum non possit magis quam Vicarius Episcopi. Eadem *Sacra Congr. Conc. sub d. die 7. Maij 1600.* sed in contrarium stat alia quam refert Ioan. Anton. Nouar. *in summ. Bullarum tit. de Capitulo sede vacante numer. 11.*

11 Vicarius Capitularis non potest exequi commissiones Apost. in forma Dignum, & alias directas Episcopo, vel eius Vicario generali intuitu Officij, vel sub nomine Dignitatis. *Sacra Congr. Conc. die 2. Augusti 1631.* cuius memini *d. tract. de Canon. c. 42. num. 59.*

12 Vicarius Capitularis non potest expedire dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & eius Vicario generali. *Sacra Congr. Conc. die 24. Maij 1621.* cuius memini *d. c. 42. num. 58.*

13 Vicarius deputatus à Capitulo Sede vacante sub verbis generalibus, seu cum generali commissione, non habet potestatem illa faciendi, quæ indigent speciali delegatione. *Sacra Congreg. Conc.* de qua Aldan. *dict. tit. 43. numer. 50.*

14 Vicarius Capitularis non potest in locum examinatorum Synodalium absentium, vel defunctorum alios auctoritate Apost. sufficere, sed curare debet vt elapso anno alij in locum demortuorum eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non habebuntur qui superserunt. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. in addit. part. 5. capite 2. num. 78.*

15 Vicarius Capitularis non potest cognoscere causas confugientium ad Ecclesiam, vel ab illa extractorum. *Sacra Cong super controuers. iurisdictionalibus 15. Februarij 1633.* cuius mentionem facit R.P.D. Sperell. *in decision. fori eccles. decis. 31. num. 8.*

16 Vicarius Capitularis non debet occupare sedem Archidiaconi, sed debet sedere in alia sede portatili. *Sacra Congr. Rit. in Lucerina 11. Aprilis. 1601.* cuius memini *d. tract. de Canonic. c. 42. n. 42.*

17 Vicarius Capitularis non potest concedere licentiam erigendi noua monasteria, ex cap. 3. sess. 25. *Sacra Congr. Conc. sub die 19. Februarij 1633.* cuius etiam memini *d. cap. 42. sub num. 60.*

SVMMARIVM.

1 *Præcedentiam nullam habet Vicarius foraneus ratione sui officij.*

2 *Præcedentiam supra omnes habet Vicarius foraneus in congregationibus tantum, quæ de mandato Episcopi singulis mensibus fiunt.*

3 *Processionibus, & choro debet Vicarius foraneus vti cotta sicut alij Presbyteri.*

4 *Portio maior non debetur Vicario foraneo qui sit Canonicus ex funeralibus, quam si esset simplex Canonicus.*

5 *Clericos mulctare non licet Vicariis foraneis, qui non veniunt ad Horas Canonicas.*

6 *Canonici ne Capitulum faciant sine eius expressa licentia non licet Vicario foraneo.*

Vicarius foraneus.

Collect. DCCXVIII.

1 Vicarius foraneus ratione sui officij nullam habet præcedentiam in choro, sessionibus vel processionibus, & aliis actibus, & functionibus ecclesiasticis supra Archipresbyterum, & alios Presbyteros ipso Vicario antiquiores, & digniores, sed debet ipse Vicarius stare, sedere, & incedere in loco suæ receptionis & dignitatis, ac si non esset Vicarius tam cum cotta quam sine illa, non obstante quacunque ordinatione Episcopi in contrarium: præterquam in Congregationibus,
2 quæ de mandato Episcopi singulis mensibus fiunt: in quibus tanquam Episcopi delegatus præcedere debet omnibus, non tamen in processionibus, Missis, & aliis, quæ fiunt ante Congregationem. *Sacra Congr. Rit. in Brundusina 17. Nouembris 1600. & in Oritana & Catanien. eadem die & anno, & in Marsicen. Spoletana, & Bononien. 11. Aprilis 1601. & in Regien. 2. Martij 1602. in Tropien. 25. Ianuarij 1603. & in Neocastren. 12. Aprilis 1607. & in Licien. 16. Octobris 1604. & in Tranen. 24. Septembris 1605. & in Vmbriaticen. 25. Februarij 1606. & in Algaren. 17. Nouembris 1607. & in Comen. Valtuccia 19. Martij 1611. & in Nucerina 25. Iunij 1611. & in Tarentina eadem die, & in*

sij 1618. cuius memini *de Canonic. cap. 42. num. 54.*

9 Vicarij capitularis ad officium si plures assumerentur, in controuersia magis idoneus, & habens qualitates Concilij Tridentini remanere debet, & cæteri remouendi sunt. *Sacra Cong. Conc.* attestante Nicol Garc. *d. c. 7 num. 23.*

Vicarius Capitularis vnus tantum est eligen-
10 dus, sed non est per decretum Concilij sublata consuetudo, præsertim immemorialis, duos, aut plures eligendi, *Sacra Congr. Conc. in Panormitana 31. Ianuarij* 1592. cuius memini *d. tract. de Canon. cap. 42. num. 34.*

Vicario Capitulari propter eius absentiam
11 competit substitutionem facere. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Nicol. Garc *d c. 7. num. 23.*

Vicarius Capitularis si allegetur suspectus, non
12 possunt eligi arbitri, sed recurrendum est ad Capitulum tanquam Superius. *Sacra Congr. Conc.* testibus Nicol Garc. *d. p. 5 c 7 nu. 23 in 3. dub.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 33. l. 3. de recusat. in 6. declarat.*

Vicarius Capitularis litteras dimissorias ad Or-
13 dines concedens infra duos menses à die vacationis, quibus tamen vsus non est ille, cui concessæ litteræ fuerunt, nihilominus dictus Vicarius incidit in pœnam *cap. 10. sess. 23.* qui actus fuit perfectus quoad ipsum, per quem non stetit. *Sacra Congreg. Conc.* penes Nicol Garc. *in addit. ad suum. tract. de benefic part. 5 cap. 92.*

Vicarius Capitularis concedens dimissoriã in-
14 fra annum non incurrit pœnam suspensionis per annum iuxta *c. 1. sess. 23.* sed tantum pœnam interdicti iuxta *c. 10. sess 7. de reform.* ita quod nõ prohibetur concedere alias dimissorias, & casu, quo dictum *cap. 10.* imponeret pœnam suspensionis, aliæ tamen dimissoriæ datæ post annum valent, si non sit declaratus suspensus. *Sacra Congreg. Concil.* referente Rota *in Burgen Canonicatus 17. Octobris & 28. Nouembris* 1586. *coram Gipsio.*

Vicario Capitulari debet prouideri de compe-
15 tenti salario. *S. Congr. Conc. die 15. Octobris* 1601. cuius memini *d. tract de Canonic. c. 42. n. 35.*

Vicarij Capitularis facta electione non potest
16 Capitulum illum ad libitum reuocare, & nouum constituere, nisi ex causa bene visa sacræ Congregationi negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, vt ipsamet rescripsit Capitulo Neapolitano 1. *Septembris* 1603. & Nuncio Neapolitano *sub die 22 eiusdem mensis & anni*, & Capitulo Tarentino *die 24. Nouembris*, & Capitulo Aretino *die 18. Octobris etiam eiusdem anni*, & alibi, de quibus meminere Nicol. Garc. *in addit. ad tract. suum de benefic. part. 5. cap. 7. num 22.* Lurea *Granatensi decis. 2 num. 4.* Ego ipse *dict. tract. de Canon cap. 42. num. 47.* vbi asfero ita censuisse de anno 1631 Quamuis alij aliam ex diametro contrariam adducant declarationem, vt præ alijs adducit Anton. Nald *in sum. verbo Vicarius num 8* his verbis *Vicarius Capitularis potest ad libitum Capituli à quo fuit electus, amoueri, & illo casu tenetur infra octo dies alium constituere: alias enim ius deputandi deuoluitur ad Metropolitanum, & si ipsa fuerit Metropolitana deuoluitur ad antiquiorem Episcopum.* cui subscribere videtur Solorzan. *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 13 à num. 60.*

Vicarius Capitularis ab exercitio Vicariatus
17 per Capitulum reuocari non potest etiã ex claus. *Ex causis sibi bene Visis. Sacra Congregat. Concil. in Ecclesien. 1. Aprilis* 1628. quæ tandem remisit ad Congregationem Episcoporum & Regularium causis præpositam vt refert Bonfadin. *in thesauro ecclesiast. decis. resol. 55. num. 22.*

17 Vicarius à Metropolitano deputatus in vim ca. 16. sess. 24. quando in Sede vacante Capitulum, ad quod spectabat, intra tempus à Concilio præscriptum illum non deputauit amoueri potest ad nutum ipsius Metropolitani. *Sacra Congreg. Concil. in Liman. 29 Septembris* 1623 cuius meminit Solorzan. *d. tom 2. lib 3. cap. 13. num. 65.* & Ego *d. tract. de Canon. c. 42. num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Visitare diœcesim potest Vicarius Sede Vacante sine speciali commissione ad id constitutus.*

2 *Dimissorias litteras ad primam Tonsuram potest concedere Vicarius Capitularis ei, qui præsentatus ad aliquod beneficium.*

3 *Litteras Episcopo per sacram Congreg. directas, & ab illo non executas potest Vicarius Capitularis executioni demandare.*

4 *Ecclesiam non consecratam reconciliare potest Vicarius Capitularis.*

5 *Absoluere à casibus sess. 14. cap. 6. de reformat. potest Vicarius Capitularis.*

6 *Vicarios idoneos Parochialibus vacantibus deputare potest Vicarius Capitularis.*

7 *Adiunctorum sine præsentia potest Vicarius Capitularis procedere si Episcopus sine illis procedendi auctoritatem habeat.*

8 *Matrimoniales non vero criminales causas cognoscendi facultatem habet Vicarius Capitularis ex mandato generali.*

9 *Substituere alium in sui locum quando possit Vicarius Capitularis, ostenditur.*

10 *Interstitia Ordinum non potest remittere Vicarius Capitularis ex causis in Concilio expressis.*

11 *Commissiones Apostolicas exequi non potest Vicarius Capitularis.*

12 *Dispensationes matrimoniales directas Episcopo & eius Vicario non potest expedire Vicarius Capitularis.*

13 *Vicarius deputatus cum generali commissione non habet facultatem illa faciendi, quæ indigent speciali delegatione.*

14 *Examinatorum absentium in locum non potest alios sufficere Vicarius Capitularis.*

15 *Causas confugientium ad Ecclesiam, vel ab illa extractorum cognoscere non potest Vicarius Capitularis.*

16 *Archidiaconi sedem non debet occupare Vicarius Capitularis, sed debet sedere in alia sede portatili.*

17 *Monasteria noua erigendi licentiam concedere non potest Vicarius Capitularis.*

Vicarius Capitularis quam habeat auctoritatem.

COLLECT. DCCXVII.

1 Vicarius Capitularis Sede vacante potest visitare diœcesim quamuis id à Capitulo specialiter ei non fuerit commissum. *Sacra Cong. Conc.*

teste

teste Nicol. Gare. *in addit. ad suum tract. de benefic. p. 5. cap. 7. num. 29.*

2 Vicarius Capitularis potest concedere litteras dimissorias ad primam Tonsuram ei, qui est præsentatus à patronis laicis ad beneficium ecclesiasticum iuris patronatus ipsorum vt illud obtinere valeat. *Sacra Congr. Conc* de qua Nicol. Garc. *d. p. 5. c. 7. num. 93.* Stephan d'Aluin. *de Episcopor. Abbatum, & Abbatiss. potestate c. 27. sub n. 1.* & illius memini *de Canō. & Dignit. cap. 42. num. 118.*

3 Vicarius Capitularis potest executioni demandare litteras Episcopo per sacrā Congr. directas, & ab illo non executas. *Sacra Congr. Episcop. & Regular. die 10. Aprilis 1615.* cuius memini *dict. ca. 42. num. 60.*

4 Vicarius Capitularis potest Ecclesiam non consecratam reconciliare. *Sacra Cong. Rit. in Hydruntina 15. Decembris 1632.* quam refert Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resolut. 51. num. 23.*

5 Vicarius Capitularis potest absoluere à casibus *sess. 24. de reform c. 6 Sacra Congr. Conc. die 3. Decembris 1632.* cuius memini *de Canon. c. 42. n. 62. in fine.*

6 Vicarius Capitularis potest absque Capitulo idoneos Vicarios Parochialibus vacantibus deputare, donec de Rectore prouisum sit, & proponere edicta ad concursum. *Sacra Congreg. Concil.* quam adducit Aldan. *in compendio Canon. resol. lib. 1. tit. 43. num. 46.*

7 Vicarius Capitularis potest sine Adiunctis procedere si Episcopus dum viuebat auctoritatem habebat procedendi sine illis: si minus posset Episcopus sine Adiunctis, ita nec poterit Vicarius. *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 7. num. 23.*

8 Vicarius Capitularis ex mandato generali habet facultatem cognoscendi causas matrimoniales, non autem criminales, nisi adsit speciale. *Sacra Cong. Conc. die 30. Maij 1602.* referente Aldan. *d. tit. 43. num 47.*

9 Vicarius Capitularis non potest in locum sui quempiam substituere nisi in tribus casibus; videlicet infirmitatis, absentiæ ad modicum tempus, & in delegatis, & tunc multo magis tenetur substituere prædictum qualitatibus, quas decretum *Concilij c. 16 sess. 24* de reform. in ipso Vicario Capituli requirit, quam ipsum Capitulum *Sacra Congr. Conc. die 7. Maij 1600.* penes Aldan. *dict. tit. 43 n. 49.*

10 Vicarius Capitularis non potest ex causis in Concilio expressis Ordinum interstitia remittere, cum non possit magis quam Vicarius Episcopi. Eadem *Sacra Congr. Conc. sub d. die 7. Maij 1600.* sed in contrarium stat alia quam refert. Ioan. Anton. Nouat. *in summ. Bullarum tit. de Capitulo sede vacante numer 11.*

11 Vicarius Capitularis non potest exequi commissiones Apost in forma Dignum, & alias directas Episcopo, vel eius Vicario generali intuitu Officij, vel sub nomine Dignitatis. *Sacra Congr. Conc. die 2. Augusti 1631.* cuius memini *d. tract de Canon. c. 42. num. 59.*

12 Vicarius Capitularis non potest expedire dispensationes matrimoniales directas Episcopo, & eius Vicario generali. *Sacra Congr. Conc. die 24. Maij 1621.* cuius memini *d. c. 42. num. 58.*

13 Vicarius deputatus à Capitulo Sede vacante sub verbis generalibus, seu cum generali commissione, non habet potestatem illa faciendi, quæ indigent speciali delegatione. *Sacra Congreg. Conc.* de qua Aldan. *dict. tit. 43. numer. 50.*

14 Vicarius Capitularis non potest in locum examinatorum Synodalium absentium, vel defunctorum alios auctoritate Apost. sufficere, sed curare debet vt elapso anno alij in locum demortuorum eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non habebuntur qui supererunt. *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. in addit. part. 5. capite 2. num. 78.*

15 Vicarius Capitularis non potest cognoscere causas confugientium ad Ecclesiam, vel ab illa extractorum. *Sacra Cong. super controuers. iurisdictionalibus 15. Februarij 1633.* cuius mentionem facit R. P. D. Spetell. *in decision. fori eccles. decis. 31. num. 8.*

16 Vicarius Capitularis non debet occupare sedem Archidiaconi, sed debet sedere in alia sede portatili. *Sacra Congr. Rit. in Lucerina 11. Aprilis. 1601.* cuius memini *d. tract. de Canonic. c. 42. n. 42.*

17 Vicarius Capitularis non potest concedere licentiam erigendi noua monasteria, ex cap. 3. *sess. 25. Sacra Congr. Conc. sub die 19. Februarij 1633.* cuius etiam memini *d. cap. 42. sub num. 60.*

SVMMARIVM.

1 *Præcedentiam nullam habet Vicarius foraneus ratione sui officij.*
2 *Præcedentiam supra omnes habet Vicarius foraneus in congregationibus tantum, quæ de mandato Episcopi singulis mensibus fiunt.*
3 *Processionibus, & choro debet Vicarius foraneus vti cotta sicut alij Presbyteri.*
4 *Portio maior non debetur Vicario foraneo qui sit Canonicus ex funeralibus, quam si esset simplex Canonicus.*
5 *Clericos mulctare non licet Vicariis foraneis, qui non veniunt ad Horas Canonicas.*
6 *Canonicatus Capitulum faciant sine eius expressa licentia non licet Vicario foraneo.*

Vicarius foraneus.

COLLECT. DCCXVIII.

1 Vicarius foraneus ratione sui officij nullam habet præcedentiam in choro, sessionibus vel processionibus, & aliis actibus, & functionibus ecclesiasticis supra Archipresbyterum, & alios Presbyteros ipso Vicario antiquiores, & digniores, sed debet ipse Vicarius stare, sedere, & incedere in loco suæ receptionis & dignitatis, acsi non esset Vicarius tam cum cotta quam sine illa, non obstante quacunque ordinatione Episcopi in contrarium: præterquam in Congregationibus, 2 quæ de mandato Episcopi singulis mensibus fiunt: in quibus tanquam Episcopi delegatus præcedere debet omnibus, non tamen in processionibus, Missis, & aliis, quæ fiunt ante Congregationem. *Sacra Congr. Rit. in Brundusina 17. Nouembris 1600. & in Oritana & Catanien. eadem die & anno, & in Marsicen. Spoletana, & Bononien. 11. Aprilis 1601. & in Regien. 2. Martij 1602. in Tropien. 25. Ianuarij 1603. & in Neorastien. 12. Aprilis 1607. & in Licien. 16. Octobris 1604. & in Tranen. 24. Septembris 1605. & in Vmbriatien. 25. Februarij 1606. & in Algaren. 17. Nouembris 1607. & in Comen. Valenceia 19. Martij 1611. & in Nucerina 25. Iunij 1611. & in Tarentina eadem die, & in*

Leontina 7. *Iulij* 1612. *& in Syracusana Palacioli eadem die,& in Hydruntina Soleti* 2. *Martij* 1613. *& Licien.* 15. *Febr.* 1614 *& in Mediolanen. Corbetta* 3. *Decembr.* 1615. *& in Compsana terra Auletta* 12. *Martij* 1618. *& in Messanen terra Castri* 7. *Septembris* 1618. *& in Spoletana terra Cascia* 23. *Martij* 1619. *& in Messanen terra Nugoria, & in Catanien. terra Aidonis eadem die. & in Messanen. Castri Regalis* 28. *Septembris* 1619. *& in Syracusana* 22. *Augusti* 1620. *& in Salernitana* 27. *Martij* 1628. *& in Neritonen.* 22. *Decembris* 1629. *& in Tranen.* 9. *Aprilis* 1633. quarum omnium meminit Aldan *in compendio Canon. resolut lib.* 1. *tit.* 43. *n.* 52. Etiam quacunque consuetudine contraria non obstante Eadem *Sacra Congr. Rit in Syracusana* 8. *Iunij* 1630. cuius me-

3 mini *in tract. de Canon. c.* 18 *n.* 23. et debet in processionibus & choro vti cotta, sicut alij Presbyteri, nec ratione sui officij debet ante alios habere thurla & pacis honorem. Eadem *Sacra Congr. Rit. in Tranen.* 24. *Septemb.* 1605. penes Aldan *d. tit.* 43. *n.* 54.

4 Vicario foraneo qui sit Canonicus, non debetur maior portio ex funeralibus quam si esset simplex Canonicus. *Sacra Congr. Rit. in Bononien. Castri S. Ioannis die* 7. *Octobris* 1617. quam refert Aldan. *d. tit.* 43 *n* 55.

5 Vicariis forantis non licet mulctare Clericos, vel Presbyteros, qui non veniunt ad Horas Canonicas vltra solitum punctum amissionis distributionum quotidianarum. *Sacra Congr. Rit in Brundusina* 4 *Martij* 1606 de qua Aldan. *d tit.* 45 *n.* 56.

6 Vicario foraneo non licet contra vsum, & consuetudinem Ecclesiæ prohibere Canonicis ne Capitulum faciant sine eius expressa licentia. *Sacra Congr Rit. in Orien. Calia* 16. *Decembr.* 1606. referente Sellio *d. tit.* 46. *n* 57.

SVMMARIVM.

1 *Portiones debitas Vicariis perpetuis Parochialium declarauit Pius V.*

2 *Vicariis amouibilibus Cathedralis debent precedere Vicarij perpetui Parochialium.*

3 *Præcedentiam habere debẽt Vicarij perpetui Parochialium in Ecclesia nouiter erecta in Cathedralem secundum Ordinem receptionis.*

4 *Cathedralis sub Cruce incedere debent Vicarij perpetuò adscripti eius seruitio, quamuis prius incederent sub Cruce Ecclesia Collegiata.*

5 *Canonicis Collegiata loci de Daroca æquiparantur Vicarij Parochialium eiusdem loci.*

6 *Episcopus potest examinare Vicarios Parochialium dependentium a Religione Hierosolymitana.*

7 *Vicarij perpetui non possunt instituti absque erectione tituli Vicariæ.*

8 *Abbatiæ Vicarius perpetuus quæ onera subire debeat.*

9 *Monasterijs quibus cura imminet animarum, poni non possunt ab Ordinario sed tantùm a Superioribus Vicarij perpetui, & temporales.*

10 *Parochialis omnia onera incumbentia subire tenetur solus Vicarius perpetuus.*

11 *Residere personaliter tenetur habens Vicarium perpetuum in sua Ecclesia nisi in eum tota animarum cura translata fuerit.*

12 *Concursu prævio instituendi non sunt Vicarij perpetui in Parochialibus Capitulo vnitis.*

Vicarius perpetuus Parochialis.

COLLECT. DCCXIX.

1 Vicariis perpetuis congrua portio arbitrio Episcopi illa desimenda est vt non sit maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis & alijs obuentionibus communiter percipi solitis. *Pius V. constit.* 47. incip. *Ad exequendum Kalend. Nouembris* 1567. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom.* 1. *pag.* 243. & illius meminere Gutier. *consil.* 8. *num* 3. *cum seqq.* Valenzuel. *cons.* 54. *tomo primo.* Rot. apud Paul. de Rubeis *decis.* 2,0. *numer* 2. *p.* 6. *recentior.* Ego *de Iure eccles. vniu. lib.* 3. *cap* 6. *num.* 43.

2 Vicarij perpetui Ecclesiarum Parochialium debent præcedere Vicariis amouibilibus Ecclesiæ Cathedralis. *Sacra Congr. Rit. in Terulen.* 16. *Septembris* 1606. teste Aldan. *in compendio Canonic. resolut. lib.* 1. *tit.* 43 *num* 58.

3 Vicarij perpetui Ecclesiarum Parochialium in Ecclesia nouiter erecta in Cathedralem debent præcedere secundùm Ordinem receptionis, & non secundùm Ordinem dignitatis Ecclesiarum, vt præcedebant ante erectionem in Cathedralem *Sacra Congr. Rit in Ripana* 28. *Aprilis* 1607. quam refert Aldan. *d. lib.* 1. *tit.* 43. *n.* 59.

4 Vicarij perpetuò adscripti seruitio Ecclesiæ Cathedralis, licet prius incederent sub Cruce Ecclesiæ Collegiatæ, tamen post adscriptionem debent incedere sub Cruce Cathedralis, cui inseruiunt. *Sacra Congr. Rit. in Maceraten.* 17. *Septembris* 1608. *&* 21. *Martij* 1609. de quibus Aldan. *dict. tit.* 43. *num* 60.

5 Vicarij & alij Portionarij Ecclesiarum Parochialium loci de Daroca Cæsaraogustanæ diœcesis, æquiparantur in omnibus Canonicis Collegiatæ eiusdem loci, reseruata tamen dextra Canonicis. *Sacra Congr. Rit in Cæsaraugustana de Daroca* 21. *Martij* 1615. quam citat Aldan. *d. tit.* 43 *n.* 61.

6 Vicarios Ecclesiarum Parochialium vnitarum, & dependentium à Religione Hierosolymitana Episcopus potest examinare, & approbare, simpliciter scilicet, non autem ad tempus, etiamsi sint tẽporales, nec potest pro libito eosdem subiicere nouo examini. *Sacra Congr. Rit. in Augustana iurisdictionis* 14. *Decembris* 1630. cuius memini *de Iure ecclesiast. vniu lib.* 3. *c* 6. *n* 47.

7 Vicarij perpetui non possunt institui absque erectione tituli Vicariæ. *Sacra Congr. Conc.* referente Nicol. Garc. *de benefic. p.* 11. *c* 2. *n.* 15.

8 Vicarius perpetuus Abbatiæ debet subire omnia onera respicientia curam animarum, & administrationem Sacramentorum: cætera verò omnia ad Abbatem, seu Commendatarium eiusdem Ecclesiæ spectant. *Sacra Congr. Conc. in Eugubina* 11. *Maij* 1594. quam adducit Aldan. *d. tit.* 43. *n.* 64.

9 Vicarij perpetui, & temporales non possunt ab Ordinario poni in monasterijs, quibus cura imminet animarum, vel à principio, vel ratione annexionis, sed tantùm à Superioribus, eorum prævio tamen examine ipsius Ordinarij iuxta præscriptum decreti Concilij sess. 25. cap. 11. de Regularibus. *Sacra Congr. Conc.* penes Piasec. *in praxi Episcop. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 46. Et iterum. *Vicarij perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem sed ad nominationem*

nem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur cum ipsorum Ordinariorum seu eorum Vicariorum prævio examine sunt approbandi. Sacra Congr. Conc. apud Nicol. Garc. *de benefic. p. 9. capit. 2. num. 294. & seqq.* metipsum *de Iure ecclesiast. lib. 2. c. 6. n. 45.*

10 Vicarius perpetuus solus tenetur subire omnia onera incumbentia ipsi Parochiali, in qua erat erecta Vicaria perpetua, nulla autem ex parte ad Ecclesiam, seu ad monasterium, aut locum pium, quibus erat vnita ipsa Parochialis, spectant, quia Bulla Pij V. de Vicariis perpetuis, vult Vicarium perpetuum expedire Bullas, & soluere annatam, ac proinde constitutum esse beneficium in personam ipsius Vicarij, ideò ad illum omnia onera beneficij spectare debent. *Sacra Congreg. Concil. die 27. Februarij* 1580 teste Aldono *d. tit. 43 num 66.*

11 Vicarium perpetuum in sua Parochia siue Rectoria habens, ad hanc potest, & debet compelli ad personaliter residendum, nisi tota cura animarum translata fuerit legitimè in solum Vicarium perpetuum *Sacra Congr. Conc.* quam citat Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 2. tit 23. leg 7. §. 2 sub tit. an Parochi debeant residere numer. 126.*

12 Vicarij perpetui in Parochialibus Capitulo vnitis non sunt prævio concursu instituendi. *Sacra Congreg. Concil. die 28 Aprilis 1594.* de qua Nicol. Garcia *in suum tract. de benefic. part. 9. capit. 2. numer. 294.*

SVMMARIVM.

1 *Nominatio Vicariorum sæcularium ad tempus in beneficiis Curatis vnitis spectat ad Episcopum, & quid in perpetuis Vicariis? & in Regularibus?*

2 *Nominatio Vicarij Abbatiæ ad quem spectet, & à quo amouendus?*

3 *Approbandi & examinandi prius sunt ab Episcopo Parochi in Ecclesia exempta, animarum curã exercere intendentes.*

4 *Deputatio Vicarij in Parochialibus vacantibus ad eum spectat, qui potest instituere concursum.*

5 *Deputatio Vicarij ad custodiam Parochialis vacantis in casibus repentinis ad quem spectet, ostenditur.*

6 *Episcopus non potest ad tempus approbare Vicarios etiam amouibiles Ecclesiarum Parochialium vnitarum Religioni Hierosol. nec pro libito eosdem subiicere nouo examini.*

7 *Episcopus poterit examinare Vicarios amouibiles Parochialium dependentium à Religione Hierosol. superueniente rationabili causa & suspicione ignorantiæ.*

8 *Curam animarum esse penes deputantem arguitur ex quo Vicarius amouibilis ad eam exercendam deputatur.*

Vicarius amouibilis Parochialis.

COLLECT. DCCXX.

1 Vicariorum sæcularium ad tempus in beneficiis Curatis vnitis nominatio spectat ad Episcopum, perpetuorum vero in vim constitutionis Pij V. incip. Ad exequendum, spectat ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, ipsi tamen prævio examine & approbatione eorum ab Episcopo deputandi. *Sacra Congreg. Conc* teste Nicol Garc. *de benefic part 9 ca. 2. num* 295. Vicarij Regulares deputandi in Parochialibus vnitis monasteriis Ordinis Præmonstratensis, debent esse amouibiles ad nutum Superiorum, iuxta Constitutionem Pij V. si sæculares possunt ab Ordinario constitui perpetui iuxta decretum Concilij. *Sacra Congr. Conc.* quam refert Sellius *in selectis Canon. c. 24. n. 15.*

2 Vicarij nominatio, seu electio spectat ad Abbatem, siue Rectorem (vtrique primitiuum) approbatio ad Episcopum, de cuius consensu Vicarius amouibilis est deputandus ad nutum, potest amoueri ab Abbatibus, & Rectoribus, non autem ab Episcopo, nisi ex causa legitima, & approbata propter quam (etiamsi perpetuus esset) priuari posset. *Sacra Congreg Concil.* referente Stephano d'Alutin *de Episcoporum, Abbatum. & Abbatiss. potest. cap. 14 num. 2.*

3 Vicarij seu Parochi in Ecclesia exempta animarum curam exercere intendentes, prius approbandi & examinandi sunt ab Episcopo iuxta dispositionem *capit. per exemptionem de priuileg. in 6. Sacra Congregat. Concil. in Caputaquen. 23. Iunij* 1629 quam citat Bontadin *in thesauro eccles. decis. resol 53. num. 2.*

4 Vicarij deputatio in Parochialibus vacantibus ad eum spectat, qui potest instituere concursum, *Sacra Congr. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic part. 4. cap. 5 num 8.*

5 Vicarium constituere tempore vacationis ad custodiam Parochialis vacantis, licet spectet ad ipsum Episcopum, tamen in casibus repentinis, si vicaria est ad præsentationem alicuius Collegij illum potest constituere quamprimum donec Episcopus certior sit factus, & prouiderit *Sacra Congr. Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic part. 9 c. 2. num. 11.*

6 Vicarios etiam amouibiles Ecclesiarum Parochialium vnitarum, & dependentium à Religione Hierosolymitana potest Episcopus, si idonei fuerint, simpliciter approbare, non autem ad tempus, nec pro libito eosdem subiicere nouo examini. *Sacra Congr. Conc. in Augustana iurisdictionis 14. Decemb.* 1630. cuius memini *de Iure eccles. vniuers. lib. 3 c. 6 num. 47.*

7 Superueniente verò rationabili causa, & suspicione ignorantiæ, poterit Episcopus examinare eosdem ad effectum cap. 6. sess. 21. de reform. *Eadem sacra Congr Conc in Placentina 26. Aprilis 1628.* de qua Ego ipse *d. lib. 3 cap. 6. num. 49.*

8 Vicarius amouibilis deputatus in exercitio curæ animarum arguit curam esse penes deputantem, & ideo ipse tenetur ad residentiam *Sacra Congreg Conc.* testibus Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 1. num. 179 in declarat.* Armendar. *in addit. ad recopil legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. leg. 2. §. 4. sub tit. sed an Parochi debeant residere in suis Curatis num. 141.* quos refero *de officio, & potestate Parochi capit. 1. num. 65.*

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis Congregationis Fratrum Eremitarum discalceatorum S. Augustini Italiæ,*

gaudet omnibus facultatibus quibus aliarum Religionum Generales gaudent.

2 *Vicario generali diſcalceatorum Eremitarum S. Auguſtini abſenti licet alium ſuo loco ſubrogare, qui omnimoda eius poteſtate vtatur.*

3 *Correctori generali Ordinis S. Franciſci de Paula competit facultas deputandi Vicarios generales in prouinciis.*

4 *Moniales alloquens Vicarius Fratrum abſque Sedis Apoſtol. licentia, in pœnas in decreto contentas incidit.*

Vicarius Regularis.

Collect. DCCXXI.

1 Vicarius Generalis nuncupatus totius Congregationis Fratrum Eremitarum diſcalceatorum Italiæ Ordinis S. Auguſtini vtitur, & gaudet omnibus, & ſingulis iuribus, prærogatiuis, præeminentiis, & facultatibus, quibus aliarum Religionum Generales gaudent, vtuntur, & potiuntur: ac proinde ſibi licuit, & licet, inter alia
2 eo abſente alium ſuo loco ſubrogare, qui omnimoda eius poteſtate, & iuriſdictione vbique locorum (illa tamen excepta Prouincia in quo ipſe Vicarius Generalis pro tempore reperitur) fungatur, & potiatur. *Congregatio Apoſtolica Viſitationis die 26. May 1626.* cuius meminit Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 1. tit. 43 n. 55.*

3 Vicarios Generales in Prouinciis deputandi facultas quoties expedierit, competit Correctori Generali Ordinis ſancti Franciſci de Paula. *Sacra Congr ad hoc ſpecialiter deputata die 27. Martij 1626.* quam refert Laurent. de Peyrinis *de priuileg. Regul. ad conſtit. 14 Leonis X. num. 4.*

4 Vicarius Fratrum abſque Sedis Apoſtol licentia Moniales alloquens in pœnas in decreto generali contentas incidit, dummodo idem Vicarius in Prioris abſentia, eiuſdem Prioris Officij munus non obeat. *Sacra Congreg. Epiſcop. & Regul. in cauſa Ripa Tranſonæ 1. Septembris 1617.* penes Aldan. *d. lib. 1. tit. 43. num. 6.*

Vicecancellarius Papæ.

Collect. DCCXXII.

Vicecancellario Papæ ſubſunt omnes Officiales Cancellariæ, eique parere debent. *Martinus V. conſtit. 3. incip. In Apoſtolicæ Kalend. Septembris 1418.* apud Laert. Cherubin. *in Bullario tom. primo pagin. ...* Et aſſignatur ei titulus & Eccleſia SS. Laurentij & Damaſi de Vrbe. *Clemens VIII. conſtit. 34. incip. Etſi ad ſingula 5. Iulij 1532.* apud Laert. Cherubin. *tomo primo pag....* Et diſponit de officiis officio ſuo annexis. *Sixtus V. conſtit. prima in appendice* incipien. *Cum ſancta 3. Aprilis 1590.*

Vicelegatus Bononienſis.

Collect. DCCXXIII.

Vicelegatus Bononienſis cedere debet Archiepiſcopo in proceſſionibus Rogationum, Corporis Chriſti, capitis ſancti Petronij, & aliis proceſſionibus, quæ occurrunt, & in ſolemnitatibus Paſchæ, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, & quotieſcunque Achiepiſcopus & Vicelegatus ſimul in Eccleſia conueniunt circa pacem diſtribuendam, & thuris honorem exhibendum, & in ſedendo ad Miſſam, & Concionem. *Sacra Congr. Rit. in Bononien. 8. Iulij 1602.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib 1. tit. 23. num. 60.*

Vicinior Epiſcopus, vide in verbo *Epiſcopus vicinior collect. 285.*

Victualia.

Collect. DCCXXIV.

1 Victualia, & alia ad victum neceſſaria ad Vrbem deferri prohibens, vel impediens excommunicationem Papæ reſeruatam incurrit. *Paulus V. conſtit. 63.*

2 Victualia vendi poſſunt diebus feſtiuis etiam ante Concionem, & Miſſæ Conuentualis celebrationem. *Sacra Congr Rit. in Vlixbonen. 30. Martij 1621.* penes me *de officio, & poteſt. Parochi p. 1. cap. 16. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Monialium in monaſteriis permittendum non eſt vt Vidua, vel puellæ vigeſimum quintum annum excedentes degant abſque Sedis Apoſt. licentia.*

2 *Vidua in monaſteriis non ſunt recipienda niſi Moniales fieri velint.*

3 *Monialium Virginum in monaſteriis admitti non conuenit viduas ad habitum monachalem.*

4 *Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ munus obire non poſſunt viduæ abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione.*

Vidua.

Collect. DCCXXV.

1 Viduis, aut coniugatis, vel puellis vigintiquinque annorum ætatem excedentibus, vt in habitu ſeculari in monaſteriis degant abſque Sacræ Congregationis, aut Romani Pont. facultate non permittatur. *Sacra Congreg. Epiſcop. & Regular.* teſte Sellio *in ſelectis Canon. c. 42. n. 10.*

2 Viduæ, quæ viris mortuis honeſtatis cauſa ſe contulerunt in Monialium monaſterium, tolerari debent, modo ſint bonæ exiſtimationis, & famæ, legibuſque Monialium pareant, de cætero tamen nullæ huiuſmodi viduæ recipi debent, niſi Moniales fieri velint. *Sacra Congr. Conc.* referentibus Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 12. cap. 16. n. 30. verſ. & reſpectu, & n 31. verſ. tandem*, metipſo *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 102. n 67.*

3 Viduas ad habitum Monachalem in monaſteriis Monialium virginum admitti non conuenit, & admiſſæ officia principalia, vt pote Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ obire non poſſunt abſque ſpeciali Sedis Apoſt. vel ſacræ Congregationis licentia. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regular. in Caſſanen. 29. Ianuarij 1585.* quam citat Sellius *d. c. 42. num. 11.*

4 Vidua ſi monaſticum habitum aſſumat ad Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ munus obeundem abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione eligi non poteſt. *Sacra Congr. Epiſcop. & Regular. in Sarzanen. 15. Iulij 1616.* penes Sellium *d. c. 42. num. 12.*

S. Vincentij feſtum, vide in verbo *feſta propria collect. 356. num. 32.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest inchoare visitationem ab Ecclesia, quæ sibi magis placuerit.*

2 *Episcopus non tenetur concludere visitationem intra certum, & determinatum tempus.*

3 *Episcopus Visitationem Ecclesiæ Cathedralis protrahere non potest.*

4 *Excommunicationis sub pœna non licet Episcopo ad detegenda visitatorum peccata per edicta publica monere homines, & n 5.*

6 *Suspectus quando possit Episcopus in visitatione excusari?*

7 *Loci nullius diœcesis visitatio spectat ad ordinarium in cuius diœcesi existit.*

8 *Castra, in quibus Abbas iurisdictionem Episcopalem & temporalem exercet, non subsunt visitationi, & correctioni Episcopi*

9 *Capitularium personarum visitatio qualiter facienda?*

10 *Cumulatiuè quando visitatio spectet ad Episcopum?*

11 *Episcopus solus sine coniudicibus procedere potest contra Canonicos in visitatione generali, & illis imponere pœnam extraordinariam*

12 *Visitatores deputati à Capitulo ex præscriptione, vel priuilegio ius habente visitandi, debent esse ab Ordinario approbati.*

Visitatio.

Collect. DCXX.VI.

1 Visitatio facienda ab Episcopo potest inchoari ab Ecclesia, quæ sibi magis placuerit, reseruatis iuribus, & sine præiudicio aliarum Ecclesiarum. *Sacra Cong Rit. in Egitanien.* 10. *Iunij* 1602. *in resp. ad dub.* 2. teste Sellio *in selectis Canon. cap.* 52. *num* 23.

2 Visitationem intra certum, & determinatum tempus non tenetur concludere Episcopus, sed illud debet esse dispositum, & moderatum arbitrio Episcopi *Sacra Cong. Conc.* referentibus Aloys. Riec. *in praxi rerum fori eccles. decis.* 717. *in* 1. *edit.* aliàs *resolut.* 608. *num.* 2. *in* 2. *edit* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 8. *leg* 7 *de Episcop. n.* 113. quos cum aliis citaui *de officio, & potest. Episcopi par.* 3. *alleg* 73. *num* 39.

3 Visitationem Ecclesiæ Cathedralis protrahere non potest Episcopus, sed debet continentèr prosequi, neque ad extraneos actus diuertere, & quamprimum legitimo impedimento cessante, vt eam perficere incombat. *Sacra Cong Conc.* quam refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib* 1. *tit.* 17. *num.* 21.

4 Visitatione quando fit inquisitio, quæ præparatoria vocatur, non licet Episcopo ad detegenda visitandorum peccata per edicta publica monere homines sub excommunicationis pœna ad reuelandum, neque in ea exigere iuramentum à visitatis. *Sacra Cong. Conc.* apud Piasec. *in praxi Episcop. part.* 1. *c.* 3. *num* 60.

5 Visitationum generalium in edictis præparatoriis non debet præcipere Episcopus in virtute sanctæ obedientiæ vt populus denunciet ea; quæ correctione, & emendatione digna iudicabit. *Sacra Congr. Conc. in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *in resp. ad* 3. penes Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 76 *num.* 3.

6 Visitationem aggrediens Episcopus, etiam in præparatoria inquisitione, non potest vti suspectus recusari, nec probatione vel allegatione suspicionis quomodolibet pœna extraordinaria, quæ morum correctionem & emendationem respiciat, visitatos afficere possit, impediri. *Sacra Congr Conc. die* 25. *Maij* 1601. testibus Nicol Garc. *de benef. part.* 3. *c.* 2. *n* 198. Armendar. *in addit ad recop legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 6. *de visitat. l.* 5. § . 1 *n* 7. 8. & 34.

7 Visitatio loci nullius diœcesis spectat ad Ordinarium vti Sedis Apostol. delegatum, in cuius diœcesi est ille locus. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminit Rota *decis.* 501. *num* 5. *part.* 2. *recent.* quam refero *de officio, & potest. Episcopi part. tertia alleg.* 74. *num.* 10.

8 Visitationi, iurisdictioni, & correctioni Episcopi non subsunt castra, in quibus Abbas iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercet. *Sacra Congr. Conc. in Theatina* 11. *Septembris* 1621. penes Aldan. *d. tit.* 17. *num.* 25.

9 Visitatio personarum Capitularium, quæ iuxta Canonicas sanctiones, vt in decreto *cap.* 4 *sess* 6. *de reform* dicitur, facienda est, intelligitur iuxta dispositionem iuris communis, citra punitionem, & priuationem. *Sacra Congreg Conc.* de qua *Rota decis.* 328. *p.* 2. *diuers.*

10 Visitatio Capitulorum & personarum Episcopis concessa, intelligenda est cumulatiuè non priuatiuè ab Abbates, & Decanos, & alios, quibus ante Concilium competebat ius visitandi seorsum, tamen ab Episcopis, *Sacra Congr Conc.* cuius meminit Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel.* §. 2. *proœm. numero* 21. Stephan. Gratian. *discept forens. capite* 154. *num* 40.

11 Visitatione generali Episcopus solus sine coniudicibus procedere potest contra Canonicos, eisque pœnam imponere extraordinariam, quæ magis morum emendationem, quam correctionem respiciat. *Sacra Congreg. Concil. in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *in resp. ad* 4. *dub.* de qua Bonfadin. *d. resol.* 76. *num.* 5.

12 Visitatores à Capitulo deputati, ex præscriptione, vel priuilegio ius habente visitandi, debent esse ab Ordinario approbati. *Sacra Congreg. Conc.* vt per Armendar *in addit ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *leg* 7. *de Episcop. numer.* 100. Stephan. Weyms *ad* 24. *Constitutiones ex Iure communi desumptas & per Concilium Trid. innouatas constit.* 17. *num.* 4. vbi id extendit etiam ad casum, quo soli Capitulo competit ius visitandi.

SVMMARIVM.

1 *Curatas Ecclesias visitare potest Ordinarius loci, & in eis ponere Vicarios perpetuos, vel temporales.*

2 *Fabricam Ecclesiæ solus Episcopus visitare potest.*

3 *Parochiales suæ diœcesis visitare potest Episcopus etiamsi monasteria prætenderent ibi habere iurisdictionem spiritualem.*

4 *Locum nullius diœcesis quando visitare possit Episcopus.*

5 *Collegium scholarium Firmanum quando visitare possit Archiepiscopus?*

6 *Ecclesias visitatas ab inferiori potest iterum visitare Episcopus, non tamen iterum punire punitos ab eis.*

7 *Archiuium & scripturas Ecclesiæ Cathedralis potest visitare Episcopus.*

8 *Capitulum totum quando visitat Episcopus, debet visitare in loco Ordinario Capituli, non ita quoties prosequi velit visitationem alicuius personæ de Capitulo. vt* num. 9.

10 *Episcopus Ecclesias sibi subiectas visitare potest quoties opus fuerit, & pluries in anno?*

11 *Collegiatam exemptam quando Episcopus per se ipsum visitare teneatur?*

12 *Dignitatem exemptam in concernentibus curam animarum potest Episcopus visitare.*

13 *Coadministrator Serenissimi Cardinalis Infantis potest per se solum visitare Ecclesiam Toletanam, eiusque Capitulum, & personas.*

14 *Complutensi vniuersitati vnita beneficia non potest visitare Ordinarius.*

15 *Capitula sua si non sunt exempta visitare, & corrigere potest Episcopus.*

16 *Episcopus potest visitare sine Adiunctis, sed non cum compilato processu contra aliquem Capitularem procedere velit.*

17 *Episcopus sine Adiunctis quæ visitare possit? ostenditur.*

18 *Episcopus, quando per se ipsum visitare teneatur, & non per suum Vicarium, aut visitatorem?*

Visitare quando & quæ Episcopus valeat?

Collect. DCCXXVII.

1 Visitare potest Episcopus Ordinarius loci Ecclesias Curatas, & ponere in eis Vicarios perpetuos, siue temporales, prout ei expedire videbitur. *Sacra Congr Conc.* teste Armendar. *in addit ad recop legum Nauarræ lib.* 1. tit. 6. *de visitat leg.* 2. §. 2. *num.* 8. quem refero *de officio, & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 74. *num* 14.

2 Visitare fabricam potest solus Episcopus. *Sacra Congr Conc.* referente N.col.Garc. *de benefic part.* 3. *c. secundo, numero* 198.

3 Visitare potest Episcopus omnes Parochiales suæ diœcesis, etiamsi monasteria prætenderent habere iurisdictionem spiritualem immutabilem in locis, vbi dictæ Ecclesiæ sitæ sunt. *Sacra Congr. Conc.* apud Armendar. *d loco num.* 89. quem refero *d alleg.* 74. *num.* 12.

4 Visitare potest Episcopus locum nullius diœcesis quatenus intra suæ diœcesis fines situm esse constet, ac per eundem dimissoriæ concedi, Ordinesque conferri debent; dum autem iuxta cuius diœcesis fines existat, non appareat, per Ordinarium viciniorem præfata adimplenda sunt. *Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in nullius Rutiliani Conuersan. diœcesis* 9. *Septembris* 1616. quam refert Sellius *in selectis Canon. cap.* 6. *nu* 5.

5 Visitare potest Archiepiscopus Collegiũ scholarium Firmanũ Martiale nuncupatũ, fundatũ quidẽ & dotatũ à Canonico Martiali, sed prætẽdẽte Cõmunitate, sub cuius gubernio regitur, à se fuisse fundatum, quia super hæreditate dicti Canonici deuoluta ad Cameram Apost. ratione spolij se composuit, & ex illismet bonis fundauit Collegium *Sacra Congr. Conc. in Firmana* 13. *Iulij* 1630. quam citat Bonfadin. *in thesauro eccles. decis. resol.* 76. *n.* 8.

6 Visitare Episcopus quãuis iterùm possit Ecclesias visitatas ab inferioribus iuxta decretum Concilij *sess.* 24. *cap.* 3 *de reformat* non potest tamen iterum punire punitos ab eis, nec ab illis absolutos cogere ad innocentiam suam demonstrandam. *Sacra Congr. Conc.* penes Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. primo tit.* 18. *leg.* 7. *de Episcopis numer.* 111.

7 Visitare potest Episcopus archiuium, si sit proprium Ecclesiæ Cathedralis, & iura, ac scripturas concernentes statum ipsius Ecclesiæ recognoscere, adhibitis tamen aliquibus eiusdem Ecclesiæ Canonicis. *Sacra Congreg Conc. in Oriolen.* 27. *Martij* 1632. *in resp. ad* 10. cuius meminit Bonfadin. *d. resol.* 76 *num.* 9.

8 Visitare debet Episcopus in loco Ordinario Capituli quando visitat totum Capitulum, secus quando visitat particulares personas, & nõ potest imponere pœnas ordinarias, nisi ordinariè cum Adiunctis procedendo, vbi illi fuerint, nec potest ponere edicta sub censuris ad reuelanda delicta clericorum, quia correctio est prius facienda inter se & & ipsum solum. *Sacra Congr. die* 2. *Aprilis* 1593. quam citat Aldan. *in compendio Canon. resol. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 3.

9 Visitare si Episcopus velit Capitulum, debet accedere ad locum solitum, quo scilicet Capitulares congregari, & eorum actus expediri consueuerunt, si id tamen commode fieri potest, sin minus ad locum congruum & communem: sed non tenetur accedere ad locum Capituli quoties prosequi velit visitationem alicuius personæ de Capitulo; si tamen Capitulum occasione Visitationis conuocare ipse voluerit, non potest extra locum solitum illud conuocare. *Sacra Congr. Conc.* de qua Sellius *d c.* 6. *num.* 8.

10 Visitare potest Episcopus Capitulum & Ecclesias sibi subiectas toties quoties opus fuerit, & pluries in anno si aliquid acciderit quod iteratam Episcopi Visitationem exposcat. *Sacra Cong. Conc. die* 24. *Ianuarij* 1602. penes Aldan. *d. tit.* 7. *n.* 1. quem refero *in collect. ad Trid sess* 6 *de reform c.* 4. *num.* 2.

11 Visitare tenetur Episcopus tantum per se ipsum Ecclesiam Collegiatam si exemptio Capituli probetur non per immemorabilem, sed per scripturas, & instrumenta legitima. *Sacra Congr. Conc. in Palentina de Anlei* apud Aldan. *d. tit.* 7 *num.* 6.

12 Visitare potest Episcopus Dignitatem exemptam in concernentibus curam animarum illi annexam. *Sacra Congreg Conc. in Burgen.* 18. *Augusti* 1628. referente Bonfadin. *d. resol.* 76. *num.* 10.

13 Visitare per se solum potest coadministrator Serenissimi Cardinalis Infantis Archiepiscopi Toletani, Ecclesiam Toletanam, eiusque Capitulum, & personas. *Sacra Congr. Conc. in Toletana* quam refert Ioan. Sanciua *in selectis disp.* 50. *in fine.*

14 Visitare non potest Ordinarius beneficia vnita Vniuersitati Complutensi ob priuilegia, quæ habet. *Sacra Congreg. Concil. die* 22. *Iunij* 1606. teste Aldan. *d tit.* 7. *num.* 10.

15 Visitare & corrigere potest Episcopus sua Capitula si non sunt exempta, nonobstantibus priuilegiis in fundatione: si vero exempta sunt, seruanda est forma præscripta *sess.* 25 *cap.* 6. *de reformat.* ac proinde seruare tenentur decreta illius Concilij Prouincialis, cui interfuerit eorum Episcopus *Sacra Congreg. Conc.* de qua Armendar. *d. lib.* 1. *tit.* 6. *de Visitat num.* 19. 21. *&* 22.

16 Visi-

16 Visitare sine Adiunctis potest Episcopus iuxta formam decreti *Concil. sess. 6. de reform c. 4.* Verum si compilato processu, formato Iudicio, prout iuris fuerit, contra aliquem Capitularem procedere velit in casu, quo accusatum, vel inquisitum de crimine comprehenderit, non potest sine Adiunctis *Sacra Congr. Conc.* quam adducit Aldan. *d tit. 7. num. 11.*

17 Visitare potest Episcopus sine Adiunctis, de quibus cap. 6. sess. 25. de reform. corpus Ecclesiæ Cathedralis, & Sacramenta, Reliquias, vestes, ornamenta, cæteraque ad cultum diuinum destinata, sed & capellas, capellanias, dotationes, anniuersariorum institutiones, memorias defunctorum, pia opera, vt bona fabricæ, seu Ecclesiæ *Sacra Cong Conc.* penes Armendar. *d lib 1 tit. 11 de Visitat num. 124.* quem refero *de officio, & potest. Episcop p . alleg. 73. num 15.* De materia vide supr. in verbo *Adiuncti collect. 11.* & in verbo *Episcopus sine Adiunctis collect 193.*

18 Visitare si velit Episcop. ex decreto *sess 6. c. 4. de reform.* debet id personaliter agere, secus si ex aliis Concilij decretis, cum id per suum Vicarium generalem, aut Visitatorem facere possit, si modò legitimè impeditus fuerit, vt permissum est sess 24. cap 3. de reformat. etiamsi de Visitandis exemptis ageretur, cum dictum capitis textu exemptiones tollat, atque etiam de Visitandis hospitalibus c 8 sess 22 agatur. *Sacra Congr Conc* penes Aldan. *d. tit - num. ..* quem refero *in collect. ad Trid sess. 6. de reform c. 4 num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Equitum Hierosolym. Parochiales visitare possunt locorum Ordinarij, quoad ea tantum quæ ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem spectant: & quæ sub hoc veniant ad Episcopi Visitationem pertinentia, vide n 2.*

3 *Parochos S. Ioannis Hierosol. tenetur Episcopus tanquam Apost. Sedis delegatus gratis visitare.*

4 *Militiarum Regni Portugaliæ monasteria & Ecclesias an & quando visitare possint Ordinarij.*

5 *Parochiam subiectam Monachis Oliuetanis quomodo Episcopus visitare valeat?*

6 *Parochiales Ecclesias vnitas monasterio Canonicorum Regularium qualiter possit Episcopus Visitare?*

7 *Ecclesiam Parochialem, baptisterium, & tabernaculum SS. Eucharistiæ, cuius cura geritur à monacho, potest Episcopus visitare.*

8 *Ecclesias seculares etiam ad Regulares pertinentes, quibus per seculares deseruitur, visitare potest Episcopus.*

9 *Confraternitates secularium in Regularium Ecclesiis erecta: visitare potest Episcopus.*

10 *Hospitalia, & beneficia commendata in quibus non viget Regularis obseruantia, etiamsi in Ecclesiis Regularium existant, visitare potest Episcopus.*

11 *Confraternitatem existentem in Ecclesiâ Monachorum Montis Virginis qualiter visitare possit Episcopus?*

12 *Episcopus non licet Sacristias, Altaria, Tabernaculum, & Pixidem Sanctissimæ Eucharistiæ visitare in monasteriis in quibus non imminet cura animarum personarum secularium.*

13 *Sacellum vel Altare quod cura caret animarum, & est membrum Religionis S. Antonij Viennen. non potest Episcopus visitare.*

14 *Ecclesias Regulares, quibus animarum personarum secularium minimè imminet cura visitare non potest Episcopus.*

15 *Altaria & Capellas in Regularium Ecclesiis constructas visitare non potest Episcopus.*

16 *Regulares de licentia suorum Superiorum inseruientes beneficiis simplicibus visitare non potest Episcopus.*

17 *Abbatia, quæ habet vtramque iurisdictionem non potest ab Episcopo visitari.*

Visitare Ecclesias, & loca Regularium quando possit Episcopus.

Collect. DCCXXVIII.

1 Visitare Ecclesias Parochiales Militum Hierosolymitanorum possunt locorum Ordinarij quoad ea tantum quæ ad curam animarum, & Sacramentorum administrationem spectant. *Pius V. constit. 136. incip. Exposcit pastoralis officij debitum 21. Septembris 1571.* apud Laert. Cherub *in Bullario tom. 2. pag 174.* de cuius materia Scortia *in selectis summorum Pont. Constitut epit. 117* Ioan. Anton. Nouar. *in summ Bullarum tit. de visitat. Militum S. Ioannis curam animarum habentium super Bulla Pij V.*

2 Visitare possunt Episcopi tanquam Ordinarij Ecclesias Parochiales, aut Curatas quouis modo subiectas Militibus S. Ioannis Hierosolymitani in iis, quæ pertinent ad curam & exercitium animarum iuxta formam Motus proprij felicis record. Pij V. quibus verbis intelligitur Episcopos visitare posse non solum Parochos à dictis Militibus deputatos quoad eorum habilitatem ad administranda Sacramenta eosdemque si inhabiles reperti fuerint posse amouere, sed etiam visitare posse ipsamet Sacramenta, inuestigando si eo decore, & eo in loco, quo decet, conseruentur, posseque itidem mandare restaurari dictas Ecclesias si eas reperiant minus decentes, & commodas ad dictam administrationem, ac demum alia, quæ Sacramentorum administrationi sunt annexa, vtpote Paramenta Sacerdotum, quibus in administratione vtantur, baldachinum, quod delationi Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ ad infirmos inseruit, & alia similia. *Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Perusina 11. Ianuarij 1603.* teste Sellio *in Selectis Canon. c. 6 n. 3.*

3 Visitare Parochos S. Ioannis Hierosolymitani curam animarum secularium exercentes, tenetur Episcopus vti Sedis Apost. delegatus, gratis, & absque impensa & onere Rectorum. *Sacra Congr. Conc. in Augustana 26 Iunij 1627.* referente Bousadro *in thesauro eccles decis resol. 76. num. 15.*

4 Visitare Ecclesias & monasteria Militiarum Regni Portugaliæ quamuis regulariter Ordinarij locorum non possint, possunt tamen visitare Ecclesias ipsis vnitas, ac in eis Vicarios ponere per *Conc sess. 7. cap. 7. de reformat.* possunt etiam visitare membra, licet non sint vnita, etiamsi habeant suos visitatores deputatos à Militibus Regni Portugaliæ. *Sacra Congr. Conc* quam refert Sellius *d. ca. 6. num. 22.*

5 Visitare potest Episcopus tanquam Sedis

Apoſtol. delegatus Parochialem ſubiectam Monachis Oliuetanis, & hoc debet exprimere, & Abbas poteſt concedere decreta cumulatiuè cum Epiſcop, ſed quatenus ſint contraria debent præualere decreta Epiſcopi. *Sacra Congr. Conc. in Veronen.* 29. *Iulij* 1628. quam citat Bonfadin. *d. reſol.* 76. *num* 17.

6 Viſitare poteſt Epiſcopus ex decreto Concilij ſeſſ. 7. cap. 7. de reformat. Eccleſias Parochiales vnitas monaſterio Canonicorum Regularium, tametſi Generalis in eo ſedem ordinarium principalem habeat. *Sacra Congr. Conc.* teſtibus Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 7. §. 2. *numer.* 1. Lezana *in ſum. quaſt. Regul. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 29.

7 Viſitare poteſt Epiſcopus non ſolum Eccleſiam Parochialem vnitam Monaſterio Ordinis Sancti Benedicti, cuius cura geritur à Monacho dicti Ordinis, ſed etiam baptiſterium, & tabernaculum, vbi aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſia exempta exiſtens. *Sacra Congr. Conc. in Curien.* 5. *Aprilis* 1631. penes Bonfadin. *d. reſol.* 76 *num.* 18.

8 Viſitare poteſt Epiſcopus quaſcunque Eccleſias ſeculares intra fines ſuæ diœceſis exiſtentes vigore *cap.* 8. *ſeſſ.* 7. *de reformat.* etiamſi ad Regulares pertineant, & ab eis dependeant, dum tamen per ſeculares eis deſeruiatur. *Sacra Congr. Conc.* de qua Armendar. *dict. lib.* 1. *tit.* 6. *de viſitat. leg.* 5. §. 2. *num* 3.

9 Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitates ſecularium in Regularium Eccleſiis erectas & in illas iuriſdictionem ad ſacri Concilij præſcriptum exercere, quacunque contraria conſuetudine non obſtante *Sacra Congreg. Epiſcop. & Regular. in Vercellen.* 17. *Iulij* 1615. cuius meminit Sellius *d. cap* 6. *num* 23.

10 Viſitare poteſt Epiſcopus tam Confraternitates laicorum in Monaſteriis, vel Eccleſiis Regularium exiſtentes, in iis tamen quæ confratrum adminiſtrationem concernunt, quam etiam hoſpitale, ac beneficia commendata, in quibus non vigat Regularis obſeruantia. *Sacra Cong Conc in Caputaquen.* 27. *Iunij* 609. de qua Sellius *dict. cap.* 6. *num.* 24.

11 Viſitare poteſt Epiſcopus Confraternitatem exiſtentem in Eccleſia Monachorũ Montis Virginis, cuius Superiores non ſubiiciuntur Epiſcopo, ſed habent in eorum monaſteriis legitimam iuriſdictionem dependentem ab Abbate, qui eſt caput Ordinis, quique cum ſuis monaſteriis ſubiicitur immediatè Sedi Apoſt. *Sacra Cong. Conc.* teſte Sellio *d. c.* 6. *num* 19.

12 Viſitare Sacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, Altaria, & cætera huiuſmodi, aut etiam tabernaculum, ſeu pixidem, in qua ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruatur, non licet Epiſcopis, aut aliis locorum Ordinariis vigore cuiuſuis decreti Concilij, in monaſteriis, Domibus, & Eccleſiis Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſecularium. *Sacra Cong Conc.* referentibus Flauio Cherub. *in ſchol.* 1. *ad conſtit.* 41. *Pij V.* & Ildefonſo à Ieſu Maria *de priuileg. Fratrum diſcalceat. B. Maria de Monte Carmelo pag.* 290. *num.* 5.

13 Viſitare non poteſt Epiſcopus ſacellum vel Altare quod cura caret animarum, & ſit membrum Religionis ſancti Antonij Viennen. *Sacra Congreg. Conc.* penes Armendar. *dict. lib.* 1. *tit.* 6 *de viſitat.* 6. *l.* 5. §. 2. *num.* 70.

14 Viſitare non poteſt Epiſcopus Regulares Eccleſias, quibus animarum perſonarum ſecularium cura minimè imminet. *Sacra Congreg. Conc.* apud Sellium *d. c.* 6 *num.* 25.

15 Viſitare non poteſt Epiſcopus Altaria, & capellas in Regularium Eccleſiis etiam per ſecularium Confraternitates conſtructa. *Sacra Congreg. Epiſcop & Regul. in Papien.* 21. *Auguſti* 1615. & *in Tarraconen.* 22. *Ianuar.* 1616. quarum meminit Sellius *d. cap.* 6. *num.* 28. Et iterùm. Viſitare non licet Epiſcopis in vim Conſtitutionis Gregorij XV. de exemptorum priuilegiis, Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſecularium, nec loca, vbi in eiſdem Eccleſiis aſſeruatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vel vbi Confeſſiones perſonarum ſecularium audiuntur, *Sacra Congreg. Concil. inter impreſſas de anno* 1623. *ſuper dicta Bulla Gregorij XV. dub. primo* cuius meminit Sellius *vbi ſupra num.* 29.

16 Viſitare non poteſt Epiſcopus Regulares inſeruientes de licentia ſuorum Superiorum beneficiis ſimplicibus, quæ tamen ſunt membra monaſteriorum ſeu Religionis, nec comprehenduntur ſub decreto *cap.* 14 *ſeſſ* 7 *de reform. Sacra Congr. Conc.* vt per Sellium *dict. c.* 6. *n.* 30.

17 Viſitare non poteſt Epiſcopus ex decreto cap. 11. ſeſſ. 25. de Regul. tam Abbatiam quam loca ſibi ſubiecta, ſi Abbatia habet vtramque iuriſdictionem, temporalem ſcilicet, & ſpiritualem. *Sacra Congr. Conc. in Theatina* 7. *Septembris* 1611. penes Sellium *d. c.* 6. *n.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante viſitare poteſt omnia loca, qua poterat Epiſcopus.*

2 *Capitulum Sede vacante poſt lapſum annum à poſtrema Antiſtitis viſitatione diœceſim viſitare poteſt non exſpectato triennio.*

3 *Famulatum, equitatum & alia in ipſa viſitatione taxanda iuxta formam a Concilio praſcriptam.*

Viſitare quando poſſit Capitulum Sede vacante.

COLLECT. DCCXXIX.

1 Viſitare poteſt Capitulum Sede vacante omnia loca, quæ Epiſcopus viſitare poterat. *Sacra Congreg. Conc. in Pampilonen.* 13. *Aprilis* 1610. teſte Bonfadin. *in theſauro eccleſiaſt. deciſ. deciſ. reſol.* 76. *numer.* 30.

2 Viſitare poteſt diœceſim Capitulum Sede vacante poſt lapſum annum à die vltimæ Viſitationis per Epiſcopum factæ tempore triennij non expectato, licet dicatur Epiſcopum conſueuiſſe ſingulis trienniis viſitare. *Sacra Cong. Conc. in Pampilonen,* 3. *Februarij* & 10 *Decembris* 1629. referente Sellio *in ſelectis Canon. c.* 6. *n.* 38.

4 Viſitare diœceſim tunc poteſt Capitulum Sede vacante quando lapſus eſt annus à poſtrema Antiſtitis Viſitatione, nec de proximo eſt Eccleſia de Paſtore prouidenda; in ipſa verò Viſitatione circa

circa famulatum, equitatum, & alia, forma sacri *Concilij Trid.cap.3. sess.24.de reform.* est præcisè obseruanda. *Sacra Congreg. Conc. in Limana 10.Martij* 1619. penes Sellium *d.c.6.n.*40.

SVMMARIVM.

1 *Capitulari mensa vnio ab Episcopo facta de quibusdam beneficiis simplicibus est nulla, quamuis nullæ sint Præbendæ distinctæ.*

2 *Distributionibus quotidianis, vbi illæ tenues sint, vniones fieri possunt.*

3 *Examinari possunt ab Ordinariis vniones perpetuæ à 40. annis citra Concil. factæ.*

4 *Parochialis, & partis fructuum illius vnio est prohibita.*

5 *Effectum sortiri debent vniones legitimè factæ.*

6 *Beneficiorum reseruatorum vniones validæ sunt si factæ sint ante eorum vacationem, secus si post vacationem, vt num.7.*

8 *Confraternitatum duarum vnio facta sine causa, & absque auctoritate Superiorum, nulla est.*

Vnio.

Collect. DCCXXX.

1 VNio facta ab Episcopo mensæ Capitulari de quibusdam beneficiis simplicibus vigore *Conc.sess.24.cap.15.de reform* est nulla, quia Concilium non dat facultatem vniendi mensæ Capitulari, sed tenuibus Præbendis singulorum Capitularium. *Sacra Cong Conc.* teste Conzal. *ad reg.8. Cancel gloss 37 num 15.* quamuis in Cathedrali, vel Collegiata nullæ sint Præbendæ distinctæ, sed duntaxat massa communis Capituli, cuius prouentus omnes his tantum, qui statutis horis intersunt distribuuntur. *Eadem Sacra Congreg.Concil. die 5.Februarij 1601.* quam refert Aldan. *in compendio Canon.resolut lib.3.tit.31.num. 2.*

2 Vniones fieri possunt distributionib. quotidianis, vbi illæ tenues sunt, ac etiam Præbendæ tenues, secus si non essent tenues, quia hoc casu tenuitati distributionum succurri potest remedio *cap 1.sess.21.* idem licet quando nullæ sunt distributiones, & Præbendæ tenues, vel è contra. *Sacra Congr. Conc.* quam citat Aldan. *d tit. 31.num.15.*

3 Vniones perpetuæ per subreptionem obtentæ à quadraginta annis factæ à die publicationis Cōcilij Trid computandis, ab Ordinariis possunt examinari & irritæ declarari. *Sacra Cong Conc.* de qua Aldan *d.tit.31 num.14.*

4 Vnio Parochialis non solum est prohibita per decretum Concilij sess. 24. cap.13. de reform. sed neque aliqua pars illius fructuum vniri potest. *Sacra Cong. Conc.* penes Nicol. Garc. *de benefic. part. 12. cap 12.num.87.*

5 Vniones legitimè factæ sortiri debent effectum non tantum cum vnita beneficia vacare contigerit per obitum, sed etiam per resignationem, eaque de re poterit Episcopus datarium docere. *Sacra Congreg.Conc.* apud Nicol. Garc. *de benefic.p.11.c.4 num. 35.*

6 Vniones beneficiorum reseruatorum validæ sunt, modò factæ fuerint ante ipsorum vacationē, *Barbos.Apost. Decis.Sum.*

seruata forma à Concilio Trid. præscripta. *Sacra Congr.Conc.* cuius meminit Nicol. Garc. *p.12.cap.2. num.102.*

7 Vniones de beneficiis reseruatis si reperiantur factæ post vacationem nullæ sunt, & prouisi à Sede Apost. mitti debent in possessionem. *Sacra Congr. Conc.* referente Nicol. Garc. *d.part. 12. cap. 2.num.102.*

8 Vnio duarum Confraternitatum Sanctissimi nominis IESV, & sanctissimi Sacramenti terræ Capitonis Narnien. diœcesis facta in visitatione sine causa, & absque auctoritate à Vicario generali Episcopi Narnien. nulla declaratur à *Sacra Congr. Rit. in Narnien. Capitonis 24. Ianuarij 1615.* quam adducit Aldan. *d tit.31.num.16.*

Vnio beneficiorum seminario facienda, vide *beneficium seminario vniendum, vel non collect.62.*

SVMMARIVM.

1 *Breuiarij rubricarum contra formam votum factum non valet.*

2 *Seminarij deputati, & alij Officiales habent votum consultiuum.*

3 *Abbatissarum in electione possunt vota ab Episcopo, vel ab eius Vicario ore tenus accipi.*

4 *In Synodo diœcesana solus Episcopus habet votum decisiuum.*

5 *Abbates, Commendatarij, & Capitulorum deputati habent votum consultiuum dumtaxat in Conciliis Prouincialibus.*

6 *Procuratores Episcoporum possunt, si Concilio Prouinciali placuerit, votum decisiuum habere.*

7 *Ordinarius, sicut cæteri deputati, habet votum in absoluendo, vel condemnando administratores piorum locorum.*

Votum.

Collect. DCCXXXI.

1 VOtum factum contra formam rubricarum Breuiarij non valet. *Sacra Congr. Rit. in Tyrassonen. 9.Maij 1606.* teste Sellio *in selectis Canon.c. 25. num 35.*

2 Votum consultiuum, non autem decisiuum habent seminarij deputati, & alij Officiales. *Sacra Congr.Conc.die 11.Ianuarij 1620.* penes Aldan. *in compendio Canonicar.resolut. lib. 1. tit. 18. numero secundo* quem refero *in collect. ad Trid.sess.23.de reform. c.18.num.7.*

3 Vota in electione Abbatissarum, vel alterius Superiorissæ possunt per Episcopum vnà cum Vicario, vel alio viro assumpto ore tenus accipi. *Sacra Congr.Conc.* referentibus Galer. *in margarita casuum Conscient. verbo Abbatissa*, Nicol.Garcia *de benefic. part.5. cap.4. num. 189.* Castellin *d.elect.cap.4 n. 4.& c.5.num.28.*

4 Votum decisiuum in Synodo diœcesana habet solus Episcopus, & soli Episcopi in Synodo prouinciali. Canonici verò illud non habent in Synodo, nisi in casibus à iure expressis, vel ex priuilegio, aut consuetudine, & tunc computantur pro vno voto tantum, scilicet Capituli. *Sacra Congr. Conc. die 13.Ianuarij 1594.* apud Sellium *d c. 25. num. 34.* quem refero *in collect. ad Trid.sess.24. de reform. c.2.num.29.*

5 Votum consultiuum in Conciliis Prouincialibus dumtaxat habent Abbates, Commendatarij, 6 & Capitulorum deputati. Procuratores verò Episcoporum possunt, si Concilio Prouinciali placuerit, & decisiuum habere. *Sacra Congreg. Concil.* cuius meminit Piasec. *in praxi Episcop. p. 1. capit. 2. numer. 3. ad 5.*

7 Votum in absoluendo, vel condemnando administratores piorum locorum habet Ordinarius sicut cæteri deputati, & eius votum debet numerari cum aliis, ita vt maior pars votorum absoluat, aut condemnet. *Sacra Cong. Conc.* de qua Armendar. *in addit ad recop legum Nauarra lib. 1. tit. 18 leg. 7. de Episcop. num. 79 vers. item Ordinarium, & lib. 4 tit. 19. leg. 2. §. 1. de hospitalib num. 10.*

Vocem in Capitulo an & quando Canonici habeant, vide in verbo *Canonici in Capitulo collect. 94. n. 6 & seqq.* & in verbo *Capitulum, siue Capitulares Congregationes collect. 115. n. 13.*

Voluntatis exploratio, vide in verbo *Exploratio voluntatis collect.* 419.

S. Vrsulæ Officium, vide in verbo *Officia propria collect. 534. n. 76.*

SVMMARIVM.

1 *Persona in quibus cadit vsurpationis præsumptio quæ?*
2 *Iurisdictionem temporalem in loco Parochialis habentes non cadunt sub præsumptione vsurpationis.*
3 *Iurispatronatus vsurpatio non præsumitur si non tota Vniuersitas sed certa pars illius prætenderet.*
4 *Iurispatronatus vsurpatio non præsumitur in Abbate iurisdictionem temporalem in loco habente.*

Vsurpatio iurispatronatus.

Collect. DCCXXXIV.

1 VSurpatio iurispatronatus præsumitur in omnibus dominis ciuitatum, castrorum, aut locorum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & aliis quibuscunque dominis perpetuam iurisdictionem habentibus. *Sacra Congreg. Conc.* teste Gonzal *ad reg 8. Cancel. gloss* 18. *num* 66.

2 Vsurpatio iurispatronatus præsumitur in habentibus iurisdictionem temporalem in loco Parochialis, nulla habita ratione æqualis, seu maioris potentiæ Episcopi. *Sacra Congregat. Conc* penes Rotam *in Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603 coram Card. Pamphilio sen.*

3 Vsurpatio iurispatronatus non præsumitur si non tota Vniuersitas, sed certa pars illius prætenderet iurispatronatus. *Sacra Congr. Conc.* cuius meminit Gonzal. *d. glos. 18. num. 69.*

4 Vsurpatio iurispatronatus non præsumitur in Abbate iurisdictionem temporalem habente. *Sacra Cong. Conc. in Sublacen 12. Septembris 1621.* apud Rot. *in Papien. iurispatronatus 28. Iulij 1639. coram bonæ mem. Pirouano,* quæ reperitur impressa *p. 5 recent decis.* & per Alphons. de Leone *de officio Capellani qu. 4 praxi 1. num. 87.* & illius meminit *de Iure ecclesiast. vniuerso lib. 3 c. 12. n. 152. & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Seruandus est vsus semel introductus iuxta regulas libri Cæremonialis.*
2 *Solitum introductum à prima erectione Ecclesia Cathedralis circa obsequium præstandum Episcopo ad Ecclesiam venienti, seruandum est.*
3 *Festum de aliquo sancto tanquam de Patrono si celebretur in Ecclesia Cathedrali ex vsu recepto, in eius celebratione deinceps continuandum.*
4 *Breuiarij Romani ritus, & vsus semel introductus in Ecclesia continuandus.*
5 *Missas celebrandi vsus semel receptus & introductus seruandus est.*

Vsus.

Collect. DCCXXXV.

1 VSus semel introductus iuxta regulas libri Cæremonialis seruandus est. *Sacra Congreg. Rit. in Messanen. 3. Iulij 1602.* teste Aldan. *in compendio Canon. resol libr. 1. titul 75. num. 16.*

2 Vsus siue solitum introductum à prima erectione Ecclesiæ Cathedralis circa obsequium præstādum Episcopo ad Ecclesiam venienti, seruandus est. *S. Congr. Rit. in Ripana 30. Ianuarij 1610.* quam refert Aldan. *d. tit. 75. num. 17.*

3 Vsus semel introductus, receptus in Ecclesia Cathedrali celebrandi festum solemniter de aliquo sancto tanquam de Patrono continuandus est, licet non sit de antiquis Patronis Ecclesiæ, vel in Breuiario de eo non fiat Officium duplex. *Sacra Congr. Rit in Sempronien 15. Martij 1608.* quam citat Sellius *in select. Canon c. 19. num. 10.*

4 Vsus & Ritus Breuiarij Romani semel introductus in Ecclesia, quæ habebat particulare Breuiarium, continuandus est, nec licet redire ad vsum Breuiarij antiqui. *Sacra Congreg. Rit. in Tullen. seu nullius 15. Martij 1608.* penes Sellium *dict cap. 19. num. 11.*

5 Vsus celebrandi Missas semel receptus, & introductus seruandus est, nonobstante quocunque contrario ordine. *Sacra Congr. Rit. in Montis Serrati, seu nullius prouincia Tarraconen. 10. Maij 1608.* apud Aldan. *dict tit. 75. num. 19.*

Vsus cappæ, vide in verbo *cappa collect.* 117. *num. 3. cum seqq.*

Vsus Mitræ, vide in verbo *Mitra collect.* 481. *num. 3. cum seqq.*

Vsus Mozzetæ, vide in verbo *Mozzeta collect.* 518.

Vsus Rochetti, vide in verbo *Rochettum coll. 654.*

Vxor, vide in verbo *sepultura collect. 671. num. 12.*

INDEX



INDEX COPIOSISSIMVS
RERVM IN HOC VOLVMINE CONTENTARVM.

Primus Numerus paginam denotat, Secundus est marginalis. Vbi verò Numerus solus ponitur, is intelligitur esse marginalis proximè designatæ paginæ; denique is cui præfixa est littera *c*, Collectaneorum numerum designat.

AB

Vv 2

Index Rerum.

Acta

Index Rerum.

V v 3

Approbandi

AQ.

AR

Index Rerum.

B A

B E

Index Rerum.

Index Rerum.

Index Rerum.

Index Rerum.

C H

C I

Clerici

Index Rerum.

Consti-

Index Rerum.

Curiæ

Index Rerum.

tui

Distribu-

Effectum

Index Rerum.

procedere

Examinatores

Index Rerum.

Festum

à die

Habitus

Index Rerum.

IO

IR

IV

KA

LA

LO

MI

Missam

Index Rerum.

Index Rerum.

Officiales

Index Rerum.

Officium Diuinum.

Officium.

O L

Oliuas

Ordinis Sacramentum.

Ordines Religiosi.

Patroni

Index Rerum.

PS.

PV

QV

Residere

Index Rerum.

Index Rerum.

V L



FINIS.





